

AMSTAELAEDAMI
Apud IANSSONIO WAESBERGIOS. 1735.

C. SUETONIUS TRANQUILLUS,

cum notis integris

JO. BAPT. EGNATII, HENRICI GLAREANI, LAEVINI TORRENTII, FULVII URSINI, ISACII CASAUBONI, JANI GRUTERI, THEOD. MARCILII, JOANNIS GEORGII GRAEVII, CAROLI PATINI,

(qui ex numismatibus illustravit) & *selectis aliorum.*

CURANTE

PETRO BURMANNO,

Qui & suas adnotationes adjecit.

TOMUS PRIMUS.



AMSTELAEDAMI,

Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS.

M. D. CC. XXXVI.

ERUDITO ET AEQUO

LECTORI

S. D.

PETRUS BURMANNUS.

QUum tot jam praefationibus & dissertationibus, quibus editiones priores a viris doctis curatae lectoribus fuere commendatae, & quarum maxima pars ad editionis nostrae calcem est exhibita, Suetonius sit oneratus, otium mihi factum credere potuissem, de Suetonio ipso, cujus vitam, ingenium, eruditionem, fidem & scripta plerique egregie illustrarunt, aliquid disserendi, aut nova adlocutione lectorem morandi, nisi id unicum mihi relictum vidissem, ut instituti mei, quod in renovata hac Suetonii, post curam summi Graevii, editione secutus sum, rationem Orbi literato exponerem. Ac primo quidem, erudite lector, te monendum putavi, non temere, & ut multis fere mos est, ad desiderium modo Bibliopolae, qui requiri & postulari frustra Graevianas editiones videbat, me manum admovisse huic scriptori, quem vel ante numquam animo & certo consilio edendi tractaveram, vel demum sub ipsum editionis tempus raptim recensueram, sed quem ab ipsis studiorum rudimentis, a Cl. Graevio, praeceptore meo, numquam sine gratae mentis commemoratione nominando, Scholis privatis enarrante amare coeperam, & quem deinde, quum Professorii muneris auspicia auditoribus meis commendare vellem, primum enarrare institui, & deinceps in coetu adolescentium domestico, & publicis etiam recitationibus plus vicies exponere ad hunc usque diem perseveravi; ita ut operae & curae huic historico impensae ratio satis apud omnes constare possit. Ne tamen quis animum inducat, me illa, quae discipulis dictare consuevi, ejus pretii & ponderis esse credidisse, ut hic publicata ab omnibus legi mereantur. Diversam enim Academicarum exercitationum, & editionum publicarum rationem esse habendam semper duxi, & in privatis Scholis, immo etiam exercitationibus in Academia publicis, illa etiam rudi & nullis fere Latinae linguae, antiquitatum & rerum gestarum principiis imbutae adolescentiae esse praecipienda, quae inter eru-

ditos

ditos nullam novitatis gratiam habent, sed saepius prodita, & pervulgata leguntur. Quae auditoribus utilissima quamvis, & quotidie fere instillanda, si quis tamen centies repetita recoquere, & ad quemvis auctorem sua cura edendum adlinere velit, non nisi obscurae diligentiae, & putida quadam variae eruditionis ostentatione sibi, non eruditis, placere poterit. Usu enim longo & experientia didici, etiam ab aliis praecepta, & toties commentariis & dissertationibus eruditorum publicata, non sine fructu adolescentibus exponi, & brevi enarratione facta ad priores scriptores, qui uberius id egerunt, delegari posse. Si quis vero illa tantum discipulis suis dictare & praelegere instituat, quae a commentatoribus antiquioribus sunt praeterita, vel a Grammaticis & Criticis nondum observata, & fastidio quodam scholastico, & paedagogico vultu communia & vulgata praetermittat, illum nihil emolumenti ad juvandos juvenum conatus adferre, & aeque rudes saepe ab auditorio suo, atque acceperat, dimittere deprehendi. Aliam ergo docendi in Academiis rationem, aliam edendi in usum publicum veteres Scriptores esse instituendam semper sum arbitratus. Nihil in privata disciplina, quod vel moraturum auditores suos suspicari possit Professor, licet sit leve aut dudum cognitum & observatum eruditioribus, praetermittendum existimavi semper, nihil vero scripto publice evulgandum, nisi quod ab aliis aut indictum, aut non satis illustratum esse docere possit. Praecipuam vero curam emendatae, & ad codices manu exaratos aut priscas editiones exactae lectionis, esse habendam constat, qua dote etiam eruditis saepe scriptor commendari, & sine adnotationibus aut commentario placere poterit. Et hanc solam ob caussam antiquissimas editiones, & deinde ab Aldis, Stephanis & aliis curatas, tanto studio harum deliciarum intelligentes, conquirere videmus; non enim aliud illis pretium statui posse, video. Pessime vero de republ. literaria & summorum virorum existimatione mereri puto, qui vel Professorum viventium, quae summa est impudentia, vel mortuorum, quae crudelitas in ipsos manes, qui se vindicare nequeunt, detestabilis est, dictata publicare sustinent, ideoque insulsum & ineptum illum Koelnerum, qui Anno 1725. in Silesia Cl. Perizonii in Suetonium dictata & notas edere sustinuit, omnium odio & detestatione dignum esse arbitror, quum plus sine dubio tanti viri nomini & famae detraxerit, quam juventutis profectibus & emolumento aliquid subsidii attulerit. Ideoque jure & merito ipsi in Germania viri docti infelicem hunc & abortivum foetum, ut monstrum in solas terras deportandum & aquis mergendum censuerunt. Vide Act. Erud. Lips. Anno 1726. p. 217, & Nova Literaria Germanice Lips. edita eodem Anno

pag.

pag. 496. Quocirca ſtudioſe, quantum potui, cavere mihi inſtitui, ne quid eorum, quae diſcipulis meis praecipere conſuevi, in his notis repeterem, ſed praecipuam egi curam, ut verba ipſa Suetonii ex antiquis libris & editionibus emendatiſſima exhiberentur, & inter varias lectiones illam aliis praeferendam eſſe breviter monerem, quam genio Scriptoris, conſuetudini veterum & auctoritati codicum convenire judicarem. Praeterea ſi quae vel non animadverſa a prioribus commentatoribus viderem, vel ſi quae obſcuriora nova quadam luce illuſtrari, vel denique verborum aut dictionis vis & elegantia magis declarari poſſent, in illis operam meam deſiderari nolui; quamvis, tot jam commentariis & adnotationibus obruto Suetonio, ſemper brevitati ſtudere ſim conatus. Quum vero turbam commentatorum, quos Suetonius ſortitus fuit, recenſerem, in plurimis inſignem doctrinam, ſed in paucis eam, quam in edendo auctore praecipuam puto, diligentiam deprehendebam, quam in conferendis ab ipſis artis typographicae incunabulis editionibus debuiſſent adhibere. Hic & illic quidem varias quaſdam lectiones ab interpretibus, ſed non niſi ad illa loca, ad quae aliquid notarum adjicere erat animus, memorari, ſed neglectam omnem & etiam inſignem ſaepe diverſitatem, quae in editionibus antiquioribus deprehenditur, & ideo novum ſemper omnibus, qui curare editionem ab integro vellet, laborem impoſitum, videbam. Immo ipſum Caſaubonum, omnium Suetonii interpretum principem, licet in notarum ſuarum principio Romanam editionem principem ſe maxime adhibuiſſe teſtatus ſit, eam tam raro in ſubſidium vocaſſe, legentibus conſtabit, ut veroſimile fiat, eum, ut fieri ſolet, deinde taedio quodam ab accurata ejus recenſione deſtitiſſe. Torrentium vero Aldinis aut Frobenianis antiquiores editiones vel non habuiſſe, vel neglexiſſe deprehendi. Quare omnem operam a longo jam tempore dedi, ut quantum fieri poſſit, primarum editionum copiam pararem, unde per inſequentes inquiſitione adhibita, doceri poſſem, per quos veteris ſcripturae immutatio inducta, & in hodiernas editiones fuerit propagata. Et licet voti mei non plane compos fieri potuerim (cujus enim Profeſſoris arca tam inſano pretio, quod ab aliquo tempore furor indoctiſſimorum, ſed locupletium hominum bibliothecas numero voluminum conſpicuas comparandi, priſcis codicibus ſtatuit, ſufficere poſſit) eas tamen mihi paravi, unde facile conſtituere poſſim, quinam in Suetonio aliquid mutandi auctores exſtiterint. Ut vero a principe editione incipiam, Romanam ſemper eo nomine ab interpretibus venditari noveram, & in primis, ut modo dixi, Caſaubonum jactaſſe ſe ejus ope plurima caſtigaſſe, licet jam Cl. Graevius obſervaverit, leviorem

 con-

conferendae huic editioni ab ipso operam datam fuisse. Prodiit vero haec Romae A. C. 1470, typis Conradi Sweynheim & Arn. Pannartz, curam ejus agente Johanne Andrea, Episcopo Aleriensi, qui his Typographis etiam in aliis Scriptoribus edendis & corrigendis diligentiam suam commodavit. Sed non ea doctrinae copia, & critici acuminis vi erat instructus, ut pristinum antiquis Scriptoribus, mirum in modum depravatis, nitorem restituere possit. Hanc viri docti, &, ut verum fatear, ipse etiam semper primam esse editionem credidi, & eo nomine in notis meis saepe insignivi. Sed, quum jam operae in Suetonio excudendo ad Vitellii vitam processissent, forte fortuna in hac urbe auctio librorum proscribitur, in qua quum editionem antiquam Suetonii deprehendebam, eumdem illum annum 1470 praeferentem, eam fere neglexissem, quum jam prioris mihi copia esset; sed dum diligentius tempus editionis, ad finem libri notatum, excutio, illam non ab Episcopo Aleriensi, sed ab Ant. Campano curatam esse reperio, & inscriptam Francisco Piccolomineo Cardinali Senensi: temporis vero nota erat mensis sextilis, anni sexti Pontificatus Paulli II. Hac editione fere ignorata eruditis (nam a nullo nisi Maittairio, sed ita ut post Aleriensis editionem sine ulla illustratione diversitatis ponatur tom. I. p. 290. novae Edit. p. 70, prioris, quem secutus est Cl. Fabricius in Biblioth. Latina Tom. II. p. 786.) vili pretio, si ad insaniam Hagiensium propolarum exigatur, comparata, eam plane ab alia Romana diversam esse & tempore priorem deprehendo. nam Paullus II. creatus Papa quum fuerit 31. Julii anno 1464. sextum agebat annum Pontificatus, qui legitur in Campani editione. Septimum vero jam ingressus tempore, quo Aleriensis suam prodidit, die nempe Dominico sacrato, qui est 4. Augusti. Quid vero compulerit viros hos industrios, & ut tum res erant, doctos & juvandi Typographos studiosissimos, eodem anno, eadem in urbe, & eodem fere tempore, bis Suetonium edendi, ignorare me fateor. Neque Typographos inita societate & conjuncta opera, ut centies factum, exemplaria inter se divisa suo quemque nomine inscripsisse, patebit satis conferenti, quia nec numerus paginarum, nec characterum similitudo, nec lectionum concordia in utroque codice inter se congruere observatur. An vero Vaticano codice, quem memorat Politian. VII. Ep. ult. & XII. I. usus sit eorum alteruter, nescio. Labbeus etiam in biblioth. nova MS. p. 291. Suetonium a Phil. Strozza cum duobus MS. codicibus Politiani, & vetustissimo ex bibliotheca S. Marci collatum laudat. Quum vero hae duae editiones inter se differant, ex diversis etiam codicibus manu exaratis expressas esse constat, ideoque, si prior illa antea in manus meas venisset, diversas ex illa lectiones

lectiones adnotare non neglexissem. licet ab eo tempore quo acceperim id praestiterim. Tertiam Romanam Anno 1472 laudari a quibusdam, ut & quartam Anno 1474 video, sed de quibus, quum non viderim, nihil dijudicare licet. Romanas has duas editiones excepit Veneta An. 1471. per Nicolaum Jenson, quam etiam consulere licuit, & Venetae primae nomine indicavi. Sed non eadem fortuna mihi obtulit Mediolanensem A. 1475. quam memorat Maittair. T. I. p. 348. Ed. sec. & cum Historiae Augustae scriptoribus simul prodiisse indicat. Hanc vero Doctissimus Montfauconius in Diario suo Italico p. 230. primam Suetonii editionem perperam vocavit, deceptus, credo, indicio illorum Historiae literariae scriptorum, qui hanc primam Historiae Augustae scriptorum editionem, quod verum est, narrant, sed de Suetonio, qui his adjunctus, falsum est. Hanc videre si contigisset, de ea certius judicium ferre licuisset. Esse vero eam a Mombritio curatam colligo ex illis, quae de editione Suetonii A. 1475. referunt Phil. a Turr. de Inscriptione M. Aquilii. Cap. I. pag. 14. & Auctores Ephemeridum Literatorum Italiae A. 1712. Tom. X. p. 446. Eodem etiam anno prodiisse Suetonium de Grammaticis Romae docet Maittair. in Annalibus suis, sed nec hanc editionem versare manibus contigit. Anno vero 1490 Sabellicus Venetiis edidit Suetonium notis suis illustratum, quarum non multam rationem habuimus, nisi ubi criticae aliquid animadversionis occurreret. Saepe vero Sabellici editiones repetitae fuere, nos vero hanc & alteram anni 1493 adhibuimus, quas secundae & tertiae Venetae nomine indicavimus. Meliori aliquantulum omine & pro feliciori temporis conditione, quo crescere studium bonarum artium coepit, doctrinae uberioris copiis instructus Philippus Beroaldus senior manum admovit Suetonio, cujus commentarium simul cum Sabellici notis Romae A. 1493 prodiisse tradit Maittair. T. I. p. 320. Sed nec hac frui datum fuit, sed contulimus alteram Bononiae editam A. 1506, cui ipsum Beroaldum praefuisse credo, & multa illum diversa a prioribus editoribus exhibuisse deprehendi. falli vero putem diligentissimum Niceronem, qui in commentariis vitarum Illustrium Virorum Tom. XXV. pag. 386. primam Beroaldi editionem Venetam A. 1506 facit. Quum vero post Sabellici & Beroaldi editiones, deinde in Italia multae numero editiones prodierint horum duorum notis instructae, quas nec nunc enumerare, nec inter se conferre, quum nihil fere differant, operae pretium duxi, sola Bononiensi contentus fui, quam ipsum Beroaldum curasse, ut dixi, credo, licet eum obiisse, dum operas Suetonius exerceret, credam, nam mortuus est 17 Jul. 1505: sed de his conjicere modo licet, certiora pronuntiaturo,

si priores editiones tractare contigisset. Hanc vero Bononiensem, quam inter praecipuas puto, ad verbum expressit Parisiensis 1515 majoris formae, edita per Johannem Philippi impensis Ludovici Hornkens & God. Hittorpii, quam etiam, quum multo Bononiensi sit vitiosior, non semper laudare sustinui. Prodit eam etiam Maittair. Tom. II. pag. 236. Anno deinde 1508. prodiit Lugduni in Francia Suetonius sine ullis notis, minore forma, curata a Gaspare Argilensi Bononiensi, & inscripta Jano Groslerio Lugdunensi, qui Regi Francorum erat ab actis, ut ex praefatione liquet: memorat saepe Casaubonus hanc, ut puto, editionem, ut ad Caes. I. XXXIX. Cal. XIII. & alibi. Sed an non & aliam Lugdunensem, quam antiquissimam vocat, habuerit scrupulum injicit ejus nota ad Aug. Cap. IV. ubi pro *nerulonensis* ex ea profert *nemorensis*, quum in mea, quam habeo, legatur *Nerulonensis*, ut vulgo. Aucta vero magis mihi dubitatio, ubi ad Cap. XIII. ejusdem vitae, eam editionem emendatam didicerim ab *Antonio Francino*, & ibi legi *splendidissimum quemque secuit*, quum mea A. 1508, vulgatis consentiat, nec ullam in illa Francini mentionem offenderim. Quare hoc in medio relinquens, illis excutiendum do , quibus hanc Casaubono memoratam videre contigerit. Anno sequenti 1509 ejusdem formae editio prodiit Parisiis sine notis, impensis & typis trium Typographorum Aegidii Gourmont, Dion. Rose, & Ponseti Le Preux, quorum nomina in fine libri leguntur, licet in fronte mei codicis solius Gourmontii exhibeatur. Forte alii socii exemplaribus suum quisque nomen, ut centies factum, praescripserunt. Celeberrimus iste Gourmontius inter Parisienses artifices typorum fuisse videtur, & plures ex eadem familia floruisse, ex Annalibus Maittairii apparet, ubi memorantur, Robertus, Johannes, & Hieronymus Gourmontii v. Tom. II. p. 86. 109. & 549. de hac vero editione agit pag. 101. Incidebat etiam mihi suspicio, licet aliter multos sentire sciam, an non ab hac Gourmontiorum familia fluxerit peculiaris ille typorum character, quem *Germont* vel *Garmond* in hunc usque diem Typographi appellare consueverunt: nam invenisse solerter nova quaedam in hac arte Aegidium illum inde posset colligi, quia primus etiam inter Typographos fuisse Parisienses dicitur, qui Graece & Hebraice libros typis suis ediderit, teste Chevillerio de Arte imprimendi Part. III, Cap. 2. & 4. Haec vero editio, licet correcta dicatur per Guidonem Moriletum ex Codice abbatiae S. Victoris, tot vitiis operarum est deturpata, ut taedio conferendi eam fere abjecerim, & non nisi rarissime adhibuerim. Secuta has editiones fuit Juntina Florent. 1510, curata per Marianum Tuccium Florentinum, cujus dedicationem & hic legi volui, sed vitam Suetonii, nihil novi aut singularis

gularis notae habentem, omisi. In hac editione nihil quod me morari posset inveni, & illam tam accurate Lugdunensem editionem expressisse vidi, ut fere easdem lectiones exhibeat. Aldinas, quae deinde simul cum Historiae Augustae scriptoribus prodierunt, duas habui, priorem Ann. 1516. alteram 1519, quamvis & viderim Anni 1521. nota inscriptam, ut saepe in aliis Aldinis, licet non sint diversae, annorum numerum variare sum expertus. Prior vero Historicorum illorum tomus Suetonium, Eutropium & Paullum Diaconum complectitur. Curavit has editiones Joh. Baptista Egnatius, cujus notas deinceps multis editionibus adjectas fuisse vidi. Et licet non benigna de hujus viri doctrina & ingenio judicia sciam, eas tamen & in hac editione conspici volui, quia & quaedam bona contineant, & si quae perperam sint adnotata, in iis memorandis & refellendis Glareanus, Casaubonus & alii saepe versati fuerunt, commodo lectorum me consulere credebam, si quum non magnae molis sint, in eodem, quo aliorum animadversiones, volumine inspici possent.

Erasmus deinde, ingens illud patriae nostrae lumen, & cujus ingenio & diligentiae, plura literatus orbis, quam vulgo creditur, debet, manum etiam Suetonio & Historiae Augustae Scriptoribus admovit, & licet parca admodum manu adnotationes quasdam margini editionis suae adleverit, plurima tamen mutavit, & aliter legi voluit atque in prioribus editionibus erant exhibita. Lectiones vero diversas partim judicio ejus conferentis alias editiones, partim etiam Codici Tornacensi egregio, cujus suffragium se secutum esse profitetur, debemus, quare maxime miratus fui, editiones ejus non diligentius excussas fuisse, quum post Erasmum omnes fere usque ad Plantinum & Torrentium ejus vestigia presserint, ut Colinaeus, Gryphius, & alii, in quorum editionibus nihil praeter nitorem characterum & emendatiorem auctoris contextum reperi, quod commendari mereatur. Solum Torrentium saepe Germanicam editionem ad partes vocare lector deprehendet, sed ille posteriorem demum Basileensem ante oculos habuit, quum quater eam repetierint Basileenses. prima enim ab Erasmo prodita est An. 1518. deinde 1531. & 1533. in quibus multa iterum immutavit, & demum post ejus mortem quae A. 1536 contigit, A. 1546. Jam vero Typographi sequentes, ut Colinaeus, Gryphius & alii, licet in fronte librorum suorum mentiri non erubuerint, ex libris vetustis se emendatiorem Suetonium exhibere, hanc vel illam Erasmianam expresserunt, ut conferenti varias, quas ipse collegi, lectiones, facile apparebit.

Argentinas quoque editiones binas adhibui: unam typis Matthiae Schu-

Schurerii, A. 1515. alteram Johannis Pruff. 1520, fed iisdem characterum formis expreffas, ita ut focietatem inter hos contractam fuiffe fufpicer, & ex aliis auctoribus partim Argentinae, partim Hagenoae editis, qui eamdem faciem prae fe ferunt, conjicere licuit. Quis vero curam earum egerit certo adfirmare nequeo, quum nulla fit praefatio adjecta: fed quia vita Suetonii per Tuccium Marianum fcripta in prima pagina legitur, ex Juntina expreffam credidi, licet lectionum varietas, quam notavi, in quibusdam ab ea faepe difceffum fuiffe, doceat: immo non modo ipfum Schurerium fuiffe non vulgari eruditione, & artium Doctoris titulo infignem, & apud Joh. Prufs recognitoris officium praeftitiffe didici ex Maittair. Annal. T. II. pag. 57. fed & eo tempore Argentinae fuiffe focietatem literariam virorum eruditorum, quae edendis veterum fcriptis operam fuam praeftabat, ex eisdem Annalibus pag. 60. apparet. ubi & pag. 598. Suetonium eodem anno 1520 Seleftadii apud Lazarum Schurerium excufum memorat, quam eamdem effe puto, quae in meo exemplari praefert nomen Johannis Prufs, & Lazarum illum ex eadem gente, qua Matthias Schurerius fuit ortus, arbitror.

Colinaei editiones quatuor habui, fed, ut jam dixi, praeter nitorem & munditiem nihil novi, & quod non in Erafmianis deprehendi, reperire potui, ut & ipfe Colinaeus fatetur. Gryphianae etiam tres ad manum fuere, duae Sebaftiani Gryphii A. 1534 & 1547. tertia Antonii 1565. quibus idem pretium quod Colinaei ftatuere licet. plures vero a Gryphiis editiones prodiiffe conftat, & aliam a me non infpectam confuluiffe Torrentium, ex notis ejus ad Vefpaf. III. & Domit. XIV. cognovi.

Rarior & a paucis memorata eft editio Stephani Doleti, qui quum ipfe vir doctus fuerit, & fimul officinam typographicam exercuerit, emendatam admodum Suetonii editionem prodidit A. 1541. & margini Erafmi & Johannis Raynerii Scholia quaedam adjecit, fecutum vero Gryphii editionem. A. 1635 credo, eo facilius, quia in emendandis, qui typos Gryphianos exercebant, libris diu operam fuam locaffe conftat.

Secuta eft praeftantiffima & quae omnes fuperare deberet, Roberti Stephani editio in forma, quam octavam vocant A. 1543. de cujus meritis prae ceteris Cl. Graevius, qui ejus ope multa fe loca reftituiffe profitetur, egit, & eam ex Memmiano codice expreffam effe credebat. Sed in multis etiam a codice illo difceffiffe Stephanum, varias lectiones conferenti patebit: nec immerito: ut ut enim egregia verae & antiquae lectionis veftigia codex ille fervaverit, multa etiam vitiofa & inepta exhibet, quae fi quis editor exprimere vellet, rifum criticis naris emunctae deberet. Nactus vero fui exemplar, cujus margini manus docta va-

rias

rias quasdam lectiones adlevit, quas in adnotationes meas hic illic transtuli.

Glareanus deinde Basileae Anno 1560. novam Suetonii editionem cum notis quibusdam emisit, quas ideo in hac editione omnes legi volui, quia vir ille & doctrina & acri satis dijudicandi vi praeditus, id fere & in Suetonii hac & aliorum scriptorum a se curatorum editionibus, semper egit, ut omissis vulgaribus, ad illa potissimum animum intenderet, quae aut ab aliis praetermissa sunt, aut in quibus ipsi difficultas & scrupulus quidam injectus fuit, quem vel ipse eximit, vel, de his locis amplius deliberandi occasionem dans, felicioribus ingeniis explananda relinquit: in his hoc in primis agit, ut ad quae loca Egnatius & alii ante suam aetatem viri docti haeserunt, lucem aliquam adferret.

Plantiniana editio nihil praecipui fere habet, nisi quod a diligentissimo Pulmanno variae ex codicibus quibusdam lectiones sunt adjectae, in quibus quidquid bonae frugis est, Torrentius, Casaubonus, Scriverius & alii in suas adnotationes transtulerunt. In Suetonii verbis licet non multum, aliquantulum abit ab Erasmianis editionibus, quas varietates a nobis notatas lector deprehendet. Hanc secutus editionem Torrentius, qui primo A. 1578. minori forma, deinde curis secundis amplioribus notis instruxit & edidit Anno 1592; quibus magnam sibi eruditionis famam paravit, ut & altero in Horatium Commentario. Sed si quis acriori censura illius scripta excutere vellet, multa quidem bonae frugis & utilissima Latinae linguae, antiquitatum & Juris Romani studiosis deprehendet, sed non pauciora hinc inde vulgo jam nota in unum collecta, reperire poterit. Praecipua vero ex JCtorum libris obviis, nec minori numero manifesto furto aliis sublecta, immo ipsa saepe Beroaldi scrinia compilasse Torrentium, conferenti patebit, & notavit etiam Ferrarius lib. II. de Re Vest. Cap. 12. & III. Cap. 2. Quod eo gravius in illo ferendum, quia ejus criminis reos saepe alios agit: ut ad August. Cap. 11. in Turnebo & Pithaeo dissimulationem carpit, quum Beroaldo suo accepta referre debuissent. Quum vero multus sit in antiquitatibus illustrandis & congerendis veterum, qui de illis egerunt, locis, quo nihil facilius, si sint vulgo nota & ab aliis jam laudata, fieri non potuit, quin plura aliorum ingenio & industriae, quam suae deberet. an Lipsio etiam non plurima sublegerit dubitavi equidem, quum exemplar Plantinianae editionis in Bibliotheca Academiae nostrae servetur, ita notis Lipsii peraratum, ut ne intervalla quidem versuum va-

cua relicta sint; quod inserviisse Lipsio Suetonium publice explicanti didici ex notis Gruteri, qui ad Caes. XLV. & Aug. XXXIII. & XLV. se meminisse ait, ante annos triginta & amplius Lipsium pro publica lectione emendasse, ita ut in illo codice reperi: & nescio an hinc calumniandi ansam adripuerit Joh. Ph. Paraeus, qui in epistola apologetica adversus Gruteri Libellum famosum sub nomine Eustathii edita Anno 1619. ait, se Heidelbergae audivisse Gruterum Lipsianas lectiones recitantem. Hinc ergo & Torrentius, si non ab ipso Lipsio, certe a quodam ex discipulis potuit illa discere, quae in notas suas conjecit. Denique Crenius in libello, quem de Furibus Literariis edidit, pag. 95. & 144. Torrentium scrinia Lipsii, & hunc vicissim illius compilasse docet. Certe de Lipsio queri videtur Torrentius in notis ad Aug. Cap. X. in Lipsianis vero illis plurima occurrunt Torrentianis simillima, & saepe ad verbum respondentia. Quare dubius saepe haesi, an non Lipsius ex Torrentio haec descripserit, quum ille & aetate praecederet Lipsium & sua in Suetonium ediderit, antequam Lipsius Leidae Doctorem egerit, & in notis ad Tacitum IX. Ann. 22. & XI. 29. secundae editionis Torrentium laudaverit. & vicissim Lipsii notas in Tacitum laudet Torrentius ad Calig. LVI. & hinc forte hic & illic errare potui, Torrentium plagii accusans, cujus & ipse Lipsius potuit esse reus. Quidquid sit, ego quodcumque ex exemplari Lipsii eruere potuerim, hic cum publico communicavi, ea vero praecipue excerpsi, quae critici acuminis aliquid habere viderem, reliqua quae scholis suis privatis adscripsit, quia & vulgaria multa continebant, & difficultate characteris & scripturae vix expediri & legi poterant, libenter omisi. Lipsii praeterea notas in tres posteriores ex Gente Flavia imperatores post ejus mortem ediderunt Offenbachii Anno 1610, simul cum quibusdam epistolis, ex quibus illa etiam sumsi, quae Suetonii verbis lucem aliquam addere viderentur, licet saepe in expedienda illarum notarum sententia haeserim, tanta negligentia editio illa, quae scatet vitiis operarum, curata fuit, ut Lipsianae famae insignis injuria facta sit.

Tandem vero manum admovit Suetonio Isaacus Casaubonus, de cujus eruditione & ingenio praestat silere, quam pauca dicere. Prima ejus editio prodiit Anno 1595. vel ut alii 1596., in qua Torrentianam se secutum esse profitetur in notis ad Neron. Cap. XXXIX. Licet autem exquisitae eruditionis plenissimus hic sit commentarius, uberiora tamen praestare potuisset vir insignis, nisi vita ejus variis migrationibus, curis domesticis & publicis ita fuisset agitata, ut numquam fere ad elaboranda scripta sua li-

liquido & sereno animo potuerit vacare. Hoc in omnibus fere scriptis suis queritur, quae inchoata verius quam perfecta dici possunt, & praeter cetera in his in Suetonium animadversionibus ad Tib. XLV. ubi animum sibi non deesse, voluntatem etiam superesse, sed otium καὶ τὸ ἀμέριμνον semper hactenus defuisse, quod sua scripta prodere nimis festinanter cogeretur, fatetur: & hinc animadversionibus suis deinde appendiculam adjecit, & tandem Parisiis certiorem sedem & otium nactus Anno 1610. auctas edidit suas in Suetonium animadversiones; in verbis vero Suetonii quaedam etiam mutavit, licet in notis rationem consilii sui saepe non reddiderit, ut ipse nos docet ad Caes. Cap. XXVI. Festinationem, qua in scriptis suis Casaubonus fere utebatur, ipse ejus filius Mericus agnovit, & excusavit ad Diog. Laert. II. §. 113. & hinc etiam errores quosdam μνημονικοὺς in eo notaverunt viri docti, ut, qui in his undique conquirendis sibi egregie placebat, Crenius Tom. IX. Anim. p. 132. sed haec omnia efficere non possunt, quominus Casaubono inter Suetonii commentatores princeps locus adsignetur, ut qui ex penu sua saepe talia proferre soleret, de quibus alii in exponendis auctoribus ne cogitare quidem prae eruditionis variae & diffusae, in primis Graecae linguae, defectu, potuisse videntur. Post Casaubonum notulas quasdam in Suetonium emisit Fulvius Ursinus Typis Plantinianis Anno 1595. adjectisque Fragmentis Historicorum, & in alios Historicos notis. Quum vero nulla praefatione haec editio sit ornata, de subsidiis, quae illi ad manum fuere, nihil statuere licet. Memorat vero veterem quemdam codicem, neque qualis fuerit indicat. Suspectam vero saepe viris doctis fuisse Ursini fidem inter eruditos satis est pervulgatum, nolui tamen ejus notas negligere, quia nonnumquam vel ex codice suo, vel ex conjecturis Suetonium adjuvisse censeri potest. Paullo post Anno 1596. typis Raphelengianis Leidae Petrus Scriverius novam editionem curavit, vestigiis Casauboni in verbis Scriptoris insistens, in notulis vero quas subjecit Plantinianam Pulmanni cura editam praecipue describens, licet & aliunde quaedam corraserit, & sua quoque, sed parca manu, immiscuerit. Haec editio a paucis memoratur, & a paucioribus Scriverio adscribitur, quia nomen suum obscuraverat, post praefationem duabus literis inverso ordine se indicans S. P. id est Scriverius Petrus. Sed in notis Graevianis saepe vero nomine appellatum invenies. Vid. ad Caes. LXVI. & Oth. IV. & alibi: ex his notis pauca quaedam, quae ad rem facere videbantur, elegimus. Deinde Jani Gruteri notas, quas ille cum aliis in Augustae Historiae Scriptores vulgavit Anno 1611. praeterire no-

noluimus, tum quia ex Palatinis tribus codicibus multas lectionis varietates, summa, ut solebat, fide, prodidit, & notae illae in tanto corpore latentes a paucis excuti soleant. Neque etiam, ne integras me notas mutilasse calumniari quis posset, notas, quae ad civilem prudentiam illustrandam pertinent, quia & breves & utiles censebam, omittere volui. M. Suerii Boxhornii quoque non magno numero notas hic legi volui, quia in illis quaedam satis erudita mihi occurrere videbantur: ex Schildio, vero Pitisco, Babelonio & qui nuper magna mole, sed parva fruge, editionem protrusit, Lusitano Almeida. (licet de Pitisco magnifice quidam & in primis Ephemeridum Scriptores praedicare soleant; de Almeida vero rectum judicium ferant Eruditi Lipsienses in Actis An. 1729. p. 385.) nihil fere exscribi volui, quia hi omnes priorum tantum labores & scrinia compilaverunt, vel ex diversis doctorum virorum scriptis ea adleverunt Suetonio, quae omnibus scriptoribus, apud quos ritus & antiqui seculi mores memorantur, adlini possunt. sed in quibus nulla ingenii, eruditionis aut curae singularis, nulla etiam critici acuminis, quibus verba Suetonii illustrari possent, vestigia deprehendi. Quare, quantum potuimus, etiam a citandis ad testimonium, quos illi adduxerunt, abstinere manum conati sumus; immo alios quoque, qui profitentur se non doctis sed tironibus suam operam impendisse, suo loco reliquimus, certi unumquemque, qui vulgata illa & eruditis notissima investigare velit, in Lexicis & vocabulariis, quorum numerus in immensum excrevit, facile reperturos, & majori cum fructu tirones ea ex Professorum scholis addiscere, si velint, posse.

Ex his vero, Lector erudite, facile existimare poteris, quanta accessione Editiones Graevianae nunc locupletatae tibi exhibeantur, quarum prima cum prodierit Ultrajecti An. 1672, tam cupide fuit divendita, & omnium manibus trita, ut quum ejus exemplaria desiderarentur, novam meditari coactus fuerit vir summus, quam Anno 1691. in lucem prodidit. Et licet tertia etiam jactetur cura Graevii emissa 1704. eamdem illam esse, quae secundis curis prodiit, nisi quod nova dedicatione & praefatione sit instructa, & Patini notis & numismatibus locupletata, conferentibus facile apparebit. Edidit etiam ad commodiorem legentium usum minori forma Cl. Graevius Suetonium, & suis tantum notis instructum Anno 1697. In hac vero nostra editione nihil quod in Graeviana ultima occurrit, desiderari passi sumus, magis tamen obsecuti Typographorum desideriis & mori, quam proprio judicio, ut qui augeri quotidie librorum moles, & intendi pretium, aegre ferimus. Quare & Pati-

ni

ni omnia resecare consilium fuerat, quum ejus editio satis adhuc obvia & exposita videatur, & nummi ab ipsis auctoribus exhibiti majore semper cura mihi exprimi videantur, quam ubi ab aliis artificibus iterum aeri insculpantur. Waesbergius tamen, ut nova dote Patiniana commendaret, omnes nummos, qui antea ligneis tabellis insculpti fuerant, ab integro aeri impressos, voluit lectoribus spectandos praebere.

Restat nunc, ut pauca de subsidiis, quae mihi praeter editiones priscas quas enumeravi, ad manum fuerunt, Te, Lector benevole, edoceam. MSS. Codices Suetonii plures in bibliothecis reperiri ex doctorum virorum scriptis didicimus, & in Italia & Gallia qui exstant, excussos jam esse credere fas est. Certe Torrentius laudat codicem Joannis Bapt. Panaeti Ferrariensis ad ad Caes. 15. Casaubonus quatuor Regios se Codices adhibuisse multis locis testatur, hodie vero quatuordecim in Regia Bibliotheca exemplaria exstare aliunde cognovi. Doctissimus etiam Walker ad Ciceronis II de Nat. deor. 57. laudat vetustissimum Codicem Regium. Quos si facultas conferendi mihi data fuisset, nullus dubito, quin praeterita ab aliis multa observare licuisset. Solent enim plerique scriptorum veterum editores, dum codices versant, ea tantum excerpere, quae instruendis notis suis faciunt, & praeterire varietates saepe insignes, ex quibus se nihil excudere posse vident.

Deprehendi hoc in ipso Casaubono, qui Cujaciano codice etiam usus fuit, & ex quo saepissime varietates quasdam memorat. Excerpta vero istius codicis, reperi inter schedas Lipsianas, quae in Bibliotheca Academica hic servantur, quae ego omnia in hanc editionem transcripsi: scrupulum tamen unus & alter locus mihi injecit, an ex Cujaciano codice quem adhibuit Casaubonus, excerpta haec plene & fideliter descripta fuerint, quia ab eo varietatem notatam vidi, quam in excerptis non offendi: ut ad Claud. Cap. X. *in curiam ad suadenda*, Casaubonus ex Cujaciano profert *ad censenda*, in excerptis vero nihil diversitatis vidi. ad Domitian. Cap. II. Casaubonus notat legi in Cujaciano, *simulavit & ipse mire modestiam in primis, Poëticaeque studium.* in excerptis nihil a vulgatis est discrepantiae, & ita in paucis quibusdam aliis locis. In fine horum excerptorum legebantur haec: *Graeca non expressi. pleraque ita in libro ut a Turnebo ex eodem ipso libro, ni valde fallor, relata, & relata fidelissime.* unde apparet & Turnebum usum hoc codice, quod & docebit nota ad Aug. XLIV. ubi ille ex suo codice profert *muliebre sexus omne*, cui consentiunt haec excerpta, & schedae Lislaei a Casaubono memoratae, saepe eadem nobis exhibent. Manum viri docti, qui haec excerpta Lipsio misit, agnoscere nondum potui. Inter omnes vero codices celebratus

 fuit

fuit Memmianus, qui idem est, qui Turonensis ab aliis appellatur, & ad quem Rob. Stephanus editionem suam exegisse fertur; quamquam conferentibus patebit innumeris in locis ab eo discessisse Stephanum. hujus etiam codicis variantes lectiones docere possunt, quam non ad unam semper normam & rationem respondeat doctorum virorum, qui contulerunt libros veteres, diligentia: nam & illa, quae Casaubonus prodidit, non eadem semper videntur, quae ex Salmasianis excerptis protulit Cl. Graevius, nec etiam Graevium Salmasiana satis accurate excussisse censet Jac. Gronovius, qui ex Salmasiano exemplari omnia excerpta religiosissime se edidisse testatur, & ut ejus rei fidem faceret, hac de caussa novam editionem Suetonii An. 1698. hic Leidae jussit exire, quae Memmiani codicis omnia etiam puncta & apices referret. Jam vero in Bibliotheca Academica est Editionis Torrentianae exemplar, quod olim fuit Vossii, cujus margini adlitae sunt variae lectiones, quas cum Memmianis dum confero, ex eodem codice, vel certe ex Salmasianis excerptis descriptas esse jurare paratus sum, licet nullum indicium ejus Vossius dederit. ita enim respondent illis, quas Casaubonus, Graevius & Gronovius nobis dederunt, ut ex nullo alio codice depromi potuerint. Hic tamen & illic ab omnibus diversae abeunt, ut ad ipsa Suetonii verba notavi, ubi Vossiani codicis, vel excerptorum Vossianorum mentionem injeci. Vid. ad Oth. I. Vitel. XV. saepe tamen accidisse potuit, ut taedio conferendi, quae eadem videbantur, hic & illic diversam aliquam Scripturam in Vossiano praetermiserim. Egregium vero hunc esse codicem & magnae auctoritatis nemo negabit, ultra tamen meritum esse laudatum unicuique, omnes ejus varietates in Editione Gronoviana recensenti, patebit, quippe quum & ineptissimas lectiones, aeque atque alii solent, nobis exhibeat. Potuisset vero idem Gronovius ingenti beneficio demeruisse Orbem eruditum, si simul cum Memmiani codicis lectionibus nobiscum communicasset varietates trium codicum Mediceorum, quos Florentiae servari ait, omnes notae adeo antiquae, ut nullus eorum codicibus a Casaubono inspectis cedere debeat, ut nobis narrat ad Arriani Exped. Alex. lib. I. cap. ult. & ad quae in praefatione sua respicere illum existimo, ubi ait, *habebam quidem, & habui diu, eadem ex aliis fidelissimae ac vetustissimae scripturae codicibus corroborata, & consensu perpetuo ac securissimo stabilita. Sed hunc Suetonim Salmasio inscribere volui.* & deinceps *auxilia mihi ad manum erant, Memmiano nequaquam viliora, de quibus nunc agere non potui.* Haec si nancisci potuissem, libenter cum publico communicassem, sed quia in occlusissimo thesauro servari pertinaciter

naciter noveram, periculum ne mihi negarentur, subire nolui. Contentus igitur illis, quae parata & praesto erant, circumspexi tamen, si qua hinc vel illinc possent erui, nova quaedam subsidia. Et quum legissem in Graevii praefatione secundae editionis, nonnihil etiam opis ipsi attulisse codicem Harlemensis Bibliothecae, quem olim contulerat Philippus Rulaeus, ad eum quoque, quoniam excerpta illa Rulaei quo abiissent, ignorabam, decurrendum existimavi; quem quum ipse inspexissem, & deterreret me tot aliis occupatum negotiis conferendi labor, commode operam suam obtulit eruditissimus Franciscus Oudendorpius, disciplinae olim nostrae alumnus, & nunc Harlemensis Gymnasii egregius moderator, qui totum exemplar ad editionem Gronovii collatum mecum communicavit. Quare quidquid ex illo in Suetonium boni redundavit, hujus diligentiae & officio adtribuere, lector, debebis. In renovatae quoque editionis An. 1702. praefatiuncula idem Graevius sibi ab Henrico Copesio codicem annorum quinquentorum quum memorasset, ne nobis ex eo excerpta deessent, effecit erga me benignitas Viri Clarissimi Arnoldi Drakenborchii, quo discipulo olim & nunc amico summo maxime gloriari licet. Ille enim a Graevio olim possessi exemplaris varietates descriptas liberaliter mihi transmisit. In Bibliotheca quoque Hulssiana quum codicem Suetonii haberi intellexissem, ab ejus domino ejus usum impetravi, eumque cum vulgatis contulit eruditissimus juvenis Augustinus van Staveren, cujus diligentiae egregiam Cornelii Nepotis editionem nuper curatam debemus. Est quidem ille recentioris aevi, sed qui in multis cum optimis exemplaribus congruit. denique inter codices a Cl. Perizonio Bibliothecae publice legatos erat codex, non admodum antiquus, qui olim fuerat Wilhelmi Noomsii, & cujus margini nescio an ipsius Noomsii, an alius viri docti varietates quaedam ex aliis codicibus erant adscriptae. Deprehendi vero hunc codicem in multis Editioni Romanae, ab Andrea Aleriensi Episcopo curatae, consentire. Quidquid sit, ex his quantum ad Suetonium utilitatis & frugis redierit tuum erit, benevole lector, existimare. Si moras trahere, aut undique subsidia ab exteris conquirere eo usque, donec nihil mihi deesse persuasum fuisset, animo sedisset, fortasse pluribus ornamentis instrui haec editio potuisset: sed quum nec aetas mea, nec festinatio Bibliopolae, deesse officinis Graeviana exemplaria ostendentis, nec quotidie aurem meam vellens majoris operae & laboris Virgilius, quem publico promissum debeo, ulteriorem procrastinationem ferret, malui non omni parte ex voto meo perfectum librum emittere, quam huic

huic uni curae diutius intentum, spem eruditorum fallere. Audiveram quidem Gottlieb Cortium, qui mature nimis literis & literatis ereptus est, meditatum fuisse aliquid in Suetonium, cumque in finem subsidia jam quaedam collegisse, quas paries, ab eo destitutas, suscepturum se promisit Paullus Daniel Longolius; sed nolui ab illis emendicare opes, quibus ipsi ad famam grassari possent. Inter alia excerpta ex Codice Obsopaei ad illos pervenisse intellexi, ex quo nobis Barthius in Adversariis quaedam lectionum variarum specimina dedit, ut apparet ex Lib. XLVII. 2. Idem vero Barthius in Tom. III. reliq. MSS. a Ludewigo editis pag. 208, narrat se habere schedam admodum crassam, & ineditam, quae XXIV. priorum Caesarum vitas continebat. Sed an Suetonii quoque vitae XII. Caesarum in illam fuerint collatae, non declarat. Ubi vero adhuc eruditis nondum versati aut collati alii codices delitescant, brevi fortasse nos docebit laboriosissimae eruditionis antistes, Monfauconius, ubi catalogum MSS. codicum in Europae bibliothecis latentium cum publico communicaverit, ex quo per totum orbem eruditi huic vel illi Scriptori manus admoturi, summo cum fructu discent, unde subsidia peti debeant.

De ipso Suetonio ejusque eruditione, eloquentia, fide & reliquis dotibus me acturum non esse praemonui, quia id abunde praestitum a magno Doctorum numero jam fuit, & si quid de eo admonendum superfit, id passim notis insertum legitur. Verbo tantum de divisione harum vitarum in libros & capita agendum erit. In Codicibus & editionibus priscis nulla nisi per singulas vitas operis divisio observata fuit, & primus fuit Casaubonus, qui in octo libros dispartitus est, ita ut sex priores Caesares singulos libros habeant, tres sequentes Galba, Otho & Vitellius septimum, tres ultimi ex Gente Flavia octavum efficiant librum. A quo discessit Boxhornius, & tota fere natio eruditorum, nisi quod Cl. Graevius numerum Casaubono probatum in summa pagina, simul cum vulgari vitarum distinctione conjunctum servaverit. Neque ego aliquid mutare sustinui, quia Graevianas, quantum licuit, exprimere editiones animus ferebat. Sed tamen me magis pronum esse in Boxhornii sententiam, nunc re diligentius perpensa, diffiteri nolui, praecipue eo motus, quod omnes vitarum singulorum hominum scriptores intra unius vitam libros suos continuerint. deinde apud Barth. Lib. XXXVII. Adv. 5. ex antiquo Glossatore Virgilii citari decimum Suetonii librum vidi: verba vero produci, *dabat sicut Saturnalibus viris Apophoreta, ita per Kal. Martias feminis*, quae in Vespas. Cap. XIX. occurrunt. fecit ergo ille Deci-

mi

mi imperatois vitam, librum etiam decimum. Nec in libros octo divisum fuisse Suetonium inde probari posse putem, quia saepe medii aevi Scriptores non *vitas* sed *libros*, ubi Suetonii verbis utuntur, laudare solent: ut ex Jacobi Magni Sophologii lib. II. c. 7. producit Delrio in notis ad Senecae Troad. vs. 159. Unde Suetonius *lib.* II. de XII. Caesaribus narrat, quod *Augustus Caesar amicitias non facile admisit, sed constantissime retinuit.* Vita enim Augusti revera liber secundus dici potest. Sed si ex Vespasiano locum laudaret, ut ex libro VIII., inde aliquid effici possit pro Casauboni sententia. Hodie vero citari Suetonium ad testimonium, juxta divisionem librorum a Casaubono institutam, incommodum non modo apparet, quia plurimae editiones illam non exhibent, sed saepe indicium praebet, Suetonium non inspexisse illum, qui ita laudat, sed ab aliis eo modo laudatum invenisse: cujus securitatis & negligentiae insigne specimen nobis praebet, compilare undique aliorum scrinia solitus Jurisconsultus quidam, qui in Jurisprudentia Symbolica modo producit Suetonii loca ex *Vita Caesaris*, *Augusti* &c. modo ex *lib.* I. II. & porro. sed quum ignoraret lib. VIII. continere tres vitas, Vespasiani, Titi & Domitiani, pag. 135. laudat *Sueton. in lib. VIII. cap. IX.* quem locum lector sine dubio in Vespasiani vita, quae prima harum trium est, quaereret: sed ad Domitiani vitae cap. IX. respexit scriptor, quare si umquam Suetonium inspexisset, & probasset Casaubonianam distributionem, debuisset scribere, *Sueton. in lib. VIII. vita Domit. cap. IX.* vel si continuo libri octavi capita ordine voluisset numerare, *Sueton. in lib. VIII. cap.* XLV. Ibidem laudat *lib. VII. cap.* 8. quem locum nondum reperire potui, nec in Galbae, nec Othonis, nec Vitellii vita, quae tres librum VII. faciunt, nec etiam ullo ex tribus Suetonii laudatis locis mentionem fieri de poena Calumniae sublata probari posse putem: quum primus ex Augusti vita cap. XXXII. & ultimus ex Domit. IX. agant de tempore intra quod accusatio repeti debeat, & de diuturnorum reorum absolutione, medius ex Tito. cap. VIII. de delatoribus & mandatoribus, ut viri docti ostenderunt. quare caecos secutus duces, ipsum Suetonium consuluisse Ictus non videtur. Si vero ex more lector scriptoris locum illum ex lib. VII. cap. 8. vellet quaerere, sine dubio Galbæ, Othonis vel Vitellii vitas, uno libro comprehensas, evolveret, quum ut vidimus, sit ex Titi vita. Ut vero mos ejus fert saepe eadem repetere, idem tradiderat in Papiniano suo cap. VII. ubi tria Suetonii loca in hanc rem citans priorem ex lib. II. cap. 32., alterum ex lib. VII. cap. 8. (vitiose itidem pro lib. VIII. nam Ti-

ti vita, non Vespasiani est) & tertium ex VIII. cap. 9. profert, omnia commiscens, & molestiam lectori exhibens, ut investiget, utrum Vespasiani, Titi an Domitiani vitas intelligat. Eadem levitate, p. 228. locum citat ex lib. VII. cap. 2. quem in Vitellii vita offendet lector, & qui in Galbae cap. 2. quaereret, frustra laboraret. pag. 284. nos docet Imagines larium in cubiculo *suspensas cum ceterorum numinum simulacris, quae tori genialis curam habere existimabantur*, idque tradere Sueton. lib. VIII. cap. 17. adfirmat. quod si quaeras, ut oportet, in Vespasiano, frustra eris. sed in Domitiani vita cap. XVII. mentio fit pueri, qui curam larium cubiculi agebat, nihil vero de simulacris suspensis, nec de diis, qui curam tori genialis habere existimabantur, quae sine dubio ex alio, non consulto Suetonio, auctore sibi numquam lecto, transcripsit. Quae omnia probant, aeque ipsi scripta Suetonii nota & perlecta fuisse, ac Salomonis Jarchi, Aben Ezrae, Babae Kammae & aliorum Rabbinorum, quos in libro de Tutela viarum, tamquam sibi familiaria lectoribus annumerat. Capitum vero, sive minorum partium, sectiones non a Suetonio ipso profluxisse reor, licet non cum Delrio eodem in loco ab Erasmo aut Glareano fuisse hanc distinctionem ortam credam. Nam & antiquissimae ab ipsa etiam Romana usque editiones, licet numeri notas non addiderint, intervalla tamen quaedam vacua exhibent inter capitum, ut nunc fere sunt, distinctiones, quas Venetae, Aldinae, Juntinae & reliquae secutae fuere. Vero autem videtur simile, Erasmum primum numeros ipsos margini adposuisse, certe ante ejus Editionem primam An. 1517. nullam me vidisse numerorum notis distinctam memini, sed eum secuti fuere Colinaeus, Gryphius, Doletus, Plantinus & reliqui. Sic ergo sola distinctio & intervallum aliquod olim capita inter se distinguebat, sed numerorum notae aberant. Unde non accuratè à Schotto ad Aur. Vict. Epit. cap. 1. princ. scriptum est, *Suetonius libris fere, non capitibus numerisque divisus est.* Sed aliquando etiam divulsa quae cohaerere debuerant, & contra, ostendit saepe Casaubonus, cujus vitii multa exempla possent produci, & saepe Casaubonus produxit. vid. ad Caes. XII. Mirum etiam accidere debet, quum tot ac tanta volumina Suetonius scripserit, ut ex fragmentorum indicibus apparet, tam paucas ejus ad nos reliquias pervenisse, sive imperatores, libertatem ejus & reipublicae antiquae, cujus imaginem & laudes saepe oblique saepe etiam aperte exhibet, studium exosi, ejus scripta quantum potuerint, abolenda curaverint; sive quocumque casu, qui ejus labores adflixerit, perierint, hoc certum

tum est, nihil integri ad nos venisse; nisi has vitas Imperatorum; nam Grammaticorum, Rhetorum & Poëtarum vitae, a viris doctis pro excerptis potius & fragmentis, quam pro integro opere habentur. Miratus vero fui citari saepe ex Suetonio quaedam, quae reperire, licet diligenter quaesierim, nequivi: sic vir quidam doctissimus de ambitu agens, profert ex Suetonio in Aug. ***eum ambitu teneri, qui turbam suffragiorum caussa conduxerit, servos advocaverit, alienamve quam multitudinem conduxerit***, quorum verborum nihil in tota Augusti vita invenire licuit. quum in Cap. XXXIV. & XL. ubi de Legibus de Ambitu ab Augusto latis agit, debuissent illa deprehendi, sed longe diversa. quare vellem accuratius locum illum, qui omisso capitis numero laudatur, nobis demonstrari. Sed puto virum doctissimum deceptum ab aliquo, qui de ambitu scribens, ex Ant. Augustino de legibus, in Lege Julia de Ambitu, verba Paulli Jurisconsulti, ex lib. V. Sentent. tit. 30. produxerat, ille vero credens de Augusto haec dici, ejusque vitam a Suetonio scriptam, imprudenter de suo addidit, ex ***Suetonio in Aug.*** quum debuisset scribere, ex Paullo Icto Augustinus: ex quo descripserit nescio, nam & ille non bona fide dedit, ***alienamve quam multitudinem***, pro ***aliamve***. Sed condonemus haec meritis aliis Viri Egregii in rempb. literariam, neque is aegre ferat, hic opportuno loco hunc errorem notari. Dionysius etiam Vossius in notis ad Hirtii lib. VIII. de Bell. Gal. cap. 7. nobis ex Suetonio procudit novum & inauditum Latinis vocabulum ***decaenare***, quod pro ***caenare*** dixisse narrat. Nescio an illius menti obversatus fuerit locus ex Tib. XXXIX. ubi ***incaenante eo*** occurrit, cui tamen verbo alii status controversiam moverunt, an vero in quodam loco pro simplici verbo ***caenare*** repererit in quodam codice ***decaenare***. Quidquid sit, publica forma hoc vocabulum nondum procusum esse novi. Quae quum video, subit fragilitatis humanae, & praesertim memoriae imbecillitatis, animum recordatio, quibus quotidie magis magisque me obnoxium esse libens agnosco, & quo diutius me literis interioribus immergo, eo plura etiam vel effluere olim lecta & cognita, vel obscurata fere se menti offerre deprehendo. Quare si quid in his ad Suetonium notis & recensione peccatum esse lector offendat, communi infirmitati, & variis, quibus saepe distinear, curis adscribere velit. In primis facillimum errorem posse committi, varias editiones & codices eodem tempore conferenti, ut aliquando hunc loco illius perperam ponat, expertus fui. Si quid etiam manu festinantis quae mente conceperam,

 ram,

ram, non satis excutienti, erratum fuerit, aut operarum vitio, quod saepius accidisse non diffiteor, admissum fuerit, benignius interpreteris, Lector. Saepe enim professus fui, & etiam nunc prae me fero, corrigendis speciminibus Typothetarum me minus aptum esse, aut, quum etiam acies oculorum nondum, ita ut nunc, hebetata erat, umquam fuisse. Malui vero erratorum seriem lectoribus exhibere, quam ambitionem absurdam illorum imitari, qui etiam corruptissimis editionibus, nullum aberrationum indicem adjicere dignantur. Haec sunt, quae nunc tecum agere volui, lector erudite. Vale & laboribus tot doctorum virorum fruere. Leidae. Kal. Mart. CIƆIƆCCXXXVI.

C. SUETONII TRANQUILLI DE XII. CAESARIBUS LIBER PRIMUS.

DIVUS JULIUS CAESAR.

CAPUT I.

A. U. C. DCLXX.

JULIUS CAESAR DIVUS annum agens ſextum decimum patrem amiſit: ſe-

NOTAE.

C. SUETONI TRANQUILLI DE XII. CAESARIBUS LIBER I.] Scripti codices, paulo ſaltem melioris notae, omnes iſtud opus in libros tribuunt. Prima quoque editio ante annos centum viginti quinque Romae cuſa, recens tum inventa arte typographica, etſi in ſingulorum librorum fronte de eo admonere neglexit, operis tamen totius initio ſingularum partium rubricas deſcribens, & libros appellat, & cum manu exaratis conſentit. Is liber plurimum nos juvit in recenſendo hoc praeſtantiſſimo ſcriptore: multa enim in poſterioribus editionibus mutata in deterius, accurata ejus collatione & deprehendimus & reſtituimus. Hujus nos libri unius ope freti, recenſionem ſcriptoris iſtius primo auſi ſumus aggredi: poſtea acceſſerunt alia adminicula amicorum beneficio. Petrus Pithoeus J.C. clariſſimus, qui fugientes Gallia muſas moratur cum paucis, miſit ad me codicem ſuum, in cujus ora diligentiſſime erudita manu ipſius adſcriptae erant lectionum diſcrepantiae, quas olim, editionem Roberti Stephani cum vetuſtiſſimo, ut ajebat, & integerrimo exemplari contendens, obſervaverat. Fecit idem & Hieronymus quoque Groſlotius Liſlaeus, nobiliſſimus doctiſſimuſque vir: contulit, inquam, vel cum iiſdem, vel cum aliis non multum diſcrepantibus, libris vulgatas editiones: vel ἀλλοφύλοις χερσὶ ſua manu curate deſcriptas ad me miſit. Multum hic eruditiſſimorum hominum labor noſtrum laborem levavit: aliquanto tamen amplius codex membraneus elegantiſſimus, cujus copiam nobis fecit humaniſſimus doctiſſimuſque amicus noſter Johannes Maneſſerius. Ex ejus potiſſimum codicis fide concinnata nobis haec editio eſt. Olim id exemplar Viterbii decem ipſis annis, priuſquam Romae prima editio in lucem prodiret, deſcripſerat adoleſcens quidam, nec ineruditus, &, quod res arguit, φιλομαθής. Cujus in fine libri exſtat hoc de ſe elogium: *Ego* (nomen erat deletum, ſic ut legi nullo modo poſſet) *Peruſini aëris fugiens intemperiem, recreandi animi gratia, ſimul & novi aliquid cognoſcendi, tranſcripſi in civitate Viterbii, in propriis aedibus anno aetatis* XXVIII. *die* XXII. *Septembris*, MCCCCLX. Quae propterea libuit adſcribere, ut aliquam gratiam manibus illius referrem, cujus φιλοπονίᾳ plurimum ſumus adjuti. Non enim eas ſolum emendationes, quas clariſſimus Torrentius in ſuis codd. inventas annotavit, omnes, paucis exceptis, in eo libro invenimus: ſed alias inſuper quam plurimas, qua-

rum neque ipse, neque Pulmannus mentionem ullam fecerunt. Atque haec sunt, quae olim ad manum habuimus praesidia, quando primum ad illustrandum hunc scriptorem nos accinximus. Postea vero quam in hanc urbem, literarum sedem, venimus, librorum manu exaratorum magnam copiam sumus nacti. Quatuor *Bibliotheca regia* suggessit: aliquot Senator integerrimus atque eruditissimus, *Paulus Petavius*: unum, sed eximium, & omnium fortasse, qui in Gallia nostra hodie exstant, vetustissimum, vir amplissimus, *Jacobus Memmius, Henrici filius, libellorum supplicum magister*. Hic est ille codex optimus, quem clarissima patriae lumina *Turnebus*, *Pithoei fratres*, *Nicolaus Faber*, aliquando tractarunt & saepe praedicarunt, Turonensem appellantes; quia, ut in fronte libri notatum est, in armario B. Martini Turonensis aliquando est servatus. Non dubitavimus autem hoc opus nova divisione in libros octo secare: cum vulgo singulae vitae pro singulis libris censeantur; etiam in chirographis iis, quos secuti fere ubique sumus. Sed cum apud *Suidam* legissemus octo libris constare *Suetonii* istud πόνημα, non duodecim: percussit e vestigio animum deformis illa, quae in vulgata divisione spectatur, voluminum inaequalitas: nam posteriorum sex librorum ea brevitas erat, ut cum aliquo e prioribus collati, cuncti vix ei mole sua pares essent, non multum certe superarent. Hoc igitur cum animadvertissemus, non diu quaerendum nobis fuit, quomodo institui restituique partitio illa legitima ac vera deberet. Res enim ipsa, μονονουχὶ φωνὴν ἀφιεῖσα, eam sectionem nobis indicabat, atque adeo dictabat, quam tibi nunc, lector candide, nostra haec editio exhibet. Quare enim Graecum illum magistrum recte praeeuntem non sequerer? praesertim qui & antiquior longe, &, ut puto, omnibus iis doctior esset, quorum manu descripti hodie Tranquilli codd. exstant. Casaubonus. Cum Caesareum hoc opus Suetonii absque ulla librorum distinctione hactenus circumferretur, vir summus, & cui aeternum hae literae nostrae debebunt, Isaacus Casaubonus primus in libros octo divisit, usus praecipue auctoritate Suidae, qui de Tranquillo, & hoc ejus scripto sic ait: Τράγκυλλος ὁ Σουητώνιος ἔγραψε συγγενικὸν Καισάρων, περιέχει δὲ βίους καὶ διαδοχὰς αὐτῶν ἀπὸ Ἰουλίου ἕως Δομετιανοῦ, βιβλία η'. Cum autem non constaret, qui aut quot Caesares unicuique libro essent tribuendi, pro libitu suo distribuit Casaubonus, ac primo quidem Julium, secundo Augustum, tertio Tiberium, quarto Caligulam, quinto Claudium, sexto Neronem, septimo tres ἐπαύστως Galbam, Othonem & Vitellium, octavo Vespasianum, Titum & Domitianum inscripsit. Verum in ea opinione sum, hoc Suetonii opus non libris, sed Caesarum, de quibus agitur, titulis nominibusque fuisse distinctum. Et hoc fere in more habent omnes Βιογράφοι; qui non alia passim inscriptione utuntur, quam Caesares, aut Vitae Caesarum, apud Graecos ΚΑΙΣΑΡΕΣ vel ΒΙΟΙ ΚΑΙΣΑΡΩΝ. Prioris exemplum habemus in Juliani Συμποσίῳ opere, quod, teste eodem Suida, ΚΑΙΣΑΡΕΣ inscripsit, ejusdem fere cum Suetonio, sed Satyrici argumenti, περιέχει γὰρ τοὺς ἀπὸ Αὐγούστου Ῥωμαίων βασιλεῖς. Sic Plutarchi praeclarum illud opus, quo principum virorum tam Romanorum, quam Graecorum, vitas describit, easque inter se componit, ΒΙΟΙ ΠΑΡΑΛΛΗΛΟΙ, inscribitur. Eunapius, Hesychius, Diogenes Laërtius & alii βίους φιλοσόφων καὶ σοφιστῶν concinnarunt. Apud Latinos illi, qui vulgo *Historiae Augustae scriptores sex* appellantur, non in libros, sed in Caesares, de quibus agunt, opuscula sua distinxisse videntur, inscripseruntque Vitae Caesarum, ut haud obscure indicat Julius Capitolinus in Opilio, vel De Caesaribus, sive etiam, Caesares, ut alii. Fuerunt etiam, qui ejusmodi opuscula Ὀνοματολόγους, vel Πίνακας etiam inscriberent. Ita Hesiodus Ἠοίας μεγάλας, ἢ γυναικῶν καταλόγους scripsisse dicitur. Singulorum autem vitas, non Βιβλία, sed Διαστήματα vocasse Graecos observamus. In Dione Ἰούλιος Καῖσαρ, primum operis Διάστημα, Ὀκταουιανὸς Καῖσαρ Αὔγουστος secundum, Τιβέριος tertium est, & ita porro. Suidas de Hesychio Milesio. Ἔγραψεν, inquit, ὀνοματολόγον, ἢ πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν, καὶ χρονικήν τινα ἱστορίαν, ἥν τινα διεῖλεν εἰς ἓξ διαστήματα, οὕτω γὰρ καλεῖ ἕκαστον βιβλίον, ἐν οἷς ἐμφέρονται αἱ κατὰ καιροὺς πράξεις τῶν Ῥωμαίων βασιλέων &c. Ubi haerent eruditi; fueritne hoc opus de prioribus sex Regibus a Romulo usque ad Tarquinium Superbum, an vero de Caesaribus, qui Graecis potius Αὐτοκράτορες vocari so-

ſolent, quam βασιλεῦς. De his egiſſe Heſychium vix dubitamus, ob ea, quae de Byſantinis & Anaſtaſio eodem in opere ſcripſiſſe memoratur. Ut omittam, quod idem Suidas in Juliano, τοὺς δαὶ Αὐγούστου Ῥωμαίων βασιλεῦς appellet. Sed de his alibi, ſi Deus volet. Qui autem *vitas Caeſarum* in libros diſtinguebant, ſingulis libris ſingulas vitas, majores minoreſque, ſunt complexi. Julius Capitolinus in Aelio Vero Cap. 7. *Haec ſunt*, inquit, *quae de Vero Caeſare mandata litteris fuerunt: de quo idcirco non tacui, quia mihi propoſitum fuit, omnes, qui poſt Caeſarem Dictatorem, hoc eſt, Divum Julium, vel Caeſares, vel Auguſti, vel Principes appellati ſunt, quique in adoptionem venerunt, vel Imperatorum filii, aut parentes Caeſarum nomine conſecrati ſunt, ſingulis libris exponere, meae ſatisfaciens conſcientiae, etiamſi multis nulla ſit neceſſitas talia requirendi.* Et idem Capitolinus diſertiſſimis verbis in Maximo & Balbino teſtatur, ſe Suetonium per omnia potiſſimum eſſe ſecutum. *Sed prinſquam*, inquit, *de actibus eorum loquar, placet aliqua dicere, de moribus atque genere, non eo modo, quo Julius Cordus eſt proſecutus omnia, ſed illo, quo Suetonius Tranquillus, & Valerius Marcellus.* Fuerit igitur Tranquillus duodecim Caeſares totidem libris, (ſi modo tales primitus fuerunt) complexus. Atque eam diviſionem in omnium antiquiſſimis editionibus obſervatam invenio. De MSS. quae ad manum jam non ſunt, non eſt quod dicam. Vincentius Beluacenſis in magno illo opere, quod *Speculum Hiſtoriale* inſcripſit, duodecim Suetonii libros, e quibus plurima excerpſit, ac Hiſtoriae ſuae inſeruit, diſertim laudat & agnoſcit. Locum Suidae quod attinet, numerum, ut in aliis paſſim, putem eſſe corruptum; legendumque pro ηʹ, ιβʹ. in hunc modum ἔχοντα ιβʹ. βιβλία. βʹ extritum eſt proclivi errore, ob aliud conſequens; quod quam ſaepe uſu veniat, nemo eruditorum ignorat. Vulgatam tamen lectionem, & Suidae auctoritatem ſequi qui volet, fecerit me non illubente. Neque enim ex controverſia hac Suetonii fides dependet. BOXHORNIUS.

Annum agens Caeſar XVI.] Codex Vaticanus: *Annum agens ſextum decimum.* Alii aliter. Quae varietas, & quod dictio *Caeſar* fere abeſt, receptam confirmat ſententiam, Suetonium eſſe acephalum. TORR. Cum multa initio hujus capitis deſiderentur, fortaſſe non male iis, quae exſtant, haec adjungi poterunt ex ipſa temporum & verborum ratione. *CN. Papirio Carbone II. L. Cornelio Cinna IV. Coſſ. annum agens Caeſar XVI. patrem.* &c. URSINUS.

Julius Caeſar Divus annum agens XVI. *patrem amiſit.*] A codice Viterbienſi eſt hoc principium: ita enim diſerte in eo ſcriptum eſt; ut ego arbitror, optime. Nam quod perſuaſerunt ſibi aliiſque doctiſſimi viri, deeſſe multa initio hujus libri, eſſeque μῦθον ἀκέφαλον, falluntur, meo judicio, vehementer. Duae rationes duntaxat illos, ut ita pronuntiarent, impulere: primum, quod veriſimile non ſit, Suetonium, qui aliorum principum originem & proſapiam tanta diligentia a ſtirpe prima ſoleat repetere, de Julia, omnium nobiliſſima gente, tacuiſſe: deinde quod in Vaticano, ut ajunt, aliiſque codd. initium hoc ita ſcriptum reperiatur, *Annum agens* XVI. *patrem amiſit*: non ut in vulgatis, *Annum agens Caeſar* XVI. *p. a.* Haec vero ratio nullius plane momenti eſt: cum ne ferri quidem illo loco vox *Caeſar* poſſit, ſi noſtri codicis auctoritatem ſequimur. Enim vero ita accidit. Singulorum Tranquilli librorum duae ſunt inſcriptiones; altera, quae totius operis argumentum & libri numerum indicat; altera, quae proprium cujuſque partis ſubjectum, puta, *D. Julius Caeſar*; vel ut in aliis ſcribitur, *De Julio Caeſare.* Cum igitur haec verba leviter mutata, initio hujus libri bis poni debuiſſent, incuria librariorum factum, ut ſemel tantum ſcriberentur. Ex eo fonte manavit diverſe peccantium error; quibuſdam alterum tantum indicem praeſcribentibus, pleriſque de ſerie contextus eadem verba auferentibus. Illo modo peccatum eſt in editione veteri Lugdunenſi anni M. D. VIII. Deeſt enim ibi poſterior pars Inſcriptionis. Contextus autem ſic incipit: *Divus Julius Caeſar annum agens* XVI. *p. a.* quomodo etiam in aliis invenimus, voce *divus* tantum omiſſa. Plerique omnes tamen libri altero potius modo peccarunt. Nam etiam in illo optimo codice Memmiano, tale omnino principium invenimus, quale eſt in Vaticano: at libri titulus in eo codice nullus iſto loco eſt appoſitus, praeter iſtum barbara & recentiore manu alieno loco ſcrip-

 tum:

tum: *Incipit Suetonius de vita Caesarum: nunc gesta Caesaris.* Ita igitur extitit liber ἀκέφαλος: cui primi nos ex optimo illo codice caput suum restituimus. At, inquies, altum illud de Julii origine silentium, nonne satis certum damni accepti argumentum est? Non est, me judice: id enim propterea fieri potuisse censeo, quod jam ante in scripto eo, quo stemmata aliquot illustrium gentium Romanarum descripserat, affatim de gente Julia scripsisset, eumque locum dedolasset ac perpolisset: ut caussa non fuerit, cur hic iterum eadem repeteret. Ejus libri saltem index superest hodie nobis in collectaneis *Suidae*, cujus nos verba suo loco recensuimus. Dici & illud non inepte potest: Caesarem in dedicanda Veneris Genetricis aede, stemma suum in parte aliqua aedis, sicut ab aliis fieri solitum in atriis domorum suarum, publicasse: ut de origine ejus gentis nemini esse posset vel ignotum vel dubium. Quare etiam accuratissimus scriptor Plutarchus, vitam illius descripturus, non aliunde initium duxit, quam unde & Suetonius: Τὴν Κίννα, inquit ille, τοῦ μοναρχήσαντος, θυγατέρα Κορνηλίαν ὡς ἐπεκράτησε Σύλλας, οὔτ' ἐλπίσιν οὔτε φόβῳ δυνηθεὶς ἀποσπάσαι Καίσαρος, ἐδήμευσε φερνὴν αὐτῆς. Mirum, qui Suetonii libros mutilos esse tanto opere contendunt, non & de Plutarchi codd. idem pronuntiasse. Poterant sane de eadem fidelia duos parietes dealbare, non enim ficus ficui similior, quam sunt ista inter se principia. Nec dissimile est illud librorum Arriani de Alexandro principium: Λέγεται Φίλιππος τελευτῆσαι ἐπὶ ἄρχοντος Πυθοδήμου Ἀθήνησι. Quin potius statuimus, omissam auctori gentis enarrationem, cujus nobilitas & nota erat & extra controversiam: aut, si ita malumus, cum sibi alio loco, tum aliis expositæ: eundem cæterorum principum gentes enucleasse, ut minus notas, & propter diversitatem tradentium incertas atque controversas. De iis & quæsivit ipse diligenter, & quid esset sui judicii, fecit nos ut sciremus. Opinionem eorum, qui putant hoc opus esse ἀκέφαλον, & hoc principium aliter legunt, refellit præter Viterbiensem Manesserii nostri & aliorum veterum codicum auctoritas: ut illius, unde variantes lectiones excerpsit atque ad me misit Fridericus Lindenbrogius, vir eruditissimus & amicissimus. In eo libro ita scriptum, ut esse scribendum in Animadversionibus probavimus: nisi quod vox *divus* aberat, quam in Viterbiensibus membranis inventam retinuimus. CASAUB. Initium illud est a codice Viterbiensi, cujus fidei accedit etiam auctoritas Palatini Primi. Antea legebatur *annum agens*. GRUTERUS. Falluntur, qui opus hoc Suetonii ἀκέφαλον esse sunt arbitrati, ex eo, quod vulgo legeretur, *Annum agens* XVI. *patrem amisit* &c. Cum enim Caesareae hujus vitae inscriptio esset, C. SUETONII TRANQUILLI D. JULIUS CAESAR, verba tria posteriora ipso statim principio contextus repetere neglexere exscriptores, ut recte observat magnus Casaubonus. Et contrarium plane accidisse in Sexti Rufi Breviario notavimus. Cum enim titulus ipsius opusculi esset, SEXTUS RUFUS *de* BREVIARIO POPULI ROMANI, verba quatuor posteriora principio operis sunt assuta, hoc modo *de* BREVIARIO POPULI ROMANI BREVEM FIERI CLEMENTIA TUA PRAECEPIT, &c. Quamquam nec mentem meam dissimulem, vulgata lectio in Suetonio, & ratione & veterum codicum auctoritate possit defendi, *Annum agens Caesar* XVI. *Patrem amisit* &c. Neque enim necesse erat addere, *Julius Caesar*. Nec aliter Aemilius Probus, an Cornelius Nepos, illustrium virorum vitas nonnunquam orditur, nomen titulo expressisse contentus; vide ejus Chabriam & Timotheum. Illa enim *Chabrias Atheniensis*, *Timotheus*, *Cononis filius Atheniensis*, titulos esse vitarum vel ex eo apparet, quod cum proxime sequentibus, non cohaereant. BOXHORN. Pleraeque editiones veteres, *Annum agens Caesar sextum decimum*, & ita Codices Perizonii, Hulsii & Copesianus. Initio carere hunc Suetonii librum censent plurimi, ut Turnebus lib. XXIV. Adv. 14. & alii. quorum sententiam libentissime sequor, nec ratio, quae Casaubonum induxit, quasi ideo de gente Julia tacuisset, quia in scripto, quo stemmata illustrium gentium descripserat, affatim de Julia quoque egerat, quidquam valere videtur. Nam & de Octavia, Claudia, Domitia & Sulpitia nihil etiam monere debuisset. Neque etiam, si stemma suae gentis Caesar in aede Veneris Genetricis proposuisset, ideo Historicus toto seculo posterior, & abolito forte, certe postea ex hominum memoria, & oculis, temporis spatio,

sequentibusque consulibus flamen Dialis destinatus, dimissa Cossutia, quae, familia equestri, sed admodum dives, praetextato desponsata fuerat, Corneliam Cinnae

spatio, abituro monumento, omittere gentis originem & ordinem debuisset, non remisso lectore ad nobile illud & publicum stemma. Quod an conjecerit ibi fuisse propositum Casaubonus, an ex antiquo scriptore hauserit, nos certiores facere neglexit; ego certe adhuc veteris auctoris testimonium reperire nequivi. Sed omiserit gentis Juliae historiam Suetonius, an & natales & pueritiam, in solo Caesare silentio praetermisisse credi potest, qui in reliquorum Caesarum vitis tam diligenter principia vitae & tyrocinia pubertatis enarrat? Verba vero illa *Julius Caesar Divus*, quae Casaubonus & alii quidam ipsi contextui inseruerunt, sine dubio a Librario vel Grammatico adposita fuere, qui non ferebat librum incipere ab *Annum agens*. Nam vix credibile est Suetonium de pueritiae fine agentem, jam voluisse Caesarem *Divi* appellatione ornare, quam nec in ejus consecratione cap. LXXXVIII. habet. Idem dici potest de illis, qui *Caesar*, vel *Caesar dictator* voluerunt legi. Quare ego cum illis facerem, qui his omnibus ad suos auctores remissis, legunt, *Annum agens sextum decimum patrem amisit* &c. Ita de suis membranis testatur Barth. XLV. Ad. I. Natus vero est Caesar Idibus Juliis, teste antiquo Horatii interprete ad II. Epist. v. II. Norisius tamen in Fastis in III. Idus Jul. natalem confert: Macrobius I. Sat. IV. in IV. Idus Jul. Sed haec in notis excutere non vacat, ut nec de Flaminio Diali, quam controversiam, ob repugnantia quaedam veterum loca, excussit post Norisium in Differt. II. cap. 5. ad Cenotaph. Pisana, nuper vir doctissimus, Wesselingius lib. II. Observ. 18. BURMANNUS.

Annum agens XVI.] Coss. L. Cornelio Cinna IV. Cn. Papyrio Carbone II. Natus enim Caesar C. Mario VI. & L. Valerio Flacco Coss. A. V. C. DCLIV. CASAUB.

Patrem amisit.] C. Julium Caesarem, de cujus repentino obitu, dum matutino calciatur, Plinius lib. VII. cap. LIII. Falsum est, quod Graeci ajunt, Caesarem dictatorem a caeso matris suae utero cognomen invenisse. Legere id memini apud Cedrenum, Suidam, Glycam, & in Etymologico magno, atque etiam apud scriptores aliquot Hebraeos. Decepti sunt, quod putarent, primum hunc in ea gente Caesaris cognomen habuisse: id vero falsissimum esse sciunt & qui nondum aere lavantur. Verum id genus scriptores ignorantia peccare Romanarum rerum, non miror. Illam Hesychii doctissimi Graecorum criticorum notam saepe miratus sum: Καισάριες, ἐξωκεφάλαιοι. An dicemus vocem veteris Graeciae esse καισάριες? An fallitur ille in vocis Latinae *caesaries* interpretatione? Potest & Syriaca vox esse, ut aliae multae in eo auctore: nam in *Targum Jonathanis* כשירא exstat, notione affini pro scuto vel clypeo. Et fortasse inde est, quod Punica lingua elephas *caesar* dicebatur, quasi tutamen & praesidium legionum. Nam Poenorum idioma e Syriaco tractum, vel *Plauti Poenulus* fidem abunde faceret, si aliunde id notum non esset. CASAUB.

Patrem] Vid. Schott. III. Observ. Hum. 34.

Sequentibusque Coss.] Accipe ἀπλῶς, pro sequenti anno: nam leve est, quod docti quidam etiam haec verba in argumentum defecti eodicis trahunt. CASAUB.

Flamen Dialis destinatus.] Vellejus Paterculus II. 43. *Caesar in Cottae Consularis locum paene puer a Mario Cinnaque Flamen Dialis creatus, victoria Syllae, qui omnia ab iis acta fecerat irrita, amisit id sacerdotium.* Non dissimulo Plutarchi lapsum in hac historia: sic enim narrat, quasi Sylla post reditum in urbem suum Caesari in comitiis se fereus adversarium, ne suffragiis populi id sacerdotium obtineret, effecisset. Μηνὸν, ait, τὴν ἱερωσύνην εἰς τὸν δῆμον προελθὼν ὄντα πάνυ μειράκιον ὤν· ταύτης δ' ἐναντιωθεὶς αὐτῷ ὑπεναντιωθεὶς Σύλλας παρεσκεύασεν. Non igitur obtinuit, quod ambibat, sacerdotium Caesar, nec creatus est flamen Dialis, quod Vellejus & Suetonius ajunt. Sed verius est falli Scriptorem Graecum, cum in hoc, tum in temporis ratione. CASAUB.

Cossutia,] *Consutia* Copef. & mox *disponsata*.

Praetextato desponsata fuerat.] Codex Vi-

 tel-

nae quater consulis filiam duxit uxorem: ex qua illi mox Julia nata est: neque ut repudiaret compelli a Dictatore Sylla ullo modo potuit. Quare & sacerdotio, & uxoris dote, & gentilitiis hereditatibus multatus diversarum partium habebatur: ut etiam discedere e medio, &, quamquam morbo quartanae adgravante, pro-

terb. & vetus Rom. *disponsata i* pro *e*: ut in lapidum inscriptionibus antiquis saepe: contra *dejudicare*, *deminuere*, *deperire* in Florentinis Pandectis, & similia multa. Memmianus, *desponsata*. CASAUB.

Cinnae IV. *Cos.*] Libri Mss. tres, *quater Cos.* TORR.

Cinnae quater Cos.] Sic MSS. & primae editiones. *Quater* Cos. an *quarto* aut *quartum* dicas, pili non interest: etsi subtiliter inter ea distingui potest. *Plutarchus* ait τοῦ μοναρχήσαντος: more Graecorum, qui & Syllam & Cinnam & Marium & dictatores quoque μονάρχους vocant. CASAUB.

Neque ut repudiaret illam] Vox *illam* abest a tribus codd. recte. TORR. Vulgatae edd. *ut repudiaret illam*. Passim in Suetonio observavimus, pronominum ellipsin non invenustam, Graecis quoque usitatam. sicut hic τὸ *illam* nec Torrentii, nec nostri MSS. agnoscunt. at imperiti homines de suo illam intruserunt fulciendae sententiae, quam ruere aliàs putabant. Sic cap. V. *honor ei obtigit* scripserunt iidem: cum in veteribus esset, *honor obtigit*. Sic alibi saepe, quod semel dictum volumus. Nos enim scriptam lectionem secuti sumus. CASAUB. Vulgati amplius, *repudiaret illam compelli*, sed eam vocem nulli agnoscunt libri scripti; nullus certe de Palatinis tribus. GRUT. *Illam* exhibent omnes editiones praeter Romanam & Casaubonianas. Male: mox cap. III. *Dolabellam repetundarum postulavit, absolutoque Rhodum secedere statuit.* & passim: Vid. & cap. LXXXI. BURM.

Compelli a Sylla ullo modo potuit.] Auget gloriam facti hujus, quod notat Vellejus; *lib.* II. 41. *A Sylla, Cinnae filiam ut repudiaret, nullo modo compelli potuit: cum M. Piso consularis Anniam, quae Cinnae uxor fuerat, in Syllae dimisisset gratiam.* Non praetermittam antiquitatis studiosos monere, nomen dictatoris hujus *Sylla* per y semper scribi in Memmiano sive Turonensi optimae notae codice: quam scripturam, Ciceronis praesertim auctoritate expressa confirmatam, adversus Verrium Flaccum & Fastos Capitolinos jure defendit *Aldus Manutius*, vir eruditissimus, in orthographia sua. CASAUB.

Uxoris dote & gentilitiis haereditatibus multatus.] Lege Cornelia de proscriptione, quae proscriptorum liberos & bonis patriis privavit, & ab honoribus petendis repulit. *Plutarchus Sylla*: Ὃ δὲ πάντων ἀδικώτατον ἔδοξε, τῶν γὰρ προγεγραμμένων ἠτίμωσε καὶ υἱοὺς καὶ υἱωνούς, καὶ τὰ χρήματα πάντων ἐδήμευσεν. CASAUB.

Multatus.] Sic Plaut. in Amphitr. II. II. 222. *multare matrimonio* dicit de viro, qui dotem retinet. vid. Cuper. I. Obs. 20. BURM.

Diversarum partium.] Quid mirum? adfinitatis necessitudo secunda est a parentibus, ut pluribus deduximus ad illa Liviana Lib. XXIV. 41. *Castulo urbs Hispaniae valida ac nobilis, & adeo conjuncta societate Poenis, ut uxor inde Annibali esset.* GRUTER.

Ut etiam discedere e medio.] Fugit ad Sabinos. Plutarchus eleganter: σχεδὸν τινα χρόνον πλανώμενος ἐν Σαβίνοις ἔκλεπτεν ἑαυτόν. CASAUB.

Discedere.] *Discederet* codices Periz. Hulf. Copes. & alii: quod laudat & probat Jac. Gronovius, ut & mox *redimeret*, ex Memm. Palat. & aliis, quod & Ed. Veneta 1471. & Beroald. Bononiensis, habet. In primo nihil mutarem, cum a *cogeretur* pendeat; sed *redimeret* recipiendum puto. Saepe autem in his & similibus variant codices. Virg. VII. Aen. 422.

—— *Tot incassum fusos patiere labores,*
Et tua Dardanis transcribi sceptra colonis.

ubi alii codices *transcribis*. Curt. III. XII. 22: *Persarum nobilissimis eundem honorem haberi jussit, matrique Darii permitti, quos vellet patrio more sepeliret.* ubi alii codices *permisit*. Vid. Oudendorp. ad Front. II. V. 46. Plutarchum vero a culpa, quam Casaubonus ipsi attribuit, liberat Rualdus in Animadvers. cap. XIX. BURM.

Et quamquam morbo quartanae aggravante.]

prope per singulas noctes commutare latebras cogeretur, seque ab inquisitoribus pecunia redimere: donec per virgines Vestales, perque Mamercum Aemilium & Aurelium Cottam, propinquos & adfines suos, veniam impetravit. Satis constat,

te.] Male accepit ista verba Plutarchus. Ait, ἔπειτα δ' ἀῤῥωστίαν εἰς οἰκίαν ἑτέραν μεθαρμοζόμενος. Vult caussam mutandae domus fuisse morbum: quod procul abest non a mente Suetonii tantum, sed a veritate. Culpa liberaveris, si scribas, non δι' ἀῤῥωστίαν, *propter morbum*: sed δι' ἀῤῥωστίας, *per morbum*, hoc est, ἀῤῥωστῶν, ut apud *Paulum Apostolum* διὰ πανουργίας, hoc est, πανουργῶν. Puto verius summum illum virum aut secutum alios, aut ad vocem *quanquam* non attendisse. CASAUB.

Ab inquisitoribus.] Nominatim a Cornelio Phagita, Syllae liberto: inf. c. LXXIV. Inquisitorum vocabulo eadem significatione usus est Juvenal. Sat. IV.

—— dispersi protinus algae
Inquisitores agerent cum remige nudo.

TORR.

Seque ab inquisitoribus pecunia redimere.] Liber Viterb. *redimeret.* Plutarchus est auctor, manum militum Cornelio Phagitæ (de eo Suetonius infra c. LXXIV.) fuisse commissam, ad anquirendum Cæsarem, aliosque tum in tenebris latitantes. Hi sunt, quos *inquisitores* vocat: Graeci eleganter φυγαδοθήρας, recentior Helleuisinus etiam διωγμίτας. Metaphrastes in vita S. Athanasii: Ζημίαν ζωῆς ὁρίζων τοῖς δυναμένοις, εἰ μὴ τὸν Ἀθανάσιον ζῶντα παραστήσωσι. Justinianus ἰρδινάδας Græce nominat illos quaestores a se institutos, quorum officium describit Novella LXXX. CASAUB. Etiam tres Palatini *redimeret.* GRUT.

Per virgines Vestales.] Quarum summa semper in deprecando Romae, nec apud Deos tantum, sed & apud homines præpotentes, gratia fuit atque auctoritas. Exempla sunt apud Suetonium tum hic, tum Tib. cap. II. & Vitell. cap. XVI. plura apud alios. Vide Aug. cap. CL. TORR.

Mamercum Aemilium.] M. Aemilium Mamercum intelligit, qui A. U. C. DCLXXVI. cum D. Junio Bruto Consul fuit. Ut Mamercus hic cognomen sit, quemadmodum & Mamercinus, gentis Aemiliae. Cujus etiam prænomen fuit. Atque ita quidem Car. Sigonius Alii Mam. Aemilium Lepidum Livianum vocant, e gente Livia in Aemiliam adoptatum. Et, puto, rectius: nam Mamercus tantum praenomen est, ut cognomen Mamercinus, non uno Livii loco corruptum. Unde natus Sigonii error. TORR. Viterb. cod. & antiquissimus eorum quatuor, qui in Christianissimi Regis bibliotheca servantur, *Mamertum.* A *Mamers* (sic Oscorum lingua Mars dictus, & Lycophroni quoque Μαμερῆς) fit *Mamertus*; inde *Mamertinus.* Utrumque cognominis loco usurpavit olim gens Aemilia, nisi error est in Livii codd. Apud Plut. Dionys. Hal. Festum, aliosque Μάμερκος, *Mamercus*, per c. & ita in Turonensi. CASAUB. *Mamertum* codices quidam, quod & lapides aliquando praeferunt, ut apud Gruter. LVII. 12. & hinc *Mamertini* non Aemilii tantum, sed & alii. Sic *Mamertinus* Consul cum Nebitta vel Nevitta in lapide apud Vignolium in selectis Inscriptionibus p. 328. ubi est integrior, quam apud Fabret, cap. X. pag. 695. sed & *Mamercum* reperiri in lapidibus constat. & ita variant codices & viri docti in *Claudiano Mamerco*, sive *Mamerto*. *Mamercum* hic praetulimus, quia ita & Cicer. in Bruto cap. XLVII. eum cum Bruto consulem nominat. BURM.

Aurelium] Hinc matrem Caesaris Aureliam, sororem hujus Marci, & Lucii Cottarum fuisse colligit Glandorp. in Onom. pag. 143. BURM.

Propinquos & adfines suos.] Utrum pro eodem has voces accipit, & est ἐκ παραλλήλου dictum? an est potius χώρας συμπλοκή, cum horum alter propinquus fuerit sive cognatus, alter adfinis? Interpretes adfinem Julio Aurelium notant propter Aureliam uxorem Julii patris: dicerent cognatum potius. Aemilius quid illi fuerit nescio: nisi fortasse adfinis fuit per aliquam e gente Julia, quam in matrimonio habuerit. CASAUB.

Ver-

ſtat, Syllam, cum deprecantibus amiciſſimis & ornatiſſimis viris aliquamdiu denegaſſet, atque illi pertinaciter contenderent, expugnatum tandem proclamaſſe (ſive divinitus, ſive aliqua conjectura) *Vincerent, ac ſibi haberent: dummodo ſcirent, eum, quem incolumem tanto opere cuperent, quandoque optimatium partibus, quas* 2 *ſecum ſimul defendiſſent, exitio futurum: nam Cæſari multos Marios ineſſe.* Stipendia

Veniam impetravit.] *Perpetravit* Copeſ. & Hulſ. codices.

Cum deprecantibus amiciſſimis & ornatiſſimis viris aliquamdiu denegaſſet.] Ita eſt: non ſponte ſua Caeſarem ſervavit Sylla, ſed victus precibus amicorum, ut declarant ſequentia. Quare non abeſt, quin gratiae alicujus de ea gente dederit haec verba Vellejus: *Magis*, inquit, *miniſtris Syllae adjutoribuſque partium, quam ipſo, conquirentibus eum ad necem.* lib. II. cap. XLI. Casaub.

Amiciſſimis.] *Amicis* Periz. Hulſ. & Harlem. codd. Edit. Venet. Bonon. Pariſ. & aliae Edd.

Pertinaciter.] *Cum pertinaciter* Cod. Hulſ.

Expugnatum tandem proclamaſſe, Vincerent.] *Vincere* ait Donatus, familiare eſt verbum iratis: nempe ea notione, qua hic accipitur & apud Terentium alioſque. Caeſar lib. V. c. XXX. *Vincite, inquit, ſi ita vultis, Sabinus.* Similiter apud Graecos νικᾷν. Sophocles Electra:

—— εἰ δὲ μὴ κενῶς
Λέγω, σὺ νίκα· σοὶ γὰρ ἑψόμεσθ' ἄκων.

Oedipo Coloneo: Νίκα· χρόνῳ γὰρ, οἶδ', ὅτι γνώσῃ τάδε. Euripides Alceſtide: Νίκα νυν· οὐ μὴν ἀνδάνοντά μοι ποιεῖς. Ab eadem mente eſt hic quoque *expugnatus* pro *exoratus*. Sic etiam libro III. cap. XII. *Sed expugnatum precibus uxoris adoptionem non abnuiſſe.* Ita apud Columellam praefatione lib. X. *Niſi propoſitum meum expugnaſſet frequens poſtulatio tua.* Eſt hoc quoque Graecorum imitatione dictum: qui non ſolum μάχεσθαι de omni vehementiore ſtudio uſurpant (unde illud apud Ariſtotelem IX. Hiſtoriar. Εἰ περὶ πάντων τὴν ἐργασίαν ὅτως μάχονται χωρίζειν τὴν ἄλλην τὴν μεμιγμένην: id eſt, *pugnant ſeparare caeteram, quae mixta eſt.* ita loquitur & Cicero) ſed etiam πολιορκεῖν pro *evincere precibus* accipiunt. Chion epiſtola ad Matridem: Ἐγὼ μὲν ἀσμενὸς ἡγησάμενος τὸ γραφὲν, πολλάκις ἀσπασθη-θεν τῇ ἀρχῇ· καὶ μέχρι μὲν πολλοῦ ἐκαρτέρουν· ἐξεπολιορκήθην δὲ αὐτὸν τινῶν ἀληθεῖ καὶ δικαίῳ λόγῳ. Ita uſi ſunt voce *oppugnatio* Impp. in conſtitutione quadam de nuptiis: *In oppugnationem viduarum ceſſent ſequeſtres atque interpretes, taciti nuntii renuntiique corrupti.* Non diſſimilem uſum verbi καταναυμαχεῖσθαι apud eundem Chionem notavimus: Κἀγὼ μέχρι μέν τινος ἀντεῖχον· καταναυμαχούμενος δὲ ὑπ' αὐτῶν εἶξα. Casaub.

Sive divinitus, ſive aliqua conjectura.] En ſcriptorem accuratum, etiam in iis, quae obiter dicit. Omnino, inquit, divinavit Sylla; ſed utro genere divinationis ſit uſus, naturalis an artificioſae, neſcio. Obiter ſignificat duo eſſe genera divinandi; illa ipſa, de quibus Cicero lib. I. cap. VI. de Divinatione, & lib. II. cap. XI. *Duo*, inquit, *genera divinandi eſſe dicebat; unum artificioſum, alterum naturale. Artificioſum conſtare partim ex conjectura, partim ex obſervatione diuturna: naturale, quod animus arriperet, aut exciperet extrinſecus ex divinitate, unde animos hauſtos, aut acceptos, aut libatos haberemus.* Casaub.

Quem incolumem tantopere cuperent.] Scribe cum manuſc. *tanto opere. Licinius Macer* in primo Annalium: *non minimo opere milites quietes volebant.* In editione nupera Antverpienſi fragmentorum ab Ant. Auguſt. viro eruditiſſimo collectorum, ſcriptum eſt *Quirites* pro *quietes*, turpi errore: vide Priſcan. lib. 6. Casaub.

Optimatium] *Optimatum* Cod. Hulſ. ſic ſaepe apud Livium variant codices. Vide Cl. Drak. ad Liv. III. 35. infr. eadem diverſitas cap. XI. Ubi etiam *optimatum* Ed. Rom. & Plantin. quae tamen cap. XV. *Optimatium* dant. Burm.

Nam Cæſari multos marios ineſſe.] Acriora illa & animi vehementius commoti apud Plutarchum: Οὐκ ἔφη νοῦν ἔχειν αὐτοὺς, εἰ μὴ πολλοὺς ἐν τῷ παιδὶ τούτῳ Μαρίους ἐνορῶσι. Eodem loquendi genere uſus quondam Diony-

dia prima in Asia fecit, M. Thermi praetoris contubernio: a quo ad arcessendam classem in Bithyniam missus, desedit apud Nicomedem, non sine rumore prostratae regi pudicitiae: quem rumorem auxit, intra paucos rursus dies repetita Bithy-

nysius major, cum filium increparet: *οὐκ ἔνεστιν ἐν σοὶ τύραννος*. *Non inest tibi tyrannus.* neque enim circuitione illa interpretum opus: *Tyrannus*, id est, tyranno aptum ingenium. Sic *multi Marii*, id est, ingenium aptum viro popularis factionis, inimico optimatium, quale fuit in Mario: sed majus atque acrius multo, quam ipse Marius habuerit. Porro Caesarem fuisse Mario sanguine conjunctissimum scribit Vellejus Paterculus lib. II. cap. XLI. & docet Plutarchus initio vitae. vide ad cap. VI. CASAUB.

Prima] deest haec vox Cod. Huls. BURM.

2. *M. Thermi contubernio.*] Sallust. Bello Jug. de Metelli Numidici filio: *Is eo tempore contubernio patris ibidem militabat.* sic enim libri MSS. Vulgati *in contubernio* legunt. *Contubernium* autem, unde *contubernales*, castrense vocabulum est. Fest. De quo plura Vespas. cap. III. Thermus quoque Minuciorum cognomen. Exstantque veteres



denarii Q. THERMI. M. F. in quorum parte altera duo viri dimicantes, quos inter tertius genu flexo ab altero protegitur. Ut, quod civica Caesari a M. Minucio Thermo donata hic narrat Suetonius, nummo in ejus gratiam percusso testatus videri possit Q. Minucius M. F. III. VIR. monetalis, aut alius quispiam Minuciorum, fautor Caesaris. TORR. Ex more hoc & disciplina Romana. Thermi hujus praeturam in Asia gestam nusquam reperi. Nam Beroaldi conjectura plane *ἀπροσδιόνυσος*. Magis ad rem facit, quod ex Appiani Mithridaticis novimus, per illa tempora, quibus in Graecia & Asia bellum Sylla cum Mithridate gerebat, fuisse Thermum quendam in Asia, Valerii Cos. *ὑποστράτηγον*: sed cum huic omnem mox potestatem Fimbria ademerit, Valerio trucidato, non potest ei competere, quod hic narratur. Constat, referenda haec esse ad tempus medium inter reditum Syllae in urbem, & ejus mortem: eo tempore non Thermum, sed Muraenam Asiae praefuisse, clarum ex Livio, Appiano, Memnone: quos omnes mirum sane est res gestas illius Thermi ne verbo quidem indicasse. Mitylenarum expugnationem narrat Livii epitome libro LXXXIX: sed ducis nulla ne ibi quidem facta mentione. CASAUB. *Theremi* Periz. *Therini* & mox *Therino* Ed. Venet. pr. & secundo loco Cod. Copes. BURM.

Ad arcessendam classem.] Melius ita membranae, quam ut vulgo *accersendam*. Glossae veteres: *Arcessere*, *μεταστέλλομαι*, *καλέσαι*, *μεταπέμψασθαι*. Confundit *arcessere* & *arcessère*. In iisdem: *Arcessit*, *μετεκαλέσατο*, *μετεπέμψατο*, *ἐφώνησεν*. Accipe *φωνῶ*, ut persaepe in Euangelio. Adventum Caesaris ad Nicomedem aliter narrat Plutarchus: etsi praegravat apud me Suetonii auctoritas, hac quidem in re. CASAUB. Sic quoque Pal. pr. non *accersendam*, ut in Edd. GRUT.

Desedit] *Descendit* male Harlem. hanc infamiam Catullum tangere in illa *secunda praeda Pontica*, Carm. XXX. docet Isac. Vossius. BURM.

Rumorem] Miror Torrentium, qui mox *rursus* ferre non potuit, & alios, non recidisse hanc vocem. Sed ita veteres repetiisse similia, centum exempla docent; Terent. Heaut. prol. *eodem ut jure uti senem liceat, quo jure sum usus adolescentior.* Ex Cicerone, Sallustio, & aliis plurima ejus notae adduxerunt Manutius ad Cicer. Divinat. I. & pro Rosc. Amer. 26. & pro Quinct. 21. Cort. ad Sall. Catil. XXI §. 40. & Drakenborch. ad Liv. I. 43. & alii. Quare dubito de certissima, ut jactat, emendatione Bentleji in Cicer. I. Tusc. Disp. 25. *Quorum conversiones omnesque motus qui animus vidit, is docuit similem animum suum ejus esse, qui ea fabricatus esset in Coelo.* Ubi legit, *qui animo vidit*, quam tamen acceptam Manutio referre debuisset. BURM

Intra paucos rursus dies rep. Bith.] Vatican. *intra paucos dies rursus rep. Bith.* Ego dictionem *rursus* delendam censeo. TORR. Fateor, sublata voce *rursus* sententiae nihil deerit: nego tamen recte sentire, qui eam putant inducendam. Hac ratione scalpello indi-

Bithynia, per caussam exigendae pecuniae, quae deberetur cuidam libertino, clienti suo. Reliqua militia, secundiore fama fuit, & a Thermo in expugnatione 3 Mitylenarum corona civica donatus est. Meruit & sub Servilio Isaurico in Cilicia, sed brevi tempore. Nam Syllae morte comperta, simul spe novae dissensionis, quae

indigebunt, quaecunque apud optimos scriptores speciem habent βαττολογίας, quaeque item dicuntur ἐκ παραλλήλου. Mitto illa pueris nota, πάλιν αὖ, ὕστερον αὖθις, *ergo igitur*, alia sexcenta. Sophocles Trachiniis: Πρὶν κεῖνον αὐτὸν φανερὸς ἐμφανὴς σταθεὶς Δείξῃ Ibidem: Ἔχεις γὰρ ἡμῖν οἶκον ἐν δόμοις κρυφῇ Μανῶ Plautus Poenulo: *Revertor rursus denuo Carthaginem.* CASAUB.

Intra paucos] Vid. infr. ad Claud. XVII. BURM.

Per caussam exigendae pecuniae.] Προφάσει χρημάτων, ὡς χρέος ἀπαιτῶν. In Othone: *Sepositus est per caussam legationis in Lusitaniam.* In Vespasiano: *Sacramento solutum per caussam valetudinis tradunt.* Caesar de bello civili libro III. *equitatum per caussam pabulandi emissum, confestim decumana porta in castra se recipere jussit.* & saepe alibi. Porro caussa exigendae pecuniae, praetextus est honestus eorum, qui voluptatis caussa ad infamia vel suspecta loca peregrinationes instituunt. Docet hoc Antiphon, quo loco Alcibiadi criminis loco objicit, quod juvenis ad Abydenos ad discendas voluptates obscoenas sese contulisset. Sic ille: Ἐπειδὴ ἐδοκιμάσθης ὑπὸ τῶν ἐπιτρόπων παραλαβὼν παρ' αὐτῶν τὰ σαυτοῦ χρήματα, ᾤχου ἀποπλέων εἰς Ἄβυδον, οὐδὲ χρέος ἴδιον σαυτοῦ πραττόμενος οὐδὲν, οὐδὲ προξενίας οὐδεμιᾶς ἕνεκεν· ἀλλὰ τῇ σαυτοῦ παρανομίᾳ καὶ ἀκολασίᾳ τῆς γνώμης. lege caetera apud Athenaeum l. XII. CASAUB. Haec omnia desunt in Romana editione, quae habet, *Bithynia: Reliqua militia.* BURM.

Deberetur.] *Debetur* Huls. *quoidam* Copes. ut etiam alibi. BURM.

Cuidam libertino clienti suo.] Etsi sunt relata patronus & libertus: tamen, praeter hunc patronum, alium libertis olim habere jus fuit, cujus ipsi non liberti dicerentur, sed clientes. Cicero ad Atticum libro primo: *Libertum ego habeo, sane nequam hominem, Hilarum dico, ratiocinatorem & clientem tuum.* Sic Athenis servi, cum manumitterentur, optabant sibi ac publice adsciscebant patronum, in cujus clientela essent, idque voce praeconis. *Aristoteles Rhetoricorum libro* III. τῆς κηρύκων προλαμβάνοντες τὰ παιδία, τὸ τίνα αἱρεῖται ἐπίτροπον ὁ ἀπελευθερούμενος ΚΛΕΩΝΑ. Sed de Graecis non mirum, apud quos & libertorum solutiora jura, & servorum etiam: adeo ut durius servitium mutare fas & jus fuerit, quod πρᾶσιν αἰτεῖν dicebant. Auctores *Pollux libro* VII, & *Plutarchus* de superstitione. Cui juri simillimum illud est, quod hodie legibus Turcarum mancipia ipsorum obtinent. Lege *Petrum Bellonium Observationum libro* III. *cap.* XXIX. CASAUB.

Corona civica donatus est.] A codicibus utriusque editionis Antverpiensis exsulat vox *corona*, nescio quare de veteri possessione dejecta. An quia venuste *civica* dicitur ἁπλῶς, tolli propterea dictio illa debuit? Infirma ratio, prorsusque ἀσυμβίβαστος ὁ συλλογισμός, quum & veteres editiones omnes & manu exarati ita habeant, nullo plane excepto, de quo aliquid nobis compertum. Atqui hic est hodie solennis ἰδίωμα nostrorum criticorum morbus: qui simul aliquid nove & inusitate dictum alicubi observarunt, statim quaerunt, ubi possunt apud alium scriptorem, aut eum ipsum alio loco, intrudere suam illam observatiunculam, magnificis prius verbis venditatam. Hac ratione integerrimi atque incorruptissimi auctorum loci ceu corrupti & depravati corriguntur. Τὸ ζῆλον, φησὶν ὁ νῦν κριτικὴ εἰς ἀκρασίαν, ἡ τῶν παλαιῶν συγγραφῶν διόρθωσις εἰς παραδιόρθωσιν, ἡ σωτηρία εἰς ἀπώλειαν. CASAUB. *Civicam* quosdam absolute dictam hic volunt, abjecta voce *Corona*. Ita *Laurea* inf. Cap. XLV. Sed contra codices nihil tentandum. BURM.

Meruit.] Barthius XI. Adv. 5, & XLV. 1. ex suis membranis profert *Emeruit*. Sed exemplum desidero hujus verbi ita absolute positi, quum noster & alii semper in hac re *mereri* utantur. ut Vesp. 2. Tit. 4. & alibi. BURM.

3. *Sed brevi tempore.*] Annum fortasse, ac ne eum quidem, ut videtur, plenum. Nam quo anno P. Servilius Vatia, mox Isauricus, in provinciam ex consulatu abiit, eodem & Sylla periit, & Lepidus res novas moli-

quae per M.' Lepidum movebatur, Romam propere rediit; & Lepidi quidem societate, quamquam magnis conditionibus invitaretur, abstinuit: cum ingenio ejus diffisus, tum occasione, quam minorem opinione offenderat. Ceterum composita seditione civili, Cornelium Dolabellam, consularem & triumphalem virum, re- 4

moliri coepit. Quo nuncio accepto propere Caesar, ut hinc discimus, in urbem rediit. Is fuit A. V. C. DC. LXXVI. Coss. erant M. Lepidus, Q. Catulus, aetatis Caesaris XXII. CASAUB.

3. *Quae per M. Lepidum movebatur.*] Is anno ante Mam. Aemilium, de quo paulo ante, cum Q. Catulo Consul, Syllae Dictatoris, tunc mortui, acta rescindere conatus, a collega oppressus fuit. Appianus, Plutarchus, Florus, & alii. TORR.

Tum occasioni.] Nihil muto: tamen scripta lectio etiam in Turonensi & omnium veterum editionum est, *occasione.* An excidit vocula *de*, & scribendum, *cum de ingenio diffisus, tum occasione?* Ita etiam fuerit oratio Latina. An est potius librarii negligentia, quomodo in Pisanis pandectis *exceptione, defensione, petitione*, pro exceptioni, defensioni, scriptum exstat, aliaque id genus pluria? *Occasio* hic non est καιρὸς aut περίστασις, sed ἀφορμὴ, praesidium rei gerendae. CASAUB. Nostri item omnes pugnant pro illo, *occasione.* GRUTER. *Tum ingenio* Hulf. Edd. Venet. pr. Juntae, Ald. Steph. Argent. & aliae. *Cum ingenio*, *cum occasione* Harlem. *Occasione* vero Codd. praeterea Periz. Copes. & Editiones primae, & proxime sequentes fere omnes. Nec dubitare debebat Casaubonus, an *occasioni*, an *de ingenio* & *occasione* esset scribendum. Sic quidem apud Valer. Max. IV. I. 5. *non quod filii virtutibus diffideret*, in alio codice esse *de virtutibus* notavit doctissimus Torrenius. Sed ibi casus cum sit dubius, certius argumentum pro ablativo dant illa, quae producit diligentissimus Oudend. ad Front. I VIII. 5. Sic & *Confidere* cum casu sexto construi docui ad Ovid. X. Met. 69. & XIII. 240., & in multis locis dativum a librariis suppositum esse credo. Sic apud Curt. III. XIII. 41. *felicitate regis confisus*, pro quo vulgo *felicitati.* Sic apud Ovid. Ep. XVII. *De facie metuit, vitae confidit*, ubi in Oxon. Codice est *vita.* Noster inf. cap. LXXXVI. *confisum novissimo illo Senatusconsulto.* Ita & Florus XXI. 4. *nec milites alio duce plus confidere.* & XXIV. 5. *Nisi tam potenti duce confisos.* Vide & Davis. ad Cicer. Tusc. Disp. V. 14. BURM.

Cornelium Dolabellam consularem & triumphalem virum repetundarum postulavit.] Constanter libri veteres scripti, cusi, *Dolobellam*, ut apud Plutarchum & alios Graecos. Videntur ita scripsisse, qui discrimen statuere volebant inter proprium viri nomen, & instrumenti *Dolabellae*, cujus meminit Columella. Quo aetatis anno caussam hanc Caesar egerit, inter scriptores video non convenire. Suetonius ait, *composita seditione civili:* constat autem bellum Lepideum confectum esse Coss. M. Æmilio D. Bruto. quo anno Caesar a. d. IIII. Idus Quintiles quartum & vigesimum natalem celebravit. Igitur vel XXIII. anno desinente, vel XXIIII. incipiente Dolabellam accusaverit. Atqui *Tacitus*, sive quis alius Auctor libri de caussis corruptae eloquentiae, scriptum reliquit, Caesarem annos tum fuisse natum unum & viginti duntaxat. Suetonii, meo quidem animo, verior sententia: nam Dolabella hic est ille, qui ex consulatu profectus in Macedoniam, devictis Thracibus, anno eo, quo Lepidus pulsus fugatusque est, triumphavit. Adi ad Fastos & M. Tullium in ea contra Pisonem. More autem fecit Caesar adolescentium ejus aetatis, qui foro se praeparabant, quod militiae forensis hoc rudimentum edidit. Vide Apuleji Apologiam, & quae ibi nuper adnotavimus. CASAUB. Cod. Copes. & Editiones priscae omnes fere, quas vidi, *Dolobellam* exhibent, ut & inf. XLIX. Galb. XII. & alibi, & apud Ciceronem & alios, ita saepe codices. Sed lapides, ut docebunt Indices apud Gruterum & alios, *Dolabellam* praeferunt. Vid. Aldi Orthog. pag. 286. & Dausquej. in hoc nomine. Et hinc credo motos Aldum, Stephanum & posteriores mutasse in *Dolabellam:* de hoc vero Dolabella videndus Hottomannus ad Ciceron. pro Quinct. cap. VIII. & Manutius ad Divinat. cap. 7. de aetate Caesaris, qua accusavir, vid. Comm. ad Dial. de Orator. cap. XXXIV. BURM.

 4. *Trium-*

repetundarum postulavit: absolutoque, Rhodum secedere statuit, & ad declinandam invidiam, & ut per otium ac requiem Apollonio Moloni, clarissimo tunc dicendi magistro,

4. *Triumphalem virum.*] Dictio *virum* non erat in Vatic. nec sane requiritur. Accusationis autem Dolabellae meminit Ascon. Pedianus Divinatione, & oratione pro M. Scauro. Meminit etiam Auctor libri de sui seculi Oratoribus, sive Tacitus, sive Quinctilianus, his verbis: *Nonodecimo aetatis anno L. Crassus C. Carbonem, uno & vigesimo Caesar Dolabellam, altero & vigesimo Asinius Pollio C. Catonem, non multo aetate antecedens Calvus Vatinium iis orationibus insecuti sunt, quas hodieque cum admiratione legimus.* Adde Quinctil. lib. XII. cap. VI. *Calvus, Caesar, Pollio, multo ante quaestoriam omnes aetatem, gravissima judicia susceperunt.* Torrent. Abesse hanc vocem, ut a Vaticano abest, posse judicat Torrentius. Et si quis talia conquirere velit, inveniet infinita exempla, quibus & adesse, & desiderari videbit. Sed hic necessariam vocem puto, in qua ipsa dignitas, quae temeritatem Caesaris Adolescentis ostendit. Sic additur in Aug. XXX. Claud. XXIX. Tit. VI. ubi itidem ejicit Torrentius, & centies alibi. Burm.

Repetundarum postulavit:] Videri potest ante Dolabellam accusasse C. Antonium, qua de re Asconius in Orat. in toga candida, pag. 979. Ed. Graev. ubi Antonium, non accusasse dicitur, sed egisse pro Graecis contra Antonium. Broukhusius.

Absolutoque, Rhodum secedere statuit.] Saepe miratus sum, in tam illustris viri vita esse tantas inter auctores diversitates. Quam multa enim Plutarchus aliter atque hic narrat? Vel hunc locum vide. Multa diversa, occasiones dico rerum & τὰ περὶ τὰς χρόνους. Casaub.

Ad declinandam invidiam,] Tantum ab ea abfuturus, quantum a conspectu suorum recessit, ut loquitur in Chabriae vita Aemilius Probus. Tacitus, XV. Annal. c. 45. *Ferebatur Seneca, quo invidiam sacrilegii a semet averteret, longi ruris secessum oravisse* &c. ad quem locum de his, qui se prave diffamantibus subtrahunt, multa ex optimis quibusque auctoribus coacervavimus. Gruter.

Apollonio Moloni.] Sic libri Mss. omnes, quos ego viderim. Ut Molon cognomen fuerit, quo saepe illum appellat Cicero, praesertim in Bruto, & lib. II. Epistol. ad Att. Quinctilian. quoque lib. III. cap. I. & lib. XII. cap. VI. Alii, secuti Plutarchum in Caesare, *Molonis* scribunt, Graeco more, ut Molonis filius fuerit. quod equidem non negaverim, sed Romani suo more pronunciarunt. Discipulos habuit, praeter Ciceronem & Caesarem, T. Torquatum, virum doctum, & Favonium, Catonis simium. Qui tamen, si Ciceroni credimus Epist. ad Atticum I. lib. II. Rhodi molis potius quam Moloni operam dedisse visus fuerit. Sunt & nummi veteres cum hac inscriptione: L. Pompon. Molo. Torr. Ms: *cl. dic. tunc mag.* Minime vero ferendi sunt, qui isto loco malunt cum vulgo errare, & scribere *Apollonio Moloni*, quam, ut habent alii libri, & res ipsa flagitat, *Apollonio Molonis*, Plutarchum mitto, cujus locus est in promptu. *Porphyrius Quaestionibus Homericis:* Λύσιν δὲ τὴν λέξιν αὐτῆς, ὡς καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τοῦ Μόλωνος παρέστησε. Sed non heri aut nudius tertius invasit hominum mentes hic error, quo duos clarissimos dicendi magistros confuderunt: Apollonium dico Molonis, qui & Μαλακὸς audiit, & Molonem: de quibus tam clara *Strabonis* verba, qui fuit illorum aequalis, ut mirer offendere in tanta luce quemquam potuisse. At confundunt eos *Cicero* & *Quintilianus*. Ita quidam scribunt: *de Cicerone* quidem falso, nec sine illius injuria. *Quintilianum* non eo excusatum: qui Molonem; de quo tam multa M. Tullius, Apollonium Molonem, manifesto appellat, duplici, ut arbitror, errore: nam & Apollonium Molonem perperam vocat, qui Ap. Molonis dici debuit: & fortasse non aliter scripserat Quintilianus. Alterum peccatum est, quod Apollonio Molonis tribuit, quod non illi, sed Moloni conveniebat. Venit & Plutarchus in societatem hujus culpae: qui in Cicerone Ἀπολλώνιον τὸν Μόλωνος nominat, quem Cicero semper Molonem. Nempe ita est: quia eodem tempore, eodem loco, indidem orti, eandem artem pari fama docuere Apollonius Molonis & Molo, imposuit ea res doctis. Nam & eruditissimus scriptor *Josephus* Ἀπολλώνιον Μόλωνα vocat, per-

ſtro, operam daret. Huc dum Hibernis jam menſibus trajicit, circa Pharmacuſam inſulam a praedonibus captus eſt: manſitque apud eos non ſine ſumma indignatione, prope qua-

perperam pro Μόλωνος. Ubi tamen nulla mendi ſuſpicio. Locus eſt *lib.* II. *contra Apionem:* quo in libro, quem Molonem vocat ſub initium, paulo poſt Apollonium Molonem clare ſæpius indigitat. Non puto eſſe alium ſcriptorem ab illo, de quo *Strabo:* ipſum potius *Joſephum* per incogitantiam hallucinatum reor. Hac ratione & hoc loco tueri licet plurium librorum lectionem *Ap. Moloni*; ſi cui placeat ab exſcriptoribus in auctorem culpam transferre. nam & regii libri, *Moloni*, omnes. CASAUB. *Apollonio Molonis* diſerte etiam Palat. tert. alii duo adſtipulantur vulgato, habentque *Moloni*, quod praefracte non damnarim. Conſulatur appendicula optimi Caſauboni GRUT. *Myloni* Ed. Rom. & Lugd. *Miloni* Harlem Cod. *Moloni* antiquiſſimae editiones, ſed *Molonis* utraque Aldin. Steph. & aliae. Commentatores in partes abeunt, *Moloni* tuentur Salmaſius ad ſtatuam Regill. p. 90. & Rualdus ad Plutarch. animad. XXVIII. quos ſequor, non tamen ideo, quia *Molonis* videtur contra Latinorum loquendi uſum, qui filium adjicere conſueverunt, ſecus ac Graeci. Nam de Poëtis ſatis conſtat Graecorum morem ſaepe ſecutos. Sed & Livius centies *Aſdrubalem Amilcaris*, *Giſgonis* & ſimilia dixit. Vide lib. XXV. 17. 26. & 35. & adde Gronov. ad lib. XXVIII. 12. & Bezam, ad Matth. 1. 6. De Apollonio hoc vide & notas ad Quinctil. III. de Inſtit. Orat. 1. BURM.

Pharmacuſam inſulam.] Liber Tornacenſis *Pharmacuſſam*, Vaticanus *Pharnacuſam* vocat. Meminit ejus Plinius lib. IV. cap. XII. Vide inf. cap. LXXIV. TORR. Quidam Ms. *Pharmacuſſam*, ut apud *Stephanum* ſemper Φαρμακοῦσσα, Ζαγήνουσσα, Μιλήτουσσα, καὶ Σιδήνουσσα, Σίδουσσα; quae ſcriptura ex ſcribarum imperitia inolevit. nam vel *Pharmacuſa* ſcribendum, vel *Pharmacoëſſa*, ut *Prinoëſſa* apud *Plinium*. *Stephani* ſunt verba: Φαρμακοῦσσαι, δύο νῆσοι (*Strabo* melius *libro* VIII. Φαρμακοῦσσαι, δύο νησία) πλησίον Σαλαμῖνος. ἔστι καὶ ἄλλη ὑπὲρ Μιλήτου, ἐν ᾗ Ἄτταλος ἀνῃρέθη. Hoc vult, Pharmacuſas appellari duas inſulas, quae ſunt ad Salaminem inſulam ante Atticum littus. Pharmacuſam vero aliam eſſe inſulam ad littus Aſiaticum ſupra Miletum: de hac loquitur *Suetonius* hic, & *Plutarchus* in eadem hiſtoria. CASAUB. *Pharmacuſam*, probant hanc ſcripturam Palatini duo: Tertius mavult *Pharmacuſſam*. GRUTER.

A Praedonibus] Cod. Hulſ. *a praediatoribus*; forte, pro *praedatoribus*. ut ea diverſitas ſcripturae occurrit apud Cicer. II. in Catilin. 9. *quos ego in eodem genere praedatorum direptorumque pono*. ubi *praediatorum* Colon. Codex: ſed *praedones*, & *praedones maritimi* centies pro piratis ponuntur. Vid. Abram ad Cicer. pro Sextio cap. XX. & XXXI. Heinſ. ad Claud. Bell. Gild. 69. BURM.

Manſitque apud eos non ſine ſumma indignatione.] Verbum ſine dubio corruptum eſt, & ſcribendum *dignatione*. URSIN. Lego, *dignatione*. Id enim dicere voluit, quod Vellejus lib. 2. 41. his verbis: *Idem poſtea admodum juvenis, cum a piratis captus eſſet, ita ſe per omne ſpatium, quo ab iis retentus eſt, apud eos geſſit, ut pariter iis terrori venerationique eſſet. Plutarchus:* Ἡμέρας δὲ τεσσαράκοντα δυεῖν δεούσας, ὥσπερ οὐ φρουρούμενος, ἀλλὰ δορυφορούμενος ὑπ' αὐτῶν, ἐπὶ πολλῆς ἀδείας συνέπαιζε. *Dignatio* vox ſcriptori huic & Tacito familiaris. Juſtinus *libro* XXVIII. *A quo honorifice ſuſceptus, diu in ſumma dignatione regis vixit.* Utitur & Livius. Similis locus in Veſpaſiano cap. IV. *Sortitus Africam, integerrime res non ſine magna dignatione adminiſtravit.* Ubi eundem errorem in multis Mss. offendimus. Hoc nos putamus eſſe verum: alioquin tueri vulgatam lectionem poſſemus, ut *indignatio* accipiatur καταχρηστικῶς (ut multa in hoc ſcriptore) hoc eſt, ἐνεργητικῶς, non ut ſit ἀγανάκτησις, quae eſt uſitata ejus vocis ſignificatio: ſed οὐκ ἀξίωσις, καταφρόνησις, contemtus. Senſus erit *Caeſarem captivum & piratarum poſitum, adeo nihil ſe indignum egiſſe, ut etiam contemtui haberet eos, in quorum erat poteſtate.* Magnum animi magni argumentum. Plutarchus: Ἐκπέμψας δὲ τῶν περὶ αὐτὸν ἄλλον εἰς ἄλλην διαπεμψάμενος πόλιν ἐπὶ τὸν τῶν χρημάτων πορισμὸν, ἐν ἀνθρώποις φονικωτάτοις Κίλιξι, μεθ' ἑνὸς φίλου καὶ δυεῖν ἀκολούθοιν ἀπολελειμμένος, οὕτω καταφρονητικῶς εἶχεν, ὥστε πέμπων, ὁσάκις ἀναπαύοιτο, προσέταττεν αὐτοῖς σιωπᾶν. Hic locus Plutarchi non parum confirmat poſteriorem noſtram interpretationem: placet ta-

quadraginta dies, cum uno medico & cubiculariis duobus. Nam comites servosque ce-

men magis prior emendatio; quam Fulvio quoque Ursino venisse in mentem ex ejus Notis didici, quas nunc ipse primum vidi. Magnum mihi earum desiderium excitarat doctissimus adolescens Lambertus Canterus, patre Theodoro patruoque Gulielmo dignissimus: cum Roma rediens hac transiret hoc anno, & illi ego cum alias in Tranquillum, tum istam quoque emendationem nostram ostenderem. Accidit autem percommode, ut dum nostra haec ederentur, perducto jam ad umbilicum Tranquillo, eum librum qui nuper Antverpiae prodiit, dono ad me mitteret clarissimus doctissimusque vir Jacobus Bongarsius. Bongarsius, cui se plurimum debere literulae nostrae profitentur. CASAUB. Pal. Mss. *indignatione*, ut & editi omnes, sed male. Legendum enim *dignatione*, cum Ursino, Casaubono aliisque. GRUTER. Quis vero non captivus apud Piratas maneret diu sine indignatione? Nec explicatio Casauboni, ut *indignatio* capiatur ἀγανάκτησις, ullo exemplo boni scriptoris firmari potest. Similia vero sunt, quae Barthius adfert lib. XLV. Adv. 1 quare nihil restat, nisi cum viris doctis scribere *dignatione*, quae vox Livio, Tacito & nostro familiaris fuit. Nisi quis, disjunctis syllabis, malit legere, *non nisi summa in dignatione*, ut in Justini loco; ita *in honore esse*, Gramm. cap. 1. & apud alios, *& in honore habere* Tit. IX. BURM.

Prope xl.] Duodequadraginta. Auctor Plutarchus. TORR.

Cum uno medico.] Sic libri omnes. Sed Fr. Robortellus Annot. lib. 1. cap. XXI. Plutarchi, qui prolixe hanc historiam recenset, auctoritate fretus, *cum uno amico* legendum putat. Quam lectionem Oberto Gifanio quoque placere intelligo. Nec mihi displicet. sequitur enim: *nam comites servosque caeteros.* Atqui inter comites amici, inter servos cubicularii & medici fere habebantur: qua de re plura ad Horat. Epist. ad Celsum, *comiti scribaeque Neronis.* Neque librorum me deterret auctoritas. Nam & Aug. cap. XCI. cum in re omnino simili recepta lectio habeat *medici*, libri omnes Mss. quod mireris, *amici* legunt, ut ibi dicemus. Nec dubium, quin notarum similitudine hic error acciderit. Nam & in vita M. Antonini apud Capitolinum tale mendum invenias his verbis: CAESAREM *exsecto sub aure tubere septennem amisit, quem non plus quinque diebus luxit, consolatusque etiam amicos actibus publicis reddidit.* sic enim legendum, non *medicos*. Quis enim medicos consoletur? aut quae medicorum in actibus publicis functio est? TORR. De tribus Caesaris servis, constat Cottae quoque testimonio, apud Athen. lib. VI: 21. in quo sic scriptum est, Ἰούλιος δὲ Καῖσαρ ὁ πρῶτος πάντων ἀνθρώπων περαιωθεὶς ἐπὶ τὰς Βρεττανίδας νήσους μετὰ χιλίων σκαφῶν, τρεῖς οἰκέτας τοὺς πάντας συνεπήγετο, ὡς Κόττας ἱστορεῖ, ὁ τότε ὑποστρατηγῶν αὐτῷ, ἐν τῷ περὶ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας συγγράμματι &c. Sed Plutarchus in Caesare, cum pro *medico* servo edit *amicum* (inquit enim, μεθ' ἑνὸς φίλου καὶ δυοῖν ἀκολούθων) differt non solum a Suetonio, sed ab ipso etiam Cotta, qui deserte habet τρεῖς οἰκέτας τοὺς πάντας &c. Quo verbo complexus est medicum servum & cubicularios, qui servi sunt a cubiculo. Rursus Plutarchum si sequamur, illud *in litore*, quod statim sequitur apud Suetonium, mutandum erit in *Mileti*, & ita legendum, *numeratis deinde L. talentis expositus Mileti.* URSIN. Ita omnes codices, veteres, recentiores, scripti, cusi: editiones quasdam nuperas excipio, in quibus reperi *cum uno amico.* Primus Robortellus auctor mutandae vulgatae lectionis fuit: Plutarchum enim φίλον hunc vocare; neque esse verisimile ulli medico (quippe servi illis temporibus eam artem exercebant Romae) eum honorem habitum, ut inter amicos Caesaris censeretur. Placuit hoc commentum etiam viris doctissimis, quod miror: nam auctorem quidem ejus nihil moror. Norunt omnes eruditi ineptias hominis & vanitatem; cujusmodi hoc est, sane vanissimum. Primum illud falsum, omnes Romae tum medicinam profitentes servos fuisse: multi enim excellentes in ea arte e Graecia terra illuc quaestus sui caussa, partim ingenui, partim manu pridem emissi, itabant. Hi sunt, quos narrat hoc ipso libro Suetonius, civitate donatos omnes a Julio Caesare: nam in servos id beneficium fuisse collatum, nimia est stultitia vel suspicari. Falsissimum vero, medicos a magnatibus Romanis inter amicos non habitos, neque eo titulo dignatos.

ceteros initio ſtatim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiſerat. Numeratis deinde quinquaginta talentis, expoſitus in litore non diſtulit, quin e ve-

tos. Tacitus Annalium lib. IV. cap. III. *Sumitur in conſcientiam Eudemus amicus ac medicus Liviae.* Seneca de beneficiis VI. cap. XVI. *Quare medico & praeceptori plus quiddam debeo, nec adverſus illos mercede defungor? Quia ex medico & praeceptore in amicum tranſeunt.* Suetonius lib. II. & Plutarchus in Bruto, auctores ſunt, Octavium priore Philippenſi praelio *amici ſomnio* monitum, tabernaculo ſuo egreſſum. Quis ille amicus? Artorius medicus conſenſu reliquorum hiſtoricorum, Velleji, Valerii Maximi, Dionis, & Lactantii quoque lib. II. cap. I. At iſti critici, quaſi magnum eſſet nefas medicum aliquem procerum amicum audire, illum quoque e ſequenti libro locum nobis corruperant: ut jam non aliter ibi edatur quam *medici ſomnio*, contra veterum librorum fidem; quorum nos auctoritatem ſecuti, medicis ſuam dignationem duobus hiſce locis aſſeruimus. Greg. Nazianz. in epitaphio Caeſarii fratris: Τάττεται τὴν πρώτην ἐν ἰατροῖς τάξιν, καὶ τοῖς φίλοις τοῦ βασιλέως εἷς ἐναριθμούμενος τὰς μεγίστας καρποῦται τιμάς. Falluntur autem docti viri, qui pertinere huc putant iſtum Athenaei e lib. VI. locum: Ἰούλιος Καῖσαρ ὁ πρῶτος πάντων ἀνθρώπων περαιωθεὶς ἐπὶ τὰς Βρεττανίδας νήσους μετὰ χιλίων σκαφῶν, τρεῖς οἰκέτας τοὺς πάντας συνεπήγετο, ὡς Κόττας ἱστορεῖ ὁ τότε ὑποστρατηγῶν αὐτῷ, ἐν τῷ περὶ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας, ὃ τῇ πατρίῳ ἡμῶν γέγραπται φωνῇ. *Julius Caeſar, qui primus mortalium ad Britannicas inſulas, cum mille navibus trajecit, tres omnino famulos ſecum ducebat, ut ſcribit Cotta, qui legatus illi tunc erat, in eo libro, quem de Rep. Romana lingua noſtra (Romanorum) compoſuit.* Non enim ad hanc hiſtoriam de captivo Caeſare ullo modo pertinet Cottae legati ejus teſtimonium: ſed ad illam ipſam, de qua loquitur, expeditionem. aut fecit ſane Cotta ineptiſſime, qui Caeſari laudem frugalitatis tribuerit, quod apud praedones cum tribus ſervis fuerit. Plures enim initio habuit Caeſar, ſed eos dimiſerat alios in aliam urbem ad expediendas pecunias, ut ex Suetonio & Plutarcho conſtat. quare ſuper ineptias, etiam falſitas fuerit in voce συνεπήγετο. Sed abſurdum eſt & plane ridiculum, ad haec Caeſaris tempora illam narrationem referre: quum diſerte notet Larenſis, Cottam fuiſſe legatum Caeſaris τότε, hoc eſt, in illa ipſa expeditione. Alioquin etiam illud dici poterat, in numeris parum fuiſſe hunc Cottam accuratum, qui mille navium claſſem appellet, quam ipſe Caeſar dicat fuiſſe DCCC. & quidem ita, ut cum longis navibus etiam graves & vectoriae numerentur: atque ipſae etiam annotinae, & privatae. Omnino graviter doctiſſimi viri erraruut, qui illum *Athenaei* locum huc putarunt referendum. CASAUB. Protegunt hanc lectionem *uno Medico* tres Palat. itaque valeat ſane *cum amico* ſuo Robortellus, ejuſque aſſeclae. GRUTER. Vide Caſtal. IV. Decur. Obſerv. 6. & Meibomium ad formulam Comitis Archiatrorum. BURM.

Initio] *In initio* Periz. Cod. & edition. Venet. tres, & Bonon. Pariſ. Juntae, Ald. Steph. & plures, & ita alibi apud Frontin. I. Strat. VIII. 9. *in initio noctis* ut editur vulgo. Sed abeſſe a MSS. praepoſitionem teſtantur Tennulius & Oudendorpius. vide ad Liv. IV. VII. II. & Domit. cap. XX. *Statim* vero ex more Suetonii additum, ut Veſpaſ. III. *ſtatim ab initio*. BURM.

Ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiſerat.] Supple ex *Plutarcho*, alium in aliam vicinae provinciae Aſiae urbium: non enim ſua redemptus eſt pecunia, ſed *publica civitatum*, ait Vellejus. Idem factum in pluribus Romanis, qui illa tempeſtate in piratarum manus inciderunt. Notum de P. Clodio, qui captus miſit ad Ptolemaeum Cypri regem ad expedienda lytra. Strabo XIV. Dio lib. XXXVIII. Quod igitur Caeſar praedonibus XV. talenta poſtulantibus, L. ſponte ſua obtulit, non liberalitas haec fuit: ſed ſumma confidentia civis ἀγερώχου, ſociorum P. R. fortunis inſultantis. CASAUB.

Dimiſerat] *Dimiſit* Codd. Periz. Harlem. Edd. Venet. tres. Bonon. Pariſ.

Expoſitus in littore.] Nihil eſt mutandum: tantum ex Plutarcho explicandum de littore Mileſiaco, ſuadet narratio illius, ut ita accipiamus, quanquam Plutarchus hoc διαῤῥήδην non dicit: eſtque valde veriſimile Mileſios aegre paſſuros, ut ſuum littus latrones hac occaſione explorarent. Non ergo aſſentiamur erudito viro *Mileti* emendanti. CASAUB. *Expoſitis* Harlem. & Edd. Venet. tres & aliae. Perperam, ſed vitio

vestigio classe deducta persequeretur abeuntes: ac redactos in potestatem, supplicio, quod illis saepe minatus inter jocum fuerat, adficeret. Vastante regiones proximas Mithridate, ne desidere in discrimine sociorum videretur, ab Rhodo, quo pertenderat, transiit in Asiam: auxiliisque contractis, & praefecto regis provincia

tio admodum obvio in antiquitus editis & etiam scriptis. BURM.

Classe deducta.] Ex portu Milesiaco: Plutarchus. Asconius in III. contra Verrem: *Habent Milesii praesidiariam classem ex foedere praebendam populo Romano maritimis necessitatibus.* CASAUB.

Inter jocum.] Membranae quaedam *per jocum.* Turonensis *inter. Plut.* ἀνὰ γέλωτα. CASAUB. An *inter*, an *per* dicatur parum referre credo. *Inter lacrimas* Phaedr. IV. 16. & *per lacrimas* Valer. Fl. I. 767. ubi vide. & de *inter* Cl. Duker. ad Flor. II. VI. 41. at suspicio mihi nata, an non illud *inter* scriba arripuerit ex perturbato ordine verborum, & scriptum olim fuerit, *quod illis saepe interminatus per jocum fuerat.* Sed relinquamus haec ut vulgo eduntur. In Harlem. deerant illa, *inter jocum.* & Copes. habebat, *quod saepe illis minatus fuerat.* BURM.

Ne desidere.] Eleganter hoc verbo usus est pro remisso esse animo, atque otiose agere; unde *deses*, & *desidia* appellata est. sic enim & *sedendi* verbo non semel usus est Cic. ut Virg. quoque lib. 3. Georg. *Et meliora Deos sedet omnia poscens*; & Horat. epist. ad Scaevam: *Sedit, qui timuit, ne non succederet.* Hinc verbum hoc etiam in luctu usitatum de iis, qui mortuis feriabantur. Tibul. lib. 3. eleg. 7. *Illius ad tumulum fugiam, supplexque sedebo.* Propert. lib. 3. eleg. 14. *Afferet huc unguenta mihi, sertisque sepulcrum Ornabit, custos ad mea busta sedens.* Virg. lib. 9. *Luco tum forte parentis Pilumni Turnus sacrata valle sedebat.* Neque aliter intelligendum illud e lib. 6. *Sedet aeternumque sedebit infelix Theseus:* peccati enim poenitentia lugentem describit, ut & Athamantem Plin. lib. 34. cap. 14. qui locus tamen foede corruptus est. Verum sic habet exemplar meum MS.: *Aristonidas artifex, cum exprimere vellet Athamantis furorem, Learchum filium praecipitare volentis, & praecipitato illo residentis poenitentiam,* &c. *Residere poenitentiam* dixit, ut Plaut. Capt. Act. 3. *Venter gutturque resident esuriales ferias*, pro sedendo agunt. Cic. quoque II. De legib. denicales ferias appellat, quibus residentur mortui, quod sedendo scilicet mortuis feriarentur. Quam hujus vocabuli vim non intelligens ille, quisquis fuit, Plinii corruptor, nihil minus quam auctoris sententiam expressit. Porro hinc *resides animos*, *resides viros*, *resides populos* Virg. ut *aquam residem* Varro 3. de re rust. appellat, aestuario oppositam. Addam etiam Ciceronis locum pro Sex. Roscio, non ut in vulgaris exemplaribus legitur, sed ut apud Carisium, veterem Grammaticum: quod primus animadvertit Justus Lipsius, cujus ingenium mirari soleo, lib. Variat. lect. 4. cap. 6. *Cum jam proscriptionis mentio nulla fieret, cum etiam ii, qui antea proscripti erant, sederent, nomen refertur in tabulas Sex. Roscii.* nam hic *sedere* est secure agere, ac nihil metuere. Cujus significationis tamen immemor Lipsius pro *sederent*, *redirent* substituit, non recte, ut arbitror. TORR. Quasi ad privati curam salus imperii aut sociorum stante & florente Rep. (nam de extremis periculis non loquimur) pertineret. Quin illud verius, ambitione impulsum, & gloriae cupiditate. Vidit hoc, qui tum temporis Asiam obtinebat nomine P. R. proconsul Junius. Itaque conata ejus destituit. Vellejus II. XLII. *Longum est narrare, quid & quoties ausus sit; quanto opere conata ejus, qui obtinebat Asiam, magistratus P. R. metu suo destituerit.* CASAUB. *Nec* Harl. *diffidere* Copesian.

Ab Rhodo] Ita Codex Periz. & edit. priscae, sed Aldus, Steph. & alii ediderunt, *a Rhodo.* mox cap. VI. *ab regibus. quo portenderat* Copes. *transit* etiam Venet. sec. & tert. Bonon. Juntae, Aldi, Stephani & plures recentiores. BURM.

Praefecto regis provincia expulso.] Notemus Caesaris privati adhuc inclytum facinus: quod apud *Appianum*, *Livium*, *Memnonem*, aliosque historicos quaeras frustra. ne ille quidem tantus adulator domus Juliae *Paterculus* hac de ἀφορμῇ vel χὶ, quod ajunt. CASAUB. *Na-*

nia expulso, nutantes ac dubias civitates retinuit in fide. Tribunatu militum, 5 qui primus Romam reverso per suffragia populi honor obtigit, auctores restituendae tribunitiae potestatis, cujus vim Sylla deminuerat, enixissime juvit. L. etiam Cin-

Nutantes ac dubias civitates.] Turonensis liber, *nutantis:* & adjectum est scholion ad oram manu eadem: *Ubique Suetonius accusativum pluralem tertiae declinationis in is ponit.* Etsi non ubique locum habet haec observatio, in illo quidem ipso exemplari, praetermittere tamen illud nolui. De horum casuum forma in *is* fuse *Priscianus libro* V. CASAUB.

In fide] *In fidem* Copes.

5. *Tribunatu militum.*] Antiqua lectio *Tr. mil.* primoribus tantum litteris. Hinc alii *Tribunatu militum*, alii *Tribunatum*. Ego *Tribunus militum* lego, ut Tit. c. 4. Simile mendum animadvertimus Vespal. cap. 2. Tribunorum vero militum, ut Pedianus tradit Verr. 3. alii Rufuli dicebantur, creabanturque ab Imperatore in exercitu; alii suffragiis populi designabantur Romae in comitiis, dicti inde comitiati. qua de re etiam Polybius lib. 6. Eadem autem C. Marii quae Caesaris initia. siquidem & ille Tribunatum militarem a populo petens, ab omnibus tribubus declaratus fuit. Auctor Sallustius. Et idem de M. Catone Plutarchus tradidit, de Valerio Corvino ex antiquo scriptore Gellius lib. 9. cap. 10. TORR. *Tribunatu militum*, vera lectio: quam vulgo membranae omnes corruptam exhibent. Unde occasio data eruditissimo Torrentio aliter emendandi, sed vetant vetustissimus regiorum librorum & Memmianus: in quibus diserte, *Tribunatum*. CASAUB. *Tribunatu* quoque Palat. pr. ac tert. omnibus literis. nam sec. *tribunatum*. GRUT. Defendit & hanc lectionem, *Tribunatu*, vir summus J. Fr. Gronovius ad Liv. VIII. 22. sed mihi visus fuit, postea sententiam mutasse, ut notavi ad Ovid. I. Art. Amat. 9. *tribunatum* Ed. Romana & Cod. Copes. *qui primo* Ed. Rom. BURM.

Qui primus Romam reverso.] *Plutarchus* populi favorem magis aperit, victum ab eo referens in tribunatus petitione competitorem, ita ut prior Cæsar renuntiaretur: in quo gratiae popularis non mediocre erat specimen. Τοῦ δήμου πρώτην ἀπόδειξιν τῆς πρὸς αὐτὸν εὐνοίας ἔλαβεν ὅτε πρὸς Γάϊον Πόπλιον ἐρίσας ὑπὲρ χιλιαρχίας, πρότερος ἀνηγορεύθη. CASAUB.

Auctores restituendae tribunitiae potestatis] Auctores vel praecipui fuere C. Cotta, M. Crassus & Cn. Pompejus. qua de re Plutarchus, Appianus, ipse Cicero lib. 3. De legibus. Turnebus tamen Adversar. XXIV. cap. XIV. *actores* legit. quod & ego repperi in duobus MSS. Sed non placet. quis enim sic Latine loquitur? TORR. Auctores fuere plures, sed praecipuus ipse Pompejus, qui tum erat consul. Icirco scribit *Vellejus* (2, 30.) de primo illius consulatu, qui in annum incidit XXX. aetatis Julii; urbis vero conditae DCLXXXIV.: *Hoc consulatu Pompejus Tribunitiam potestatem restituit, cujus Sylla imaginem in jure* (sive *in Rep.*) *reliquerat.* Caesar primo de bello civili (*cap.* 7.) *Syllam, nudata omnibus rebus Tribunitia potestate, tamen intercessionem liberam reliquisse: Pompejum, qui amissam restituisse videatur, bona etiam, quae ante habuerat, ademisse.* Invenimus in Memmiano codice *actores*, quam lectionem doctissimus *Turnebus* putavit sibi defendendam: tanti apud illum pretii erat Turonensis ille codex. illud vero mirum, legi in optimis aliis libris *auctoresque*, in Viterbiensi, Lislaei & Romano veteri. An deest aliquid? Non videtur. CASAUB. *Auctores* MSS. nostri sine enclitica *que* vulgatis Edd. addita. GRUTER. *Actores* Copes. ut fere semper ita variant Codices.

Cujus vim Sylla diminuerat.] Lege lata, ne quis post tribunatum ullius honoris esset capax. Appianus Ἐμφυλ. primo: Τὴν δημάρχων ἀρχὴν ἴσα καὶ ἀνεῖλε (de Sylla loquitur) ἀσθενεστάτην ἀποφήνας, καὶ νόμῳ κωλύσας μηδεμίαν ἄλλην τὸν δήμαρχον ἀρχὴν ἔτι ἄρχειν. Διὸ καὶ πάντες οἱ δόξης ἢ γένους ἀντιποιούμενοι, τὴν ἀρχὴν ἐς τὸ μέλλον ἐξετρέποντο. Solam igitur tribunitiae potestatis imaginem Sylla reliquerat: hoc est, extremi juris intercessionem, ut ait Caesar libro pr. De bello civili. *Deminuerat* scriptum in plerisque, non *diminuerat*. & lib. 2. cap. 41. *foenore deminuto*, non *diminuto*. sic in *Plauto*. Glossarius: *Deminuit*, ἐλαττοῖ, ἠλάττωσε. Turonensis *diminuerat*. CASAUB. *Deminuerat* Edd. Rom. Venet. Ald. Steph. & plu-

Cinnae, uxoris fratri, & qui cum eo civili discordia Lepidum secuti, post necem consulis ad Sertorium confugerant, reditum in civitatem rogatione Plotia confecit, habuitque & ipse super ea re concionem. 6 Quaestor Juliam amitam, uxoremque Corneliam, defunctas laudavit e more pro Rostris: sed in amitae quidem laudatione, de ejus ac patris sui utraque origine sic refert: *Amitae meae Juliae maternum genus ab regibus ortum, paternum cum Dis immortalibus conjunctum est. Nam ab Anco Marcio sunt Marcii Reges, quo nomine fuit mater: a Ve-*

plures aliae. vid. cap. XI. & Aug. XLI. & ad Ovid. I. Trist. v. 44. BURM.

L. etiam Cinnae, uxoris fratri.] Hujus ejus gratia id negotium a Caesare fuisse susceptum declarant, quae supersunt ex ipsius functione verba: *Equidem mihi videor pro nostra necessitate, non labore, non opera, non industria defuisse:* nam *necessitas* hoc loco, jus affinitatis significat, ut observat A. Gellius lib. 13. cap. 3. CASAUB.

Etiam] Deest Cod. Copes. & Edd. Bonon. Venet. sec. & tert. & aliis. *Letio Cinnae* Venet. pr. In margine Steph. Ed. vir doctus notaverat, *L. enim Cinnae.* BURM.

Post necem consulis.] Lepidus tamen *morbo & poenitentia periit:* Florus. Νόσῳ τελευτᾷ [illegible]: *Appianus.* CASAUB.

Rogatione Plotia confecit.] Liber unus *fecit.* Orationis vero, qua C. Caesar legem Plautiam suasit, meminit Gellius XIII. cap. III. TORRENT. Bene & *[illegible], rogatione:* vide Festum. A. Gellius *legem* vocat: sed privilegium hoc potius fuit: & ita confunditur rogatio haec cum lege Plotia de judiciis. In Turonensi *Plocia* scriptum pro *Plotia.* nam *c.* & *t.* saepe confunduntur, ut *nuntius* & *nuncius.* A. Gellius *Plautiam* vocat, quod idem est, *au* pro *o* & contra. vide ad Vespasianum cap. 22. Ridiculum est, quod disserunt ad hunc locum nonnulli de Plautiis Plotis. CASAUB. *Plocia* Edd. Venet. secund. & tert. Bonon. & aliae.

Super ea re.] *Super ipsa re* Harlemensis Copes. & Edd. Venet. tres. Bonon. Paris. & aliae antiquiores, ante Juntam & Aldum. Sed & dixit noster *super ea re statuere*, Tib. cap. XIII. BURM.

6. *Quaestor Juliam amitam.*] Haec Mario seniori nupta fuit, juniorque Marius ex illa est natus. Plutarchus. CASAUB.

6. *E more pro rostris.*] Liber opt. *ex more.* Et pro Rostris quidem laudare defunctos mos erat, sed, si Plutarcho credimus, e feminis veteres tantum matronae, qualis Popillia, Q. Lutatii Catuli Capitolini mater, & Julia, C. Caesaris amita, C. Marii uxor, vita functae laudabantur, non juniores etiam, qualis haec Cornelia. Livius quidem lib. v. non distinguit, additum matronis honorem narrans, ut earum, sicut virorum, post mortem solennis laudatio esset, quod aurum pro pacta Gallis summa contulissent. Neque alitet idem Plutarchus, Camillo, & exordio libelli De mulierum virtute. TORR. *Ex more*, quod Torrentius praefert, in nullo scripto vel edito fere reperi, licet ita inf. cap. LXXX. & alibi occurrat. & *ex consuetudine* dixerit infr. cap. XXXI. sed vid. ad Petron. cap. CVIII. Lucan. I. 584.

Placuit Tuscos de more vetusto Acciri vates.
ubi multi codices, *e more.* BURM.

Sed in amitae quidem.] Scribendum, *& in amitae q. l.* Litera *S.* ex fine praecedentis vocis, sine caussa, ut saepissime alibi, initio sequentis adhaesit. CASAUB. *Sed* trias membranarum Pall. neque opus mutatione. GRUTER. *Sed in amitae* Periz. & Edd. fere omnes, etiam Gronovii.

Utraque origine.] *Origine utraque* Copes. Huls. Codd. & Ed. Steph.

Amitae meae] Haec verba J. Caesaris in versus senarios jambicos redigere fategit Andr. Rivinus ad Pervigil. Veneris 76. temerario sane ausu & detestabili. BROUKHUS.

Ab regibus] *A* Copes. vid. sup. cap. 3. & *ab Anco* idem.

Marcio.] *Martio* & *Martii* multae editiones, & ipsa Stephani. Sed vitiose, ut diu & saepe viri docti ostenderunt. BURM.

Marcii Reges.] Rex gentis Marciae cognomen. scribendum ergo R. majusculo. TORR.

Quo nomine fuit mater.] Deest *ei:* vel culpa scribae, vel ex consuetudine hujus scriptoris, quam ante notavimus. CASAUB. Casaubonus desiderat, *ei mater:* forte, quia de amitae & patris sui utraque origine refert,

Venere Julii, cujus gentis familia est nostra. Est ergo in genere & sanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent, & cerimonia Deorum, quorum ipsi in potestate sunt reges. In Corneliae autem locum Pompejam duxit, Q. Pompeji filiam, L. Syllae neptem: cum qua deinde divortium fecit, adulteratam opinatus a P. Clodio: quem inter publicas ceremonias penetrasse ad eam muliebri veste tam constans fama erat, ut senatus quaestionem de pollutis sacris decreverit. Quae-

fert, ob similitudem vocum, excidit *patris*, & legendum, *quo nomine fuit patris mater*. BURM.

Cujus gentis.] *Generis* Copes. Sed quia sequitur *in genere* nihil mutandum. Manus docta ad edit. Steph. adscripserat, *in genere nostro*, quod nusquam inveni. BURM.

Quorum ipsi in potestate.] Caesaris sententiam egregie expressit Horatius lib. III. Od. I. *Regum timendorum in proprios greges, Reges in ipsos imperium est Jovis.* TORR.

Q. Pompeji] Q. Q. Pompejos patrem & filium utrumque interfectos fuisse bello civili refert Livius lib. XXII. qui Pompejum generum fuisse ait L. Sullae, e quo nata sit haec Pompeja, quam Suetonius Sullae neptem appellat URSIN. Error in Livii libro. Nam hoc in Epitome libri LXXVII. legitur. vid. Glandorp. Onomasticon in *Pompejis Rufis*. & Manut. ad Cicer. VIII. ad fam. Epist. I. BURM.

Q. Pompeji filiam.] Ejus fortasse Pompeji, qui cum Sylla Consul fuit A. U. C. DCLXV. Consulatum una gestum, & affinitatem quoque declarare videntur denarii antiqui, qualem & ego servo. Ab utraque enim parte effigies utriusque ad vivum, in



Pag. 19.

altera asscriptum SULLA Cos. altera vero Q. POM. RUF. RUFUS Cos. Livii tamen epitome lib. LXXVII. non Consulem ipsum, Q. Pompejum, sed Consulis filium, Syllae generum facit. Sed & Ascon. Pedian. in Miloniana Q. Pompejum Rufum, Syllae ex filia nepotem, commemorat, tunc Trib. pl. cum occisus est Clodius, Pompejae Caesaris, ut puto, fratrem. TORR. An quaestor adhuc? Sane, ut quidem Tranquilli narratio est. Plutarchus contra post quaesturam: ἀπαλλαγεὶς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς οἰκείως τρίτην ἠγάγετο γυναῖκα Πομπηΐαν. CASAUB.

L. Syllae.] L. deest Harlemensi.

A P. Clodio.] Inf. cap. LXXIV. Historia omnibus nota. *Adulteratam* autem dixit pro stupratam, ut cap. XLVII. & *adulterare* pro stuprare Aug. cap. LXVII. Veteres absolute usi sunt, ut apud Gellium X. cap. XXIII. *Illa te, si adulterares, digito non auderet contingere.* TORR.

Ceremonias] *Cerimonias* Edd. Roman. & aliae. ut scribendum semper puto. v. Aug. XCIII. & alibi. BURM.

Muliebri veste.] *In muliebri* Copes. & Hulf. quod licet in nulla editione repererim, non tamen negligendum credo: nam *in veste* saepe occurrit. vide Virgil. IV. Aen. 519. & ibi Pier. V. 179. VIII. 167. & saepe alibi: excidit praepositio sollemni librariorum culpa, absorpta a praecedentis vocis ultima litera *m.*, cujus vitii infinita ex aliis & etiam nostro exempla possent produci, nisi hoc jam alii praestitissent. vide Broukh. ad Tibul. I. IX. 70. & infr. ad Neron. cap. 2. Davis ad Cicer. II. de Nat. Deor. 5. BURM.

6. *Quaestionem de pollutis sacris.*] Per pontifices exercendam, quorum ea fuit notio. Pollutis autem sacris piaculum committebatur, quod per eos item fuit expiandum. Quippe hactenus jus pontificium, augurale, feciale, civile distinctum fuit, ut singula per diversos tractari debuerint. Res sacrae nimirum per pontifices, auguria per augures, bellicae quaeque his connectuntur, per feciales, privatae per jurisperitos, & magistratus reliquos. Nam Livius tradit libro primo, cap. 20. pontificem maximum institutum, *ut esset, quo plebs consultum veniret, ne quid divini juris, negligendo patrios ritus, peregrinosque adsciscendo, turbaretur.* Et Festus: *Eum maximum rerum, quae ad sacra & religiones pertinent, judicem, vindicemque contumaciae privatorum Magistratuumque esse.* Jus vero augurale qui tenet, esse intelligitur, a Virg. III. Aen. 360.

7 Quaestori ulterior Hispania obvenit: ubi cum mandatu praetoris jure dicundo con-

Interpres divum, qui numina Phoebi,
Qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis,
Et volucrum linguas, & praepetis omina pennae.

Cujus juris vis & dignitas quanta sit, in hunc modum describit Cicero: II. de Legb. 12. *Maximum & praestantissimum jus est augurum, & cum auctoritate conjunctum. Neque vero hoc, quod ipse sum augur, ita sentio, sed quia sic existimare nos est necesse. Quid enim majus est, si de jure quaerimus, quam posse a summis imperiis & summis potestatibus comitia tollere, & concilia vel instituta dimittere, vel habita rescindere? Quid gravius, quam rem susceptam dirimi, si unus augur aliter dixerit? Quid magnificentius, quam posse decernere, ut magistratu se abdicent consules? Quid religiosius, quam cum populo, cum plebe agendi jus aut dare, aut non dare? Quid, quam leges, non jure latas, tollere?* Jus vero feciale complecti clarigationem, foedera, bellique alia, ex Livio, Nonio, Arnobio alisque abunde liquet: quorum ego verba hic non transcribam, contentus unum hic apposuisse Varronis locum, qui est libro IV. de lingua Latina: *Feciales, quod fidei publicae inter populos praeerant: nam per hos fiebat, ut justum conciperetur bellum, & inde desitum, ut & foedere fides pacis constitueretur. Ex his mittebant, antequam conciperetur, qui res repeterent; & per hos etiam nunc fit foedus, quod fidus scribit Ennius dictum.* Haec itaque omnia ad alios, quam quos dixi, non pertinebant, nec de his jurisconsulti respondebant, quorum omnis auctoritas juris cancellis includebatur. Nam de his testatur Tullius primo de Legibus, cap. 4. *Summos fuisse in civitate viros, qui id jus civile interpretari populo & responsitare soliti sunt, sed eos magna professos in parvis esse versatos: quid enim est tantum, quam jus civitatis? Quid autem est tam exiguum, quam est hoc munus eorum, qui consuluntur, quamquam est populo necessarium? Nec vero eos, qui ei muneri praefuerunt, universi juris fuisse expertes existimo; sed hoc civile, quod vocant, eatenus exercuerunt, quoad populo praestare voluerunt.* Ita enim emendandum cum locum censemus. Incognitum autem ibi at jus pontificum, augurum, feciale, quia in his nulla Jurisconsultis fuit auctoritas, ac per hoc de eo respondere non valebant, ut de privato. Nam, quin fuerint aliqui eorum, etiam juris pontificii auguralisve scientissimi, plane negari non potest, cum ejus rei aliquot etiam exempla protulerat Brissonius IV. Antiquit. 16. Non itaque sacri polluti cognitio, piaculique inde admissi, ad alios quam ad pontifices pertinuit. Et quod *tres* eorum *constituissent*, ait Tullius, de Haruspic. resp. cap. 6. *id semper populo Romano, semper senatui, semper ipsis Dis immortalibus satis sanctum, satis augustum, satis religiosum visum fuit.* Piacula autem expiabantur, vel aqua, unde apud Virgilium, II. Aen. 719.

- - - donec me flumine vivo
Abluero.

& ludis, aut etiam saltatione. Nam Servius ad tertium Aeneid. 279. monet, *sciendum esse, moris fuisse, ut piaculo commisso ludi celebrarentur. Nam cum Romani iracundia Matris Deûm laborarent, eamque nec sacrificiis, nec ludis placare possent, quidam senex statutis ludis circensibus saltavit, quae sola fuit causa placationis. Unde & natum proverbium est, Omnia secunda, saltat senex. Quamvis haec & alio ordine, & alia ex causa narretur historia.* Ita enim ibi legendum. Sed & morte saepe piaculum expurgabatur. Unde apud eundem Virgilium II. Aen 116.

Sanguine placastis ventos, & virgine caesa,
Cum primum Iliacas Danai venistis ad oras,
Sanguine quaerendi reditus, animaque litandum
Argolica.

Sed ut plurimum hostia locum subibat ejus, qui piaculo obligabatur, si capital non admisisset. Nam, ut Servius ad hunc Virgilii locum notat, *in sacris simulata pro veris accipiuntur. Unde quum de animalibus, quae difficile inveniuntur, est sacrificandum, de pane vel cera fiunt, & pro veris accipiuntur. Hinc est etiam illud: Sparserat & latices simulatos fontis Averni. Nam & in templo Isidis aqua sparsa de Nilo esse dicebatur.* Quod si autem piaculum admittendo & in leges edictave peccatum esset, etiam multa imponebatur auctori. Nam ita Macrobius I. Sat. 16. *Affirmabant sacerdotes pollui ferias, si indictis conceptisve opus aliquod fieret. Praeterea regem sacrorum flaminesque non licebat videre feriis opus fieri, & ideo per praeconem denun-* tia-

conventus circuiret, Gadesque venisset, animadversa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine, ingemuit: & quasi pertaesus ignaviam suam, quod nihil dum a se memorabile actum esset in aetate, qua jam Alexander orbem terrarum

tiabatur, ne quid tale ageretur: & praecepti negligens multabatur. Praeter multam vero affirmabatur, eum, qui talibus diebus imprudens aliquid egisset, porco piaculum dare debere. Goesius.

7. *Quaestori ulterior Hispania obvenit.*] Auctor libri De bello Hispaniensi, sub finem: *Caesar cum a Gadibus ad Hispalim se recepisset, insequenti die concione advocata commemorat initio quaesturae suae eam provinciam ex omnibus provinciis peculiarem sibi constituisse, & quae potuisset eo tempore beneficia largitum.* Casaub.

7. *Mandato praetoris.*] Sic Carolus Sigonius, cum alii ex P. R. *Populi Romani* facerent. Et fieri quidem poterat, ut Quaestori aliquid Populus mandaret; verum cum Vellejus sub Antistio Vetere Quaestorem eum fuisse scribat, & Plutarchus similiter cognomen Praetoris, quamquam corrupte βαίτυρ vocans, exprimat, Sigonium sequor. Torr. Illud *Populi Romani* in v. c. qui est apud me, notatum est duabus interpunctis literis, hoc modo, P. R. quibus notis *Praetorem* putamus significari, effetque hic scribendum, *cum mandato Praetoris* &c. Ursin. Gratia magna doctis viris, qui hunc locum restituerunt: nam in nostris quoque manuscriptis omnibus, etiam in regiis, & Turonensi, locus erat corruptus. habent alii, *mandatu* P. R. alii etiam depravatius: *mandatu Reip.* Casaub. Nostri male *Populi Romani.* Gruter. *Mandato Populi Romani* Rom. & aliae quaedam editiones & Copes. Cod. aliae vero antiquae *mandato reiph.* & ita Iunta, Aldus & alii. *Mandato Pr.* Steph. sollemnis vero haec abberratio librariorum. Vide ad Vellej. Pater. II. 40. Quinct. III. 8. Cicer. I. Cat. 2. & 6. Hard. ad Plin. VII. 7. & alios. Sed Barth. XLV. Adv. I. suspicatur sub his literis latere viri nomen proprium. *Mandatu* vero cum codex Memmianus exhibeat, licet editiones & alii codices pertinaciter *mandato* praeferant, non mutarim, quia hac forma frequenter apud Juris prudentes occurrere ex Brissonii lexico docemur. Gronovius etiam II. Obs. 21. multas similI flexione voces vindicat. ita & *consultu* pro *consulto*, apud Liv. II. 63. Amm. Marcel. XX. 6. *Mandatu Saporis viri comprehensi.* Tertul. de Baptism. cap. IX. *Divinus baptismus fuit, mandatu tamen, non potestate:* ad formulas JCtorum, ipse juris peritus, respiciens. *juredicendo* etiam Copes. Harlem. & Edit. Bonon. Venetae tres, Stephan. Juntae. Aldi & aliae. Burm.

Herculis templum.] Erat id & conditoribus, & aetate, & religione, & opibus illustre, ut tradit Mela lib. III. multaque in eo veterum Graecorum monumenta, si Philostrato in vita Apollonii credimus lib. V. Hinc ergo & Alexandri ibidem sive imago, sive statua. Nam Annibalem quoque refert Livius Gades profectum, solutis Herculi votis, nova insuper vovisse, si caetera prospere evenissent, lib. XXI. Torr.

Ingemuit] Locus vere insignis, quo doceamur, *ornamentis bonorum incitari imitationem, & virtutem aemulari, ali exemplo honoris alieni,* ut loquitur Symmachus lib. X. Ep. 25. Consulatur Manuel Imp. cap. XXIV. Educationis regiae. Cicero quoque pro Archia cap. VI. f. inquit, *Quam multas nobis imagines, non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum, fortissimorum virorum expressas, scriptores & Graeci & Latini reliquerunt? quas ego mihi semper in administranda Republica proponens, animum & mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam.* Videatur idem de Miltiadis trophaeis, somnum Themistocli abrumpentibus. Lib. IV. Tusc. quaest. cap. 19. Grut.

Nihil dum] *Nihil tum* Periz. Cop. Harlem. Codd. Edd. Rom. Venetae tres Juntae, Ald. Steph. & plures aliae. ita variant in *vix dum* & *vix tum* passim. vid. Aug. 8. Sed *nihil dum* apud Ciceronem & alios centies occurrit. Burm.

A se memorabile.] Lislaei cod *memoriale.* Sic hae duae voces saepe confunduntur. Masurii Sabini libros Paulus J. C. *Memorialium* appellat in *Pandectis lege* CXLIV. *De verborum signif.* qui constanter apud A. Gellium & Macrobium, *Memorabilium* inscribuntur. nam quod in nuperis A. Gellii editionibus mutatum id est, contra veterum librorum auctoritatem factum, quos nos vidimus antiquissimos. Porro ita scribitur hic locus in libro *Viri cl. Francisci Pithoei: quod nihil tum admodum a se memorabile actum esset.* minus recte. Casaub. *Memorabile,* haud aliter nostra triga. Gruter. Ex uno Leslaei codice cum

rarum subegisset, missionem continuo efflagitavit, ad captandas quam primum majorum rerum occasiones in urbe. Etiam confusum eum somnio proximae noctis (nam

proferatur *memoriale*, & omnes codices & editiones conspirent in vulgatam lectionem, nihil mutandum censeo. & longe inter se distare duas has voces arbitror. *libri memoriales* recte dicuntur, ut & noster infr. cap. LVI. & Gell. IV. 20. ubi Jacobus Gronovius satis acriter Casaubonum refellit, & patrem Gronovium ad Praefat. Gellii. Pancirol. Var. lect. I. 28. Coleri Parerg. cap. XXII. res ipsae vero sunt *memorabiles*, id est dignae quae memorentur, ut apud Terent. Heaut. II. III. 73. *facinus magnum & memorabile*: & ita passim noster & alii. *Actum esse* non conspicitur in Codice Hulsiano. BURM.

Ea aetate.] Anno XXXIII. Testis praeter alios Cicero Philipp. X. his verbis: *Quid? Macedo Alexander, cum ab ineunte aetate res maximas gerere coepisset, nonne tertio & trigesimo anno mortem obiit, quae est aetas nostris legibus X. annis minor quam consularis?* Mirandum autem Caesarem, natura acerrimum & ambitiosissimum, ad quaesturam, qui primus erat honorum gradus, & quem Gracchi ambo anno 27. ipse Cato Uticensis 29. Cicero 31. gessere, tam sero pervenisse. Sed credendum est, eum declinandae invidiae causa ut Rhodum ivisse, sic etiam abstinuisse a petitione Magistratuum. Quod ideo dictum volui, ne quis hinc eum Paulo Manutio, viro doctissimo, libro de legibus Romanis, existimet quaestoriam non fuisse aetatem, ut consularem, & praetoriam. fuisse enim aperte probat Tranquillus noster Calig. cap. I. Germanicum quinquennio ante quam per leges liceret, quaestorem factum esse commemorans, & Quintilianus iis verbis quae ascripsimus supra ad cap. IV. TORR. *In aetate* omnes, quos vidi, codices & editiones, etiam ipsa Torrentii, qui tamen notis suis praescripsit *ea aetate*. Sic Claud. XIX. *in tempore hiberno.* & *in diebus* & similia obvia. BURM.

Ad captandas quam primum majorum rerum occasiones in urbe.] Membranae Viterbienses, *in urbem. ἀρχαϊκῶς*, ut saepe apud Ciceronem. Puto inobservantia hujus locutionis factum esse, ut inter voces *urbem* & *etiam*, quidam libri interponant vocem *evenit* aut *venit*. quam lectionem omnes libri meliores refutant. Distinctionem restituimus ex editione prima, & Ms. Lislaei: pessime enim in vulgatis editionibus distinctum est post vocem *occasiones*. cum ut doctissimus quoque Torrentius animadvertit, non in urbe, sed Gadibus sequens Caesari somnium fuerit somniatum. CASAUB. Et haec distinctio in Pal. tertio a manu prima in primo & secundo a secunda. nam pessime editi *occasiones. In urbe etiam.* GRUTER. Post *occasiones*, distinguunt Copes. Cod. Edd. Venet. pr. Bonon. Junt. Ald. & aliae. Sed perperam. BURM.

In Urbe etiam.] Imo, si Dioni credimus, somnium illud Gadibus Quaestor vidit. A quo quanquam in eo dissentit Plutarchus quod illa nocte, quae Rubiconis transitum antecessit, visum narrat, relinquitur tamen extra Urbem evenisse. Quin & postea, cum devicto Afranio Gades ivisset, Gaditanos civitate Romana donavit, memor somnii, quod quaestori illic ante contigerat. Dion. lib. 41. Scribo igitur, ut in duobus vetustis codicibus: *occasiones in Urbe. Etiam confusum*, &c. sensus enim, eodem eum tempore, & somnio & Alexandri exemplo monitum, petita missione, ad Urbem properasse. TORR.

Confusum.] Ut Juvenalis Sat. III. *Quamvis digressu veteris confusus amici.* Et Plinius Paneg. Trajani: *Quam ego audio confusionem tuam fuisse, cum digredientem prosequereris?* TORR. Recte, inquit, hoc somnio Caesarem confusum: si enim laeta, inter quae etiam ista, somniantibus offerrentur, mala ut plurimum portendi, persuadebant sibi veteres. ut observamus ex Apulejo, apud quem Milesii sermonis lib. IV. anus ad puellam. *Bono animo esto*, inquit, *mea herilis: nec vanis somniorum figmentis terreare. Nam praeter quod diurnae quietis imagines falsae perhibentur, tum etiam nocturnae visiones contrarios eventus nonnumquam praenuntiant. Denique flere, & vapulare & nonnumquam jugulari, lucrosum prosperumque proventum* (forte *proventurum*) *nuntiant. Contra ridere & mellitis dulciolis ventrem saginare, vel in voluptatem veneream convenire, tristitia animi, languore corporis, damnisque caeteris anxiatum iri praedicant.* BOXHORN. *Confisum* Edit. Venet.

(nam visus erat per quietem matri stuprum intulisse) conjectores ad amplissimam spem incitaverunt, arbitrium orbis terrarum portendi interpretantes: quando mater, quam *subjectam sibi vidisset*, *non alia esset quam terra*, *quae omnium parens haberetur.* Decedens ergo ante tempus, colonias Latinas de petenda civi- 8 tate

Venet. pr. forte bene. Nam si tristis fuisset, non incitandus, sed consolandus & confirmandus fuisset: nunc somnio laetum incitant conjectores, nec opus recurrere ad Boxhornii explicationem: Oneirocriticos scilicet, si laeta somnia, ut hoc, ad eos deferrentur, mala portendi conjecisse. Nec admodum confusum fuisse Caesarem inde colligi potest, quod hoc somnium non insolitum & rarum esset. Nam inter communia & vana somnia praeter ea, quae Artemidorus lib. 1. cap. 82. habet, docet Cicero primo de Divin. 29. hoc quoque haberi. & Jocasta Oedipo, sollicito de responso oraculi, quod cum matre eum concubiturum praedixerat, ut γνωμικὸν aliquod & vulgatum dicit apud Sophocl. Oed. Tyr. 988.

Πολλοὶ γδ ἤδη κἀν ὀνείρασι βροτῶν
Μητρὶ ξυνευνάσθησαν.

& spernenda illa esse, qui facile & commode vult vivere, addit. Herodotus etiam lib. VI. cap. 107. Hippiam Pisistrati filium idem somniantem, inde conjecisse se tyrannide recuperata, in patria senem obiturum, narrat. *Confisum* itaque aeque possumus credere Caesarem hoc somnio, atque *confusum*. sed ob unius editionis exemplum, a vulgata, quae & recte explicari potest, recedere religio sit. Libenter vero ejicerem pronomen *eum*, natum ex ultima syllaba praecedentis vocis. Burm.

Conjectatores.] *Conjectatores* Copes. qui, ut & Hulf. *concitaverunt.*

Arbitrium terrarum orbis portendi interpretantes.] Ita visum interpretari vanissimae artis auctoribus vanissimis. *Artemidorus libro* τῶν ὀνειροκριτικῶν *primo*, de hujusmodi somnio loquens: Ἀγαθὸν δὲ καὶ παντὶ δημαγωγῷ, καὶ πολιτευτῇ· σημαίνει γδ τὴν πατρίδα ἡ μήτηρ, ὥσπερ ὁ μιγνύμενος κατὰ νόμον Ἀφροδίτης, παντὸς ἄρχει τοῦ σώματος τῆς συνούσης πειθομένης, καὶ ἐκεῖνος· οὕτως ἰδὼν, πάντων ἀφηγήσεται τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων. Astrampsychus in Onirocritico: Μητρὶ πλακῆναι κερδαλέον ἐστ' ὄναρ τόδε. Astrampsychi sunt illi versus, quos ex Suida descriptos conjecit in Animadversorum libros Hadrianus Junius, tanquam incerti auctoris. Nobis cum librum manu exaratum videre olim contigit in bibliotheca Petri Galesii Hispani, sed tantum videre: non enim aut legere aut describere licuit. Donavit nos nuper eo munere eruditissimus, probatissimus, amicissimusque juvenis Richardus Thomson Anglus, qui a Josepho Scaligero (cui propter animi dotes non minus quam mihi est charus) nactus erat. Caeterum in hujus somnii interpretatione, non consentiunt cum Artemidoro & Astrampsycho Persarum & Indorum sapientes; de quibus Achmet Seirim F. cap. CXXVII. Ἐάν τις ἴδῃ, ὅτι συνουσίασε μητρὶ ἢ ἀδελφῇ, ἀναξίῳ ἀγαθοποιήσει, ψογούμενος καὶ μεταμελούμενος. *Si quis visus sibi fuerit cum matre vel sorore rem habuisse, indigno benefaciet, vituperatus eo nomine ac poenitens.* Casaub. *Arbitrum* Copes.

Mater, quam subjectam sibi vidisset.] F. Pithoei codex, *subactam*. Idem scribit, *arbitrium orbis terrarum potiendi interpretantes*: non *portendi*. quod jure tamen placet magis, etsi in duobus regiis antiquissimis eam scripturam offendimus: verum in altero eorum emendatam. nam ibi factum rectiore manu *portendi* ex *potiendi*. Fuerit olim fortasse, *arbitrium terrarum orbis potiundi portendi interpretantes*. moveor enim conspiratione tot exemplarium. Casaub.

Decedens] Nescio unde in Aldinam Ed. irrepserit *recedens*, quum toties Suetonius & alii de magistratibus, e provinciis redeuntibus, hoc verbo utantur. In codice, quo Cujacius usus est, erat, *decedens* &c. *agitantes ad audendum aliquid concitasset*, omissis *adiit* &; & certe sententiae nihil decederet, etsi abjicerentur. Burm.

S. *Colonias Latinas.*] Coloniis vel pro civium meritis, vel pro S. P. Q. R. liberalitate alia aliis jura dabantur. Summum beneficium erat civitas Romana, secundo loco Latinitas, tertio jus Italiae censebatur, ut nimirum & liberti nunc cives Romani, nunc Latini, nunc dediticii dicebantur. De coloniis Aug. cap. XLVII. de libertis eodem Aug. cap. XL. & Claud. cap. XIX. nonnihil annotavimus. Atque hinc bellum Sociale exor-

tate agitantes adiit: & ad audendum aliquid concitaſſet, niſi Conſules conſcriptas in Ciliciam legiones paulliſper ob id ipſum retinuiſſent: nec eo ſecius majora mox in urbe molitus eſt. Siquidem ante paucos dies, quam aedilitatem iniret, venit in ſuſpicionem conſpiraſſe cum M. Craſſo conſulari, item P. Sylla & Autronio, poſt deſignationem conſulatus ambitus condemnatis, ut principio anni ſenatum adorirentur: & trucidatis quos placitum eſſet, dictaturam Craſſus invaderet, ipſe ab eo magiſter equitum diceretur, conſtitutaque ad arbitrium republica Syllae & Autronio conſulatus reſtitueretur. Meminerunt hujus conjurationis Tanuſius Geminus in hiſtoria, M. Bibulus in edictis, C. Curio pater in Orationibus.

exortum, quod M. Livius Druſus Tr. pl. promiſſam Latinis civitatem praeſtare non potuit, A. U. C. DCLXII. Quod autem de conſcriptis in Ciliciam legionibus addit Suetonius, argumento eſt Caeſarem a quaeſtura tunc rediiſſe, cum bello piratico adverſus Cilicas itum eſt, A. U. C. DCXXCIII. Colonias quoque Latinas, quas Caeſar adiit, Tranſpadanos capio, qui Latinitate non contenti civitatem inſuper petere deſtinarant. Quod eos beneficium a dictatore Caeſare impetraſſe auctor Dion lib. XLI. Novocomenſes Vatinia rogatione; Sueton. inf. cap. XXVIII. TORR. Gallos Ciſalpinos Tranſpadanos, quibus jus Latii poſt bellum Marſicum lege Pompeja datum fuerat, ut ait Aſconius: ſed eo jure non fuiſſe illos contentos, nec eo ſecius de petenda civitate agitaſſe, ex hiſtoria patet. vide *Dionem libro.* 37. CASAUB. Vide Manut. ad Cicer. VIII. ad Famil. 1. & v. ad Attic. 11. & Cicer. III. de Offic. 22. BROUKHUS.

Conſcriptas in Ciliciam legiones.] Refer ad annum U. C. DCXXCVII. qui habuit conſules C. Piſonem L. F. Frugi, M. Acilium Glabrionem. Clarum ex praecedentibus ſequentibuſque. Vitae Caeſaris annus erat XXXIII. Is ipſe eſt annus, quo bellum maritimum & piraticum confecit Pompejus. Ne auſcultemus igitur docto viro, qui hoc putavit pertinere ad annum U. C. DCXXCIII. CASAUB.

Secius] *Setius* Memm. ut ſemper alibi. *ſequius* Cujac.

P. Sylla & P. Autronio.] P. Cornelius Sylla & P. Autronius Paetus Coss. deſignati, damnatique de ambitu, non inierunt Magiſtratum. Non male igitur Pulmannus. Quia tamen libri omnes L. vocant, non P. Autronium, Suetonii equidem errorem fateri eſſet ſatius, quam in tanto librorum conſenſu quicquam immutare. Vide Faſtos A. U. DCXXCVIII. Suetonium fortaſſis fefellit, quod in Faſtis A. U. DCCXXIV. L. Autronii, qui ex Africa triumphavit, nomen legerat. TORR. Fortaſſe, *Publiis, Sylla & Autronio.* niſi eſt Suetonii memoriale peccatum: quando & nos reperimus in omnibus libris, *& L. Autronio.* quare eo pedibus in eruditiſſimi *Torrentis* ſententiam. CASAUB. MSS. quoque noſtri *& L. Autronio* GRUTER. *Antonio* Codd. Periz. Copeſ. Hulſ. & Edd. Rom. Venet. ſec. & tert. *Antronio* Venet. pr. Bonon. & Juntae, Ald. & aliae multae. de praenomine vid. etiam Waſſ. ad Sall. Catil. XLIX. BURM.

Ambitus.] *Ambitu* Copeſ.

Adorirentur.] Nihil varietatis hic in codicibus & editis occurrit, ſed in Claudio cap. XIII. cod. Mem. exhibet *adoreretur*, vid. infr. LXIV. BURM.

Meminerunt hujus conjurationis.] Intellige, quod ad Caeſarem: nam ipſa quidem conjuratio notior, quam ut teſtibus ſit opus. Caeſarem fuiſſe illius participem, id vero non ita clarum. Illud igitur eſt, quod probatum it teſtimoniis Tanuſii, Bibuli, & Curionis patris: quos tamen omnes fuiſſe Caeſaris inimicos, nemo eſt in illorum temporum hiſtoria, vel leviter verſatus, quin ſciat. Edicta Bibuli illa ipſa ſunt, quorum in Pompejo Plutarchus meminit, & vocat διαγράμματα, βλασφημίας ἔχοντα καὶ κατηγορίας: Cicero ad Atticum, *Archilochia edicta.* CASAUB.

Tanuſius Geminus.] Libri veteres *Tamiſius*, unus etiam praenomen addit L. Annales Tanuſii commemorat Seneca Ep. XCIV. vitam hominis ſapientis brevem libro, qui paucorum verſuum ſit, ſed laudandus atque utilis, comparans: longam vero hominis inſipientis, Tanuſii annalibus, prolixis nimirum, ſed inſulſis. Qui idcirco hominum elegantiorum joco, ut & Voluſi anna-

nibus. De hac significare videtur & Cicero in quadam ad Axium epistola, referens, *Caesarem in consulatu confirmasse regnum, de quo Aedilis cogitarat.* Tanusius adjicit, Crassum, poenitentia vel metu, diem caedi destinatum non obiisse, & idcirco ne Caesarem quidem signum, quod ab eo dari convenerat, dedisse

annales apud Catullum, cacata charta vocabantur. Verba Senecae in lib. Ms. qui Leodii servatur ad Divi Jacobi, sic habent: *Et paucorum versuum liber est, & quidem laudandus atque utilis. Annales Tanusii scis, quam non decorosi sint, & quid vocentur. Haec est vita quorundam longa, & quod Tanusii sequitur annales.* Subticet Catulli verba, *cacata charta.* Ganusii scriptoris mentio Plutarcho in Caesare, sed vitio, credo. Interpres *Canusium* rescribit. Ego *Tanusium* arbitror verum. TORR. In manu exaratis multis, & editione prima, *Tamisius*: quo modo etiam apud Senecam in epistolis scriptum habent plerique libri antiqui. Sed & in Cicerone ancipiti scriptura, *Tamisios* & *Tanusios* lego. Graeci ab altera lectione stant: quanquam apud Plutarchum in Caesare Γανύσιος male pro Τανύσιος cusum est: male etiam Xylander, *Canusius*. Non enim, puto, Canusium laudat Plutarchus, cujus meminit Priscianus libro octavo. Hunc puto esse Canusium aequalem & amicum M. Tullii, non semel ei cum laude nominatum. CASAUB. *Tamusius* Palat. pr. & sec. nam tertius *Tamisius*. GRUT. Quem & vid. ad Senec, Epist. XCIII. *Tamisius* Copes. Edd. Rom. & Bonon. *T. Anusius* Periz. Cod. BURM.

In edictis.] Infr. cap. XLIX. TORR.

C. Curio pater.] Curiones scripserunt plures, sicut obscure Solinus significat capite VII. sed duorum Ciceronis aequalium Suetonius meminit, patris & filii: itaque cum adjectione aliqua laudari solent. sic iterum infra, & apud Priscianum in VIII *Curio pater.* Suetonius alio istius libri loco patrem & filium simul laudat. De utroque Cicero in Bruto. CASAUB.

Cicero in quadam ad Axium ep.] Vulgati codices *ad Atticum* legunt. Et fieri quidem potuit, ut id ad Atticum potius quam quemvis alium Cicero scripserit; sed quum libri omnes MSS., vel *Auxium* habeant, vel *Axium*, atque Axii tunc celebris & Varro, & Cicero meminerint, nec sit verisimile librarios in Attici nomine erraturos, non dubitavi, quin Turnebum auctorem secutus, *Axium* &. ipse reciperem, aut *Axsium* potius. sic enim in veteri nummo; L. AXSIUS NASO. Sed hunc nostrum Q. vocat Gellius lib. VII. cap. III. TORR. *Axium* membranae nostrae quoque & Lislaei, vel *ad Auxium.* non ut in vulgatis *ad Atticum.* Similis error ab eruditis deprehensus apud Senecam, De brevitate vitae *cap.* V. CASAUB. *Ad Axium* videtur fuisse in Pal. pr. sed eraso illo, scriptum ad *Atticum.* sec. servat *ad Asium.* tert. *ad Lentulum.* GRUTER. *Ad Atticum* Perizon. Harlem. Codd. Edd. Rom. Venetae, Bon. Junt. Ald. & omnes fere veteres. sed *ad Axium* praefert Barth. XLV. Ad. I. ex Gellii VII. 3. Vide Comm. ad Cicer. III. ad Att. 15. & Gudium ad Gruter. insc. cc. 5. qui supplet lapidem. ubi tamen ex prioris editionis vestigiis scribendum erat, AXSIVS. Exhibet & hunc lapidem Fabret. cap. X. p. 675. & Malvasia Marm. Felsin. p. 264. qui miratur eum a Fulvio ad nummos semel prolatum, a Grutero & Reinesio neglectum, cum exstet apud Gruterum, ut vidimus: & huc respicere Ciceronem lib. II. de Off. cap. 24. quo simul illustratur inf. cap. XLII. censet Brouckhusius. vide Langii notas ad Ciceronis locum. BURM.

Diem caedi destinatum non obiisse.] Liber opt. *adisse.* Alter quoque minime malus: *diem caedi non adisse*, sine verbo *destinatum.* quod monuisse satis est. Malim tamen *diem caedis non obisse*, ut *obire diem auctionis*, *obire diem edicti* apud Cic. TORR. *Diem caedi destinatum non obiisse* princeps editio. Scio purissimae Latinitatis esse phrasin *obire diem*, ut *obire vadimonium.* Non celabo tamen lectionem MSS. qua Torrentii, qua nostrorum omnium: *non adisse.* Sit hoc saeculi vel auctoris idioma, an σφάλμα χειρικόν, non disputo. CASAUB. Pal. pr. *non adisse.* reliqui duo alterum tuentur. malim ego *adiisse.* utique cum id propugnent optimae alioqui aliorum membranae, neque tam nove dicatur, quam viri docti volunt videri. GRUT. sed *obiisse* Hulf. Cod. & Editiones omnes priscae. *obisse* Copes. Vindicavit hoc egregie Graevius. BURM.

Convenerat.] id est constitutum erat, ut explicat Nonius in *convenire*, ubi ex Sisenna profert similem huic locum, *signum pactus a Papo, quod inter eos tolli convenerat.* Ubi

disse. Convenisse autem Curio ait, ut togam de humero dejiceret. Idem Curio, sed & M. Actorius Naso, auctores sunt, conspirasse eum etiam cum Cn. Pisone adolescente: cui ob suspicionem urbanae conjurationis provincia Hispania ultro extra ordinem data sit: pactumque, ut simul foris ille, ipse Romae, ad res novas consurgerent, per Lambranos & Transpadanos: destitutum utriusque

perperam editum a Mercero, *qui inter eos*, puto. Burm.

De humero dejiceret.] Turonensis *de umero dejiceret.* neque enim defuerunt Critici, qui sine aspiratione, cui repugnat origo, hanc vocem scriberent, *Glossarium* in litera U. *Umerus*, ὦμος. Casaub. *Ejiceret* Hulf. reliqui codices & editiones *dejiceret.* Sed cum hoc verbum notet in terram, ad pedes projicere, moris hujus nullam fieri mentionem reperio, sed eos, qui ad caedem & pugnam subitam se pararent, in tergum rejecisse vestem saepe videmus. quare forte praestat, *rejiceret:* ut in Aug. xxvi. *rejecto sagulo ostendens gladii capulum.* & cap. lii. pro *dejecta ab humero toga*, Pricaeus etiam ad Act. Apost. xiv. 14. legit *rejecta.* vide ad Petron. cap. vii. & Ovid. ii. Met. 582. Tale signum dedisse etiam Pinarium credo apud Livium xxiv. 38. *Quum toga signum dedero, tum mihi undique clamore sublato turbam turbate, ac sternite omnia ferro.* & cap. seq. *tum praefectus toga signum, ut convenerat, dedit.* ubi subintelligo *rejecta* in tergum. Sed hic & vulgata placet. Burm.

M. Actorius Naso.] Sic libri omnes, vel *Auctorius.* Naso autem, ut in nummo veteri Axsiorum: sic apud Cic. Ep. fam. Otaciliorum quoque, & ad Q. fratrem Octaviorum cognomen est. De Actoriis nihil nunc occurrit. Torr. *Actorius* Heinsius ad Ovidii Heroid. initium, qui *Auctorium* quasdam membranas habere scribit.

Cum Cn. Pisone.] Historia ex Sallustii Catilin. omnibus obvia. Adde Cic. pro P. Sylla, & Pedianum Orat. in toga candida. Quamquam autem Pisonis conjuratio in eundem annum incidit cum ea, de qua paulo ante, ob Crassi tamen & Syllae poenitentiam, perseverante cum Autronio Pisone, diversae videri poterant. quod Suetonius indicat. Torr.

Cui ob suspicionem &c.] Ars non postrema regnantium, specie honoris removere homines alioquin eo indignos, quo melius sit statui publico. de quo nos non pauca ad Annales Taciti. Grut. Pro *cui*, *quoi* Copes.

Per Lambranos.] Libri plures, *Ambranos* aut *Ambrones.* Et Ambrones quidem Galliae populi, quorum nomen, si Festo credimus, etiam in proverbium abiit, de Ambranis vero nihil memini me legisse. Plinii enim locus, quem Beroaldus citat, de Ambianis, non de Ambranis loquitur. Et alioqui remotiores ii erant, quam ut conjurationi huic servire possent. Quare nihil muto, ut Lambri accolas intelligamus. nam & hi trans Padum sunt sollicitati, ut credo, a Caesare ab Hispania redeunte, ut cap. proximo, & ab eodem adjuti, cum Cn. Pisonem repetundarum judicio ob Transpadani cujusdam supplicium injustum impugnavit. Meminit ejus Sallustius Catilin. Torr. Libri veteres isto loco οὐδὲν ὑγιές. tanta in iis varietas & inconstantia. Viterbiensis, *Ambianos:* sed ἐκ δευτέρας φροντίδος: nam prius *Ambranos* scriptum fuerat, quo modo in regiis offendimus, & Turonensi. Lislaei, *Lubranos.* Suspicor citerioris Hispaniae barbarum aliquem populum intelligi, cujus opibus abuteretur Piso in rebus novandis: ut Romae Caesar Transpadanorum. si id non est, sunto per me Lambrani οἱ παραποτάμιοι Lambri fluminis. mentio ejus praeter *Plinium*, etiam apud *Sidonium Apollinarem lib.* i. *epistola* v. *Ulvosum Lambrum, caeruleum Adduam, velocem Athesim, pigrum Mincium, qui Ligusticis Euganeisque montibus oriebantur, paullum per ostia adversa subvectus, in suis etiam gurgitibus inspexi.* Casaub. Nostri tres *Ambranos.* Gruter. Et ita Codd. Mem. Periz. Copes. & Hulf. Edd. Rom. *Umbranos* Venet. pr. *Ambrones* Bonon. quod probat Barthius. nec putat ab obscuro fluviolo populos ita dictos. *Lubranos* Codex Cujacii. forte de *Latrone*, urbe & portu *Etruriae*, cujus meminit Cicero ii. ad Q. F. 6. posset cogitari, nisi obscurior & infrequentior locus fuisse videretur. Vulgatam defendit Cluverius Ital. Ant. i. 36. ubi de fluvio *Lambro.* *Ambrones* certe notiores vulgo sunt, quos pro *Umbros* apud Vegetium reponebat etiam Brodaeus ad Epigr. lib. i. cap.

que consilium morte Pisonis. Aedilis, praeter comitium ac forum, basilicasque, 10
etiam Capitolium ornavit, porticibus ad tempus exstructis: in quibus, abundante rerum copia, pars adparatus exponeretur. Venationes autem ludosque, & cum

cap. 56. p. 110. At ego pro his ignobilioribus populis malim legere, *per Umbros & Transpadanos:* nam non intelligi debet concitasse populos in Italia Piso, sed in Hispania deberet concitare populos, aut milites Romanos qui ibi erant: Caesar vero Romae & in Italia ad res novas consurgeret, concitatis Umbris & Transpadanis, qui viciniores erant Romae. *Umbranates* etiam memorantur a Plinio III. 15. quorum situm se ignorare Cluverius fatetur: in ipsis etiam verbis obscuritas quaedam. in Perizon. Codice erat, *ut simul foris ille, ipse ad res novas Romae consurgerent.* Dubitavi an non *consurgeret* legendum, & *simul* pro *simul ac*, ut centies, capiendum; pactum nempe erat, ut simul ac Piso in Hispania motus excitasset, statim Caesar per populos illos Romae ad res novas consurgeret. Sed hoc consilium destitutum morte Pisonis, qua audita, etiam quievit Caesar. De morte Pisonis varia traditur fama, vel mortuum antequam in Provinciam venerat, vel brevissimo tempore postquam attigisset. Dubia enim verba Sallustii cap. XIX. *In provinciam iter faciens occisus est*, quod priori opinioni convenit, vel ut alii legunt, *in provincia*, quod ostenderet, jam venisse eo. Vide ibi Cortium. certe nondum circuiverat provinciam, ut concitare posset populos, quos injustis, superbis & crudelibus imperiis offendebat, quamquam de eo ipse Crispus dubitat. Cicer. IV. Verr. 25. *in provincia occisum* dicit; quidquid sit, non maturum erat tempus aperiendi cogitata quum interfectus fuit; forte etiam Pompeji opera accessit, qui aliquid praesenserat. BURM.

Destitutum] *Destitutum est* Cod. Huls.

10. *Aedilis praeter comitium ac forum.*] Mos vetus Romae, circa annum U. C. CCCCXLIII. institutus, parta de Samnitibus per Papirium Cursorem nobilissima victoria. Notat Livius, lib. X. XL. *Dictator ex S. C. triumphavit: cujus triumphi longe maximam speciem captiva arma praebuere. Tantum magnificentiae visum in iis, ut aurata scuta dominis argentariorum ad forum ornandum dividerentur: inde natum initium dicitur fori ornandi ab Aedilibus, cum thensae ducerentur.* CASAUB.

Abundante] *Habundante* Cod. Huls. *abundanter* Junta. repetita bis litera *r*. ex seq. *rerum*. Gujetus *munerum* pro *rerum* volebat.

10. *Pars apparatus.*] Sensus est, id quod forum & comitium non ceperat, Caesarem in porticibus ad id exstructis populo proposuisse. TORR. Signata vox *exponeretur:* quod verbi proprie locum habet in iis, quas vocant Graeci ἐκθέσεις: quum pretiosissimae quaeque res omnis generis foras proferuntur, & oculis spectantium exponuntur. Jacobus olim Bononiensis rescribi jussit, *par apparatus*, nulla ratione ductus necessaria: sed hauserat, puto, eam lectionem e manuscriptis. nam in Viterbiensi codice ita scriptum. CASAUB. Palatini ad unum omnes, *par apparatus*. GRUT. Ita & Codd. Copel. & Huls. & tentat tueri Barthius XLV. Adv. 1. putat enim porticus *ad tempus* exstructas, notare, ita esse ordinatas, ut quolibet anni tempore commodae esse possent ambulacris & venalitiis, & ubertatem & bonum anni proventum per *apparatum* intelligi, cujus pars singulis anni temporibus possit venumdari in singulis porticibus. Quae prorsus aliena a mente Suetonii & inepta: Vult enim, Caesarem tantum rerum, quibus ornare forum & comitium decreverat, congessisse, ut eas capere ea loca nequirent, quare coactus fuit partem reliquam in porticibus ad tempus (id est ad illud tantum tempus, postea iterum diruendis) exstructis *exponere*; id est oculis spectantium praebere, ut recte viri docti. Non enim hic de frugibus aut obsoniis venalibus agi, vetat magnificentia Caesaris, & *exponere*, hic non est venale proponere, sed spectandum dare, ut in conviviis exponebant vasa & totum ministerium. vid. Gronov. Diatr. Stat. cap. VII. mox ad aliam delapsus conjecturam legit, *in quibus abundante rerum copia, pars exponeretur. Apparatus, Venationes* &c. *edidit.* Sed quis, quaeso dixit *apparatus edere*? Cum apparatus sint ipsae res, quas magnis sumtibus ad ostentandam magnificentiam, paraverat. ut in epulis *magnus apparatus* Phaed. IV. 29. *Apparatus Triumphi* infr. cap. XXXVII. *Muneris* Claud. XXI. & sexcenties alibi. *Ad tempus* autem est ad illud tantum fori ornandi tempus. vide ad Liv. III. LXIV. §. 4. quae dabunt viri docti BURM.

cum collega, & ſeparatim, edidit: quo factum eſt, ut communium quoque impenſarum ſolus gratiam caperet: nec diſſimularet collega ejus M. Bibulus eveniſſe ſibi quod Polluci. Ut enim geminis fratribus aedes in foro conſtituta tantum Caſtoris vocaretur; ita ſuam Caeſariſque munificentiam, unius Caeſaris dici. Adjecit inſuper Caeſar etiam gladiatorium munus, ſed aliquanto paucioribus, quam deſtinaverat, paribus. Nam quum multiplici undique familia comparata inimicos exterruiſſet, cautum eſt de numero gladiatorum, quo ne majorem cuiquam habere Romae liceret. 11 Conciliato populi favore, tentavit per partem tribunorum, ut ſibi Aegyptus provincia plebiſcito daretur, nactus extraordinarii imperii occaſionem, quod Alexandrini regem ſuum, ſocium atque amicum a ſenatu adpellatum, expulerant, reſque vulgo

Separatim.] Nempe munere patris funebri, cum omni apparatu arenae argenteo uſus eſt: Ferasque argenteis vaſis inceſſere tunc primum viſum. Plinius lib. XXXIII. c. III. in Caeſaris aedilitate id factum memorans. Vaſa autem accipio, quae irritandis beſtiis provolvebantur. TORR.

Tantum Caſtoris.] Sic Livius lib. XI. *Caſtoris aedes eodem anno Idibus Quinctilibus dedicata eſt.* Idem alibi *templum* vocat, ut nunc *aedem*, nunc *templum Caſtoris*; interdum vero *Caſtoris & Pollucis* etiam Cicero. Plinius lib. X. cap. XLIII. & lib. XXXIV. cap. IV. *aedem Caſtorum: Pollucis* vero *& Caſtoris* Suetonius Tib. cap. XX. De vulgi ergo appellatione hic accipiendum eſt, quod Bibuli verbis narrat Suetonius. Auctores vero non unq ſemper more loquuntur. TORR. Imo Caſtores dicti Latinis, quos Graeci vocant Ἄνακες. Notum ex Plinio, Minutio Felice, Arnobio, aliis; & ita recte vetus interpres, *Actorum* cap. XXVIII. Sic in Euripidis Electra, τὼ Ἄνακε, quod nuper docuit nos Joſephus Scaliger. CASAUB. Vide Servium ad Virg. III. Georg. 89. qui *Caſtorum* vocari ait, ut & alios appellaſſe viri docti oſtenderunt. BURM.

Adjecit inſuper Caeſar etiam gladiatorium munus.] Superiora ad Deum honorem pertinuere & aedilis munus: gladiatores in memoriam patris dedit Caeſar. Dio & Plutarchus. CASAUB. *Gladiatorum* Harlemenſ. Cod. Edd. Venet. pr. Lugd. Junt. Ald. Gryph. Baſil. & aliae. Sollemnis autem haec variatio, ut infra cap. XXXI. & alibi. BURM.

Paucioribus quam deſtinarat paribus.] Exhibuit ad arenam paria gladiatorum trecenta & viginti. Plutarchus. CASAUB. Manus docta in ora Ed. Steph. *partibus:* neſcio an ex codice, certe vitioſe. BURM.

Habere Romae.] Exemplar Tornaeceaſe non habet dictionem *Romae*. Quam tamen ſervo: non enim idem alibi, quod Romae periculum ſuberat. TORR. Et hoc etiam unum ex arcanis Politicorum, ſicuti prolixe oſtendimus ad illud Livii lib. XLVI. Epitom. *Eumenes, quia Macedonico bello ſe medium egerat, ne aut inimicus judicatus videretur, ſi excluſus eſſet, aut liberatus crimine, ſi admitteretur, in commune lata lex eſt, ne cuiquam Regi Romam venire liceret.* GRUT.

Per partem.] Barthius d. l. ex ſuo codice profert *per artem*, & explicat per malam artem, dolum, & exemplis confirmat, ubi *artibus* vel *malis artibus* occurrit. Quis vero dubitat? & *per artem* uſitatiſſimam eſſe locutionem, apparet ex Silio Italico, qui ſaepius utitur. v. lib. I. 474. IV. 715. & aliis. vide notas ad Gratii Cyneg. 151. Sed hic certe *per artes Tribunorum* dicendum foret, ſi hoc Suetonius voluiſſet. Sed quum non omnes Tribunos poſſet ſuos facere Caeſar, partem ſibi conciliavit. BURM.

11. *Ut ſibi Aegyptus provincia plebiſcito daretur.*] Id eſt, ut ſibi extra ordinem pacandus Aegypti ſtatus demandaretur, & rex in regnum ſuum reſtituendus. *Provincia Aegyptus* hic dicitur (moneo tyronum gratia) ut paullo poſt, *provinciae* appellantur, ſylvae calleſque: neque enim populi Romani provincia Aegyptus erat illis temporibus. CASAUB.

Nactus.] *Nanctus* Cod. Mem. hic & Tib. XLIV. & alibi. hanc vero antiquam fuiſſe ſcripturam puto. BURM.

Regem ſuum.] Fuit is Ptolemaeus Cleopatrae pater, multis tandem poſt annis, annitente Pompejo, a Gabinio contra auctoritatem Populi Romani ac Senatus in regnum reſtitutus, qua de re pleniſſime inter alios Dion lib. XXXIX TORR. Vide comm. ad Cicer. Orat. de Lege Agrar. I. cap. I. pag. 283. Ed. Graev. Pro *expulerant* Cod. Cujac. *pulerant*.

Socium atque amicum] *Sociumque atque* Periz. Cod. Edd. Venet. tres. Bonon Baſil.

vulgo improbabatur. nec obtinuit, adversante optimatium factione, quorum auctoritatem ut quibus posset modis invicem deminueret, tropaea C. Marii de Jugurtha, deque Cimbris atque Teutonis, olim a Sylla disjecta, restituit: atque in exercenda de sicariis quaestione, eos quoque sicariorum numero habuit, qui proscriptione ob re-

Basil. Lugd. & aliae multae, ut & mox Copes. & Huls. Codd. cum omnibus editis, *deque Cimbris atque Teutonis.* & cap. XIII. *multumque, & aetate & dignitate antecedentes.* Galb. I. *prudentiaque & aetate*, e MSS. passim librarii hunc connectendi vocabula modum corruperunt. vid. & Oth. I. Similia nuper in Aurelii Victoris Epitome, cap. I. § 13. & VIII. §. 4. notavit doctissimus Arntzenius. & brevi alia cum publico communicabit Cl. Drakenb. ad Liv. II. 31. BURM.

Resque vulgo improbatur.] *Vulgo* deest Edd. Venet. pr. Juntae, Lugd. Ald. Steph. & aliis. *improbatur* etiam Huls. & Copes. Codd. quod quum & in suis reperisset Barthius, ille legebat, *vulgo jam probatur*. quasi Caesar jam populo suam caussam probasset, cum optimates, eam everterunt. Sed quis ita loquitur? saltem *probabatur* legisset. sed sine dubio *res*, Ptolemaeum respicit, cujus injuria & expulsio displicebat Senatui & Populo. *vulgo* enim notat omnino, ab universis, nec de sola plebe debet capi: ita cap. XIX. *vulgo ferrentur versus.* & clarius cap. XXX. *vulgo praedicarent*, ubi de Senatoribus & omnium ordinum civibus debet intelligi: & ita *vulgo jactari*, *cantari*, *innotescere* &c. centies occurrit. Egregie Cicero pro Muraen. XXXV. *sed vulgo, passim. quid est vulgo? universos.* vid. Manut. ad Cicer. IX. ad Att. I. de ipsa re & Ptolemaeo vid. Cl. Graev. ad Cicer. I. Agrar. I. BURM.

Optimatium] *Optimatum* Ed. Rom. & Plantin. Vid. cap. I.

Deminueret.] Ita Memm. ut & variant codices super cap. V. Ubi hoc non monitum miratur Cl. Gronovius. sed nec Domit. XII. monitum. vid. ad Aug. XLI. & ad Cicer. de Harusp. resp. cap. XIX. Nec vero in codice Memmiano magis, quam in reliquis, eadem semper in eisdem verbis scribendi forma servatur: sic cum *optumates* notetur esse in eo codice cap. XX. non monemur ita reperiri alibi? nec etiam in hoc eodem capite. BURM.

Tropaea C. Marii.] Ea jure neque Sulla dejicere potuit, cum semel dedicata moveri nefas esset, neque Caesar restituere: nam ne vetustate quidem consumpta reficiebantur. Plutarchus probl. Romanis Quaest. XXXVI. & Dion lib. XLII. de Pharnace jam devicto loquens his verbis: *Cum eo in loco tropaeum Mithridates de Triario statuisset, quia id consecratum belli Deis evertere fas non erat, Caesar de Pharnace suum opposuit, atque ita Mithridatis obscuravit.* Memorabile autem ob id Caesaris facinus tunc Catuli dictum fuit, cum jam non cuniculis, sed machinis rempublicam oppugnare. Auctor Plutarch. TORR. Plutarchus clarius: Ἐκεί-νας ἐπινίκια Μαρίου κρύφα, καὶ νίκας προσαναφέρεις. Eum adi. *Tropaea* autem semper scribendum, non *trophaea*. Nullo enim modo ferendus est Marcellus Donatus, qui tantum hoc loco perdit verborum, ut probet veram scriptionem esse *trophaea*. Fuit omnino vir ille plurimarum literarum, & in Romana antiquitate adprime versatus: sed qui Graecae eruditionis cum plane expers esset, ἀφυΐαν criticum ubique sese prodit. Cujusmodi sane hoc est illius judicium. Nam quot argumentis confutari ejus sententia potest? Repugnat primo analogia: etenim si *trophaea* scribi debet, ergo etiam *trophos* rhetorum dicemus, non *tropos*. Origo enim est eadem. Ita nullum erit discrimen inter deducta a τρέφω, *alo*; & τρέπω, *verto*. Repugnant omnes libri meliores & paullo vetustiores nobis inspecti, qui nullam in hac voce adspirationem agnoscunt: *tropaea* enim diserte Turonensis Codex & optimus quisque. Repugnant denique etiam prisci lapides; ut ille, in quo, vel ipso Donato teste, haec leguntur: ARCUM SIMULACRIS EORUM TROPAEISQUE DECORAT. CASAUB.

In exercenda de sicariis quaestione.] Id uti de praetore dictum intelligo. Praetores enim judicia exercebant. Suetonius haec, & quae proximo capite sequuntur, ut ex eodem fonte, Marianae scilicet factionis studio, manantia, conjungit; non quod eodem tempore contigerint. TORR. Caesar post aedilitatem factus est judex quaestionis, anno Urbis DCXCI. eique praetori operam navavit, cui forte contigerat quaestio inter sicarios. * Id erat fere aedilitiorum hominum munus, & gradus ad praeturam ex aedilitate. Possem ex Cicerone, quod dicimus, probare, nisi doctissimorum hominum de his scripta eruditissima versari in

omnium

relata civium Romanorum capita, pecunias ex aerario adceperant, quamquam ex-
12 ceptos Corneliis legibus. Subornavit etiam, qui C. Rabirio perduellionis diem di-
ceret: quo praecipuo adjutore, aliquot ante annos L. Saturnini seditiosum tribuna-
tum

omnium manibus scirem. Tantum lapidis inscriptionem proferam, in honorem memoriae Octavii patris Augusti positi: ubi ordine enumerantur officia, quae ille consecutus est in republica omnia: (Gruter CCCLX. 3.)

C. OCTAVIUS. C. F. C. N. C. PR.
PATER AUGUSTI.
TR. MIL. BISQ. AED. PL. CUM
C. TORANIO JUDEX QUAESTIONUM
PR. PRO. COS. IMPERATOR. APPELLATUS
EX PROVINCIA. MACEDONIA.

Hoc ego non monuissem, nisi viderem, virum doctum, contra Suetonii mentem & ordinem ejus accuratissimum, ad Caesaris praeturam haec referre. Scio factum interdum, ut idem & praetor jurisdictioni praeesset, & quaesitor una exerceret quaestionem, sicut Cicero repetundis praetor urbanus: sed hoc de Caesare cur nobis persuadeamus, silentibus veteribus memoriis, caussa nulla est. CASAUB.

De sicariis quaestione.] Eo respicere Ciceronem pro Ligario cap. 4. notavit Fr. Fabricius. BURM.

Proscriptione] *Proscriptionem* Copes.

Ob relata civium Romanorum capita.] In uno codice erasa fuit dictio *relata*. Et sane qui occidendi hominis caussa pecuniam acceperit, ut qui telum gesset, aut venenum compararet, etiamsi non occiderit, lege Cornelia tenetur. In eo autem arguitur Caesar, quod acta Sullae, S. C. confirmata, hunc in modum rescindendo rempublicam turbaverit; non quin illi sicarii fuerint, sive occiderint, sive non, cum pecuniam eos ob id accepisse constaret. TORR.

Corneliis legibus.] Beroaldus leges Cornelias de sicariis & veneficiis intelligit, recte, si unam legem capit. nam obvia loquendi ratione *leges* de una lege dici solent, & ita caste & eleganter loquentes semper. ut infr. cap. XVIII. *solvi legibus.* ad quem locum vid. Cl. Graevii notas. BURM.

12. *Subornavit etiam.*] Pessimo consilio, qui Suetonii libros in capita secuerunt, usos esse, nimis saepe attentus lector observabit. Exemplo sit hic locus: male enim divulserunt, quae prudenter auctor conjunxerat, & quae in Turonensi superioribus cohaerent: licet distinctio capitum in eo libro sit observata. Neque hoc nullum momentum ad rectam istorum intelligentiam affert. Nam qui non attenderunt, ab illis verbis superioris capitis, *atque in exercenda de sic. quaest.* ad hujus XII. finem de Caesare judice quaestionum agi, mentem auctoris pervidere non quiti sunt. Inde igitur prava divisio: inde eorum error, qui perverso narrationis ordine confusam Tranquillo temporum rationem imputarunt. CASAUB.

Quo praecipuo adjutore.] Duo codices *auctore*. Verum auctor ipse senatus fuit & universa nobilitas, adjutor Rabirius, cujus etiam manu occisus ferebatur Saturninus Tribunus plebis, quem, ut sacrosanctum, violare nefas erat. Ideo perduellionis caussam dixit Rabirius. Quo crimine tenetur, ut inquit Ulpianus, is, qui hostili animo adversus rempublicam aut Principem quid fecerit, l. ult. ad leg. Jul. majestatis. Ut fortassis *actore* legendum sit, quod certe malim. Differunt vero *auctor* & *actor*, ut in Pomponii Attici vita Cornelius Nepos, cap. 2. volens ostendere Athenienses ejus & consilio & opera uti solitos: *Hunc enim*, inquit, *in omni procuratione reipublicae actorem, auctoremque habebant.* TORR. *Auctore* Copes. Hulf. Codd. & Ed. Rom. quod cum invenisset Torrentius in suis, *actore* malebat. vide notas ad cap. V. Sed in loco Nepotis longe aliud *actor* est, quam ut huc posset adcommodari. vide ibi commentatores. *Adjutores* vero sicut viri graves, qui consilio, auctoritate, & opera alicui adsunt in rebus magni momenti, ut passim noster. vid. Aug. X. Tib. LXVI. & centies Cicero, qui Orat. II. Agrar. c. 5. *quum ostenderem si lex utilis Plebi Romanae mihi videretur, auctorem me atque adjutorem futurum.* BURM.

Aliquot ante annos.] Annos XXXVI. Dion enumerat, Cicero in Pisonem cap. II. quadraginta, his verbis: *Ego in C. Rabirio, perduellionis reo, XL. annis ante me Cos. interpositam senatus auctoritatem sustinui contra invidiam atque defendi.* Dionis enumeratio fastis consentit. Cicero, cum parum abesset, caussae serviens, & rem extollens, XL. annorum, cujus temporis longissima praescriptio est, numerum adimplevit. TORR.

Sorte

tum Senatus coërcuerat: ac forte judex in reum ductus, tam cupide condemnavit, ut ad populum provocanti nihil aeque ac judicis acerbitas profuerit. Deposita provinciae spe, pontificatum maximum petiit, non sine profusissima largitione. In qua reputans magnitudinem aeris alieni, quum mane ad comitia descenderet, praedixisse matri osculanti fertur, domum se nisi Pontificem non reversurum, atque ita potentissi-

13

Sorte judex in reum ductus.] Praetor quaestionibus & publicis judiciis praeerat, judicesque cogebat, ac sortiebatur. Rabirii ergo judicium Caesaris praeturam antecessit: neque enim judex duci sorte, & esse praetor potuit. Catilinae vero conjuratio extremo Ciceronis consulatu detecta fuit. Et tunc quidem praetor declaratus erat Caesar, sed nondum inierat magistratum. TORR. Accipio de sortitione illa, qua factus Caesar judex quaestionis in judicio Rabiriano. Quaestionis judex quasi vicarius fuit praetoris sive quaesitoris ejus, cui aderat. Quamobrem non minus quam ille quaestionem exercere dicitur: quod caeteris privatis judicibus non convenit. Refert Dio libro XXXVII., sedisse judicem in hac caussa & Lucium Caesarem cum Cajo Caesare: sed ille quidem privatus fuit, ut unus aliquis e judicum selectorum numero: Cajus non simpliciter judex, sed quaestionis judex de caussa cognovit. Quo major ei facultas reo nocendi fuit. CASAUB.

Nihil aeque.] *Nihil* deest Copes. Cod. Aug. 64. *nihil aeque laboravit, quam.* & ita saepe, sed subjecto *quam*, non, ut hic, *ac.* quod tamen aeque Latinum. BURM.

Provinciae spe,] Redit ad id, quod ante de Aegypto dixit. TORR. Quo anno Caesar quaestiones exercuerat, eodem & pontifex maximus est creatus, sub exitum consulatus M. Tullii. Adi in actis ejus anni Dionem. CASAUB.

Petiit.] *Petit* Copes., ut saepe in his libris.

Non sine profusissima largitione.] Duabus potissimum Caesaris artibus effectum, ut in petitione hujus sacerdotii homo juvenis, nec dum praeturam consecutus, amplissimos viros Q. Catulum & P. Isauricum, superaret; profusa largitione in tenuiores, & potentiorum affectatione diligentissima, ad foeditatem adulationis usque. De hac fuse Dio lib. XXXVII. ex cujus verbis tollenda menda, legendumque: Οὐδὲ ἔμελλεν ἐν τῷ αὐτῷ τεταπεινῶσθαι πρὸς τὴν ἐκ τῶν ἑκατέρων ἰσχύν, ἀλλ' ὧν ἐπιχειρεῖν θεραπεύειν, τούτους ὡς καὶ κρείττους ὑπῆλθε. Inepte vulgo, ὡς καὶ κρείττων. Nec proba eruditissimi Xylandri emendatio, ὡς ἑτέρων κρείττων. Versio quoque a Dionis sententia aliena. Hoc vult enim: *quos dignitate superiores affectabatur.* CASAUB.

Matri osculanti.] Tib. cap. XXXIV. *Quotidiana oscula prohibuit edicto.* TORR. Descendentem ad comitia osculari, peculiare materni affectus fuit: at redeuntem e comitiis, honore auctum osculo excipere, commune matri cum aliis propinquis, amicis, clientibus. De matre locus iste apud Polybium testatur, libro decimo: Δοκεῖν γὰρ ἅμα τ' ἀδελφῷ καθεσταμένῳ ἀγορανόμῳ, ἀπιέναι ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ὡς ἐπὶ τὴν οἰκίαν· ἐκείνην δὲ συναντῆσαι αὐτοῖς εἰς τὰς θύρας, καὶ περιπτύξασαν ἀσπάσασθαι. De reliquis elegans locus apud Arrianum in dissertationibus Epicteti, libro primo, cap. XIX. Ἠξίωταί τις δημαρχίας, πάντες οἱ ἀπαντῶντες συνήδονται· ἄλλος τοὺς ὀφθαλμοὺς καταφιλεῖ, ἄλλος τὸν τράχηλον· οἱ δοῦλοι τὰς χεῖρας. Notatu dignum est, etiam in curiatalibus blanditiis fuisse locum: narrat enim Plutarchus Bruto, conjuratos sellam Caesaris curiam ingressi circumstetisse, quasi aliquid rogaturos, osculabundos, manus alios, quosdam caput: Καὶ συνήδοντο πάντες ἁπτόμενοί τε χειρῶν, καὶ στέρνα καὶ κεφαλὴν κατεφίλουν. Sic qui in senatu honore aliquo afficiebantur, eos amici, qui intererant, osculo inibi excipiebant: quo ex more illud est, quod de optimo principum Trajano narrat Plinius in panegyrico c. LXXI. *Jam*, inquit, *quo assensu, quo gaudio exceptum est, quum candidatis, ut quemque nominaveras, osculo occurreres, devexus in planum & quasi unus ex gratulantibus.* Fuit & consuetudo Principum, quos amarent, eorum non ora tantum, sed pectus quoque & manus osculari. Theodoritus libro v. de Theodosio, Meletium episcopum excipiente: Περιπτύσσεταί τε καὶ καταφιλεῖ καὶ ὀφθαλμοὺς καὶ χείλη καὶ στέρνα καὶ κεφαλὴν καὶ τὴν στεφανώσασαν δεξιάν. CASAUB. Aeque in digressu, atque in reditu conjunctos sanguine, amicos & alios osculari, moris fuisse, non peculiare materni adfectus argumentum, innumera loca veterum docent, quae cumulare nihil attinet. Vide nostrum in Tiberio cap. x. Neron. XXXVI. de matre egregius locus Ciceronis.

tiſſimos duos competitores, multumque & aetate & dignitate antecedentes, ſuperavit, ut plura ipſe in eorum tribubus ſuffragia, quam uterque in omnibus tulerit.
14 Praetor creatus, detecta conjuratione Catilinae, Senatuque univerſo in ſocios facinoris ultimam ſtatuente poenam, ſolus municipatim dividendos, cuſtodiendoſque, publi-

ronis pro Muraena cap. XLI. ſed in re obvia morari non libet. BURM.

Se niſi pontificem] Codex Pariz. *niſi ſe pontificem.* & ita Edd. Venet. ſec. & tert. Juntae, Ald. Lugd. & aliae multae. Ego puto illud *ſe* natum ex ultima ſyllaba *ſ niſi*, & deinde tranſpoſitum, ut commodior verborum eſſet poſitio. ſed per me abeſſe poterit, multis enim locis a male ſedulis librariis intruſum eſſe ſaepe videbimus in his libris. quod autem dicat Vellejus II. 43. abſentem eſſe factum pontificem, recte commentatores, de pontificatu, non de ſummo capiunt. abſens factus pontifex, nunc praeſens Pontificatum maximum obtinet. vide commentatores & notas etiam noſtras. BURM.

Potentiſſimos.] *Potentiſſimus* Ed. Steph. quod locum ſuum tueri poſſit: *duos potentiſſimos* Copeſ. Cod. tranſpoſuit librarius, non ferens forte *potentiſſimus*. BURM.

Duos competitores.] Q. Lutatium Catulum, & P. Servilium Iſauricum, Plutarch. Dion plures adhuc alios petiviſſe refert. Simile vero exemplum P. Licinii Craſſi, pont. max., apud Livium initio lib. XXV. TORR.

Multumque & aetate.] *Et* ignorant Baſilienſes & earum traduces Gryph. Col. Plantin. Editiones. ſed vid. cap. XL. & LXVII. ubi ter copulam repetit. ut & Tib. XXIX. fin. & LXVI. ſed non libet in his minutis ſemper verba perdere. BURM.

Aetate ac dignitate.] Melius quatuor libri Mss. *& aetate & dignitate.* Cicero in Verr. III. 90. *P. Servilius, & Q. Catulus tantis rebus geſtis ſunt, ut in clariſſimorum hominum numero reponantur.* De Catulo, quod huc propius ſpectat, ſic etiam Salluſtius Catil. XLIX. *Ex petitione pontificatus, odio incenſus, quod extrema aetate, maximis honoribus uſus, ab adoleſcentulo Caeſare victus diſceſſerat*, Catuli, ut videtur, verbis *adoleſcentulum* vocans eum, qui mox praetor factus eſt. Et alioqui vetuſta conſuetudine Romani ad annum XLVI. juniores, ſupraque eum annum ſeniores appellabantur. Gellius X. cap. XXVIII. TORR.

In eorum tribubus.] Illuſtrat haec Boſius de Pontifice Max. cap. III. §. 3.

14. *Solus municipatim dividendos, cuſtodiendoſque, publicatis bonis, cenſuit.*] Quomodo ſolus, ſi plures in ſuam ſententiam traxit? Sed aliud eſt *cenſere*, aliud *aſſentiri*, ut libro ſequente cap. XXXV. Et tamen ne ſic quidem conſentiunt inter ſe ſcriptores. A ſententia, quae praeſens ſupplicium decernebat, primum diſceſſiſſe Domitium Neronem, non autem Caeſarem, ſcribit Salluſtius cap. L. Qui etiam addit, Silanum, quando permotus oratione Caeſaris, quod prius cenſuerat, correxit, pedibus in ſententiam Ti. Neronis iviſſe. Idem Appianus II Civil. quoque narrat. Suetonius & Dio nullam Domitii mentionem faciunt. Quin diſerte Dio affirmat & Plutarchus, τὸν ἄλλως πάντας μέχρι Καίσαρος θανάτου κατέγνωσαν: *alios omnes ante Caeſarem mortis damnaſſe.* Sed & Caeſaris ſententiam ita varie narrant auctores, ut convenire pax inter illos nequeat. Salluſtius ſic ait c. LI. *Publicandas eorum pecunias; ipſos in vinculis habendos per municipia, quae maxime opibus valent: neu quis de his poſtea ad ſenatum referat, neve cum populo agat.* Plane idem & Dio, qui Salluſtii verba videtur expreſſiſſe. Sic enim lib. XXXVII. Γνώμην ἔδωκε δῆσαί τε αὐτούς, καὶ ἐς πόλεις ἄλλους ἄλλῃ καταθέσθαι, τῶν οὐσιῶν ἐστερημένους, ἐπὶ τῷ μήτε περὶ ἀδείας ἔτι αὐτῶν χρηματισθῆναί ποτε. Omnia ſunt eadem: ut in vinculis habeantur; ut oppidatim dividantur; ut pecunia ſua priventur; ut de eorum cauſſa ad conſequendam abſolutionem neque referre ad ſenatum fas cuiquam ſit, neque agere cum populo. At Plutarchus quam diverſe! ut per Italiae urbes, quas Cicero ipſe elegiſſet, cuſtodirentur ad devictum uſque Catilinam; quo poſtea ſenatus per otium de cauſſa ipſorum cognoſceret. Vides nullum hujus ſententiae caput eodem modo eſſe conceptum, atque apud ſuperiores ſcriptores. Appianus Plutarchum, ut fere alibi, ſequitur: Πρῶτον διαθέσθαι τοὺς ἄνδρας Κικέρωνα τῆς Ἰταλίας ἐν πόλεσιν, αἷς ἂν αὐτὸς δοκιμάζῃ, μέχρι Κατιλίνα καταπολεμηθέντος ἐς δικαστήριον ὑπαχθῶσι. *Sententiam dixit, ut Cicero per urbes Italiae, quas ipſe probaſſet, reos divideret; donec, Catilina devicto, judicio ſiſtantur.* In editis libris perperam ſcriptum [illegible] qui error perſuaſit interpretibus, Caeſarem

publicatis bonis, censuit. Quin & tantum metum injecit asperiora suadentibus, identidem ostentans, quanta eos in posterum a plebe Romana maneret invidia, ut Decimum Silanum consulem designatum non piguerit, sententiam suam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire, velut gravius atque ipse sensisset exceptam; obtinuissetque adeo, transductis ad se jam pluribus, & in his Cicerone, consulis fratre, nisi labantem ordinem confirmasset M. Catonis oratio. Ac ne sic quidem impedire rem destitit, quoadusque manus equitum Romanorum, quae armata praesidii caussa circumstabat, immoderatius perseveranti necem comminata est: etiam strictos gladios usque eo intentans, ut sedentem una proximi deseruerint, vix pauci com-

sarem non novae sententiae auctorem exstitisse, verum prius dictis aliquid addidisse: quod falsissimum est. Πρωτεῖα igitur verum est; nempe γνώμην. Observent autem tyrones morem populi Romani in reorum custodia. Nam quos in carcerem non conjiciebant, eos vel militibus, vel fidejussoribus, vel etiam sibi committebant, ut ait lex prima Digestorum de custodia reorum, vel eos magistratibus custodiendos tradebant, vel per oppida Italiae dividebant: cujus moris nobile exemplum in illis mille Achaeis, quos bello Persei confecto Romani in Italiam acciverunt, ut nuper ad Polybium ostendimus, qui inter illos fuit. Quemadmodum autem ad magistratus, sive privatos fidejussores aut vades, periculum ex evasione custodiarum spectavit, sic ad urbes vel municipia, quibus fuerant rei traditi; quod in hac historia Dio observat illis verbis: Ἐπὶ τῷ ἂν διαδράσῃ τις, ἐν πολεμίων μοίρᾳ τὴν πόλιν, ἐξ ἧς ἂν φύγῃ, εἶναι: *Ea lege, ut si quis eorum effugiat, ejus oppidani, unde aliquis effugerit, pro hostibus & perduellibus habeantur.* CASAUB.

Injecit.] *Adjecit* Harlem Cod.

Quanta eos] *In eos* Cod. Hulf.

D. Silanum] *Decimum* Cod. Memm. Ed. Steph. & Ald. *Decium* Periz. Cod. Ed. pr. & omnes antiquiores, quae & vitiose *Syllanum*, ut & ipsae Edd. Steph. & Ald. exhibent; & Codd. Copes. & Harlem. & ita variant alibi. *Sillanum* Exc. Vossii. BURM.

Obtinuissetque adeo.] *Obtinuisset adeo* Memm. Cujac. & Copes. *obtinuisse*. *Adeo* Hulf. quaedam etiam distingunt editiones, *obtinuissetque*, *adeo* &c. ut Colinei & aliae. deinde, *jam ad se pluribus* Memm. & Periz. Codd. Exc. Voss. Cujac. & Ed. Rom. *jam* deest in Copes. BURM.

14. *Ciceronis, consulis fratre.*] Liber opt. *Cicerone consulis fratre*. quod sane elegantius est. TORR. *Cicerone* Codd. Memm. Cujac. & Barthii. ita apud Ciceronem II. Acad 6. *reprehensus a patre Catulo*, ubi Manutius ex Mss. *patre Catuli*. vide infra cap. LXXVI. & Vesp. cap. I. *Petronii* vel *Petronius Pater*. BURM.

Quoad usque manus equitum.] Scribe *quoad manus equitum*, ut in omnibus ἀξιοπίστοις veteribus, etiam Turonensi. CASAUB. Habet quidem Palat. tert tantum *quoad manus*. sed & alterum servant nostri alii duo. GRUT. *Usque* non agnoscunt cum Casauboni Mss. Cujac. Exc., Barthii membranae, & in Perizon. erat linea subducta; & puto abjiciendum, quia nec temere alii, nec noster solet addere, ut infra cap. XX. Calig. XXXVIII. Vesp. IV. & alibi. Defendit tamen Jac. Gronovius in variis Oxoniensis libri lectionibus ad Tacit. XIII. An. 58. Praecedere saepe solet apud nostrum *usque eo*, *usque adeo*: ut Tiber. XIV. *usque eo fovit quoad*, ubi Periz. Cod. *quoad usque*. & mox hic sequitur, *usque eo intentans*. & in Gram. XXII. *usque adeo perseveravit, quoad* &c. *petiit*. & ita alibi. BURM.

Manus equitum] Vide Cicer. post. red. in Senat. cap. V. & ibi Hottom.

Quae armata praesidii caussa circumstabat.] Plutarchus: Πολλοὶ τῶν Κικέρωνι φρουρούντων τότε νέοι. Sed melius Sallustius: *Consul, ubi ea parari cognovit, dispositis praesidiis, uti res atque tempus monebat*. Non enim ad salutem Ciceronis magis, quam ad publicam omnium, haec praesidia spectabant. Quos autem juvenes vocat Plutarchus, ii videntur equites fuisse, ex Sallustio: etsi de illo patrum consessu is non loquitur, verum de priore. CASAUB.

Etiam strictos.] *Et jam* divisis vocibus Periz. Edd. Rom. utraque Venet. Bonon. Ald. Lug. Basil. & multae aliae: quod saepe alibi factum.

Ut sedentem.] Plutarchus egredienti jam curiam hanc vim factam dicit, Curione objecta toga eum protegente. TORR. Senatorum in curia fuit hic mos, cavere, ne homini obno-

complexu togaque objecta protexerint. Tunc plane deterritus non modo cessit, sed 15 etiam in reliquum anni tempus curia abstinuit. Primo Praeturae die Q. Catulum de refectione Capitolii ad disquisitionem populi vocavit, rogatione promulgata, qua curationem eam in alium transferebat. Verum impar optimatium conspirationi, quos relicto statim novorum consulum officio, frequentes, obstinatosque ad resistendum con-

xio assiderent. Cicero in Catilinam. I. VII. *Quid quod adventu tuo ista subsellia vacuefacta sunt? Quid quod omnes consulares, qui tibi saepe ad caedem constituti fuerant, simulatque adsedisti, partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt?* Notat Dio libro LVIII. de amicis Sejani, illi adsidentibus, quo die novissime in senatum venit: Μέχρι τότε καὶ ἐν προεδρίᾳ πολλῇ ἐγεγόνει, καί τινες καὶ ἐκάθηντο τῶν συγγεγραμμένων αὐτῷ· οἱ γὰρ πρόσθεν περὶ παντὸς φίλον ἔχειν ἐποιοῦντο, τούτῳ τότε οὐδὲ τῆς αὐτῆς συνεδρίας κοινωνεῖν ἤθελον. CASAUB.

Sed etiam] *Sed &* Cod. Copes. Edd. Rom. Juntae & Lugdun. *etiam* deest in codice Cujacii, neque opus esse puto. nam infinita veterum loca proferri possent, quibus Librariorum largitas hanc voculam, vel aliquando praecedentem *modo*, vel *tantum* obtruserit minime necessariam. vide ad Phaed. prolog. in nostro observavi inf. 60. 68. Aug. 43. Tib. 44. Claud. 16. Ner. 10. Galb. 14. Tit. 8. & 9. Dom. 4. & forte pluribus in locis. vide & Davis. ad Cicer. II. de N. Deor. 64. & alios ad III. Verr. I. II. Agrar. 20. & ita apud Livium, Caesarem & alios passim: & hinc ille aestus interpretum ad Valer. M. III. III. Ext. ult. quem composuit, ejecta *etiam* vel *&* particula, Cl. Perizonius; ubi deficere saepe in priore membro *solum* vel *tantum* docet. BURM.

In reliquum anni tempus.] Haec extremo Ciceronis anno acta fuere. Caesar sequentibus consulibus praeturam gessit. TORR. A nonis Decembribus ad kal. Januarias. CASAUB.

15. *De refectione Capitolii*] De aedificatione Capitolii, & varia ejus fortuna Plutarchus in vita Poplicolae, & Tacitus lib. III. Histor. Quod vero propius ad hunc locum spectat, auctor est Dion lib. XLIII. inter alios decretos Caesari post victoriam honores hunc quoque additum, ut nomen ipsius, deleto Catuli, Capitolio inscriberetur; perinde scilicet ac si ipse id perfecisset, de cujus perfectione Catulum ad disquisitionem populi vocaverat. Verum id secutum non fuisse Tacitus, quo supra citavimus, loco ostendit. Adde, si placet, Val. Max. lib. VI. cap. IX. TORR. Ad hanc capitolii refectionem pertinet versus Martialis lib. V. Epigr. 10.

Sic laudant Catuli vilia templa senes.

Ita enim legendum, non, ut vulgo, *Julia templa*. Miratur enim Martialis vilia Catuli templa laudari a majoribus natu, cum habeant ditia Flaviae gentis templa: nam Flavii quoque Capitolium, cum Vitelliano tumultu arsisset, multo magnificentius refecerunt. URSIN. Vide Vales. ad Amm. Marc. XIV. 6. Martialis vero illum locum referebat ad templa, ab Augusto posita, & legebat,

Et laudant fatui Julia templa senes.

Nic. Heinsius, in Epistola ad Th. Munckerum CCCVIII. tom. V. Sylloges nostrae. eadem vero diversitas apud eumdem lib. VI. Epig. 38.

Et infanti Julia templa patent.

ubi etiam *vilia* Palat. Cod., & alii etiam *Julia tecta*. ibi vero Basilicam intelligi manifestum est. BURM.

Ad disquisitionem populi vocavit.] Ita exprimit Graecorum ἐπί τινι εὐθύνειν. Dio lib. XLIII. hac de re loquens: Ἐφ᾽ ᾧ τῇ ἐπισκευάζει, εὐθύνας αὐτὸν ἐπεχείρησε. Libro XXXVII. dixerat: Κλοπῆς αὐτὸν ηὔθυνε, καὶ τὸν λογισμὸν τῶν ἀνηλωμένων χρημάτων ἀπῄτει. Sic libro VI. c. 2. *Caesarem ad disquisitionem senatus vocavit.* CASAUB.

Qua curationem eam in alium transferebat.] Is *alius* est Pompejus, in quem voluit Caesar non tam curationem, quam honorem inscriptionis, ambitiose transferre. Dio: Ἔσπευδε Καῖσαρ, ὅπως τὸ μὲν τοῦ Κατούλου ὄνομα ἀπὸ τοῦ ναοῦ τοῦ Διὸς τοῦ Καπιτωλίου ἀφαιρεθείη· τῷ δὲ δὴ Πομπηίῳ τὰ λοιπὰ συνεξεργάσασθαι ἐπιτραπείη. & quae sequuntur. CASAUB. *Transferebat*, id est, transferre instituebat. Sic infra cap. XXIII. *Senatui detulit*, & cap. XV. *Nec jus quod adoptione amiserat, ex ulla parte retinuit.* De quo loquendi genere videri etiam poterit Scipio Gentilis I. Parerg. XXV. GOESIUS. Vid. inf. cap. XXIX.

Consulum officio.] *Consulum officium* vocat, quod consulibus, quo die inibant magistratum, ab amicis praestabatur. Notandumque ex hoc loco, primum praeturae Caesaris diem eun-

concurrisse cernebat; hanc quidem actionem deposuit. Ceterum Caecilio Metello 16 Tribuno plebis, turbulentissimas leges adversus collegarum intercessionem ferenti, auctorem propugnatoremque se pertinacissime praestitit, donec ambo administratione reipublicae decreto patrum submoverentur. Ac nihilo minus permanere in magistratu, & jus dicere ausus, ut comperit paratos, qui vi ac per arma prohiberent, dimissis lictoribus, abjectaque praetexta, domum clam refugit, pro conditione temporum quieturus. Multitudinem quoque biduo post sponte & ultro confluentem, operamque sibi in adserenda dignitate tumultuosius pollicentem, compescuit. Quod quum

eundem fuisse, quo etiam novi coss. deducebantur, kal. Jan. TORR. Vide ad cap. LIII. libri sequentis. CASAUB. *Relictos* Exc. Voss.

Frequentes obstinatosque.] Liber opt. qui fuit olim Joh. Baptistae Panaeti Ferrariensis, *frequentes destinatos*, sine conjunctionis particula, quam lectionem veram puto. Catullus Carm. VIII. *At tu, Catulle, destinatus obdura*; pro certus obfirmatusque. TORR.

Concurrisse.] *Concucurrisse* Cod. Memm. quod obvium in compositis a *curro*. ita Tib. IX. *percucurrit*. Calig. XXIV. *transcucurrisset*, & XXXIII. *discucurrisset*. LVIII. *accucurrerit*. vide & Claud. XXIX. Neron. III. Galb. XVIII. & alibi, ut & apud alios passim. BURM.

16. *Caecilio Metello Tribuno plebis.*] Is etiam Nepotis cognomen, quod Valerio teste a moribus ductum est, habuit, homo levissimus. De cujus seditioso tribunatu prolixe Plutarchus Catone Uticensi, & Dion lib. XXXVII. Cicero saepissime. Infra cap. LV. TORR.

16. *Donec ambo administratione reipublicae decreto patrum submoverentur.*] De Caecilio Metello consentit Dio: de Caesare perspicue aliter tradit: cessisse illum, neque passum decerni id de se, quod jam de Nepote fuerat decretum: Οὐ μὴν οὕτω γε χαρίζεσθαι αὐτῷ (Pompejum intellige) ἤθελεν, ὥστε καὶ ἐφ' ἑαυτῷ διὰ τοῦ ψηφισθῆναί τι τοιοῦτον, οἷον ἐπὶ τῷ Νέπωτι ἐδέδοκτο, ὑπομεῖναι. Id puto ex eo accidisse, quoniam decretum istud, quod ad Caesarem, prius contumacia ipsius, & imparentia, deinde ob posterius factum senatusconsultum, perinde habitum, quasi nunquam esset factum. CASAUB.

Administratione] *Ab ministratione* Copes. Cod. & Excerpta Vossian. quae laudat etiam Arntz. ad Aur. Vict. Vir. Ill. cap. VII. *a ministratione*. Ed. Rom. utriusque constructionis apud nostrum & alios exempla obvia sunt. forte hic, *ab administratione* posset legi; nam & Cod. Mem. in Tib. XXXIV. *a quaestura removit*. BURM.

Ac nihilo minus.] *At* Juntae, Ald. & Arg

Operamque sibi in adserenda dignitate pollicentem.] Mirus ubique in hoc auctore potest observari verborum dilectus, non e rhetorum lecythis petitorum, sed e vita communi & usu quotidiano. Nam illae voces *adserenda dignitate*, ipsiusmet Caesaris sunt, non Suetonii. In omni republica bene temperata, qualis Romana fuit, duplex observatur aequalitas, arithmetica & geometrica; sive ut cum Aristotele dicam, τὸ ἀριθμῷ ἴσον, & τὸ κατ' ἀξίαν ἴσον. Prior aequalitas appellatur libertas, posterior dignitas. Ut igitur plebs vilis, quoties fere tumultuatur, libertatem praetexit: sic optimates & potentes dignitatem. Sic Catilina conspirandi adversus patriam hanc se habere caussam dicere solitus, quod statum dignitatis suae non obtineret. Apud Sallustium ipse ita loquitur c. XXXV. *Injuriis contumeliisque concitatus, quod fructu laboris industriaeque meae privatus*, STATUM DIGNITATIS NON OBTINEBAM, *publicam miserorum caussam pro mea consuetudine suscepi*. Caesar simillime caussam, cur patriae bellum intulisset, hanc afferre solitus, pro adserenda dignitate sua. De bello civili libro I. cap. VII. in concione ad milites: *Hortatur, cujus imperatoris ductu* IX. *annis rempublicam felicissime gesserint, ut ejus existimationem dignitatemque ab inimicis defendant*. Suetonius cap. XXXIII. de illa concione aut simili loquens: *Quum adfirmaret se ad satisfaciendum omnibus, per quos dignitatem suam defensurus esset, annulum quoque aequo animo detracturum sibi*. cap. LXXII. haec verba illius proferuntur: *Professus est palam, si grassatorum & sicariorum ope in tuenda sua dignitate usus esset, talibus quoque se parem gratiam relaturum*. Alibi idem Caesar caussam, cur Pompejus hoc bellum conflasset, hanc dicit esse, *quod neminem dignitate secum exaequari volebat*. Sic in formula libellorum, quos idem Caesar ad candidatorum commendationem circum tribus missitabat;

quum praeter opinionem evenisset, senatus ob eumdem coetum festinato coactus, gratias ei per primores viros egit: adcitumque in curiam, & amplissimis verbis collaudatum, in integrum restituit, inducto priore decreto. Recidit rursus in discrimen aliud, inter socios Catilinae nominatus, & apud Novium Nigrum Quaestorem a L. Vettio indice, & in senatu a Q. Curio: cui, quod primus consilia conjuratorum

tabat: *Commendo vobis illum & illum, ut vestro suffragio suam dignitatem teneant*, ut legitur cap. XLI. In his omnibus locis *dignitas* non simpliciter honorem significat; sed illam aequalitatem, quam appellari diximus Aristoteli τὸ ἴσον τὸ κατ' ἀξίαν. CASAUB.

Ob eumdem coetum.] Peculiare apud auctores de seditione verbum. Sic infra cap. XLI. *Ac ne qui novi coetus.* Livius: *Coetus nocturni plebis suspecti patribus.* Seneca III. Declam: *Qui coetum fecerit, capitale sit.* Marcianus J.C. l. v. ad legem Juliam de vi publica: *Qui coetu, concursu, turba, seditione incendium fecerit.* TORR.

Inducto] Vide Gronovium de Pecun. Vet. 4. 2. inf. Neron. LII.

Recidit rursus] In antiquis editionibus primae vocis, ut in omnium capitum initiis, literae desunt, quarum saepe possessores locum vacuum relinquebant; saepe literas, alienas etiam aliquando, calamo adponebant. vidi ubi c. praeposita, *cecidit* legebatur. *decidit* Periz. Cod. ut & in una Veneta & Paris. non ferebant enim pleonasmum familiarem nostro, de quo cap. II. Apud Ciceronem pro Fontejo cap. I. *sub Populi R. imperium ditionemque ceciderunt*, ubi alii codices *deciderunt*, alii *reciderunt*. vid. Grut. ad Senec. Ep. LXXV. & notas ad Ovid. Epist. XIV. 46. XX. 207. BURM.

Inter socios Catilinae nominatus,] Sic Calig. cap. XXVI. *Quaestorem suum, in conjuratione nominatum, flagellavit.* JCti nostri, ubi de criminibus agitur, *nominatos* dicunt eos, qui rei facti postulatique sunt, l. I. de quaestionibus l. VI. de interdictis & releg. l. II. de bonis eorum, qui sibi mort. consc. Eadem scilicet ratione, qua *appellare* interdum pro accusare, seu in judicium vocare accipitur. TORR. Cicero cum de tabulis novis agitasse consilia dicit, de conjuratione nihil. lib. II. de off. 24. BROUKH.

Apud Novium quaestorem.] Turnebus lib. II. Adversar. cap. XXVII. *quaestorem* accipit pro eo, qui judicium publicum exercet, & *quaesitor* saepius dicitur. Verum cum de indicio tantum hic agatur, ego huic Novio, tunc quaestori urbano, a senatu extra ordinem mandatum puto, ut Vettium indicium profitentem audiret. Nam alioqui, si lege quaestioni Novius praeerat, praetorem fuisse necesse est. Praetor enim, ut supra monuimus, judicia exercebat, & tum *quaesitor* dicebatur. Praetorem autem non fuisse Novium ostendit id, quod sequitur: ideo conjectum fuisse in carcerem, quod compellari apud se majorem potestatem passus esset, praetorem scilicet Caesarem, ipse quaestor tantum. Qua de re Gellius lib. XIII. cap. XII. & sequenti. Liber unus habet *Nonius*, ut in veteri numismate SEX. NONIUS SUFENAS; & Suetonius Aug. cap. XLIII. *Nonius Asprenas.* Sed & Novii Romani sunt. Horat. lib. I. Sat. VI.

At Novius collega gradu post me sedet uno.

quo tamen sermone etiam Nonios commemorat. TORR. Hoc est, quaesitorem. Notum, qui fuerint in Romanis ἀνακριταὶ quaesitores. CASAUB. Potuit esse judex quaestionis, de quo Casaub. supr. ad cap. XII. BURM.

A L. Vettio indice.] Recte sic Pulmannus, cum antea *Vectio* legeretur. Dion & Appianus nomen servant, & exemplar unum ex nostris *Vetio* habet. *Vettius* ergo, unde cognomen *Vettienus*, scribendum est etiam apud Ciceronem, maxime ad Atticum lib. II. epist. penult. & orat. in Vatinium. Exstant praeter lapides etiam nummi veteres: in quibus cum *T. Vettius Judex* legamus, quidam vir doctus hoc loco non *Vettio indice*, sed *Judice*, ut cognomen sit, scribi voluit. A quo dissentio, non quin *Judex* cognomen ei fuerit (quamquam Salassus quoque vocari potuit, ut ille Vettius, de quo Valerius lib. IX. cap. XI.; aut Marcellus, ut ille, de quo Plinius X. cap. XXV.) sed neque Suetonius tot nominibus uti consuevit; & *indicem* vocat ipse Cicero ad Att. *Vettius, ille noster index.* Justo autem Lipsio libentius adsentior, qui hunc ipsum Vettium proscindi putat a Catullo nobili illo epigrammate,

In te, si in quemquam, dici pote; putide Vetti, &c.

De Q. Curio autem altero indice, idem Cicero non uno in loco, & Sallustius Catil. & Plutarchus Ciceron. TORR. Ex argenteo denario

rum detexerat, constituta erant publice praemia. Curius e Catilina se cognovisse dicebat: Vettius etiam chirographum ejus Catilinae datum pollicebatur. Id vero Caesar nullo modo tolerandum existimans, quum implorato Ciceronis testimonio, quaedam se de conjuratione ultro ad eum detulisse docuisset, ne Curio praemia darentur, effecit: Vettium pignoribus captis, & direpta supellectile male mulcatum, ac

nario scribendum putamus, *L. Vettio Iudice.* tum hîc, tum apud Ciceronem in oratione contra Catilinam. In eo denario est T. VETTIVS IVDEX. quem Sabinum fuisse, intelligimus ex Tatii regis Sabinorum, in altera parte denarii, impressa imagine. URSIN. Scribe *Judice*, & ita volueram. Sic enim membranae Viterb. Sic nummi veteres, quos proferunt viri docti, in quibus Vettii cognomen est JUDEX. Dio lib. XXXVII. vulgatam lectionem stabilit nonnihil: *μηνυτὴς Λουκίου Οὐεττίου ἀνδρὸς ἱππέως.* Est & apud Tacitum Vettius quidam Valens, qui indicium offerens trahitur ad supplicium, libro XI. Annal. ex eadem, ut puto, gente. CASAUB. Contendunt alii pro *judice*. Sed enim cum tres Codd. bibliothecae Palatinae servent lectionem priorem, non video cur mutari quid debeat. adeantur commentaria Torrentii. GRUTER. Clar. Graevius in priore editione *iudice* exhibuerat, postea mutavit sententiam. Sed cum omnes codices & editiones priscae prae se ferant *iudice*, & tantum in nomine vitiose efferant quaedam, *Vecti*, & Copes. *Veccio* (ut etiam apud Juvenal. VII. 158. *o ferrea pectora Vetti*, ubi in tribus codicibus *Vecti*, & in Catul. XCVI. eadem est varietas) nos illis obsequendum putavimus. *Vettium* vero illum cognomine *judicem*, diversum fuisse a nostro *iudice* ostendit Noris. ad Cenotaph. Pisana Dissert. I. cap. V. pag. 66. & quum semper codices in his vocibus *iudex*, *indicium*, *indicare* varient, & *judex*, *judicium*, *judicare* saepe exhibeant, ita & hic, & apud Ciceronem variant. vid. II. ad Att. 24. & pro Sextio cap. LXIII. quod vero Torrentius id o *judex* repudiat, quia tribus nominibus homines designare non soleat Suetonius, in eo fallitur: nam & cap. IX. est *M. Actorius Naso.* & cap. XXXVI. *Cn. Domitius Calvinus.* & Calig. VIII. *Cn. Lentulus Gaetulicus.* & XXIV. *Lucius Cassius Longinus.* Aug. III. *M. Tullius Cicero.* Tib. XXV. *L. Scribonius Libo.* in Aug. XXIX. *L. Munacius Plancus* ex Ursini codice, & forsan alibi. Vettiam gentem illustravit Camarra in Teate antiquo lib. III. cap. 2. & 3. BURM.

A. Q. Curio.] Codex Copes. hic multum turbat. *a Q. Curio nominatus inter socios; quoi; quod pr. c. c. d. c. e. p. praemia, a Curio quia per Catilinam se. c. d.*

Curius.] *Curio* Cod. Mem. & paullo post *Curioni praemia*, ut & alii. Gronov. faciebat *cognosse*. *Curius per Catilinam* Harlem. Cod. *a Catilina* Bonon. Ed. sed *ex aliquo audire*, *scire*, passim apud Terentium & alios. BURM.

Quaedam se de conjuratione.] Recte *quaedam*, ut Memmianus & fere omnes libri. nonnulli *quadam*. id vero ferri non potest; non enim de alia conjuratione ista debent intelligi, quam de Catilinaria. CASAUB. *Quadam de se* Harlem. Cod.

Pignoribus captis, & direpta supellectile] Id ita intelligo, ut cum multae nomine ob falsum indicium pignora caperentur, in turba, quemadmodum fieri consuevit, supellex tota direpta sit. Coërcitionis enim genus erat pignoris captio, qua senatores etiam in senatum venire, & rogati sententiam dicere cogebantur, aut aliam quoque ob caussam coërcebantur. Gell. lib. VII. cap. X. Cic. Philipp. III. & lib. III. de Oratore: cap. I. *Crassum in Senatu Philippus consul se lacessentem pignoribus captis instituit coërcere.* Dion Vettium hunc equitem facit. TORR. Inter coërcitionum modos leniores hic fuit. Nam si quis consuli aut praetori non obtemperaret, lictores mittebantur, qui *damno eum coërcerent*, ut loquitur Cicero. Ex eo discimus, fabros, si aditus non pateret, solitos adhiberi, & publicis operis omnia disturbari. Hanc violentiam exprimit Suetonius voce *direpta:* neque enim praedam aut rapinam id verbum semper significat, sed violentiam duntaxat & celeritatem actionis denotat. Erit igitur *direpta suppellex*, quae fuerit cupide ablata & divendita. nam *diripere* pro cupide emere, dixerunt eleganter Latini. Auctor vitae Persii, quem docti putant esse Suetonium: *Editum librum continuo mirari homines & diripere coeperunt.* nam ita scribendum esse, non *deripere*, in editione Persii admonuimus: idque tam est certum, quam quod cer-

 tissi-

ac pro Rostris in concione paene discerptum, conjecit in carcerem: eodem Novium
18 Quaestorem, quod compellari apud se majorem potestatem passus esset. Ex prae-
tura

tissimum. Alii auctores pari venustate etiam verbum *rapere* usurparunt. Hieronymus ad Pammachium, de Epiphanii literis ad Johannem Episcopum Hierosolymitanum: *Harum exemplaria certatim Palaestinae rapiebantur, vel ob auctoris meritum, vel ob elegantiam scriptionis.* Severus Sulpitius, Dialogo primo cap. XVI. de suo libro, quo vitam B. Martini descripsit: *Quum tota certatim urbe raperetur, exsultantes librarios vidi, quod nihil ab his quaestuosius haberetur.* Porro *direpta* hoc loco scribunt omnes libri, sine ulla exceptione; non *dirupta*, ut probabili admodum conjectura (nam pignora capta moris erat caedere interdum) emendabat Guilielmus Ranchinus, (lib. I. Var. Lect. cap. 10.) vir doctissimus atque integerrimus: cujus obitum ex inopinato casu nuper audivimus & moeruimus. CASAUB. Ulpianus dixit leg. V. §. X. ff. de agnosc. & al. lib. *Pignoribus raptis & distractis cogetur sententiae satisfacere.* Et idem l. I. §. I. ff. de inspiciend. vent. *Cogenda igitur erit remediis praetoriis, & in jus venire, & si venit, respondere: pignoraque ejus capienda & distrahenda, si contemnat, vel multis coërcenda.* Ex quibus liquet, Romanis solitum fuisse pignora capere, & ut damnati judicatum facerent, & ut vocanti magistratui parerent. Id quod posterius dixi, Vettio accidisse videtur, qui cum citatus non veniret, & pignoribus, quae protinus distracta, coërcitus est, & cum perseveraret negligere auctoritatem vocantis, per lictores e concione abreptus est in carcerem. quod hic Suetonius dixit, *male mulcatum. Mulcare* etenim, ut Vossius notat, *est verberum; multare, multae sive poenae pecuniariae.* Fuit autem hoc non tantum contra omnem aequitatem, quod ita mulcaretur: verum erat & contra instituta & consuetudinem populi Romani civem indemnatum & indicta causa in carcerem conjicere, si non summorum & manifestorum esset scelerum reus. A reliquis enim exigebatur nihil amplius, quam ut vades darent, donec judicaretur. Quod cum plene adstruat Herald. I. de rer. jud. auct. XII. pluribus persequi supersedeo. GOESIUS. Torrentius ex Cicer. III. de Oratore cap. I. producens locum, creditur a Crenio tom. IX. Animad. pag. 137. non ex fide verba retulisse. sed misere errare hominem animadvertit Broukhusius, qui Torrentium ostendit suis verbis narrare, quod apud Ciceronem de re illa invenerat. sed in fraudem duxit hominem, in minutis saepe nimis Censorem agentem, quod editionem ipsam Torrentii non adierit, ubi nullo diverso charactere a reliquis Torrentii verbis haec verba expressa esse vidisset, secus atque in Editionibus Graevii factum fuit. locus autem prior ex Philippicar. tertia, forte memoriae vitio scriptus est, pro Philip. I. cap. 5. Nam ibi de pignoribus agitur. BURM.

Male multatum.] Sunt, qui *male mulcatum* legant. Et *mulcare* quidem elegans & antiquum verbum est, verum hoc loco *multatum* magis placet: loquitur enim de multa Vettio illata, & quidem nimis duriter. Alioqui *mulcatum* mallem: ut in Terentii Eunucho, *male mulcabo ipsum*; & iterum in Adelphis. Neque id uno Ciceronis loco & P. Victorius annotavit, & ego quoque ex vetustis codd. deprehendi. TORR. In optimo codice Memmiano, *mulcatum* habetur, ut olim doctissimus Lambinus ad Nepot. Hannib. cap. I. & III. admonuit, quem vide illa de voce disputantem. Eandem scripturam olim & Politianus in membranis suis inventam adnotaverat. CASAUB.

Eodem Novium.] Codex Ferrariensis, *eodem modo Nov.* ut multatum quoque intelligas. TORR. Elegantius in Mss. *eodem & Novium.* CASAUB. *Eodem modo Novium, eo quod* Codd. Periz. Harlem. Edd. Venet. duae, Paris. Junt. Ald. Steph. Lugd. & aliae. Harlem. Cod. consentit, nisi quod *Notium* habeat. apud Cicer. V. ad fam. 19. *Sin idem placuit, atque eodem.* ubi etiam quidam, *sed neque eodem modo.* male. *eodem Novium eo quod* Venet. pr. Bonon. ita Tiber. XXIX. & alibi: deinde *passus esset, necavit.* Hulf. BURM.

Quod compellari apud se majorem potestatem passus esset.] *Compellari* hic quod paulo ante, *nominari.* Utraque vox hoc loco id significat, quod Graeci dicunt ἐνδείκνυσθαι aut φαίνεσθαι; deferri ab indice aut dilatore: *compellatio*, ἔνδειξις aut φάσις, in jure Attico. CASAUB. *Compellari* plus est quam *nominari*, quo verbo modo usus erat. est enim nomen deferre, accusare vid. Graev. ad Cicer. II. ad Att. 2. & Acro. ad Horat. II. Sat. III. vs. 7. dicit esse,
inju-

tura ulteriorem fortitus Hifpaniam, retinentes creditores interventu fponforum removit: ac neque more, neque jure, antequam provinciae ornarentur, profectus eft: incertum, metune judicii, quod privato parabatur, an quo maturius fociis implorantibus fubveniret. Pacataque provincia, pari feftinatione, non exfpectato fucceffore, ad

injuriofe appellare, & majorem poteftatem dicit, quia minores poterant prehendi & duci; & hoc folitum fuiffe docet Livius. III 5. BURM.

18. *Ex praetura ulteriorem fortitus Hifpaniam.*] Dio libro XXXVII. ὁ Καῖσαρ τὴν Λυσιτανίαν μετὰ τὴν στρατηγίαν ἦρξε. Non video, cur praefuiffe Lufitaniae cum dicat, qui fit nactus provinciam ulteriorem Hifpaniam, cujus terrae pars tantum altera eft Lufitania: Baeticam enim cum ifta complectitur. Plutarchus adhuc negligentius, qui praefuiffe ipfum ait Iberiae five Hifpaniae. CASAUB.

Retinentes creditores interventu fponforum removit.] *Plutarchus:* Καῖσαρ, ὡς ἦν δυσδιάθετον αὐτῷ τὰ περὶ τοὺς δανειστὰς, ἐνοχλοῦντας ἐξιόντι καὶ καταβοῶντας, ἐπὶ Κράσσον κατέφυγε. Mox: Ἀναδεξαμένου δὲ Κράσσου τοὺς μάλιστα χαλεποὺς καὶ ἀπαραιτήτους τῶν δανειστῶν, καὶ διεγγυήσαντος ὀκτακοσίων καὶ τριάκοντα ταλάντων, οὕτως ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν ἐπαρχίαν. CASAUB.

18. *Provinciae ordinarentur.*] Facta provinciarum fortitione, antequam proficifcerentur, qui fortiti fuerant, folebat fenatus pro cujufque provinciae ratione modum formamque praefcribere, qua adminiftrarentur: folebat etiam ea decernere, quae proficifcentibus neceffaria videbantur. Ea cum fierent, *ornari* (verbo ab antiquis faepe ad id ufurpato) provinciae, *ornari* etiam praetores ipfi proconfulesque dicebantur, minus futuri graves, fi fumptu publico mitterentur. Cic. lib. II. ad Q. Fratrem: *Referebatur de provinciis quaeftorum, & de ornandis praetoribus.* Idem ad Atticum lib. III. Epift. XXIV. *Cum fcripfiffetis, confulares provincias ornatas effe.* Et paullo poft: *De confulibus ornandis.* Et pro lege Manilia: *Ornatae provinciae lege curiata.* Iterum II. in Rullum, loquens de X. viris, quos Rullus agris dividundis inftituere volebat: *Ornat eos apparitoribus, fcribis, librariis, praeconibus, architectis; praeterea mulis, tabernaculis, canteriis, fupellectili: fumptum haurit ex aerario.* Suetonius ergo, nifi mendum fubeft, *ordinare* dixit *provinciam* pro *ornare*; non improprie quidem, ut *ordinare litem, caufam, judicium, teftamentum, codicillum* apud JCtos, aliofque auctores paffim reperias, *ordinare* etiam *res publicas* apud Horatium lib. II. Od. I. fed veteres, ut ante dixi, *ornandi* vocabulo utebantur: nam *ordinare* non tam inftruere eft, quam componere atque dirigere. Quo fenfu *ordinare provinciam* dixit Suetonius Galb. cap. VII, *ordinare arbufta* Horatius lib. III. Od. I. Vide etiam, quae notamus Aug. cap. XXXVI. & Tit. cap. IX. Sed, quod dicebam, fufpicio mihi non levis mendi. Dionyfius quidem Lambinus ad Aemilii Probi Hannibalem cap. III. in Errici Memmii manufcripto codice *ornarentur* affirmat inveniffe. TORR. In V. C. eft *ornarentur* pro ordinarentur, quam lectionem exemplis confirmare putamus non effe neceffarium, URSIN. Ex fide doctorum virorum Lambini & Fulvii Urfini, qui ita fcriptum effe in antiquiffimis libris teftati funt, reftituimus hunc locum. Nam in noftris quidem omnibus, etiam Memmiano, ut in vulgatis, erat *ordinarentur:* minus recte. Notum, quid fit *ornare provinciam:* nempe κόσμον τῇ ἀρχῇ περιθεῖναι. Id novo S. C. poft impetratum lege curiata imperium, fiebat: quo de finibus provinciae, de exercitu in eam ducendo, & militum ftipendio, cavebatur: attributus item legatus, qui propterea Appiano vocatur ὁ τῷ ἡγεμόνι τῶν ἐθνῶν ἐκ τῆς βουλῆς ἑπόμενος εἰς βοήθειαν. Cautum eodem S. C. & de viatico atque inftrumento praetoriae domus. E lectione Tulliana etiam tironibus haec debent effe nota. CASAUB. Noftri retinent aliorum *ordinarentur*, neque praefracte nimium damnaverim, ob cauffas productas in Sufpicionibus. GRUT. Verum eft, omnes fere codices & Editiones, etiam Memmianum codicem, licet contrarium adfirmet Lambinus, confpirare in *ordinarentur*. Sed quum poft fortitionem, qua proprie ordinatae fuere provinciae, id eft fuo cuique magiftratui adfignatae, ageretur de fumtibus in iter & alia, *ornarentur* neceffario eft recipiendum. fic haec verba commutantur apud Livium XXIV. 48. *ordinatofque proxime morem Romanum, inftruendo & decurrendo figna fequi.* ubi alii Codices *ornatos* id eft armatos. Sed *ordinatos* poteft capi ut alibi *centuriatos* & *decuriatos*. infra cap. LXXVI. pro *ornamenta*, *ordinamenta* Cujac. Cod. dat. vide & cap. LV. & alibi. vide & Valer. Max. IX. I. Ext. 2. ubi confufionem hanc notavit doctiffimus Torrenius. BURM.

I. *Sociis implorantibus fubveniret.*] Mifera tum

ad triumphum simul consulatumque decessit. Sed cum edictis jam comitiis ratio ejus haberi non posset, nisi privatus introisset urbem, & ambienti, ut legibus solveretur, multi contradicerent, coactus est, triumphum, ne consulatu excluderetur, dimittere. 19 E duobus consulatus competitoribus, L. Lucejo, M. que Bibulo, Lucejum sibi adjunxit: pactus ut is, quoniam inferior gratia esset, pecuniaque polleret, numos de suo, communi nomine per centurias pronuntiaret. Qua cognita re optima-

tum fuit ulterioris Hispaniae conditio ob duas caussas: nam & angusta fides erat tota provincia, & latrociniis vicinorum populorum regio infestabatur. Utrique malo quam medicinam fecerit Caesar, disces ex Dione & Plutarcho. Ipsius vero apud Scriptorem de bello Hispaniensi c. XLII. haec sunt: *Insequenti praetura ampliato honore, vectigalia, quae Metellus imposuisset, a senatu petiisse, & eis pecuniis provinciam liberasse: simulque patrocinio suscepto* (fortasse melius, *provinciae pat. susc.*) *multis legibus ab se in senatum inductis simul publicas privatasque causas, multorum inimicitiis susceptis, defendisse.* Quo loco non adsentior viro docto, qui pro *inductis* corrigit *inductos*. Sic fere loquitur Appianus Ἐμφυλ. II. de eodem Caesare: Νόμους, ait, ὑπὲρ τῶν πολλῶν εἰς τὸ βουλευτήριον εἰσέφερε. Casaub.

Non exspectato successore decessit.] Notat hoc Suetonius, quia contra mores, & leges etiam, ut diserte monet Dio libro XXIX. Ex lege XV. Dig. de Officio praesidis, constat, praesidem, postquam semel erat ingressus, jus abnoctandi e provincia, ne voti quidem solvendi caussa, habuisse. Historia Livii exempla aliquot suggerit civium ἀγεράρχων, qui hoc jus non magis servarunt, quam Caesar, sed hoc in vitio semper est positum. Sub Imperatoribus certum decessionis tempus definitum est. Lege Novellam XCV. qua jubentur praesides provinciarum, ut deposito magistratu L. dies maneant in provinciarum metropolibus. Casaub.

Editis jam comitiis.] Quid hic sit edere comitia non equidem intelligo. Codex Lovaniensis habet *edictis*. quod sequor. Sic *senatus edictus* cap. LXXX. Ipse Cicero ad Q. fratrem lib. II. *Comitia sine mora futura videntur: edicta sunt ad XI. kal. Feb. Edicere diem, edicere justitium.* Torr. Praeter manu exaratos sic (*Edictis*) habent editiones antiquissimae, Romana & Bononiensis. Plutarchus, & ex illo Zonaras: Πρὸς αὐτὰς τὰς ὑπατικὰς ἀφιγμένος ἀρχαιρεσίας. at editis esset μετὰ, non πρός. *Edicta comitia* Dioni ἀρχαιρεσίας ἐπηγγελμένας. Diffisum vero fuisse interdum comitiorum diem, in gratiam procerum absentium, docet idem Dio libro XXXVII. Magno Pompejo habitum hunc honorem narrans, cum exspectaretur ejus ex Asia reditus. Casaub. Ita etiam tres nostrorum, non *editis*, quod erat in nupere vulgatis. Grut. *Editis* Copes. Perizon. *edictis* exc. Voss. Edd. Rom. Venet. pr. Bonon. reliquae *editis* vitiose. sic variant passim codices, in *edicere Senatum, delectum* &c. & *indicere*, apud Liv. III. 10. & 38. ubi vide notas doctorum virorum. & Gruch. de comitiis. I. 3. Burm.

Nisi privatus introisset urbem] Oportebat, inquit, Plutarchus, triumphum petentes extra urbem manere; consulatum vero praesentes petere. Torr. *In Urbem* Cod. Hulss. ita Terentius Phorm. IV. 25. *introire in aedem.* & Cicero I. ad Fam. 19. *Pompejus, quum ut laudaret P. Sextium, introivisset in urbem.* & ita ille fere semper: noster tamen in aliis locis, ubi hoc verbo utitur, negligit praepositionem. Sed & *intrare in portus* dixit Ovidius VII. Met. 492. ubi vide Heins. & in Nuce vs. 137. ex Cod. Ambros. *Intret in urbanas eadem petulantia portas.* vulgo *intret &*, repetita syllaba & *intret*. Burm.

Ambienti, ut legibus solveretur.] *Ambire* pro contendere omni ope atque opera: ut apud Graecos φιλοτιμεῖσθαι, ἁμιλλᾶσθαι. Casaub.

Multi contradicerent.] Cato, & qui sectam ejus sequebantur in republica. Dio. Casaub.

19. *Consulatus competitoribus*,] Dictio *consulatus* non est in libro uno Ms. apposita haud dubie ab eo, qui Suetonium in capita divisit. Torr. Abesse primam vocem MSS. suo testatur Torrentius, & ego libenter ejicerem, quia modo praecessit. alia caussa est infra cap. XLI. quia ibi *consulatus competitores* opponuntur aliorum honorum candidatis. Burm.

Pecuniaque polleret] *Pecunia polleret* Ed. Steph. sed tunc ejiciendum *esset*, neque ideo inconcinnior esset oratio. Burm.

19. *Nummos de suo, communi nomine per centurias pronuntiaret.*] Libertati populi Rom. interi-

mates, quos metus ceperat, nihil non ausurum eum in summo magistratu, concordi & consentiente collega, auctores Bibulo fuerunt tantumdem pollicendi: ac plerique pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente eam largitionem e republica fieri. Igitur cum Bibulo consul creatur. Eamdem ob caussam opera optimatibus data est, ut provinciae futuris Consulibus minimi negotii, id est, silvae callesque, de-

teritum cum alia vitia sensim in eam rempublicam attulere, tum, meo quidem animo, vel maxime foeda illa honorum nundinatio, quae Romae tum viguit. Plutarchus quidem in Catone Uticensi, auctor est, ita Romanos per illa tempora usos esse τῷ δεκάζεσθαι, ὡς ἐργασίᾳ τινί. Hoc est, non minus palam & sine ullo pudore pecuniam pro honoribus consequendis dedisse, quam alias consuetas omnibus artes exercerent. Notat idem in Caesare, tantam fuisse tum publicorum morum labem, & κακοπολιτείαν, ut candidati, palam in comitiis nummarias mensas ponerent, & populi suffragia redimerent. Οἱ μὲν, ait, ἀρχὰς μετιόντες ἐν μέσῳ θέμενοι τραπέζας, ἐδέκαζον ἀναισχύντως τὰ πλήθη· κατῄει δ' ὁ δῆμος ἔμμισθος, οὐ ψήφοις ὑπὲρ τοῦ δεδωκότος, ἀλλὰ τόξοις καὶ ξίφεσι καὶ σφενδόναις ἁμιλλώμενος. Interpretes, qui τραπέζας illo loco de mensis escariis accipiunt, falluntur: ipse mox τραπέζας & χρηματιστήρια jungit. Lucanus libro primo:

Hinc rapti fasces pretio, sectorque favoris
Ipse sui populus, lethalisque ambitus Urbi,
Annua venali referens certamina campo.

Arbiter in carmine de bello civili Pompejano:

Nec minor in campo furor est, emptique Quirites
Ad praedam strepitumque lucri suffragia vertunt.
Venalis populus, venalis curia patrum:
Est favor in pretio. CASAUB.

Pollicendi] *Pollicenti* Copes. *Polliceri* Harlem.

Eam largitionem e republica fieri.] Nota & observatione dignum, posse ea tempora incidere, cum e republica fuerit, malas alioquin artes usurpare. Simile exemplum in Graeca historia. Laudatur enim Themistocles, quod bello Persico rei bellicae administrationem Epicydi, cujus metuebatur ingenium lucri cupidum & meticulosum, pecunia extorserit. Recte enim prudentes docent, temporibus interdum potius parendum esse quam moribus. de quo multa ad Polybium disseruimus. CASAUB. Egregie, ut Cicero etiam docet lib. I. de Offic. 10. & hinc potuisset doctissimus Pearce firmare elegantissimam emendationem loci apud Cicer. II. de Orat. 40. *Est ejusdem & eripere, & contra remp. largiri. Ex repub.* habet Copes. Cod. BURM.

Consul creatus est.] Tres libri *creatur*, unus *creatus* sine *est*. TORR. Scribe e Memmiano & aliis: *cos. creatur*. Et mox *conficerent*, non *conficerentur*. CASAUB. *Creatus est* pleraeque editiones priscae, nisi quod Romana omittat τὸ *est*.

Opera optimatibus data.] Duo libri: *ab optimatibus*. Non placet. Peculiare enim est Suetonio, ut haec sine praepositione enunciet, ut sup. cap. XVI. *Administratione reipublicae submoverentur*; & infra cap. XX. *Majoribus conservatum* seu *consecratum*, pro *a majoribus*, & saepe alibi. Cicero pro domo, cap. I. ut in codicibus Mss. legitur: *Cum multa divinitus majoribus nostris inventa atque instituta sunt.* Vulgati *a majoribus* habent. TORR. *Ab optimatibus* Copes. Cujac. Edd. Romana Junt. Ald. Lugd. & aliae. & placet Jac. Gronovio, sed displicet Graevio.

Silvae callesque.] Recte Turnebus de administratione callium silvarumque, quae futuris Consulibus per senatum decreta erat, hunc locum intelligit, ad hujusmodi enim provincias, cum nullis opus esset copiis, minus erat a Caesare metuendum. Sic *Aquaria*, sic *Ostiensis provincia* Orat. in Vatin. & pro Murena. *Quaestor quoque Ostiensis*, Orat. pro Sextio. Et facete huc alludens Plautus Pseudolo I. II. 25.: *Te cum securi caudicali praeficio provinciae.* Quanquam Ostiensis & Aquaria ut honestiores, sic & praefectis utiliores erant. nam & Ostiensis quaestura ablata Saturnino, rerum novarum occasionem praebuit, & Aquaria, eadem fortasse, quae Ostiensis, Vatinio quaestui fuit. Cic. pro Sextio, & in Vatinium. Sed & Varro lib. II. de re rustica cap. X. *Neque senes, neque pueri callium difficultatem, ac montium arduitatem atque asperitatem facile ferunt. quod patiendum illis qui greges sequuntur, praesertim armentitios ac caprinos, qui-*

decernerentur. Qua maxima injuria instinctus, omnibus officiis Cn. Pompejum adsectatus est, offensum patribus, quod, Mithridate rege victo, cunctantius confirmarentur acta sua: Pompejoque M. Crassum reconciliavit, veterem inimicum ex consulatu, quem summa discordia simul gesserant: ac societatem cum utroque iniit, 20 ne quid ageretur in republica, quod displicuisset ulli e tribus. Inito honore, primus omnium instituit, ut tam senatus quam populi diurna acta conficerentur, & publicarentur. Antiquum etiam retulit morem, ut quo mense fasces non haberet, adcensus ante eum iret, lictores pone sequerentur. Lege autem agraria promulgata, obnuntiantem collegam armis foro expulit. Ac postero die in senatu conquestum, nec quoquam reperto, qui super tali consternatione referre, aut censere aliquid auderet,

bus rupes ac silvae ad palulandum cordi. Male igitur, qui *collum* ibi pro *callum* legunt. nam & Isidorus lib. XV. cap. XVI. *Callis* (inquit) *est iter pecudum inter montes, angustum & tritum, a callo pedum vocatum, sive callo pecudum perduratum.* Adde locum Suetonii Claud. cap. XXIV. quem restituimus. TORR.

Decernerentur.] *Discernerentur* Harlem. Cod. & Edit. Venet. pr.

Qua maxime injuria.] Ita Cl. Graevius prima editione majore, sed deinde in minori & tertia edidit, *qua maxima*, non monito lectore unde petierit, an ex conjectura: ego certe nusquam reperi. & licet *maxime* pro praecipue, in primis noster & alii passim utantur, ut. Aug. 43. *ea parte quae suspecta maxime erat*, potest tamen Graevii lectio defendi, & etiam elegantior videri. Fuit enim sine dubio haec injuria maxima & insignis. Adhibuisse vero scriptores promiscue adverbia & adjectiva, & saepe librarios inconstantissime in similibus versatos manifestum est. Sic supra cap. XVI. dixit, *propugnatorem se pertinacissime praestitit*, pro *pertinacissimum*. contra cap. XII. *quo praecipuo adjutore usus*, pro *praecipue*. & cap. XXI. *cujus praecipua opera Bibulum impugnaverat.* apud Ciceronem VI. ad Famil. 10. *spondeo tibi istam acerbitatem & injuriam non diuturne fore*: ita codices. Vulgo *diuturnam*. Infra cap. XLIV. *quas maximas bibliothecas*, ubi perperam *maxime* Cod. Barthii. deinde pro *instinctus* est *instructus* in Harlem. Edd. Venetis sec. & tert. Junt. Ald. Lugd. similis varietas apud Curtium IV. 14. Ovidium VI. Fast. 597. ubi vide. BURM.

Adsectatus] *Adsecutus*, Memm. & Barthii codex, qui licet novum, non improbat. Sed *adsequi* est, ad eum qui praecessit, celeritate quadam accedere, consequi. *adsectari* vero & *adsectatores* proprie dicuntur, qui velut clientes & parasiti, omnibus obsequiis & officiis aliquem prosequuntur. vid. ad Quinctil. I. cap. 5. BURM.

Offensum patribus.] Aut hic quoque deest praepositio *a*, ut proximo cap. aut *offensum* pro iratum dixit, quod verius est; ut Tib. cap. XIII. *Is forte tunc M. Lollio offensior.* & Ner. cap. II. *Pontificibus offensior.* Cicero pro Cluentio: *Quem sibi offensiorem sciebat*, & saepe alibi. TORR.

Cunctantius] Optimi quique libri *contatius.* Alii *cunctatius.* TORR. *Cunctatius* Periz. & Hulf. Edd. Rom. Bonon. & paucae aliae. eadem varietas in hac voce apud Tacitum I. Ann. 71. & inf. Galb. XII. Sed quae ex eodem fonte erroris fluxit: quo *moderatius*, & *moderantius*, & similia, de quibus vide inf. ad cap. LX. & ad Ovid. II. Amor. VI. 23. Acta vero illa Caesar consul confirmavit, ut narrat Dion lib. XXXVIII. pag. 62. BURM.

2. *Publicarentur.*] Id Augustus postea vetuit, cap. XXXVI. ne publicarentur scilicet, non etiam ne conficerentur. Hinc toties mentio actorum senatus. Quin & certum erat quorumdam officium curandi acta senatus. Spartianus Hadr.: *Post quaesturam acta senatus curavit.* TORR.

Quo mense fasces.] Vide Gellium lib. II. cap. XV. TORR.

Ante eum iret,] *Ante eum iret funis* Copes. quod quid velit nescio, nisi sit, *iret unus*; *Lictores* &c. BURM.

Obnuntiantem] *Abnuntiantem* Copes.

20. *Nec quoquam reperto, qui super tali consternatione referre aut censere aliquid auderet.*] Consularis potestatis pars haud minima in relationis jure olim posita: non enim poterat S. C. sine relatione fieri: referendi autem jus, consulum fuit. Polybius libr. VI. οὗτοι (de consulibus loquitur) τὰ κατεπείγοντα τῶν διαβουλίων ἀναδιδόασιν, αὐτοί τε τὸν ὅλον χειρισμὸν τῶν δογμάτων ἐπιτελοῦσιν. Hic igitur quid est, quod Bibulus consul

fibi non refert de facta fibi injuria? Puto, quia Caesar eo mense fasces habuit: ejus enim e Consulibus relatio fuit, cujus & fasces. At in editione Romana legitur *conquestus:* quasi de Caesare id sit dictum, non de Bibulo, qui in senatum non venerit. Non placet, & damnant omnes melioris notae codices. Saepe autem factum, ut consulibus absentibus, vel praevaricantibus ac mussantibus, referrent alii e principibus amplissimi ordinis: puta, consules designati, aut praetorum vel tribunorum aliquis. Cujus rei multa exstant apud Ciceronem aliosque testimonia. Ex his liquet, cur dicat Suetonius, *qualia multa saepe in levioribus turbis decreta fuerunt.* Porro jus relationis sublata libertate etsi consulibus ademtum non est, tamen & potestatis Imperatoriae pars fuit: paullatim enim Principes id sibi vindicarunt. Exemplum est ab Augusto primo: in cujus honorem decretum refert Dio in actis anni DCCXXXI. ut assumta in perpetuum tribunitia potestate, liceret ei, quoque senatu, unam de quacunque re vellet, relationem facere, etsi consul non esset. Hoc voluit Dio hisce verbis e libro LIII. non quod somniavit nuperus emendator: Ἡ γερουσία δήμαρχόν τε αὐτὸν διὰ βίου εἶναι ἐψηφίσατο, καὶ χρηματίζειν αὐτῷ περὶ ἑνὸς ὅτου (male editum est ὅτου) ἂν ἐθελήσῃ καθ' ἑκάστην βουλὴν, κἂν μὴ ὑπατεύῃ, ἔδωκεν. Non aliud hic Xylander peccaverat, quam quod pro illis περὶ ἑνὸς ὅτου ἂν ἐθελήσῃ, verterat, *de quibuscunque rebus vellet*; magno sane veritatis dispendio neglecta voce ἑνός· neque enim infinitum hoc jus Augusto concessum a senatu: sed cum hac adstrictione, ut de una re solum referre posset singulis senatibus extra consulatum. Postea ampliato honore Principum, inventa sunt ad similitudinem decreti hujus jura secundae, tertiae, quartae, quintae relationis, hoc est, ut quoque senatu possent de duabus, tribus, quatuor, quinque rebus, quas vellent cunque, etiam non consules, facere relationem. Exempla apud Capitolinum & Vopiscum: apud quos observabis fere, cum proconsulari imperio & tribunitia potestate jus hoc jungi, plane ut in isto Dionis loco. Hoc igitur Xylandri peccatum, qui debuerat corrigere, suo insuper non leviore cumulavit, & maximi momenti locum prava emendatione corrupit. Vult enim corrector iste χρηματίζειν esse *sancire*, non *relationem facere:* id vero pernegamus nos, & Xylandrum merito reprehendimus, quod alibi male sic acceperit eam vocem, ut libro LV. illo loco: Ἔς τε σανίδιον ἐν λευκώματι γεγραμμένον προὐτίθει, πρὶν χρηματίσαι περὶ αὐτῶν, &c. & libro LVIII. ibi, ἐχρημάτιζον δὲ ὑπὲρ αὐθις οὐδέν, μέχρις δ' ὁ Γάϊος διάδοχος τὴν ἀρχὴν ἀπιστῶν ἐκλήθη. His locis atque aliis χρηματίζειν est referre aliquid ad senatum, ut de eo sententiae dicantur. id supra diximus fuisse munus consulum, vel iis cessantibus, tribunorum aut praetorum. Notandum vero, praetores paullatim hoc jus non lege aliqua, sed non utendo amisisse: donec anno DCCXLVI. ab Augusto in ejus possessionem restituti sunt. frustra: iterum enim perire illud sibi tractu temporis siverunt. Rem nondum vulgatam docuit me Dio libro LV. Τοῦτό τε οὖν ἰσχυρῶς ἐπὶ πλεῖστον τοῖς πάλαι τραπεῖσιν, ἐξίτηλον τρόπον τινὰ ἤδη γίγνεται, καὶ τὸ τῶν στρατηγῶν· καὶ γὰρ οὗτοι ἀγανακτήσαντες, ὅτι μηδεμίαν γνώμην, καίτοι τῶν δημάρχων προτετιμημένοι, ἐς τὴν βουλὴν ἐσέφερον, παρὰ μὲν τοῦ Αὐγούστου ἔλαβον αὐτὸ ποιεῖν, ὑπὸ δὲ τοῦ χρόνου ἀφῃρέθησαν. Locus illustris, idemque clarus & apertus. Quod modo dicebamus esse χρηματίζειν, pro eo dixit hic Dio γνώμην ἐς τὴν βουλὴν ἐσφέρειν. nihil pote planius. Sic libro eodem: Δι' ὧν ταῦτα λέγων χρηματίζων, γνώμην ἐς τὴν βουλὴν ἐσήνεγκε, πρῶτον μὲν ἀξιοῦν τοὺς αἰτίους ἀποδειχθῆναι. Interpretes ejus praestantissimi scriptoris γνώμην ἐσφέρειν verterunt *sententiam dicere in senatu.* Sunt alia prope infinita scitu dignissima, quae in ejus auctoris Graecis verbis latent, vel corruptis, vel male hactenus expositis. Ut ad Suetonium redeam, doceri equidem velim, quid sibi ille voluerit, cum ita scriberet *referre aut censere*? Nam si nemo fuit, qui relationem faceret, ne potuit quidem esse qui censeret. Sunt enim quodammodo relata, *referre* & *censere*. Poterant quidem senatores de ea re verba inter se facere in curia: at *censere*, hoc est, loco sententiae quid videretur dicere, aut de scripto recitare, hoc vero nemo potuit, nisi praecessisset relatio. CASAUB. In hoc loco haeserunt viri eruditi Casaubonus & alii. *Censere* hic non est simpliciter sententiam dicere, sed *excedere relationem*, ut Tacitus loquitur, hoc est, loca sententiae, de ea re, de qua a consule relatum erat, aliud quid in senatu proponere ac rogare ut referatur. quod jus omnes Senatores habebant, ut loco sententiae ad relationem consulis proferrent, quod putabant esse e republica. vide GRONOV. Observat. cap. I. 22. Non male vir summus verbum *censere* explicat, & refert ad id, quod saepe fieri

ret, qualia multa saepe in levioribus turbis decreta erant, in eam coëgit desperationem, ut quoad potestate abiret, domo abditus nihil aliud, quam per edicta obnuntiaret. Unus ex eo tempore omnia in republica, & ad arbitrium administravit: ut nonnulli urbanorum, quum quid per jocum testandi gratia signarent, non *Cae-*

in senatu solebat, ut excederent relationem, & loco sententiae aliud quid dicerent, vide Tacit. II. Ann. 33. & 38. Sed saepe & sententiam dixisse puto senatores ad relationem a Consulibus factam, sed tunc dicta sententia, hoc amplius postulasse, ut Consules novam relationem de re aliqua subita, ut hic de hac consternatione, facerent, quod *relationem postulare* vocat Tacitus XIII. Ann. 49. & ita saepe clamabant Senatores *Consul refer*, vel *consule*; vide Tib. IV. *Censere* ergo expono hic, praeter & post sententiam dictam de re relata, hoc amplius petere, ut de consternatione referrent. hoc vero neque quemquam Senatorum postulare, neque Consules sponte referre ausos dicit Suetonius. Barth. XLVII. Adv. 2. ex suo codice profert *quae super*. BURM.

In levioribus turbis.] Vetus scriptura plerorumque librorum, *in levioribus culpis*. Probabam: sed revocat me ab ea sententia Memmianus cum editis consentiens. CASAUB. Nihil mutandum: nam illud *culpis*, quod haeret in nonnullis scriptis, etiam in Palatino tertio, natum ex vitio scripturae, quod nimirum invenerunt in authenticis *turpis*, quomodo & a prima manu Palat. primus. GRUTER. *Culpis* Periz. Barth. exc. Voss. & Edd. Roman. Venetae, Bonon. Ald. Junt. Steph. & omnes fere usque ad Basilienses, quae *turbis*, quod reliquae deinceps secutae sunt. & hoc exigit praecedens vox *consternatio*. BURM.

Quoad potestate abiret.] Octo menses domi abditus latuit. Plutarchus Pompejo. CASAUB. *Desperatione*, sed in margine *potestate* Perizon. Cod.

Nihil aliud, quam] Peculiarem Suetonio phrasim censet Berneccerus, ex quo in lexica retulerant. Sed alia exempla videbis apud Gronov. ad Livium XXXI. 24. & in nostris ad Quinctilianum I. decl. 9. & III. 9. est vero elliptica, pro *nihil aliud egit*. BURM.

Per edicta obnunciaret.] Haec illa Bibuli edicta, de quibus supra cap. IX. infra cap. XLIX. Cicero ad Atticum lib. II. epist. XXI. & alibi saepe. Auctor etiam est Dio, Bibulum vi pulsum ab administratione reipublicae ferias edixisse in reliquam anni partem, quibus nempe nihil agere de republica liceret, ac quotiescunque aliquid moliretur Caesar, obnunciasse per lictorem esse ferias. Eum vide initio libri XXXVIII. TORR. Dio libro XXXVIII. ait: Δι' ὑπηρετῶν, per *lictores* vel *accensos*. Idem haec ita exprimit: Ἐν τῇ οἰκίᾳ κατακεκλεισμένος, ἀεὶ τῷ Καίσαρι, ὁπότε τι καινοτομοίη, ἐπέστελλε διὰ τῶν ὑπηρετῶν, ὅτι ἱερομηνία τε εἴη, καὶ οὐδὲν ὁσίως ἐκ τῶν νόμων ἐν αὐτῇ δύναιτο δρᾶσθαι. Hoc quid sit, declarat idem paullo ante, de eodem Bibulo sic scribens: Ἐκώλυε τὰ νομοθετούμενα καὶ τέλος, ἐπειδὴ μηκέτ' αὐτῷ μηδεμία ἄλλη σκῆψις ἀναβολῆς ὑπελείπετο, ἱερομηνίαν ἐς πάσας ὁμοίως τὰς λοιπὰς τοῦ ἔτους ἡμέρας, ἐν αἷς οὐδ' εἰς ἐκκλησίαν ὁ δῆμος ἐκ τῶν νόμων συνελθεῖν ἐδύνατο, προηγόρευσεν. Igitur *obnuntiare* Dioni est ἱερομηνίαν προαγορεύειν, ferias indicere. quod caute accipiendum est: nam obnuntiatione fit quidem dies nefastus, & comitialis esse desinit; non fit tamen festus neque ἱερόμηνος. Quare quid appellet ἱερομηνίαν non intelligo. Melius alibi *obnuntiare* vertit idem, προεπαγγέλλειν ὡς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὴν ἡμέραν ἐκείνην παρατηρησόμενος, *praemonere se illa die de coelo servaturum ad capiendum auspicium.* Non potest paucioribus verbis Latinae dictionis vis exprimi. Cicero ad Atticum libro IV. *Proscripsit ille, se per omnes dies comitiales de coelo servaturum.* Idem Dio libro XXXVIII. *servare de coelo* vertit, τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ γιγνόμενα παρατηρεῖν: ubi legem Clodiam refert, qua vetus institutum antiquatur, diebus comitialibus servandi de coelo. CASAUB.

In republica & ad arbitrium] Ita codices & editi quos vidi omnes, unde puto in priori editione Graevii excidisse copulam *et* vitio operarum, quae in sequentibus est reposita. BURM.

Testandi gratia signarent,] Ex hoc Suetonii loco colligimus eos, qui testimonium dicebant, *testationem* illam, ut Quinctilianus XII. 3., seu *testificationem*, ut Cicero loquitur, scripto redactam cum signarent, annum etiam diemque sua manu apponere solere. Sed & verba inversa, quod fugerat monere, legendumque: *cum quid testandi gratia signarent per jocum non Caesare*, &c. TORR. Lislaei codex *testationis gratia*. CASAUB. Non audiendus est Torrentius, qui haec verba invertit. Fuit tota

Caesare & Bibulo, sed *Julio & Caesare* Consulibus actum scriberent, bis eumdem praeponentes, nomine atque cognomine: utque vulgo mox ferrentur hi versus:

Non Bibulo quiddam nuper, sed Caesare factum est:
Nam Bibulo fieri consule nil memini.

Campum Stellatem majoribus consecratum, agrumque Campanum ad subsidia reipu-

tota illa testatio jocosa, & genus libelli, quo publica vitia traducebantur, ut docet GRONOVIUS IV. de pecun. vet. c. IX. quem vide. GRAEV. *Testationis* Cujac. Cod. *testanti* Memm. Inversio illa videtur Lipsio deberi, qui ita Codici suo adscripserat. BURM.

Julio & Caesare Consulibus] Dio: Τὸν δὲ Καίσαρα δύο καὶ ὠνόμαζον καὶ ἔγραφον, Γάϊόν τε Καίσαρα καὶ Ἰούλιον Καίσαρα ὑπατεύοντα λέγοντες. CASAUB.

Bis eumdem proponentes, nomine atque cognomine: Haec verba damnare quidem nolui, sed non difficulter quis mihi persuaserit adulterina esse. TORR. Ait *praeponentes:* nempe voci Coss. Vulgo editur, *proponentes:* vetustiores aliter. Nullum nos quidem librum vidimus, ubi haec verba non haberentur: si quis tamen illa pro subdititiis censet habenda, quod Torrentio visum, idem mihi quoque videatur. CASAUB.

Utque] *Utique* Cod. Mem.

Non Bibulo quicquam.] Codex Ferrar, *quiddam*, haud dubie melius. TORR. Vetus editio *quiddam*. CASAUB. Et ita Cod. Barth. Ex. Vos. & in Marg. Periz. Edd. Rom. & Venet. pr.

Campum Stellatem majoribus consecratum.] Id est, majorum opinione sacrum. sic enim Turnebus exponit Adversf. III. cap. XXIII. addens ignoratum id a Cicerone (qui alioqui orationibus suis contra Rullum non siluisset) Suetonium e reconditis annalibus eruisse. Ego non facile crediderim Tranquillum nostrum scivisse aliquid, quod Ciceronem fugerit; ea praesertim de re, quam summus ille orator & in senatu & apud populum tractandam sumpserit. Quare vel *conservatum* legendum est, vel dicendum potius id, quod de ejus agri consecratione scripsisse potuit Cicero, cum multa in orationibus illis desiderentur, nobis periisse. Legem sane a L. Papirio tribuno plebis in oratione pro Domo, latam commemorat, quae vetabat, injussu plebis aedem, terram, agros consecrare. Porro ut hic campum Stellatem, sic campum Martium exactis Tarquiniis, & deletae olim Carthaginis solum apud alios consecratum legimus. Notandum autem est, & Suetonium, & Livium, & saepissime Ciceronem tanquam peculiari nomine campum Stellatem vocare certam agri Campani partem, uti & Silius Italicus lib. IX. *Stellatesque docent campos*; cum tamen campus, si quis recte auctores observet, majus aliquod spatium comprehendat. Ut ager potius pars campi sit: sic enim Virgilius lib. III. Georg. *Si pinguis agros metabere campi.* Sed hoc verum est, cum agrum pro ruris certa parte, quam quis colat, accipimus, non cum cujusque oppidi fines ac territorium significat. Cicero sane II. in Rullum agri nomen utrique accommodat, cum inquit: *ager Campanus ac Stellatis.* TORR. Si verum est, quod Suetonius ait, fuisse campum a majoribus consecratum, putem factum in memoriam inclytae illius victoriae, quam Romani eo in loco de Samnitibus A. U. C. CCCCLIX. Coss. Q. Fabio V. P. Decio IV. retulerunt. Vide Livium libro X. Sed si consecratus hic campus fuit, sequitur, ut ex illo desierit coli, fueritque, ut appellant Graeci, ἱερὰ ὀργὰς, ἄνετα, ἀνέργαστα. Hoc concedere non possumus, quin arguamus M. Tullium ignorantiae, ut recte observatum Turnebo: nunquam enim rem tanti ponderis in tam gravi caussa reticuisset summus orator, nisi penitus hoc illi fuisset incognitum. Nam quod doctissimus Torrentius quasi Ciceronem excusans ait, non omissum id a Tullio, sed desiderari hodie cum aliis, quae ex ejus Agrariis abolevit vetustas: pace illius dixerim, ne refutatione quidem eget. Num enim potuit orator eandem terram existimare eodem tempore & diis consecratam, & usibus hominum expositam? Quin de Stellate campo loquatur ille, tanquam qui coleretur & exerceretur, legenti non erit dubium. Consequens igitur, ut ὀργάδα non esse persuasus fuerit. Quamobrem de hujus campi antiqua conditione quin opinati sint contraria Cicero & Suetonius, non possumus negare. Ceterum utrius vera opinio fuerit, quaerant amplius, qui otio abundant. Equidem ut ar-

bitrer, Ciceronem, cui toties, qua ex negotio, qua in aestivo secessu animi caussa, lustrata Campania, rem ignorasse in tam facili cognitione positam, adduci nequeo: etsi parum ei perspectum fuisse Campani agri modum, quae paullo post dicemus, clare arguunt. CASAUB.

Stellatem] *Stellatum* Harlem. Rom. & pr. Venet. Ed.

Majoribus consecratum] Sic quoque Palatini omnes GRUT. Et ita Codices fere omnes, & priores Edd. praeter Stephanianam, quae praepositionem addidit. Sine dubio dictum pro *a majoribus* ut in Aug. I. *Ara Octavio consecrata*, est ab Octavio, & modo 19. *opera optimatibus data.* Locus vero hic a tot viris doctis vexatus & agitatus, a nemine diligentius mihi tractatus videtur, quam a doctissimo viro Camillo Peregrino, in Campania Felice Diss. II. cap. 33. & 34., qui agrum Campanum & Stellatem campum inter se recte distinguit, & praeterea ostendit Tribum Stellatinam non ab hoc campo, sed ab alio agro in Etruria sito, nomen accepisse. De consecratione vero, de qua scrupulus ingens hic, quia Cicero in agraria sua oratione I. 7. ejus non meminit, injicitur, ita censet: Illam consecrationem non proprie & vere debere capi, sed fuisse creditam opinione vulgi, quia erat pascuus ager, nec arabatur, & ita non videretur taedi aratro, & ideo vulgus credidisse sacrum, ut alii agri immunes ab aratro: quae sententia an satisfacere possit eruditis adhuc dubito: concedo quidem vocem *consecratum* latiore significatu hic sumendam; sed non tam ipsum campum fuisse consecratum, quam ejus possessionem publicam; & majores instituisse ut intactus maneret, nec umquam venderetur, sed ad subsidia reipublicae vectigalis semper relinqueretur. & ideo, *consecratum*, & *ad subsidia reipublicae vectigalem relictum*, unum idemque significare. & aeque Stellati campo atque agro Campano convenire, censeo. ut eodem modo sacri fuerint, quo aerarium sacrum, ex quo pecuniam non depromere licebat, nisi in ultimis Reipublicae necessitatibus. Vide Liv. XXVII. 10. Sic & Tacitus XV. Ann. 45. *egesto auro, quod triumphis, quod votis, omnis Populi Romani aetas, prospere aut in metu sacraverat.* Et hoc intellexit, quicumque ille fuit, qui hic *conservatum* supposuit. Nam ut ex aerario sacro aliquando pecuniam fuisse promptam constat; ita & agri Campani, quia pecunia ad bellum deerat, regionem a fossa Graeca ad mare versum vendere Quaestores jussos, narrat Livius lib. XXVIII. 46. & lib. XXXI. 13. agri publici magnam partem venditam creditoribus reipublicae imposito vectigali, & ea lege, ut si respublica solvendo esset, acciperent pecuniam & redderent agrum, idem memoriae prodit. Rigaltius vero, & eum secutus Obrechtus dissertatione Academica VI. 7. putat *consecratum* hic non opponi profano agro, sed illi, qui sine lege & finitione in absoluto tenetur, & tales agros post adsignationem ex rei agrariae scriptoribus fuisse constat. & ita potius terminos, quam ipsos agros fuisse consecratos. Sed quum hic agatur de agris publicis ante adsignationem & divisionem, explicatio haec minus convenire videtur. Quis enim credat agris publicis non fuisse statutos fines & terminos, quibus circumscribebantur. cum toties legamus cupidos fundorum extendisse privati agri fines, in publicos; & privatos occupasse reipublicae agros, quod hic ostendere longum esset, nec doctior ignorare potest. Praeterea an ager Campanus erat sine lege & finitione, & solus Stellatis consecratus terminis suis? Quod si procedat, omnes etiam privatos agros terminis circumscriptos, posse *consecratos* vocari manifestum est; nam nec illorum termini moveri poterant. *Consecratum* ergo accipere debemus, quia majores constituerant, forte cum exsecrationis & devotionis cujusdam formula, ne umquam venderetur, aut divideretur colonis. quia & ad subsidia reipublicae servari deberet, & metuerent Romani, ne coloni in eum deducti, temporis lapsu in Campanorum veterum mores, luxuriam & superbiam, reipublicae Romanae metuendam, desciscerent. Quod aperte Cicero ostendit, & praecipue I. Agr. 6. *Nam propter agrorum ubertatem abundantiamque omnium rerum, superbiam & crudelitatem genuisse dicitur.* Voluerunt ergo, ut ager vectigalis fruendus daretur colonis, qui nullum civitatis aut reipublicae deinceps corpus facerent, & quae plura ibi Cicero exsequitur, qui hinc Rulli legem exagitat; quod coloniam, eodem jure, quo reliquae erant, deducere volebat, quum majores praefecturam ex Capua fecissent. & ita capiendam esse vocem *consecratum* adparet ex alio loco ejusdem Orationis cap. 2. ubi inter alios agros publicos, quos agrariarum legum auctores vendere vel dividere volebant, memorat *Karthaginem veterem, quam P. Africanus nudatam tectis ac moenibus, sive ad no-*

tam-

reipublicae vectigalem relictum, divisit extra sortem, ad xx. milibus civium, quibus terni

tandam Karthaginiensium calamitatem, sive ad testificandam nostram victoriam, sive ad oblatam religionem, ad aeternam hominum memoriam consecravit: id est cavit, ne umquam urbs restitueretur, ne iterum potentiam pristinam, ex ipso situ adquireret, & Romae timenda evaderet. quum tamen minime verosimile sit, in eo agro nullos fuisse cultores, aut si essent, qui sine lege, aut civitatis specie in casis sparsim habitantes, ita abstinerent ab eo solo, ut a vere consecrato. Nec Cicero hanc consecrationem agri Stellatis, si ut volunt, propria quaedam fuerit, ignorare potuisset, totius reipublicae peritissimus, & in Campania multum diuque versatus, sed eo sensu, quo nos explicamus, consecrationem, id est perpetuam reipublicae possessionem, vindicat passim, hunc agrum vocando, *certissimum caput reipublicae, certissimam, & pulcherrimam possessionem*, quae inutilis foret, si vere consecratus ager fuisset. Metum vero illum, ne colonia renascens reipublicae timenda esset, praecipue ostendit Orat. II. 31. & 32. *Ne altera Roma fieret Capua, & rempublicam transferret in oppidum, in quo nullam rempublicam esse Majores voluerunt.* Aliter haec explicantem de agro Campano vide Manutium ad Cicero I. ad fam. 9. sed nos jam nimii fuimus. Burm.

Agrumque Campanum.] In commemoratione legis Juliae agrariae longe abeunt (quod pauci observarunt) a Latinis scriptoribus Graeci. Sententia horum est: egenae plebi, cujus infinita Romae multitudo fuit, assignatos hac lege agros alios: Campanum vero iis extra sortem divisum, qui tres liberos haberent. Appianus libro II. Ἐμφυλίων, de Caesare: Νόμους ὑπὲρ τῶν πενήτων ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσέφερε, καὶ γῆν αὐτοῖς, διένεμε, καὶ τὴν ἀρίστην αὐτῆς μάλιστα περὶ Καπύην, ἐς τὰ κοινὰ διεμισθοῦτο, τοῖς ὑπὸ πατράσι παίδων τριῶν. Hoc voluit Dio libro XXXVIII. cum scriberet: Ὅ, τε οὖν νόμος οὕτως ἐκυρώθη· καὶ προσέτι καὶ ἡ τῆς Καμπανῶν γῆ τοῖς τρία τε πλείω τε τὰ τέκνα ἔχουσιν, ἐδόθη. *Ita*, inquit, *perlata lex est: & hoc amplius ager Campanus tres pluresve liberos habentibus, divisus.* Extitere, qui Dionem inconstantiae arcesserent: qui hoc loco de agro Campano lege Julia diviso contraria iis scribat, quae initio ejusdem libri narrantur. Non difficilis responsio est: satis enim ab eorum reprehensione vocula unica προσέτι cavit sibi Dio. nam hic loci illius sensus est: legem agrariam, de qua initio libri dixerat, in gratiam egenorum civium cujuscumque generis fuisse perlatam, & insuper divisum agrum Campanum tres liberos habentibus; licet initio, cum lex suaderi coepit, adeo tale nihil expeteretur. Ita Graeci. Latini vero aliam nullam praeter agri Campani & campi Stellatis divisionem agnoscunt. Praeter Suetonium, cujus clara hic verba, Vellejum audiamus II. XLIV. *In hoc consulatu Caesar legem tulit, ut ager Campanus plebi divideretur suasore legis Pompejo. Ita circiter viginti millia civium eo deducta.* Sed quid aliis opus testibus? Ecce unum pro omnibus. Cicero ad Atticum libro II. epistola XVI. *Coenato mihi & jam dormitanti, prid. kal. Maj. epistola est illa reddita, in qua de agro Campano scribis.* Non multo post: *Deinde ut me ego consoler, omnis exspectatio largitionis agrariae in agrum Campanum videtur esse derivata: qui ager, ut dena jugera sint, non amplius hominum quinque millia potest sustinere. Reliqua omnis multitudo ab his alienetur, necesse est.* Expressius nihil dici potuit contra Graecorum sententiam. Mitto alia, quae passim in iisdem epistolis atque alibi hac de re scripsit idem. Casaub.

Extra sortem ac XX. millibus civium.] Sic omnes libri, uno dempto, in quo abest particula *ac*. Quam lecturam recipio. Viginti enim hominum millia, si Appiano credimus, convenerant, tribus pluribusve liberis alimenta poscentium. Inter eos ergo agri divisi sunt. Atqui si conjunctionem retinemus, sensus erit, etiam aliis extra sortem partes aliquas attributas fuisse. Extra sortem vero sic intelligo, ut non sorte ducta, sed XX. virorum arbitrio divisio fieret. Torr. Lego, *ad* XX. Divisit millibus civium ad viginti. Paterculus modo: *Circiter* XX. *millia civium eo deducta.* Parum autem Ciceroni Campani agri modum fuisse cognitum, hinc colligimus: quem enim putabat ille vix suffecturum quinque hominum millibus agrum, sufficit XX. Neque ad rem facit, quod Stellatis campus ad agrum Campanum, de quo ibi loquitur Cicero, fuit adjectus: ea enim exigua appendix fuit prae Campani magnitudine, cujus pars erat. Neque item dici illud potest, non dena, sed pauciora jugera lege Julia fuisse singulis colonis adsignata: cum enim ille modus sit parvus, etiamsi quis liberos non haberet, quis putet breviorem eo adsignatum liberos habentibus?

Pror-

terni plurefve liberi effent. Publicanos remiffionem petentes, tertia mercedum parte relevavit: ac ne in locatione novorum vectigalium immoderatius licerentur, propalam monuit. Cetera item, quae cuique libuiffent, dilargitus eft, contradicente nullo, ac, fi conaretur quis, abfterrito. M. Catonem interpellantem extrahi curia per lictorem, ducique in carcerem juffit. L. Lucullo liberius refiftenti tantum calumniarum metum injecit, ut ad genua ultro fibi accideret. Cicerone in judicio quodam deplorante temporum ftatum, P. Clodium inimicum ejus, fruftra jam pridem a patribus ad plebem tranfire nitentem, eodem die, horaque nona tranfduxit. Po-

Prorfus a Caefaris munificentia aliena haec *μικρολογία* eft. Casaub. Nihil mutant MSS. fed tamen videtur fuiffe *ad viginti*, quomodo etiam placebat Cafaubono. Gruter. *Ac* Codices & editi olim fere omnes, nifi quod abfit haec particula Romanae editioni. *Ad viginti* reperi in Lugdunenfi fola, nam in Stephani clare *ac* legitur. vide Aug. xvi. Burm.

Publicanos remiffionem petentes tertia mercedum parte relevavit.] Mihi videtur Cato fine cauffa propter hanc equitum poftulationem tantum turbarum excitaffe: prorfufque Ciceroni affentior, debuiffe eum mitius & non adeo Stoice cum publicanis agere, nec, ut fecit, ordinem equeftrem a fenatu propterea fejungere. Jure enim hoc ufi equites, quum, vaftata per Mithridatem Afia remiffionem & *ἰνδουλγεντίαν* petierunt, hoc eft, parte mercedum relevari. More majorum licuit illis hoc facere: faepiufque Romae factum. Fuit autem haec poteftas non confulis, fed fenatus. Docet Polybius libro vi. ubi de locationibus cenforum locutus, fubjicit: Ἔχει δὲ περὶ πάντων τῶν προειρημένων τὴν κυρίαν τὸ συνέδριον· καὶ γὰρ χρόνον δοῦναι, καὶ συμπτώματος γενομένου κουφίσαι, καὶ τὸ παράπαν, ἀδυνάτου τινὸς συμβάντος, ἀπολῦσαι τῆς ἐργωνίας. Propterea in lege cenforia adfcriptum: *Si qui frui publico publicanus non poffet, ne ei fraudi id effet* quod Cicero appellat, *legi lege cenforia*, in ea de provinciis confularibus. Casaub. *Relevabit* Exc. Voff. De publicanis fatis conftat, & narrat Appianus lib. ii. de bell. Civ. p. 435. fed idem lib. v pag. 673. in Oratione Antonii oftendit, ipfos etiam Afiaticos, quibus Romani, poftquam ex teftamento Attali Afiam confecuti effent, impofuerant onera, levatos tertia parte vectigalis per Caefarem. Burm.

Licitarentur.] Libri duo *licerentur*. Paulus J. C. ix. De public. & vectig. *Locatio vectigalium, quae calor licitantis ultra modum folitae conductionis inflavit*, &c. Idem leg. xxix. Fam. ercif. *Si objiciatur creditori, quod animofe licitus eft.* Torr. *Licitarentur* fere Codices & editi olim, nifi quod *licerentur* Exc. Voff. Cujac. Edd. Venet. pr. & Lugd. *ducerentur* Copef. Hulf. Harlem. Codd. & Edit. Rom.

Libuiffent] Ut, *non te haec pudent*. Erasm.

M. Catonem.] Vide Gellium, lib. iii. cap. x. Nobilis autem tunc illa audita M. Petreji Catonem e curia in carcerem fequentis vox. Objurgatus enim a Caefare, quod nondum dimiffo fenatu difcederet, Mallem (inquit) cum Catone effe in carcere, quam hic cum Caefare. Dion initio libri xxxviii. ubi pleniffime de hac lege agraria. Torr.

Accideret.] Liber Ferrarienfis *accederet*, & mox pro *eodem die*, *eo denique die*. Legerim, *eodemque die*. Nota hiftoria ex oratione pro domo. Adde Dionem. *Tranfduxit* etiam pro *traduxit* habent duo optimi codices. recte. Illud tamen *accederet*, non placet: nam *accidere ad pedes* Cicero dixit epift. ad Atticum; & in Vatinium, *ad aures tuas accidat*. ubi in vulgatis eft *accedat*. Neque aliter Plautus, *Sonus aures accidit*. Torr. Vitiofe multi codices & prius editi *accederet*, Bafilienfes vero *accideret*, quos deinceps alii fecuti & recte. nota jam etiam tyronibus locutione. *eodemque die* Copes. Burm.

Cicerone in judicio quodam deplorante temporum ftatum.] *Deplorante*, hoc eft, cum deploraffet, ὀλοφυραμένου, non ὀλοφυρομένου. Non enim Cicerone orante factum, fed trium faltem horarum intervallo, ut teftatur ipfe in oratione pro Domo fua ad pontifices, cap. 16. Sic apud Terentium Phorm. v. i. 31. *Offendi advenients*, hoc eft, ἐλθὼν, non ἐρχόμενος. apud *Virgilium* (ii. Georg. 6. fed ibi *nemus linquens*) *ipfe domum linquens*, quod femper Graeci λιπὼν, ut recte obfervatum Donato in Phormionem, & Prifciano extremo libro xii. in fine. Contra in paffivis: nam praeteritum neceffario ufurpant Latini praefentis loco,

Postremo in universos diversae factionis induxit Vettium praemiis, ut se de inferenda Pompejo nece sollicitatum a quibusdam profiteretur, productusque pro Rostris auctores ex compacto nominaret: sed uno atque altero frustra, nec sine suspicione fraudis, nominatis, desperans tam praecipitis consilii eventum, intercepisse veneno indicem creditur. Sub idem tempus Calpurniam L. Pisonis filiam, 21 suc-

co, ut Virg. I. Georg. 206. *Ventosa per aequora vectis*, hoc est, ὀχυμένοις: non autem ὀχυρωμένοις. CASAUB.

Inductum praemiis.] Indicem hunc L. Vettium vocant Dion & Appianus, interpretes Vectium, male; quod sup. monuimus. Quanquam dubitari posset, an idem iste Vettius fuerit, qui & conjurationis Catilinae index: neque enim Caesar homini a se male multato tantam rem credidisset, & illum priorem equitem alicubi vocat Dion, hunc vero plebejum Appianus. Ut tamen eundem credam, non solum nominis ratio me inducit, sed & Ciceronis ad Atticum verba lib. II. epist. XXIV. *Vettius, ille ille noster index*, id est, quo antea usi sumus. Poterat autem homo sceleratus hoc officio placare Caesarem. Graeci non satis consentiunt hic cum Suetonio. Vide orat. in Vatinium. TORR. Locus est, ut videtur, mendosus, & ita fortasse corrigendus: *Postremo in universos diversae factionis induxit Vettium praemiis* &c. URSIN. Omnes veteres codices hic corrupti: emendatio ex Cicerone & historicis in promptu. Legebam, *Judex inductus*, vel *index inductus*, aut simpliciter *inductus*: sed praefero lectionem, quam ex scripto codice magni Cujacii communicavit clarissimus amicissimusque Lectius, *induxit Vettium*, atque ita edi oportuit. De re & tota hac historia lege epistolam Ciceronis XXIV. e lib. II. ad Atticum. CASAUB. Nihil hic juvant membranae nostrae, forsan verbum unum periit ob similitudinem litterarum, quae ei erat cum sequenti, fuitque, *index inductus praemiis*, quod & in mentem venit Casaubono, cujus animadversiones consulendae. GRUTER. *Inductum praemiis* omisso nomine *Vettii* nostri codices, & editiones priores fereomnes. *induxit Vettium* Lipsius. *induxit praemiis ut se* Barthii membranae. *induxit praemiis, qui se* Steph. quod tolerabilius, ut subintelligatur *aliquem*, quem induxit. Jac. Gronovius vulgatum, *inductum praemiis ut se*, tuetur, ex Cod. Memmiano. Sed an poterit hic omitti nomen *Vettii*, qui index fuit in hac re, ut ex Cicerone & aliis probarunt viri docti? cum ex vulgata lectione Clodius, qui praecessit, sit intelligendus. BURM.

De inferenda Pompejo nece.] Cur tacuit de Caesare? nam ita dixit ille falsus index. Dio lib. XXXVIII. CASAUB.

Ex compacto nominaret: Glossae veteres: *Compactum facit*, συνδιάζει. Graeci posteriores συνδυάζειν (pro quo saepe scriptum offendas συνδιάζειν) dixerunt, consentire alicui in fraudem alterius, hoc est, colludere. Alibi Glossae: Συνδυασμὸς, *collusio*. Justinianus Novella CXXX. Τινὲς τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν συνδυαζόμενοι πολλάκις τοῖς διασώζουσι τὸ ἡμέτερον στράτευμα, μὴ ἐπιτηδείους τὰς ἀννώνας: *quidam e praesidibus provinciarum colludunt cum deductoribus nostri exercitus, ne parentur commeatus.* Idem alibi vocat & συμπαιγνίαν, latinissans, ut saepe. Apud Livium, *compacto & communi fraude* junguntur, ut [illegible]. CASAUB. Ex *Comparacto* Harlem.

Sed uno atque altero.] Mallem abesse dictionem *sed.* turbat enim sensum orationis, alias ob tot periodos satis difficilem. TORR.

Uno atque altero nominatis.] Dio auctores hujus conspirationis facit Ciceronem & Lucullum. Narrat autem non ut mimum a Caesare fictum, sed tanquam rem gestam, nefarii hujus consilii cupidissime Ciceronem reum peragens. Apage istam fatuam & falsam sententiam. Sed hoc perpetuo in illo scriptore observare licet, semper cum Romanis hominibus, quos ingenium & eruditio fecit illustres, obtrectare. Hinc illa, de Cicerone praesertim & Seneca, tam multa non minus falsa, quam ipsis parum honesta. CASAUB.

Intercepisse veneno indicem creditur.] Quidam codd. *Judicem* pro *indicem*, quod Vettii cognomen fuisse, ante dictum. Eum noctu in carcere fuisse exstinctum tradunt historici. CASAUB. Hujusmodi flagitia minime nova, exemplis aliquot ostendimus ad illa Taciti, *nec illum sponte exstinctum, verum immisso percussore* lib. II. Annal. 16. GRUTER. In sola Lugdunensi *judicem* vidi. Cervices ei fractas dicit Cicer. Orat. in Vatin. cap. XI. BURM.

fuccefturi fibi in confulatu, duxit uxorem: fuamque Juliam Cn. Pompejo collocavit, repudiato priore fponfo Servilio Caepione, cujus vel praecipua opera paullo ante Bibulum impugnaverat. Ac poft novam adfinitatem, Pompejum primum rogare fententiam coepit, quum Craffum foleret: effetque confuetudo, ut quem ordinem interrogandi fententias conful Kalendis Januariis inftituiffet, eum toto anno confer- 22 varet. Socero igitur generoque fuffragantibus, ex omni provinciarum copia Galliam potiffimum elegit, cujus emolumento & opportunitate idonea fit materia triumpho-

Calpurniam] *Calphurniam* Periz. Copef. Ex. Voff. & editi multi, follemni varietate.

In confulatu] In *confulatum* Copef. fed vulgata firmatur cap. XXIX. ubi tamen eadem diverfitas. Liv. XXXI. 3. de Hannibale. ut *adfuefceret militiae, atque in paternas fuccederet opes.* BURM.

Suamque Juliam] *Filiamque Juliam* Cujac. Cod.

21. *Servilio Caepione.*] Cui Pompeji filiam fpopondit, pactam antea Faufto Syllae filio, nequicquam vociferante Catone nuptiarum lenociniis prodi remp. Vide Plutarch. fi lubet, & Dionem, & mox cap. XXVII. TORR.

Primum rogare fententiam] Vide Gellium lib. IV. cap. X. & lib. XIV. cap. VII. infr. Aug. cap. XXXV. in fine. TORR. Nempe in fenatu. Mirum igitur, qui fcribat Appianus, toto Caefaris confulatu nullum habitum poft primas illius cum Bibulo contentiones. Sic enim ait: Βυλλῶ μὲν ὑκέτι σπουδὴν ὑπὸ τὸ ἔτος ὅλον· ὑπὸ δὲ τῶν ἐμβόλων ἐδημηγόρει. Non celabo cod. Viterb. lectionem corruptam, *Pomp. pr. rog. fententiam dicereque coepit.* Videamus, nequid hic lateat: quod equidem divinare non poffum. CASAUB. An *dicereque coegit*, ut modeftia excufantem hunc honorem recipere, eo ufque urfiffet, Caefar, donec cogeretur. BURM.

Craffum foleret:] Barthii Cod. *fileret*, qui aliquid vitii latere credit. Sed idem ad Calpur. Eclog. IV. 151. *folere* ita abfolute poni notaverat. & exempla fexcenta ad manum funt. intellige ergo, *Craffum rogare foleret.* Virg. I. Aen. 729. *implevitque mero pateram, quam Belus & omnes A Belo foliti.* fcilicet, *ebibere.* Terent. And. II. II. 48. *fic foleo amicos.* BURM.

Eum toto anno confervaret] Viterb. lib. *obfervaret.* Accipe autem *toto anno* pro tota parte anni, qua confules defignati nulli erant: nam confularibus comitiis peractis, quin mutanda ratio effet, & is honos Coss. defignatis habendus, non ambigo. At docti viri aliter accipiunt haec verba, & multum hic aeftuant. CASAUB. Etiam Palat. pr. *Obfervaret.* GRUT. *Obfervaret.* GUJET.

22. *Cujus emolumento & opportunitate idonea fit materia triumphorum.*] Forte fcribendum: *cujus emolumenta & opportunitates, idonea fint materia triumphorum.* CASAUB. Sententiae nihil difcederet, fi abjectis vocibus duabus, refcriberetur, *elegit: emolumento & opportunitate idoneam materiam triumphorum.* & alioqui *cujus* non poteft referri ad *Gallias*, nec ad *provinciam*, quae praeceflerunt. meliores quoque MSS. duo habent, *fit*, loco *fit.* GRUTER. Video, quid ὁ πάνυ. Saltem *effent* ἀντὶ τῦ *fint.* Nos rotundius: *Gallias potiffimum elegit, tunc & emolumento & opportunitate idoneas materiae triumphorum. Emolumentum* fignificat copias ubertatemque terrarum: *opportunitas* tempus, res tumentes Helvetiorum ex Ariovifti motu. Conjungit eadem Cic. III. in Verr. *Omnem utilitatem opportunitatemque provinciae.* Tib. XVII. *Cui gloriae amplior adhuc ex opportunitate cumulus acceffit.* Liv. lib. X. *Nec populo Romano magna folum, fed peropportuna ea victoria fuit, quia per idem tempus rebellare Etrufcos allatum eft.* Cic. ad Pompejum lib. VIII. ad Atticum: *Si tenendam hanc oram putas, quae & opportunitatem & dignitatem habet,* GRONOV. *Eligit* Periz. Cod. & Ed. Steph. Varia tentant viri docti, fed nec Gruteri, nec Cafauboni, nec patris fui correctionibus adquiefcit Jac. Gronovius, & edidit, *cuivis emolumento & opportunitate idoneas, & materia triumphorum*; quam lectionem tam praeclaram jactat, ut vel ideo gratam fore editionem fuam auguretur. vellem autem hanc emendationem illuftraffet nota uberiori. nam conftructio turbatiffima, nec ex Suetonii more elegans & clara adparet, obfcurior vero exit fententia. certe ego, qui meus eft ftupor, non capio. *Cujus* fubfiftere non poffe puto recte animadvertiffe interpretes, nifi legatur *Galliam*, quod reftituendum foret. quia initio tantum una Gallia fuit Cifalpina petenti data, deinde adje-

phorum. Et initio quidem Galliam Cisalpinam, Illyrico adjecto, lege Vatinia accepit: mox per senatum, Comatam quoque: veritis patribus, ne si ipsi negassent, populus & hanc daret. Quo gaudio elatus, non temperavit, quin paucos post dies frequenti curia jactaret, invitis & gementibus adversariis adeptum se quae concupisset: proinde ex eo insultaturum omnium capitibus: ac negante quodam per contumeliam, *Facile hoc ulli feminae fore*, responderit, quasi adludens, *in Assyria quoque*

adjecta demum Comata. Vafer enim Caesar modeste petebat, ne ejus molitiones apparerent, quae latent in verbis hujus periodi. legerem ergo: *Galliam elegit, in cujus emolumento & opportunitate idonea sit materia triumphorum. Sit* alii Codices, etiam Copes. *Emolumentum* vero hic non tam de lucro, opibus aut praeda interpretarer, quam ut ad Vellej. Pater. I. 17. & II. 165. explicui, de rei magnae & difficilis molitione & perfectione: si enim Galliam, cujus minima pars trans Alpes in provinciae formam redacta erat, totam posset pacare, inde certissima materies triumphorum. *Opportunitas* vero ejus situs erat, quod proxima Italiae erat, cui Caesar exercitum habens imminebat, & ut eventus docuit, inde in Italiam facillimus ipsi erat transitus, & certa de inimicis inermibus victoria. Decepit enim astutus Caesar Pompejum in hac provinciarum electione, quum Pompejus crederet se, si Hispanias per legatos haberet, & ipse Romae manens, in Senatu dominaretur, posse sola nominis sui auctoritate, dignitatem tueri. Sed Caesar armari & exercitum semper in finibus Italiae paratum habere malebat. Si quis meliora de difficili hoc loco adferre poterit lubentes sententiae ejus accedemus. Certe si *Gallias* servetur, *cujus* servari non posse credo. nec cum Sanctio lib. II. cap. 9. & Cl. Perizonio tolli hunc nodum puto, si capias *Gallias*, sc. *provinciam, cujus emolumento:* nec in exemplis productis video ullum huic simile. Refutavit etiam Gronovii emendationem acriter Cl. Periz. in Respons. ad nuperam notitiam de morte Judae pag. 26. qui explicat Caesarem non tam emolumentum quaesisse, quam materiam triumphorum, quae sita erat in provinciae illius *emolumento*, hoc est opibus, & *opportunitate* sc. bellandi. Sed nec hoc placet, & haesit vir doctissimus in vulgata significatione vocis *emolumenti*. Si vero *Gallias* de duabus provinciis, quarum mox mentio, *Cisalpina & Comata*, capiamus, non potest subjungi *cujus*. nam *Thebae quae dicitur* & similia, non duas urbes, sed unam plurali numero enuntiatam, indicant, & ita in reliquis. immo quocumque modo legatur, praepositionem tamen *ex*, vel *in* desiderari ad sententiae perspicuitatem puto, quae obscurior erit, si omittatur, licet de eo pugnare nolim, cum per ellipsin subaudiri queat. audacior criticus reponeret fortasse, *cujus emolumentum & opportunitas, idonea sit materia triumphorum. & inq. Cisalpinam.* sed abstineo manum &c. BURM.

22. *Lege Vatinia.*] Extra sortem scilicet, & sine decreto senatus, idque contra legem Semproniam de provinciis, qua inter alia cavebatur, ut quotannis provinciae decernerentur. Cicero ad Lentulum epist. VII. & orat. pro Balbo, pro domo sua, & de provinciis consul. TORR.

Insultaturum.] An *inlusurum*? i. e. omnes irrumaturum: μοιχοφοριῶ Catullus passim. GUJET. Nihil mutandum; nam & Lipsius codici adscripsit, ita *inequitare* Arnobio & *equitare* Ciceroni IV. Verr. 20. dici. recte: haec enim verba in idem cadunt. Nam & Virgil. III. Georg. 117. *insultare solo* dixit de equitibus, qui & XI. 600. *insultans sonipes:* & ita *insultare capiti* idem VIII. 570. vide comment. ad Petron. cap. XX. *ita insultare juvenibus* Mart. V. 32. & infiniti alii, pro tergo insidere & saliendo vexare. BURM.

Facile.] Ne dum viro. GUJET.

Ulli foeminae fore.] Caesare jactante insultaturum se omnium capitibus, alter (quisquis ille fuit) ad obscoenum sensum trahens, negabat, facile hoc ulli feminae fore, impudicitiam ei exprobrans: ob ea quae de Nicomede vulgo ferebantur. At Caesar de imperio se locutum ostendens, Semiramidis & Amazonum exemplo eum refellit. Inf. Tib. cap. XLV. *Feminarum, & quidem illustrium, capitibus quantopere solitus sit illudere*, &c. Quae loquendi ratio me adducit, ut obscoeni aliquid subesse putem: offensi enim iis, quos contemnebant, contumeliae causa tale aliquid minabantur, ut Catullus non semel. Neque a-

que regnasse Semiramin, magnamque Asiae partem Amazonas tenuisse quondam. Fun-
23 ctus consulatu, C. Memmio Lucioque Domitio praetoribus, de superioris anni a-
ctis referentibus, cognitionem senatui detulit: nec illo suscipiente, triduoque per
irri-

liter intelligi poterit Senecae locus de foedissimo Mam. Scauri convicio lib. De benef. IV. cap. XXXI. TORR.

Responderit.] *Respondit* Periz. Harlem. Edd. Venetae, Bonon. Juntae Lug. Ald. Steph. & aliae: parum refert, nam & possunt jungi *non temperavit*, & *respondit*, vel *quum jactaret* & *responderit*. BURM.

Quasi alludens.] Quasi per lusum ac jocum: non enim *alludere* hic interpretor ἀινίττεσθαι, sed ἀστεΐζεσθαι. CASAUB. *Alludens* est quasi ridens, subridens; & opponitur praecedenti *per contumeliam:* alter enim animo contumelioso & laedendi proposito, emiserat in eum aculeatum dictum, cui Caesar, per jocum, & vultu ad risum composito, respondet. & ita *per contumeliam* dictum pro contumeliose, ut supr. cap. IV. & XX. *per jocum* pro jocose; & *per contumeliam* Vesp. cap. II. & alibi. vide quae de verbo *alludere* notavimus ad Phaedr. III. 19. BURM.

In Assyria.] Vatican. & Tornacens. *in Suria.* TORR. Turonensis *in Suria*, vel ut postea emendatum, *in Syria.* non multum interest, utro modo legatur. Assyriae tamen reginam Semiramin potius, quam Syriae dici observamus. Recte autem Caesar Semiramin & Amazonas conjungit: nam & illa erat stirpe Amazonica. quod, quum ab Herodoto & aliis historicis praetermissum, Critici Graecorum ita produnt: Κάϋστρός ἐστιν υἱὸς Πενθεσιλείας τῆς Ἀμαζόνος, ὃς ἐν Ἀσκαλῶνι ἔγημε τὴν Δερκετώ, καὶ ἐξ αὐτῆς ἔσχε τὴν Σεμίραμιν, ἥτις καὶ τὰ Βαβυλώνια τείχη κατεσκεύασε. CASAUB. *Syria* etiam Copes.

Semiramin] *Semiramem* Cujac. Ex. Voss. & Ed. Venet. pr. *Semiramin*, cod. Memm. Rom. Lugd. Junt. Steph.

Magnamque Asiæ partem Amazonas tenuisse quondam.] Asiam cape minorem; non illam, quae τῆς οἰκουμένης pars tertia est habita: nam si hanc respicias, falsum erit, quod Caesar dicit. Quin etiam jure queat aliquis mirari, cur Asiam potius quam Europam nominarit, quum plura multo in hac, quam in Asia tenuerint. Itaque Justini verba sunt haec lib. II. *Majore parte Europæ subacta, Asiæ quoque nonnullas civitates occupavere.* ut omittam de Africa, quae prima illarum sedes. CASAUB.

Quondam] Deest haec vox Ed. Venet. pr. nec video quid opus hac periodi cauda, quam adfixisse grammaticum quemdam credo: *Amazones* etiam Copes. & Edd. Venet. pr. Juni. Lugd. Steph. & aliae. BURM.

C. Memmio, Lucioque Domitio praetoribus.] De Domitio sic Sueton. Ner. cap. II. *Prætor Caesarem abeuntem consulatu, quem adversus leges auspiciaque gessisse existimabatur, ad disquisitionem senatus vocavit. Ad disquisitionem senatus* dixit, ut sup. cap. XV. *ad disquisitionem populi.* Hic *cognitionem* vocat. De C. Memmio inf. cap. XLIX. & LXXIII. TORR. Est autem *cognitio*, ait Scipio Gentilis I. d. Jurisd. 33. *extraordinaria Magistratus, vel Principis, de aliqua re graviori notio & judicatio.* Sed id vix videtur procedere, quod dixerit esse notionem *de re aliqua graviori*, quoniam est etiam de re pecuniaria non magna, veluti de mercedibus, quae praeceptoribus studiorum liberalium debentur. Imo & de nutritiis & iis, quae in alimoniam infantum impenduntur, ut liquet ex l. 1. & l. 4. ff. de extr. cogn. Rectius itaque dixisset, *vel de re aliqua graviori, vel ea quæ aliquo favore sit prosequenda.* Ut sane sunt mercedes praeceptorum, & infantium impendia. Tum enim is, qui jurisdictioni praeest, judicem non dat, sed ipse cognoscit. De quibus exactius judicium ferri posset, si veterum *de cognitionibus* libros haberemus. Nam Paulus de iis librum scripsit singularem, Callistratus autem sex, ut ex variarum legum inscriptionibus liquet. GOESIUS. *Cognitione* Harlemensis. *de superioribus* Ex. Vossii.

Nec illo suscipiente.] Quia in Urbe cognitiones vulgo ad praetores pertinebant, in provinciis ad praesides, ut liquet ex l. 1. §. 14. ff. de extr. cogn. GOESIUS.

Triduoque per irritas altercationes absumpto in provinciam abiit.] Causam subitae profectionis accurate explicat Caesar initio Commentariorum cap. VII. nam huc pertinent illa verba: *Caesari quum id nuntiatum esset, eos per provinciam nostram iter facere conari, maturat ab urbe proficisci; & quam maximis itineribus potest in Galliam ulteriorem contendit, & ad Genevam pervenit.* Cicer.
post

irritas altercationes absumto, in provinciam abiit: & statim quaestor ejus in praejudicium aliquot criminibus adreptus est. Mox & ipse a L. Antistio tribuno plebis postulatus, adpellato demum collegio, obtinuit, quum reipublicae caussa abesset, reus ne fieret. Ad securitatem ergo posteri temporis, in magno negotio habuit obligare sem-

post red. in sen. XIII. dicit haesisse Caesarem ad urbem, donec Ciceroni exilium irrogatum esse sciret. vid. ibi notas. BURM.

In praejudicium.] Quaestore enim damnato, de Caesare idem sperari poterat, ob parem utriusque causam. praejudicium enim vocabant, quod veluti exemplum esset, ad quod causa subsequens decideretur. TORR. Vellem dictum planius: nunc enim anceps oratio: tam enim possumus de quaestore Caesaris accipere, qui euntem in provinciam erat comitaturus, quam de eo qui fuit eidem consuli quaestor. Hoc melius, nisi fallor. Non enim fit mihi verisimile, post abitum Caesaris remansisse in urbe ejus tum quaestorem. Consulibus autem suos fuisse quaestores, clarum ex Livii libro quarto, Dionis XLVII. CASAUB. Quae praecesserunt, quae statim sequentur, non permittunt isthaec accipi de alio quaestore, quam quo usus Caesar in consulatu, ut aliis exemplis palam feci ad Livii lib. XXX. c. 39. f. *pecuniam ex aerario scribere, viatoresque aedilitii clam egessisse per indicem comperti, non sine infamia Luculli Aedilis.* GRUT. Barthius ex suis profert, *in praejudicium aliquod, criminibus arreptus est*, ex qua lectione aliam sententiam oriri putat. sed ego non intelligo, nec apte dici puto, *criminibus arripere* simpliciter, quum *aliquot criminibus arreptus*, sit multis & variis accusatus; *in praejudicium*, vero sufficit simpliciter, id est eo fine, ut quaestore illo damnato, deinde eorundem criminum socius & auctor accusatus damnaretur, ut recte Torrentius. BURM.

Aliquot criminibus arreptus.] Tornac. *aliquot de criminibus.* Cicero pro Cluentio, *arrepti subito ad quaestionem:* & pro Milone, *arreptus in quaestionem:* Verbum elegans, & quod aviditatem accusatoris exprimit. TORR. Libro septimo in Vitellio cap. II.: *Ac post praeturae honorem, inter Sejani conscios arreptus est.* Livius libro tertio cap. 58.: *Priusquam praedicta dies adesset, Appius sibi mortem conscivit. Subinde arreptus a P. Numitorio, Sp. Oppius invidiae proximus.* CASAUB.

Collegio,] Tribunorum scilicet. GUJET.

Obtinuit, quum reipublicae caussa abesset, reus ne fieret.] Lege Memmia id cautum. Valerius lib. III. cap. VII. *M. Antonius quaestor proficiscens in Asiam, Brundusium jam pervenerat: ubi literis certior factus incaesti se postulatum apud L. Cassium praetorem, cujus tribunal propter nimiam severitatem scopulus reorum dicebatur: cum id vitare beneficio legis Memmiae liceret, quae eorum qui reip. caussa abessent, recipi nomina vetabat, in Urbem tamen recurrit.* CASAUB. *Reus ne fieret*, ex legibus & instituto majorum, quibus absentem reum, multo minus reipb. caussa si abesset, facere vetabatur. de quo argumento vide Herald. de Auctor. rer. Judic. lib. I. cap. 10. Unica tamen erat exceptio, si detrectandi judicii caussa viderent abesse, quare Caesar obligavit magistratus, ut eam discuterent, & propugnarent absentiam suam. BURM.

In magno negotio habuit obligare.] Pro, magnum negotium habuit in obligandis, ut *negotium habere in re aliqua* Cic. fam. lib. V. epist. VI. Nisi *in magno negotio habere* interpretemur, magni negotii loco habere, ut Virg. V. Aeneid. 537.

- - - in magno munere Cisseus
Ferre sui dederat monumentum & pignus amoris. TORR.

Non displiceret, *in magno habuit*, si per codices liceret hic consentientes. Sic apud Dionem & Aelianum, ἐν μεγάλῳ τίθεσθαι, & ἐν ἐλαφρῷ ποιεῖσθαι, aliaque apud Graecos. Tacitus II. Hist. 21. *Quocunque casu occiderat, dum atrociora metuebantur, in levi habitum.* At apud Arnobium pro ποιεῖσθαι περὶ πολλοῦ, legas, *in magnis ponderibus ducere.* CASAUB. *in magno negotio habuit* & nostri tres. GRUT. Τὸ *negotio* gloss. videtur, ἐν μεγάλῳ ἔργῳ. GUJET. Nihil variant codices, & editi, quare vix sequaces invenit Casaubonus, qui *negotio* abesse malebat. Sensus est, hoc sibi, solum negotium datum esse credidit, ut Terentius ait, prol. Andr. laboravit in eo praecipue. Sic Senec. Ep. XC. *Tecta tegumentaque & fomenta corporum, & cibi, & quae nunc ingens negotium facta sunt, obvia erant & gratuita, & levi opera parabilia.*

ſemper annuos magiſtratus, & e petitoribus, non alios adjuvare, aut ad honorem pati pervenire, quam qui ſibi recepiſſent propugnaturos abſentiam ſuam: cujus pa-24cti non dubitavit a quibuſdam jusjurandum atque etiam ſyngrapham exigere. Sed quum

Male credo lexicographos explicare magno negotio ſe credidit functum. melius Torrentius. vid. Gron. II. Obſ. 24. ſimili fere locutione Livius XL. 4. *ſuum ſororiſque filios in eadem habebat cura.* Salluſt. Jug. LXXIX. *quae res eos, in magno bello inter ſe habuit*, paullo quidem alio ſenſu. BURM.

E competitoribus.] Libri Mss. quatuor *petitoribus* habent. Horat. lib. III. Od. I.

- - - hic generoſior
Deſcendat in campum petitor,
Moribus hic meliorque fama.

JCtis & Ciceroni *petitor* actorem ſignificat, & opponitur reo. At veteres pro candidato uſos fuiſſe Scipionis Aemiliani apud Macrobium verba oſtendunt: *Ductus ſum in ludum ſaltatorium. Plus (me Dius Fidius) in eo ludo vidi pueris virginibuſque quingentis. In his unum, quo me maxime reip. miſeritum eſt, puerum bullatum, petitoris filium.* id eſt, candidati, ut exponit ipſe Macrobius lib. III. Saturn. cap. XIV. Uſus & Pacatus paneg. Theodoſii: *Priſcorum daritia ducum, caſtitate pontificum, conſulum moderatione, petitorum comitate viventem.* TORR. Turonenſis codex & Liſſaei, *petitoribus.* Iidem *recepiſſent*, non *pepigiſſent.* CASAUB. *E petitoribus*, noſtri ſcripti, ſic fere aliorum: prius editum erat, *competitoribus.* GRUTER. *Petitoribus* Ex. Voſ. & Cujac. in Rom. Ed. vitio operarum eſt *petioribus*, pro *petitoribus.* reliquae fere omnes *competitoribus*, perperam: non enim ſuos competitores, ſed candidatos alios qui ſe ipſi addixiſſent, adjuvit. Vid. Gronov. II. Obſ. 24. ubi & de τῷ *recipere* agit. BURM.

Qui ſibi pepigiſſent.] Vatic. & Torn. *recepiſſent.* recte. Verbum elegans, & quod plus quam promittere ſignificet, aut ſpondere. Exempla apud Cic. paſſim obvia. Dictio autem *ſibi* Caeſarem notat. Sic Cic. *Id tu mihi recepiſti.* TORR. Illud aliorum *recepiſſent* viſitur etiam a manu prima in Palat. pr. ſed deinde mutatum a recentioribus. GRUTER. Noſtri ſcripti & editi *pepigiſſent* ſed Exc. Cujac. *recepiſſent.* in Lugd. *pepegiſſent* quod oſtendit principium mutandae lectionis: recte autem Torrentius notat *ſibi* notare Caeſarem: nam ambigua eſt locutio, cum *ſibi* & *in ſe recipere* dicatur ſaepe ille, qui aliquid ſuſcipit faciendum, & promittit; Cicer. I. ad fam. 9. *quod ſibi is de me recepiſſet, in memoriam redegit.* & aliis etiam *recipere* dicimur, cum promittimus, ut Cicer. X. ad fam. 21. *omnia ei petenti recepi, & ultro pollicitus ſum.* Neſcio vero an ſemper obſervata fuerit illa differentia inter *recipere* & *ſuſcipere*, ut illud de levioribus, hoc de gravioribus negotiis dicatur, ut notat ad illa Ciceronis II. de Orat. 24. *In quo eſt illa quidem magna offenſio vel negligentiae, ſuſceptis rebus, vel perfidiae, receptis*, Strebaeus. cum potius *recipere*, fidem & promiſſam ſancte operam innuat, *ſuſcipere* tantum quocumque modo operam polliceri indicet. & hinc *recipere* eſt plus quam *confirmare*, apud Cicer. VI. ad fam. 12. *Panſa non ſolum confirmavit, ſed enim etiam recepit, perceleriter ſe ablaturum diploma.* & hinc noſter addit *jusjurandum* & *ſyngrapham*, ut pignus fidei a quibuſdam exactam; ſuſceptor, niſi exſequatur, temeritatis, negligentiae, receptor perfidiae reus eſt. BURM.

Syngrapham.] Tornacenſ. *ſyngraphum*, ut chirographum ſup. cap. XVII. Cicero ſemper *ſyngrapham* vocat. TORR. Prima editio *ſyngraphum*, ut aliquoties apud Plautum. Viterbienſis codex *chirographum.* Sic libro quarto, ubi aliud habetur depectionis contra bonos mores exemplum: *De qua re & jurejurando & chirographo cavit.* & libro ultimo in Domitiani vita: *Chirographum ejus conſervaſſe, & nonnunquam protuliſſe, noctem ſibi pollicentes.* De hujuſmodi contractibus lex Juliani Imp. exſtat in libris Juris civilis Rom. CASAUB. *Syngrapham* Palat. tert. nam ſecundus *ſyngraphum*, at pr. *chirographum.* GRUT. *Syngraphum* etiam Copeſ. Cod. & Ed. Rom. & ita olim lectum fuiſſe, didici ex vocabulario Neſtoris, qui ex hoc Suetonii loco probat dictum fuiſſe neutro genere *ſyngraphum.* & citat *ſyngrapha exigere.* reperit ſine dubio *ſyngraphā*, pro *ſyngrapham*, ut ſaepe in codicibus & primis editionibus. Sed & *ſyngraphus*, ut putant, dicitur. errat vero quum, ut adjectivum trium generum faciat. pro maſculino adduci ſolet Plauti locus ex Aſinaria IV. I. I. *quem conſcripſiſti ſyngraphum*, quem ſuſpectum habet Steph. de abuſu Ling. Graecae pag. 18. vid. comm. ad Cicer.

quum L. Domitius consulatus candidatus palam minaretur, consulem se effecturum quod praetor nequisset, ademturumque ei exercitus, Crassum Pompejumque in urbem provinciae suae Lucam extractos compulit, ut detrudendi Domitii caussa consulatum alterum peterent: & ut in quinquennium sibi imperium prorogaretur: perfecitque utrumque. Qua fiducia ad legiones, quas a republica acceperat, alias privato sumptu

Cicer. I. in Verr. 36. occurrit & masculino genere apud eumdem Plaut. Capt. II. III. 90. sed *syngrapha* Asin. II. III. 85. BURM.

Consulatus candidatus] *Consularis* Periz. Cod. Edd. Rom. Venet. pr. *Consulatu* Ex. Voss.

24. *Urbem provinciae suae Lucam.*] Ergo *Lucam* Galliae Cisalpinae attribuit Suetonius, Etruriae Plinius III. 5. Vide Strabonem. lib. V. TORR. Caesar ex S. C. utramque Galliam cum Illyrico acceperat: Luca vero cum Liguriae urbs sit, ut Pomponius Mela docet, & Liguria pars Galliae, ut Lucanus cecinit lib. I. 344.

Et nunc tonse Ligur, quondam per candida colla

Crinibus effusis toti praelate comatae.

recte Suetonius Lucam provinciae Caesaris urbem dixit. quae nihilominus, quod Apennini radicibus propinqua est, poterat ob vicinitatem ad Liguriae conventus & jurisdictionem pertinere. URSIN. Plinius tamen lib. III. 5. Etruriae facit oppidum. BERNECCERUS.

Alterum peterent:] In Exc. Voss. & Memmiano *peteret:* & adnotatum in hoc a Salmasio, forte *alter eorum peteret*, esse testatur Graevius & Jac. Gronov. sed cum uterque fuerint iterum Consules A. DCCLVIIII. nihil movendum, in Periz. & Copes. erat, *consulatum peterent alterum*. BURM.

Perfecit utrumque, & ut in quinquennium] Cum animadvertissem verba illa non suo loco esse posita, exemplar Vaticanum postea me confirmavit, quod ita habet: *Ut detrud. Dom. causa conf. alt. pet. & ut in quinquennium sibi imper. propagaretur, perfecitque utrumque.* Quae verborum transpositio si cui forte minus placet, is sic legat: *Perfecitque utrumque, etiam ut in quinq.* Sicut autem antea lege Vatinia tribunitia, sic deinde lege Trebonia, Galliae Caesari in alterum quenquennium confirmatae, Pompejo & Crasso iterum coss. A. U. DCXCVIII. repulsam tunc ferente Domitio. TORR. *Perfecitque utrumque.* Vaticani codicis scriptura: nam in Turonensi & aliis omnibus (Lislaei cod. excipio, qui verba haec non habet) alio loco ista sic collocantur: *Compulit, ut detrudendi Domitii caussa consulatum alterum peterent: perfecitque utrumque: & ut in quinquennium sibi imperium prorogaretur.* Emendabam: *fecitque per utrumque, ut in quin.* Vide Plutarchi narrationem in Pompejo. Sunt codd. qui habent *propagaretur*, non *prorogaretur*. eadem discrepantia notata mihi non uno loco. Est, qui *prorogarent*, ut Viterb. CASAUB. Etiam nostri bigam horum verborum superius collocant, post *peterent*, scil. melius tamen post *prorogaretur* quadrare videntur. GRUTER. In omnibus fere scriptis & editis legitur *perfecitque utrumque, & ut in* &c. nisi quod in Memmiano codice, &c. Venet. sec. & tert. Bonon. Junt. Ald. Lugd. & aliis omittatur copula &: sed transpositas esse voces cum aliis credo, quum in Periz. codice, *perfecitque utrumque* inter duas lineas, quasi esset parenthesis, ponerentur; & in Cujaciano deessent. BURM.

Propagaretur] Pal. pr. *prorogarent*, quod non displicet. GRUTER. *Prorogaretur* omnes fere scripti & editi. Similis diversitas apud Liv. XXIII. 25. Cicer. XII. Phil. 6. Valer. Max. IV. IV. 6. & saepe alibi. infra in Aug. XXIII. *propagare* praetulere plurimi. BURM.

Alias publico.] Hae dictiones absunt a Vaticano; & recte, mea quidem sententia. Cic. ad Lentulum lib. I. epist. VII. *Stipendium Caesari decretum, & ne lege Sempronia succederetur, facile perfectum est.* De secundo autem ibi quinquennio loquitur, & stipendium pro legionibus ante acceptis intelligo: nam si novae concessae fuissent, Cicero id non tacuisset. TORR. Vulgo, *alias publico, alias pr. s. ad.* Sustulimus otiosa verba, auctoribus Vaticano & Viterbiensi nostro: itaque esse in suis Pithoeus & Lislaeus annotarant; ita & Turonensis. CASAUB. Sic etiam fere nostri Codd. ejectis, *alias publico*, quod in editis. sic inquam Palat. tert. nam pr. habet, *aliis privato sumtu addidit.* sec. *aliis p. s. additis*, quod ultimum ferri queat, sed ferri tantum. GRUT. In editione pr. & aliis ordine mutato legitur, *alias privato, alias publico*: & ita in Cod. Periz. sed

ptu addidit: unam etiam ex Transalpinis conscriptam, vocabulo quoque Gallico (Alauda enim adpellabatur) quam disciplina cultuque Romano institutam & ornatam

sed Cod. Barth. Exc. Cujac. & Ed. Venet. pr. ignorant *alias publico*, quae recte ejecta fuere verba. Copelianus Cod. consentit Palatino sec. vide Lipf. v. Antiq. Lect. 18. Manut. ad Cicer. I. ad Fam. Ep. 7. inf. ubi Cicero scribit stipendium Caesari & decem legatos decreta, putat ex his Suetonii verbis, non omnibus decem legionibus, quas habebat, stipendium a senatu decretum, & ideo retinet, *alias publico*. quod ipse Plutarchi locus ab eo adductus refutat, & Ciceronis verba clare de decem legionibus hoc ostendunt, quia decem legatis decretis, apparet decem legionibus stipendium quoque decretum: decem ergo illis alias addidisse censet privato sumtu Suetonius. Cod. Mem. etiam *addit* hic habet. deinde *jam etiam* Cujac. *nam etiam* Exc. Voss. BURM.

Vocabulo quoque Gallico Alauda.] Joh. Goropius Becanus Gallicis, Alaudarum militum nomen a nostrate lingua repetit, dictosque vult, quasi omnes veteranos, id est, **al oude**. ingeniose, ut pleraque omnia. Sed Auctor, mihi Plinius, si eum capio, lib. XI. cap. XXXVII. avis alaudae appellationem Gallicam esse. Firmat, quod non temere ante Caesarem id vocabuli auditum. nam ecce & Plinius hoc ipso, qui in manibus loco, iterumque l. XXX. cap. VII. avem *galeritam*, & Varro de ling. Lat. IV. *galeritum* vocant. Ac ne citerioris quidem saeculi scriptoribus nimium in ave tritum haud abs re Gellius, accuratus auctor, suaserit, qui *cassitam* nominat Attic. Noct. II. cap. XXIX. Sane hodieque Gallis est *une alouette*, dominutive, quo ego ad Latinum nihil invenio propius. Milites quidem *Alaudas* dictos accipio, quod galeis uterentur ei apici simillimis, qui in aviculae capite, quam alaudam appellarent. TORR. Militum galeis cristarum adjectione terribiliorem speciem dare, vetustissimum fuit Carum inventum, Romanis ac Graecis adaeque probatum. Vetustiorum Graecorum galeae non pinnis, sed equinis setis fiebant horridae: unde illa apud Vatem praecipuum, λόφος ἱπποχαίτης, κυνέη, ἵππουρις, & inde Δεινὸς ἐπένευεν. Romani, teste Polybio, pinnas tres adnibuere praelongas, colore purpureo vel nigro: & ita Lamacho tribui ab Aristophane video τὸ πτερὸ τὼ κ τ κράνους: ac mox τὼ λόφω τῶν πτερῶν λόφων. & apud Aeschylum Tydeus τρεῖς κατασκίους λόφους σείει. Virgilius de Turno Lib. VII. 785.

Cui triplici crinita juba galea alta chimaeram Sustinet

Caeterum insignes oportet fuisse legionis istius πλουσίους φάλους, ut Polybius vocat, vel aliud quid peculiare habuisse, unde *Alaudae* appellationem sit nacta. Vocabulum *alaudae* Gallicum esse, & galeritam sive cassitam avem significare, testis praeter Plinium Marcellus Empiricus capite XXIX. homo Gallicae linguae veteris non imperitus. Gregorius Turonensis libro IV. *In Ecclesia Arverna, dum matutinae celebrarentur vigiliae in quadam festivitate, avis corydalus, quam alaudam vocamus, ingressa est.* Legionem novam, galearum cristis insignem, militari lascivia fuisse *Alaudam* de avis nomine, sicut Plinius tradit, appellatam, non magis mirum, quam Cares olim eandem ob caussam *gallos gallinaceos* fuisse vocitatos. Plutarchus Artaxerxe: Τοὺς Κᾶρας ἈΛΕΚΤΡΥΌΝΑΣ οἱ Πέρσαι διὰ τοὺς λόφους, οἷς κοσμοῦσι τὰ κράνη, προσηγόρευον. Sic & Comici Attici quemdam ob similem speciem, aut aliquam δυσμορφίαν ridentes, nomen ei fecerunt Κορυδὸς, a κορυδὸς, galerita sive alauda. Celebratus etiam est Athenis Adaeus quidam, ipse quoque Ἀλεκτρυὼν, *Gallus gallinaceus* ex eo cognominatus, quod cristam in capite gestaret; de quo vide Heraclidae Comici versus apud Athenaeum libro XII. Apage circulatoris illius commentum, qui voce Cimbrica Alaudam legionem esse dictam ariolatur, non propter similitudinem avis cristatae, sed quia tota ex veteranis constaret. Impium hominem, non solum vanum! qui sacro-sancta religionis nostrae mysteria in galeritae crista quaerat. Haec vident & probant, qui se esse jactant solos sepem legis. CASAUB. Nescio quid hic mendi subodorari mihi videor. Si nullo codicum antiquorum subsidio nixus, rescriberem, *Alaudarum appellabatur:* facili literarum ductu *enim* transeunte in *rum:* vel hoc modo: *Alaudarum enim ap.* forsan audaculus haberi queam. Sed certe id fecero Cicerone non nolente, atque etiam invitante. Nam is ubique πλατωνικῶς seu multitu-

tam, postea universam civitate donavit. Nec deinde ulla belli occasione, ne injusti qui-

tudinis numero, nominis hujus meminit: nec *legionem Alaudam*, sed milites ipsos *Alaudas*, ac *legionem Alaudarum* appellat: ut Philippic. I. c. 8. Phil. V. c. 5. Phil. XI. c. 18. Phil. XIII. c. 2. ad Attic. Lib. XVI. epist. 8. sic olim Cares, teste Plutarcho in Artaxerxe, propter galeas cristis insignes, militari lascivia, Ἀλεκτρυόνες, *galli gallinacei* vocitati fuerunt. quomodo etiam nostra tempestate certam militum manum, qua se adversus inopinos hostium insultus tuentur Cliveuses, ejusque tractus incolae, a nostratibus die hanenfedern appellantur: ubi tamen ipsam Carum cristatorum legionem parum, ni fallor, concinne *gallum gallinaceum* appellaveris: etsi recte Adaeus quidam Athenis, nomine singulari singularis ipse, Ἀλεκτρυὼν, *Gallus gallinaceus* ex eo cognominatus est, quod cristam in capite gestaret, teste Athenaeo lib. XII. c. 8. sed hanc tamen corrigendi lubidinem sufflaminat autoritas Plinii, qui de eadem illa legione Gallicana singulariter item in lib. XI. initio capitis 37. *Paro volucris*, inquit, ex *illo* (puta capite cristato) *Galerita appellata quondam*, *postea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat Alaudae*. Quae Plinii verba male Sabellicus assecutus, ex iis apparere dicit, *Alaudae* nomen legioni datum, quia milites galeis essent instructi, cum Galli galeam, alaudam vocarint: prout etiamnum hodie in plurimis Wallonum Galliae Belgicae pagis, *Salade* galeam significat. Quin imo, si rectis oculis Plinium intueare, hoc dicit: ut alauda avis ideo dicta est *galerita*, quia apicem habet in capite, hoc est, plumam elatam, ad similitudinem galeri: sic legionem istam gallicam a cristarum gestamine cognominatam *Alaudam*. Ostendit autem non modo Casaubonus hoc loco, sed & fuse Phil. Cluverius Germ. antiq. libro I. cap. 44. solitos priscos ut alios, ita praecipue Germanos Gallosque, militum galeis, cristarum adjectione, terribiliorem speciem addere, eo quod *primi in omnibus praeliis oculi vincantur*, ut inquit Tacitus in Germ. cap. 43. Caeterum ipsam *Alaudae* vocem, etsi admissam postea in Latinorum vocabulorum classem, origine tamen fuisse Gallicam, arguit cum non abludens ab alaudae voce vox *alouette*, qua hodieque utuntur Galli: tum etiam, quod ante Caesarem id vocabuli Latinis incognitum: ac ne citerioris quidem aevi scriptoribus nimis tritum. Ecce enim Plinius & loco dicto, & lib. XXXI. cap. 7. *galeritam*, & A. Gellius lib. II. cap. 29. *cassitam* hanc avem appellant. Quid vero de Joannis Goropii Becani sentiendum etymologia, qui lib. VIII. hieroglyph. item lib. I. Gallic. *Alaudam* legionem voce Cimbrica dictam hariolatur, non propter similitudinem avis cristatae: sed quia tota ex veteranis constaret, ut sit quasi Al-aude? Plinio & rationi contraria est: quomodo caeterae illiusdem originationes, utut acuminis specie multos capiunt, ut plerumque sunt absurdae, ut vix absque risu Lucillianus ille Crassus, Heracletusve, nec sine indignatiuncula Democritus, si vivant, lectori videantur. Jos. Scaligeri, castigat. ad Festum pag. 15. & Lipsii centur. III. ad Belg. epist. 40. magnorum virorum, de eo viro judicia mihi magna. BERNECC. Becani nugas recte rejecerunt viri docti. nec felicius hallucinatum credo virum doctissimum Spelmannum, qui in Glossario suo in *Aloariis*, putat ab *Alodio* posse derivari, idque jam apud Gallos tunc in usu fuisse, & cum sonus ejus vocis ad aures Caesaris acciderit, ipsum inde legionem *Alaudam* vocasse; sed probandum fuisset Alodia & Feuda, eorumque discrimina illis temporibus nota fuisse. Crebra vero hujus legionis mentio apud Ciceronem & alios, etiam inscriptionibus celebrata, vide Reines. ad clas. VI. Ins. 35. qui alios inepte a Syriaca voce *Alafda* vel *Ailuph*, id est chiliarcho, derivare docet. Berneccerus porro hic legere malebat *Alaudarum enim appellabatur*, quia Cicero non legionem, sed milites *Alaudas* semper vocabat. Sed integris literis *legio V. Alauda* dicitur in lapide apud Gruter DLIX. 7. & ex Plinii loco a corrigendi libidine postea revocatus fuit vir doctissimus, cujus nota ad hunc locum meretur legi. Nicol. Heins. simili modo *Picam cirratam*, apud Petr. cap. LVIII. dici putabat per opprobrium, ut hic *alaudae*, & alibi *galli gallinacei*; & apud Senec. de Const. Sap. c. XVII. Cornelius Fidus Ovidii Gener, *Struthiocamelus depilatus*. BURM.

Ne injusti] *Ne* deest in Codd. Harlem. Periz. & Edd. Rom. Venet. tribus, Junt. Ald. & aliis multis. sed additum inveni in Basileensibus & eas secutis. nescio an vitio scribarum exci-

de-

quidem ac periculosi, abstinuit, tam foederatis, quam infestis ac feris gentibus ultro lacessitis: adeo ut senatus quondam legatos ad explorandum statum Galliarum mittendos decreverit, ac nonnulli dedendum eum hostibus censuerint. Sed prospere decedentibus rebus, & saepius & plurium, quam quisquam umquam, dierum supplicationes impetravit. Gessit autem novem annis, quibus in imperio fuit, haec fere.

cideril, absorptum ab ultima vocis *occasione*; cum tamen requiri videatur. BURM.

Ac nonnulli.] Ipse Cato: auctor Plutarch. *Ac* vero particula abest a cod. Ferrariensi. TORR. *Ac nonnulli* nostri tres. GRUT.

Censuerint] *Consuluerint* Cod. Hulf. qui & paullo ante *arcessitis* pro *lacessitis* habebat.

Sed prospere decedentibus rebus.] Malim *prospere ei cedentibus rebus*, vel *cadentibus*, ut lib. III. c. 14. Vetus tamen omnis scriptura, etiam Memmiani codicis, habet *decedentibus*. & fortasse hoc inter κακοζηλίας Suetonii exempla referendum potius, quam corrigendum. Non multo aliter apud Ciceronem *discedere*, de exitu rei alicujus; quod respondet Graeco ἀπαλλάττεσθαι vel ἀπαλλάττειν: libro IV. in Verrem: cap. 30. *Si istius haec tanta injuria impunita discesserit.* In eadem, *omnes liberatos discessisse, & esse ignotum omnibus.* sic alibi saepe & Terentius. CASAUB. Nihil hic mutant Codd. Pall. maluissem alias, *cedentibus*. Interim notet hoc loco lector prudens verissime dictum Senecae Herc. Fur. vers. 251.

Prosperum ac felix scelus Virtus vocatur.

GRUT. Vel inter singularia Suetonii referunt, vel tentant emendare hoc verbum eruditi. Graevius in novissima editione, volebat *dein cedentibus*, quae & conjectura fuit N. Heinsii, sed mihi sententia Gruteri (quem Lipsio debere puto, qui deleverat *de* in codice suo) emendandantis *cedentibus* verior videretur, syllaba illa *de* ex ultima praecedentis vocis *re* geminata, ut modo *ne* excidisse vidimus. Erasmus explicat, exeuntibus, evenientibus. Berneccerus retinendum censet *decedentibus*, eo sensu, ut Germani & Belgae dicunt, rem **wel afloopen.** ita ut fere dicuntur res *decedere*, quae finiuntur. ut apud Terent. Hecyr. III. v. 55. *decedet jam haec ira*, & apud Liv. IX. 29. *priusquam ea cura decederet patribus.* quamquam haec non plane paria esse existimem. BURM.

Plurium, quam quisquam umquam, dierum supplicationes impetravit.] Restringe illa *quisquam umquam*, ad tempora ante Caesarem: nam post ejus excessum ea res non habuit modum. Vide Ciceronem de Provinciis consularibus, cap. X. CASAUB.

25. *Gessit autem novem annis, quibus in imperio fuit.*] Appianus in Celticis, rerum gestarum in Galliis a Caesare summam ita exprimit: Καῖσαρ μυριάσιν ἀνδρῶν ἀχρίων ἐν τοῖς δέκα ἔτεσιν, ἐν οἷς ἐστρατήγησεν, ἐς χεῖρας ἦλθε (εἴ τις ἐφ' ἓν τὰ μέρη συναγάγοι) τετρακοσίαις πλείοσιν· καὶ τούτων ἑκατὸν μὲν ἐξώγρησεν, ἑκατὸν δὲ ἐν τῷ πόνῳ κατέκανεν· ἔθνη δὲ τετρακόσια, καὶ πόλεις ὑπὲρ ὀκτακοσίας, τὰ μὲν ἀφιστάμενα σφῶν, τὰ δὲ προσεπιλαμβάνων ἐκρατύνατο. *Congressus est*, inquit, *Caesar cum hominibus feris, si omnia praelia in unam summam colligantur, amplius quadragies* CM. *caesa ex his decies* CM. *capta totidem. Victae gentes* CCCC. *urbes partim rebellantes in ordinem coactae, partim Romano imperio tum adjectae* DCCC. Plutarchus in Pompejo, M. urbes in Gallia vi expugnatas a Caesare scribit: de caeteris cum Appiano consentit. Plinium vide lib. VII. cap. XXV. Quod Appianus ait, decem annis in eo imperio Caesarem fuisse, Suetonius aliique novem, neutrum exacte verum est. Tenuit Gallias Caesar per geminum quinquennium semestri imperio minus, quod ei ademtum initio belli civilis. Suetonius alibi X. annorum spatium dicit. Apud Dionem libro XLIV. in funebri laudatione Caesaris Antoniana valde negligenter scriptum τὸ αὐτὸ ἔτεσιν ὅλοις ἡγεμονεύσας Caesarem. cujus peccatum dicemus, Antonii ne, an Dionis, an librarii? CASAUB. *In* deest Codd. Periz. Harl. Hulf. & Edd. Venet. sec. & tert. & Bonon. iidem Codd & editiones quaedam distinguunt hoc modo, *fuit, haec. Fere omnem* &c. apud Cicer. de Fin. 20. App. *Claudius, qui tum erat summo in imperio*, ubi alii Codd. & editio Venet., *erat summo imperio*, vid. notas Davisii, qui retinet jure praepositionem. nam & lib. I. cap. 7. idem Cicero, *cum non talem videri fuisse in imperio, quales ejus majores fuissent.* & XIV. ad Att. 5. *vides tamen Tyranni satellites in imperiis.* vid. & Aug. LXI. & Tit. I. Vulgatius est, *cum imperio.* BURM.

25. A

fere. Omnem Galliam, quae a saltu Pyrenaeo Alpibusque & monte Gebenna, fluminibus Rheno & Rhodano continetur, patetque circuitu ad bis & tricies centum milia passuum, praeter socias ac bene meritas civitates, in provinciae formam redegit, eique quadringenties in singulos annos stipendii nomine imposuit. Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum ponte fabricato adgressus, maximis adfecit cladibus. Adgressus est & Britannos, ignotos antea, superatisque pecunias & obsides imperavit. Per tot successus ter, nec amplius, adversum casum expertus: in Britannia, classe vi tempestatis prope absumta, & in Gallia, ad Gergoviam legione fusa, & in Germanorum finibus, Titurio & Aurunculejo legatis per insidias caesis. Eodem 26 tem-

25. *A saltu Pyrenaeo.*] Sic Caesar lib. I. de Bello civili: *Saltus Pyrenaeos occupari jubet. Saltus Grajus*, pro *Alpes Grajae* apud Livium. Proprium epitheton attribuit Catull. hymno in Dianam, *saltuumque reconditorum.* Virgilius quoque cum *saltus ac lustra ferarum* dixit II. Georg. 471. remotiores silvas significat. TORR. Bernecerus quibusdam deesse praepositionem notat, & Lipsius delebat. nec exhibent Codd. Copes. nec Huls. nec Ed. Steph. & jure, ut puto; nam duplices fines, montes & fluvios, separatim memorat. illos sua copula, hos etiam sua connectit. sine dubio autem ante oculos habuit ipsa Caesaris verba initio belli Gallici. *pars continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum.* vid. ad Ovid. VI. Fast. 495. *fluminibusque* Copes. Edd. Rom. Steph. *continentur* Cod. Huls. *Gebenna* etiam Ex. Voss. BURM.

Bis & tricies.] Liber unus, *bis tricies:* mendose. uti & apud Eutropium lib. VI. 17. *Circuitu patet ad bis tricies centena millia passuum*, cum lib. MSS. habeant *ad bis & tricies centum millia passum.* Locus autem ille Eutropii ad verbum paene e Suetonio desumptus est. TORR.

Passuum,] *Passum* Memm. ut saepe alias.

Socias] *Socios* Memm. Ex. Voss. & Ed. Rom.

In provinciae] *Ad* Cod. Huls.

Stipendii nomen.] Liber unus *stipendii nomina.* Vatican. sic: *Eique* CCCC. *in singulos annos stipendii nomine imposuit.* Optime Eutropius VI. 17.: *Galliae autem tributi nomine annuum imperavit sestertium quadringenties.* sic enim in meo cod. Lego igitur, *eique* CCCC. HS. *in s. a. st. nomine impos.* TORR. *Quadringenties* est ab Ursini MS. nam editi prius non habent numerum ullum, proque *nomine* servabant *nomen*, quomodo & Pall. duo. nam sec. praefert *nomina.* GRUT. *Quadringenties* & *nomen* etiam deest Copes. Periz. Harl. & Huls. Codd. & Edd. Romanae & omnibus veteribus, etiam quibusdam recentioribus, in Barthii codice lacuna erat relicta. *Stipendii nomine*, sine numero in Raphelengiana 1596. vidi. *Quadringenties stipendii nomine* ex Lipsii sententia, Lib. V. Aut. Lect. 18. qui ex Eutropio monuerat, ut postea Torrentius. sed Lipsius in Admirand. lib. II. cap. 3. hunc stipendii modum pro Galliarum amplitudine & divitiis nimis modicum censens, hic & apud Eutropium audet scribere, *quater millies.* sed novis, & bello diu vexatis provinciis tantum stipendium inpositum sine ulla auctoritate adfirmare temerarium puto. nescio autem unde Ursini codicis defectum noverit Gruterus, quum in ejus notis, certe apud Plantin. 1595. editis, nihil ad hunc locum notatum invenerim. BURM.

Aggressus & Britannos,] Libri tres: *Aggressus est & Brit.* TORR. *Est* deest Cod. Periz. Edd. Venet. pr. Junt. Ald. Lugd. Gryph. & aliis; contra *&* ignorant Harl. Periz. Edd. Venet. sec. & tert. Bonon. Basil. & aliae.

Ignotos] *Ignaras* Huls. Cod. an errore scribae, an pro *ignaros?* quod defendi posse scio, sed hîc non probo. BURM.

Vi tempestatis] *In tempestate* Harlem. a. m. s.

Gergoviam] *Gergoniam* Edd. Venet. tres, Bonon. Lugd. Junt. Ald. *Orgoviam* Copes. Cod.

In Germanorum finibus,] De eadem re cap. LVIII. *Obsessione castrorum in Germania nunciata.* Porro cum haec apud Eburones contigerint, ut ipse Caesar scribit, sequitur eos in Germania fuisse. qua de re alias latius. TORR.

Arunculejo.] Meliores codd. *Aurunculejo:* ut *Aurunucos* saepius quidem, sed & *Arunucos* scriptum reperias: unde, ut puto, familiae nomen. TORR. *Arunculejo* Periz. Harlem. Edd. Bonon. Venet. sec. Junt. Lug. Ald. Basil.

temporis ſpatio matrem primo, deinde filiam, nec multo poſt nepotem amiſit. Interimque conſternata P. Clodii caede republica, quum ſenatus unum Conſulem, nominatimque Cn. Pompejum fieri cenſuiſſet, egit cum tribunis plebis, collegam ſe Pompejo deſtinantibus, id potius ad populum ferrent, ut abſenti ſibi, quandoque im-

fil. & aliae. Utraque ſcriptura in populis *Atrebatis* apud Virgilium in MSS. & in nominibus hominum in lapidibus occurrit. Burm.

26. *Neptem amiſit.*] Priore noſtra editione in cod. Vaticano *nepotem* pro *neptem* legi monuimus. Dionis tamen Caſſii auctoritatem ſecuti *neptem* retinuimus. At Juſtus Lipſius Elector. II. cap. XVII. *nepotem* praefert. ſic enim Plutarchus II. 47.: *Filius quoque parvus Pompeji, Julia natus, intra breve ſpatium obiit.* & Lucan. cujus certior fides, lib. V. 473.

- - - multoſque per annos
Dilectus tibi, Magne, ſocer poſt pignora tanta,
Sanguinis infauſti ſobolem, mortemque nepotis,
Te niſi Niliaca populus non vidit arena.

Ego tamen in ſententia perſiſto: nota enim hiſtoria eſt, ſemel abortum feciſſe conſternatione animi Juliam, cum marito, conſpecta ejus veſte cruenta, humanitus aliquid accidiſſe crederet. Val. Maximus lib. IV. cap. VI. & inſignis ſcriptor Plutarch. Pompejo. Maſculi tamen, an foeminae abortus fuerit, neque ipſe, neque Valer. exprimit; credo, verecundiae cauſa. Sed addit Plutarch. poſt abortum iterum factam gravidam, enixamque filiolam partus doloribus exſpiraſſe, paucis poſt diebus exſtincta etiam filiola. Idem tamen Caeſare, peperiſſe quidem Juliam, & dolore partus obiiſſe, narrat, ſed ſexum non exprimit, quemadmodum neque Appian. Civil. II. Reſtat Lucanus; quem Poëtam cum pleriſque Mss. exemplarib. conferens, pro *nepotis* in cod. quodam optimo Virdunenſi *nepotum* ſcriptum repperi. Idque & Car. Langius ſuapte manu annotavit. Quam lectionem puto eſſe veriſſimam, ut (quod poëtam decet) multitudinis numero rem magis exaggeret. His porro omnibus comparatus Vellejus quanti ſit momenti, expendendum relinquo. In Lucano etiam, quod paene fugerat monere, pro *poſt pignora tanta* legendum, *poſt pignora rapta*, ſuadere ſenſus mihi videtur. nam profecto *ſanguinis infauſti ſobolem*, Juliam, Caeſaris filiam intelligit, ac more ſuo iniquior Caeſari, *infauſtum ſanguinem* ait. Torr. Quoniam Juliae puerperium tam cito eſt exſtinctum (nam ut venuſte Zonaras ſcribit, μετ' ὀλίγον καὶ τὸ τεχθὲν ἐπαπώλετο τῇ μητρί) factum inde, ut inter auctores non conveniat, filium an filiam eſſet enixa. Plutarchus, Dio & Suetonius filiam ajunt. *neptem* enim, non *nepotem*, ut eſt in Vaticano, reperimus in Viterbienſi aliiſque omnibus codd. praeter Memmianum & Liſlaei. Vellejus tamen & Lucanus filium fuiſſe volunt. Nam quod Lucani locum ex lib. V. docti corrigunt, plauſum a me non ferent: habeo enim perveteres membranas ejus poetae, in quibus non aliter ſcriptum quam ut hodie editur, *mortemque nepotis.* Quid autem miramur, in re tam parvi momenti inter ſcriptores non convenire, cum eos videamus in rebus longe maximis contraria invicem, nedum diverſa, ſcribere. Ut ne dicam, videri poſſe in ancipiti hiſtoria de induſtria locutos, qui genus maſculum uſurparunt, memores filii appellatione & ſequiorem ſexum contineri. Fruſtra igitur mea quidem ſententia, duo doctiſſimi viri contendunt, alter ut Suetonii, alter ut Lucani locum emendet. Casaub. Palat. pr. ac ſec. *Nepotem* praeferunt Grut. Ita & Memm. & exc. Voſſ. & Cujac. ſed reliqui ſcripti & editi *neptem* exhibent, eamque lectionem Gruterus ad Vellej. II. 47. praefert. Burm.

Interimque conſternata.] Duo codd. *Inter quae conſt.* haud dubie melius. Torr. Palatin. pr. ac tertius *interimque*, ut antea vulgati, & haereo, utrum praeferam. Grut. *Interimque* omnes Codd. & a Romana editiones reliquae veteres. ſaepe autem illud *que* tranſiit in pronomen *qui* vel *quae*. vid. inf. LII. & Tib. LXIII. & alibi. Burm.

Abſenti ſibi & quandoque.] Tres libri: *Abſenti ſibi, quandocunque*, placet. Torr. *Et quando* Exc. Cujac. Edd. Venet. pr. Junt. Lugd. Ald. *Et quandocumque* Codd. Periz. Harl. Edd. Rom. Bonon. Venetae duae, & plures. *& quandoque* Copeſ. ſed ex Memm. recte, *ſibi, quandoque* repoſitum. id enim valet *quandocumque*, id eſt quocumque demum tempore imperio & provincia deberet decedere, ut multis aliis locis. Burm.

Ma-

imperii tempus expleri coepisset, petitio secundi Consulatus daretur: ne ea caussa maturius, & imperfecto adhuc bello decederet. Quod ut adeptus est, altiora jam meditans, & spei plenus, nullum largitionis, aut officiorum in quemquam genus publice, privatimque omisit. Forum de manubiis inchoavit: cujus area super HS. millies constitit. Munus populo, epulumque pronuntiavit in filiae memoriam, quod ante

Maturius & imperfecto adhuc bello.] An potius, *immaturius*? Revera enim immaturus futurus erat & intempestivus decessus, bello nondum perfecto. Nihil tamen muto & omnium librorum lectionem servo. *maturius*, id est, ante legitimum tempus decedendi e provincia, neque exspectato successore, ut antea dicebat Suetonius. CASAUB. Sic & Palatini tres codices. Nec opus mutatione. nam id vocis etiam notat *citius*, *properantius*. & similia. videatur infr. cap. LXXX. GRUT.

Et spei] *Sed* Memm. Ed. Venet. pr. *f.* adhaesit ex ultima vocis praecedentis.

Genus] *Gentis* Harlem.

Privatimque] *Privatumque* Periz. cod. *obmisit* Hulf.

26. *Forum de manubiis inchoavit, cujus area super* LLS. *millies constitit.*] Tametsi Latini scriptores ad hanc diem corruptissimi magna ex parte sint, quaedam etiam adeo obscura, ut nec ab eruditioribus intelligi queant, ea tamen pars, quae ad numeros spectat, & corruptissima ad nos transiit, & nullis adhuc satis cognita, aut percepta videri poterat. Attulit autem huic malo opem primus, quod ipse sciam, Leonardus Portius, Vicentinae nobilitatis praecipuum decus, libello jam abhinc quinquennium huic uni rei destinato, in quo summa brevitate, & dilucididate priscos numeros, argenti, & auri usum apud veteres, numismata, & eorum pretium, ac nomina attigit. Quae palma tanto illum illustriorem fecit, quanto res obscurissima illustrata ejus opera plus negotii habuit. Quotus enim quisque ex iis, qui humaniores litteras profitentur, fuit, qui rem tam perplexam attingeret? Quis cum ad hanc partem venisset, aut codicum fidem non requireret, aut rem omnem plane non dissimularet? sed nec ipsi auctores satis constantes erant, & notae, rerumque vocabula sic vel corrupta, vel perplexa, ut desperata semel re, jam neglectui haberetur, patrocinante sibi adinvicem multorum inscitia: quae tacito praejudicio summam caussae difficultatem praetendens, Areopagitarum more in centum annos rem anquirendam pronuntiaret, ut hujusmodi cunctatione, nec ipsa se proderet, & differendo inexplicabile negotium relinqueret. Nos igitur, ut ingenue fateamur, Portium secuti, *mille* LLS. non *millies* legendum existimamus, quoniam ea summa fidem omnem excedat: nam si *millies* LLS. legas. erit tanta pecuniae vis profusa, ut iniri ratio vix possit. Sed & a Plinio dissentiet, qui de hac Caesaris magnificentia loquens, ita scripsit: *Pyramides Regum miramur opera, cum solum tantum foro exstruendo* LLS. *mille ducentis Caesar dictator emerit.* hoc est, XXX. aureorum nostratium. Qua de ratione alias inferius. EGNATIUS. *Sestertium millies constitit*, legitur & in vetusto codice Nervio, & in plerisque aliis codicibus. *Millies sestertiûm*, hoc est, millies centena millia sestertiûm, facerent summam viciesquinquies centenûm millium coronatorum: nimis magnam visum Budaeo & Egnatio, qui negotium intelligebant. Commentatorum alter, cum nihil de his rebus certi afferre posset, Plinii locum ex XXXVI. lib. cap. 15. adducit, amphibolo sermone, ac lectione corrupta. *Pyramides regum miramur*, *inquit*, *cum solum tantum foro exstruendo sestertiis millibus ducentis Caesar Dictator emerit.* Sabellicus vero exponit, *millies sestertiûm*, id est, mille sestertia: bis peccans, re & verbis. re quidem: centuplo enim major summa est *millies* LLS. quam *mille sestertia*: verbis autem, quia Latini *decies* LLS. dicunt, pro mille sestertiis, hoc est, pro mille millibus LLS. Budaeus autem, cum idem fateatur, apud veteres aut raro, aut numquam inveniri *mille sestertia*, malit tamen hoc loco legere *mille sestertia*, quam *millies sestertiûm*. Et apud Plinium loco jam dicto, *Sestertiis mille & ducentis*: Etsi, inquit, omnino minor summa est, quam ut Plinius inter miranda poneret. Haec Budaeus. Egnatius autem: *Si millies sestertiûm leges*, inquit, erit tanta pecuniae vis, ut iniri ratio vix possit. Haec ille. Ratio iniri facile potest. atqui in hoc vertitur negotium, num credibile sit Caesarem tantam potuisse habere pe-

pecuniam. deinde, si habere potuit, num in hanc rem tantum expendere voluerit. Duo dixi, quorum utrumque credibile puto. Budaeum plane video haesitasse hoc loco. Nam paullo ante, ubi de numeris domus Clodii, & aeris alieni Milonis locutus: Omnino igitur, inquit, oportet magnas has esse summas, quas Plinius ob insignem nequitiam insaniae regum Aegypti comparandas duxerit, qui pyramidas mundi miracula construxerunt. Quae Budaei verba propemodum invitant, bene legi apud Plinium, *sestertiûm millies ac ducenties*, conformiter sane cum Tranquillo: ut illud *ducenties* apud Plinium, explicet nobis, quod Tranquillus *super millies* dixit. Ipse ego, etsi ingens ac vix credibilis summa videtur *millies sestertiûm* pro solo tantum expendisse: tamen cum cogito, ad quam rem Plinius compararit Caesaris magnificentiam (ita enim vocat portentosam illam profusionem) immo quam praeferre potius videatur, cum de Clodio dicat, *Regum insaniam*: de Milone, *Prodigium animi humani*, omnino ejus sum opinionis, recte legi hoc loco, *Super millies* H.S. & apud Plinium, *millies ducenties*. H.S. Quod si quispiam dicat, unde Caesar acceperit: ajo, Caesarem ex duorum oppidorum sectionibus eam, aut etiam majorem summam habere potuisse. Quod unde luculentius probare poterimus, quam ex ipso adeo Caesare? Qui lib. II. Commentariorum de bello Gallico, ex *Aduaticorum uno oppido capita vendita ait numero millia quinquaginta tria*. Quod si in singula capita vicenos quinos coronatos constituamus (cum tamen longe pluris olim venderentur mancipia) erit ea sectio decies ter centenorum vigintiquinque millium coronatorum. Cui si alteram adjicies opidi sectionem, quales in Gallia multas habuit, summa erit vicies sexies centenorum, ac praeterea quinquaginta millium coronatorum, quae summa superat summam millies sestertiûm. Quod autem Caesar voluerit, non est mihi dubium. Nam illam summam ita pro illo solo exposuit, ut praetera multorum civium animos inescarit, occasionem quaerens de omnibus favorem captare: quod praecedentia ante haec, Suetonii verba, satis evidenter declarant. Et habuit heic sane multam redimendi favoris oportunitatem: multae domus diruendae erant, quas ab invitis immensa pecunia redemerit necesse est. Sic autem insinuavit se in plurimorum amicitiam, cum triplo quadruploque plus solveret quam debebat: ut plane existimem, occultae largitionis fuisse praetextum, hujus areae sive soli emtionem. Fuit enim animosissimus corruptor, qui nihil pensi habuit, quantum profunderet, modo quod volebat assequeretur. Haec mea est opinio, de hoc quidem loco, Lector porro sequatur, quod placuerit. Glareanus. *Millies* HS. si Budaeo credimus, vicies quinquies centena millia coronatorum efficiet. Qua summa deterritus Egnatius, *mille sestertia* legendum putat. Apud Plinium vero lib. XXXVI. cap. XV. eadem de re loquentem, *sestertia* MCC Glareanus autem *millies* HS. retinet, & apud Plinium *millies ducenties* legi debere contendit, ut ducenties sit, quod Sueton. ait *super millies* HS. Budaeo quoque insolens summa visa fuit. Verum si Caesar, paene privatus adhuc, cum ex praetura in Hispaniam proficisceretur, bis millies quingenties, teste Appiano, sibi opus esse dixit, ut nihil haberet, quia tantundem debebat, nihil sane de hac profusione & areae pretio mirandum est. nam si P. Clodius, quem Milo occidit, domo centies & quadragies octies empta habitavit, ut auctor loco jam citato est Plinius, facile fieri potuit, ut area toti foro struendo millies abstulerit, cum verisimile sit in tanta urbis frequentia locum eum ante emptionem vacuum non fuisse. Torr. VV. CC. habent, *super* HS. *mille*. & post, quae in extremo hujus capitis verba habentur, *ac singula interdum mancipia & praedia viritim dedit*, mendosa sunt. legendum enim est, *ex praeda viritim dedit*. Ursin. Qui vocant hanc lectionem HS. *millies* in dubium, quam super omnium veterum codicum auctoritatem Plinius comprobat, eos apparet, populi Rom. opes & magnificentiam habuisse parum cognitam. Budaeum excipio, cujus mens prope divina, nescio quomodo in tractatione istius loci dissimilis sibi fuit. Sed haec missa facimus: sunt enim a doctis viris pridem animadversa, neque nostrum de aliorum mensis analecta converrere. Observavimus & nos mendas aliquot apud Ciceronem aliosque ab hac inobservantia Romanorum magnificentiae profectas; quas alio tempore θεοῦ διδόντος, detegemus. Casaub.

Memoriam] *Memoria* Memm.

Quod ante eum nemo fecit.] Dele dictionem *fecit*, ut in duobus MSS. & ita intellige, ut in filiae defunctae memoriam nemo id ante fecerit, quod tunc Caesar; & quidem, ut arbitror,

ante eum nemo. Quorum ut quam maxima exſpectatio eſſet, ea quae ad epulum pertinerent, quamvis macellariis oblocata, etiam domeſticatim adparabat. Gladiatores notos, ſicubi infeſtis ſpectatoribus dimicarent, vi rapiendos reſervandoſque mandabat. Tirones neque in ludo, neque per laniſtas, ſed in domibus per equi-tes

bitror, in gratiam populi, qui invitis etiam tribunis Juliam in campo Martio ſepeliri voluit. Auctor Plutarch. Torr. Vulg. *nemo fecit*. Noſtri omnes habent, ut edidimus. & gloſſam eſſe illud *fecit*, palam teſtatur Memmianus. In iiſdem *quam maxime*, non *maxima*. Pudet minutias iſtas perſequi: non faciam porro, niſi cauſſa ſit. Lectorem ſemel volumus monitum, quae in hac editione mutata repcriet, quorum hic non erit reddita ratio, hauſta eſſe illa ex iis codicibus, quorum initio fecimus mentionem. Casaub. Vulgati adjecerunt *fecit*; ſed non agnoſcunt id verbi, aut Mss. noſtra exemplaria meliora, aut aliorum. Grut. Deeſt & noſtris. Harlem. Copeſ. & Periz. & Exc. Cujac. ſed habent omnes editiones a Romana uſque ad Stephanianam, in qua non conſpicitur. recte exponit Torrentius, & deinde Guthcrius de jure man. II. 10. ſcil. in liberorum funeribus, cum alias epulae funebres ſaepe eſſent datae. Burm.

Quam maxima] *Maxime* Codd. Periz. & Barth. & Exc. Voſſ. & Cujac. Edd. Rom. Venetae tres, Lug. Junt. ſed Ald. Baſil. & ſeq. *maxima*. vid. ad cap. xx. Burm.

Quamvis macellariis oblocata.] Viterbienſis, *adlocata*. Turonenſis, Pithoei & Liſlaei, *ablocata*. qua voce utitur in Vitellio, capite VII. Macellum Plutarchus alicubi κρεοπώλιον interpretatur: ſed latius patet vocis illius ſignificatio, extenditurque ad omne obſoniorum genus. Gloſſarium: *Macellarius*: ὀψωνοπώλης. Suetonius infra: cap. XLIII. *Diſpoſitis circa macellum cuſtodibus, qui obſonia contra vetitum retinerent*. inde apud Senecam, *vivere in macello*, pro *in popina & κρεοπωλίοις καὶ ὀψοπωλίοις*. Casaub. *Oblocata* Palat. pr. & tert. ſervant hanc ſcripturam. At ſec. *ablocata*. emendatumque in pr. *ablocata*. Nihil horum diſconvenit. Grut. *Ablocata* Memm. Exc. Cujac.

Domeſticatim] Cod. Barth. *de rebus propriis*: quod ex veteri libro quoque notavit manus docta in margine Stephanianae Ed. ſed mihi gloſſam ſapere videtur. Opponitur enim Macello, quae erat quaſi domus publica, ut mox *domos ludis* gladiatoriis opponit. puto autem partem epuli fuiſſe a Macellariis apparatam, partem in privatorum amicorum, clientium aut libertinorum domibus. Burm.

Gladiatores notos.] Hujus loci ſententia eſt, Caeſarem, quo munus ſuum gladiatorium magnificentius ederet, mandaſſe, ut nobiles gladiatores, infeſtis ſpectatoribus & proinde magno diſcrimine, ne occidi juberentur, dimicantes, vi raperentur, ac ſibi reſervarentur: quod melius intelliget, qui meminerit proverbii, quo *pollicem premere* dicimur, cum favemus; contra *vertere*, cum non favemus. Plin. lib. XXVIII. cap. II. ab arena enim ductum eſt, quod eo populi ſigno gladiatores aut perirent, aut ſervarentur. Qua de re Horat. Epiſt. II. ad Lollium: *Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum*. Juvenal. Sat. III. 36. *verſo pollice vulgi Quemlibet occidunt populariter*. Inf. Claud. cap. XXXIV. *Quocunque gladiatorio munere, vel alieno, etiam forte prolapſos jugulari jubebat, maxime retiarios*. Adde locum Ner. cap. IV. & XII. Torr.

Sicubi infeſtis ſpectatoribus dimicarent.] Vetus Poëta in Catalect. Pithoei pag. 31.

Sperat & in ſaeva victus gladiator arena;
Sit licet infeſto pollice turba minax. Casaub. Ed. Steph. *in feſtis*, operarum, credo, vitio.

Neque in ludo.] *Ludus gladiatorius*, inquit Iſidorus Etymol. lib. XVIII. cap. LII. *inde dictus eſt, quod in eo juvenes uſum armorum condiſcant, & modo inter ſe aut gladiis aut pugnis certantes, modo contra beſtias incedentes, ſubeant ferale certamen*. Hinc *ludus magnus*, & *ludus matutinus* apud Victorem, & Sex. Rufum de Region. Urb. Marmora quoque vetuſta (Gruter. CCCXXXIV. 12.) Hilarum *ludi magni*, & (pag. CCCXXXV. 2.) Eutychum *ludi matutini* medicos commemorant. *Ludus* item *Aemilius* apud Horat. de Arte. vſ. 32. *ludus* C. Aurelii Scauri apud Valerium Maximum libro II. cap. III. *ludus venatorius* apud Ulpianum l. VIII. de poenis, idem (ni fallor) qui beſtiariorum apud Senecam Epiſt. LXXI. Hinc denique genus poenae *in ludum damnari*. Plin. Epiſt. ad Tra-

tes Romanos, atque etiam per senatores armorum peritos erudiebat: precibus enitens, quod epistolis ejus ostenditur, ut disciplinam singulorum susciperent, ipsique dictata exercentibus darent. Legionibus stipendium in perpetuum duplicavit. Fru-

Trajanum lib. x. *Quidam vel in opus damnati, vel in ludum.* Et ludo Christiani adjudicari vetantur leg. VIII. de poenis Cod. Theod. inf. cap. XXX. TORR.

Neque per lanistas, sed in domibus per equites Romanos,] Imo vero etiam per se ipsum, cum res postulabat. Hirtius de bello Africo c. LXXI. *Caesar contra ejusmodi hostium genera copias suas, non ut imperator exercitum veteranum, sed ut lanista tirones gladiatores condocefacere.* vide locum eximium. CASAUB.

Ac etiam] *Atque etiam* Cod. Copes. Edit. Rom. quod verum puto: non enim solent eleganter scribentes *ac* ponere ante vocalem. ita peccatum saepe a librariis ignorantia elegantiae. vid. inf. cap. 55. 64. Aug. 19. Calig. Galb. 10. quae omnia & plura alibi loca a librariis corrupta esse patet. Vide Torr. ad Aug. XCVI. & Markl. ad Stat. III. Silv. II. 44. Unde apparet, quam nitide & sonore Ciceronem loquentem faciat Davisius, lib. I. de Nat. Deor. I. *nihil moliantur, ac ab omni curatione vacent.* cum Firmici locus docere potuisset, *& ab* legendum. & v. de Fin. 9. *& simul ac ortum est*, ubi vel *atque* vel *ut* rectius debuisset praeferri. vid. eumdem Davis. ad II. De fin. 7. pro Milone etiam cap. XII. ubi *munus ac instrumentum* vulgo legitur, vidi in codice Bibl. Academicae, qui fuit Thevenoti, *atque.* apud Senec. Suasor. I. etiam edunt, *Ac Antonius ait*, cum *At* sit in optimis codicibus. Cic. lib. I. Tusc. Disp. 4. *Ponere jubebam, de quo quis audire vellet, ad ea aut sedens, aut ambulans disputabam.* ubi perperam alii *ac ea aut sedens* praeferunt. nec Davisius in priore editione ab illa lectione abhorrebat, sed in altera totam omisit notam. & apud Livium pluribus locis ita peccatum docebit Cl. Drakenb. BURM.

Epistolis] *Epulis* Ed. Venet. pr. quod ex compendio scripturae pro *Epistulis* ortum. ita enim exhibet Copes. & centies aliis in locis Codices MSS BURM.

Ipsique dictata exercentibus darent.] Proprium lanistarum, quando tironibus illa dant praecepta, quae Hirtio commemorantur eo, quem indicavimus, loco. Hieronymus praefat. in XIII. Commentariorum Ezechielis: *Facile est dare dictata de populo & singulos ictus calumniari, ac de alieno ridere sanguine, & ubi vulnus infigi debuerit, imperiti lanistae more differere.* Tertullianus ad Martyres: *Nec tantus ego sum, ut vos alloquar: sed tamen & gladiatores perfectissimos non tantum magistri & praepositi sui, sed etiam idiotae & supervacui quique adhortantur de longinquo: ut saepe de ipso populo dictata suggesta profuerint.* CASAUB. *Exercentibus*, pro *se exercentibus*. vid. ad Aug. XCVIII.

Legionibus stipendium] Stipendium militare dari coeptum de publico peditibus quidem A. U. CCCXLVII. equitibus vero triennio post, auctor est Livius lib. IV. 59. Sed quis stipendii modus fuerit, nemo, ne Budaeus quidem, homo doctissimus & diligentissimus, satis explicavit. Et initio quidem perexiguum fuisse, cum re ipsa manifestum est, tum Polybius suo quoque tempore ostendit; quomodo vero excreverit, Suetonium audiamus. *Addidit* (inquit, de Domitiano loquens, cap. VII.) *& quartum stipendium, aureos ternos.* Quae verba, tres aureos unum efficere stipendium, & militem sub Domitiano quadruplex stipendium meruisse, suadent, aureos scilicet XII. Sed profecto sunt in vitio, legendumque *aureis ternis*, Justo Lipsio assentior Elector. I. cap. II. Ita menstruum fuerit aureus unus, sub Domitiano quaterni. Aureus autem tunc valebat denarios, sive drachmas XXV. aut nummos centum. Quod ita esse monstrabimus Oth. cap. IV. & probat Zonaras, ex Dione, ut arbitror; nam & ipse de Domitiano loquens, *Cum* (inquit) *militibus septuagenae quinae drachmae solverentur, centenas dari jussit.* Idque cum Tacito convenit lib. I. Annalium, ubi milites post excessum Augusti singulos in diem denarios per seditionem poscentes describit, cum ante non nisi XXV. denarios in mensem, & sic sexta parte minus, accipere consuevissent. Quod vero denis in diem assibus animam & corpus aestimari iidem ibi milites conqueruntur, non de assibus, qualis decem denarium efficiunt, intelligo, (alioqui diurnum poscentes denarium, non plus petiissent quam ante acceperant) sed de assibus,

Frumentum, quoties copia esset, etiam sine modo mensuraque praebuit: ac singula interdum mancipia & praedia viritim dedit. Ad retinendam autem Pompeji necessitudinem ac voluntatem, Octaviam sororis suae neptem, quae C. Marcello nupta erat, conditionem ei detulit, sibique filiam ejus in matrimonium petiit, Fausto Syl- 27

bus, ut tunc temporis in usu erant. Et fortassis denarius duodecim assibus permutabatur, aut etiam pluribus, ut sub Augusto XVI. bellis nimirum civilibus exhausta repub. quod Vitruvius tradit; & totidem, Fabio Dictatore, bello II. Punico. de quo Plinius lib. XXXIII. cap. III. Neque me movet, quod ibidem scribit Plinius, in militari stipendio semper denarium pro decem assibus datum. nam XXV. denarii, quod simplex in menses singulos esse stipendium diximus, cum ducentos tantum & quinquaginta asses militares efficiant, si dies XXX. mensi attribuas, non denos in diem asses, sed octonos tantum & trientem reddent. Atqui milites denos poscebant justos' ac legitimos, hoc est nimirum, denarios XXX. seu asses militares CCC. Atque haec quidem satis aperta sunt; major vero dubitatio est, cum (ut hic narrat Sueton.) legionibus Caesar in perpetuum stipendium duplicaverit, Domitianus vero quartum addiderit, quis medio tempore tertium adjecerit. De quo nihil temere affirmaverim. nam & quod Caesar perpetuum esse voluit, Augustus constituta a bellis civilibus repub. haud dubie revocavit, quidquid ubique militum esset ad certam stipendiorum praemiorumque formulam adstringens. Auctor Sueton. Aug. cap. XLIX. Successores vero pro sua quisque libidine iterum auxere. TORR. Vide Gronov. de Pecun. Veter. III. 2. ubi Torrentii lapsum castigat.

Quoties copia esset,] Quae vero liberalitas, si abundet & vile sit frumentum, militibus large dare? quare nisi copiam Caesari soli, non universis fuisse intelligamus, praeferrem Cod. Periz. scripturam, *quoties inopia esset*; quod insignem munificentiam & largitatem ostendit, quum in publica caritate, *etiam* (quae particula notanda) sine modo mensuraque praeberet: qui parca etiam manu dando potuisset gratiam inire. Sic *frumenti inopia* Domit. VII. *frugum* Tib. XVI. *vini* Aug. XLIII. BURM.

Ac singula interdum mancipia & praedia viritim dedit.] Quidam *ex praeda*. Confirmat eam lectionem locus ipsius Caesaris e libro septimo extremo: *Ex reliquis captivis toti exercitui capita singula praedae nomine distribuit.* ab altera lectione stant omnes membranae. CASAUB. Nihil variant MSS. nostri. haud displicet tamen quod conjicit amicus noster magnus Fulv. Ursinus, *ex praeda*. GRUT. Quot opus fuisset praediis decem legionum, praeter auxiliorum, militibus? quum captivis magno numero factis, facile suppeteret numerus mancipiorum. ita mox *captivorum millia* dono offerebat. in Ed. Venet. pr. est *prandia. ex praeda* nescio an opus fuerit addere, quod per se satis intelligitur. Dubitabam aliquando an *pecora* legi possit, ut intelligat vel oves, boves vel alia animalia rapta ex hostico, quibus milites pascebat, vel alia etiam, quae jumenta essent, ut equos, asinos &c. quae nomine *pecudis* aut *pecoris* saepe apud Sallustium & alios in praeda conspiciuntur. sic Curt. VIII. 4. *Sysimithres multa jumenta, & camelorum duo millia adduxit, pecoraque & armenta, quae distributa militem & damno & fame liberaverunt.* & saepe *pecus imperatum* ad levandam inopiam *militum* legimus. vid. Caes. I. Bell. Civ. 52. facile vero potuisse labi in hac voce scribas argumento est Ovidii locus IV. Trist. I. 79.

Utque rapax pecudem, quae se non texit ovili,
Per sata, per silvas, fertque trahitque lupus.

Ubi Heinsius ex Gottorp. codice praefert *praedam*. BURM.

Ad retinendam &c] Pertinet illud iterum ad vinculum, quo arctissime inter se cohaereret affinitas. produxique multa exempla eorum, qui hac de caussa repudium miserunt uxoribus, bene alioquin convenientibus, ad Annales Taciti. GRUT.

27. *Sororis suae neptem,*] Sic ipse major avunculus ei erat, uti & Octavio, qui postea Augustus appellatus est, cujus soror Octavia minor. Aug. cap. III. TORR.

Conditione ei detulit.] Sic Claud. cap. XXVI. *Nec durare valuit, quin deconditionibus continuo tractaret.* Galb. cap. V. *Neque sollicitari ulla conditione amplius potuit.* Quibus omnibus locis Sueton. *conditionis* vocabulo pro con- jun-

Syllae destinatam. Omnibus vero circa eum, atque etiam parte magna senatus, gratuito, aut levi foenore obstrictis, ex reliquo quoque ordinum genere vel invitatos, vel sponte ad se commeantes, uberrimo congiario prosequebatur: libertos insuper, servulosque cujusque, prout domino patronove gratus quis esset. Tum reorum aut obaeratorum, aut prodigae juventutis subsidium unicum, ac promptissimum erat: nisi quos gravior criminum, vel inopiae luxuriaeve vis urgueret, quam ut sub-

junctione vel pactione nuptiarum sponsaliorumque usus est, ut & alii auctores, praecipue JCti. e quibus Cajus in renunciatione nuptiarum haec verba probata esse ait: *Conditione tua non utar.* Sed & Festus: *Conventa* (inquit) *conditio dicebatur, cum primus sermo de nuptiis, & earum conditione habebatur.* Sueton. tamen Aug. cap. LXIX. *conditiones quaesitas per amicos* cum scribit, non de nuptiis, sed de stupris intelligendus est, ut Ter. Andr. *Accepit conditionem, dein quaestum occipit.* Cicero quoque pro Coelio: *Habes hortos ad Tiberim, quo omnis juventus natandi causa venit. Hinc licet conditiones quotidie legas.* Vide Cajum J. C. l. II. De divortiis & repudiis. TORR. Pal. sec. *conditionem*: etiam non male. Martialis lib. V. Epig. 17.

Dum tibi noster eques sordida conditio est.

GRUT. Vid. Graevii notas hic, & Drakenb. ad Liv. III. 45.

Omnibus circa eum,] Graeca locutio, τοῖς περὶ αὐτόν, id est, quorum familiaritate utebatur. Sic Domit. cap. IX. *Omnes circa se largitione prosecutus.* TORR. Plinius Panegyr: *Omnes circa te similes tui effecisti.* Aemilius Probus in Eumene: *Non passi sunt ii, qui circa erant.* Suetonius lib. IV. cap. X. *Tanti in eum & qui juxta erant, obsequii.* Cicero modo Graece dicit, οἱ περὶ αὐτόν, ut ad Atticum lib. XIII. extremo: modo Latine, *qui circum illum sunt*, ut lib. IX. ad eundem. CASAUB.

Gratuito aut levi foenore.] Liber Tornacens. *gratuitu*, ne quis forte ad foenus referat. nullum enim foenus gratuitum est. TORR. Quum nullum sit gratuitum foenus, viri docti ex indicio Torrentii, in *gratuitu* acquiescere voluerunt. Sed illa vox auctoritate caret. ego *gratuito* positum esse absolute puto, ut *mutuum* pro mutua pecunia: ita Tib. XLVIII. *proposito millies HS. gratuito.* id est gratuita pecunia sine foenore; sed lexicographi, quibus plurimi, ut certissimis eruditionis promis condis, confidant, pro adverbio ibi capiunt: ita *fortuitu*. Tib. 48. *Gratuitum* ergo pecunia est sine foenore. Cod. Copes. *gratuito ac levi*: male. & hoc vult ICtus l. 33. ff. de usur. *de pecuniis, quae non pariunt usuras.* ut legendum. BURM.

Obstrictis] *Abstrictis* Periz. Cod. quamvis vero notari posset constructio, *parte senatus obstrictis*, pro *obstricta*. ut apud Liv. I. 59. Gronovius corrigebat, *inde pars quidem praesidio relicti.* & de similibus Cl. Drakenb. ad Sil. X. 307. & nos quaedam adtulimus ad Ovid. I. Met. 162. potius tamen ad *omnibus* referri posset. BURM.

Ex reliquo quoque ordine] Locus suspectus, & si sanus sit, singulari locutione notabilis, nam cum duo tantum ordines, equester & plebeius, nominato jam senatorio, supersint, ex illis qui sunt, *reliquum* quidem *genus* vocare licebit: sed videtur aliquid addendum, ut quosnam ex illo genere velit, non omnes, sed certos designet. forte illud *quoque* natum ex ultima syllaba *E reliquo.* & legendum, *& ex reliquo quemque ordinum genere, vel invitatos.* illa vero elegans, & frequens est locutio, *quemque invitatos*, de qua vid. ad Ovid. V. Met. 212. & Heins. I. Adv. 8. quae publico debemus. Adde Tib. XXXV. BURM.

Uberrimo congiario.] Ut *donativum*, quod militi; sic *congiarium* vocabant, quod populo a viris principibus liberalitatis ergo praestabatur. Hic pro dato privatis munere ponitur, ut Vespas. cap. XVIII. & de claris Rhetoribus cap. III. Cicero VIII. Famil. epist. III. *Plancus magno congiario donatus a Caesare.* TORR. Erat igitur & congiarium privatorum. notavit Abram. ad Cicer. II. Philip. 45. BROUKH.

Prosequebatur] *Persequebatur* Codd. Mem. & Cujac. & Ed. Rom.

Servulosque cujusque.] Dio libro XL. Καὶ οὐ μόνον τοὺς ἐλευθέρους, ἀλλὰ καὶ τοὺς δούλους, τούς τι καὶ ἀνεπαῦε παρὰ τοῖς δεσπόταις σφῶν δυναμένους ἐθεράπευεν. CASAUB. *Cujusque* deest Copes. *Patronoque* Harlem.

Tum reorum] *Jam* Cod. Mem. & Copes.

Subsidium] *Perfugium* est Cicer. II. Phil. 20. ubi vid. Abram. BROUKH.

His

subveniri posset a se. his plane palam bello civili opus esse dicebat. Nec minore 28 studio reges atque provincias per terrarum orbem adliciebat: aliis, captivorum milia dono offerens: aliis, citra senatus populique auctoritatem, quo vellent, & quoties vellent, auxilia submittens: superque Italiae, Galliarumque & Hispaniarum, Asiae quoque & Graeciae potentissimas urbes praecipuis operibus exornans: donec adtonitis jam omnibus, & quorsum illa tenderent, reputantibus, M. Claudius Marcellus Consul, edicto praefatus de summa se republica acturum, retulit ad senatum, ut

His plane palam.] An alterum glossematium est? nam a Viterb. abest *τὸ palam*. Sed retinet Turonensis: idque melius. CASAUB. Sic nostri omnes, ac recte. GRUT. *Plane* deest Copef.

Superque] *Similiterque* Codd. Periz. Harlem (qui & *Italia*) Edd. Roman. Bonon. Venet. sec. Junt. Lugd. Ald. sed *superque* Venet. pr. Basiliensis & aliae. *super* hic, notante Erasmo, praeterea notat, ut saepe Suetonius. vide Bernecer. & nos ad Phaedr. III. 11. Valesius in Valesianis pag. 199. tot urbes hinc a Julio Caesare dictas in Gallia, ut *Juliobonam*; *Juliomagum* &c. ex hoc loco ostendit. BURM.

Potentissimas urbes] *Potissimas* legit Lipsius II. Admirand. cap. 12. pr. BERNECCER. Saepe quidem hae voces commutatae, orto ex compendio scribendi vitio. sic apud Just. XXII. 2. *potentissimos quosque ex principibus interfecit.* ubi alii *potissimos*. Quinctil. II. de Inst. Orat. 17. *potentissimum dicendi genus.* ubi Stephani margo *potissimum*. vide & ad Declam. XV. 7. sed hic nihil novandum. *potentes urbes* sunt non tam divitiis, & opibus, quamquam iis quoque, quam militari laude & incolarum virtute & numero florentes. sic Virg. I. Aen. 531. & III. 164. *Terra potens armis.* & VII. 630. *Atina potens.* Ovid. XV. Met. 546. de Roma:

Hanc alii proceres per secula longa potentem,
Sed dominam rerum de sanguine natus Iuli
Efficiet

Cicer. II. de Invent. 56. *quibus rebus non illud solum conficitur, ut salvae atque incolumes, verum etiam ut amplae atque potentes sint civitates.* & ita passim alii. BURM.

M. Claudius Marcellus consul,] Hic & Ser. Sulpicius Rufus A. U. DCCII. iste ob eloquentiam, alter ob juris scientiam, consules facti sunt. Dion. TORR.

De summa se republica] Sic Cicero *summam rempub. gerere* pro Planco, & *summae reipub. praeesse* pro Domo. Virg. lib. IX. 199.

Mene igitur socium summis adjungere rebus,
Nise, fugis? TORR.

Se deest Hulss. Cod., qui, *de summa repb. acturum:* Illustravit *summam rempublicam* Cl. Graevius ad Cicer. X. ad famil. 8. intelligitur vero res tanti momenti, ut in ea salus reipb. & praesentis status conversio versari videatur. & ideo *referre*, vel *agere de summa* repb. est de statu reipb., qui videbatur labefactari, & legibus violatis adserendis cum Senatu agere. eodem sensu infr. cap. XXXIX. dixit *adpellare de republica patres*, id est de praesenti statu, & periculo, in quo esse videbatur respublica, agere. Tacit. XII. Ann. 5. *Ipse ingressus curiam summamque rempublicam agi obtestans, veniam dicendi ante alios exposcit.* ut recte Lipsius pro *summam Reipb.* rescripsit. & ita ille alibi. Eodem sensu saepe apud Livium occurrit, *de republica dicere & loqui.* ut lib. III. 41. 71. & in primis cap. 39. ubi L. Valerius Potitus post relationem Appii Claudii, postulat, *ut de republica liceret dicere*, antequam sententiae ordine rogarentur, id est de re, de qua non relatum esset, sed quae summam rempb. spectabat: quod eum nollent Decemviri admittere, C. Claudius auctor fuit, ne de re relata sententiam dicerent Senatores, caussam adferens, *Censendo enim quoscumque magistratus esse, qui senatum haberent, judicabat, quos privatos fecerat auctor nullius Senatusconsulti faciendi.* Ubi *censere* est de re a decemviris relata sententiam dicere, quod si facerent senatores, eo ipso illos magistratus esse, & jus referendi habere judicabant, quum C. Claudius, auctor non censendi, eos privatorum numero habendos ostenderet. similis locutio, sed non plane eadem res, est apud Cicer. I. ad At. 14. *Homines ad XV. Curioni, nullum SCtum facienti, adsenserunt:* ubi sententias dixisse senatores & censuisse docet vox *adsenserunt*, & seq. *ex altera parte facile cccc. fuerunt:* nullum vero SConsultum faciens ibi est, censens nullum esse

ut ei succederetur ante tempus: quoniam bello confecto pax esset, ac dimitti deberet victor exercitus: & ne absentis ratio comitiis haberetur, quando nec plebiscito Pompejus postea abrogasset. Adciderat autem, ut is legem de jure ma-

esse faciendum, ut explicat Cl. Graevius ad lib. x. Epist. 5. Burm.

Quando nec plebiscito Pompejus postea abrogasset.] Tres libri *quando nec plebiscito.* Turneb. Adversar. xxiv. cap. xiv. *ne* particulam retinet, & sic distinguit: *quando, ne plebiscito, Pompejus postea abrogasset*, hoc sensu, *quando, ne plebiscito*, supple, absentis ratio haberetur, *Pompejus postea abrogasset.* Sed haec dura nimis atque insolens interpretatio est. Ego vel rejiciendam censeo particulam *ne* seu *nec*, vel pro alterutra scribendum, *ei plebiscito.* quod Oberto Gifanio placere intelligo. Aut etiam retento *ne*, dicendum conjunctionem esse neque dubitantem, neque interrogantem, sed confirmantem atque enunciantem, ut Priscian. docet de illo Horatii loco, I. Sat. x. 21. *O seri studiorum, quine putetis, &c.* Adde Virg. IV. 598. *quiane auxilio juvat ante levatos.* Catul. Epithal. *quemne ipsa reliqui:* & iterum, *quine fugit.* *Plebiscitum* autem vocat legem seu Vatiniam seu Treboniam, utramque tribunitiam, ut sup. cap. xxiv. Legem autem de provinciis Pompejus tulit. A. U. DCCI. quo solus cos. factus est. Torr. Ita est in principe editione: ita in omnibus MSS. neque absurda lectio, si modo *abrogare* pro derogare positum meminerimus: nam auctor Glossarii non solum ἀκυροῦν, sed etiam ἐλαττοῦν interpretatur. Sensus est: absentis Caesaris non esse rationem habendam, quia Pompejus legi suae, qua id in genere prohibebatur, non derogasset plebiscito: sed propria tantum auctoritate eam in aerarium jam relatam correxisset. Atqui ut ei legi a Pompejo semel perlatae derogaretur, tam opus fuerat populi auctoritatem intervenire, quam ante, cum in gratiam Caesaris fuerat factum prius plebiscitum sive rogatio, qua permittebatur ei absenti petitio consulatus. Casaub. *Nec* plane Pall. tres. Gruter. Quid hic moliti sint, apparet: sed Casauboni explicatio ferenda non est: *quando nec plebiscito Pompejus postea abrogasset*, esse, quia Pompejus legi suae non derogasset plebiscito. Durum primo, nihil aliud quam *Pompejus abrogasset*, vice τοῦ *Pompejus legi suae derogasset.* Deinde ut haec stet interpretatio, necessario statuendum, nulla lege quemquam solvi, aut nulli legi derogari potuisse, nisi per plebiscitum. Omnino scribendum: *quando & plebiscito.* Et *plebiscitum* est, quod decem tribuni plebis tulerant, ut liceret absenti petere: & huic abrogatum ait lege Pompeja. Eo pertinent haec verba, ut significent Marcellum voluisse videri nihil iniquum aut novum & sine more in Caesarem statui: nam & plebiscito, quo illi datum erat, ut absentis habetur ratio, posteriorem legem Pompejam, eo capite, quo absentes a petendo submovet, abrogasse: *siquidem quod postremo jussit populus*, id jus est. (Cicer. Pro Balbo cap. xiv.) Sed, inquis, Pompejus postea correxit errorem, & jam in aerarium conditae legi adscripsit, eo capite solutum esse Caesarem. Sed id dissimulabat se scire, aut pro nullo habebat Marcellus, tanquam privatim factum, & non intervenisset auctoritas publica. J. F. Gronov. *Ne plebisc.* Harlem. Edd. Venet. sec. & tert. Bonon. Juntae, Lugd. Arg. Basil. & plurimae aliae. *Abrogasset* vero omnes fere veteres; discedunt autem interpretes in partes diversas. Ego, ut brevis sim, *plebiscito* dativo casu cum Gronovio capio, & intelligo illud, quod ante legem Pompejam latum erat in gratiam Cæsaris, unde *privilegium* vocatur. Quia vero Pompejus in sua lege, non exceperat Caesarem, & ita plebiscitum vim suam retinebat, necessario hic *nec*, vel *ne* locum habere nequit, sed cum Gronovio non tantum *&* vel *ei*; sed simul *obrogasset*, cum editione Stephani legendum: nam *abrogamus legem, obrogamus legi.* nisi forte ex *ne* faciamus *de*, *quando de plebiscito obrogasset.* ut Florus loquitur lib. III. 17. quamquam id viris doctis vix placeat. Quare si nec hoc arridet, medicina adhuc ab emendato libro exspectanda. obrogasse vero Plebiscito Pompejum, & per oblivionem non excepisse Caesarem, sed hoc consulto fecisse, ostendit Cicer. VI. ad fam. 6. *Rationem haberi absentis, non pugnavi ut liceret, quam ut, ipso* (Pompejo solo) *pugnante, populus jusserat, haberetur.* Unde apparet Pompejum consilio Ciceronis non obtemperare voluisse, & lege sua revera obrogasse plebiscito, nec per oblivionem,

magistratuum ferens, eo capite, quo a petitione honorum absentes submovebat, ne Caesarem quidem exciperet, per oblivionem: ac mox lege jam in aes incisa, & in aerarium condita, corrigeret errorem. Nec contentus Marcellus provincias Caesari & privilegium eripere, retulit etiam, ut colonis, quos rogatione Vatinia Novumcomum deduxisset, civitas adimeretur: quod per ambitionem & ultra praescriptum data esset. Commotus his Caesar, ac judicans, quod saepe ex eo auditum ferunt, 29 difficilius se principem civitatis a primo ordine in secundum, quam ex secundo in novissimum detrudi, summa ope restitit, partim per intercessores tribunos, partim per Servium Sulpicium alterum consulem. Insequenti quoque anno, C. Marcello, qui fratri patrueli suo Marco in consulatu successerat, eadem tentante, collegam ejus

nem, sed studio & voluntate exceptionem illam non inseruisse legi suae. rationem vero consilii sui Cicero, quo suadebat Caesaris absentis rationem esse habendam paullo ante adfert, quia *fuisset quidem*, Caesar consul factus, *clarus in toga & princeps*, *sed tantas opes*, *quantas nunc habebat*, *non habuisset*. & Epist. I. ejusdem libri dicit, *Togati potius potentiam*, *quam armati victoriam subissemus*. ubi idem Sulpicium suasisse Pompejo addit. post legem vero latam correctum illum errorem recte Gronovius observat, nihil obstare, quo minus plebiscito obrogatum esse Marcellus contenderet. Sabellicus dubitat an *nae* pro *certe* sit legendum, vel *plebiscito* explicat legi suae, cui Pompejus non obrogasset. sed Pompejo consuli non potest plebiscitum adscribi, sed illud quod cap. XXVI. a tribunis latum narrat. Melius tunc esset Casaubonum sequi. *Pompeji* Ed. Venet. pr. BURM.

Capite] *Capitulo* Exc. Cuiac. alios legere docent. vitium aevi posterioris.

Absentes] *Absentis* Memm.

In aes incisa] Cascus liber Barthii *caesa*.

Corrigeret errorem.] Pompejus consul legem jam tulerat. Marcello vero & Sulpicio coss. videns Marcellum acerbius agere, moderari eam conabatur, displicere quidem sibi affirmans Caesarem ante tempus imperio privari, dans tamen operam, ut finito decennio arma deponere, & ita ad Urbem redire juberetur. Contendebat ergo Marcellus legi locum esse, quae semel in aerarium relata, non nisi contraria lege abrogari poterat. Vide Dionem. TORR.

Vatinia] *Vaticinia* Copes. Cod.

Ultra praescriptum.] Ultra *legum praescripta*, ut est Claudio c. XIV. vel ultra quam lege colonica, qua coloni deducebantur, cautum fuerat. Illa enim cum colonos civium Romanorum privilegio non donabat, hac liberalitate uti Caesar non debuerat. Sed ille ita legem interpretatus videtur, ut quod expresse ea prohibitum non foret, sui plane esse putaret arbitrii; quod tamen ita non fuit. Tenebatur enim & legibus consuetudinibusque populi Romani quibusque aliis, quae dare civitatem hac ratione non sinebant. GOES. Nimis hoc subtile & longius quaesitum? interpretor cum Beroaldo & Sabellico de majori numero colonorum, quibus civitatem antea dederat; ultra numerum, quem lex definierat. BURM.

Restitit partim per intercessores tribunos, *partim per Servium Sulpicium.*] Dio: Καὶ αὐτῷ (Metello cos.) ὅ, τε Σελπίκιος καὶ τῶν δημάρχων τινὲς ἀντέπραξαν. CASAUB.

Insequenti] *In sequenti* Cod. Periz. & Editiones Venetae, Basil. Gryph. & aliae. & ita saepe aliis in locis, ut Aug. XCIV. Vesp. v. & alibi. BURM.

29. *C. Marcello*, *qui fratri patrueli suo Marco.*] Dion C. Marcellum ab aliis ἀνεψιὸν, ab aliis ἀδελφὸν M. Marcelli traditum scribit. Suetonio magis credo. C. vero Marcellus, qui anno sequente cum Lentulo cos. factus est, M. frater fuit. Cum tribus igitur Marcellis annis continuis tribus Caesari negotium fuit. TORR. Miror hic nullam M. Antonii Tribuni factam mentionem, quum ab ejus scelere omnium malorum principium exstitisse dicat Cicero II. Phil. cap. 21. & 22. BROUKH.

In consulatu] *In consulatum* Cod. Hulf. vid. sup. cap. XXI. BURM.

Tentante] *Eadem tempestate* Codd. Copes. Harlem. & Periz. (qui in margine *tentabat*) Edd. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Arg. & aliae. *tentanti* Graevius in pr. editione, nec hoc male. BURM.

jus Aemilium Paullum, Cajumque Curionem violentissimum tribunorum, ingenti mercede defensores paravit. Sed cum obstinatius omnia agi videret, & designatos etiam Consules e parte diversa, senatum literis deprecatus est, ne sibi beneficium populi adimeretur: aut ut ceteri quoque imperatores ab exercitibus discederent, confisus, ut putant, facilius se, simulatque libuisset, veteranos convocaturum, quam Pompejum novos milites. Cum adversariis autem pepigit, ut dimissis octo legionibus, Transalpinaque Gallia, duae sibi legiones, & Cisalpina provincia, vel etiam una legio cum Illyrico, concederetur, quoad Consul fieret. Verum neque senatu interveniente, & adversariis negantibus ullam se de 30 republica facturos pactionem, transiit in citeriorem Galliam: conventibusque peractis, Ravennae substitit, bello vindicaturus, si quid de tribunis plebis, intercedentibus pro se, gravius a senatu constitutum esset. Ex praetextum quidem illi civilium

Ingenti mercede.] Curionem enim aere alieno, quod erat sexcenties HS. si Valerio credimus lib. IX. cap. I. liberavit, & Paulo Aemilio mille & quingenta talenta donavit, seu, ut volunt alii, HS. trecenties sexagies. Appian. & Plutarch. TORR.

Obstinatius] *Obstinatus* Harlem.

E parte] *A parte* Cod. Periz.

Senatum] *Senatus* Cod. Copes.

Deprecatus est] Tamen has literas minaces & acerbas vocat Cicer. XVI. ad fam. II. BROUKH.

Beneficium populi adimeretur.] Liber unus *adimeret*, Senatus scilicet, quem litteris Caesar deprecatus fuerat. TORR. *Adimeretur*, proba lectio, quae & in membranis: non *adimeret*. quod placet quibusdam: mihi non. vetant illa mox, *neque senatu interveniente*. CASAUB. *Judicium populi adimeretur:* haud aliter & nostri tres. GRUT. Credo errasse operas, & pro *beneficium*, *judicium* supposuisse. Nam hoc nusquam reperi. BURM.

Simul atque] *Simul adque* Periz. quam lectionem in aliis fuisse puto, ordinaria literarum *d* & *t* commutatione: nam hinc irrepsisse *ad quae* in Edd. Venet. tres, Bonon. Lugd. Paris. Junt. Gryph. & alias puto. quasi esset, *ad quae libuisset*, pro ad quaecumque. ita & variatur infr. 39. BURM.

Cum adversariis autem pepigit.] Pepigisse eum dicit, qui non tam pactus sit, quam pacisci voluerit. nam ut mox sequitur, adversarii omnia rejecerunt. Pactum autem, ut J. C. definiunt, duorum, pluriumve in unum placitum & consensus est. TORR. Hoc est, pacisci voluit. Libro VII. in Vitellio, cap. XV. *Atque ubique aut superatus aut proditus, salutem sibi & millies HS. a Flavio Sabino Vespasiani fratre pepigit.* Nam ita puto ibi quoque accipiendum. Sic in Nerone, cap. V. *repraesentanda praemia in posterum sanxit*, id est, sanciendum dixit. Juvenalis III. Sat. 78. *Graeculus esuriens in coelum, jusseris, ibit*, id est, iturum se promittet. Dio libro LIV. Τὸν δὲ Λέπιδον τὸν θανατωθέντα ἀπέδειξε. θανατωθέντα occidi jussum, non revera occisum. Sic multa apud Jurisc. accipienda *sine effectu*, ut loquuntur. CASAUB. *Pepigit*, recte exponunt, pacisci voluit, instituit. vid. Passer. ad Propert. I. IV. pag. 158. & supr. cap. XV. BURM.

Transiit] *Transit* Ald & Steph.

30. *Conventibusque peractis Ravennae substitit.*] Citantur a commentariis in ostentationem veterum auctoritates, nec tamen satis erudite adhuc, quod sciam, quid sit *peragere conventus* explicant. Nos ne non omnia communi demus utilitati, *peragere conventus* nihil aliud esse contendimus, quam jurisdictionem legitimam absolvere per opida ad id destinata, quae, quando in ea statis temporibus conveniretur a provincialibus caussa juris sui persequendi, *conventus* dicerentur. Repraesentant autem hunc morem anno vertente religiosi fratres *capitula* appellantes: repraesentant etiam maxime omnium Galli parlamentis jam quatuor institutis, quorum praecipuum urbis amplitudine & auctoritate Parisiense habeatur. Jam & veterum fuere uxoriae stipulationes, quae convenire in manum per coëmtionem dicerentur, de quibus alias. EGNAT. *Conventisque* Codd. Harlem. & Periz. (qui tamen in margine *conventibus*) Edd. Venetae tres.

30. *Bello vindicaturus, si quid de tribunis plebis gravius*] Speciosissima oratio. vide Dio-

lium armorum hoc fuit: causſas autem alias fuiſſe opinantur. Cn. Pompejus ita dictabat, quod neque opera conſummare, quae inſtituerat, neque populi exſpectationem, quam de adventu ſuo fecerat, privatis opibus explere poſſet, turbare omnia ac permiſcere voluiſſe. Alii timuiſſe dicunt, ne eorum, quae primo conſulatu adverſus auſpicia legeſque & interceſſiones geſſiſſet, rationem reddere cogeretur: quum M. Cato identidem, nec ſine jurejurando, denuntiaret, delaturum ſe nomen ejus, ſimul ac primum exercitum dimiſiſſet: quumque vulgo fore praedicarent, ut ſi privatus rediſſet, Milonis exemplo circumpoſitis armatis cauſſam apud judices diceret. Quod probabilius facit Aſinius Pollio, Pharſalica acie caeſos profligatoſque adverſarios proſpicientem, haec eum ad verbum dixiſſe referens: *Hoc voluerunt: tantis re-*

Dionyſium Halicarnaſſeum libro VIII. ibi: Καὶ δὴ καὶ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον ἐπὶ τῆς ἡμῶν ἡλικίας, ὡς μάγους, & quae ſequuntur. CASAUB.

Et praetextum quidem illi civilium armorum hoc fuit.] Quod Polybius in omni hiſtoria prudentiſſime monet faciendum, ut inter cauſſas, praetextus, initia bellorum diſtinguamus: id diligenter hoc loco a Suetonio factum licet obſervare. In cod. Viterb. locus erat veteri manu correctus *praetextus hic.* male. Gloſſarium: *Praetexto*, σοφίζω. Alia notione in Seneca *praetextum* pro purpura, quae praetexitur. Locus eſt epiſtola LXXI. *Sed Cn. Pompejus amittet exercitum: ſed illud pulcherrimum reip. praetextum, optimates, uno praelio profligabuntur.* Optimates vocat honeſta translatione praetextum reip. Simillime Graeci loquuntur, & quidem Stoici. Epictetus apud Arrianum, Diſſertationum libro primo, cap. ſecundo: Τί οὖν σοι ἔδει φροντίζειν; πῶς ἂν ὅμοιος ᾖς τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις; ὥσπερ οὐδ' ἡ κρόκη πάσαις ταῖς ἄλλαις κρόκαις θέλει τι ἔχειν ἐξαίρετον· ἐγὼ δὲ πορφύρα εἶναι βούλομαι. τὸ ὀλίγον ἐκεῖνο καὶ τοῖς ἄλλοις αἴτιον τοῦ εὐπρεπῆ φαίνεσθαι καὶ καλά. Prorſus πορφύρα hic quod in Senecae verbis *praetextum.* Vapulent igitur, qui corruperunt illum in editione Romana Mureti. CASAUB. De voce *praetextum* vid. Gronov. ad Senec. Ep. LXXI.

Alias fuiſſe] Credo excidiſſe vocem, & ex conſueta aliis & noſtro formula legendum, *Cauſſas autem alii alias fuiſſe opinantur.* vid. Oth. IV. Vitell. I. & XIII. BURM.

Conſummare] *Conſumere* Harlem & Ed. Venet. pr. quod ortum, quia *conſumare* codices quidam, ut Copeſ. & Edd. Ald. Baſil. Bonon. & aliae habent. BURM.

Neque populi] *Neque propter exſpectationem* Ed. Venet. pr.

Adventu ſuo] *Sui* Codd. Mem. Periz. & ita editio pr. Graevii.

Delaturum] *Deleturum* fuiſſe etiam lectum docent notae Sabellici.

Simul ac primum] Ex gloſſa natum poſſet quis ſuſpicari τὸ *primum*, & a ſciolo advectum, qui *ſimul* ac, vel *atque*, ut Cap. XXIX. & alibi, explicabat per *quam primum.* nam in Hulſiano erat *ſimul cum:* ſed & ita alii locuti. Cicer. I. Verr. 18. *ſimul ac primum ei occaſio viſa eſt.* IV. Philip. I. *quae* (tempora) *ſimul ac primum aliquid lucis oſtendere viſa ſunt.* & alibi. poſſet & legi *ſimul primum.* de quo vid. Gronov. ad Liv. VI. I. vid. & inf. in Neron. XLIII. BURM.

Praedicarent] *Praedicaret* Ald. Steph. & Ant. Gryph.

Aſinius Pollio.] Hunc de bello civili hiſtoriam ſcripſiſſe oſtendit Horat. lib. II. Od. I. Priſcian. quoque non uno in loco Annalium ejus libros citat, ut Hiſtoriam Seneca. Meminit & Sueton. infr. cap. LV. Plura ad Horat. notavimus. TORR.

Proſpicientem,] *Proſpiciente* Memm.

Haec voluerunt:] Melius libri MSS. *hoc voluerunt.* In uno etiam pervetuſto eſt, *Caeſar condemnatus eſſem*, non *C. Caeſar.* Nec diſplicet. TORR. hunc locum ita Plutarchus expreſſit ex Aſinio, τοῦτ' ἐβουλήθησαν &c. URSIN. *Hoc voluerunt* recte editio vetus viri incomparabilis Roberti Stephani, cui ſubſcribunt MSS. omnes: recte etiam *C. Caeſar*, non *Caeſar.* nam illo modo ſermo auguſtior eſt, & ἀξιωματικώτερος, magiſque ex conſuetudine Romana. Notum eſt: *gaudent praenomine molles auriculae.* Confirmat ſimilis locus apud Caeſarem primo de bello Civili cap. XIII. *Neque ſe, neque reliquos municipes pati poſſe, C. Caeſarem Imperatorem, bene de rep. meritum, tantis rebus geſtis, oppido moenibuſque prohiberi.* Supra omnia eſt Plut. qui Aſinium Pollionem haec ita Graece ſcripta reliquiſſe ait: Τοῦτ' ἐβουλήθησαν, εἰς

rebus gestis C. Caesar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem. Quidam putant captum imperii consuetudine, pensitatisque suis & inimicorum viribus, usum occasione rapiendae dominationis, quam aetate prima concupisset. Quod existimasse videbatur & Cicero, scribens De officiis tertio libro, semper Caesarem in ore habuisse Euripidis versus, quos sic ipse convertit:

Nam

εἰς τοῦτό με ἀνάγκης ὑπηγάγοντο, ἵνα Γάϊος Καῖσαρ, ὁ μεγίστους πολέμους κατορθώσας, εἰ προηκάμην τὰ στρατεύματα, κἂν κατεδικάσθην. in qua interpretatione animadvertendum est, verba illa εἰς τοῦτό με ἀνάγκης ὑπηγάγοντο, auctoris non esse: sed alicujus, qui illa τοῦτ' ἐβουλήθησαν voluit exponere. quare Plutarchi esse non videntur: multo minus Asinii. Caesaris quidem non esse, Jovem lapidem jurare nulla religio fuerit. CASAUB. Subscribunt & huic scripturae Codd. Pall. tres. Vulgati enim, *haec voluerunt*. GRUT. *Haec* Harlem, Periz. Ed. Venetae tres. Bonon. Basil. & aliae. & Lipsius delet praenomen.

Tantis rebus gestis C. Caesar.] Ipsa sunt Caesaris verba e pr. de bello Civili. Supplendum autem ἴσως, ut saepe, verbi substantivi participium, ut apud M. Tullium III. in Verrem. *P. Servilius & Q. Catulus tanta auctoritate sunt, tantis rebus gestis, ut in antiquissimorum & clarissimorum hominum numero reponantur.* CASAUB.

Petiissem] *Petissem* Harlem. Edd. Rom. Venet. pr. & hoc probat Broukhusius, qui de auxilio hoc petito nos remittit ad Cicer. III. de Off. 21. ita *petisse* inf. XLVII. & passim *petit*, *transit* pro *petiit* &c. deest vero hoc verbum Copesiano. BURM.

Quidam putant captum imperii consuetudine.] Horum sententiam verissimam esse, ne dubitandum quidem est. Habent hoc diuturna imperia, ut facile quamvis hominum natum dementent, & cupiditate firmandae potentiae inflamment. Haec postquam sententia sedit, nullum tam praeceps consilium, quod non placeat potius, quam ut imperio cedatur. Imbibant igitur, qui gubernacula reip. tractant, Maecenatis apud Dionem lib. LII. oraculum verius quam dictum: Ἀρχαὶ δὲ μεγαλύτεραι καὶ πολυχρονιώτεραι ἐπαίρουσί πως πολλοὺς καὶ ἐς νεωτεροποιίας ἐγείρουσι. *Longiora imperia & diuturniora multis spiritus attollunt, & ad rerum novarum molitionem praecipites impellunt.* Aemilius Probus Milt. cap. VIII. *Miltiades multum in imperiis magistratibusque versatus, non videbatur posse esse privatus: praesertim cum consuetudine ad imperii cupiditatem trahi videretur.* ubi potius scribam, *cum imperii consuetudine ad imperii c. t. v.* Justinus lib. XXXI. *Negantes Annibalem aequo animo sub legibus vivere, assuetum imperio.* Maximus Caesar peccatum in se commissum a pop. Rom. cavit admittere: & quae sibi patuerat rapiendae reip. viam aliis prudentissime obstructum ivit. Dio libr. XLIII. Ὅτι αὐτὸς (Caesar) πολλοῖς τῶν Γαλατῶν ἐφεξῆς ἔτεσιν ἄρξας, ἔς τε τὴν ἐπιθυμίαν ἀπ' αὐτοῦ τῆς δυναστείας μᾶλλον προήχθη, καὶ ἐς τὴν παρασκευὴν τῆς ἰσχύος ἐπηυξήθη, κατέλυσε νόμῳ. CASAUB. Cujus consuetudinis ea vis est, ut non adolescentes modo, sed & aetas maturior, simulatque adsuevit longiori imperio, eo numquam abire possit: uti luculenti rationum copia probavimus ad illa Livii lib. II. c. 2. *Nescire Tarquinios privatos vivere.* GRUT.

Pensitatisque] Erasmi marg. al. *pensatisque*. ita Cod. Alvari Non.

Tertio libro] Hae duae voces videntur ex margine irrepsisse, neque enim veteres historici tam minuta diligentia utebantur in laudandis testimoniis. adscripserat eas homo studiosus memoriae juvandae. BROUKH.

In ore habuisse] Edit. Germanica addit proxime, *eos in Phoenissis*, &c. Sed recte Turneb. Adversar. XXIV. cap. XIV. *in Phoenissis*, expungendum putat. ego ne Graecos quidem versus a Suetonio adscriptos, sed simpliciter ita legendum censeam, *in ore habuisse eos Euripidis versus, quos sic ipse convertit.* Caetera ab erudito aliquo margini adscripta, in contextum venere. Versus autem vertit Cicero, non Caesar. TORR. *Euripidis versus, quos sic ipse convertit:* Ita scribendus hic locus, ut recte doctissimus Torrentius viderat. Brevitati styli Suetoniani non convenit, ut bis idem dicat, non necessario; deinde in codd. Turonensi & Viterb. ita importuno loco erant, quae hinc sustulimus, ut auctoris ea non esse, vel id satis argumento sit. sic ibi habetur: *semper Caesarem in ore habuisse: Est in Phoenissis:* εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι κάλλιστον ἀδικεῖν (Turonens. ἀδικῆσαι) τ' ἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών. Luce cla-

Nam si violandum est jus, regnandi gratia
Violandum est: aliis rebus pietatem colas.

Quum ergo sublatam tribunorum intercessionem, ipsosque urbe cessisse nuntiatum est, praemissis confestim clam cohortibus, ne qua suspicio moveretur, & spectaculo publico per dissimulationem interfuit, & formam, qua ludum gladiatorium erat aedificaturus, consideravit, & ex consuetudine convivio se frequenti dedit. Dein post solis 31

clarius, ex ora libri esse haec in contextum intrusa, eo igitur rejiciantur, unde pedem moverunt inique. CASAUB. Sane & ista, *in Phoenissis*, adjectitia esse possint, possunt esse & genuina, haud minus quam quae praecedunt, *Cicero scribens de officiis tertio libro*. Graeci autem versus nullo modo exturbandi, quod si licuisset, nimis hercle lubenter librarii eos transiluissent, qui alioqui non prompti ad Graeca describenda. Crebrius insuper in Suetonio reperiuntur Graeci versus sine interpretatione, quam interpretatio sine istis. Imo vero non nisi per occasionem hic interpretationem addidit, videlicet, *quos sic ipse convertit*. Quis autem ille *ipse*? Si Ciceronem putat, quod visum Turnebo, recte substitutum *regnandi* pro *imperii*, quamquam etiam μνημονικὸν ἁμάρτημα Suetonii esse possit. At si Caesarem interpretem intelligit, retinendum cum omnibus *imperii* quod quoad versum & sensum aeque probum. Nihil ergo mutandum erat, aut certe inter Turnebi limites subsistendum. SCRIVERIUS. *Quos* Cod. Memm. *quod est in Phoenissis Euripidis*, & tunc Graeca, deinde, *quod sic ipse convertit*, edidit Jac. Gronov. & probavit. *Quod in Phoenissis*, εἴπερ &c. *Euripidis versus*, *quos* Periz. *Eos in Phoenissis versus* Harlem. & ita Edd. Rom. Venet. pr. (nisi quod Graecos non expresserit, relicto vacuo spatio) & duae aliae, Lugd. Junt. Ald. & aliae multae. sed Steph. *eos in Phoenissis Euripidis versus* εἴπερ &c. nec multum alii discedunt: *habuisse*, *est in Phoenissis*, al. *esse* Exc. Cujac. Graevius, *Euripidis versus*, *quos sic ipse convertit*, omissis Graecis: recte, nam si *eos* legatur, debuissent sine dubio Graeci versus exprimi, quod contra morem Suetonii esse notavit in ora codicis sui Isaacus Vossius, nec illum utraque lingua versus dare, sed alterutra: sic Tib. LIII. Graecum versum adducens, Latina tantum verba profert. Unde Gronovii conatus, *versus* expungentis, refutari potest. *Ipse* autem de Cicerone capit Broukhusius: BURM.

Regnandi gratia] *Imperii* Codd. Copes. Periz. Huls. Edd. Venetae tres, Bonon. Junt. Lug. Ald. Steph. & omnes fere, etiam Basileenses & sequentes. deest vero vox Exc. Vos. *regnandi* est in Raphelengiana 1596. ex Ciceronis III.° de Off. 21. BURM.

Et spectaculo] *Etiam spec.* Cod. Huls.

31. *Formam, qua ludum gladiatorium*] De ludo gladiatorio cap. XXVI. *Formam* autem *ludi* dixit, ut Ner. cap. XVI. *formam aedificiorum*. Cic. ad Famil. II. 8. *eum formam reipub. viderim, quale aedificium futurum sit, scire possim.* Architecti ichnographiam vocant. Turneb. Adversar. III. cap. XXII. TORR. Plutarchus aliter: versatum in foro, & gladiatoribus sese exercentibus praefuisse, eosque spectasse. τὴν ἡμέραν διῆγεν ἐν φανερῷ, μονομάχοις ἐφεστὼς γυμναζομένοις, καὶ θεώμενος. CASAUB. ἰχνογραφία. GUJETUS.

Gladiatorium] *Gladiatorum* Harlem. Copes. & Edd. Rom. Venet. tres. Bonon. & omnes fere antiquae, usque ad Basileenses, qui *Gladiatorium* ediderunt. vid. sup. cap. X. & mox XXXVII. & *ludus Gladiatorius* passim occurrit. Domit. XVII. *quidam e Gladiatorio ludo*. sed variant fere semper codices & editi, & munus *Gladiatorum*, aut *Gladiatorium* exhibent, etiam apud Tacit. XV. Ann. 34 & apud nostrum Tib. VII. XXXVII. & alibi saepe. Ceterum ad Caesaris propositum de Ludo aedificando Ravennae accommodatus locus Strabonis lib. V. pag. 211. qui tantam ejus urbis esse salubritatem ait, ut ibi Gladiatores ali & exerceri jusserint primores Romani. BURM.

Ex consuetudine convivio se frequenti dedit.] Geminum huic vaframentum Arati Sicyonii Plutarchus narrat. CASAUB.

Dein post solis occasum.] Quum ante horam consuetam accubuisset Caesar, hoc est, ante solis occasum, ubi jam nox erat, e convivio tempestivo surrexit, petita venia a suis convivis, quos se absente convivium hilariter peragere jussit. Ita hic accipi illa debent, *dein post solis occasum*. Appianus: Αὐτὸς δὲ περὶ ἑσπέραν, ὡς δὴ τὸ σῶμα ἐνοχλούμενος, ὑπεχώρει τοῦ συμποσίου τοὺς

ſolis occaſum, mulis e proximo priſtino ad vehiculum junctis, occultiſſimum iter modico comitatu ingreſſus eſt: & quum luminibus extinctis deceſſiſſet via, diu erra-

τοὺς φίλους ἀπολιπὼν ἐπ' ἰππῆς. CASAUB.

Mulis e piſtrino] Sic *jumenta piſtrinenſia*, Calig. cap. XXXIX. TORR. Plutarchus, τῶν μισθίων ζευγῶν ἐπιβὰς ἰνός· *vehiculo mercede conducto vectus*. CASAUB. Praepoſitio *e* deeſt Harlem.

Luminibus exſtinctis.] Solebant igitur nocturno itinere praeferre faces, quod Turnebus annotavit. Vid. Aug. cap. XXIX. TORR. Veteres cum νυκτοπορίᾳ plurimum uterentur, ut de Alexandro, Julio Caeſare, Auguſto, aliiſque legimus, ad iter nocturnum faces adhibuere, vel lucernas laternae incluſas. Meminit Suetonius libro ſequente, cap. XXIX. Ariſtides Sacrarum quarta: ἡ δὲ πορεία ἐγίνετο ὑπὸ λαμπάδων. Ovidius lib. IV. Faſtorum 167. in deſcriptione diluculi:

Semiuſtamque facem vigilata nocte viator
Ponet: & ad ſolitum ruſticus ibit opus.

Idem Metamorphoſeon lib. I. 493.

Ut facibus ſepes ardent, cum forte viator
Vel nimis admovit, vel jam ſub luce reliquit.

Quod Ovidius ait caſu vel imprudentia viatorum ſolitum evenire, id Varro laſciviae eorum adſcribit in primo de re ruſtica cap. 14. *Naturale ſepimentum, quod obſeri ſolet virgultis aut ſpinis, quod habet radices vivae ſepis, praetereuntis laſcivi non metuet facem.* Nicetas de Manuele Comneno: Ὅπη δ' ἐξῆς νυκτὸς ἴασιν ἀϋπνος, καὶ αὐτὸς τὴν πορείαν ἰχνεύῃ φωτὶ πεμπτῷ. Eleganter φῶς πεμπτὸν, ut αὐγὴ τεχνητὴ apud Hippocratem initio Officinae: πεμπτὸς ἀνέμος Nonnus in Dionyſiacis, de ventulo, quem faciunt qui ventilant aliquem. In commentariis Graecorum legimus, peculiares in uſum viatorum faces ſolitas incidi, e ligno querno vel iligno, quae χελώνια vocabant. Praecipua fuit cura, ne faciie vento cederent: teſtis tamen hiſtoria, ſaepe factum, quod hic Suetonius ait, ut lumina extinguerentur, atque ita via decederetur. Plutarchus in Pyrrho: Περιέβαλε δὲ αὐτοῖς μακρὰν καὶ ἄπειρον ὕλαις ὁδὸν, οὐκ ἀντέχει τὰ φῶτα, καὶ πλάναις τοῖς στρατιώταις συνέτυχον. Propterea uſi ſunt lychnuchis e pelle, in eum uſum comparatis, ut vim ventorum ferre poſſent & defendere. Quoniam autem fallendi fere hoſtis cauſſa iter nocturnum a ducibus exercituum inſtituebatur, quo tutius id fieret, excogitatae ſunt jam olim, quas vocamus hodie *laternas ſurdas*. Hae ita ſunt compoſitae, ut iis lucem abunde faciant, quibus praeferuntur: aliis negent, qui vel adverſi incedunt, vel ad latera ipſis ſtant ſive ambulant. Julius Africanus, cujus elegantiſſimum librum de Bellico apparatu nondum luce publica donatum habemus, fabricam hujuſmodi laternarum ſic explicat. Eſto laterna quadrilatera, pellibus ab omni parte oppanſis munita. Laterum trium pelles fumo nigrae: unus alba, per quam pone ſequentibus lucerna lucebit. Locus eſt capite LXX. quod περὶ νυκτοπολέμου inſcribitur: Καθ' εἰρήνην δὲ ὅσοις τῶν αἰτίων, ὅτι παρ' ἡμῶν μὴ ὁρᾶσθαι τοὺς ἐχθροὺς, ...

...

Politianus in miſcellaneis indicem hujus libri laudat *de ceſtis*, quam etiam inſcriptionem invenimus ei operi praefixam in codice antiquo bibliothecae regiae. Meus, quem olim Andreas Darmarius mihi vendidit, ſic: Πολέμων παρασκευαί. Sed de ſcriptis Africani, & utrum quae veteribus memorantur ſub nomine Africani, unius fuerint ſcriptoris an plurium, accurate alibi, volente Domino, ſumus acturi. Apud Plutarch. formam aliam laternarum invenias, quae, ſi eſſet a ventis quies, aperto ore geſtabantur: ſi flarent venti, impoſito operculo claudebantur: quo modo Auguri eunti auſpicatum laternam praeferri nefas erat. vide locum in libro Κεφαλαίων. Ῥωμ: quaeſtione LXXII. Vir doctus ne tibi imponat, qui λαμπτῆρα eo loco *lucernam* interpretatur. *Laternam* debuit ibi quidem. Olympiodorus in quartum Meteorologicorum, πράξει XLIX. Πυρὸς δὲ καὶ ὕδατος κωλύεται ὥσπερ οἱ λαμπτῆρες, τοῦτ' ἔστι, τὰ διαφανῆ κέρατα, ἐν οἷς φέρονται αἱ λαμπάδες νύκτωρ. Hippocrates: ἡ γαστὴρ διαυγὴς καὶ μεγάλη ὥσπερ λαμπτήρ. Galenus: λαμπτῆρ, ὃν οἱ πολλοὶ φανὸν ὀνομάζουσι. Ex paucis verbis, quae adſcripſimus de Hippocrate, formam veterum Graecienſium laternarum acutus lector conjiciet. Sed de laternis extant elegantiſſimi Empedoclis verſus apud Philoſophum,

quos

rabundus, tandem ad lucem duce reperto, per angustissimos tramites pedibus evasit: consecutusque cohortes, ad Rubiconem flumen, qui provinciae ejus finis erat, paullum constitit: ac reputans quantum moliretur, conversus ad proximos, *Etiam nunc*,

quos juvat heic adscribere:
Ὡς δ' ὅτε τις πρόοδον νοέων ὡπλίσσατο λύχνον,
Χειμερίην διὰ νύκτα πυρὸς σέλας αἰθομένοιο,
Ἅψας παντοίων ἀνέμων λαμπτῆρας ἀμοργούς.
Οἵ τ' ἀνέμων μὲν πνεῦμα διασκιδνᾶσιν ἀέντων,
Φῶς δ' ἔξω διαθρῷσκον, ὅσον ταναώτερον ἦεν,
Λάμπεσκεν κατὰ βηλὸν ἀτειρέσιν ἀκτίνεσσιν. CASAUB.
Exstinctis, a vento, ut fieri solet. GUJET.

Tandem ad lucem reperto duce.] Latini *ad lucem* quum dicunt, tempus dilucidi intelligunt, vel quod proxime dilucidum antecedit: cum *ad lumina*, tempus, quo lucernae accenduntur, & ut Graeci id tempus denotant, περὶ λύχνων ἁφάς, ut libro IV. cap. XLV. nam lux a sole est naturalis: lumen est φῶς ποιητόν. quare hic etiam *ad lucem* non aliud est, quam sub diei exortum, non ut quibusdam videtur, luminibus, quae exstincta fuerant, iterum accensis. Obstat tamen nonnihil huic interpretationi, quod omnes historici testantur, Caesarem id totum iter confecisse, atque adeo Ariminum cepisse, ante lucem, Plutarchus: Δρόμῳ τὸ λοιπὸν ἤδη χρώμενος, εἰσπίπτει πρὸ ἡμέρας εἰς τὸ Ἀρίμινον, καὶ κατέσχε: *curriculo deinceps contendens, ante diem in urbem Ariminum irrupit, & etiam occupavit.* Appianus etiam expressius, Ἀρίμινον αἱρεῖ περὶ ἕω. Certe si Ariminum cepit Caesar circa auroram, non potest exacte verum esse, quod dixit Suetonius de reperto duce tantum ad lucem. CASAUB. Minime de luminibus iterum accensis cogitandum, quum haec locutio diversa sit ab illa *ad lumina*, inf. cap. XXXVIII. ut recte Casaubonus; est enim sollemnis de initio diei. Quinct. Decl. I. cap. II. *Quantam invidiam exspectant ad lucem.* Cicer. I. de Divin. 28. *ad lucem dormire.* Liv. III. 28. *pugnatum ad lucem.* Terent. Eun. II. II. 47. *usque ad lucem vigilare.* recte etiam Casaub. distinguit inter *lucem*, & *lumen.* & hinc videmus judicium Poëtae magni II. Aen. 569. dicentis de incendio Trojano, quod luci diurnae par erat; *dant clara incendia lucem*, non *lumen.* noster dixit *prope lucem* Claud. 44. *circa lucem* Oth. XI. & ita alibi, nescio autem an hic posset legi, *ante lucem*, ut pugna inter Plutarchum & Suetonium tollatur. Nam & ita passim *ad diem Kalen.* & *ante diem* promiscue legi notum. sed cum prius debuerit Rubiconem transire, quam Ariminum attingeret, vix eo venire potuit diluculo. sed primo forte mane hora secunda tertiave, ut Appiani περὶ ἕω indicare potest. Caesar ipse nihil de hoc furtivo itinere, & transitu Rubiconis, nobis narravit. Sed concione habita Ariminum pertendisse se ait. Forte trajectis verbis *ad lucem* legi posset, *tandem reperto duce per a. t. p. evasit, consecutusque ad lucem cohortes, ad R.* &c. nam illud *evasit pedibus*, posset indicare sine lumine, aegre & difficulter, alicujus forte oblati ducis monstratu, per tenebras evasisse, & ad lucem venisse tandem ad Rubiconem, quo trajecto Ariminum statim occupavit. BURM.

Ad Rubiconem] Vide edictum, nescio an genuinum, quod Crinitus profert lib. XII. de Honest. disc. 5. BROUKH. Impudenter a quodam ignaro linguae & morum Romanorum confictum esse vel inspicienti patet. Protulit illud, qui ipse vidit & exscripsit, Ald. Manutius Orthogr. pag. 745. plenius etiam Crinito, & inter spuria & supposititia retulit Gruterus. pag. v. 3. fraudem vero detexit, inspecto ipso lapide, qui re vera antiquus est, & militis vetus epitaphium praeferebat, & qui in altera parte nuperis literis insculptum hoc edictum habebat, Ant. Augustinus Dialogo IX. ipso in principio. BURM.

Constitit] Est in Palatino tertio & alia lectio, nempe *substitit.* GRUT. Sed praeter Copes. scripti & editi constanter *constitit*, & ita noster saepe: vid. ad Ovid. Nuc. 84. BURM.

Reputans, quantum moliretur.] Καινοπρέπειαν sapit, *quantum moliretur*, pro quanta, vel quantam rem, aut quantum bellum. Plutarchus sic: ἀναλογιζόμενος ἡλίκων κακῶν ἄρξει πᾶσιν ἀνθρώποις ἡ διάβασις, ὅσον τε λόγον αὐτῆς τοῖς αὖθις ἀπολείψει. CASAUB. Et hoc Casaubonus injuria Καινοπρεπείας insimulat. Heinsius vellet, *quantum rei moliretur.* & certe Ovidius II. Amor. 13. *tantum molita pericli:* qui & II. Met. 520. *En ego quantum egi.* XIII. Met. 591. *Si tamen adspicias, quantum tibi femina praestem.* Certe non video, in quo hoc insolens latere possit. BURM.

Etiam nunc] *Et nunc* Ed. Rom. *Et etiam nunc* Periz. Harlem. Codd. Edd. Venetae tres.

nunc, inquit, *regredi possumus: quod si ponticulum transierimus, omnia armis agenda erunt.*
32 Cunctanti ostentum tale factum est. Quidam eximia magnitudine & forma, in proximo sedens repente adparuit, arundine canens: ad quem audiendum, quum praeter pastores, plurimi etiam ex stationibus milites, concurrissent, interque eos & aeneatores, rapta ab uno tuba prosiluit ad flumen: & ingenti spiritu classicum exorsus pertendit ad alteram ripam. Tunc Caesar, *Eatur*, inquit, *quo deorum os-*
33 *tenta, & inimicorum iniquitas vocat: Jacta alea esto*, inquit. Atque ita trajecto exer-

& Lugd. Junt. Aldi & aliae. Sed Steph. Basileenses & sequentes, *etiam nunc*, quod melius. Ott. IX. *integris etiam nunc copiis:* ita Vesp. I. Domit. XV. & alibi. Valer. Fl. VII. 454. *Etiam nunc deprecor, hospes.* ubi vid. & ad Ovid. XVIII. Ep. 95. BURM.

Omnia armis agenda erunt.] Utpote criminis manifesti rei: nam extra provinciae suae fines cum armis venisse, crimen erat. Appianus alios auctores secutus, verba Caesaris ita narrat: ἡ μὲν ἐπίσχεσις, ὦ φίλοι, τῆσδε τῆς διαβάσεως ἐμοὶ κακῶν ἄρξει, ἡ δὲ διάβασις πᾶσιν ἀνθρώποις: *Amici, hunc transitum si subivero, vae mihi; si transiero, vae universis mortalibus.* CASAUB.

Factum est] Ignorat verbum substantivum Cod. Copes.

Arundine] *Harundine* Memm. Edd. Lugd. Juntae & quaedam aliae.

32. *Aeneatores*,] Sic generaliter eos vocat, qui classicum canunt, sive id tuba, sive cornu faciant. neque enim tubam a cornu materia, sed forma distinguebat. Ovid. lib. I. Metam. 98.

Non tuba directi, non aeris cornua flexi,
Non galeae, non ensis erat.

Aeneatores tamen Festo dicuntur proprie cornicines, qui cornu canunt. Plura ad Horat. lib. II. Od. I.

Jam nunc minaci murmure cornuum
Praestringis aures, jam litui sonant. TORR.

Al. *Buccinatores* Exc. Cujac.

Prosiluit] *Prosilivit* Memm. & Ed. Rom.

Jacta est alea, inquit.] Dictio *inquit* hic reposita omnino superflua est, & libri tres. *Jacta alea est.* Ut fortassis *esto* legendum sit, ex Erasmi sententia. Graeci enim ἐῤῥίφθω κύβος, & πᾶς ἐῤῥίφθω κύβος. Quod eleganter expressit Petronius Arbiter, cum inquit: *Judice fortuna cadat alea.* Eodemque respexit Lucan. eo versu, VI. 9. *ruit alea fati, Alterutrum mersura caput.* TORR. Verbum *inquit* non habetur in V. C. URSIN. Etsi supervacua vox *inquit* est, tollere tamen, nullo veterum codd. adstipulante, non sustinuimus. Didici postea abesse eam a codice Fulvii Ursini: quare tollatur sane. *Est* etiam membranae omnes retinent, non *esto*. quo tamen modo fuisse primitus scriptum videtur. Petronius in carmine de bello civili Caesariano:

- - - *quia poena tropaeis*
Imminet, & sordes meruit victoria nostra,
Judice fortuna cadat alea: sumite bellum,
Et tentate manus.

Manifesto Petronius ad Caesaris verba respexit paullo ante allata: *Tantis rebus gestis, C. Caesar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petiissem.* item illa: *Jacta alea esto.* Eandem lectionem & Plutarchus in efferendo hoc dicto est secutus, vertens ἀνεῤῥίφθω, istum fortasse versiculum Menandri in animo habens: Δεδογμένον τὸ πρᾶγμ', ἀνεῤῥίφθω κύβος. Eodem sensu dicunt Graeci & ἀναῤῥίπτειν κίνδυνον, ut Dionysius Halic. in tertio & Octavo; & Josephus Ἁλώσεως lib. IV. item χωρεῖν ἐπὶ κύβου: Appianus Ἐμφυλίων Βιβ. II. ἐπὶ κύβου ἐχώρει πολλῶν ἀνδρῶν τε καὶ σωτηρίας. Livius libro primo; *in dubiam imperii servitiique aleam imus.* interdum βεβλῆσθαι τοὺς ἀστραγάλους. ut in Arato Plutarchus, nonnumquam ἀναῤῥίπτειν simpliciter: Philostratus de vita Apollonii, loquens de Vitellio: κυβεύει μὲν, διδοὺς μὲν αὐτὸν οἱ πεττοὶ σφάλλουσιν· ὑπὲρ δὲ ἀρχῆς ἀναῤῥίπτει παίζων. lib. VII. ἐμοῦ δὲ σμικρὸς λόγος, εἰ ξυμβαλλοίμην αὐτῷ μὴ κυβεύων ἐς ἀφανὲς ξίφη, μηδ' ἀναῤῥίπτειν αὐτὸς περὶ τοῦ ... Dio lib. I. de Antonio: οὐκ ἠθέλησεν ἐς αὐτὸν ἀναῤῥῖψαι, ἀλλὰ πέμψας καὶ ἀκροβολισμοῖς ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐχρήσατο. Eleganter Pausanias τῷ ἀναῤῥίπτειν, quod est extrema consilia ex desperatione inire, opponit τὸ παραβάλλεσθαι τῇ ἀπονοίᾳ, quod de eo dicitur, qui non totis viribus ruit ad praelium, certus aut vincere aut mori; sed ita se parat, ac vires dispensat, ut cedere coactus, denuo stare possit. quod proprium est ducis prudentis, &, ut Augustus appellabat, ἀσφαλής. Sic ait Strabo, Hispanos diu pop. Rom. invictos, quia ἐξ ὀλίγου καὶ κατακερματίζοντες τοὺς ἀγῶνας. quod Livius libro III. expressit, *in mul-*

exercitu, adhibitis tribunis plebis, qui pulsi supervenerant, pro concione fidem militum flens, ac veste a pectore discissa, invocavit. Existimatur etiam equestres census pollicitus singulis: quod adcidit opinione falsa. Nam cum in adloquendo exhortandoque, saepius digitum laevae manus ostentans, adfirmaret se ad satisfaciendum omnibus, per quos dignitatem suam defensurus esset, anulum quoque aequo animo detracturum sibi: extrema concio, cui facilius erat videre concionantem, quam audire, pro dicto adcepit, quod visu suspicabatur: promissumque jus anulorum cum milibus quadringenis fama distulit. Ordo & summa rerum, quas 34 dein-

multa praelia parvaque] carpere summam unius belli. Sic ταμιεύεσθαι ὁρμήν, non consumere omnes suas vires in primo impetu. Unde apud Josephum ἀταμιεύτοις χρῆσθαι ταῖς ὁρμαῖς libr. XIX. Antiquitatum: & texto Excidii, & lib. V. ταμιεύεσθαι τὰς ὀρέξεις, pro fraenum injicere cupiditati edendi. Xenophon Παιδείας libro IV. Παρέχετε ὑμῖν ταμιεύεσθαι, ὥστε ἐπίσης ἐθελήσετε αὐτῶν μάχεσθαι. Casaub. An *esto* scribendum, i. e. ἐρρίφθω κύβος. ita Plutarch. ἐπιχέω Gujet. *est alea* Periz. Harlem. Edd. Venet. tres, Bonon. & reliquae fere omnes. Ego, ex Erasmi & aliorum sententia, *jacta alea esto*, probo. *inquit* vero nostri Codd. & editiones tantum non omnes agnoscunt. vid. ad Phaedr. I. 25. Burm.

Qui pulsi] *Qui & ipsi* ad oram Gryphii.

Supervenerant] *Superaverant* Edd. Venet. sec. & tert.

Exhortandoque] *Adhortandoque* Codd. Copes. Cujac. Ed. Bon. *coadhortandoque* Hulf. Cod.

33. *Anulum quoque.*] Quanta anuli fuerit olim dignitas atque existimatio, qui etiam equitem a plebe distinxit, videre est apud Plinium lib. XXXIII. cap. II. Quidvis igitur facturum se Caesar pro milite spopondit, cum detrahi sibi anulum se malle dixit, quam bene de se merentibus non satisfacere. Spectant eo Juvenal. versus Sat. XI. 43. in decoctores ac prodigos:

Talibus a dominis post cuncta novissimus exit
Anulus, & digito mendicat Pollio nudo.

Ut Romani vix esse viderentur, qui anulo carerent. Adde Martialem lib. II. epig. LVII. & lib. VIII. epigr. V. Hinc de Gellio, equite Rom. qui sua jam comesset bona, Cic. orat. pro Sextio, *Indignus* (inquit) *ordine equestri, cujus nomen retinet, ornamenta confecit*. Torrent. Quod & consecuti tandem sunt: sed sero post annos fere CCLIII. initio imperii Severi, Herodiano teste. Casaub.

Cum millibus CCCC.] Duo libri *quadragenis*. Ut fortassis *quadrigenis*, aut, si mavis, *quadringentis*, integre, non per notas, scriptum fuerit. Juvenal. Sat. III.

Quadringenta tibi si quis Deus, aut similis Dis,
Aut major fato donaret homuncio, quantus
E nihilo fieres?

Loquitur autem de censu equestri. Recte etiam a Pulmanno scribitur, *fama distulit*. sic enim libri MSS. omnes, quos vidi. At vulgati dictionem *fama* omisere. Torr. Fortasse *fama distulit* sexto casu. ἀφήμων extrema nempe concio. Porro quod illi hariolati sunt de promissis CCCC. millibus, non aliud fundamentum habuit, quam conceptam prius opinionem falsam de promisso jure aureorum anulorum. Nam qui hoc ita esse sibi persuadebant, cum scirent jus aureorum anulorum & equestrem censum eidem competere, nec separari posse, posterius hoc per interpretationem illi priori, quod non tam viderant, quam putabant vidisse, adjecerunt. Humani ingenii vitium est, in iis, quae valde cupias, esse ταχυπειθῆ. nec soli, qui amant, sibi fingunt somnia: faciunt alii omnes, quicumque rem aliquam avide concupiscunt. Non probo viri magni (Petri Fabri III. Semest. 23.) commentum, subtiliter ad lucem hujus loci de veterum computatione per digitos disputantis. Vult enim datam occasionem suspicandi de promissis CCCC. ex similitudine gestus affirmantium aliquid manu, & superiorem numerum indicantium. Primum hoc leve est: nam in affirmando indicem solum inclinabant, allevata ac spectante humerum manu: ut ait eleganter Quintilianus: in exprimendis CCCC. cum indice pollicem exigebant, sic aptatos invicem, ut indicis lateri superinducerentur interiora pollicis, quod ex Beda novimus. Deinde si ita sit, cur id Suetonius omiserit narrare, caussam nullam video. atqui ex ejus verbis non aliud elicias, quam quod ante expressimus. Etiam illud non probo, quod ad significanda millia quadringenta putat vir eru-

deinceps gessit, sic se habent. Picenum, Umbriam, Etruriam occupavit: & L. Domitio, qui per tumultum successor ei nominatus Corfinium praesidio tenebat, in deditionem redacto atque dimisso, secundum superum mare Brundisium tetendit, quo Consules Pompejusque consugerant, quam primum transfretaturi. Hos frustra per omnes moras exitu prohibere conatus, Romam iter convertit: adpellatisque de republica patribus, validissimas Pompeji copias, quae sub tribus legatis M. Petrejo, & L. Afranio, & M. Varrone in Hispania erant, invasit: professus ante inter

eruditissimus eam digitorum gesticulationem fuisse adhibitam, qua in designandis quadringentis tantum uterentur. Mitto alia non pauca, quae adversus hanc interpretationem possent, si esset operae, disputari. CASAUB. *Militibus quadringenis* Copes. *Quadragenis* Exc. Vos. Harlem. & Periz. Edd. Rom. Venet. pr. Junt. Lugd. multae per notas cccc. summam exprimere maluerunt. dubitantes nempe *quadrageni* an *quadringeni* rectius diceretur. Sed differentia manifesta & modus equestris census postulat, *Quadringenis, vel quadringentis.* infr. Aug. XLI. & Vitel. XIV. eadem varietas, & alibi in his numeris ceterum non vidi, nisi in Basileensibus, deest e *fama*. in Gryphior. & Colin. nonnullis Edd. diverso charactere vocem expressam animadverti, quasi adjecta ab aliquo esset. Dubium autem, an sit ablativi casus, & construendum *concio famâ distulit*, an nominativi, ut ipsa *fama distulerit*, quod magis placet. licet sciam *rumoribus, sermone, famâ differre*, & etiam *famâ, rumoribus ferre* de quo agit Cl. Drakenb. ad Liv. IV. V. 6. saepe occurrere; sed plerumque de maligno rumore & convicio. videtur vero Suetonium, ut aliquoties, ita etiam hic imitatus esse Gunth. Ligur. VI. 250.

Cujus ut adventum praecurrens fama per urbem
Distulit.

Dubia lectio etiam apud Dictyn Creten. I. 3, *per omnem insulam, sicut in tali re fieri amat. fama in majus divulgatur*, ubi codex, quem Heinsius consuluit, *fama divulgat.* in sequentibus verbis, *Expugnatam domum regis eversumque regnum, & alia in talem modum singuli differebant.* Mallem *differebant.* vid. ad Valer. Flac. I. 753. Ceterum P. Fabri expositionem refutavit etiam Berneccerus, cujus nota longior, quam ut hic inseratur, BURM.

Deinceps] *Deinde* Copes.

34. *Sic se habent.*] Liber opt. *sic habent*, & mox *Brundisium*, ut semper in vetustissimis quibusque exemplaribus scriptum animadverti, non *Brundusium*. Probat id etiam Festus, & antiquum marmor Brundisii servatum. TORR. *Brundusium* omnes fere, praeter Stephanum;. qui *Brundisium* ex Codice Memmiano dedit. Variant vero apud omnes scriptores in hoc nomine codices. *Brundisium* vero esse veram lectionem contendit Merula ad Enn. pag. 358. vid. & Heins. & Drakenb. ad Sil. Ital. VIII. 576. *se habere* vero, & absolute *habere*, utrumque passim occurrunt. Terent. Eun. IV. 7. *Scin'tu ut tibi se res habeat?* Cicer. II. Ver. 50. *quae cum ita se res habeat.* Florus IV. 2. *bene se habet Imperator.* sed Liv. VIII. 6. & 17. *bene habet, Quirites.* & ita passim alii. BURM.

Et L. Domitio] Ejecit copulam *&* Jac. Gron. nec monuit qua auctoritate, quum in omnibus reperiatur. BURM.

In deditionem] *In ditionem* Cod. Memm. & Copes. sollemni confusione.

34. *Brundusium tetendit.*] A. U. C. DCCV. a. d. VII. idus Martias Caesar Brundusium venit, & ad murum castra posuit. auctor ipse in epistola ad Oppium & Cornelium, apud Ciceronem ad Atticum lib. IX. CASAUB.

Exitu.] *Exitus* Cod. Copes.

Romam iter convertit:] Sexaginta diebus Italia tota in potestatem redacta, ut scribit Plutarchus. CASAUB.

Appellatisque de republica patribus,] Narrat ipse de Bello civili libro primo. Dio libr. XLI. CASAUB. Vid. supr. cap. XXVIII.

M. Varrone.] Is ulteriorem Hispaniam legatus tenebat. Dion, & Appian. ipse Caesar lib. II. de Bello civili. 20. Ante quoque bellis piraticis sub Pompejo res optime gessit, donatus ab eo corona rostrata. Plin. VII. cap. XXX. & XVI. cap. IV. Idque etiam nummi testantur. TORR.

35. *In*

ter suos, *ire se ad exercitum sine duce, & inde reversurum ad ducem sine exercitu.* Et quamquam obsidione Massiliae, quae sibi in itinere portas clauserat, summaque frumentariae rei penuria retardante, brevi tamen omnia subegit. Hinc urbe 35 repetita, in Macedoniam transgressus, Pompejum, per quatuor paene menses maximis obsessum operibus, ad extremum Pharsalico praelio fudit: & fugientem Alexandriam persecutus, ut occisum deprehendit, cum Ptolemaeo rege, a quo sibi quoque insidias tendi videbat, bellum sane difficillimum gessit: neque loco, neque tempore aequo, sed hieme anni, & intra moenia copiosissimi ac sollertissimi hostis, inops ipse rerum omnium, atque imparatus. Regnum Ægypti victor, Cleopatræ fratrique ejus minori permisit: veritus provinciam facere, ne quandoque

35. *In Macedoniam transgressus,*] A. U. C. DCCVI. pridie nonas Jan. Caesar Brundusio naves solvit: postridie terram attigit Cerauniorum in Macedonia. nam eousque Macedoniae nomen extenderunt Romani, & Strabo in Excerptis: ἡ Μακεδονία περιορίζεται ἐν δυσμαῖς τῇ παραλίᾳ τοῦ Ἀδρίου. Plinius III. 23. ad Lissum usque producit. At Caesar. III. de Bello civili, Macedoniae vocabulum angustius semper accipit. CASAUB. *In* deest Harl. & Periz. Edd. Venet. tribus, Lugd. Junt. Ald. Non veritus vero Suetonius uti hic verbo *transgressus*, de navigatione, contra censuram Asinii Pollionis, de qua Gell. X. 26. & Non. Marcel. in *transgressus*. p. 452. sed & Livius, XLII. I. *in Corsicam transgressus.* & saepe Tacitus & alii. eodem modo mox dicet noster *in Syriam transiit.* & supr. cap. IV. *in Asiam transiit.* de quo verbo vid. Graev. ad Cicer. IX. ad Att. 2. BURM.

Maximis obsessum operibus.] Bene sane maximis. nam si fabulas poëtarum & furores Xerxis & regum Aegyptiorum omittimus, non temere in tota antiquitate reperias, quod prius mirere Dyrrachina munitione. Historiam habes sine pompa descriptam III. de Bello civili. Exclamat Lucanus, ut poëta ille quidem, sed non vane, lib. VI. 48.

Nunc vetus Iliacos attollat fabula muros,
Adscribatque deis: fragili circumdata testa
Moenia mirentur refugi Babylonia Parthi:
En quantum Tigris, quantum celer ambit Orontes,
Assyriis quantum populis telluris Eoae
Sufficit in regnum, subitum, bellique tumultu
Clausit opus. CASAUB.

Fudit:] Edd. novissimae *fundit.* sed contra priores & MSS. nostros. GRUT. *Fundit* est in Plantinianis & Casaubonianis.

Et fugientem] *Et fugientem* Cod. Copes. & Seb. Gryph. *ad Alexandriam* Cujac.

Neque loco, neque tempore anni aequo, sed hieme] Ita legendus hic locus ex V. C. cum in vulgatis sit, *neque loco, neque tempore aequo, sed hyeme anni.* URSIN. *Hieme anni,* quod Graeci dicerent χειμῶνος ὥρᾳ, vel ὥρᾳ ἔτους χειμερινῇ, aut χειμερίῳ, ut Dionys. Halic. in tota Historia. A. Gellius libro secundo, cap. XXI. *Nox fuit, & clemens mare, & anni aestas.* lib. XVII. cap. X. *cum in hospitis sui Antiatem villam aestu anni concessisset.* lib. XIX. cap. V. *In Tiburte rus concesseramus aestate anni flagrantissima.* Cave ergo, viro docto assentiaris, qui in nuperis suis ad Suetonium notis istum locum emendavit. CASAUB. Sic, quoque MSS. nostri tres, longe melius, quam quomodo praeferebant membranae Ursini. *neque loco neque tempore anni aequo, sed hieme.* GRUT. *Neque tempore aequo anni sed* Periz. At omnes editi servant Gruteri lectionem, quam erudite propugnat Casaubonus. Ursini, tamen lectio neque absurda est. sic simpliciter, *hieme transmisit* inf. cap. LVIII. *tempore anni* posset defendi, ex Cicer. X. ad Att. II. *Quid duro tempore anni actuariolo fore censes?* sed vindicat vulgatam lectionem Servius ad Virg. II. Aen. 311. *Veteres nostri hiemem anni dicebant, ne tempestas posset intelligi.* & ad ejusdem Aen. VI. III.

--- *Saepe illos aspera ponti*
Interclusit hiems,

Bene addit ponti, *quia est & temporis:* id est anni. BURM.

35. *Veritus provinciam facere.*] Tacit. lib. II. Annal. 59. *Augustus, inter alia dominationis arcana, vetitis, nisi permissu, ingredi senatoribus, aut equitibus Romanis illustribus, seposuit Aegy-*

que violentiorem praesidem nacta, novarum rerum materia esset. Ab Alexandria in Syriam, & inde Pontum transiit, urguentibus de Pharnace nuntiis, quem Mithridatis Magni filium, ac tunc occasione temporum bellantem, jamque multiplici successu praeferocem, intra quintum, quam adfuerat, diem, quatuor, quibus in conspectum venit, horis, una profligavit acie: crebro commemorans Pompeji felicitatem, cui praecipua militiae laus de tam imbelli genere hostium contigisset. Dehinc

Aegyptum, ne fame urgeret Italiam, quisquis eam provinciam, claustraque terrae ac maris, quamvis levi praesidio adversus ingentes exercitus insedisset. De eadem re idem iterum Tacit. lib. I. Histor. cap. XI. & Sueton. Tib. cap. LII. TORR.

Materia esset.] *Materiesset* Memm. quod Gronovius pro *materies esset* capit. Sed offendunt sibilantes syllabae, & compendium scribentis est pro *materia esset*. saepe quidem haec nomina quae in *ia* & *ies* exeunt, absorpserunt verbum substantivum. Ut apud Ovidium Epist. XVII. 29. *quae tua nequitia est*, pro *nequities*, ubi vide adnotata. BURM.

In Syriam] Praepositio deest. Harlem. Edd. Venetis & Bonon. ut modo cap. praeced. *Macedoniam* nonnulli Codd. ego tam non deesse malo, ut etiam repetitam vellem. *In Syriam, & inde in Pontum.* ut Aug. VIII. *Expeditionem in Dacos, & inde in Parthos destinasse.* Neron. VIII. *lectica in castra, & inde in curiam delatus.* Vesp. III. *In Germaniam missus, & inde in Britanniam translatus*, ubi etiam *in* defuit in Memmiano. *in* saepe noster repetit. v. Aug. XLII. & ita apud Liv. III. 25. *Graccho duce in Lavicanum agrum, inde in Tusculanum hostili populatione veniunt.* ubi etiam variant codices. Sed repetere praepositiones Livium recte notat Cl. Drakenb. Gell. IX. 11. *Corvus super galeam tribuni insedit, atque inde in adversarii os atque oculos pugnare incipit.* ubi Edd. antiquae ut Brixiensis, Juntae. Ald. & al. omittunt *inde*. BURM.

Mithridatis magni filium,] Sic Plin. quoque lib. XV. cap. II. *Mithridates, maximus sua aetate regum.* & Cicero Academ. II. I. *Mithridates, rex post Alexandrum maximus.* Dissipaverat autem Pharnaces Cn. Domitii exercitum, quo successu praeferocem Caesar oppressit. Vide Plutarch. & Dionem lib. XLII. Graeca numismata Μιθριδάτιον vocant. TORR.

Ac tunc occasione temporum bellantem.] Codex Fr. Pithoei *propalantem*. Turonensis & omnes alii *bellantem*. CASAUB. Ita est: saepe vilissimi quique in nos insurgunt, non viribus suis fisi, sed quasi captatores temporis opportunitate, de qua non pauca diximus ad Taciti Annal. lib. III. cap. 40. *Egregium resumendae libertatis tempus, sic* &c. GRUT. Quia in Pithoei codice est *propalantem*, Heinsius inde faciebat *praepollentem*. ego malim *rebellantem*. BURM.

Praeferocem] *Ferocem* Cod. Hulf. eadem varietas apud Liv. III. 37. *praeferocis animi conatus.* ubi *ferocis* Leid. Cod. BURM.

Intra quintum quam advenerat diem, quatuor, quibus in conspectum venit, horis.] Longe aliter Dio: ut videtur: minus vere: Ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ὥρᾳ, καὶ ἦλθε πρὸς τὸν πολέμιον, καὶ εἶδεν αὐτόν, καὶ ἐνίκησεν. CASAUB. Notanda hic varietas constructionis, intra *quintum diem, quam, & quatuor quibus i. e. v. horis.* in Tiber. cap. LX. *in paucis diebus quam Capreas attigit.* Calig. XVII. *Sexto quam profectus erat mense.* vide Schott. & Bos. ad Nepot. Aristid. cap. I. & ita in Cimon. cap. III. Ed. Ultraj. *post annum quintum, quam expulsus erat*, ubi vulgo *quo*. & ita malim in l. 12. §. 1. ff. de Legat. I. legere, *triduo quam mortuus fuerit*, ubi etiam *quo* legitur: ita apud Plin. VIII. 42. *triduo proximo quam sit genitus.* & XVII. 22. *proximo anno quam translata sit.* *quam* pro *antequam* dixit Vellej. II. 49. *post urbem conditam annis* DCCIII. *quam consulatum inires.* ubi Lipsius infarcire tentat *ante*. ut est in Aug. cap. CI. BURM.

Una profligavit acie.] Florus: I. 2. *Uno, &, ut sic dixerim, non toto praelio obtrivit, more fulminis, quod uno eodemque momento venit, percussit, abscessit.* CASAUB. Pal. sec. *prostravit* GRUTER. *aciem* cod. Harlem. Ed. Veneta pr.

Crebro commemorans Pompeji felicitatem,] Πολλὰ μακαρίζων τὸν Πομπήϊον. Hoc ita Appianus: Ὅτε καί φασιν αὐτὸν εἰπεῖν, Ὦ μακάριε Πομπήϊε, τοιούτοις ἄρα, κατὰ Μιθριδάτην τὸν τοῦδε πατέρα ἀνδράσι, μέγας τε ἐνομίσθης, καὶ μέγας ἐπεκλήθης. CASAUB.

Con-

hinc Scipionem ac Jubam, reliquias partium in Africa refoventes, devicit: Pompeji liberos in Hispania. Omnibus civilibus bellis nullam cladem, nisi per legatos 36 suos passus est: quorum C. Curio in Africa periit: C. Antonius in Illyrico in adversariorum devenit potestatem: P. Dolabella classem in eodem Illyrico, Cn. Domitius Calvinus in Ponto exercitum amiserunt. Ipse prosperrime semper, ac ne ancipiti quidem umquam fortuna, praeterquam bis, dimicavit: semel ad Dyrrachium, ubi pulsus, non instante Pompejo, negavit eum vincere scire: iterum in Hispania ultimo praelio, quum desperatis rebus etiam de consciscenda nece cogitavit. Confectis bellis, quinquies triumphavit, post devictum Scipionem quater eo- 37 dem mense, sed interjectis diebus: & rursus semel post superatos Pompeji liberos. Primum & excellentissimum triumphum egit Gallicum, sequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, huic proximum Africanum, novissimum Hispaniensem, diverso quem-

Contigisset.] Deest Cod. Hulf.

Scipionem.] Is fuit Q. Caecilius Metellus Pius Scipio, Pompeji socer, ejusque in tertio consulatu, quem solus inierat, quinque mensibus extremis collega. TORR.

In Africa] *In Africam* Cod. Memm. quod licet defendi posset, ut cap. VII. *conscriptas in Ciliciam legiones*, tamen vulgatae adhaerere placet. Senec. de vita beata cap. V. *victo Patre Pompejo, adhuc filio in Hispania fracta arma refovente.* BURM.

36. *Nullam cladem nisi per legatos suos passus est.*] Florus IV. 2. *Aliquid tamen adversus absentem ducem ausa Fortuna est, circa Illyricum & Africam, quasi de industria prospera ejus adversis radiarentur.* Imitatur Florus Lucanum, unde totum illum locum expressit lib. IV. 402.

Non eadem belli totum fortuna per orbem
Constitit: in partes aliquid sed Caesaris ausa est,
Qua maris Hadriaci longas ferit unda Salonas.
CASAUB.

36. *C. Antonius.*] Liber Tornacens. *C Annius.* non bene, ex Floro, Lucano, & Dione. eodem enim tempore fere P. Dolabella & Antonius victi sunt a C. Octavio & Scribonio Libone, ut Dion tradit. Florus, non absque suspicione mendi, Octavium tantum commemorat, & cognomine Libonem vocat. TORR.

Cn. Domitius Calvinus] *Cn. Calvinus* Cod. Copes. vid. ad cap. XVII. ubi tria nomina posuisse nostrum vidimus. BURM.

Iterum] *Item*, Harlem. Edd. Venetae tres, Bonon. Lugd. Junt. Ald. Steph. sic in Tib. IV. *bis prodidit, semel quum a nutricis ubere, item quum a sinu matris auferretur.* eadem varietas Aug. XVI. & saepe alibi. BURM.

Ultimo praelio.] Cum Pompeji liberis. sic enim & Lucan. lib. I. 40.

Ultima funesta concurrant praelia Munda.

Nam apud Mundam, Hispaniae oppidum, id praelium commissum fuit. Strabo lib. III. TORR.

37. *Quinquies triumphavit*] Turonensis una voce auctior, sed vel supervacua, vel corrupta. sic enim habet: *confectis bellis quinquies quinquenni triumphavit.* ego nihil inde elicio: alii viderint. CASAUB. Ita omnes editi, sed turbant MS. Barthii, qui *quinquenni*, & Memm. qui, *quinquies quinquenni* exhibent, & Vossius in margine notavit *quinquies quinquenni* ex suo codice, ut & Casaub. Aliquid vitii latere videtur, de spatio temporis, intra quod quinque triumphos egerit. forte *quinquies biennio*, vel *in biennio*. Nam quatuor triumphi acti A. U. C. 707. quintus novissimus. 708. vid. Pighii annales. & hinc noster, addit, *quater eodem mense*, anni sc. 707. *rursus*, sc. anno sequenti, *semel.* Solet noster vero *in* addere. ut *in die*, Gramm. XXIII. *in anno*, inf. LXVI. & Aug. XXXI. *in initio*, supr. cap. IV. *in aetate*, VII. passim: posset tamen & omitti praepositio. BURM.

37. *Sed interjectis diebus.*] Dion diebus quatuor continuis quater eum triumphasse scribit lib. XLIII. TORR.

Diverso quemque apparatu & instrumento.] Vellejus lib. II. 56. *Gallicum citro, Ponticum acantho, Alexandrinum testudine, Africum ebore, Hispaniensem argento rasili* constitisse scribit. De triumphi autem ferculis, diversa factis materia, loquitur. Et, ut hoc quoque obiter admoneam, acanthum ibi non herbam,

 fru-

quemque adparatu & instrumento. Gallici triumphi die Velabrum praetervehens paene

fruticemve, sed arborem intellige, quam acaciam etiam vocant, de qua Plin. XXIV. cap. XII. *Cedro* etiam pro *citro* apud Vellejum malim legere, ut cedrum pro larice accipiamus ex doctissimorum hominum sententia: citrum enim vix suo tempore novit Plinius. Tantum abest, ut universum triumphi Gallici instrumentum citro constiterit. Nec semel citri cedrique nomina apud auctores confunduntur. TORR. Vide Vellejum Paterculum II. LVI. & Quintilianum lib. VI. cap. III. CASAUB. Vid. Voss. ad Velleji locum. *Quemque* Exc. Vossiana.

Velabrum praetervehens.] Lib. unus *praevehens*. Sed *praetervehens* magis placet, quo saepe usus est Cic. & ipse Suet. inf. cap. LXXVIII. Aug. c. IX. & c. XCIII. TORR. Nardinus Rom. Veter. lib. V. cap. 10. pro *velabrum transvehens*, se *transcendens* legere ait: addens alibi etiam legi, *velabrum praetervehens*, *paene* &c. Quasi duo diversa loca Suetonii citaret. Ego nullum scriptum vel editum codicem vidi, in quo *transvehens* vel *transcendens* legitur, sed mutavit credo, nimium memoriae confidens, & vix credens *praetervehens* pro *praetervectus* Latine dici, quod hodie nemo, ne quidem Pitiscus, alios compilans, ignorat. in Codd. Harlem. & Abbat. Gand. Edd. Venetis tribus *praevehens*, & ita Torrent. in suis invenit, sed rejecit. ego vero cum Heinsio unice probo. nec puto librarios indoctos pro *praetervehens*, substituisse *praevehens*, quod minus ea significatione illis erat notum, sed pro hoc facile illud supposuisse. & hoc centies in similibus verbis ex *prae* compositis fecisse constat. ut in *praefluere*, *praeferri*, *praenavigare* & aliis egregie ostendit summus Gronovius ad Liv. XXIV. 32. & Muncker. ad Hygin. fab. CXCIX. & ita nos in Quinctiliano II. de Inst. Orat. 5. *praefluent aures* praetulimus. BURM.

Excussus est] *Est* deest Cod. Harlem. Edd. Venet. tribus, Bonon. Lugd. Junt. Ald. &c.

Axe defracto.] *Diffracto* mallem ex quatuor MSS. ut *gubernaculo diffracto* Aug. c. XVII. & *crura diffringere* apud Plautum. ὁ γὰρ ἄξων συνετρίβη. Dion. TORR. Sic recte veteres, non *defracto*. *defringere* est ἀποκλᾷν: *diffringere* est διακλᾷν vel κατακλᾷν. quod hic contigit: nam alio axe opus, ut triumphum perageret Caesar, ut ait Dio. Huc refero locum Plinii libro XXVIII. cap. II. *Caesarem dictatorem post unum ancipitem vehiculi casum, ferunt semper, ut primum consedisset, id quod plerosque nunc facere scimus, carmine ter repetito securitatem itinerum aucupari solitum.* CASAUB. *Defracto* Codd. Periz. Harl. & omnes fere editi praeter Exc. Voss. Edd. Rom. & Steph. sed Casauboni & Torrentii auctoritate *diffracto*, & hic, & Aug. XVII. vulgatum est. Differunt vero haec verba, *diffringere* enim est ita frangere, ut in multas partes & segmenta res quaedam comminuatur, *defringere*, quum una parte, plerumque summa, tantum frangitur. Quare si *defractus axis* placet, intelligatur, circa rotas, ubi obices sunt, vel alia etiam parte ita fractus, ut in duas partes sit ruptus. sic *defringere crura* aut *cervices* apud Plaut. Milit. III. I. 126. Virgil. XI. Aen. 707.

> *Tum summa ipsius ab hasta*
> *Defringit ferrum.*

Cujus loci exemplo apud eumdem lib. II. Georg. 300. legerem,

> *Summa pete, aut summa defringe ex arbore plantas.*

Ut optimi codices, pro *destringe* vel *distringe*, habent: & ita Cicer. pro Caecin. XXI. *defringere ramum* dixit. Eumen. Paneg. Constant. cap. VI. *quum oceanus tot interim, qua terras circumfluit, ripas defringeret*: ubi Livinejus *diffringeret*, Acidalius *refringeret*. Noster in Claud. XLI. *defringere subsellia*, & infinitis in locis horum verborum ambigua est lectio. BURM.

Ad lumina] *Aux flambeau.* GUJET. Barth. Adv. XLVII. 2. suum codicem habere *ad Litonina*, quod alibi se illustraturum, nunc excutiendum relinquere commentatoribus dicit. Nardinus Rom. veter. X. II. dicit alios codices habere *ad limina*, quae lectio Heinsio non displicebat; & eadem diversitas in Calig. XLV. sed sensum idoneum non video, nisi statuamus curru per clivum invectum fuisse usque ad limina templi Capitolini, id est, ad imos gradus, unde genubus per illos enisus est ad templum ipsum, ut Casaubonus ex Dione notat. sed gradus per *limina* indicari posse non puto. & sequentia de Elephantis lychnuchos gestantibus firmant *ad lumina*, quod in omnibus scriptis & editis inveni. faces enim in lychnuchis erant, quarum lumine viam illustrante adscendit. & hic est

paene curru excussus est, axe diffracto: adscenditque Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus. Pontico triumpho

est usus praepositionis *ad.* ut *ad lucernas* Prop. III. El. 8. *ad Lunae radios.* Ovid. IV. Met. 99. *Sudabat ad flammam* noster Aug. LXXXII. apud Mart. Capell. lib. ult. in fine legendum

Habe en senilem, Martiane, fabulam,
Miscella, lusit quam lucernae ad lumina,
Satyra.

ita manus docta in ora codicis emendaverat, vulgata enim sunt corruptissima. vid. & Cl. Graev. ad Dom. XVI. Ceterum Elephantum lychnuchum, non ut hic dextra & sinistra, sed proboscide gestantem, dedit ex nummo Antiochi Epiphanis III. Spanh. de usu & praest. numismat. diss. IV. cap. I. p. 170. & quam etiam hoc Suetonii loco illustravit in Epistola ad Morell. IV. §. 8. ut notavit jam Cl. Graevius. Duos tales dedit Ampl. Cuperus Exerc. de Elephant. II. cap. 7. ubi servorum praelucentium vicibus fungi videntur. Praeterea dubitat vir Ampl. an his lychnuchophoris Elephantis usus sit in pompa triumphali, quae clara luce & die agebatur, an a coena in capitolio domum rediens, ut Duillius ad faces reversus domum; & ideo Casauboni conjecturam probans inclinat, ut legatur, *descenditque Capitolium.* quod a vero non abhorret, & mutatum forte in *adscendit*, a librariis, qui recte *adscendere*, non vero *descendere capitolium*, sed de *capitolio descendere* dicendum credebant. sed & apud Vellej. II. 25. *descendere montem* toleraverunt viri docti, & apud Valer. Max. I. I. 10. *descendere clivum*, praelatum fuit, τοῖς *adscendere* vel *escendere.* unde apparet fons corruptelae, quod a *descendere* factum fuerit *escendere*, & quia hoc rarius, inde *ascendere.* posset & *capitolio* scriptum fuisse, quod in *capitolium* facile transiit, ut sexcentis in locis. vid. ad Phaedr. III. I. 42. sed sequamur Casaubonum, & nihil temere mutemus. BURM.

Quadraginta] *Quadringentis* alios legere notant Exc. Cujac. & ita Lipsius in ora codicis notaverat, & ipse malebat *quadringenis.* sed incredibilis ille numerus: quum vel quadraginta belluas populo ostendere insoliti spectaculi pompa fuerit. BURM.

Lychnuchos gestantibus] Nos pro *lychnis lychnuchos* substituimus, & veterum codicum fidem secuti, & vim verbi. Primum enim usitatum hoc Graecis est verbum, Athenaei lib. XV. 18. auctoritate, quae lucernam significet, vel Alexidis comici poëtae testimonio Midone:

Ὃς πρῶτος εὗρεν μετὰ λυχνούχου περιπατεῖν
Τῆς νυκτὸς ἦν τις κηδεμὼν τῶν δακτύλων.

hoc est:

Qui nocte lychnuchum ambulans gessit manu,
Profecto digitis plurimum is cavit suis.

Nec Lucretius aliud innuit pulcerrimis illis versibus lib. II. 24.

Si non aurea sunt juvenum simulacra per aedes,
Lampades igniferas manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis ut suppeditentur.
Nec domus argento fulgens, auroque renidet,
Nec citharis reboant laqueata aurataque templa.

Haec vero nominum forma usitata Graecis, unde *cernuchon*, *sceptuchon*, *ophiuchon.* Jam & C. Plinius *lychnuchos pensiles* dixit, quod & Hermolaus noster agnoscit, vetere etiam lapide suffragante hoc titulo, *Panthei cum suis paregeis, & Cupidines duo cum suis lychnucheis.* Quod monumentum cum primus observasset Politianus vir eruditione multa, Tranquilli locum primus, ut opinor, emendavit, quare Crinitus docti & probi viri officio functus, veteri possessori fundum vindicavit, non multorum more. EGNATIUS. Libri MSS. & *lychnos*, & *lychnios*, & *lychnuchos* habent, ut inf. Domit. cap. IV. & apud Plin. lib. XXXIV. cap. III. *placuere & lychnuchi pensiles.* nam etiam *lychni pensiles* ibi in vetustis codicibus legitur. Placet tamen, ut Politianum & Egnatium secuti, *lychnuchos* hic retineamus; juvenes enim, qui vecti elephantis lychnos praetulerint, intelligo; aut certe juvenum simulacra, quemadmodum inquit Lucret. initio libri II. *Lychnos* tamen apud Virgil. in Didonis convivio legimus I. 26.

- - dependent lychni laquearibus aureis
Incensi, & noctem flammis funalia vincunt.

Neque aliter Cic. pro Caelio. cap. 28. *Alia fori vis est, alia triclinii; alia subselliorum ratio, alia lectorum; non idem judicum comessatorumque conspectus; lux denique alia solis, alia lychnorum.* Horat. fere in conviviis suis lucernas vocare maluit. lib. III. Od. XXI.

38pho inter pompae fercula trium verborum praetulit titulum, **VENI. VIDI. VICI.** non

Vivaeq. producent lucernae.
& Od. VIII. eodem lib.
- - - Vigiles lucernas
Perfer in lucem.
Iterum lib. I. Od. XXVII.
Vino & lucernis Medus acinaces
Immane quantum discrepat.

Inf. Domit. cap. IV. TORR. De ascensu clivi Capitolini loquitur: gradus vero Capitolinos genibus emensus Caesar die triumphi Gallici, de quo hic est sermo. Dio XLIII. Τούς τε ἀναβασμοὺς τοὺς ἐν τῷ Καπιτωλίῳ τοῖς γόνασιν ἀνεῤῥιχήσατο. Servatum hoc ex veteri consuetudine & a Claudio in triumpho Britannico, ut notat lib. LVIII. Quod addit Suetonius de elephantis lychnuchos gestantibus, habes etiam apud Dionem, sed cum aliqua narrationis discrepantia: Τῇ τελευταίᾳ, inquit, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ δείπνου ἐγένετο, ἔς τε τὴν ἑαυτοῦ ἀγορὰν ἐσῆλθε βλαύτας ὑποδεδεμένος, καὶ ἄνθεσι παντοδαποῖς ἐστεφανωμένος, κἀκεῖθεν οἴκαδε πανδήμου μὲν ὡς εἰπεῖν τοῦ δήμου παραπέμποντος αὐτὸν, πολλῶν δὲ ἐλεφάντων λαμπάδας φερόντων, ἐκομίσθη. Ait, Τῇ τελευταίᾳ non igitur triumpho Gallico hoc accidit, sed Africano: ille primo die ductus est, hic ultimo. Ait, κἀκεῖθεν οἴκαδε ἐκομίσθη: *inde est domum vectus.* si hoc sequimur, in Suetonio fuerit scribendum, *descenditque Capitolium.* sed nihil temere sine libris mutare debemus: nam tales diversitates nunquam non observare licet inter auctores eadem narrantes, verum non eodem modo. Ut Dionis narratio est, elephanti illi cum lychnuchis, nihil aliud quam servorum λαμπαδηφόρων locum tenuerint. Vetus mos Romae fuit bene meritis de rep. viris honoris sui caussa permittere, ut cum aliqua inusitata pompa, quoties foris coenassent, domum redirent. Sic Duillius, qui primus navalem victoriam reportavit, *non contentus unius diei triumpho.* (Flori sunt verba II. 2. 10.) *per vitam omnem, ubi a coena rediret, praelucere funalia & praecinere sibi tibias jussit, quasi quotidie triumpharet.* Quod & Cicero aliique testantur. Sic Cornificius ob rem bene gestam bello Siculo, quoties domi non coenaret elephanto vehens domum redire solitus. Sic Caesarem ait Dio, post epulum triumphale, cum insign hoc honore vespere domum venisse. Ut vero Suetonius rem narrat, lumina haec publici gaudii sunt indicium. antiquissimi enim moris fuit, sive privatim, sive publice laeti aliquid obtigisset, luminibus accensis appensisque gaudium testari: estque ejus λυχνοκαΐας apud Graecos ac Latinos scriptores creberrima mentio. Aeschyli unius versiculos referemus, ex quibus antiquitas ejus consuetudinis potest intelligi. Chori sunt verba in Agamemnone, laetitiam publicam ob nuntium capti Ilii describentis vers. 92.

Ἄλλη δ' ἄλλοθεν οὐρανομήκης
Λαμπὰς ἀνίσχει,
Φαρμασσομένη χρίματος ἁγνοῦ
Μαλακαῖς ἀδόλοισι παρηγορίαις,
Πελάνῳ μυχόθεν βασιλείῳ.

Et in nostris erat *lychnos*: quia tamen Politianus e suis MSS. ita emendavit, secuti sumus olim hominis doctissimi fidem & judicium. Postea in Turonensi veram lectionem invenimus. Olim candelis sebaceis soli pauperes utebantur, reliqui facibus vel lucernis: has Graeci λύχνους vocant. Λυχνοῦχος autem est instrumentum, cui lucerna aptatur, ut candelabro. Lychnuchi usus erat & domi. Cicero III. ad Q. Frat. 7. *Hanc scripsi ad lychnuchum ligneolum.* & cum foras prodirent: vide Athenaeum. Milites Graeci pro lychnucho ferebant obeliscolychnion, ut Docet Aristoteles. Dio λαμπάδα pro eo hic dixit. CASAUB. Ita proxime Pal. pr. ac sec. nempe *Lichinicos.* nam tertius *Lychnos.* GRUTER. *Lychnuccos* Hulf. *Lychnicos* Barth. Cod. & Copes. & Ald. Ed. *Lychinichos* Ed. Venet. pr. *Lychnos* Rom. Venet. sec. & tert. Bonon. Lugd. Junt. Eadem varietas apud Polyaen. lib. I. Strateg. cap. 12. δᾷδας καὶ λύχνους ἀνάψας, ubi λυχνούχους ex Florentino adducitur, & idem esse ex Grammaticis Graecis ostenditur. certe usus saepe confudit, saepius vero librarii: nam rectius dici accendi *Lychnos*, quam *Lychnuchos* puto, ut hic melius gestare *lychnuchos*, quam *lychnos*, nec quidam male *lychnuchos* interpretantur eos, qui portant lychnos, & qui portabantur ab Elephantis, licet potius receptacula lychnorum fuisse videantur, quae dextra sinistraque dependebant, ex Elephantorum lateribus. elegantem nuper inscriptionem inter Donianas pag. 282. edidit doctissimus Gorius, ubi

VIRGILIVS
P. VIRG. SER.
AD. LYCHN.

me-

non acta belli significantem, sicut ceteris, sed celeriter confecti notam. Veteranis legionibus praedae nomine in pedites singulos super bina sestertia, quae initio civilis tu-

memoratur: dubitat vero doctissimus vir, an *ad Lychnos*; an *ad Lychnuchos* sit intelligendum. sed certe prius praestat. in Cod. Copes. erat etiam *dextraque sinistra*. Burm.

Inter pompae fercula.] Hoc melius quam ut Plutarchus & Appianus, cum scriberet ad amicum quendam suum Romam. Mox, *sicut caeteri* scripsimus ex Viterb. non *caeteris*, ut in aliis. τὸ *s* est ex *sed*, quod sequitur. Casaub. *Inter populi* exc. Cujacii,

Veni. Vidi Vici.] Ad celeritatem denotandam adhibetur oratio ἀσύνδετος eleganter. Sic quum Pompejus festinans ad bellum piraticum Athenas in transcursu invisisset, inter caeteras inscriptiones in ejus honorem positas haec fuit: ΠΡΟΣΕΔΟΚΩΜΕΝ. ΠΡΟΣΕΚΥΝΟΥΜΕΝ, ΕΙΔΟΜΕΝ, ΠΡΟΠΕΜΠΟΜΕΝ. *Exspectabamus, Venerabamur, Vidimus, Deduximus.* Casaub.

Sicut caeteri,] *Ceteri* Viterbiensis. nostra trias subscribit vulgatae editioni *sicut ceteris.* Gruter. *Ceteris* Memm. Periz. Copes. Harlem. Hust. & Edd. veteres omnes praeter Ald. & Basil. poster. & subaudiendum *triumphis.* Burm.

38. *Veteranis legionibus &c.*] Hic locus mutilatus videri potest vel Appiani lectione: ille namque de Caesare dictatore loquens, *Statim* inquit, *post triumphum quaecumque exercitui pollicitus fuerat, ampliore adhuc pecunia exsolvit militi drachmarum Atticarum quina millia, turmae ductori bis totidem, Tribunis militum, equitibusque duplo majus: ad haec singulis ex populo minam unam Atticam.* Haec Appiani verba dissentire a Tranquillo maxime videntur. non quod in populi congiario non conveniant: mina enim Attica, id est, argentea libra Romana, quadringentos nummos LSS. valet, id est, denarios centum. Reliqua adeo discrepant, ut quod Appianus quina millia drachmarum militi data a Caesare dicit equiti duplo majus, Tranquillus de pedite reticeat, de equite non conveniat. nam ex Appiani sententia dena millia drachmarum data equiti necesse est, quae Tranquillus ad sena millia reducit. Nec mirum videri debeat, quod de magnitudine militaris donativi referimus, cum Plutarcho auctore Antonius triumvir quina millia drachmarum singulis militibus post aciem Philippensem dederit. Egnatius. Et hic locus sollicitum habuit, ut video, Sabellicum. Verùm nihil certi definit, sed cum conditione loquitur: ut cui res nummaria nondum, ut hac aetate, innotuerit. At Egnatius post Sabellicum rem aggressus: primum Appianum à Tranquillo maxime dissentire ait. Deinde fatetur locum mutilatum: & Tranquillum, equitum stipendium aliud ab Appiano tradidisse, peditum reticuisse. Ego locum Tranquilli vitiatum omissione unius vocis existimo, adjutus ex vestigiis veteris codicis, quo & D. Erasmus usus est, ex quo ego locum ita legendum existimo: *Veteranis legionibus praedae nomine in pedites singulos super bina sestertia, quae initio civilis tumultus numeraverat quaterna: in equites vicena quaterna millia nummûm dedit.* Si locus ita legatur, omnes summae verisimiles videbuntur, & equiti quadruplo majus stipendium datum intelligitur: quod & Sabellicus fatetur. Cetera omnia bene habebunt. In Appiano locus mihi suspectus est: quippe in quo nulla ordinum ratio habetur. Ea depravatio, sive ex Graeco codice, ut saepe fit, sive interpretis culpa acciderit, nescio: varie certe citatur hodie à Triumviris nostris, Sabellico, Beroaldo, Egnatio. Siquid divinandum est, ego Appianum summas ita scripsisse existimo: Statim post triumphum quaecumque exercitui pollicitus fuerat, ampliore adhuc pecunia exsolvit. Militi drachmas Atticas mille quingentas, tria millia Decurioni, Tribunis militum equitibusque duplo majus. Ut hoc ultimum referatur ad Decurionum stipendium, atque ita fiat equitum stipendium quadruplo majus quam fuerit peditum. Denique eae summae cum Suetonio convenient. Certè si pediti quinque millia Atticarum drachmarum data intelligamus, ut habent vulgati codices, nimis magnae summae erunt reliquae. Sed si, ut Tranquillus habet, intelligamus militi primùm bina, deinde quaterna numerata, ut sit quadruplo major Equitum summa, constabit ratio ordinum apud Appianum. Gregarium herclé militem cepisse millenas quingenas drachmas Atticas, hoc est, coronatos centenos quinquagenos, mihi opido magnificum videtur donativum, etiam in profusissimo Imperatore: maximè hoc tempore, quando bello Africano non parum attritae, etiamsi vi-

ctor

ctor erat, opes ejus credi poterant. Ut mihi non fiat verisimile, potuisse quina millia drachmarum singulis exsolvere militibus. GLAREANUS. Locus haud dubie corruptus est. Exemplar Vatic. non habet duas illas dictiones, quae mox sequuntur, *in equites*. Quibus remotis sensus quidem apertus est, super bina sestertia, quae initio acceperant, vicena quaterna adhuc data esse; sed & ea summa nimis improba est, nec ulla fiet equitum mentio. Atqui oportebat eum, qui quid pediti datum sit referat, equitem non omittere. Appian. lib. II. ait divisisse eum militi quina millia drachmarum, centurioni (sic λοχαγὸν interpretor) duplum, tribuno vero, turmarumque ductori, quem ἱππάρχον vocat, alterum tantum, plebi vero singulas minas. Dion. lib. XLIII. nulla & ipse facta equitum mentione, *Distributo* inquit, *populo frumento, quinque insuper & septuaginta drachmas, quas ante promiserat, & alias praeterea quinque & viginti, nec non militibus quinque drachmarum millia divisit.* Et haec quidem hi duo Graeci scriptores tradidere, sed uterque ab altero, & ambo a Suetonio dissentiunt. Dionis vero interpres, vir diligens, dum Graeca conciliare cum Latinis nititur, nihil minus quam auctoris sui sensum explicat. Glareanus ex veteris libri vestigiis sic legit: *Super bina HS. quae initio civilis tumultus numeraverat, quaterna, in equites vicena quaterna millia nummum dedit*, una duntaxat voce *quaterna* interposita. Verum ego vocem illam transponere malim, ut eo scilicet, quo Glareanus vult, loco maneat, neque alibi rursus inferatur, hoc modo: *In equites vicena millia nummum dedit.* Quin etiam, si meo arbitrio fieret, totum illud *quaterna millia nummum* deleretur. Ita Caesar pediti in universum sex, equiti vero viginti sestertia numeraverit, hoc est, illi sex, huic viginti millia nummum, & proinde pediti drachmas sive denarios MD. equiti quinque millia. Graeci, non intellecto, ni fallor, Suetonio, rationes conturbarunt. illud tantum adjiciam, ut in stipendiis, sic in donativis quoque observari solitum, uti centurio duplum, eques vero triplum ejus, quod militi dabatur, acciperet. Exempla passim apud Livium. Sueton. itaque in equitem paulo liberalior est. TORR. *Veteranis legionibus praedae nomine in pedites singulos super bina, quae initio civilis tumultus numeraverat, in equites, vicena millia nummum dedit.* Ita habetur hic locus in Romana editione mendosissime & corruptissime. in Viterb. cod. & Memmiano duae voces *in equites* non exstant, neque in Vaticano aut Pithoei; a Groslotiano aberat τὸ *quaterna*. caetera ut in vulgatis. Cum igitur destituamur hic a libris, quaerendum nobis aliunde praesidium est ad constituendum illustrem hunc, & multis magnis viris tractatum locum. Lego, *Veteranis legionibus praedae nomine, in pedites singulos (super bina sestertia, quae initio civilis tumultus numeraverat) vicena: in equites quadragena millia nummum dedit.* Reddamus nunc rationem & cur ita ipsi emendemus, & cur eruditissimorum virorum super emendatione horum verborum sententias improbemus. Quod hic de donativi Caesaris quantitate narratur, id nusquam alibi, quod equidem sciam, praeterquam apud Dionem & Appianum legitur. Quamobrem in eo vertitur cardo, ut hos tres scriptores attente comparemus. Dionis verba sunt, τοῖς στρατιώταις πεντακισχιλίας ὅλας δραχμὰς ἔνειμε, *militibus dedit drachmas quinquies millenas, non minus.* Appiani haec, postquam opes a Caesare Romam illatas in triumphis commemoravit: Ἀφ' ὧν εὐθὺς ἐπὶ τοῦ θριάμβου διένειμε τὰ ὑπεσχημένα πάντα ὑπερβάλλων, στρατιώτῃ μὲν ἀνὰ πεντακισχιλίας δραχμὰς Ἀττικάς· λοχαγῷ δ' αὐτοῦ τὸ διπλάσιον, καὶ χιλιάρχῳ καὶ ἱππάρχῳ τὸ ἐπὶ διπλάσιον. hoc est, *Ex quibus statim a triumpho dedit, quicquid ante promisisset exsuperans, legionariis singulis drachmas Atticas quinquies millenas, centurionibus duplum, tribunis & praefectis alarum adhuc duplum.* Haec duo illi scriptores. Est vero notandum, cum donativum omne geometrica proportione divideretur, praemiumque daretur cuique pro ratione loci, quem in militia obtinebat: diversitatem hanc ab auctoribus interdum exacte notari, interdum ex parte tantum: aliquando omitti penitus, ut notum omnibus rerum Romanarum non incuriosis. Sic Dio satis habuit indicare, quantum singulis legionariis datum esset. Appianus hac parte diligentior, undeunde illa habeat, nam proprii fere nihil eum habere norunt eruditi. Suetonius quid dixerit, quid siluerit, incertum facit codicum ejus inconstantia. Si fides Vaticano, Pithoei & Lislaei, qui has voces *in equites* & *quaterna* non agnoscunt: tantum dixerit noster, quantum Dio, nihil amplius. ita legimus: *in pedites singulos (super bina, &c.) vicena millia nummum dedit.* vicena M. HS. sunt, quod Dio & Appianus consentientes ajunt, πεντακισχιλίας δραχμάς. Sed quia plurima & antiquissima

tumultus numeraverat, vicena milia numûm dedit. adſignavit & agros, ſed non con-

ma Suetonii exemplaria voces illas retinent, non eſt dubitandum errare eos graviter, qui iis inductis belle conſtitutum a ſe hunc locum cenſent. Eſt enim probabilius multo, librarios, homines ut plurimum literarum rudes, verba quaedam legitima omiſiſſe, quam de ſuo alia accudiſſe. Retinent autem illa *in equites* & *quaterna* praeter codices, de quibus dixi, etiam regii omnes, quos vidimus. Exiſtimamus igitur, duas a Tranquillo ſummas fuiſſe poſitas: peditum, & equitum. Illam ex veſtigiis corruptae lectionis & Graecis haud dubie expreſſimus: hanc jure arbitratio conſtituimus. nam quia donativi, quod a Caeſare acceperunt equites, modum nuſquam expreſſum reperimus, quod ſupereſt, ut quam minima mutatione ad veritatem faciamus gradum, vulgatam lectionem *quaterna* mutamus in *quadragena*, etſi non male fortaſſe ſcripſimus *quadragena quaterna*. Porro ut de hoc nihil habemus, quod quaſi certum affirmemus: ita de peditum donativo rem ſic habere, ut diximus, perſuaſi ſumus. Statuimus enim, niſi aut menda in codicibus Dionis & Appiani eſſe demonſtretur, aut error in ſententia; cauſam dici non poſſe, cur eorum conſentienti teſtimonio non credatur, & ex ipſis de loco Suetonii judicium fiat. Falſi lectionem niſi ex ſua conjectura nemo arguit: ſententiam contendunt multi eſſe falſam. Nam quae opum vis, inquiunt, huic donativo ſufficiat? deinde quaſi aperta & manifeſta ſit ἀτοπία; eſt, qui os verberet optimis ſcriptoribus, ut parum attentis ad verba Tranquilli; eſt, qui locum Dionis corrigat, & pro πεντακισχιλίας faciat πεντακοσίας. Alii Appianum, aut pueriliter hallucinatum pronuntiant, aut ſcripſiſſe χιλίας καὶ πεντακοσίας: iidem Suetonii verba convenienter ſententiae, quam pro vera amplectuntur, ita μεταχαράττουσι inverecunde, ut veteris lectionis nullum agnoſcas veſtigium. Nos contra falli doctiſſimos viros, & in Graecis ſcriptoribus illis nihil eſſe mutandum contendimus. Quid enim hic eſt, quod merito ſuſpectum habeamus? Miramur, unde Caeſari tanta pecuniae vis? clamant hiſtorici, ſpoliatas ab eo omnes provincias; regna multa vel direpta, vel pretio vendita; templorum multorum gazas infinitas ablatas; artes cogendae pecuniae ab eodem innumeras eſſe excogitatas, propter quas χρηματοποιὸς ἀνὴρ Graecis dici ſolet. Haec ſi attendimus, quid tantopere miremur, non erit. Quanto magis mirum, Octavium & Antonium poſt praelium Philippenſe tantundem potuiſſe ſuis militibus dare? Atqui non iſtud meum eſt ſomnium, ſed Plutarchi ſcriptoris graviſſimi narratio: ὑπεσχημένοι, ait ille in Antonio, ἑκάστῳ στρατιώτῃ δραχμὰς πεντακισχιλίας, ἰδίου συνεβάλετο χρηματισμοῦ καὶ δασμολογίας. Extlat eadem ſumma (ne quis mendum ſuſpicetur) apud Appianum quoque lib. IV. Ἐμφυλίων, in ipſius Antonii oratione. Atque ego Caeſaris exemplum ante oculos habuiſſe triumviros hoſce puto, cum hanc quaſi legitimam ſummam ſuis pollicerentur. Quid? potuerunt eadem tempeſtate Caſſius & Brutus ex praeda Aſiae & Syriae, quas obtinebant, militibus ſuis numero prope infinitis, drachmas ſemel millenas quingenas, mox iterum millenas dare: Caeſar totius paene orbis praedo alterum tantum non potuerit? Omnem vero admirationem adimat ſani judicii hominibus, quod de Didio Juliano legimus, qui *cum vicena quina millia militibus promiſiſſet, tricena dedit*, inquit Spartianus. At erant pauci, qui acciperent, milites, aliquis dicet. Sane pauciores, quam qui a Julio, ſed quae comparatio Didii illius cum Julio Caeſare? qui utriuſque ingenium norit, & ſingula penſitarit, mecum dubio procul ſentiet. Et tamen ſciri volo, non adeo immenſum numerum eorum fuiſſe, qui hoc a Caeſare donativum acceperunt. equidem vix ad XX. M. aut paulo plures fuiſſe cenſeam. Habuit ille quidem multas legiones: ſed, quod ipſe queritur initio tertii, infrequentes, quod multi Gallicis tot bellis defecerant. eas ipſas vero copias ſequentibus praeliis vehementer fuiſſe attenuatas quis dubitat. Satis probatam putamus integritatem codicum Dionis & Appiani. Cum igitur Caeſaris μεγαλοδωρίαν mirari deſinimus: tum doctorum virorum μικρολογίαν καὶ ἀβλεψίαν mirari ſatis non poſſumus, qui hominis τῶν ἐν ἀνθρώποις πλεῖστα καὶ κεκτημένου καὶ δεδωρημένου maximum donativum ad πεντακοσίας δραχμὰς, vel χιλίας καὶ πεντακοσίας, redigere non dubitarunt. CASAUB. Lectio non ſana. habet quidem eam Pal. tert. interjecta adhuc copula, *&* *in equites*, ſed alii duo non agnoſcunt illud

continuos, ne quis possessorum expelleretur. Populo praeter frumenti denos modios, ac totidem olei libras, trecenos quoque numos, quos pollicitus olim erat, viritim divisit: & hoc amplius, centenos pro mora. Annuam etiam habitationem Romae usque ad bina milia numûm, in Italia non ultra quingenos sestertios remisit. Ad-

illud *in equites.* e conjectura velle locum restituere, est ludibrium debere lectoribus. GRUT. Vir doctus legebat, *in singulos (super bina sq. 1. c. 13n.) vicena millia nummum* dedit. Casaubonus & Torrentius nihil certi afferunt. SCRIVER. Manuscripti nostri, & editiones fere omnes *in equites* habent. sed *quaterna* desunt Exc. Cujac. & Ed. Bonon.

Assignavit & agros, sed non continuos, ne quis possessorum expelleretur.] Dio lib. XLII. aliam affert caussam: χώραν ἔκ τε τῆς δημοσίας, καὶ ἐκ τῆς ἑαυτοῦ δὴ πολλὴν σφίσιν ἔνειμεν, ἄλλοις ἄλλῃ, καὶ πάνυ πόῤῥω ἀπ᾽ ἀλλήλων ἀπαρτήσας, ὥστε μήτε τοῖς ὁμοχώροις σφᾶς φοβεροὺς, μήτ᾽ αὖ πρὸς νεωτερισμὸν ἑτοίμους καθ᾽ ἓν συνοικοῦντας εἶναι. Sed videtur Dio loqui de alia agrorum assignatione, quam de qua nunc Suetonius sentit. Quod autem notant uterque de agris non continuis, id contra veterem consuetudinem deducendarum coloniarum fuit: semel tamen admissum, saepius postea usurpatum est. Tacitus lib. XIV. Annalium c. XVII. *Veterani Tarentum & Antium adscripti, non tamen infrequentiae locorum subvenere, dilapsis pluribus in provincias, in quibus stipendia expleverant. neque conjugiis suscipiendis, neque alendis liberis sueti, orbas sine posteris domos relinquebant. Non enim, ut olim, universae legiones deducebantur cum tribunis & centurionibus, & sui cujusque ordinis militibus, ut consensu & charitate remp. efficerent: sed ignoti inter se, diversis manipulis, sine affectibus mutuis, quasi ex alio genere mortalium repente in unum numerum collecti, numerus magis quam colonia.* Huc pertinet quod narrat Appianus de bello civili libro III. noluisse Caesaris veteranos post missionem separari, sed in agros assignatos mitti conjunctos, quod quia ante illius necem non potuerat perfici: propterea in Urbe eos adhuc, cum caederetur Caesar, fuisse, inque templorum porticibus tetendisse. Propterea Augustus, ut est apud eundem Appianum, post Mutinensem aciem cum Antonio societatem inire cupiens, Decium quendam cum his mandatis ad illum mittit: ἀξιῶν μιμεῖσθαι τοὺς ὑπὸ σφίσι ταχθέντας ὁ Δεκάδαρχος, οὐδ᾽ ἔτι πολεμοῦντας τῷ στρατιῷ. Deinde caussas ejus rei pluribus persequitur. CASAUB. Intelligendum de assignatione agrorum A. U. C. 707. facta, ante bellum Africanum, ut ex Dione notaverat Casaubonus, & plenius ostendit Noris. ad Cenotaph. Pisan. Diss. 1. cap. 2. pag. 20. BURM.

Trecenos quoque nummos.] Recte Pulmannus, cum in vulgatis codd. *tricenos* legatur. Probant idem Graeci, quos paulo ante citavimus. nam & Dion una centum drachmas colligit, & minam apud Appianum centenariam intelligo. Mina autem, & drachmae centum, & nummi sestertii quadringenti eandem summam efficiunt. Similis locus inf. cap. LXXXIII. & Aug. cap. XLI. & Calig. cap. XVII. TORR. Etiam Pall. nostri, non *tricenos* ut olim cusi. GRUT. *Trecentos* Ed. Rom. ut mox. *quingentos* Copes. & Harlem. editi admodum variant, in quibus morari non libet.

Annuam habitationem.] Sunt, qui nescio quod vectigal pensionum remissum intelligant; verum quomodo id explicent, viderint alii. Ego sic interpretor, ut qui cives Romani in conducto habitarent, sive Romae, sive in Italia, nec plus penderent quam bina millia, aut quingentos nummos, anno uno Caesaris beneficio a pensione liberarentur. TORR. Anno DCCVI. lex illa promulgata a M. Coelio Rufo praetore in summa rerum omnium perturbatione Romae propter Caesaris absentiam. Ab illo exemplo manavit haec Julia lex: de qua Dio in actis anni DCCVII. Τὸ ἐνοίκιον, ὅσον ἐς πεντακοσίας δραχμὰς ἦν, ἐνιαυτοῦ ἑνὸς ἀφῆκε. *Habitatio* Tranquillo est τὸ ἐνοίκιον, pensio quae habitationis caussa penditur. JCti etiam *obventiones* vocant, & Glossarium: Ἐνοίκιον, *pensio, obventio.* In superioribus verbis Dionis, pars legis praetermissa, de iis qui extra urbem in Italia habitabant. At libro XLVIII. in actis anni DCCXIII. renovatam hanc legem ab Octavio post praelium Philippense commemorans; utriusque partis sic meminit: Τὸ ἐνοίκιον τοῖς μὲν ἐν τῷ ἄστει μέχρι πεντακοσίων δραχμῶν οἰκοῦσι, πᾶν· τοῖς δ᾽ ἐν τῇ λοιπῇ Ἰταλίᾳ καὶ τὸ τέταρτον ἐνιαυτοῦ ἑνὸς ἀφεῖσθαι. Ait, remissam habitationem Romae quidem annuam: in Italia vero non ultra tres men-

Adjecit epulum ad viſcerationem, & poſt Hiſpanienſem victoriam duo prandia. Nam quum prius parce, neque pro liberalitate ſua præbitum judicaret, quinto poſt die

menſes. Puto falli Dionem, & Suetonio potius aſſentior, annuam & in Italia remiſſam penſionem, ſed non ultra quingenos HS. Quia caro in urbe conſtabant habitationes, propterea tam diverſae penſionum ſummae in hac lege expreſſae. Mens & Caeſaris & Octavii fuit, ut non niſi ad tenuiores hoc beneficium pertineret. Pauperes autem adaeque, qui in Italia quingenis ſeſtertiis habitarent, quique in urbe binis millibus. Vide Plutarchum initio Syllae, & Ciceronem in ea pro M. Caelio: qui etſi filius familias, cum a patre ſemigraſſet, XXX. millibus habitabat. Porro ſolutae habitationis exempla alia ſuggerunt inſecutorum Imperatorum hiſtoriae. nam Romanum Conſtantini filium δεδωκέναι καὶ τὰ ἐνοίκια τῆς πόλεως; neque id cum aliqua diſtinctione civium ditiorum vel pauperiorum, ſed promiſcue omnium, ἀπὸ τῶν ὑψηλοτέρων καὶ μέχρι τῶν ἐσχάτων, auctor eſt Cedrenus. CASAUB. Ex Gronovii & Graevii obſervationibus patet, non recte haec cepiſſe D. Gothofredum ad leg. 36. ff. ad. Municipalem. BURM.

Epulum ac viſcerationem.] *Viſcerationem* crudae carnis diſtributionem fuiſſe volunt: *epulum*, cum diſcumbentibus per triclinia aut coena aut prandium dabatur. Sueton. Tib. XX. *prandium dein populo mille menſis.* Plin. quoque lib. IX. cap. LV. & lib. XIV. cap. XV. triumphales Caeſaris coenas commemorat. Plutarch. epulum toti populo XXII. millibus tricliniorum datum fuiſſe ſcribit. TORR. Notatu dignae harum vocum interpretationes, quae ſunt in Gloſſario: *Epulum*, διανομή. *Viſceratio*, ἀρτόκρεας. Perſius Sat. V. 5. *Oleum artocreaſque popello.* Mox, *Viſcerationem*, εὐφρασίαν. In altero Gloſſario: Εὐφρασία, *epulatio.* Vox Graeca, quam legere eſt apud Epiphanium, ducta eſt ab ea verbi εὐφραίνεσθαι notione, qua ſemper utitur D. Lucas Euangeliſta. ut φάγε, πίε, εὐφραίνου. & φαγόντες εὐφρανθῶμεν. & εὐφραινόμενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς. Sic apud Athenaeum accipi debet initio quinti: & συνευφραίνεσθαι apud Curopalaten, ubi de coronatione Impp. agit. Ita accipiendum id verbum etiam in hoc Athanaſii loco ex epiſtola ad Africanos: Οἱ μὲν Ἕλληνες, ait, εὐφραίνονται διαφερόντως τὴν ἡμέραν· ὁ δὲ Γεώργιος τοιαῦτα ἐνέπαιζε τότε τοὺς Χριστιανοὺς τῇ κυριακῇ τῶν δεσμῶν. Interpretes peſſime acceperunt haec beatiſſimi Patris verba. exaggerat ibi Athanaſius Georgii parepiſcopi Alexandrini ſcelus, qui die dominica in templum Dei irrumpens Orthodoxos variis cruciatibus affecerat: *Cum tamen*, inquit, *ei diei veneratio ab ipſis etiam infidelibus praeſtetur.* Apparet autem ſeptimi diei ſolemnitatem a paganis jam temporibus Athanaſii fuiſſe admiſſam, & uſu receptam. Ab hac verbi iſtius ſignificatione Genius, cujus ſimulacro menſae decorari ſolitae, Εὐφράδης dictus, Heſychius: Εὐφράδης παταικὸς ἐπιτραπέζιος. vocat παταικὸν ad eorum ſimilitudinem, quorum Herodotus meminit, qui in navibus ſculpebantur aut caelabantur. Vox eſt Hebraica. At *viſceratio* eſt κρεανομία. nam, ut alibi notamus, *viſcera* vocabant non ſolum inteſtina, ſed quidquid ſub corio eſt, inquit Servius. melius hoc, quam quod legitur alibi apud eundem, *viſcera proprie carnes dici.* CASAUB. *Epulum ad viſcerationem* Codd Periz. Harlem. Edd. Venetae tres, Lugd. Junt. Ald. Steph. & aliae, quam lectionem cur repudiaverint aliae, ut Edd. Rom. Bon. Baſileenſis, & recentiores, nihil cauſſae video. nam ſi per copulam *ac* voluiſſet conjungere haec, ſcripſiſſet, *dedit*, *praebuit*, vel ſimile quid, *epulum ac viſcerationem*, quae annuae habitationi minime adjecta fuiſſe credi poteſt. ſed quum alii vel ſolum epulum, vel viſcerationem dare ſolerent, hic utrumque inuſitata liberalitate dedit. ſolet autem noſter & alii τῷ *adjicere* addere praepoſitionem ſuam. inf. cap. LXXIX. *adjecit ad tam inſignem contumeliam, multo arrogantius factum.* Claud. VI. *ut ad numerum ſodalium Auguſtorum adjiceretur.* ſic & conſtruit *addere* ſupr. XXIV. & alibi, in quibus nunc morari, quum ſint obvia, non libet. vid. ad Ovid. Ep. XVI. 92. *adjicere* vero aliquoties Suetonio pro *addere* uſurpatum, ut Livio etiam docuit Cl. Drak. ad lib. III. 33. Ciceroni & aliis quoque paſſim. *ad* & *ac* ita etiam commutant libri inf. cap. LXXXIV. BURM.

Praebuit] *Fecit* Codd. Hulſ. quod ſi aliis membranis confirmari poſſet, non repudiarem. Sic Quinctil. CCCCI. ſi *coenulam diviti pauper feciſſet.* Cicer. IX. ad fam. 24. *ne de-*

39 die aliud largiſſimum præbuit. Edidit ſpectacula varii generis: munus gladiatorium, ludos etiam regionatim urbe tota, & quidem per omnium linguarum hiſtriones: item circenſes, athletas, naumachiam. Munere in foro depugnavit Furius Leptinus, ſtirpe prætoria, & Q. Calpenus, ſenator quondam actorque cauſſarum. Pyrricham ſaltaverunt Aſiæ Bithyniæque Principum liberi. Ludis Decimus Laberius,

dediſcas & obliviſcare coenulas facere. Plin. VII. Ep. 3. *ut tibi coenam facerem.* vid. ad Petron. cap. XXV. BURM.

39. *Edidit ſpectacula varii generis.*] Variis temporibus edidit Caeſar ſpectacula: ſed quaecunque hic in Suetonio referuntur, ea referri debent, partim ad annum DCCVIII. quo quater triumphavit, partim ad ſequentem, quo Hiſpanienſem triumphum egit. CASAUB. *Exſpectacula* Codd. Memm. & Barthii, unde Jac. Gronov. faciebat *& ſpectacula.* idem error librarii in quibuſdam Calig. XVIII. *neque exſpectaculis ipſe praeſedit.* & etiam alibi. BURM.

Gladiatorum] VV. CC. habent *Gladiatorium.* URSIN. Et ita Cod. Harlem. & multae editiones priſcae. vid. ad cap. XXXI. & alibi.

Regionatim] Hos reſpicere Ciceronem lib. XV. ad fam. 19. de *curatione munerum regiorum,* mentionem facientem, credit ibi Manutius, probante Cl. Graevio. BURM.

Per omnium linguarum hiſtriones:] Romae magna copia erat hominum ex omnibus imperii Romani provinciis. Caeſar, ut omnibus gratificaretur, & omnes nationes ſibi conciliaret, hiſtriones omnium linguarum adhibuit. Simile eſt, quod in ejus funere notatur infra cap. LXXXIV. *In ſummo publico luctu exterarum gentium multitudo circulatim ſuo quaeque more lamentata eſt, praecipue Judaei.* Sic accipio iſtum locum, & geminum ei alterum in Octavio, cap. XLIII. Non probo eorum ſententiam, qui in utroque loco conſuetos Romae edi ludos, Latinos, Oſcos, Graecos intelligunt. CASAUB.

39. *Munere in foro.*] Duae dictiones *in foro* abſunt e libro quodam pervetuſto. Verum de hac re ſic Plin. XIX. cap. 1. *Caeſar Dictator totum forum Rom. intexit, viamque Sacram ab domo ſua ad clivum uſque Capitolinum, quod munere ipſo gladiatorio admirabilius viſum tradunt.* TORR. *In foro* omnes Pall. male vetus codex, cui abſunt *in foro.* GRUT. In omnibus ſcriptis & editis exhiberi video. haec Caeſaris facinora imitatum Balbum Gaditanum notavit Brouckhuſius ex Cicer. X. ad famil. 32.

Furius Leptinus.] Scripti quidam, *Lettinius.* is eſt fortaſſe, quem Dio Fulvium Setinum nominat. etſi hiſtoria diverſe ab eo narratur. *Q. Calpenus* autem eſt in veteribus, non *A. Calpenus.* CASAUB. Haud ſecus Pal. ac. tert. nam primus, *Lectinus.* GRUT. *Leptinius* Ed. Rom. ego *Leptinum* dictum conjicio a re contra Leptinos in Africa geſta, vel certe, ut multa cognomina ab urbibus & regionibus Romani ſibi indiderunt, ab urbe illa quacumque de cauſſa nobis ignota, ut ita *Italici, Galli, Lucani* &c. alii. Nam non ſolum *Leptitanos*, ſed & *Leptinos* dictos docet Tacit. III. Ann. 74. BURM.

A. Calpenus.] MSS. omnes *Q.* vocant, Dion *Fulvium Setinum.* TORR. Et Pal. pr. nam ſec. deſtituitur praenomine: tertius vero ejus loco habet, *& A. Calpenus*, ut retro cuſi. GRUT. *A. Calpenus.* Codd. Harlem. Periz. Edd. Venetae tres, Bon. Lugd. Junt. Baſil. Aldus & aliae, Pulmanni codices *Q. Calpenus*, quod probat Scriverius. Barth. in ſuo codice repent, *Santor quondam*, in quo an aliquid lateat, deſpiciendum putat. ego ex compendio ſcribendi vocem corruptam puto, pro *ſenator.* BURM.

Pyrricham] *Piricam* Cod. Periz. & Ed. Venetae tres.

Ludis Decimus Laberius.] Eodem tempore & facto eodem, ordinem equeſtrem amiſit Laberius ac meruit. amiſit, cum egit mimum in ſcena; recepit, donatus a Caeſare anulo aureo. Aſinius Pollio de Gallo quaeſtore ſuo ad Ciceronem: *Ludis, quos Gadibus fecit, Herennium Gallum hiſtrionem, ſummo ludorum die anulo aureo donatum in quatuordecim ſeſſum deduxit: tot enim fecerat ordines equeſtris loci.* CASAUB. *Decius* Harlem., & ita editi nonnulli, ut & alibi peccatum. *donatuſque eſt* idem codex. & priores editiones, praeter Stephan. & Baſileenſes poſter. & alias recentiores. *eſt* delebat Lipſius.

Donatuſque eſt.] Lego *donatus*, ſine *eſt*, ut habet edit. Germanica, & MSS. duo. haec enim continue legenda ſunt: *Donatuſque quingen-*

rius, eques Romanus, mimum suum egit: donatusque quingentis sestertiis, & anulo aureo, sessum in quatuordecim e scena per orchestram transiit. Circensibus, spatio circi ab utraque parte producto, & in gyrum Euripo addito, quadrigas bigasque, & equos desultorios agitaverunt nobilissimi juvenes. Trojam lusit turma duplex, majorum minorumque puerorum. Venationes editae per dies quinque, ac novissime pugna divisa in duas acies: quingenis peditibus, elephantis vicenis, tricenis equitibus hinc & inde commissis. Nam quo laxius dimicaretur, sublatae metae, inque earum locum bina castra ex adverso constituta erant. Athletae, stadio ad tem-

gentis LSS. & anulo aureo, sessum in XIV. *e sc. &c.* sic enim codex Ferrarienſ. & Turnebi. Vide inf. Claud. cap. XXI. Gellium XVII. cap. XLIII. Macrobium II. cap. VII. TORR.

Sessum in quatuordecim] Fortasse legendum est, *sessum in* XIV. *podium e scena per Orchestram transiit:* nam pro verbo *podium*, in aliquibus codicibus est, *solium*, quod videtur mendosum. *Podium* vero dicebatur locus, unde principes spectabant. E scena igitur, ubi Laberius Histrionicam fecerat, transiturus in XIV. podium & orchestram, senatores omnes necessario praeteriit, quo major rei indignitas foret. URSIN. *In* XIV. *e scena.* sic liber Pithoei, in aliis abest τὸ *e.* unde nata multorum librorum lectio, *in* XIV. *scamna.* non probo. Petronius: *Ex hac nota Domina est mea: usque ab orchestra quatuordecim transiit, & in extrema plebe quaerit, quod diligat.* & alibi Suetonius. Multi codd. etiam Viterb. *per solium orchestramque transiit.* Fortasse, *per podium orchestramque transiit.* vel sic, *per solum orchestrae tr.* quod minus tamen placet. CASAUB. Pall. sec. ac tert. abest illud *e*, quod nec in pr. qui habet, *quatuordecim scena solium orchestram transiit.* GRUT. *E* deest Copes. Periz. Memm. ut & multis editionibus, Rom. Venetis Junt. Ald. & aliis. *per solium orchestram* habent Edd. Venetae tres. *in quatuordecim scamna per orchestram* Ed. Bonon. quod imperitis placere posset, sed docti sibi probari postularent *scamna* umquam de senatoriis sedilibus aut equestribus dicta fuisse. *Iudis* vero est Indorum tempore. vid. ad Aug. XLV. BURM.

Spatio circi,] Plin. VIII. cap. VII. & XXXVI. cap. XV. Circi, ut tunc erat, magnitudinem describit; & quare euripo cum Caesar muniverit, causam reddit. TORR.

Producto] Heinſ. malebat, *praeducto.*

Quadrigas bigasque & equos desultorios.] *Desultores* vocabant non eos solum, quos Graeci ἀμφίππους, quod binos ducentes equos ab altero in alterum subinde saltabant, (qua equorum mutatione gentes olim Istro vicinae, si Aeliano credimus, uti & Numidae, si Livio lib. XXIII. utebantur) sed eos quoque, de quibus Dionyſ. extremo libro VII. Antiq. Rom. quos παραβάτας (ut inquit ipse) poëtae, Athenienses vero ἀποβάτας appellabant. Unde, ἀποβάτην ἀγωνιζόμενος Plutarch. Phocione. Cicero pro Murena; cap. XXVII. *Nescio, quo pacto mihi videtur praetorius candidatus in consularem, quasi desultorius in quadrigarum curriculum, incurrere.* Livius quoque lib. XLIV. hunc morem significat his verbis: *semel quadrigis, semel desultore misso.* Locus vero Suetonii de utroque desultorum genere intelligi poterit. TORR.

Nobilissimi] *Nobiles* Cod. Harle.

Puerorum] *Puerum* Memm.

Quingenis peditibus] *Quinquagenis* Cod. Periz. Harle. Edd. Rom. Venet. pr. Junt. Ald. Lugd. Steph. & aliae. *Quingentis* Cod. Copes.

Elephantis vicenis.] Appianus: ἐπιδίδωσι ἐλεφάντων μάχην εἴκοσι πρὸς εἴκοσι. Dio quoque elephantos XL. pugnasse, hoc est, vicenos ex utraque acie, narrat. ita accipere debuerunt interpretes illius verba, lib. XLIII. συνέβαλε δὲ καὶ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ πλείους, καὶ ἱππέας ἱππεῦσι, καὶ πεζοὺς πεζοῖς, ἄλλους τε ἀλλήλοις ἴσους, καί τινας καὶ ἀπ' ἐλεφάντων τεσσαράκοντα ἐμαχέσατο. Interpretes: *erant* XL. *viri, qui ab elephantis pugnabant.* ineptissime. vide Plinium libro VIII. cap. VII. Sed haec nos fusius in libro de Venatione ampitheatrali: in quo, & item altero de Circensibus, multa Suetonii explicamus, quae hic propterea omittimus Utrumque commentariolum amicis multis pridem communicatum edere brevi cogitamus: nisi, quod potius velim, eruditissimus Lipsius fidem suam ante liberarit, & studiosorum votis satisfecerit. CASAUB.

Ex adverso] *Ex adversum* Memm. Exc.

Cujac.

tempus exſtructo, in regione Martii campi certaverunt per triduum. Navali praelio

Cujac. quae eadem varietas in Tib. XXX. ubi vide. Jac. Gronovius *ex adverſum* doctius probat, & ſane ita Terent. Adel. IIII. 45. & alibi. Barth. in ſuis repperit, *exadverſu*. ſed ſine dubio, ultimae literulae linea ſuperducta ſupplevit τὸ *m*. BURM.

In regione] Deeſt praepoſitio Memm. & ideo ejicit Jac. Gronov. nec addita Aug. V. & VII. Neron. XII. Calig. XXI. nec aliis locis. vid. & inf. cap. LXXXI. BURM.

In morem cochleae.] Recte Turneb. Adverſar. XXIV. cap. XIV. *in minore Codeta.* ſic enim etiam unus e noſtris libris. Nec ſolus Feſtus ejus loci trans Tiberim meminit, ſic dicti, quod in eo virgulta naſcerentur ad caudarum equinarum ſimilitudinem, ſed & Victor reg. XIV. trans Tiberim campum Codetanum ponit. TORR. Dio: *Καὶ τέλος ναυμαχίαν οὐκ ἐν τῇ θαλάσσῃ, οὐδ' ἐν λίμνῃ τινὶ, ἀλλ' ἐν τῇ ἠπείρῳ ἐποίησεν. Χωρίον γάρ τι ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ κοιλάνας, ὕδωρ τε ἐς αὐτὸ ἐσῆκε, καὶ ναῦς ἐπήγαγεν.* Quod ait Dio Caeſarem *ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ χωρίον κοιλάνας*, *excavaſſe locum quendam in campo Martio:* id Suetonius, *defoſſo lacu in minore Codeta.* *Codetam* ſive campum Codetanum ad Tiberim fuiſſe, ex Feſto & veteribus deſcriptionibus conſtat. Minor Codeta & major ſic appellatae, ut Velabrum majus & minus, atque alia in eadem urbe. Hic lacus mox a Caeſaris morte, ex decreto ſenatus, teſte Dione, fuit complanatus: itaque & Octavius, & qui deinceps naumachias edidere, lacus defodiſſe narrantur. Naumachias tamen aliquot fuiſſe, in quibus aqua ſemper eſſet, ex Frontini de Aquaeductibus libello diſcimus. Porro hanc eſſe veram hujus loci lectionem *in minore Codeta*, non ut vulgo edunt *in morem cochleae*, recta ratione rem putantibus dubium eſſe non poteſt. Ita enim habent vetuſtiores & meliores codices, teſtibus Beroaldo, Ranconeto, Turnebo, Torrentio, Petro Pithoeo, Groſlotio, &, qui duos vidiſſe ait, praeſtantiſſimo viro Joſepho Scaligero. Accedat his vetus Lugdunenſis editio anni DVIII. in qua ſic ſcriptum eſt: accedant & antiquiſſimi duo regiae bibliothecae, in quibus ita invenimus: poſtremo accedat Memmiani, omnium, opinor, vetuſtiſſimi, pondus & auctoritas. Corruptam eſſe eam tot librorum ſcripturam, ne ſuſpicari quidem licet. qui enim potuit imperito librario de Codeta venire in mentem, niſi ſic in exemplari fuiſſet? Profecto non ita ſolitum ab eo genere hominum in bonis auctoribus peccari, ut per aberrationem mentis voces veteres, paucis cognitas, ſententiae aptas, loco notiorum ponerent: contra quo quaeque vox erat inſolentior, eo ſemper magis iſtorum hominum injuriae fuit opportuna. Saepe factum eſſe, ut *cl* & *d* ſcribarum imperitia truderent ſe loco invicem apud veteres ſcriptores, pridem ab induſtriis hominibus ſumus admoniti. Similiter hic quoque *cocleae* pro *codeta* ſcribi primo coepit: deinde caeterorum ſecuta eſt depravatio. *Coclea* autem veteres ſcribebant, non *cochlea*, teſte veteri libro Gloſſarum, & Velio Longo de Orthographia. Haec ita accidiſſe, non tam mirum videri mihi ſolet, quam miror, reperiri hodie, qui ineptam illam lectionem tueantur: quorum pertinaciam ſatis libro de Circenſibus, cum de naumachiis ſive navalibus Circenſibus ageremus, retudimus. CASAUB. *In minore Codeta* & Pal. pr. & ſec. ſed iidem alia diſtinctione utuntur; volunt enim legamus, *Athletae, ſtadio ad tempus exſtructo, in regione Martii campi certaverunt. Pertriduum navali praelio in minore codeta.* Tertius accedit Vulgato, *in morem cochleae.* quam lectionem ſolicitavit Turnebus Lib. XXIV. Adv. cap. 14. GRUT. Non alius in Suetonio locus eſt, qui eruditorum acumen magis exercuit, quam iſte. Vulgo eſt *in morem cocleae*, quod merito reſpuit Turnebus lib. XXIV. Adv. cap. 14. repoſuitque, *in minore codeta.* pro qua lectione etiam acriter pugnat Caſaubonus, plerorumque omnium codicum auctoritati, ut ipſe loquitur, innixus. Feſtus *Codeta*, inquit, *ager, in quo frutices exiſtunt in modum codarum equinarum. Codeta appellatur ager trans Tiberim, quod in eo virgulta naſcuntur ad caudarum equinarum ſimilitudinem.* in vetuſtiſſimo membranaceo codice, quem contulit Nanſius, erat *cochleta*, & pro *Codarum*, *cochlearum.* ſic igitur ordinabis locum Feſti & ſcribes.

> *Cochleta ager, in quo frutices exiſtunt in modum cochlearum.*
>
> *Codeta appellatur ager trans Tiberim, quod in eo virgulta naſcuntur, ad codarum Equinarum ſimilitudinem.*

ita enim haec diviſa erant in eodem codice

Nan-

lio in minore Codeta defosso lacu, biremes ac triremes, quadriremesque Tyriae & Aegyptiae classis, magno pugnatorum numero conflixerunt. Ad quae omnia spectacula tantum undique confluxit hominum, ut plerique advenae aut inter vicos, aut inter vias tabernaculis positis manerent: ac saepe prae turba elisi exanimatique sint plurimi, & in his duo senatores. Conversus hinc ad ordinandum Reipublicae statum, fastos correxit, jam pridem vitio pontificum per intercalandi licentiam adeo turbatos; ut neque messium feriae aestate, neque vindemiarum autumno competerent. Annumque ad cursum solis adcommodavit, ut trecentorum sexa- 40

Nansiano. BOXHORN. *In morem cochleae* omnes fere editi & scripti. *Cocleae* Cod. Periz. exc. Voss. inter veteres Edd. Junt. & Lugdun., deinde Casaubonus veram lectionem adseruit. *in minore chodeta*. Hulf.

Tyriae & Aegyptiae classes.] Scrib. *Tyria & Aegyptia classis*. Sic libro v. cap. 21. *Spectaculo classis Sicula & Rhodia concurrunt*. vel ita potius scribe, *biremes ac triremes, quadriremesque Tyriae & Agyptiae classis*. Haec vera scriptura, neque aliter Memmianus. CASAUB. Barthii Codex *Triae* & bene quod hic non latens ulcus odoretur, ut supr. in *Santor* & aliis. *Tyriae & Aeg. Classis* Cod. Copes. Edd. Rom. Bonon. Lugd. Junt. Ald. male vero Barthius, apud Tyrios tunc fuisse navalis rei magnam laudem. sed classes ornatae fuere in modum Tyriarum, ut olim, quum ea laude florerent. Nam & Augustus induxit Persicas & Graecas ea imagine, qua olim belli tempore, Darii & Xerxis classes conflixisse legimus: Ovid. 1. Art. 169.

> *Quid modo cum belli navalis imagine Caesar*
> *Persidas induxit Cecropiasque rates.*

Veteris seculi in his certaminibus species oculis spectationem offerebatur. BURM.

Ad quae] *Atque* Periz. vid. supr. cap. XXIX.

Ut plerique advenae aut inter vicos aut inter vias tabernaculis positis manerent.] Occupatis videlicet omnibus sacris publicisque locis, ubi tendere soliti peregrini, si hospitem non haberent. Dionys. Halic. VIII. Ἡ κρατίστη τῶν Οὐολούσκων νεότης ἐξ ἁπάσης πόλεως, ὡς ὁ Τύλλος ἐξῄει, παρῆν ἐπὶ τὴν τῶν ἀγώνων θέαν, καὶ κατεσκήνουν οἱ πλείους ἐν ἱεροῖς τε καὶ δημοσίοις τόποις, οὐκ ἔχοντες καταγωγὰς ἐν οἰκίαις τε καὶ παρὰ ξένοις. Macho poëta comicus:

> - - - κατέλυσεν ἰδίᾳ μου μισθωσάμενος
> Δωμάτιον ἐξὸν ἐν πέρᾳ κεῖσθαι πόλεως,
> Ὁ πρὸ τῶν πυλῶν ὢν τοῦ τείχους ἱδρυμένον.

Sic Jonas, cum Niniven venisset, ad urbis portam casulam sibi construit. Mendicos etiam, ut veterum philosophorum multos, in porticibus templorum aliisque locis publicis habitasse constat. Dio Chrysostomus de Diogene: Οἰκίαις ἐχρῆτο ταῖς πόλεσι καὶ ἐνταῦθα διῃτᾶτο ἐν τοῖς κοινοῖς τε καὶ ἱεροῖς. Idem in eodem: οἰκίας τὰς καλλίστας ἐν ταῖς ὑπερβολαῖς ἐν ἁπάσαις ταῖς πόλεσιν οὐχ ἀναπεπταμένας, τά τε ἱερά, καὶ τὰ γυμνάσια. Spartianus in Severo: *Tota urbe milites in templis, in porticibus, in aedibus Palatinis, quasi in stabulis manserunt*. Sic Stilpon apud Athenaeum, alibi fatur, κοιμᾶσθαι ἐν τῷ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἱερῷ. *Inter vicos & inter vias*, est in viis urbis & ad urbem. Apud Plautum & Terentium, *inter vias* valet μεταξὺ πορευόμενος, ut *inter coenam*, μεταξὺ δειπνῶν. CASAUB.

Inter vicos aut inter vias] Vid. ad Aug. LXXI.

Elisi] *Elixi* Hulf. Cod.

Fastos correxit.] A. U. DCCVIII. suo III. & M. Aemilii Lepidi consulatu. Censorinus aliique. De hac correctione & anno confusionis, quem hic describit Suetonius, vide Josephi Scaligeri diatribam initio lib. IV. de Emendatione temporum. CASAUB.

Jam pridem] *Jam primum* Cod. Copes.

Intercalandi licentiam.] Vide Malcip. in Cicer. ad Attic. IX. Epist. 9. BROUKH.

Aestati] *Aestate* Cod. Mem. Ed. Rom. & Gryph. Basil. Plantin. & aliae. ut dictum sit absolute, pro quum aestas aut autumnus esset. ut Aug. XXXI. *si cujusquam competeret aetas*. & ita alii, sic mox cap. XLII. *suppetere* etiam sine casu. absolutis vero illis ablativis saepe utitur noster brevitatis caussa. vid. & Claud. XV. BURM.

40. *Annumque ad cursum solis.*] Fecit id Caesar Sosigene, ejus artis perito, adhibito. Plutarch. Caesare, & Plin. XVIII. cap. XXV.

sexaginta quinque dierum esset: &, intercalario mense sublato, unus dies quarto quoque anno intercalaretur. Quo autem magis in posterum ex Kalendis Januariis nobis temporum ratio congrueret, inter Novembrem ac Decembrem mensem, interjecit duos alios: fuitque is annus, quo haec constituebantur, xv. mensium cum intercalario, qui ex consuetudine in eum annum inciderat. 41 Senatum supplevit, patricios adlegit; praetorum, aedilium, quaestorum, minorum etiam magistratuum numerum ampliavit: nudatos opere censorio, aut sententia judicum de ambitu conde-

Dion ab Alexandrinis eum id didicisse tradit. Plura Censorin. de Die natali, & Macrob. I. cap. xiv. Torr.

Nobis] Illud *nobis* sine dubio mendosum est, proque eo *novis* est scribendum: nam librarius jure suo *v* literam, ut tunc erat consuetudo scribendi, in *b* mutavit, & ex ea mutatione fecit *nobis*, pro *novis*. Ursin. Placet emendatio doctorum virorum, *novis* pro *nobis* legentium. Casaub. Dubito an *novis*, ut etiam Lipsius volebat, sit scribendum. illae enim Kalendae, novi anni initium, per se intelliguntur esse novae, sed *nobis* id est Romanis in posterum, ut congrueret temporum ratio, instituit Caesar. vel *novis* deberet intelligi de sequenti anno sed nec tunc opus *novis* addere. Nam sufficit *in posterum. e Kalendis* Venet. sec. tert. Basil. Burm.

11. *Senatum supplevit*,] Quanta cum invidia ejus ordinis, declarant Ciceronis joci, epistola ad Leptam libro sexto, & apud Senecam patrem lib. vii. Casaub.

Patritios allegit.] Lege Cassia. Tacitus Annalium lib. xi. xxv. 2. In his allectus Cicero: Dio libro lxvi. Caussam suppletarum toties patritiarum gentium breviter aperit idem lib. lii. *Augustus*, inquit, *gentes patritias supplevit*, ἐπειδὴ τό τε πλεῖστον ἀπολώλει σφῶν· οὐδὲν γὰρ οὕτως ὡς τὸ γενναῖον ἐν τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις ἀναλίσκεται, καὶ ἐς τὴν ποίησιν τῶν πατρίων ἀναγκαῖοι ἀεὶ εἶναι νομίζονται. *quia & maxima patritiorum pars perierat: ut enim quisque generosissimus est, ita maxime bellis civilibus absumitur; & ad peragendos ritus patrios existimantur illi semper esse necessarii.* Vespasianus tandem in futurum prospexit, ne facile patritii desiderari possent, constitutis mille gentibus patritiis. Ita interpretor, quod ait Aurelius Victor. *Lectis undique optimis viris, mille gentes composuit, cum ducentas aegerrime reperisset.* pro *allegit* in cod Viterb. erat adnotata altera lectio *elegit*. sic in veteri quadam inscriptione: Electus in familiam patritiam. Tacitus dicit, *sublegere*, *asciscere*. Dio ἐγκαταλέγειν & συμπληροῦν τὸ τῶν εὐπατριδῶν γένος. Turonensis hic *adlegit*. Casaub. *Elegit* Codd. Periz. Harlem. Edd. Venetae tres, Bonon. Lugd. Junt. & aliae antiquae. perperam. Burm.

41. *Minorum etiam magistratuum.*] *Minorum*, scilicet quam quaestorum. nam & ipsi quaestores inter minores erant magistratus. Vide Gell. lib. xii. cap. iv. Torr. Dio libris xlii. & xliii. variis locis. Casaub.

Nudatos opere censorio.] Nove dixit, pro ordine aut loco motos a censoribus, privatosque equo publico, vel factos aerarios, quibus notati ignominiis turpitudinem ultra tegere non poterant. Gellium lege lib. iv. cap. xii. Torr. Videtur legendum *notatos*: nec puto eam emendationem egere exemplis, ut confirmetur. Ursin. Duplex καινοτομία in his verbis. *nudatos* dixit pro notatos, quod proprium verbum est censorum: nihil tamen hic muto. sic Cicero ad Atticum i. 5. de judicio Clodiano loquens, *nudos equites* vocat, probri plenos: *Numquam turpior in ludo talario consessus fuit: maculosi senatores, nudi equites, tribuni non tam aerati, quam ut appellantur, aerarii.* Sic etiam *exutus* & *exuere* apud Tacitum Annalium lib. iii. 17. *Piso exuta dignitate in decem annos relegatur.* libro xv. 71. *Exuti dehinc tribunatu Pompejus, Cornelius Martialis, Flavius Nepos.* Ait, *opere censorio*: sic vocatur opus, quod notam censoriam meruit. A. Gellius lib. iv. cap. xii. *Non id sine poena fuit: sed erat opus censorium, censoresque aerarium faciebant.* Possumus etiam interpretari *opere censorio*, nota censoria, cui opponitur statim judicum sententia: sive per censores. Ut lib. ii. *opere militari*, id est, per milites. Columella lib. xii. praefat. *ne videar intempestive censorium opus objurgandis moribus nostrorum temporum suscepisse.* Casaub. *Nudatos* confirmat Pall. triplex auctoritas. Grut. Nihil

demnatos, restituit. Comitia cum populo partitus est: ut exceptis consulatus petitoribus, de cetero numero candidatorum, pro parte dimidia, quos populus vellet, pronuntiarentur: pro parte altera, quos ipse edidisset. Et edebat per libellos, circum tribus missos, scriptura brevi, *Caesar dictator illi tribui. Commendo vobis illum, & illum, ut vestro suffragio suam dignitatem teneant.* Admisit ad honores & pro-

Nihil mutandum, *nudati* enim insignibus ordinis Equestris, equo publico, annulo &c. Faber. quoque II. Semest. 12. p. 161. *Notatos* reposuit. vide Berneeceri notas. & viros doctos ad Liv. XLI. 11. ubi etiam pro *nudatus* Lips. *notatos* volebat. *Opere censorios.* Cod. Mem. Huls. Exc. Voss. Cujac.

Sententia judicum de ambitu condemnatos.] Dio lib. XLIII. εὐθυνομένους τε ἐπὶ δώροις τινὰς, καὶ ἐξελεγχομένους γε ἀπέλυεν. Paullo ante dixerat idem, Caesarem in sermones hominum incidisse, quod sententia judicum pulsos in exilium multos intercessione quorundam tribunorum restituisset, καὶ ὅτι τοῖς δεκασμοῦ ἐπ' αἰσχῷ καταδίκαις ἀλῦσαι ἐν τῇ Ἰταλίᾳ διατρίβειν ἐπέτρεψεν. *quod ambitus damnatis in Italia manere permisisset.* CASAUB. *Sententiam* Periz. Cod. an *per sententiam*, ut saepe variare constructionem solent veteres, sic supr. XVI. *vi ac per arma.* vid. ad Ovid. II. Amor X. 13. in Hulsiano erat *aut saevitia.* in Copes. *aut saevicia.* de quo cogitandum, invidiosum enim aequa sententia damnatos restituere, sed ira judicum & atrocitate oppressos levare laudabile poterat videri. Sic *acerbitas* ipsius Caesaris judicis profuit reo supr. cap. XII. Cicer. in partit. cap. V. *Orator sibi proponet in judicio aut saevitiam aut clementiam judicis.* & hoc ex compendio scripturae natum puto. nam *s̄uia*, scribebatur, ut in antiquis editionibus, hic loci in Bonon. videtur. quod *u* & *v*. permutatis facile pro *suia*, id est *saevitia* acceptum est. BURM.

Comitia cum populo partitus est.] Quid de comitiis Augustus, quid Tiberius, quid postea Cajus egerint, alibi videbimus. Sed verissimum est, post Caesarem dictatorem ea in Principum potestate fuisse. Pulchre igitur de pop. Rom. Juvenal. Satyr. X.

> - - - *qui dabat olim*
> *Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se*
> *Continet, atque duas tantum res anxius urget,*
> *Panem & Circenses.*

sic enim potius quam *pannum* legerim. Jurisconsulti vero nostri ambitus vitandi causa inductum tradunt, ut ad curam Principis magistratuum creatio pertineret, non ad populi favorem. Modestinus l. 1. ad leg. Jul. de ambitu. TORR. *Sortitus est* Harlem.

Petitoribus] *Competitoribus* Cod. Copes. & omnes scripti & editi. vid. & sup. cap. XXIII.

Quos ipse dedisset.] Lego *edidisset*, & paulo ante *renuntiarentur* pro *pronunciarentur.* TORR. *Ipse edidisset*, pro eo quod vulgo legitur *quos ipse dedisset*, videtur scribendum, *quos ipse edidisset.* URSIN. *Pronuntiarentur* scripta lectio omnium librorum, pro *renuntiarentur*: quod est verbum in ea usitatum ac solemne. CASAUB. *Edidisset* est a Torrentio & Ursino: nam antea editi *dedisset*, quomodo & MSS. nostri omnes. GRUT. *Dedisset* agnoscunt omnes. Ultima litera in *ipse* iterata in hanc sententiam videtur viros doctos adduxisse. *quos ipsam dedisset* Huls. deinde *&* *edebat* etiam in omnibus praeterquam Memm. & Barth. Cod. qui *&* abjecerunt. *Pronuntiarentur* non movendum. nam praeterquam quod constanter agnoscunt scripti & editi; est utriusque verbi usus aeque receptus, in hac re. & voce praeconis pronuntiatos e candidatis, qui plurima suffragia tulerant, clare apparet ex Cicer. V. Verr. 15. & multis aliis locis. BURM.

Circum tribus missos.] An singulas tribus. sic apud Livium: *circum insulas literae missae.* apud Caesarem: *circum conventus Campaniae gladiatores distribuit.* At editiones priscae habent, *cuique tribuum.* CASAUB. Pall. tres *circum tribum missos.* GRUT. Ita Copes. Cod. Ed. Venetae tres, Seb. Gryph. Basil. *cuique tribui* MS. Pulmanni Edd. Rom. Lugd. Junt. Ald. *Tribuni* Huls.

Commendo vobis illum.] Hac formula usi principes Caesaris exemplo, cum suis candidatis honores mandari juberent. In S. C. quo Vespasiano imperium datur, ita scriptum est: *Utique quos magistratum, potestatem, imperium, curationemve cujus rei petentes senatui populoque Romano commendarit,* qui-

proscriptorum liberos. Judicia ad duo genera judicum redegit, equestris ordinis ac senatorii: tribunos aerarios, quod erat tertium, sustulit. Recensum populi, nec more, nec loco solito, sed vicatim per dominos insularum egit: atque ex viginti trecentisque milibus adcipientium frumentum e publico, ad centum quinquaginta, retraxit. Ac ne qui novi coetus recensionis caussa moveri quandoque possent, instituit,

quibusve suffragationem suam dederit, promiserit, eorum comitiis quibusque extra ordinem ratio habeatur. Tacitus Annalium primo: *Senatus libens tenuit, moderante Tiberio, ne plures quam quatuor candidatos commendaret, sine repulsa & ambitu designandos.* Sic Dio libro LV. extremo, de candidatis Augusti: τοῦτο δὲ καὶ τοῖς ἔπειτα χρόνοις τινὰ ἀπέδειξεν, ὥσπερ τῷ τε πλήθει καὶ τῷ δήμῳ. Casaub.

Proscriptorum liberos] Refert Dionys. Antiq. Rom. lib. VIII. servatum fuisse apud Romanos, ut parentum poena, quocumque crimine, etiam perduellionis, deliquissent, liberi minime tenerentur. Unde Ulpian. leg. 11. §. 7. de Decurionibus, *Nullum*, inquit, *patris delictum innocenti filio poenae est.* Quo tamen non obstante Cicero, quod inter ejus laudes refert Plin. lib. VII. cap. XXX. videns rempub. sine legibus Corneliis stare non posse, effecit eloquentia sua, ut proscriptorum a Sylla liberos honores petere puderet. Hos postea Dictator Caesar ad honores admisit. Exemplum A. Hirtii apud Dionem. Torr. Contra quam lege Cornelia sive Valeria de proscriptione fuerat cautum. Cicero, Plutarchus, alii. Notat Dio lib. XLI. XLIV. & LIV. Patris exemplum secutus Octavius, non in Syllae tantum proscriptis, sed etiam in suis. Casaub.

Judicum] *Judicium* Cod. Huls.

Tribunos aerarios.] Vide Festum in *Aerarii*, Varronem libro IV. de ling. Lat. Asconium in orat. pro Milone, Plinium lib. XXXIII. cap. II. apud quem *Tribuni aeris* vocantur, pro *aerarii*. Saepe Cicero. Inf. Aug. cap. XXXII. Torr.

Recensum populi.] Sic. Aug. cap. XL. *Populi censum vicatim egit.* Egit autem hunc censum Caesar devicto Scipione ex Africa rediens, & quidem solus; neque ut censor, sed praefectus morum in triennium. ;Quare nec lustrum condidit. Ex Dione. Plutarchus enim non satis recte. Cicero ad Papirium lib. IX. epist. XV. Caesarem intelligit his verbis: *Quamdiu hic erit noster hic praefectus moribus, parebo auctoritati tuae.* Locus autem agendo censui vel forum erat, vel villa publica in campo Martio. Torr. Chiasmum observa: nam *vicatim* refertur ad illa, *nec loco solito*. Locus solitus fuit campus Martius, & quae in eo erat, villa publica. *per dominos ins.* ἀντὶ τὸ *nec more*. More solito per censores & publicos scribas res peragebatur. Quare merito *recensum* appellat, non *censum*: recteque ab eruditissimo Torrentio observatum, labi Plutarchum, qui censum populi Romani a Caesare factum scripsit. Fefellit Plutarchum vox *populus* in eo scriptore Latino, quem sequitur, pro plebe frumentum publicum accipiente. & ita hic Suetonius quoque accipit. Dio optime hic quidem: nam alibi minus recte idem populi censum a Caesare ut censore actum scribit. Casaub.

Vicatim per dominos insularum.] Hoc est, per locatores, qui suas sive domos sive insulas egenis locarent. In re veteri usurpat Tranquillus loquendi genus recens. Ante Neronem plures in urbe domus quam insulae: post Neronem contrarium fuit, ut ex Tacito notum. inde coeperunt appellatione *insulae* quaevis aedes locatitiae intelligi; & per *dominos insularum* omnes locatores. Sic *insularius* nominatus servus flagitator, pensionum exactor. Glossarium: συνοικολόγος, *insularius*. Casaub.

Ad centum quinquaginta retraxit.] Aut centum & sexaginta. Nam Dio ait, τὰς ἡμίσεας, sed verius est, Dionem παχυμερῶς locutum, rotundandi numeri studio, ut saepe auctores. Verba Dionis: καὶ τούς γε ἡμίσεας ὁμοῦ τι αὐτῶν ἀπήλειψε. Nihil hic mutandum. Nuperus tamen emendator jubet nos scribere τὰς ἡμίσεας ὁμοῦ αὐτῶν, quae oratio est contra Hellenismum. Vel, inquit, ὁμοῦ αὐτῶν. nihilo melius. Ignorat ὁμοῦ τι tritum Graecis genus loquendi, in moderatione sententiae. Demosthenes contra Aphobum priore: καὶ τριακοσίας ὁμοῦ τι τάλαντα διακεχείρικεν. Plutarchus de Oraculorum defectu: ὀλιγανδρίαν αἱ πρότεραι στάσεις καὶ οἱ πόλεμοι περὶ πᾶσαν ὁμοῦ τι τὴν οἰκουμένην ἀπειργάσαντο. Mox: οἱ μὲν ἐκλιπεῖν ἁπλῶς τὸν θεόν, οἱ δὲ ὁμοῦ τι πάντων αἴτιον ποιοῦσι. & saepe alibi idem scriptor aliique passim. Sic Graeci iidem ὡσεί τι dicunt, pro aliqua-

ftituit, quotannis in demortuorum locum ex his, qui recenfiti non effent, fubforti-tio a praetore fieret. Octoginta autem civium milibus in tranfmarinas colonias di- 42 ftributis, ut exhauftae quoque urbis frequentia fuppeteret, fanxit: Ne quis civis major annis viginti, minorve quadraginta, qui facramento non teneretur, plus trien-

quatenus, quodammodo, nonnihil. Plato Phaedro: ἐνέβη καὶ ὑπό τι ἀσεβῆ. Idem in Gorgia: Ταῦτ' ἐπιεικῶς μέν ἐστιν ὑπό τι ἄτοπα, qui locus magnos viros exercuit. Ariftophanes, Vefpis:

Ταῦτα κατιδὼν, ὑπό τι μικρὸν ἐπιθήκισα.

Sic apud Hippocrat. in Prorheticis: ὑπό τι ὀλέθρια. & in IV. Epidemiorum: τὸ ὑπό τι περιφέρειαν ἐχόντων. apud Ciceronem ὑπό τι πρυφερνίτης. apud Strabonem lib. II. ut noftra ipfi vineta caedamus, ὑπό τι σκαζομένην, non ὑποσκαζομένην, quod olim vifum. male item in fuperiori loco Dionis fcribit idem Criticus ἀναπιάληψις pro ἀναπίληψις. additum τὸ ἀν in hac voce ad indicandum, prius a Caefare recenfum factum; quam frumentum divifum. prudentiffime. πρὸς quid hic valeat, fcire velim. CASAUB. Verbi hujus *Retraxit* ufus fingularis Suetonio, & deficit accufativus a verbo pendens. nam *recenfum retraxit* vix eft ut conftruamus. Subintelligi poffe credo, *numerum* accipientium frumentum retraxit, vel fimile quid. in Copef. erat *ad* CLOD. BURM.

Ae ne qui novi] *Ac novi ne qui* Cod. Hulf.

Moveri] Tolli, aboleri. GUJET. Non intelligo hanc Gujeti notulam. & puto *novos coetus moveri* dici, ut *novae res* moventur. *movere feditionem* inf. LXIX. & fimilia. BURM.

Ex his, qui recenfiti non effent.] Hoc eft, qui in recenfione Caefaris admiffi ad frumentationem non effent. Pithaei liber *recenfi*: ita Memmianus. CASAUB. Ut hic *recenfi* Memm. ita & Vefp. cap. II. ubi & Stephanus ita edidit, hic vero *recenfiti*.

Subfortitio] *Sub folftitio a praetore fierent.* Hulf.

Transmarinas colonias] Carthaginem inter has ex Dione memorant viri docti. Salmafius vero in confut. Anton. Cercoetii pag. 43. ab Octaviano Caefare A. U. C. IↃCCXV. deductam adfirmat. fed hoc de altera deductione, quia Lepidus urbem habitationibus orbaffet, intelligendum patet ex Dione lib. LII. in f. ut oftendit Noris. ad Cenot. Pifan. diff. I. cap. II. p. 25. BURM.

42. *Ut exhauftae quoque urbis frequentia fuppeteret.*] Scribe *urbi*. In voce *exhauriri*, qua hic accipitur notione, calumnia Ciceronis nota in Agraria fecunda. cap. 26. CASAUB. Cafaubonus *urbi* malebat, & ita Edd. Venetae tres & Bonon. utrumque fatis defendi poffe puto: nam & abfolute res dicitur *fuppetere*, ut mox vidimus *competere* cap. XL. non adjecto dativo. ut Aug. XLIX. *ut fumptus fuppeteret*. Tit. VIII. *quatenus fuppeteret facultas*. & addito dativo Calig. LIII. *irato verba & fententiae fuppetebant*. Neron. XXXIII. illi *vox jucundior fuppetebat*. & ita apud alios. quare *urbis frequentia fuppetebat*, ex majore parte librorum retineri poteft. Steph. edidit *urbis praefentia*, quem nemo fecutus eft, nec ex Memmiano habuiffe videtur. BURM.



42. *Major annis* XX. *minorve* X.] Liber Tornacenf. *major annis* XX. *minorve* XL. uti & edit. Frobeniana. quod omnino probo, rejecta Beroaldi interpretatione. Caefar enim id fobolis caufa fecit. Tranfmarinas autem colonias intelligo, Corinthum & Carthaginem deductas. Dion extremo lib. XLIII. & nummi veteres. TORR. In omnibus fere libris antiquis fcribitur, *minorve* X. quod ferri non poteft, ut recte docti viri obfervarunt. Fortaffe etiam pro XL. rectius LX. legeretur. Videtur enim hac lege definitum humanae vitae fpatium, quo vir fobolis generationi aptus eft: quae facultas citra fexagefimum fere non ceffat: ultra LXV. raro durat. etfi fcimus in quibufdam longe aliter & fuiffe olim, ut de Mafaniffa aliifque legimus; & nunc quoque in hoc mundi effoeto fenio effe. Ipfi vidimus nuper, qui anno feptuagefimo quarto generarunt. Probo tamen, ut fcribatur XL. nam cum fit hoc λειπανδρίας genus, & quidem ut tum erant homines, moleftiffimae, quod fub Augufto legem Papiam ferente apparuit, verifimile eft Caefarem fuftinendo

triennio continuo Italia abeſſet: neu quis ſenatoris filius, niſi contubernalis, aut comes magiſtratus, peregre proficiſceretur: neve hi, qui pecuariam facerent, minus tertia parte puberum ingenuorum inter paſtores haberent. Omneſque medicinam Romae profeſſos & liberalium artium doctores, quo libentius & ipſi urbem incolerent, & ceteri adpeterent, civitate donavit. De pecuniis mutuis, disjecta no-

nendo ei oneri brevius ſpatium lege definiſſe, ad ſimilitudinem aliarum λειτουργιῶν. CASAUB. V. C. habet *minorve* XL. URSIN. Palatini etiam noſtri firmant aliarum membranarum ſcripturam, *minorve decem*. GRUT. Sine *annis* habet, *major viginti minorve decem* Copeſ. *minorve decem* Mentm. Periz. Harlem. & editiones priſcae omnes praeter Baſileenſes poſteriores, Scriver. & recentiſſimas. quae XL. habent. BURM.

Neu quis ſenatoris filius.] Juſto Lipſio ad XII. Annal. Taciti, cap. 23. libido legere, *neu quis ſenator, ſenatoriſve filius*, &c. leviter, & nulla neceſſitate. nam ne abeſſe ſenatoribus liceret, aliis legibus cautum. TORR. *Ne quis* Cod. Harlem. Edd. Venetae tres, Bonon. Lug. Junt.

Contubernalis.] Ut Caeſar ipſe contubernio M. Thermi militavit, ſup. cap. II. TORR.

Pecuariam facerent,] *Pecuariam rem.* Codd. Periz. Cujac. Ed. Venetae tres. Lugd. Junt. Ald. & alii, ſed putida eſt gloſſa. vide ad Phaed. I. 14. ſic *pecuarias habere* ſaepe apud Rei Ruſticae ſcriptores occurrere docuimus ad eundem Phaedr. lib. III. fab. 3. BURM.

Minus tertia parte puberum ingenuorum inter paſtores haberent.] Vetus C. habet, *plus tertia parte*. URSIN. Quid hoc ad urbis frequentiam? plurimum. voluit Caeſar ſuos cives aliquantum, a ſtudiis bellicis retrahere, & ad pacis artes traducere. Militi legionario uxorem ducere jus non fuit: pecuarios & negotiatores nihil vetuit matrimonio operam dare. Vide, quae notamus libro II. ad caput XLII. Veterum porro legum Agrariarum capite uno cautum fuerat, de numero puberum ingenuorum, quos inter paſtores habere tenerentur, qui pecuariam facerent. Hanc legem Caeſar ex antiquitate petitam repoſuit a ſe correctam. Exſtat apud Appianum Ἐμφυλ. libro primo; ubi videtur, tanquam legis Liciniae a Licinio Stolone latae pars, proferri iſtud caput. Ait enim: Τῶν δημάρχων εἰσηγουμένων ἐκέλευε μηδένα ἔχειν τῆς γῆς πλέθρα πεντακοσίων πλείονα· μηδὲ προβατεύειν ἑκατὸν πλείω τὰ μείζονα, καὶ πεντακοσίων τὰ ἐλάττονα· καὶ ἐς ταῦτα δ' αὐτοῖς ἀριθμὸν ἐλευθέρων ἔχειν ἐπέταξαν, οἳ τὰ γιγνόμενα φυλάξειν ἔμελλον. Quod ait Appianus, certum numerum ingenuorum ea fine pecuariam facientibus (ita verti debent, quos ille προβατεύοντας appellat) fuiſſe imperatum, ut per eos reſciri poſſet, ſi quis adverſus hanc legem peccaret: id etſi verum eſſe haud negaverim, non puto tamen eum praecipue ſcopum auctoribus legis hujus fuiſſe propoſitum: ſed illum potius, quem iſto loco Suetonius nobis aperit. quo nimirum exhauſtae urbi continuis bellis & crebris in colonias diſtributionibus, ingenuorum & civium nihilominus copia ſuppeteret. CASAUB. *Minus* omnes noſtri, non ut alii quidam *plus tertia*, quod omni caret ratione. GRUT. Ego *plus* in nullo inveni. BURM.

Et liberalium] *Et* deeſt Edd. Venet. pr. Lugd. Junt. & Arg. quibus magna gratia a Medicis haberi debet, quae eos inter liberalium artium profeſſores retulerunt, cum vulgata lectio eos inde disjungat. Inter hos liberalium artium doctores fuiſſe Architectum, Gentilem Attici, credit Gronov. ad Cicer. lib. XIII. Ad. Att. 35. BURM.

Disjecta.] Mallem *dejecta*. Tale autem quid etiam Cicero conſul praeſtitit. ſic enim in libris de Legibus: *Nunquam* (ante me conſulem ſcilicet) *nec majus aes alienum fuit, nec melius, aut facilius diſſolutum eſt. fraudandi enim ſpe ſublata, ſolvendi neceſſitas conſecuta eſt.* TORR. Sic & MSS. noſtri, & vellem indicaſſent cauſſam viri docti, cur noluiſſent *dejecta*. GRUT. Conſtanter omnes. Torrentius tamen malebat *dejecta*. Sane Cicero dixit *dejicere metum* I. Ver. 44. ſed quum haec verba ſemper inter ſe permutata fuerint a ſcribis, ut ad Ovidium XII. Met. 108. & alibi docui, & Cl. Drak. ad Liv. II. 35. anceps eſt emendatio. ita mox *detraxit* & *diſtraxit* varie edunt. Sic Vell. I. 10. *disjicere cogitationem* dixit. BURM.

42. *Ut*

novarum tabularum exſpectatione, quae crebro movebatur; decrevit tandem, ut debitores creditoribus ſatisfacerent, per aeſtimationem poſſeſſionum, quanti quaſque ante civile bellum comparaſſent, deducto ſummae aeris alieni, ſi quid uſurae nomine numeratum, aut perſcriptum fuiſſet: qua conditione quarta pars fere credi-

42. *Ut debitores creditoribus ſatisfacerent.*] Quamvis ſatis feciſſe, poſſimus dicere, eum, qui ſolvit; rei tamen veritate inſpecta, aliud eſt ſolvere, aliud ſatisfacere. Nam ſolvit, qui id ipſum quod debet, creditori annumerat, facitve: ſatisfacit, qui quavis ratione creditorem ſecurum reddit. Quod, quamvis pluribus poſſemus, unius tamen Ulpiani adſtruemus teſtimonio, qui ſcribit l. 6. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. *Liberatur pignus, ſive ſolutum eſt debitum, ſive eo nomine ſatisfactum eſt.* Et eadem illa: *Qui paratus eſt ſolvere, merito videtur pignus liberaſſe. Qui vero non ſolvere, ſed ſatisfacere paratus eſt, in diverſa cauſa eſt.* Quia nimirum ſatisfactioni non neceſſe habet creditor acquieſcere. Quod tamen non raro factum fuit. *Ergo ſatisfeciſſe prodeſt, quia ſibi imputare debet creditor, qui ſatisfactionem admiſit vice ſolutionis. At qui non admittit ſatisfactionem, ſed ſolutionem deſiderat, culpandus non eſt.* Cujus oppoſitum eſt, *ſatis accipere*, ut liquet l. 22. l. 41. §. 1. ff. de evict. l. 15. ff. ut legator. Quod nunquam de eo, qui ſuum recipit, intelligitur. Ergo illud efficiebat hoc ſuo decreto Caeſar, ut debitores nec cogerentur ſolvere, nec praediis cedere, ſed ea hypothecae ſubjicere: cogerenturque has creditores admittere, prohibiti ſuum per judicem exigere. Atque his duobus tertium etiam jungebatur beneficium, quod nimirum haec ſatisfactio non fieret ſecundum verum rei pretium, quod tunc eſſet; ſed quod fuerat ante bellum civile, quo tempore procul dubio pluris praedia valuere. Atqui ut duo alia adverſantur ipſi rationi & aequitati, ita etiam hoc tertium. Nam ut perſcriptum Ulpiano eſt l. 62. §. 1. ff. ad l. Falc. *Corpora, ſi qua ſunt in bonis defuncti, ſecundum rei veritatem aeſtimanda erunt, hoc eſt, ſecundum praeſens pretium. Nec quicquam eorum formali pretio aeſtimandum eſt.* Quo loco *formale pretium* non eſt aliud, quam quod in forma ſive inſtrumento emptionis perſcriptum eſt. Simili modo idem Juriſconſultus l. 7. §. 3. ff. ſol. matr. dixit *formam locationis*, pro locationis conventione. Verba ſunt: *Si meſſes ejus anni, quo divortium factum eſt, colonum ex forma locationis ſequantur.* GOES. *Ut debitoribus ſatisfacerent.* Copcſ.]

Comparaſſent, deducto ſummae aeris alieni,] Melius in optimo cod. MS. *comparaviſſent, deducto ſummae.* Voluit enim Caeſar, ut uſurae ſupplerent ſortem, & tanto minus creditor exigeret. Annotavit hoc etiam Turnebus, ſed relictis duabus vocibus *aeris alieni*, quae rectius aberunt, ut in noſtro codice. TORR. Legendum *deducto de ſumma aeris alieni.* URSIN. Vetus inventum fuit Romanorum, quoties anguſta fides erat. Livius libro VI. cap. 55. *Tribuni promulgavere leges omnes adverſus opes patritiorum, & pro commodis plebis: unam de aere alieno, ut deducto eo de capite, quod uſuris pernumeratum eſſet, id quod ſupereſſet, triennio aequis portionibus perſolveretur.* CASAUB. Pall. tres *deducta ſumma aeris alieni*, quomodo & Editiones priſcae, alterum eſt e libris Turnebi, de quo ipſe dicto cap. 14. GRUT. *Deducta ſumma* Codd. Copcſ. Periz. Harlem. & Cujac. & a Romana editiones omnes, etiam Baſileenſes, & ita Exc. Voſ. niſi quod *comparaſſet* habeant. *deducto ſummae* membranae Barthii XLVII. Add. 23. Steph. *deducto de ſumma.* quod, ſi codice niteretur, praeferrem. ita Ennius apud Cicer. 1. de Divin. cap. ult. *de his divitiis ſibi deducant drachmam.* & in alia re in Neron. XVIII. quidam codd. *de Britannia deducere exercitum.* cum Torrentii codice etiam facile abjicerem illa *aeris alieni*, quod & Lipſio placebat: quae enim alia ſumma intelligi poteſt? *deducto a ſumma* conjicit Scriverius in nota Rapheleng. Edit. BURM.

42. *Numeratum aut perſcriptum.*] Menſarii interventu ſolutum eſſet. GUJET. *Numeratur* cum pecunia de domo vel ex arca traditur: *perſcribitur* de menſa, interventu argentarii. GOES. *Perſcriptum* non, ut alii, de pecunia ab argentariis & menſa creditoribus per ſcripturam adſignata, ſed de reliquo debito, quod nondum numeratum, verum in tabulas ut debitum adhuc erat relatum, intelligit Valeſius ad Excerpta Peireſc. pag. 27. non

recte:

diti deperibat. Cuncta collegia, praeter antiquitus constituta, distraxit. Poenas facinorum auxit: & quum locupletes eo facilius scelere se obligarent, quod integris patrimoniis exsulabant, parricidas, ut Cicero scribit, bonis omnibus, reliquos

recte: si quidem ejus mentem capio, cum sit illa pecunia, quae soluta, non praesenti, & ex arca depromta pecunia, sed per argentarios sit, & inde *perscriptiones*, de quibus apud Terentium & alios. Ita apud Cicer. I. de Orat. 58. *perscriptiones*, ubi alii vitiose *praescriptiones:* ubi vide Comm. & nuper doctissimum Pearcium, & Clar. Graev. ad Cicer. IV. ad Att. ult. & XII. 51. hic *quod praescriptum* codd. Periz. Harlem. Edd. Venetae tres, Argent. Lugd. Junt. & ita Zazius de Legib. Rom. in lege Julia de foenore pag. 86. sed perperam; *perscribere* est Graecis διαγράφειν. BURM.

Qua conditione quarta pars fere crediti deperibat.] Facile est rationem inire. Lex illa lata anno DCVII. cum primum Caesar victo Pompejo in urbem venit, non multo post exactum alterum belli civilis annum. Biennii igitur usuram a belli principio exegerant creditores: quam si, ut fere tum fiebat, centesimam erant pacti, deducta ea de capite, vicenos quaternos e centenis nummis amittebant: id est, quartam fere crediti partem. CASAUB. *Fieret crediti* Memm. *debiti* a m. pr. Periz. *deperiebat* Harlem.

Detraxit.] Melius MS. tres, *distraxit:* unus etiam *distraxeit*, id est, dissolvit separavitque. Contigerat autem, ut cum L. Caecilio, Q. Marcio coss. collegia sublata fuissent, ea P. Clodius trib. restitueret, ac nova faceret ex infima plebe. Testis Dion lib. XL. & Cic. in Pisonem. ubi Pedianum vide. Sed & Joseph. Antiq. lib. XIV. refert, Caesarem interdictis caeteris sodalibus, permisisse Judaeos Romae more patrio convenire. TORR. *Detraxit* Pall. pr. & tert. nam secundus *distraxit.* Ceterum suspecta merito Principibus collegia: utpote factionum omnium nutriculas, hauriamus ex Suetonii Tib. c. 32. & Plinii lib. X. Epist. 43. praeter alia loca historicorum infinita, quorum verba laudavi ad Liv. lib. XXXIX. c. 18. ubi Bacchanalia tota diruuntur Italia. GRUT. *Distraxit* Ed. Rom. & Mem. Cod. & Barthii membranae & Exc. Voss. alii *destruxit.* quod non displicebat Lipsio. BURM.

Cum locupletes.] Ut Marius ille, de quo Juven. Satyr. I. *Exsul ab octava Marius bibit.* sequitur quippe, *quid enim salvis infamia nummis.* TORR. Voculam *&*, licet repertam a nobis in omnibus exemplaribus, ne uno quidem excepto, prorsus tamen tollendam censemus. Ita enim sententia concipienda: *Poenas facinorum auxit, cum locupl. eo fac. sc. se obl. quod int. patr. exulabant, parricid.* CASAUB. Non est dubitandum, quin vera sit emendatio magni Casauboni, extrito τῷ *&* ita constituentis hunc locum, *Poenas facinorum auxit, cum locupletes eo f. s. s. o. q. i. p. exulabant. Parricidas, ut Cicero scribit, &c.* Pro hac sententia & laudatissimo instituto, in primis facit exemplum illius Marii, de quo Juvenalis Satyr. I.

Quid referam quanta siccum jecur ardeat ira,
Cum populum gregibus comitum premit hic spoliator
Pupilli prostantis? & hic damnatus inani
Judicio (quid enim salvis infamia nummis)
Exul ab octava Marius bibit, & fruitur Dis
Iratis, at tu victrix provincia ploras.

ubi vetus interpres, *inani judicio, non ademtis bonis.* BOXHORN.

Quod integris patrimoniis exsulabant.] Libera rep. raro factum, ut civis Rom. sine privilegio, judicio publico condemnaretur: omnibus enim libera fuit, prius quam sententia pronunciaretur, abeundi potestas. ita sententiam judicis simul & bonorum jacturam evadebant. Auctores Polybius, Cicero, alii. Idem jus fuit & civibus Atheniensibus: unde sumserunt, ut puto, Romani. Demosthenes κτ̓ Ἀριστοκράτους: Τῷ φεύγοντι, τὸ πρότερον ἔξεστιν εἰπόντα λόγον μεταστῆναι, καὶ οὔθ' οἱ δικάζοντες, οὔτ' ἄλλος ἀνθρώπων οὐδεὶς κύριος κωλῦσαι. At civibus Rom. ut alia omnia libertatis jura, sic hoc quoque per Principes jam inde a Caesare imminutum, penitus tandem est ademptum. Sed de hoc jure plura aliquando ad sextum Polybii, si Deus voluerit. CASAUB.

Ut Cicero scribit.] Ubi id scribat Cicero, ignoro: & sane tria illa verba per parenthesin adscripta merito suspecta sunt. Parricidas autem vocat omnes, qui scientes hominem liberum occiderunt. sic enim & Numae lex:

quos dimidia parte multavit. Jus laboriosissime ac severissime dixit. Repetundarum convictos etiam ordine senatorio movit. Diremit nuptias praetorii viri, qui digressam a marito post biduum statim duxerat, quamvis sine probri suspicione. Peregrinarum mercium portoria instituit. Lecticarum usum, item conchyliatae vestis, & margaritarum, nisi certis personis & aetatibus, perque certos dies, ademit. 43

Si quis hominem liberum dolo sciens morti duit, parricida esto. & Tribunitia apud Festum in *Sacer: Si qui eum, qui plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit.* Hos ergo bonis omnibus multavit; reliquos, qui non occidendi animo, occiderint tamen, parte dimidia. sic enim hunc locum interpretor. Vide l. I. & l. IV. ad leg. Corn. de sicariis. Alii de parenticidis intelligunt. TORR. Cur duo insignes Critici haec verba tollant, quae in omnibus codd. comparent, caussam non video: nisi si visa iis & lecta, quaecunque hodie e scriptis Romanae Sirenis nos terrae filii desideramus. CASAUB. Trias horum verborum etiam conspicitur in Pall. GRUT. Vide Menard. in argum. Orationis Ciceronis pro Sext. Rosc. Amerin. BROUKH. Quaerunt haec in Cicerone interpretes, nec inveniunt, ideoque adscripta esse ab aliquo suspicantur, aut inter perdita fuisse lecta olim. sed utcumque fuerit, Suetonii memoriae aut oculis debuerunt tamen similia ex Ciceronis aliquo opere obversata fuisse. Quia vero omnes omnino scripti & editi haec verba servant, puto apud Ciceronem inveniri posse, si modo verba alio ordine collocentur, hoc modo: *Poenas facinorum auxit, & quum locupletiores eo facilius scelere se obligarent, quod integris patrimoniis exsularent, ut Cicero scribit; parricidas bonis &c.* lege jam illa Ciceronis pro Caecina cap. XXXIV. ubi *exilium*, ait, *non supplicium, sed perfugium portumque supplicii: nam qui volunt poenam aliquam subterfugere, aut calamitatem* (id est patrimonii diminutionem) *eo solum vertunt*, ubi alia apud interpretes ex Cicerone loca reperies. BURM.

43. *Repetundarum convictos.*] Legem de repetundis pecuniis, maxime sociorum pop. Rom. causa, L. Piso Frugi instituit. Cic. Verr. VI. & lib. III. de Officiis. Eam Caesar consulatu suo instauravit, & pleraque ei capita adjecit, quae ad provincialium commoda spectarent; victor etiam severius exercuit. Meminit Cic. ad Att. lib. V. epist. X. & lib. VI. epist. VII. & Famil. lib. II. epist. XVII. & lib. V. epist. X. De cujus poena Marcellus J. C. l. VII. ad leg. Juliam repetund. *Hodie* (inquit) *extra ordinem puniuntur, & plerumque exilio, vel etiam durius, prout admiserint.* Gravissime autem puniebantur, etiam ex leg. XII. Tab. qui judices arbitrive, ob rem dicendam pecuniam acceperant. Gell. lib. XX. cap. I. Nam & hoc postea legis Juliae caput fuit, quemadmodum & illud de nave a Senatore non habenda. de quo Claud. cap. XIX. TORR. Ante Caesarem, qui repetundarum crimine ceciderant, exilio puniebantur & aestimatione. Lege Julia iidem ordinem amiserunt & judices ad litem aestimandam acceperunt. Ordinis ex hac caussa amissi exempla suggerunt Tacitus, Plinii epistolae; hic ipse in Othone cap. II. CASAUB. Vid. Abram. ad Cicer. Phil. II. 38. BROUKH.

Qui digressam a marito.] Id enim contra publicam honestatem erat. Et alioqui brevi reversa uxor, quae per calorem repudium remiserat, nec divertisse videtur l. III. de divort. l. XLIX. de reg. jur. Adde locum Tib. cap. XXXV. Pulchre contra Jovianum Hieronym: *Quasdam repudiatas altero nuptiarum die statim nupsisse legimus. Uterque reprehendendus maritus, & cui tam cito displicuit, & cui tam cito placuit.* TORR.

Peregrinarum mercium.] Quales J. C. Marcianus enumerat l. ult. de public. & vectig. quibus cum hi, qui frugi sunt, facile careant, merito illis vectigal imponitur. TORR.

Lecticarum usum.] Auctor est Eusebius Chronicis, Julium Caesarem, Cleopatra regio comitatu urbem ingressa, vetuisse lecticis, margaritisque eas uti, quae nec maritos, nec liberos haberent, & minores essent XL. annis. TORR. Eusebii in Chronico verba sunt, in anno proximo post devictam a Caesare Aegyptum: *Prohibitae lecticis margaritisque uti, quae nec viros nec liberos haberent, & minores essent annis quinquaginta quinque.* CASAUB.

Usum conchyliatae vestis.] Dio in Augusto, qui eandem legem retulit, τῇ ἐσθῆτι τῇ ἁλουργῇ μηδένα ἄλλον ἔξω τῶν βουλευτῶν τῶν ἐν ταῖς (puto scribere

mit. Legem praecipue sumtuariam exercuit: dispositis circa macellum custodibus, qui obsonia contra vetitum retinerent, deportarentque ad se, submissis nonnumquam lictoribus atque militibus: qui, si qua custodes fefellissent, jam adposita e triclinio auferrent. Jam de ornanda instruendaque urbe, item de tuendo, ampliandoque imperio, plura ac majora in dies destinabat. In primis Martis templum, quantum nusquam esset, extruere, repleto & complanato lacu, in quo naumachiae spectaculum ediderat: theatrumque summae magnitudinis Tarpejo monti adcubans. Jus civile ad certum modum redigere, atque ex immensa diffusaque legum copia, optima quaeque & necessaria in paucissimos conferre libros. Bibliothecas Graecas & Latinas, quas maximas posset, publicare, data M.

44 (margin)

re τῷ τι ἐν τ.) ἀρχαῖς ἔτεσιν ἰδιῶς ὀψιλάδα. Casaub. *Conciliatae* Memm. *Conchiliatae* quaedam Edd. priscae.

Legem praecipue sumptuariam.] Qualis Fannia, Licinia, & aliae multae: etiam Julia, quanquam ad Augustum potius referenda, si Gellio credimus. nam Cicero sane eleganti illa ad Gallum epistola lib. VII. C. Caesaris Dictatoris legem, ut puto, intelligit his verbis: *Dum volunt isti lauti terra nata, quae lege excepta sunt, in honorem adducere.* Vide Gellium lib. II. cap. XXXIV. Macrobium lib. III. cap. XVII. Plinium lib. X. cap. V. Athenaeum lib. IV. Torr.

Deportarentque] Ita Codices nostri & Barth. & Edd. Rom. Bonon. Venet. tres, Basil. & recentiores, sed reliquae vetustiores, *portarentque*. Burm.

Atque militibus] Haec desunt Cujaciano codici.

Si qua fefellissent] Pretio corruptis fuissent. Gujetus. Debet capi ablativo casu. est enim pro, *si qua via*, *ratione* &c. ut centies occurrit. Gujetus videtur *Custodes* primo casu capere, at ego quarto. & dictum, pro si qua praeteriissent, non detecta fuissent, latuissent & ita fefellissent custodes, obvio sensu verbi *fallere*. non tamen pugnem, si quis *si qua*, sc. obsonia, velit capere. ita infr. Calig. LXXV. *si qua cogitarentur* &c. Alii dicunt, si *quae*, ut Cicer. IV. Tusc. 7. *& si quae sunt de genere eodem.* ubi tamen etiam Codd. *siqua*; ita & variatur Calig. XV. vid. Bentlej. ad Horat. II. Sat. VI. 10. Burm.

Apposita e triclinio] *Adpositae triclinio* Memm. sed coaluerunt duae literae. *Apposita triclinio* Juntae Ald. Argent. Steph. sed Voss. in margine *appositi*, ex libro veteri. Burm.

Jam de ornanda] *Nam* Memm. Copes. Edd. Rom. Bonon. Argent. Lugd. Junt. Ald. Steph. Basil. Plantin. & Gryph. orta diversitate, quia prima litera typis non expressa, ut in Venetis & aliis, & vidi in uno Venetorum exemplari manu adscriptum *N.* utraque quidem particula transitioni inservire solet, sed hic *jam* praeferendum, pro *praeterea*, quod saepe a *nam* loco pulsum vidimus ad Quinctil. v. de Inst. Orat. cap. II. sub finem, & alibi saepius. Burm.

Ampliando] *Amplificando* Cod. Copes.

44. *Jus civile ad certum ord.*] Qua de re notum est omnibus etiam Ciceronem cogitasse: nam & librum ejus de jure civili in artem redigendo, citat Gellius lib. I. cap. XXII. Torr.

Graecas & Latinas.] Duo codd. *Graecas Latinasque*, & mox *Pomptinas paludes* pro *Pomtinas*, uti & in optimis codicib. Juvenalis observavi Sat. III. & apud Plin. lib. III. cap. V. *A Circejis palus Pomptina est, quem locum XXIII. urbium fuisse Mucianus ter consul prodidit.* De Pomptina palude Horatii quoque de Arte locum intelligunt: vs. 65.

- - - *sterilisque diu palus, aptaque remis,*
Vicinas urbes alit.

Atqui si ita est, rem cogitatam tantum a Caesare tanquam factam narrat Horat. Quod etiam ex Plinio constat libro XXVI. cap. IV. ubi magica arte siccari eas paludes optat, ut tantum agri suburbanae reddatur Italiae. Hinc porro *Pomptina* tribus, quam tamen a Pometia oppido vocatam Festus prodidit. Sed & *quam maximas*, aut *quantas maximas* legendum videtur. Torr. Malim *Bibliothecas Graecam & Latinam*. ut fere libro sequente. Casaub. *Graecas & Latinasque* Pal. pr. ac sec. Nam tert. *Graecas & Latinas* ut editi prius. Videbatur tamen potius legendum, *Graecam Latinamque*, ut & aliis monitum.

M. Varroni cura comparandarum ac digerendarum. Siccare Pomptinas paludes: emittere Fucinum lacum: viam munire a mari supero per Apennini dorsum ad Tiberim usque: perfodere Isthmum: Dacos, qui se in Pontum & Thraciam effuderant, coërcere: mox Parthis inferre bellum per Armeniam minorem, nec nisi ante expertos adgredi praelio. Talia agentem atque meditantem mors praevenit: de qua prius quam dicam, ea quae ad formam & habitum, & cultum & mores, nec minus quae ad civilia & bellica ejus studia pertineant, non alienum erit sum-

tum. GRUT. Variant scripti & editi in copula *&* vel *que*, sed parum refert. *quam maximas* Ald. Steph. vid. ad cap. xx. & xxvi. nescio an scripserit *quantas maximas*, ut Erasmus videtur indicare, qui *quas maximas* esse dictum, pro *quam*, vel *quantas maximas*, notat, & Torrentius inde hausisse videtur, ut Neron. XLVII. *quanta maxima posset miseratione.* Liv. XXIV. 35. *ut quantae maximae possent copiae trajicerentur.* Curt. IV. VIII. 10. *quanta maxima celeritate poterat*, ubi vid. comm. Gell. X. 3. *honestos viros caesos a magistratibus quanta maxima invidia potest, conqueritur.* ubi *maxime* Edd. Brix. Junt. Ald. Gryph. & aliae veteres, sed Stephani Ed. *maxima*, quod secuti deinceps editores. & ita centies alii. BURM.

Dirigendarum] V. C. habet, *digerendarum*, & sic videtur legendum. URSIN. *Dirigendarum* Codd. Periz. Copes. Edd. Steph. Venet. sec. & tert. Gryph. & Plant. male. nam cap LVI. & Gram. XXI. utitur verbo *ordinare* bibliothecas, quod idem est quod *digerere* in classes, & ordine disponere. haec autem verba sollemniter confunduntur. ut apud Quinctil. lib. X. 4. XI. 1. Claudian. VI. Cons. Honor. 591. & alibi. BURM.

Siccare Pontinas paludes.] Dio lib. XLIV. initio, inter recensendos honores, quos Caesar dictator est consecutus, ita scribit: *ὥς τι ταῦτα ἐδόκει, καί τι ἕλη οἱ τὰ Πόντινα χῶσαι προσετάχθη.* quibus verbis eo loco positis quid sibi auctor ille voluerit, alias viderimus. Meminit & lib. XLV. ubi *Πόμπτινα* vocat, non *Πόντινα*, ut ante, eadem diversitas apud Latinos. CASAUB. *Pontinas* Codd. Periz. Huls. Harlem. Edd. antiquae fere omnes, etiam recentiores praeter Causaubonianas. & ita semper variat apud alios etiam lectio. Barth. ex suo profert *Promptinas*, ut & manus docta in margine Ed. Steph. ex suo. & exc. Cujac. BURM.

Emittere Fucinum.] Id postea factum a Claudio. Sueton. cap. II. TORR. *Fulcinum* Ex. Voss.

Supero per Apennini] *Super Apennini deorsum* Cod. Copes. *supero per Apenninum dorsum atque Tiberim* Harlem.

Perfodere Isthmum.] Id ante Caesarem Demetrius rex, ac post eum Cajus & Nero tentarunt, infausto omnes exitu. Plin. lib. IV. cap. IV. Philostrat. vita Apollonii lib. IV. Sueton. Calig. cap. XXI. & Ner. cap. XIX. TORR.

Et Thraciam] *Thraciamque* Cod. Huls.

Agentem] *Agitantem* in marg. Cod. Periz. an sit ex codice varia lectio, an explicatio scribentis nescio: quod non displicet, quia & sup. cap. VIII. & alibi saepe hoc verbum de consilia capientibus occurrit. sed quia additur *& meditantem*, nihil moverim. partim enim jam agebat talia, partim meditabatur. BURM.

Ea quae ad formam & habitum: &c.] Haec omnia, quo ordine hic proponuntur, eodem postea explicantur. Hic perpetuus mos Suetonii, ne semel quidem, ut videtur, ejus interpretibus observatus. CASAUB. *Habitum & ad cultum* erat in Marg. Torr. Ed. cum vero haec duo saepe confunduntur a scriptoribus, saepe separentur, ex sequentibus, quibus, ut recte observat Casaubonus, hic ordine proposita singula deinde explicantur, quid per *habitum* & *cultum* intelligat, est intelligendum: & *habitum* praesertim referri ad curam corporis, & in primis capitis & capillorum puto, *cultum* ad vestem & amictum. sic Tacit. I. Ann. 10. *quaedam de habitu cultuque & institutis ejus jecerit*, ubi Lipsius nihil de cultu Tiberii se legisse adnotat. certe Suetonius cap. LXVIII. de ejus capillo pone occipitium submissiore admonet. & de *oculis*, *cervice rigida* & *adducto vultu*, quae omnia ad habitum faciunt. Iterum Tacitus II. Ann. 59. Tiberius perstringuit *cultum habitumque* Germanici. Sic Virg. I. Aen. 315. *Virginis os habitumque gerens*, quia maxime virgines crinium politu dignoscebantur. & VIII. Aen. 722.

Incedunt victae longo ordine gentes,

Quam

45 summatim exponere. Fuisse traditur excelsa statura, colore candido, teretibus membris, ore paullo pleniore, nigris vegetisque oculis, valetudine prospera: nisi quod

Quam variae linguis, habitu tam vestis & armis. est ergo *habitus* Graecis ἕξις, ut explicat Servius ad I. Georg. 52. *Cultus* autem proprie vestes, & earum ornatum respicit, ut clare Suetonius cultu notabilem postea describet. ita Livius XXVIII. 27. *corpora, ora, vestitum, habitum civium agnosco:* ubi *vestitus* est qui aliis *cultus.* ut Curt. III. 6. *cultus habitusque paullulum a privato abhorrens.* sic Ovidius III. Art. Am. 201. *Ordior a cultu* & deinde ornatus genera enumerat. & noster Aug. XL. *habitum vestitumque* dixit, pro *cultumque*: habitus ergo potest esse sine cultu, ut ita *feros habitus* Ovid. IV. Fast. 107. dixit. & Servius observat ad Virg. III. Aen. 591. *formam miserandam cultu* dictam esse pro *habitu*; tam vagae scilicet significationis haec vocabula, ut centies confundantur, quae hic accurate distinguit Suetonius. BURM.

45. *Fuisse traditur excelsa statura.*] Silenus apud Julianum in Caesaribus de statura & forma hujus: Καὶ γὰρ, ὡς ὁρᾷς, εἰμὶ μέγας καὶ καλός. ἐμοὶ γοῦν ἐν καὶ μόνον καὶ ἄλλο, τὸ γοῦν περὶ τὴν κεφαλὴν ἐπ συζύγμενον. Alludit autem sub Sileni persona Julianus, ad calvitii deformitatem: nam tales Sileni pingebantur, ut ex Luciano & poëtis constat. Iisdem nasum collisum tribuebant, teste Seneca & Luciano eodem. Ideo Lucretius: *Simula, Silena est.* Xenophon Silenos nominat τὸν ἐν τοῖς σατυρικοῖς αἴσχιστον CASAUB.

Teretibus membris.] Succulentis, nec tamen obesis. Philosophus hunc habitum εὔσαρκον vocat, & ἀρθρώδη καὶ διηρθρωμένον, qui medius est inter τὸ λεπτὸν & [illegible] CASAUB.

Ore paullo pleniore] Aut *plenum os* aliud notat quam prae se vulgo ferat, aut nummi huic formae refragantur. Memini Lipsium ante annos triginta & amplius, pro publica lectione emendare, *ore paullo depleniore.* sed non sic Manuscripti. & potest stare publicata lectio, si intelligamus os ei fuisse plenius, habita ratione ad ceterorum membrorum teretudinem. GRUT. Sunt, quos haec turbant, cum macilentus fuerit. sed ad faciem ibi referunt, quod Suetonius ad σῖμα. SCRIVER. Nic. Heinf. conjiciebat *paullo leniore.* Berneccerus non totam faciem per *os* intelligit, sed tantum σῖμα plenius, quale & gentilitium Austriacae gentis esse jactatur. sed in describenda statura & corporis habitu *os*, de tota facie sumitur, quod si plenum sit, lunae plenae saepe conferri solet. vide ad Petron. CXXVII. *ut videretur mihi plenum os extra nubem Luna proferre.* vid. & Meurs ad Theocrit. Idyl. III. pag. 16. si σῖμα *plenum* esset dicendum, quod tamen a quoquam dictum nescio, de labiorum crassitudine capere oporteret. Lipsii *depleniore*, quod in ora codicis apparet, caret auctoritate. quare mihi Gruteri sententia placet, ut comparata facies teretibus membris plenior appareret. Vidi tamen faciem Jul. Caesaris in gemma una & altera Thesauri Medicei nuper publicati tab. I. n. 7. & 8. ubi nulla maciei nota apparet. sed gemmis non multum fidere soleo, multo minus earum extypis. BURM.

Nigris vegetisque oculis.] Qui prae se ferrent τὸ [illegible] Caesaris, *& illum ei proprium vigorem, celeritatemque quodam igne volucrem,* ut Plinius libro septimo. Aristoteli quoque oculi nigri, sed qui ad flavum colorem inclinent, judicium sunt διψυχίας. At in Viterb. codice scriptum est, *nigris, levibus, volubilibusque oculis:* quod intelligeremus de iis oculis, quos Graeci vocant ταχὺ κινοῦντας vel κινουμένους: quibus contrarii sint, οἱ πεπηγότες ὀφθαλμοί, oculi fixi. Lego cum vulgatis, *vegetis.* Eginhartus in vita Caroli Magni, quae tota fere Suetonii verbis & sententiis scripta est: *Apice capitis rotundo, oculis praegrandibus ac vegetis.* CASAUB. Sic quidem Pal. sec. ac tertius: verum primus accedit membranis Viterbiensibus habetque, *nigris, levibus, volubilibusque oculis.* GRUT. Haec a glossatore profecta, qui *vegetos* explicabat, sed qui magis meretricibus & libidinosis conveniunt. vid. ad. Petron. CXXVI. BURM.

45. *Per somnium exterreri.*] Duo libri *per somnum.* Placet. quis enim non aliquando per somnium exterretur? Somni autem inquieti, maxime accedente terrore, morbum significant. TORR. *Per somnum* quoque Pall. omnes, non, ut prius vulgati, *per somnium.* GRUT. *Per somnum* etiam Edd. Rom. Basil. Scriverii & recentiores, & Lipsius in ora codicis: reliquae *per somnium.* perperam, non enim in somnio tantum, sed dum dormitabat inquietabatur & exter-

quod tempore extremo repente animo linqui, atque etiam per somnum exterreri solebat. Comitiali quoque morbo bis inter res agendas correptus est. Circa corporis curam morosior, ut non solum tonderetur diligenter, ac raderetur, sed velleretur etiam, ut quidam exprobraverunt: calvitii vero deformitatem iniquissime ferret, saepe obtrectatorum jocis obnoxiam expertus. Ideoque & deficientem capillum revocare a vertice adsueverat: & ex omnibus decretis sibi a senatu populoque

terrebatur speciebus & imaginibus variis, quae non patiebantur somno profundo & quieto frui. talis Medea apud Valer. Fl. VII. 543.

Turbat agitque sopor: supplex hinc sternitur hospes,
Hinc pater: Illa nova rumpit formidine somnos.

& ita *per somnum* est, dum dormiret, ut *per otium*, *jocum*, & similia. vid. cap. IV. *per tumultum* XXXIV. & passim: ita & *in somnis* saepe mutatur cum *in somniis* apud Cicer. II. de Divin. LXIV. & seqq. aliquoties, & alibi. BURM.

Inter res gerendas.] Libri duo *inter res agendas*. haud dubie melius. Plutarchus eum hoc morbo laborasse scribit, cum bello Africano aciem ordinaret. Possumus etiam ad judicia referre. Unde *rerum actus*, de quo Aug. cap. XXXIII. TORR. Semel Africano bello, teste Plutarcho: iterum fortasse Hispaniensi contra Pompeji liberos. uam aegrotasse eum tunc, auctor Dio. sed an comitialis fuerit ille morbus, quaeri potest: nam verba Dionis aliud videntur indicare. *Agendas*, non *gerendas*, habent vett. codd. Ex iisdem alia sunt, quae isto capite emendavimus. CASAUB. *Comitiali morbo*, omisso *quoque* Copef. *res agendas* Ed. Rom. & scripti codices. & reduxit Steph. nam antiquiores & multae etiam recentiores *gerendas*. quo verbo indicaretur in praelio vel bello fuisse correptum; *inter agendas* vero dum jus diceret; quod praefero. eadem varietas in Aug. XXXVII. Vespas. XXIV. & in Terent. Phor. Prol. 28. & ita alibi. BURM.

Circa corporis curam morosior.] Sic omnes libri: quod tellari placuit, quia scio quibusdam visum, *morbosior* esse scribendum. Ingeniosa, fateor, conjectura: sed cujus gratiam facimus ipsis nos quidem, nisi prius nos docuerint, quare haec omnium librorum lectio ferri non queat. *Morosus* opponitur indifferenti, ut cum mox ait: *Fuisse Caesarem circa victum indifferentem.* CASAUB. Haud aliter MSS. Pall. neque auscultandum Colero, qui ingeniose equidem fingebat nobis, *morbosior*. sed minus apte huic loco. GRUT. *Morbosus* de cinaedo dicebatur; ut in Priap. X. *Morbosior omnibus Cinaedus*. sed *morbosus circa curam corporis*, inepte diceretur. BURM.

Diligenter ac raderetur] Desunt Cujaciano Cod.

Ferret] *Ferre* Codd. Periz. Harl. Ed. Roman. & deinceps plurimae, donec Stephanus *ferret*, quem alii secuti. *Ferebat* Copef. sed in marg. *ferret*. Exc. Cujac. *ferebat*, vel *ferret*.

Obtrectatorum] *Obtrectorum* Memm. *Obtrectatorum saepe* Harlem. Exc. Cujac.

Jocis obnoxiam] Hunc locum pluribus examinavimus ad Taciti lib. IV. Ann. cap. 57. m. GRUT. Vid. ad Domit. XVIII.

Deficientem] *Difficientem* Ex. Cujac.

Revocare a vertice] Hunc capilli positum Ἀνάδεσιν vel Ἀνάδεσμον Graecos vocare nuper docuit egregie Popularis meus Jo. Cor. de Pauw ad Horapoll. p. 305. ubi docet hunc capillum, crinibus in orbem dispositis imitatum fuisse coronam, & aptum tegendi calvitio. forte tamen correctio Cl. Schultingii *revocare ad verticem* vera esse possit. nam Calvitii deformitas praecipua in vertice capitis nudi, crinibus ad inferiores partes superstitibus; Unde tot convicia in calvos, quorum vertex capillis orbatus, *area*, *campus*, *tuber* &c. dicitur, apud Martialem & alios, ut vulgo notum. in primis huc facit Martial. X. Epigr. 3:

Raros colligis hinc & hinc capillos,
Et latum nitidae, Marine, calvae
Campum temporibus tegis comatis.

Quod recte Scriverius exposuit de crinibus, qui adhuc ad tempora & frontem supererant, collectis, & retro flexis, ut tegerent calvam sive verticem capillis nudum. illi vero retro flexi in verticem crines vento jactati, redibant in locum suum, & caput nudatum undique dum cirri cingerent, comato calvo eminebat in vertice latus campus vel area calvae.

que honoribus, non aliud aut recepit aut usurpavit libentius, quam jus laureae perpetuo gestandae. Etiam cultu notabilem ferunt. Usum enim lato clavo ad ma-

Si vero Caesari fuissent in vertice capilli, illi sponte in frontem & capitis latera descendissent, nec opus fuisset eos revocare, aut laurea ad tegendum calvitium uti: & simile est illud quod in oratore carpit Quinctil. XI. de Inst. Orat. 3. *Capillos a fronte contra naturam retroagere, aut, quo magis sit torvus, superciliis adstringere.* verbi *revocare* varium & elegantem usum docuit Gronov. II. Obs. 19. *Consueverat* vero Cod. Copes. BURM.

Non aliud] Praecessit *ex decretis honoribus*, ideoque videbatur dicendum esse, *non alium*, ut vir doctus etiam in ora Edit. Plant. corrigebat, & Lipsius etiam notaverat. Sed contra codices nihil mutandum, quum saepissime neutro genere, licet masculini vel feminini generis nomen praecedat, uti soleant. sic Quinct. I. I. praecedente *eloquentia*, *nec ad id pervenit.* vid. ad Ovid. I. Met. 50. & Quinctil. Decl. CCXVII. similia in Suetonio notavimus & alibi saepe. praeterea posset & hoc loco referri ad *jus*, quod sequitur. BURM.

Jus laureae perpetuo gestandae.] Liber Memmii, *jus laureae coronae p.* Vide, quae scripsimus ad cap. II. CASAUB. *Coronae* addunt praeter Memm. Codd. Periz. Harlem. Copes. omnesque Edd. usque ad Casaubonum, qui omisit, quod displicuit auctori notarum ad Raphel. Ed. vid. inf. cap. LXXIX. & Vitel. IX. Dom. VI. *Gestandum* Cod. Hulf. BURM.

Etiam cultu notabilem ferunt.] *Cultu notabilem* vocat, τὸ ἔχειν ἐσθῆτος ἐξάλλαγας, ut de regibus & tyrannis loquitur Polybius in VI. & apud Nicetam, πολλαῖς ἐξάλλαις ἐσθήμασι: alibi dicit ἐσθῆτος χρυσοφανοῦς. *Notabilis* vox frequens Plinio, Senecae, Tertulliano, & Cypriano. Seneca in Epistolis: *Ut inter istos nomen invenias, opus est non tantum luxuriosam rem, sed notabilem facere.* De Caesaris lautitiis Dio libro XLIII. Τῇ τε ἐσθῆτι χαυνοτέρᾳ ἐν πᾶσιν ἐνεβρύνετο, καὶ τῇ ὑποδέσει, καὶ μετὰ ταῦτα ἐνίοτε καὶ ὑψηλῇ καὶ ἐρυθροχρόῳ, κατὰ τοὺς βασιλέας τοὺς ἐν Ἄλβῃ ποτὲ γενομένους, ὡς καὶ προσήκων σφίσι διὰ τὸν Ἴουλον, ἐχρῆτο. *Deliciis fluxioris vestis ubique luxuriabatur, & calceamentorum: quibus etiam postea interdum usus est altioribus & coloris rubri, more regum, qui Albae quondam regnarunt, ut qui propter Julum ipsos genere contingeret.* Sic legi debet hic locus & exponi: nam vulgo postrema verba pessime eduntur sic: ὡς καὶ προσήκων σφίσι διὰ τὸν Ἴουλον. Interpretibus facile condonarem, si hoc tantum peccassent, quod depravatam lectionem secuti sunt: sed ὑποδέσει verti *cincturam fluxiorem*, quis ferat? Nihilo consultius verba ὑψηλῇ & ἐρυθροχρόῳ ad ἐσθῆτα retulerunt: cum perspicuum sit ad ὑποδέσει referri. Quid est autem vestis ὑψηλή? atqui de calceamentis Caesaris loquitur auctor: ea namque sunt, quae vel humilia vel alta dicuntur a veteribus, ut libro sequente annotamus. Ὑποδήσεις ἐρυθρόχροοι sunt calcei puniceí, quibus interdum utebantur proceres Romani in triumphis & pompis solennibus. In lapide posito memoriae C. Marii: (apud Gruter. CCCCXXXVI. 3.) DE. MANUBIEIS. CIMBRICEIS. ET. TEUTONICEIS. AEDEM. HONORI. VICTOR, FECIT. VESTE. TRIUMPHALI. CALCEIS. PUNICEIS. A regibus Albanis esse exemplum, ait Dio: a quibus etiam mulleorum calceorum usum patritii Romani didicerant, ut ait Festus. Regum igitur Albanorum insigne quondam fuere calcei puniceí, ut Imperatorum novae Romae πέδιλα ἐρυθρὰ sive φοινικοβαφῆ, quod ex Zonara, Niceta aliisque constat. CASAUB.

Lato clavo ad manus fimbriato,] De tunica lati clavi loquitur, quae proprie senatorum erat. Aug. cap. XCIV. TORR. Fimbriae inter ea, per quae vesti ornatus accedit, & pretium. sic paludamenta ducum fimbriata erant. Plutarchus Lucullo κροσσωτὴν ἐφεστρίδα vocat. Sic & mappis additae fimbriae. Petronius inter Trimalcionis delicias recenset cap. XXXII. *mappam laticlaviam, fimbriis hinc atque illinc pendentibus.* nam mappas quoque purpura & auro clavatas fuisse constat. Latum clavum ad manus fimbriatum interpretor, χιτῶνα πλατύσημον, χειρίδας ἔχοντα μέχρι τῶν καρπῶν κροσσωτάς; *tunicam laticlaviam, manicas ad manus usque habentem, easque fimbriatas.* vel intelligit tunicam ἀνάκωλον simpliciter, id est, ea longitudine, ut brachia tegeret. prior interpretatio est melior. Atque hic observent studiosi antiquitatis, quod hodie solet a nonnullis observari, ut indusiorum nostrorum extremae manicae ornatus caussa accessionem habeant limbi e subtiliore tela, vel simplicis atque expansi, vel

manus fimbriato, nec ut umquam aliter quam ſuper eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura. Unde emanaſſe Sullae dictum, optimates ſaepius admonentis, ut male praecinctum puerum caverent. Habitavit primo in Suburra modicis aedibus 46 poſt autem pontificatum maximum, in Sacra via, domo publica. Munditiarum lautitiarumque ſtudioſiſſimum multi prodiderunt. Villam in Nemorenſi a fundamentis inchoatam, magnoque ſumtu abſolutam, quia non tota ad animum ei reſpon-

vel in denſas plicas corrugati: ejus moris veſtigium fuiſſe in iſtis tunicis ad manus fimbriatis. Sic earum corrugatarum telarum, quae collo aptantur, imago fuit in ſubuculis vel interioribus tunicis, circa collum fimbriatis, quibus uſos eſſe veteres obſervamus. Nam talem olim fuiſſe formam interiorum veſtium, quibus honeſtiores utebantur, declarant verſus Lycophronis, quibus indumentum illud deſcribit non habens exitum, quo uſa eſt Clytaemneſtra in tollendo Agamemnone. Sic enim ille doctiſſimus Poëta: vſ. 1099.

Ὁ μὲν γὰρ ἀμφὶ χύτλα τὰς δυσεξόδους
Ζητῶν κελεύθους αὐχενιστῆρος βρόχου,
Ἐν ἀμφιβλήστρῳ σπωντπυργαινομένῳ
Τυφλαῖς ματεύσει χερσὶ κροσσωτοὺς ῥαφάς.

Haec obiter de illo loco: nam ſi Deus dederit vitam & otium, alibi totam illam antiquitatis partem pulcherrimam diligenter tractaturi ſumus. CASAUB. *At minus* Cujac. Cod. fuit forte longioribus manicis tunica, quales *macrocheras* vocat Lamprid. in Alex. Sever. cap. XXXIII. BURM.

Nec ut unquam aliter.] Trajectio, in qua frequens Suetonius, pro *nec unquam aliter, quam ut ſuper eam cingeretur.* CASAUB. Forte *ut nec.* GUJET. *Nec umquam* Memm. & Barth. Codd. ejecto *ut.* recte vero Caſaubonus ordinem verborum trajectum docet, ſic. Tib. XXVI. *Nec mox amplius, quam tres conſulatus geſſit,* pro *nec amplius quam mox.* BURM.

Et quidem] *Et quod* Copeſ.

Syllae dictum conſtat.] Dele *conſtat*, ut in quatuor exemplaribus. Ex eodem fonte illud Ciceronis: *Praecinctura me decepit.* Macrob. lib. Saturnal. II. cap. III. Plura ad Horat. Epod. I.

Diſcinctus aut perdam ut nepos. TORR. Scribo, *unde manaſſe S. d.* niſi tamen verbo *emanare* uſus Suetonius, ut ſignificaret, non palam id eſſe dictum a Sylla, ſed vocem ab ipſo editam in ſecretis colloquiis, poſtea eſſe evulgatam. Verbum *conſtat* ſuſtulimus auctoribus libris noſtris & Torrentii. CASAUB. Vulgati prius, *dictum conſtat.* ſed non magis comparet id vocis in Pall. quam aliorum chirographis. GRUT. *Manaſſe* Cod. Periz. male. vid. Cl. Drak. ad Liv. III. 24. ita & infr. Neron. VI. *Conſtat* conſpicitur in Periz. cod. Edd. Roman. Lugd. Junt. Ald. & Baſil. poſter. & aliis recentioribus. credo repetitum ex cap. I. ubi de alio dicto Syllae *ſatis conſtat* legitur. BURM.

Primo] *Primum* Copeſ.

Suburra] *Subura* Cod. Copeſ. Exc. Cujac. Edd. Caſauboniana & Rapheleugiana. *Sabura* Plantiniana & ipſa Torrentii, ſed vitioſe. *Suburam* ſcribendum ex Lapidibus docuit etiam Florav. Martinellus in Diaconia S. Agathae in Subura cap. I. ubi doctiſſime de Subura commentatur. BURM.

46. *In domo publica.*] Sic enim pontificem habitare neceſſe erat. de quo Aug. cap. LXXVI. TORR. vid. Boſium de Pontif. Max. cap. VI. §. 6.

Villam in Nemorenſi.] Ejus villae adhuc exſtant veſtigia non procul Aricia. Cic. ad Att. lib. VI. epiſt. I. *Caeſarem in Nemorenſi reaedificando diligentiorem fore.* ſic enim Turnebus legit, quem ſequor. TORR.

Inchoatam] Diomedes Grammaticus libro primo: pag. 362. *Inchoavi*, inquit, *ab inchoo. Sic dicendum putat Julius Modeſtus, quia ſit compoſitum a* chao, *initio rerum. At Verrius & Flaccus in poſtrema ſyllaba aſpirandum probaverunt.* Cohum *enim apud veteres mundum ſignificat: unde ſubſtractum* incohare. *Tranquillus quoque bis aſſentiens libello ſuo pleniſſime*, aedem incohatam *ita diſſeruit.* in libris vulgatis male *choaum* pro *cohum* eſt editum. Adi Feſtum in ea voce. male enim *inchoare* & *inchoatam*, contra apertiſſimam Diomedis mentem. Fortaſſe etiam ſcribendum: *At Verrius Flaccus aliique in p.* vel, *At Verrius Flaccus in p ſ. a. aprobavit.* Verum hanc emendationem incertiorem reddit, quod Flacci cognomen non in Verria ſolum gente, ſed aliis multis fuiſſe repertum, conſtat. Apparet autem ex iſto Dio-

 medis

sponderat, totam diruisse, quamquam tenuem adhuc & obaeratum. In expeditio-
47 nibus tessellata & sectilia pavimenta circumtulisse. Britanniam petisse spe margaritarum,

medis loco, exstitisse olim aliquod de re grammatica Suetonii opus, cujus hodie etiam titulus nobis incognitus. Sane *aedem incboatam* dicit Tranquillus in hoc opere libro secundo cap. LV. sed non illum locum respicit Diomedes, neque ullum alium istorum librorum. Quin autem ubique in nostro scriptore *incobare* & *incobatum* sit scribendum, nemini dubium esse potest, si sua Diomedi constat fides. Vide amplius Servium, aliosque Grammaticos. CASAUB. *Incubatam* Periz. Cod. Edd. Venet. tres, & Bonon. *Incoatam* Hulf. Cod. an vero *incobare* an *incboare* scribendum sit non constat inter Grammaticos, quos partim adtulit Casaubonus. Aldus ex Lapidibus probat *Incboare* in Orth. pag. 424. alii apud Dausquej. contra sentiunt. Certe in lapide apud Reinf. II. 84. legitur INCOHATO. & hanc formam probat etiam Parrhas. ad Claud. III. Rapt. 406. BURM.

Ad animum ei responderat] Miror Casaubonum hanc locutionem sine nota praeteriisse, quam singularem illustrare conatur Schefferus ex illis ad Petron. cap. XLVII. *multis jam diebus venter mihi non respondit.* sed puto melius de eventu & perfectione aedificii, quod non satisfaciebat Caesari, posse explicari. & *ad animum ei*, positum pro *animo ejus*, exspectationi non convenisse: sic in Vitell. IX. *respondit ostentis par eventus.* & pro convenire saepe poni *respondere* docuit Manut. ad Cicer. II. ad famil. 15. Senec. Epist. XLVII. *ut quidque non ex voluntate respondit iram evocat.* Plin. XXXVI. 22. *Structura ad normam & perpendiculum respondet.* & Nat. Quaest. III. 6. *podagra ad tempus respondet.* vid. Cl. Drakenb. ad Liv. II. 70. non conveniebat ejus animo & proposito eventus aedificationis, & partes quaedam displicebant, quas quum forte corrigere potuisset, totam villam diruere maluit. BURM.

Tenuem adhuc & obaeratum] Ita quidem duo Pall. nam primus, *adhuc non pecuniosum.* qui tamen reliquas bonitate praecedere solet. GRUT. haec verba in Edd. Venet. pr. Basil. & paucis aliis, posita post *diruisse* distinctione, referuntur ad sequentia, *in expeditionibus.* &c. illud *non pecuniosum* est interpretatio. de quo vid. ad Aug. XXV. BURM.

Tessellata & sectilia.] Haec pro iisdem usurpare videtur Vitruvius lib. VII. Sunt, qui *tessellata* ex marmore; *sectilia* ex citro, ebore, acere, testudine, & id genus aliis, fieri solere contendant. Quasi vero non & marmora secentur. *Tessellata* igitur, quae tessellis strata sint, expono (Graece λιθόστρωτα vocantur) *sectilia* vero, quae secto vel marmore, vel citro, vel ebore, vel acere junguntur. Vide Isidorum lib. XIX. cap. XIII. & XIV. TORR. *Pavimenta* appellat, materiam pavimentorum, ipsa sectilia marmorisque crustas & tesseras, quas circumferebat Caesar in expeditionibus, ut quoties castra metandum esset, pavimenta ex iis in praetorio, picta de musivo, struerentur. Quare oportuit eum in suo ministerio musivarios artifices semper habere. At apud veteres, ut testatur Polybius, militum gregariorum munus fuit in exstruendis castris, τὸ περὶ τὴν σκηνὴν τόπον ἐδαφίζειν. Postea luxuria etiam in castra perrupit: adeo ut inter sarcinas ducum illa pavimenta fuerint. Ideo praetorium in castris templo propter magnificentiam Josephus comparat. Plinius quoque lib. XXXVII. cap. 2. *Neronis viatoria cubicula unionibus constructa* queritur. inde illa indignatio Horatii de castris Antonii: Epod. IX. 15.

Interque signa turpe militaria
Sol aspicit conopeum.

Juvenalis de Othonis speculo: Sat. II. 102.

Res memoranda novis annalibus, atque recenti
Historia, speculum civilis sarcina belli.

Idem Poëta de patina Domitiani. IV. 135.

- - - sed ex hoc
Tempore jam, Caesar, figuli tua castra sequantur.

Fatetur Vellejus inter Tiberii sarcinas belli Germanici Pannonicique tempore, fuisse *balinei instrumentum*: sed in usum aegrotorum, non ad delicias Tiberii: *Jam medici*, ait lib. II. CXIV. *jam apparatus cibi, jam in hoc solum importatum instrumentum balinei, nullius non succurrit valetudini.* Transiit hic luxus ex oriente & castris regum Asiae ad Romanos. nam talem fuisse illorum, non in urbe solum, sed militiae quoque, vitam, nemo ignorat, qui Graecos auctores legerit. Trebellius Pollio de

de Herode tyranno, cap. xv. *Homo omnium delicatissimus, & prorsus Orientalis & Graecae luxuriae, cui erant sigillata tentoria, & aurati papiliones, & omnia Persica.* Sustulit ex parte hunc luxum Adrianus Imper: *ac triclinia de castris & porticus, & cryptas & topia dirnit*, inquit Spartianus. cap. x. Porro apud veteres in frequentissimo usu tessellata pavimenta fuere: adeo ut cum plurima eorum essent genera, istud tamen pavimenti appellationem propriam sibi fecerit. Itaque auctor Glossarii vertit *pavimentum*, ψηφολόγημα, ψηφολόγητον ἔδαφος: & Cicero porticum domus suae *pavimentatam* ait fuisse in ea pro Domo, non simpliciter ἐστρωμένην, sed *arte pavimenti*, ut Lucilius dixit. Graeci quoque λιθόστρωτον hoc pavimenti genus vocarunt, & e Latinis Varro ac Plinius. Apud Homerum quidam e veteribus Criticis κραταίποδα ita interpretati sunt, nempe λιθόστρωτον ἔδαφος ἢ ψηφολογικόν. Sed falli eos opinor: neque enim tam antiqua apud Graecos ea ars fuit, ut ex Plinio discere licet. In Euangelio Johannis capite XIX. λιθόστρωτον puto esse judicii locum, qui in Rabbinorum scriptis appellatur לשכת תגזית q. d. *cubiculum caesurae*, propter sectilia & caesi marmoris frusta, quibus elaboratum ejus pavimentum. etsi potest vox Hebraica aliter exponi: de quo nolim contendere. Apulejus: lib. v. metam. pr. *Pavimenta ipsa lapide pretioso caesim diminuto, in varia picturae genera discriminantur.* Gregorius Nyssenus in Theodorum Teronem martyrem: Καὶ ὁ τῆς ψηφῖδος δὲ σωδίτης ἱστορίας ἄξιον ἐποίησε τὸ πατούμενον ἔδαφος, καὶ τοῖς ἰχθύσιν ὅπω φιλοτεχνήμασιν εὐδοκιμεῖ τὴν ὄψιν. Elegantissime vero S. Augustinus libro primo de Ordine cap. pr. *Si quis tam minutum cerneret, ut in vermiculato pavimento nihil ultra unius tessellae modulum acies ejus valeret ambire, vituperaret artificem, velut ordinationis & compositionis ignarum: eo quod varietatem lapillorum perturbatam putaret, a quo illa emblemata in unius pulchritudinis faciem congruentia simul cerni collustrarique non possent.* Meminit hujus artis etiam Epiphanius in disputatione contra Valentinianos. De his pavimentis non repetam, quae pridem sunt ex Plinio, Vitruvio, & Isidoro, notata aliis. Sed non praetermittam corruptum in illorum mentione locum apud Senecam patrem, nemini adhuc emendatum. Lego igitur sic haec verba ex Controversia prima libri secundi: *In hos ergo exitus varius ille secatur lapis, ut tenui fronte parietem tegat: at quam junctus severe! in hos pavimentum tessellatum, & infusum tectis aurum.* elegantissime Papirius Fabianus, cujus illa sunt, postquam dixit opes eximias saepe maximorum malorum esse caussam, subdit hoc ἐπιφώνημα, quod in libris omnibus corruptissime scriptum est. Illud, *at quam severe junctus!* Persiano simile: Sat. I. 64. *Per laeve severos Effundit junctura ungues.* & est διὰ μέσου insertum venuste, ut in eo genere scriptorum non pauca. ita autem restituimus ex illa corrupta lectione, *tegat quam vinctus severe*, & pro *pavimentum levatum* facimus *pavimentum tessellatum*. Illud quoque nondum cuiquam explicatum, quid sibi doctissimus auctor Glossarii velit, cum scribit: *Pavimentum*, χονδρόσηλον ἔδαφος. nam ita potius scribendum. puto autem intelligi pavimenti genus, quod non tessellis, sed quasi punctis ac granis sit distinctum, & vermiculatum. Nicetas Choniates lib. tertio: πλάκας φαιὰς ἐπιγραφὰς ποικιλοχρόους appellat. Idem auctor eo loco ποιήματα διὰ ψηφίδων nominat, figuras opere musivo, &, ut loquitur idem alibi, ψηφίδων μικρῶν ἐπιθέσεσι, vel ἐνθέσεσι λεπταῖς ψηφίδων expressas: quod interpres non est assecutus. Gregor. Naz. dixit εἰκόνας κατασπαρτούσας ψηφῖδος λεπτῆς διαθέσει. Galenus διαγράφειν sic usurpat in exhortatione ad Artes: Τὸ δὲ ἔδαφος ἐκ λίθων πολυτελῶν συγκεῖσθαι, ὅσον εἰκόνας ἔχει ἐξ αὐτῶν διαπεποικιλμένας. Procopius lib. primo de Aedificiis Justiniani: Ἐναβρύνεται δὲ ταῖς γραφαῖς ἡ ὀροφὴ πᾶσα, οὐ τῷ κηρῷ ἐντακεῖσί τε καὶ διακεχυμέναις ἐνταῦθα παγεῖσαι, ἀλλ' ἐναρμοσθεῖσαι ψηφῖσι λεπταῖς τε καὶ χρώμασιν ἀγλαϊσμέναις παντοδαπαῖς· αἳ δὴ τά τε ἄλλα καὶ ἀνθρώπους ἀπομιμοῦνται. Nicetas idem in Johanne Comneno verbum ἐνσφηνίζεσθαι sic usurpat. Ὅσαι, inquit, αἱ ἐν τοῖς τοίχοις διὰ ψηφίδων καὶ χρωμάτων ἐνσφηνίζονται. Eruditus interpres ψηφίδας hic putavit esse *penicillum*. magno errore. sunt enim tessellae, vel laminae aut bracteae: nam in Manuele Comneno memorat auctor ille ἀνδριάντας ψηφίδων χρυσῶν ἐπιθέσει διαγραφομένας, quod vel de bracteis aureis, quibus parietes illiti, accipiendum; vel de tessellis inauratis. Nicetas alibi vocat τὰς ἐκ τῶν ψηφίδων καὶ χρωμάτων ἀγαλματουργίας· & in Isaacio Angelo τὰ διὰ ψηφίδων ποικιλόχροα εἰκονίσματα. *Tessellas* Graeci etiam βόλια dixerunt: unde est χονδροβόλιον vox in Glossarii superiore loco, pro minutissimo genere harum tessellarum instar granorum. nam id est χόνδρος. hic in Gallia vocamus *marqueterie*. Glossarium: *Tessellae:* βόλια καὶ ψῆφοι. Sunt & tesserae lusoriae, βόλια. Hieronymus in vita Apollonii:

tarum, quarum amplitudinem conferentem, interdum sua manu exegisse pondus. Gemmas, toreumata, signa, tabulas operis antiqui, semper animosissime comparasse: servitia rectiora politioraque, immenso pretio, & cujus ipsum etiam puderet,

Prophetes tabula ludit & tesseris? Graecus interpres: σοφίστης πίνακι & βολίοις παίζει. *In Graeco Epigrammate ἐν πίνακι:* Anth. v. cap. 32.

Ἐζήλωσε μὲν τῇ δ' παρ' εὐλάγξι τραπέζῃ
Παίγνια ποιζεις πρωτα βολοντωσις.

Hesychius: Πινάκι βίλια, ἐν οἷς ταυλίζεται. *Sectilia*, quae Suetonius aliique nominant in hoc argumento, sunt; quas Palladius in Majo, *tabellas marmoreas aut paginas*. Hebraei, אבן משכית, ut Proverbiorum cap. XVIII. 11. doctiores interpretantur Graeci, ἀβάκια & ἀβακίσκους. Moschio apud Athenaeum & Eustathium: ταῦτα δ' πάντα διάπλι εἶχε ἐν ἀβακίσκοις συγκείμενα ἐκ παντοίων λίθων. Enstathius hanc notam subjicit: Ὅρα τὸ ἀβακίσκους, ἐξ οὗ δῆλον ὡς ὁ μόνον ἐπὶ σανίδος ὁ ἄβαξ καὶ τὸ ἀβάκιον, ἀλλ' ἰδὲ καὶ ἐπὶ λίθων ἡρμοσμένων ξυλίνοις ἄβαξι. Gregorio Nazian. πλάκας, ut Latinis *paginae* dicuntur, in lepidissimis versiculis, quibus animam alloquens suam, Visne, inquit, ψηφίδων σφιγγομένων κονιάμασι χιλὸν τι; Λάμπειν πλακὸς τι ἀργυρᾶς. Ἀλλ' ἄχθεσι πιέζῃ. Etiam Romanis scriptoribus *abaci* inter parietum ornamenta; Plinio libro xxxv. cap. primo, Vitruvio lib. vii. cap. iii. CASAUB. Pal. pr. & sec. *septilia*. GRUT.

Quarum amplitudinem conferentem,] Resipit glossematium librarii. GRUT.

47. *Exegisse pondus.*] Margaritarum dos omnis in candore, magnitudine, orbe, laevore, pondere, quanquam semunciae pondus raro excedant. Plin. lib. ix. cap. xxv. ubi tamen de margaritis Britannicis non satis ei cum Suetonio convenit. TORR.

Animosissime comparasse.] Sic *animose licere* Paulus J. C. l. xxix. Fam. Ercifcundae. *emptor animosior* Javolenus l. xxxvi. Mandati. *audax sponsio* Juven. Sat. xi. 199.

De decorum pretiosus emptor.

Horat. lib. iii. Od. vi. Exemplum de Caesare apud Plin. xxxv. cap. xi. Ajacem enim & Medeam ei Timomachus vendidit LXXX. talentis. TORR. Προθυμότατα. sic *animosus corruptor* apud Tacitum i. Hist. Var. 24. apud Aelianum, ἀνδρείως καὶ ἀνδρικῶς: apud Dionem ἀθυμότερον pro lentius & remissius. CASAUB. Barth. XLVII. Adv. 23. animositatem Caesaris exponit contemtum pecuniae. D. Vossius ad Caesar iv. Bell. Gal. 20. reponi jubet *avidissime*. sed exempla a Torrentio, Casaubono & Berneccero adducta satis vindicant elegantem vim vocis, quae notat in licitando fuisse ardentem, nec se facile ab alio vinci passum: ut enim *animosus* in bellis & praeliis vincit, ita in auctionibus plus omnibus offerens, rem sibi addici efficit. unde eadem metaphora Cicer. XIII. ad Att. 29. *Othonem vincas volo.* & 11. vers. 19. *cohors ista invicta dominata est.* an vero si librarius indoctus reperisset *avidissime* a Suetonio scriptum, substituisse credi possit, *animosissime*, vehementer dubito. Broukhusius explicabat, cui nihil carum est, modo nanciscatur, id quod animo jam praestinavit. apud Juvenal. Sat. vii. 10. *Et vendas potius, commissa quod auctio vendit*, Grangraeus explicat *commissam* auctionem, ubi licitantes utrimque precio pugnant, ut *committi* gladiatores dicuntur. inepte. rectius alii commissa praeconi a magistratibus. hinc etiam quia *auctio vendere* dicitur, Ciceronem dixisse *auctionem vendere* notat. respicit credo ad Orat. pro Quinct. cap. v. sed ibi dudum viri docti restituerunt *auctione vendere*. BURM.

Servitia recentiora.] Liber Vaticanus *retiora*, & adscriptum margini *rectiora*. Ac sane in confesso est mancipia novitia adhuc, ac proinde ad omne ministerium aptiora, tritis jam & veteranis esse praeferenda, quod l. xxxvii. de Aedilitio edicto Ulpianus tradit; sed tamen aliud subesse debuit, propter quod ad tantum pretium iretur. quae ratio scriptorem movit, ut pro *recentiora*, *rectiora* substitueret. Verum cum dictio *politiora*, quae subjungitur; eundem sensum melius exprimat, nihil muto. sic enim & *novitiae puellae* apud Terent. Eunucho Act. iii. Sc. v. veteranis oppositae. Quamquam & alio modo *recentiora* exponere possumus, quae aetate integra sunt. Auctor est Plin. lib. vii. cap. xxxix. Daphnidem Grammaticum venditum fuisse HS. (quo nullum ante majus servi pretium) iii. M. DCC. Vide Aug. cap. XLII. Justo Lipsio ad Taciti Agricolam visum legere *decentiora*. TORR. Non eadem ratio erat servorum, qui elegantiae & floris aetatis caussa emebantur, atque eorum, qui ministerii. In his novitia servitia pretio cedebant veteranis, quod vel Graecorum vox νέωνος indicat: dicitur enim per contemtum atque εὐτελισμὸν, ut ἀλλό-

ret, ſic ut rationibus vetaret inferri. Convivatum adſidue per provincias duobus tri-

ἀλόητος. Claudianus eleganter de Eutropio lib. I. 42.

Tot tranſlata jugis ſummiſit colla vetuſtum
Servitium, ſemperque novum.

In illis recentiſſima quaeque gratiſſima, & jucundiſſimi uſus: nempe quorum formam vultumque adhuc nullus labor deturparat, & ut Graeci dicerent, ὧν τὰς ὄψεις οὐδεμία παλαιστρία ἠφάνιζεν. Ea fine excogitata multa a veteribus mangonicae artis peritis, ut quam tardiſſime flos ille aetatis, quo paedagogia iſta commendabantur, praeteriret. Hi ſunt, quos Graeci dicunt ἀωρολείους; ut quidem ſcripſere nonnulli veterum criticorum in verſu hoc Cratini ex Archilochis, Ἐρασμονίδη Βάθιππε τῶν ἀωρολείων. ſed ſcripſerunt alii ἀωρολέους, ut apud Hephaeſtionem. ita & Aelianus nominat, de Animalibus lib. XIII. cap. XXVII. Vim Graeci illius nominis exprimit Seneca pluribus verbis epiſt. CXXII. *Non vivunt contra naturam, qui expetunt, ut pueritia ſplendeat tempore alieno? Quid fieri vel crudelius, vel miſerius poteſt? Nunquam vir erit, ut diu virum pati poſſit: & cum illum contumeliae ſexus eripuiſſe debuerat, ne aetas quidem eripiet.* Quare placet lectio omnium vett. *recentiora:* nec placet eruditiſſimorum virorum emendatio. *Recentia* ſervitia opponuntur exoletis & σκληροὺς καὶ πωγωνιᾶς, quos Graeci κιναίδους dixerunt. In libro Cujacii fuit *rectiora pollucioraque.* perperam. *pollučtiora* fortaſſe aliquis arripiat antiquarius, pro ſelectiora, meliora; qualia ſunt, quae diis conſecrantur & polluсta dicuntur. Nobis veriora quam acutiora ſunt cordi; cum praeſertim videantur veteres vocem *polluctus* in contrario ſenſu poſuiſſe. Plautus Rudente II. IV. II. *Non ego ſum polluсta pago.* id eſt, communis & omnibus expoſita. Casaub. Pal. ſec. *reciora pollicioraque*, quomodo fere Vaticanus. ſed belle habet vulgata, licet placuerit Lipſio *decentiora.* Conſulatur Caſaubonus; de eiſdem nos in ſuſpicionibus. Grut. *Retiora pollitioraque* Mem. & Barth. cod. unde alii *rectiora*, alii *decentiora* fecerunt, quae facile exemplis defendi poſſunt. *rectiora* vindicat Gronov. ad Senec. Epiſt. c. & Voſſ. ad Catull. p. 23. Barthius volebat, *eruditiora politioraque. recentiora*, quae omnium fere ſcriptorum & editorum eſt lectio, neſcio qui non placent, quia dubito an *recentia* mancipia recte dicantur, non quae veteranis; illa enim *novitia* appellari ſolent; ſed quae exoletis opponantur: *recentia* nuper acquiſita notant, ut apud Tacit. Agricolae. XXXIX. quare non alienus a Lipſii *Decentiora* ſum, quae ſatis munditiae & lautitiae conveniunt. Nam in emendo & corporis & animi dotes expendebat Caeſar. *Decentia* ſunt proprie corpore congruo, forma & ſtatura egregia, & ut de Tiberio ait cap. LXVI. qui erat *omnibus membris uſque ad imos pedes aequalis & congruens.* tales proprie *decentes.* Tacit. Agric. 44. *decentior quam ſublimior fuit.* noſter. Dom. XVII. *pulcher ac decens.* apud Ovid. III. Amor. III.

Longa decenſque fuit, longa decenſque manet.

vid. ad lib. III. Art. Am. 358. facilis vero *recentis* & *decentis* permutatio. vid. Heinſ. ad Ovid. V. Faſt. 123. Galli dicunt *bien faits.* animum ſpectant *politiora*, ne eſſent moribus inelegantibus & ruſticis, ſed & artibus & eruditione politi ſervi, qui magno vaenire ſolent. licet ex illis forte aliquis munditiae rationem non agnoſcat, quia & male decentes, & aſpero horridoque cultu eſſe poſſent. ſed qui in hac ſunt ſententia *politiora* etiam ad corporis cultum, & elegantiarum curam referant, per me licebit. Nam ita & *politam domum* explicuimus apud Phaedr. III. 4. ſed malo prius, ut *decentiora* munditiem ſpectent, *politiora* lautitiam, quia pluris venumdabantur. Burm.

Immenſo pretio.] Juvenalis Sat. V. 56.

Flos Aſiae ante ipſum pretio majore paratus.
Quam fuit & Tulli cenſus pugnacis & Anci.
Et, ne te teneam, Romanorum omnia regum
Frivola: quod cum ita ſit, tu Gaetulum Ganymedem
Reſpice, cum ſities; neſcit tot millibus emtus
Pauperibus miſcere puer: ſed forma, ſed aetas
Digna ſupercilio. Casaub.

Ipſum etiam] *Ipſe* Memm. & Barth. Cod. *Etiam ipſum* Venet. pr. & multae aliae, etiam Steph.

Ut rationibus vetaret] Libri duo, *ut rationib. quoque vet. inf.* Quae particula ſenſum juvat,

tricliniis: uno, quo sagati palliative; altero, quo togati cum illustrioribus provinciarum

juvat. nam qui frugi erant, quaecunque quovis modo expenderent, rationibus inferebant. Inf. Vesp. cap. XXII. TORR. Romanorum olim tanta in tabulis conficiendis diligentia, ut quaecunque ex caussa pecuniam expendissent, id in rationes referrent. Ideo dixit Seneca in epistola prima, *luxurioso diligenti rationem constare impensae*. Inde saepe usu venit, ut scelus pecunia redemtum, aliaque talia, ex ipsis auctorum tabulis probarentur. vel vide orationem pro Cluentio. Nullas vero tabulas conficere, quod olim de Antonio oratore vulgo creditum, hominis esse parum frugi, extra quam si quis filius familias esset, judicabant. Auctor Cicero pro Coelio. Circumspectiores, quod in Caesare hic notat Suetonius, quae male & nequiter emerant, vetabant rationibus inferri a dispensatore: aut sub falsis titulis jubebant inferri, ut de Vespasiano scribitur lib. VIII. XXII. Dispensator enim non solum aera singula annotabat, sed singulis summis titulum praeponebat, unde constaret impensae ratio. Posidonius in vita Augustini: *Nunquam clavem, nunquam anulum in manu habent: sed ab eisdem domus praepositis cuncta & accepta & erogata notabantur, quo sciretur, quantum acceptum, quantum dispensatum fuisset, vel quicquid indispensatum vel dispensandum remansisset: in multis titulis magis illius praepositi domus fidem sequens, quam probatum manifestatumque cognoscens.* Quos vocat Posidonius *titulos*, Cicero *articulos* dicit, ut ad Characteres Theophrasti notabamus; Graeci vulgo ἐλόγια. Λόγιον est scriptura brevis, sententia una, cujusmodi fere oracula erant. ἐλλόγιον est scriptio caussam expensae pecuniae continens, sive praefatio summae, quae in rationes refertur. Ἐλογεῖν exemplum & formula est in illo Vespasiani, cap. XXII. *Vespasiano adamato* HS. cccc. item illo ex rationibus Periclis, exagitato a Comicis: Εἰς τὸ δέον ἀνάλωσα πολλῶν. hinc ἐλλογίζειν, inferre rationibus cum indicatione caussae. Latine *imputare*. Paulus dixit συλλογίσασθαι. Glossar. *imputat*, ἐλλογεῖ. Graecis Jurisconsultis ἀντίλογος est compensatio, & ἐλλόγιμος ἄνθρωπος, quem nos lingua vernacula diximus, *homme de mise*. Vocem ἐλόγιον Romani fecerunt usu suam, & dixerunt *ellogium*, vel quod pridem obtinuit, *elogium*. nam plane nihil elogium quam ἐλόγιον, titulus, caussae brevis explicatio, praefatio: & ita saepe Valerius Maximus *praefationem* pro elogio usurpat. Hanc veram esse censemus vocis *elogium* originem, de quo tam multi ante nos quaesiverunt. CASAUB.

48. *Sagati palliative.*] Gallos, Graecosque his verbis intelligit. nam & pallium Graecorum erat, quod nemo ignorat; sagum vero etiam Gallorum. De quibus Strabo: σαγοφοροῦσι, καὶ κομοτροφοῦσι. Sic Turneb. Adversar. II. cap. XXVII. Adde Virgil. lib. VIII. Aeneid. Gallorum habitum describentem:

Aurea caesaries ollis, atque aurea vestis:
Virgatis lucent sagulis. Tum lactea colla
Auro innectuntur.

Trebell. vita Gallieni: *Perdita Gallia arrisisse, & dixisse perhibetur, Non sine trabeatis sagis tuta resp. est.* Tacit. de moribus Germanorum, cap. VI. *Nudi, aut sagulo leves, nulla cultus jactatio.* Sagum igitur ad Romanos a Gallis venit, hodieque nomen apud nos manet. TORR. Per *sagatos & palliatos* placet Turnebo Gallos & Graecos intelligi: sagum enim esse Gallorum. Hac ratione possumus & Hispanos intelligere: nam & illorum sagum erat. Praeter Strabonem in III. Appianus Ibericis: χρῶνται διπλοῖς παχέσιν, ἀντὶ χλαμύδων αὐτὰ περιπορπώμενοι, καὶ τὸ σάγον ἡγοῦνται. Mox: ἐνεπορπήσατο σάγον Ἰβηρικόν. Inde apud Val. Max. *sagulum Hispanum.* Sed non puto hanc auctoris esse mentem. De comitibus enim Caesaris hoc accipio, & ea, quae dicebatur cohors praetoria. Igitur per rogatos intelligit honestiores e comitatu: puta, consulares, praetorios, senatores, legatos, & quaestores: per *sagatos & palliatos*, turbam omnem reliquam. Sagatos fuisse Romanos castra sequentes, tam notum est, quam duces paludatos. Sic Vitellius, ut est scriptum lib. VII. Romam introiit paludatus ipse, comitibus sagulatis. quin ipsae quoque ducum chlamydes saga appellantur ab Horatio & Val. Max. Non est autem dubium, Caesarem in suo ministerio ac comitatu Graecos aliquos habuisse, ut medicos aut alios eruditos viros, quorum convictu delectaretur. hi sunt quos *palliatos* nominat. CASAUB.

Di-

rum discumberent. Domesticam disciplinam in parvis ac majoribus rebus diligenter adeo severeque rexit, ut pistorem, alium quam sibi panem convivis subjicientem, compedibus vinxerit: libertum gratissimum, ob adulteratam equitis Romani uxorem, quamvis nullo querente, capitali poena adfecerit. Pudicitiae ejus famam nihil 49 quidem, praeter Nicomedis contubernium, laesit, gravi tamen & perenni opprobrio, & ad omnium convicia exposito. Omitto Calvi Licinii notissimos versus:

Bithynia quidquid
Et paedicator Caesaris umquam habuit.

Praetereo actiones Dolabellae & Curionis patris, in quibus eum Dolabella *pellicem regi-*

Disciplinam rexit] Casaubonus ad Aug. XXIV. ubi similis locutio, inferioris aevi historicis usitatam notat. quum alii *disciplinâ regere* aliquem dicere soleant. sed & *imperio regere* centies occurrit: *imperium* tamen *regere* dixit Ovid. III. ex Pont. III. 61. ubi vide notas. sic JCt. Pomponius leg. II. §. 13. de O. I. *Quantum est enim jus in civitate esse, nisi sint, qui jura regere possint.* ubi insolentia locutionis moti, alii legunt *reddere*, perperam. Sidon. Apol. VII. 293.

Intemerata mihi praefectus jura regebat.

ubi vide Not. Savaronis. sic *ratio regitur* apud Grat. Cyn. 327.

Quae sit ratio & quo fine regenda.

ubi vide quae diximus. in Periz. & Harlem. erat *diligenter adeoque severe rexit.* quod non valde displicet. minime vero abjicienda illa *ac majoribus*; *pistor* exemplum est rei parvae, *adulterata uxor*, majoris. BURM.

In parvis ac majoribus rebus] Carolus Langius vir doctissimus, *ac majoribus* rejiciebat. TORR.

Alium quam sibi panem convivis subjicientem,] Pal. pr. & sec. *conviviis*, quod defendi quidem posset. quasi dictum, ut *matrimonia*, pro matronis, *servitia* pro servis. Sed putamus potius sphalma librarii. Interim animadvertenda heic venit fraus ista, ut & ingenium longe diversum ab ejus moribus, cujus meminit lib. II. Ep. 6. Plinius, *qui sibi & paucis optima quaeque, caeteris vilia & minuta ponebat.* addatur cap. XVII. Spartiani in Hadriano. GRUT. *Alium* deest Cod. Hulf. *Conviviis* Lugd. Junt. Arg. mox *quaerente* Ald. Paris. Venet. Sabellici & aliae quaedam. BURM.

Nullo querente,] Liber unus *quaerente*, id est, quaestionem exercente. unde *anquirere.* sed nihil muto. TORR.

49. *Pudicitiae famam.*] Notus in Caesarem Catulli versus:

Es impudicus, & vorax, & helluo.

Vide inf. Aug. cap. XXXIV. TORR.

49. *Praeter contubernium Nicomedis.*] Serio hanc maculam a se amovet Caesar, apud Dionem lib. LXIII. CASAUB.

Opprobrio] *Obprobrio* Memm.

Bithynia quicquid.] Finis est versus hexametri, cui subjungitur integrum pentametrum, *Et paedicator Caesaris umquam habuit.* TORR. Distinxi versus ut oportebat, antea visebatur versus primus integer, secundus mutilus, contra legem Pediam: est enim alter pentameter, prior finis hexametri. GRUTER. *Bithyniae* Codd. Copes. & Hulf. olim prior versus in *Caesaris* desinebat, etiam in Basil. Plantin. Torr. & Casauboni Edd. aliae eodem ordine, quo prosam scribunt. BURM.

Actiones Dolabellae & Curionis patris.] Supra cap. IX. orationes C. Curionis patris commemorat. Sic *actiones* C. Ciceronis in Verrem. Dolabellam autem non eum intelligo, quem Caesar adolescens accusavit; sed eum potius, qui occiso Caesare consulatum occupavit: tantisper dum libertati studere visus est, summopere eo tunc nomine a Cicerone laudatus: Fam. lib. IX. epist. XIV. & saepe alibi. Idem Dolabella seditione etiam contra Trebellium, Caesarem in Aegypto tunc agentem, offendit. de quo prolixe Dion lib. LII. Atque eo fortasse tempore Caesarem criminatus est. TORR.

Dolabellae] *Dolobellae* & mox *Dolobella* Codd. Copes. Harlem. Edd. priscae. vid. cap. 4.

Pellicem reginae,] Plures libri *pelicem*, ut semper in optimis quibusque MSS. exaratum inveni, quamvis, sive a *pelliciendo*, quod Festus voluit, sive a Graeco [illegible] dicitur, duplici *ll* scribi debeat. Vide Gell. lib. IV. cap.

reginae, *spondam interiorem regiae lecticae*; at Curio *stabulum Nicomedis*, & *Bithynicum fornicem* dicunt. Missa etiam facio edicta Bibuli, quibus proscripsit collegam suum,

III. & J. C. l. CXLIV. de Verb. signif. Reginae autem pellicem dixit, ut apud Ovid. lib. VI. Metam. 606. Philomela: *Pellex ego facta sororis*. Cicero pro Caelio: *Uxor generi*, *noverca filii*, *filiae pellex*. Quod qui non intellexit, pro *pellicem reginae* scripsit *pellicem regiam*. sic enim in quodam lib. MS. TORR. Ciceronis est locus in Orat. pro Cluent. c. 70. non pro Caelio; in Ovid. legitur *pellex sibi visa sororis*. *Pelicem* Mem. Copes. Ex. Vos. & ita Aug. LXIX. Copes. BURM.

Spondam interiorem.] Quod uxores, & qui quaeve uxorum loco, interius cubabant. Sic Horat. II. Od. III. *Interiore nota Falerni* dixit, quod optima vina interius remotiusque condebantur. Idem Epod. II. *Extrema & in sponda cubet*. TORR. Scipio Africanus in oratione in P. Sulpicium Gallum hominem delicatum: *Qui in conviviis adolescentulus cum amatore, cum chiridota tunica interior accubuerit; qui non modo vinosus, sed virosus quoque sit: eumne quisquam dubitet, quin idem fecerit, quod cinaedi facere solent?* Gell. VII. 12. CASAUB.

49. *Spondam interiorem regiae lecticae.*] Duo lecti latera *spondae* Latinis, Graecis ἐνήλατα. harum altera exterior dicta. interior, quae propius parietem erat, quae eminenti pluteo erat munita, hinc & pluteus proprie dicebatur. Isidorus: *Sponda exterior pars lecti*; *pluteus autem interior*. Ad pluteum mulieres cubabant; viri autem in priore sponda, quae & exterior. Ovid. III. Amor. XIV. 52.

Cur pressus prior est interiorque torus?

Marcellus: *Faecula, qua infectores utuntur*, *si spondam lecti priorem*, *qua vir cubat*, *perunxeris & spondae medio inligaveris*, *dolores capitis remediabis*. Artemidorus: τῶν δὲ ἐνηλάτων τὸ μὲν ἔσω ἰδίως τὴν γυναῖκα, τὸ δὲ ἔξω τὸν ἄνδρα. sic legimus apud Artemidorum. Nam hodie vice versa scriptum est: τὸ μὲν ἔξω τὴν γυναῖκα. quod ferri non potest, nec verum est: Pueri quoque cinaedi ad pluteum cubabant, in parte tori interiore. Martialis III. Epig. 91.

Exciduntque senem, spondae qui parte jacebat:
Namque puer pluteo vindice tutus erat.

Ubi pluteus pars tori interior. Hinc Dolabella Caesarem *pellicem reginae*, & *spondam interiorem regiae lecticae vocabat*. SALMAS. in Spartiani Ael. Ver. cap. V. in Martialis loco malebat Heinsius

Exciduntque senem sponda propiore jacentem.

sponsam hic Hulf. Edd. Venet. tres, Ovidii locum, memoria fretus fallaci, Tibullo adscripserat Salmasius, quod correximus. BURM.

Ac Curio] Palat. sec. *aut Curio*. forsan fuit *at*. quod heic magis quadraverit, quam *ad*. GRUT. *Ad* Cod. Barth. *ad* est *at*, ut supra jam vidimus *adque* & *atque* cap. XXIX. & alibi. *At* plane legitur in Ex. Vos. Edd. Rom. Bonon. & ita Salmasius: & recte. est enim gravius convicium, *stabulum*, & *fornicem* vocari, quam *spondam interiorem*. *a Curio* Lugd. & *Curio* Ald. Arg. Junt. vid. inf. cap. LII. BURM.

Quibus proscripsit collegam.] De edictis Bibuli sup. cap. IX. & XX. Male autem, qui *perscripsit* pro *proscripsit* legunt. *Proscribere* enim nihil aliud est, quam publice quid scripto proponere. Et quidem de Bibuli edictis sic Cic. ad Att. II. epist. XXI. *Itaque Archilochia in illum Bibuli edicta ita populo sunt jucunda*, *ut eum locum*, *ubi proponuntur*, *prae multitudine eorum qui legunt*, *praeterire nequeamus*; *ita ipsi acerba*, *ut tabescat dolore*. Archilochia vocat, quae Archilochi poëtae maledicentissimi jambos acerbitate aequare possent, ut in quadam ad Fabium Gallum epist. lib. VII. *Tigellium Calvi Licinii Hipponacteo praeconio addictum*, cum scribit, dignum Hipponacte stylum significat. TORR. Videtur pro *proscripsit*, emendandum *praescripsit*, nomina enim consulum in edictis praescribebant. Tacit. de Tiberio I. Hist. 7. *ne edictum quidem*, *quo patres in curiam vocabat*, *nisi Tribuniciae potestatis praescriptione posuit*, *sub Augusto acceptae*. *Verba edicti fuere pauca*, *sed sensu permodesto*, *de honoribus parentis consultaturus*. Suetonius ipse supra dictus XXVIII. *Edicto praefatus de summa se repub. acturum*. Sic ergo forte. *praescripsit*. *M. Bibulus & Bithynica Regina Collegae Coss.* &c. URSIN. Cave, assentiaris eruditissimo viro, qui emendat *praescripsit*. quod ferri non potest. Mirum, fugisse tantum in his litteris virum, quid sit *proscribere*. Dicitur enim de edictis magistratuum loco publico positis. Cicero ad Atticum: *Proscripsit ille*, *se per omnes dies*

suum, *Bithynicam reginam: eique regem antea fuisse cordi, nunc esse regnum.* Quo tempore, ut M. Brutus refert, Octavius etiam quidam, valetudine mentis liberius dicax, conventu maximo, quum Pompejum regem adpellasset, ipsum reginam salutavit. Sed C. Memmius etiam ad cyathum & vinum Nicomedi stetisse objecit, cum reliquis exoletis pleno convivio, adcubantibus nonnullis urbicis negotiatoribus, quorum refert nomina. Cicero non contentus in quibusdam epistolis scripsisse, a satellitibus eum in cubiculum regium eductum, in aureo lecto, veste purpurea decu-

dies comitiales de coelo servaturum. Graeci pro eo ἀσχάφειν dicunt & ηλιτίνειν. CASAUB. Adserit & hanc lectionem triplex scriptura Palatinorum. Male alii aut *perscripsit*, aut *praescripsit*. GRUTER. Satis vendicarunt vulgatam viri docti, contra eos qui *perscripsit*, *vel praescripsit* legunt. & miror Ursinum hic de praefatione, vel titulo edictorum, somniare: quum de acerbissimis edictis, quae multas criminationes cumulabant, agere sit manifestum. Haec contumeliosa & Archilogia publice proposita exprobrabant longo ambitu verborum Caesari impudicitiam, ita ut omnibus plane innotesceret; hoc enim est *proscribere*, quod probarem, si pueris haec scriberentur. BURM.

Bithynicam Reginam] *Bithyniam* Memm. Copes. Huls.

Valetudine mentis liberius dicax,] Merito. unde de Solone Trogi abbreviator lib. II. cap. 7. *subitam dementiam simulat, cujus venia non dicturus modo probibita, sed etiam facturus erat.* de qua re nos non protrita ad Tacit. VI. Ann. 24. *Vocesque deficientes adjecerat, queis primo alienationem mentis simulans, quasi per dementiam funesta Tiberio &c.* GRUTER. *Valetudine*, id est morbo, ut inferius cap. LXXII. GUJET.

Sed C. Memmius.] Sic plures libri, unus, *& C. Memmius.* Legendum puto: *Sed & C. Memmius*, deleta dictione *etiam*. De C. Memmio inf. cap. LXXIII. TORR. Pal. pr. *C.ª Metinus*, male, nec fortasse auctoris est, sed Glossarii illud *sed.* certe supervacuum esse res clamat. GRUTER. *sed Menius* Ed. Rom.

Ad cyathum & vinum.] Ad cyathum dixisse satis erat. Horat. I. Od. XXIX.

Puer quis ex aula capillis
Ad cyathum statuetur unctis?

Juvenal. Sat. XIII.

Nec puer Iliacus, formosa nec Herculis uxor
Ad cyathos.

Propert. etiam, *Lygdamus ad cyathos.* Graeci κυαθίζειν vocant. Duo igitur illa verba, *& vinum*, inepti alicujus glossemate margini adscripta, in contextum venere. Adde locum C. Gracchi apud Gellium cap. XII. lib. XV. TORR. *Et vi Nicomedi* Memm. unde Salmas. faciebat, *ad Cyathum eum Nicomedi stetisse. Et unicolli Nicomedi stetisse* Barthii cod. quod monstrum aliis procurandum relinquit. Torrentius, *& vinum* ejicit, sine dubio indicio Lipsii, qui in codice suo delendum notavit: retinendum suadet Scriverius, & Gronov. II. obs. 24. ut ἐν ἀγῷ ἀνῶ, explicat. Apud Graecos vero hoc ministerium non tam deforme habitum fuisse, etiam nobilissimis juvenibus, quam apud Romanos, nisi sacris ministrarent, docet Athen. X. 6. sed invalescente luxu, his delicatis & turpibus pueris ad Cyathum convivia plena fuere. BURM.

Pleno convivio] Nescio an hunc locum innuat Cl. Graevius ad Cicer. Rosc. Amer. cap. II. ubi *plenum convivium*, interpretatur lautum & copiosum. sed & hic, & Aug. LI. LXXVI. & Calig. XXIV. notat frequens, celebre convivarum numero. vide ad Petron. cap. XLIII. sic *plena mensa* Propert. II. XIII. 5.

Nunc sine me plena faciunt convicia mensa.

Hic τράπεζα πλήθουσα Basil. de legend. Libris Graecis §. 6. BURM.

In cubiculum eductum.] Liber unus *inductum*, alius *deductum*. quod sane malim, ut cap. sequenti, *Tertia deducta.* sensus enim est e triclinio in cubiculum deductum fuisse. Sueton. Aug. cap. LXIX. *Faeminam consularem e triclinio viro coram in cubiculum abductam.* TORR. Habetur in V. C. *in cubiculum regium deductum.* &c. vel, ut in alio, *inductum.* URSIN. A coena surgens Caesar, in ξενῶνα sive hospitale cubiculum sibi assignatum recesserat: si nihil aliud, saltem ut pudori suo consuleret: inde postea per satellites est eductus, & ad regem deductus, quod conciso hoc loquendi genere indicatur. atque ita Thucydides & au-

cubuiſſe, floremque aetatis a Venere orti in Bithynia contaminatum: quondam etiam in ſenatu defendenti Nyſae cauſſam, filiae Nicomedis, beneficiaque regis in ſe commemoranti, *Remove*, inquit, *iſtaec, oro te: quando notum eſt, & quid ille tibi, & quid illi tu dederis.* Gallico denique triumpho milites ejus inter cetera carmina, qualia currum proſequentes joculariter canunt, etiam vulgatiſſimum illud pronuntiaverunt:

Gal-

ctores alii ſaepiſſime verborum compendium faciunt. Quare nihil mutandum. De hujuſmodi tranſitu a triclinio in cubiculum loquitur Seneca, epiſtola xcv. *Tranſeo puerorum infelicium greges, quos poſt tranſacta convivia aliae cubiculi contumeliae exſpectant.* CASAUB. *Eductum* Palat. pr. & tert. etſi tertius additum habet *d*, ut fieret *deductum*. nam ſecundum praefert, *in cub. regi unicauctum*. Vulgata ſincera videtur. GRUT.

A Venere orti,] Pal. pr. & ſec. *ortae*, quod & heic locum ſuum obtineat. GRUT. *Ortae* Codd. Copeſ. Hulſ. Edd. Rom. Lugd. Junt. Ald. Steph. ſed *orti*, ſc. Caeſaris, rectum. ita *Romuli orti a Diis inſignia* &c. Liv. IV. 15. videntur vero hoſtes Caeſaris, & qui eum ſatyris proſcindebant, ſic vocaſſe per irriſionem: ſic Caelius ad Ciceronem lib. VIII. 15. *Vellem quidem Venere prognatus tantum animi habuiſſet in veſtro Domitio, quam Pſecade natus in hoc habuit. A Veneri* Harlem. BURM.

Defendenti Nyſae cauſam,] Recte ſic Pulmannus auctore Turnebo Adverſar. XXIV. cap. XIV. & ſic quatuor noſtri MSS. Unus etiam *filii*, non *filiae Nicomedis*. Et Nyſam ſane filium, non filiam fuiſſe Nicomedis, etiam Salluſtii fragmenta quaedam, ſi modo Salluſtii ſunt, atteſtantur. Muliebre tamen nomen eſt, & quidem ſororis Magni illius Mithridatis, apud Plutarchum Lucullo. Gellius quoque lib. V. cap. XIII. orationis meminit, quam C. Caeſar Pont. Max. pro Bithynis dixit. Beroaldus pro *Nyſae* ſcripſit *enixe*. TORR. MS. noſtri tuentur illud *filiae*: at in nomine variant, nam pr. *Niſae*, ſec. *Nuſſae*. tert. *enixe*. GRUT. *Defendenti ei Nyſae*. Ex. Voſſ. Codd. Copeſ. Harl. Cujac. & Barth. *ei in ſe cauſſam* Edd. Venetae tres. *defendenti enixe* Cod. Periz. Edd. Bonon. Lugd. Juntae Ald. Steph. Baſil. Gryph. & aliae plures. ita inf. LXXI. *tum enixe defendiſſet*. BURM.

Oro te:] *Inquit iſte, oro te* Exc. Cujac. *te* abeſt Codd. Periz. Harlem. Abb. Gand. Edd. Venetis, Baſil. Gryph. ſed reliquis fere adeſt, parum refert. vid. ad Petron. XLV. & LXI. & ad Phaed. IV. 19. ſimiliter apud Gell. XI. 8. *Tibi, inquit, oro te, quis perpulit. Orate* Cod. Hulſ. mox *quoniam notum eſt, quod* Cod. Periz. Edd. Venetae tres, Bonon. Lugd. Junt. Ald. *&* deeſt Mem. Hulſ. & Steph. & aliis. *illi tute* Mem. Periz. Ex. Voſſ. Hulſ. Steph. *Illi tederis* Exc. Cujac. *quoniam notum eſt* Cod. Pulm. & Ald. Man. BURM.

Qualia currum proſequentes joculariter canunt.] Vide Plinium lib. XIX. cap. VIII. Notatus hic mos ſaepe a ſcriptoribus Graecis rerum Romanarum. Huc refero illud Varronis de Lingua Latina lib. V. p. 56.: *Hinc appellatum dictum in mimo, ac dictioſus; hinc in manipulis caſtrenſibus dicta ducibus.* Intelligit militum διασκώμματα, quas in duces ſuos jaciebant. Martialis lib. I. Epig. 5.

Conſuevere jocos veſtri quoque ferre triumphi:
Materiam dictis nec pudet eſſe ducem.

A Graecis ad Romanos hunc quoque morem manaſſe certum eſt. Phurnutus de Diis: ὁ δὲ θρίαμβος ἀπὸ τοῦ θροεῖν καὶ ἰαμβίζειν τὴν κλῆσιν εἴληχεν· ὅθεν καὶ ἐν τοῖς κατὰ τὸν πόλεμον θριάμβοις ποιοῦσιν ἀναπαίστους σκώπτοντες χορῶν). in capite de Baccho. CASAUB. Tacitus vocat *facetias*. His forte in triumphali pompa olim datus locus, ut inter praemia virtutis triumphator, modeſtiae cauſſa vitiorum quoque, quibus ſine nemo naſcitur, admoneretur. Ne, ſcilicet, *ſibi nimium placeret*. ita enim loquitur Juvenalis Satyr. X. 41. ubi cauſſam reddit, cur triumphali curru etiam ſervus fuerit portatus.

Et ſibi Conſul
Ne placeat, curru ſervus portatur eodem.

Quo & faciunt illa Tertulliani Apolog. cap. XXXIII. *Hominem ſe eſſe etiam triumphans in illo ſublimiſſimo curru admonetur. Suggeritur enim a tergo*, RESPICE POST TE, HOMINEM MEMENTO TE ETIAM. *Utique hoc magis gaudet tanta ſe gloria corruſcare, ut illi admonitio conditionis ſuae ſit neceſſaria.* Quae huc inprimis faciunt. BOXHORN.

Vul-

Gallias Caesar subegit, Nicomedes Caesarem:
Ecce Caesar nunc triumphat, qui subegit Gallias:
Nicomedes non triumphat, qui subegit Caesarem.

Pronum & sumtuosum in libidines fuisse constans opinio est, plurimasque & illu- 50 stres feminas corrupisse: in quibus Postumiam Servii Sulpicii, Lolliam Auli Gabinii, Tertullam M. Crassi, etiam Cn. Pompeji Muciam. Nam certe Pompejo, & a Curionibus patre & filio, & a multis exprobratum est, quod, *cujus caussa post tres liberos exegisset uxorem, & quem gemens Aegisthum adpellare consuesset, ejus postea filiam potentiae cupiditate in matrimonium recepisset.* Sed ante alias dilexit M. Bruti matrem Serviliam: cui & proximo suo consulatu sexagies HS. margaritam mercatus est: & bello civili super alias donationes amplissima praedia ex auctionibus hastae ei numo addixit. Quum quidem plerisque vilitatem mirantibus, facetissime Cicero,

Quo

Vulgatissimum illud] *Illud vulgatissimum* Exc. Vos. & Cujac. Ed. Basil. *Praeconcinnuerunt* malebat etiam Heinsius pro *pronuntiaverunt*, sed & carmina *pronuntiata* dixit Galb. IX. *Versum pronuntiare* Aug. XCVIII. *Annales Ennii pronuntiare* Gramm. II. vid. infr. cap. LXXXIV. & ita millies de omnibus, quae voce & clare efferuntur. BURM.

Gallias Caesar subegit, Nicomedes Caesarem.] Dio vertit lib. XLIII. Καῖσαρ μὲν Γαλάτας ἐδουλώσατο· Καίσαρα δὲ Νικομήδης. poterat aptiore verbo uti quam δουλῶσαι, quod parum quadrat. CASAUB. *Gallos* Venet. pr. Lugd. Junt. Arg. repetitum ex cap. LXXX. sed vitiose. BURM.

Ecce Caesar] Hic versiculus desideratur in Memmiano. *Et quare Caesar triumphat* Cujac.

Corrupisse] Excidit ex Copesiano hoc verbum.

Postumiam] *Postuminam* Memm. & Copes. male. *Servii Sulpicii* scil. uxor. vid. Manut. ad Cicer. IV. ad Famil. 2. BURM.

Gabinii] *Gabini* Copes. Edd. Venet. pr. Juntae, Lugd. & aliae. *Galbinii* Basil

Tertullam] *Triculam* Ed. Venet. pr. *Tertulam* Bon. *Tetullam*. Basil.

Recepisset] *Recepisse* Cod. Mem. *repetisset* Barthii. & simile quid, certe pro varia lectione, notatum fuisse in Memm. codice efficitur, quod mox, *ante alias repetisset dilexit* legatur. Exc. Cujac. etiam *repetisset* pro Var. lect. habent. & certe majorem infamiam notaret, si sponte & ultro Caesaris filiam petiisse exprobraverint: *repetere* vero hic non est repudiatam reposcere, ut in Calig. XXV. *repetere usum mariti*. sed ut *recipere* in matrimonium, ita *repetere* pro simplici petere, sed instanter & saepe petere. vid. ad Ovid. IV. Met. 462. & ad Val. Flac. III. 596. sic *repetere* inf. Aug. XVIII. pro bis terve petere. *reposcere* Aug. XLIV. & ita Casaub: *retegere* explicat in Aug. LXXVIII. licet ibi aliter nos interpretemur. BURM.

50. *Proximo suo consulatu*] Non erraverit, ut arbitror, qui *primo suo cons.* legendum esse contendat. Aut *proximum* intellige, quem ipso belli civilis ingressu occupavit, hoc est, secundum. TORR. V. C. habet, *cui & primo suo consulatu*. URSIN. Eum accipe, qui proxime tempora illa secutus est, quibus Serviliam amare coepit: vel, ut cum Plutarcho dicam, quem proxime praecessere οἱ χρόνοι, καθ' οὓς μάλιστα ὁ ἔρως ἐπέθαλλε. Erat autem tunc temporis Caesar juvenis & νεαλὴς ἦν, ait Plut. CASAUB. *Cui in proximo* Copes. ut mox cap. LIV. *in primo consulatu*. vid. ad Domit. XV. & supr. cap. VII. & alibi: *proximo* etiam Lipsius: IX. voces vero *proximus* & *primus* variari docet Jac. Gron. ad Liv. II. 33. BURM.

Sexagies HS.] Quae summa centum quinquaginta millia nostrorum aureorum facit, quando ille Cleopatrae unio centies LLS. aestimatus sit, id est aureis ducentis quinquaginta millibus nostratibus. EGNAT. *Sexagiens sestertii*, vel *sestertio* Memm. sed correctum *sestertium*.

Mercatus est] *Mercatest* Exc. Cujac.

Amplissima praedia] Quale illud Pontii Neapolitani, quod Servilia mater Tyrannoctoni, id est Bruti, possidebat, fuisse censet Victorius ad Cicer. XIV. ad Att. 21. BURM.

Minimo addixit.] Beroaldus in omnibus, quos viderit libris, *nummo* scribi affirmat; ego utrumque repperi. Et olim quidem emptio-

 nis

Quo melius, inquit, *emtum sciatis*, *Tertia deducta est:* existimabatur enim Servilia etiam filiam suam Tertiam Caesari conciliare. Ne provincialibus quidem matrimoniis

nis quoddam simulatae genus erat, ut dato quis nummo, quod emere videbatur, donatum acciperet, de quo Porphyrio ad illud Horatii lib. II. Sat. v.

- - - *gaudentem nummo te addicere.*

Similis & apud Val. Max. locus lib. II. cap. v. ubi de Hirtii & Pausae funere scribit. Et apertius J. C. l. XLVI. locati, & l. x. de acquir. possess. ubi conductionem, quae uno nummo fiat, nullam esse ajunt, ideo quod donatio inducatur. Sed tamen aliae rationes me movent, ut non *nummo*, sed *minimo* legendum hic esse existimem. nam si emptio, quae nummo fit, non emptio, sed donatio est; quomodo verum erit, quod mox sequitur, plerosque admiratos fuisse vilitatem pretii? Deinde Macrob. lib. II. Saturn. cap. II. de eadem re scribens, non nummo, quod verbum sollemne est, sed aere parvo fundum ablatum scribit. Sequitur igitur veram, non imaginariam hanc venditionem fuisse. Idque & Caesari & Serviliae erat honestius. TORR. Turonensis liber, *ex auctionibus hastae minimo addixit.* idque jam probo. & sententiae Torrentii lubens accedo. CASAUB. Palat. omnes *minimo*, quod fere est, ut propugnem cum Torrentio, ob rationes, quas promsit in commentariis suis. GRUTER. *Nummo*, minimo pretio. GUJET. *Hasta e minimino*, diductis ultimis litteris *ae*, Cod. Huls. *hasta ex minimo* Exc. Cujac. *Hastae ei minimo* Memm. *Hausta ei minimo* Copes. *hastae ex nummo* Ed. Rom. *hastae minimo* Harlem. Edd. Venetae Basil. Gryph. & aliae. *hastae nummo* Lugd. Junt. Ald. Steph., hinc in partes eunt viri docti. *minimo* probant Torrentius, Casaubonus Barthius, & in priore editione Cl. Graevius, sed animose satis refutat hanc sententiam Salmasius de Usur. pag. 360. & seqq. cui secundas agit, etsi nullam ejus mentionem injiciat, Cl. Bentlej. ad Horat. I. Satyr. IV. 14. Ego quamvis ad sententiam parum referre arbitrer, tamen *minimo* praetuli cum Torrentio, quia *nummo addici* usurpatum esse novi in venditionibus imaginariis, quales multae ex subtili ratione JCtorum Romae celebrabantur, & quae re vera erant donationes. Sed an in auctionibus hastae id fieri potuisset nescio, aut exemplo posset confirmari: qui praeerat hastae poterat minori pretio addicere, sed non, ut puto, nummo: rationes enim deferendae erant ad aerarium, cui quidem satisfieri aliqua specie poterat minimo & vilissimo pretio, sed non nullo. nisi in proverbii speciem hanc locutionem, *nummo emere & vendere*, abiisse velimus. Eligat ergo lector utrum malit. *addixit* Cod. Huls. BURM.

Vilitatem] *Utilitatem* Copes. ita centies variant Codd. vid. ad Vellej. Paterc. II. 46. Quinctil. Inst. v. 7. & alibi. forte *quam quidem* &c. BURM.

Facetissime] *Facetissimo* Cod. Mem.

Quo melius emptum sciatis, *Tertia deducta est.*] Pro vulgatis illis, *quo melius* V. C. habet, *quo vilius*, quod magnopere placet. URSIN. *Bene emere* est vili pretio emere, ἄξιον πρίασθαι, vel ἀξίως. Doctissimus Turnebus, qui hic & in epigrammate Martialis care emere interpretatur, aliud agebat, cum illa scriberet, neque Turnebus erat. Sensus est, eos qui pretii parvitatem mirarentur, quo praedia emerat Servilia, magis miraturos, si sciant tertiam partem a venditore Caesare fuisse remissam. Haec simplex sententia horum verborum, in quibus latet Ciceronis jocus propter ancipitem notionem vocum *tertiae* & *deducere.* Docti viri putant, alludi ad legem Caesaris de solutione aeris alieni; subtilius meo judicio, quam verius. CASAUB. *Melius* firmat Pall. trias. adeo ut mirer Ursini libros exhibere *vilius*, idque ei probatum. GRUT. A consensu omnium scriptorum & editorum non temere recedendum. & *vilius* a glossatore profectum credo: nam *bene* & *male* emere centies occurrit, nec ipsi tyrones hoc docendi sunt. BURM.

Tertia deducta est.] Contigerat per legem Caesaris, de qua sup. cap. XLII. ut ad minimum quarta pars debiti, & saepe tertia summae deduceretur. *Deducere* etiam, uti & *perducere*, unde *perductores* Plauto & Ciceroni, non multum a lenonibus differentes, ad amoris conciliationem pertinent. Cicero igitur facetissime hoc dicto & legem Caesaris, & libidinem notavit. Similis in Verrinis locus: III. 34. *qui ad istum deduxerat Tertiam, Isidori mimi filiam.* Et sup. cap. proximo Auctor:

niis abstinuisse, vel hoc disticho adparet, jactato aeque a militibus per Gallicum triumphum:

Urbani servate uxores, moechum calvum adducimus.
Aurum in Gallia effutuisti: hic sumpsisti mutuum.

Dilexit & reginas, inter quas Eunoën Mauram, Bogudis uxorem: cui, maritoque ejus, plurima & immensa tribuit, ut Naso scripsit: sed maxime Cleopatram, cum qua

ctor: *Deductum in cubiculum.* Adde Tib. cap. XLV. & Vesp. cap. XXII. Torr.

Deducta est] *Est* deest Memm. & auctoritate Macrobii abjiceudum censet Jac. Gron. omnes tamen reliqui codices agnoscunt. Burm.

Filiam suam Tertiam.] *Juniam Tertiam* vocat Macrobius, uxorem C. Crassi. Sed quis hic C. Crassus fuerit, ignoro. Serviliae sane maritum Junium Silanum appellat Plutarch. Catone Uticense, qui Cato Serviliae frater uterinus erat, avunculus Bruti. Altera Servilia Lucullo nupserat, & ipsa fama parum integra, ut totum Catonis gynaeceum. Vide Plutarchum. Torr. Haec est quae nupsit Cassio. vid. Cicer. XIV. ad Attic. 20. & Macrob. II. Sat. 2. Broukh. Et vide Lips. ad Tacit. III. Ann. cap. ult. dicta & *Tertulla. Serviliam* etiam Junt. Ald. Arg. Steph. sed quem non offendunt tot voces in *am* exeuntes, cum jam quatuor sequentes satis aures radant? ego libens ejicerem *filiam*, vel *suam*. Burm.

Matrimoniis] *Matronis* Cod. Periz. sed & hoc a glossatore natum, forte ex titulis capitum antiquis editionibus adscriptis, qui hujus est, *de luxuria ejus in provinciales Matronas.* Sed vulgatum est *matrimonia*, ut apud Justin. III. 3. poni pro uxoribus. Hinc illud dictum Varronis apud Non. Marc. in *Strabones. habet quiddam ἰλλωπικὸν provincialis formosula uxor.* Burm.

51. *Auro in Gallia stuprum emisti.*] In vetusto codice ita legitur: *Aurum in Gallia effutuisti, hic sumsisti mutuum.* Carmina sunt quadrata trochaica catalectica, non tam recta lege, ut superiora Titulo XLIX. trochaeo locis paribus dominante. sed pro *effutuisti*, lego *effutivisti*, conjugationis regula, & carmen etiam sic melius habet. Sensus autem est: Quod aurum heic ex aerario sumsisti mutuum, nempe ut fures solent, numquam redditurі: hoc, inquam, effutivisti in Gallia, id est, turpiter cum magnatum feminis insumsisti. Hic sensus longe simplicior est, atque adeo etiam argutior, quam si dicamus, Heic sumsisti mutuum, id est, heic vicissim tuam etiam uxorem stuprari a Clodio passus es. Longe argutius est, de furto sumere mutuum, quod numquam sis redditurus, pro furari: quam pro stuprari, quod Beroaldus sentit. Qui loquendi modus etiamnum hodie de furto, non de stupro, manet vulgo frequentissimus. Glarean. Quod Beroaldus, & Glareanus affirmant in lib. MS. legi, *aurum in Gallia effutuisti*, id nos quoque in tribus exemplaribus repperimus. Et sane militari licentiae convenit, de qua Martial. I. Ep. 5.

Consuevere jocos vestri quoque ferre triumphi:
Materiam dictis nec pudet esse ducem.

Exstat Catulli epigramma acerbissimum eodem pertinens. Veterem tamen lectionem non rejicio. sic enim & Horat.

Dedecorum pretiosus emptor,

lib. III. Od. VI. Torr. *aurum i. G. effutuisti* Pal. pr. & sec. idemque adnotatum ad oram tertii, in quo vulgatum illud *auro in Gallia stuprum emisti*, quod ineptum est. Grut. *Galliis* metrum postulat. Gujet. *Auro in Gallia stuprum emisti* Codd. Periz. Harlem. Edd. priscae omnes, usque ad Casaubon. qui restituit ex MSS. ita & Bart. Cod. *sumpsti* Ald. Steph. *Aurum in Gallia effutivisti* Exc. Cujac.

Et reginas] *Et* deerat Harlem.

Eunoen Mauram] Sic Pal. pr. & sec. nam tertius secutus est apices libri sui, dubitesque an expresserit *Euriem*, an vero *Eunem*; quod ultimum Turnebo placitum. Grut. *Eunonem* Periz. *Euriem* Cod. Harl. Edd. Venetae tres & Bon. *Eunoem* Lugd. & Juntae. sed *Oppia Eunoe* in lapide apud Gruter. CCCXLIV. 8. & aliae simili nomine plures. *Cimoen* Cod. Pulm. & alter *Euricem*. Burm.

52. *Ut Naso scripsit.*] Recte sic ex interpretum sententia Pulmannus, cum *Vasa* pro *Naso* habeant libri omnes, quos vidi. Actorii Nasonis mentio sup. cap. IX. At vero pro *Eunoën* codex unus e nostris *Eincën* habet. Tur-

qua & convivia in primam lucem saepe protraxit, & eadem nave thalamego paene

Turneb. *Eunen* mallet Adversar. III. cap. XXII. Torr. Probaliter disputant interpretes laudari Actorium Nasonem, cujus ante facta mentio. tamen Viterb. *Nasa* habet: & in ora *Vassa*, Lisiaci *Vasa*. Pithoei & Turonensis *Vasto*. Casaub. Palat. pr. *ut Vasa scripsit*. sec. & *Vasa scripsit*. tertius, *ut Nasa scripsit*. Grut. *Ut Vasta* Memm. *et Vasa* Codd. Periz. Hulf. Edd. Rom. Venet. pr. *ut Vasa* Exc. Voss. & Cujac. Basil. Gryph. & aliae. & in Marg. Steph. manus docta. *Ut Vasto meminit* Cod. Barth. & *ut Naso scr.* Lugd. Junt. Arg. Heins. *Vassa* vel *Vatia* volebat. ineptam interpretationem Baptistae Pii vide apud Barth. & Berneccerum. *Sextius Naso* inter conjuratos infra a Casaub. ad cap. LXXX. ponitur. Apud Tacit. I. Hist. 20. *exauctorati tribuni e praetorio Antonius Taurus, & Antonius Naso*. ubi MS. Farnes. *Aurelius Naso*. nam si & *Antonius* dictus fuisset, Tacitus scripsisset *Antonii Taurus & Naso*. nisi quis ibi *Antronius* vellet cum Nic. Heinsio, aut *Actorius*, ut supr. cap. IX. Burm.

In primam lucem] *In prima luce* Copes.

Nave thamalego] Pro *thalomoque*, *thalamego*, legendum esse nulli dubium esse possit. Est autem *thalamegus* navis à Philopatore Aegyptio rege primum fabricata, qua Nilum, & Aegypti fossas navigaret, eo usu, ut intra thalamum in regia sibi esse videretur, magnitudine semistadii, latitudine cubitorum XXX. & amplius, nec longis navibus, nec rotundis omnino similis, prora, puppique duplici, fundo lato, planoque; quali forma fluviatiles sunt ferè omnes. Strabonis interpres thalamiferas naves hasce appellavit, quibus Aegyptii frequenter uterentur solatii caussa. Visitur. & Venetiis in patria navis, huic Aegyptiae persimilis, cui Bucentauro est nomen, qua Princeps, & Senatus vehi solent occursuri principibus viris augustissima specie. Plinius septimo, *vittatae navis* meminit, quam Graeci & Sophocles in primis, uti opinor, *ταινιωτὴν* dixere, quae & ipsa majore ornatu spectaretur, qua ferunt a Dionysio Platonem exceptum honoris gratia. Egnat. Tres libri *thalamoque*. Placet *thalamego*. Qualem, teste Athenaeo, lib. V. cap. 9. Ptolemaeus Philopator habuit, longitudine semistadii, latitudine XXX. cubitorum, altitudine paulo minus XL. Seneca lib. VII. de Beneficiis *navem cubiculatum* vocat. Tali, vittata insuper, Platonem ad se venientem excepit Dionysius tyrannus. Plin. lib. VII. cap. XXX. Torr. Quales habebant paratas Aegyptii reges DCCC. Vide Appianum in prooemio. Similes, si usum spectes, veterum Gallorum *paradae*, de quibus Ausonius & Sidonius. Item illa Neronis, de qua Plutarchus *περὶ ἀοργησίας*. Seneca *cubiculatas & lusorias* vocat. De iis sentit Gripus in Rudente:

Post animi caussa mihi navem faciam, atque
imitabor Stratonicum:
Oppida circumvectabor. Casaub.

Pal. sec. *thalamegone Aethiopia tenus*. Pr. & tert. *thalamoque*. Grut. *Thalamoque* Codd. Copes. Harlem. Ex. Voss. & Cujac. Edd. Rom. Venet. prior (quae & *eandem*) & duae aliae, Bon. Lugd & aliae. *Thalamago* Periz. & Edd. Ald. Steph. vide Scheffer. de Milit. Naval. II. 2. quod vero Casaubonus & alii viri docti *Paradas* Ausonio & Sidonio dictas, easdem esse putent, valde eos falli credo. nam ex illis Auson. Epist. V. 27. *Expositum subter paradas*. & Sidon. VIII. Ep. 12. *superflexa crate paradarum serenus brumalis insida vitabit*. manifeste patet, non ipsam navem, sed in nave aliquid tentorii simile fuisse, sub quo jacentes in toro aeris injurias, & solem vitare poterant. Cangius in Glossario partem navis, sub qua jacebant, ita dictam suspicatur. Savaro se ignorare fatetur. & quum in MSS. *Plancarum* reperisset, tabulatum aliquod esse existimavit. forte simile isti parti, quam nostrates *Kajuyt*, Galli *Cabute* a voce *Hut*, quae casam notat, vocant. sed rectius umbraculum fuisse in foris vel transtris navium, quod *Conopeum* alii vocant, Galli *pavillon*. quale adhuc hodie saepe in navibus ex contis & velis construi videmus. & ita suspicatus erat Turneb. XXII. Adv. 10. quale & in litore fecisse se Rutilius narrat. lib. I. Itin. 347.

Parvula subjectis facimus tentoria remis,
Transversus subito culmine contus erat.

Vide plura apud Martin. Lex. Etym. in hac voce, & Vossium. Originem nominis verosimile est fluxisse a *parata*, qua ejus aevi scriptores apparatum omnem & pompam, ut Galli *parade*, notabant. vide Salmas. Exerc. Plin. pag. 789. Burm.

Aethio-

ne Aethiopia tenus Aegyptum penetravit, nisi exercitus sequi recusasset. Quam denique adcitam in urbem, non nisi maximis honoribus praemiisque auctam remisit: filiumque natum adpellare nomine suo passus est. Quem quidem nonnulli Graecorum similem quoque Caesaris & forma & incessu tradiderunt. M. Antonius agnitum etiam ab eo, senatui adfirmavit: quae scire C. Matium, & C. Oppium,

Aethiopia tenus] *Aethiopiam* Cod. Periz. ut idem codex Neron. XV. *Hostiam tenus.* vid. ad Valer. Flac. I. 518. Maser. & Carrion. BURM.

Nisi exercitus sequi recusasset.] Attende loquendi genus, *Aegyptum paene penetravit, nisi exercitus sequi recusasset*; pro factumque esset, nisi. *penetravit* igitur, est penetraturus fuit. Sic in Galba cap. X. *Servi per angiportum in balnea transeuntem paene interemerunt, nisi expressa cruciatu confessio esset.* Hegesippus ψιλοπαιγνιωφ..., libro II. *Tanto impetu in Romanos prosiluere, ut omnem exercitum averterent, nisi equites subvenissent.* libro quinto idem: *Romanos flammae circumvallaverant, nisi mature consuluissent.* CASAUB. Recte Casaub. hic & ad Galb. c. X. exponit pro *penetravisset.* vide Buchner. de commutata ratione dicendi pag. 124. & Jacob. Gron. ad Arrian. lib. VII. 16. BURM.

Quam denique accitam in urbem.] Cleopatram venisse Romam proximo anno post bellum Alexandrinum a Caesare confectum, testis luculentus est Dio lib. XLIII. Hieronymus ex Eusebio in illo anno, qui est ipsi quartus Olympiadis CLXXXIV. *Cleopatra regio comitatu Urbem ingressa.* nam quin appellatione Urbis Romam & Eusebius & Hieronymus intellexerint, non potest dubitari. etsi aliter summo viro scimus esse visum: sed hoc est γεροντικὸν ἀνδρὸς δαιμονίου, cui Suetoniani hujus loci tunc in mentem non veniebat, καὶ πάνυ ἀξύγγνωστον ἁμάρτημα. CASAUB. *Ascitam* Codd. Copes. & Hals.

Similem Caesaris] *Caesari* Codd. Copes. Pulm. & Ex. Voss. Edd. Rom. Venet. & omnes fere antiquae. sed in Gryph. Plantin & reliquis *Caesaris* legitur.

Tradiderunt] *Tradiderant* Cod. Periz.

Quae scire C. Martium & C. Oppium reliquosque Caesaris amicos.] Titulus hic ostendit Caesaris libidinem in Reginas, & duas adducit: sed de Cleopatra longiorem facit sermonem, ex qua filium Caesari natum, multis verbis inducit probationes Graecorum, M. Antonii, C. Martii, C. Oppii, ac reliquorum Caesaris amicorum. In vetusto codice pro, *quae scire*, scriptum est, *que scire*, absque diphthongo, ut z post q vulgato scribendi modo. Unde ego conjicio legendum, *scireque C. Martium & C. Oppium, reliquosque Caesaris amicos.* atque ita etiam quidam codex alius habet. Denique ut clarius fieret, scisse C. Oppium, Caesarem ex Cleopatra natum agnovisse, ipsum Oppium librum edidisse, in quo ostendat esse Caesaris filium, quem Cleopatra dicat. Quae si ita sunt, ut attente totum contextum legenti patet, certe negatio, *non*, ante verbum *esse*, tollenda est: alioqui contraria fuerint. Si C. Oppium cum C. Martio scire dicamus, quod M. Antonius Senatui affirmaverat, nempe Caesarem agnovisse filium: & nunc C. Oppium librum edidisse pro patrocinio, non esse Caesaris filium. Omnino igitur negatio auferenda. Ceterum multum momenti est, in *scireque*, quod commentatores non notasse admodum miror. Sed & D. Erasmus tumultuarie hunc locum legisse videtur, cum in annotationibus ponit haec verba, *Librum edidit non esse, pro eo quod est, libro testatus est.* Alioqui, quo erat acri judicio, probe vidisset hanc lectionem cordato lectori neutiquam probari. Totus igitur locus ita legatur: *M. Antonius agnitum etiam ab eo, Senatui affirmavit: scireque C. Martium & C. Oppium, reliquosque Caesaris amicos, quasi plane defensione ac patrocinio res egeret, librum edidit, esse Caesaris filium, quem Cleopatra dicat.* Lector attente locum perpendat, & videbit nos non temere in hanc descendisse opinionem. GLAREAN.

C. Matium.] Sic exemplar Vaticanum, & Turnebi codices. Quanquam alii *Mattium*, alii *Macium* scribi debere contendunt. Hujus C. Matii ad Ciceronem, & Ciceronis ad Matium epistolae exstant Famil. lib. XI. De eodem ad Att. lib. IX. epist. XIII. *Homo me hercule temperatus, & prudens.* Iterum ad Treba-

pium, reliquosque Caesaris amicos: quorum C. Oppius, quasi plane defensione ac patrocinio res egeret, librum edidit, *Non esse Caesaris filium, quem Cleopatra dicat.* Hel-

batium lib. VII. epist. XV. *Quod in C. Matii, suavissimi doctissimique hominis, familiaritatem venisti*, &c. Communis Matii & Trebatii ad Ciceronem epistolae exemplum inseritur lib. IX. ad Att. epist. XIX. C. Matium quoque de re rustica scripsisse, ostendit Columella lib. XII. cap. IV. Fuit & Cn. Matius, & quidem (ut ego arbitror) Cajo vetustior, homo impense doctus. Cujus mimiambos citant Gellius lib. X. cap. XXIV. lib. XV. cap. XV. & lib. XX. cap. VIII. & Macrob. lib. I. Saturn. cap. IV. Ejusdem etiam Iliadis libros Gell. lib. IX. cap. XIV. & lib. VI. cap. VI. Quanquam mendose ibi *Trimatium* pro *Cn. Matium* scribitur. Varro quoque (ni fallor) lib. VI. de Ling. Lat. hos versus:

Corpora Graecorum moerebat mandier igni.

Et,

Obscoeni interpres funestique ominis auctor.

Quanquam nec praenomen ibi exprimitur, nec operis titulus, & pro *apud Matium* quidam codices *apud Marcium vatem* habent. Plinius etiam Cn. Matii Equitis meminit, qui primus nemora tonsilia invenit, & cum Augusti amicum vocat, lib. XII. cap. II. Nisi tamen *C. Matius* ibi legendum sit, ut idem mortuo Caesare Dictatore in Augusti amicitia perseveraverit. Fuit & malum Matianum, a quocumque velis Matio appellatum. de quo Plin. lib. XV. cap. XIV. Colum. lib. V. cap. X. Macrob. tamen lib. III. cap. IX. *Mattianum* vocat, ut nimirum *Attius* pro *Atius*, *Attilius* pro *Atilius*. Vide inf. Domit. cap. XXI. TORR. Tacitus Annal. lib. XII. LX. *C. Oppius & Cornelius Balbus primi Caesaris opibus potuere conditiones pacis & arbitria belli tractare. Matios posthac & Vedios, & caetera equitum Romanorum praevalida nomina, referre nihil attinuerit.* Multa M. Tullius in epistolis ad Atticum. CASAUB. *Affirmavitque scire C. Matium* Codd. Memm. Periz. Edd. Bonon. quod evenit, quia in scriptis & primis editionibus, ut Romana, *ae* per simplex *e* exprimitur. sic supr. XXVI. *interimque* & *inter quae* varie legitur, & mox LV. *adfirmavitque Macium* &c. omisso *scire* Cod. Barth. *C. Macium* etiam Cod. Periz. Venet. pr. *Mutium* Hulf. *Marcium* vel *Martium* Ed. reliquae vetustae, usque ad Plantini. & Casaubonianas. vid. Domit. XXI. Harduinus ad Plin. XII. 2. *C. Matium* ibi memoratum, diversum ab hoc Matio credit; sed quum amicus Augusti dicatur, idem esse videtur. vide & Cicer. VI. ad Famil. 12. deinde *Appium* Cod. Mem. quae varietas & in Domit. VI. Oppius vero, hac saepe in vita laudatus, scripsit vitas Illustrium virorum. vid. ad Gell. VII. I. Ita forte vitam Caesaris conscripsit, quae an hic intelligatur, an peculiaris libellus, de Cleopatrae partu, nescio. BURM.

Plane] *Plene* Harlem.

Librum edidit non esse] Pro eo quod est, libro edito est testatus. ERASM.

Non esse Caesaris filium] Atqui Antonius Oppii testimonio probare voluit esse Caesaris filium. Aut ergo tollenda est negatio, quod Glareano videtur; aut fatendum est, Oppium aliter scripsisse, quam Antonius diceret. Quod ego sane crediderim; maxime si Antonium id senatui affirmasse dicamus, quo tempore ante bellum Actiacum Caesarem Octavianum tanquam insititium criminabatur, cum verus superesset filius Caesario ex Cleopatra. Quam idcirco Reginam Regum appellari jussit, & Caesarionem pro germano Caesaris filio haberi voluit. quod ita Dio sub finem lib. XLIX. & Zonaras de Antonio tradunt. Ac credibile est, tunc Oppium in Octaviani, cujus partibus adhaerebat, gratiam singularem ea de re librum edidisse, cui titulus fuerit: *Non esse Caesaris filium, quem Cleopatra diceret.* Scio tamen, Dionem scribere a IIIviris, ac proinde durante adhuc Antonii amicitia, Cleopatrae, quod Dolabellae auxilia misisset, concessum fuisse, ut ejus filius Ptolemaeus, cui cognomen erat Caesario, Rex appellaretur. Quo tempore si quid forte Antonius senatui ea de re affirmavit, quia verisimile non est, Oppium tunc contradicturum fuisse, amplectenda erit Glareani sententia, ut hunc locum sine negatione legamus. Celare etiam lectorem nolim, in libro quodam pervetusto pro *quem Cleopatra dicat* legi, *quemque Cleopatra dicat*, pro *quemquem*, ut arbitror; in altero vero *quicquid Cleopatra dicat.* Item pro *ab eo*,

Helvius Cinna tribunus plebis plerisque confessus est, habuisse se scriptam paratamque legem, quam Caesar ferre jussisset, quum ipse abesset, uti uxores liberorum quaerendorum caussa, quas & quot vellent, ducere liceret. Ac ne cui dubium omni-

eo, Senatui affirmavit. Quae scire Senatum, &c. *ab eo, affirmavitque scire C. Matium*, &c. TORR. Prima editio, *quaeque de Cleopatra dicant.* Lisslaei, *de Cleopatra dicant.* Fortasse pro *quem de Cleopatra editum dicant*: sed praestat legere cum vulgatis & MSS. Qui putant legendum *Esse Caesaris*, sublata negatione, quia Antonius Oppium ejus rei auctorem in senatu laudaverat, falluntur: nec attendunt ad illa Suetonii verba, *quasi plane defensione ac patrocinio res egeret.* innuit enim ideo scriptum ab Oppio librum, ut mentitum Antonium in senatu probaret. CASAUB. *Non esse Caesaris filium quem Cleopatra dicat.* Non divertunt ab hac scriptura Pall. tres. nisi quod Pal. pr. additum habeat orae, *quem de Cleopatra dicant.* videntur mihi illae tres voces, *quem Cleopatra dicat*, manasse a fonte librariorum. GRUTER. *Non esse* bona lectio. Glareanus quidem negationem tollit, creditque scriptum ab Oppio librum, *Esse Caesaris filium*, &c. sed praeterquam, quod nullus manuscriptorum codicum huic correctioni favet; etiam ipsa [illegible] narrationis adversatur. Ait Suetonius: Caesarionem verum Caesaris e Cleopatra filium fuisse, patere, cum ex impositione nominis, tum formae similitudine; tum denique ex affirmatione Antonii, qui ad conscientiam ac testimonium amicorum Caesaris provocarit: ex his tamen Caesaris amicis C. Oppium, ut ostenderet, falso suum testimonium allegari, edito libro demonstrasse: *Non esse Caesaris filium, quem Cleopatra dicat.* Sane quidem Oppius non fecisset amici hominis officium, si contrarium demonstrare voluisset. Nam hujusmodi Magnatum nothi, *quasi libidinem exprobrantes adspiciuntur*: ut in re dissimili loquitur Tacitus lib. XIV. annal. cap. LXII. BERN. *Eum* pro *non* scribendum videtur. GUJET.

3. *Helvius Cinna.*] Recte pro *Helius.* Simile mendum inf. cap. LXXXV. TORR. *Helius* Codd. Periz. Harle. Edd. Rom. Venetae, Bonon. & omnes antiquae usque ad Plant. & Casaub.

Liberorum] *Liberum* Ed. Torr.

Quas & quot ducere vellent, liceret.] Melius libri MSS. *quas & quot vellent, ducere liceret.* Tres tamen pro *vellent* habent *vellet.* recte. nam ad Caesarem ipsum ea lex pertinuit. Docent Dionis verba lib. XLIV. quae commodum mihi notata: Ἀμέλει δὲ γυναιξὶν ὅσαις ἂν ἐθέλοι συνοικεῖν οἱ ἐπιχειρήσαντες τινες ἐπιτρέψαι, ὅτι πολλαῖς καὶ τότε ἔτι, καίπερ πεντηκοντούτης ὤν, ἐχρῆτο. TORR. Dicit *quas*: quia illi & civi Rom. & senatori non cum omnibus jus fuit connubii: puta, cum ea, quae esset sanguine propius juncta, cum peregrina, cum liberta aut serva. Dicit *quot*, quia legibus Rom. non permissa πολυγαμία. Primus omnium Romanorum, ut Plut. ait, Antonius duas simul uxores habuit. Dio prius membrum praetermisit. non recte. nisi tamen scripserat ille: Ἀμέλει καὶ γυναιξὶν ὁποίαις καὶ ὅσαις ἂν ἐθέλοι συνοικεῖν οἱ ἐπιχειρήσαντες τινες ἐπιτρέψαι. In plerisque codd. etiam Viterb. *vellent* scriptum, non *vellet.* Ea lectio confirmatur veteri exemplo Semiramidis, quod refert Orosius: item exemplo Valentiniani Imp. qui ut duas ipse posset uxores ducere, lege lata id omnibus permisit. auctores Socrates, Nicephorus, alii. Simile est, quod de Claudio narratur libro v. cap. XXVI. Juvat etiam, quod Suetonius *legem* appellat, non rogationem. Assentior tamen potius *vellet* probantibus. Praeter Dionis auctoritatem, firmant prima editio & codices Pithoei ac Lisslaei. CASAUB. Pall. *vellent*, sed praetulerim alterum, subnixum aliorum membranis, & ratione ipsa, GRUT. *Vellet ducere* Ex. Cujac. *vellent ducere* Voss. Soli Caesari. Generalis lex foret, si *vellent* retineretur. Primus emendavit jure locum LIPSIUS I. Elect. XX. quem vide. GRAEV. *Velles* forte scribendum. GUJET. *Vellent* Periz. Copel. & Edit. fere, omnes priores praeter Rom. quae *vellet*; quod Casaubonus recepit & probat Scriverius & Lipsius lib. I. Elect. 20.: dubito tamen an hanc invidiam voluerit contrahere Caesar, ut soli sibi haec lex, sive privilegium ferretur, quam minuebat, si alii ejus exemplum sequi vellent. ut similis lex sive SCtum de incestis nuptiis in Claudio cap. XXVII. fuisse narratur: quare non soli sibi lex parata, sed omnibus civibus, quibus & peregrinas, & numero plures ducere permitteretur? Quidquid sit, non perlata haec lex fuit,

Q 2 nec

omnino sit, & impudicitiae eum, & adulteriorum flagrasse infamia, Curio pater quadam eum oratione, *omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem* adpel-
53 lat. Vini parcissimum ne inimici quidem negaverunt. Verbum M. Catonis est: *Unum ex omnibus Caesarem ad evertendam Rempublicam sobrium accessisse.* Nam circa victum C. Oppius adeo indifferentem docet, ut quondam ab hospite conditum oleum,

nec de ea judicare licet. Codex Barth. omittit haec verba *ducere vellent.* Lipsius scribit, Torrentium delevisse voces *quas &*, quod in prima editione fecisse debet, & ipse Lips. in codice suo delebat *quas &.* in Perizon. codicis margine, quidam possessor istius libri adscripserat, *Optima lex:* ille certe Caesaris exemplum secutus esset, si tunc vixisset. BURM.

Ac ne cui] *Ad* pro *at* in Memm. *At* Cod. Copes. sed Edd. Rom. Stephan. Venetae & reliquae antiquae omnes *Atque:* in Basileensibus & posterioribus *At* vidi, vid. sup. cap. XLIX. BURM.

Impudicitiae eum,] *Eum* non videtur in Palat. pr. ac sec. & habuerim pro superfluo, cum mox iteretur. GRUT. Deest Copes. Periz. Ed. Venet. pr.

Omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem.] Pherecrates Comicus:

Οὐκ ὢν ἀνὴρ γὰρ Ἀλκιβιάδης, ὡς δοκεῖ,
Ἀνὴρ ἁπασῶν τῶν γυναικῶν ἐστι νῦν.

Vetus Poeta alius:

Ἀνέρες ἠιθέοισι, καὶ οὐκ ἐγένοντο γυναῖκες·
Οὔτ' ἄνδρες γεγάασι, ἐπεὶ παίδων ἔργα γυναικῶν·
Οὐδὲ γυναῖκες ἔασιν, ἐπεὶ φύσιν ἔλλαχον ἀνδρῶν.
Ἀνέρες εἰσὶ γυναιξὶ, καὶ ἀνθρώποις εἰσὶ γυναῖκες.

CASAUB. Ea phrasis, qua *multorum hominum homo* Terent. Eun. III. I. *multarum mulierum Juppiter* Plauto dicuntur. Hujus versus sunt prologo Amphitr. vers. 105.

Nam ego vos novisse credo jam, ut sit pater meus,
Quam liber harum rerum multarum siet,
Quantusque amator siet, quod complacitum est semel.

Ita quidem vulgo illi leguntur, & *rerum multarum* nomine intelligunt interpretes stupra, adulteria, quae vulgo fiunt. At legendum puto

Quam liber ac mulierum multarum siet,
Quantusque amator, si ei quid complacitum est semel.

Nam illud vulgatum, *siet*, in postremo versu locum suum tueri non posse quivis videt. BOXHORN.

Parcissimum] *Persicissimum* Cod. Hulf.

53. *Verbum M. Catonis est.*] Liber unus: *M. Catonis verbum est*, alius *M. Catonis est verbum*; alius *uti M. Cato ait.* Legendum puto, *M. Catonis est*, sine *verbum.* TORR. *Verbum* deest membranis Barthianis. Heinsius legebat *veriverbium*, ut *veri* ab ultimis syllabis τῷ *negaverunt* absorptum sit. sed *verbum* pro dicto, proverbio & similibus passim occurrit apud Terentium & alios, ut unicuique literato notissimum. BURM.

53. *Nam circa victum C. Oppius adeo indifferentem docet,*] *Indifferens circa victum* est, *qui* ἄκολος Graece dicitur unica voce. est enim κόλον τὸ κόλον *cibus:* unde βουκολεῖν & alia. Proprie igitur ἀκολία est *indifferentia circa cibum*, etsi pluribus verbis Plut. in hac historia, τὴν περὶ τὴν δίαιταν ἀκολίαν dixit. ubi interpretes *victus tenuitatem* nescio quare vertere perperam maluerint, quam verbis Suetonii. Seneca aliter expressit epist. XC. *Sapiens facilis victu fuit.* hoc est, ἄκολος περὶ τὴν δίαιταν. Sic δύσκολος proprie, *morosus circa cibum:* sed generaliter accipitur pro δύστροπος morosus, sive multorum diversorum morum homo. nos vulgo dicimus *phantastique:* ut & veteres Graeci φαντασιοκοπῶν & φαντασιοκόπος sic usurparunt. Auctor libri, qui Sapientia Sirach sive Panaretos inscribitur, cap. IV. μὴ ἴσθι ὡς λέων ἐν τῷ οἴκῳ σου, καὶ φαντασιοκοπῶν ἐν τοῖς οἰκέταις σου. *Ne sis in domo tua leoni similis, & vexans morositate tuos famulos.* ita puto interpretandum illum locum, etsi scio paullo aliter solitam accipi eam vocem, ut apud Eustathium in Odyss. λ. φαντασιοκόπος & ἐλπιδοκοπούμενος pro eodem. apud Eusebium ὁ φαντασιοκοπῶν & ὁ δοξοκοπῶν id. Hist. l. VII. CASAUB.

Ut quondam ab hospite.] Liber opt. *quodam.* Plutarchus Valerium Leonem Mediolanensem vocat, qui asparago unguentum pro oleo infuderit. Quare *conditum*, media syllaba producta, legendum videtur. Alii corripiunt, ut pro vetusto accipiatur: olei enim vetustas tae-

leum, pro viridi adpositum, adspernantibus ceteris, solum etiam largius dicat adpetisse: ne hospitem aut negligentiae, aut rusticitatis videretur arguere. Abstinentiam neque in imperiis, neque in magistratibus praestitit. Ut enim quidam monumentis suis testati sunt, in Hispania proconsule, & a sociis pecunias accepit, emen- 54

taedium affert, viride jucundius est. Plin. xv. cap. 11. & Cato de Re rust. LXV. *Indifferentem* vero *circa victum* vocat, qui quid ederet, parum observaret. Sic de inobservantia Augusti, quod certum edendi tempus non servaret, cap. LXXVI. Torr. Unguento uti pro oleo, ejus est, qui vetus proverbium tollat, τὸ ἐπὶ φακῇ μύρον. Inest in facto ὑπερβολὴ δαπάνης inepta. Philosophus vocet, qui id faciunt, βαναύσους, ἀπειροκάλους, σκληρούς. Talis Horatio describitur Naevius lib. II. Sat. II. 68.

- - - *nec sic, ut simplex Naevius, unctam*
Convivis praebebit aquam: vitium hoc quoque magnum.

Simplex Horatio est ἀπειρόκαλος. Oppius in Caesaris hospite *negligentiam* aut *rusticitatem* appellat istiusmodi ἀπειροκαλίαν. ut & Plutarchus vertit ἀγροικίαν. Recte vero Plutarchum *conditum oleum* legisse, non *cónditum*, patet ex iis, quae diximus. Ait autem ille asparagos fuisse, in quorum paratu μύρον ἀντ' ἐλαίου Caesaris hospes Valerius Leo Mediolauensis usurpavit. Oleum asparagis affundi solitum testis Varro, Virgula divina: *Oleum in lucubrationem servavimus, quod in sparagos totum legitime vertamus.* Sic in Nonii codicibus scribitur hic Varronis locus. recte. neque assentiendum aliter pronuntiantibus. σπάραγος pro ἀσπάραγος dicit Vir undecunque doctissimus, ut στάχυς, ἄσταχυς: & a verbo σπᾶν deducta, σπάλαθος ἀσπάλαθος: σπάλαξ, ἀσπάλαξ: inde & σπάραγος secundum quosdam, quia trahendi vim habet, ventrem molliens, urinam ciens. Porro ex his Suetonii verbis discimus, non quodvis oleum in asparagorum paratu usurpatum, sed viride. Ita vocabant, quod ex acerba premitur olea nec matura. nam illud censebant vulgare, & *Romanicum* dicebant, ut est apud Catonem. Virgilius: II. Georg. 86. *& amara pausia bacca.* Servius: *de pausia viride oleum fit.* Graeci, quod sciam, ἔλαιον χλωρὸν non dixerunt, pro optimo oleo: at Hebraei pariter cum Latinis, שמן רענן, hoc est, oleum viride: quod Graeci Latinique interpretes varie expresserunt. Casaub. *Conditum* a *Condiendo* etiam Vossius dictum volebat, quia Plutarchus μύρον habet, & fuisse ἀγροικίας similem illius, qui apud Horat. II. Sat. II. *unctam convivis praebeat aquam*, ut inepte opes ostentaret & magnificentiam: in quo ego nec negligentiam nec rusticitatem agnosco, quare cum illis facio, qui *conditum*, a *condo*, vetus & diu nimis servatum intelligunt, quali negligentes & rustici utebantur. confirmant Exc. Cujac. quae, ut interpretationem addunt, *id est vetus*. & Plin. xv 1. dicit *vetustum oleum taedium afferre*, non item viride. *negligentia* in eo constabat, quod nimis diu servasset, nec antea explorasset quid saperet, vel quod ministris non imperasset, ut Caesari viride apponerent. *Rusticitas*, quod Caesari adponeret oleum, quo vel ipse vitae rusticae adsuetus & urbanitatis rudis uti solebat cum familia sua, quodque servis suis consumendum dare, vel vilioribus hospitibus debuisset ponere. Burm.

Dicat appetisse] Cod. Lovaniens. *scribat* habet pro *dicat*. Torr. *Scribat* etiam Codd. Barthii & Copes.

54 *Abstinentiam neque in imperiis,*] Verbum Caesaris fuit: potentiae parandae & conservandae duo esse instrumenta, *milites & pecuniam*: eorum alterum alterius stare praesidio. haec caussa est rapinarum illius. οὐ γὰρ τῶν χρημάτων ἐπόθει, ait Dio lib. XLII. hoc est, non pecunias propter ipsas amabat, ut qui proprie φιλοχρήματοι dicuntur. κακίαν ponit ibi Dio ἀντὶ φιλαργυρίας, quam esse πάσης κακίας μητρόπολιν dicebat Bion. Casaub.

In Hispania a proconsule & a sociis pecunias accepit,] Intelligo extortam proconsuli, cui succedebat Caesar, pecuniam, injecto calumniarum metu: cum metueret iste, quisquis tandem fuerit, proconsul, ne Romam reversus lege repetundarum interrogaretur. Certum enim decessoris causam a Caesare plurimum vel premi vel sublevari, prout ei foret animus, potuisse. Porro Hispaniam ulteriorem ex praetura sortitus est Caesar: cum illam proconsule rexisset, cui succedebat. neque enim eadem perpetuo aut praetoriae provinciae fuerunt, aut proconsulares: cujus rei exem-

emendicatas in auxilium aeris alieni: & Lusitanorum quaedam oppida, quamquam nec imperata detrectarent, & advenienti portas patefacerent, diripuit hostiliter. In Gallia fana templaque Deûm donis referta expilavit: urbes diruit, saepius ob praedam, quam ob delictum: unde factum, ut auro abundaret, ternisque milibus nummûm in libras promercale, per Italiam provinciasque divenderet. In primo consulatu tria milia pondo auri furatus e Capitolio, tantumdem inaurati aeris reposuit. Societates

exempla in historia Romana non pauca. Est etiam, quando auctores eum, qui ex praetura provinciam fuerit nactus consularem, rexisse illam proconsule, vel proconsulatum administrasse dicant. Exemplum in promptu de Q. Cicerone apud hunc nostrum lib. II. III. Id si isto loco admittimus, legam lubens, cum Turonensi & nonnullis aliis: *In Hispania pro consule, & a sociis pecuniam accepit.* Atque idem hic significabit *proconsule*, quod libro II. *Administrare proconsulatum.* Casaub. *Proconsul* Cod. Memm. & Barth. & ita citat Manut. ad Cicer. I. ad Fam. I. & inter exempla refert, quibus probet, eos etiam, qui antea consules non fuerant, dictos fuisse *proconsules.* sed cum ex praetura Caesar fortitus sit Hispaniam, ego illis accedo, qui ejecta praepositione *a* legunt, *proconsule*, ut & Lipsius legebat: repetita autem litera est ex ultima τ̃ *Hispania*, aut praepositio adjecta fuit ab illis, qui credebant pecuniam accepisse & a proconsule & a sociis, cum possit *& a sociis* esse pro *etiam*, ut millies. dubium autem est quos *socios* intelligat, an gentes & civitates foederatas, an potius Equites & publicanos, quibus saepe extorsisse pecunias magistratus provinciales, testantur satis Ciceronis in Verrem orationes, & in primus secunda innumeris in locis: & hoc verosimilius, quia sibi Caesarem ordo ille conciliare volebat, ut mercedis parte levaretur, & minoris vectigalia conduceret, quod consul illis praestitit: supr. cap. XX. forte hujus pecuniae acceptae mercede: jam vero *socios* vocari passim publicanos notius est, quam ut confirmetur. vid. dissert. de Vectigalibus cap. IX. Burm.

In auxilium] *In auxilio* Cod. Hulf.

Detrectarent,] *Detractarent* Cod Harlem.

Et advenienti portas patefecerint] Haec desunt Cod. Hulf.

In Gallia] *In Galliam phana* Copes.

Expilavit:] *Explicavit* Cod. Cujac.

Factum] *Factum est.* Ex Voss.

Ternisque millibus nummum in libras promercale.] An *quaternis millibus* legendum est, ut argenti proportio ad aurum decupla fuerit? quaterna enim millia nummum argenteorum, centum aureos nostrates valent, non tamen solidos, id est, ademto lagio, ut verbum hoc usurpem vulgare: an *ternis* omnino *millibus* tueare? ut hac ratione tria nummum millia septem libras, & selibram conficiant, id est, septuaginta quinque Venetos aureos, ut tantam auri vim ex Gallicis spoliis Romae invectam putes, ut auri pretium imminueretur, argenti cresceret. Nostra autem aetate auri mirum in modum crevit pretium, ut prope Plinianam analogiam aequet, qui eam proportionem argenti ad aurum facit, quae est quindecim ad unum, cum justa videatur ea, quae est duodecim ad unum. Egnat. Hoc est, ut in singulas auri libras septem argenti & selibra penderentur. Ita doctissimus Budaeus: quem in hoc argumento regnare paene solum, consentiunt omnes. pro *ternis* inveni in nonnullis *quaternis.* Casaub.

54. *Divenderet.*] Magis placet *divideret*, ut in quatuor MSS. nam ipse certe non divendidit. Quod autem ternis millibus nummum dicit, id uti cum auri ad argentum proportione conveniat, vide Budaeum, si lubet, de Asse lib. III. Torr. *Divideret.* Sic in MSS. IV. Torrentius reperit. Promercale est venale. Quam belle autem *venale divendere.* Ait per Italiam & provinciarum diversa oppida missitasse, tradidisse, dispertivisse procuratoribus & auri fabris promercale, hoc est, venale habendum. Abundantia istius vilitatis causa fuit, non quod aurum ex Gallicis manubiis sit deterioris venae. Gronov. *Sestert.* p. 905. In *Italiam* Codd. Periz. Harlem. Edd. Venetae tres, Bonon. & Paris. *divenderet* etiam Periz. Copes. Hulf. Harlem. & Edd. priores omnes, praeter Romanam, & Casaubonianas, easque sequentes; & hoc τῷ *promercale* melius convenire puto: nam

tes ac regna pretio dedit: ut qui uni Ptolemaeo prope ſex milia talentorum ſuo Pompejique nomine abſtulerit. Poſtea vero evidentiſſimis rapinis ac ſacrilegiis, & onera bellorum civilium, & triumphorum ac munerum ſuſtinuit impendia. 55 Eloquentia

nam vendebat minori pretio aurum Caeſar, & quod decem libris argenti mutari ſolebat, ille ſeptem & ſelibra vendebat. *In Italiam* etiam non temere repudiandum: dictum enim ut ſupr. cap. XXXVIII. *in pedites ſingulos dedit.* Virg. V. Aen. 62. *bina boum dat capita in naves*, ubi Servius explicat *per naves.* Tacit. II. Annal. 67. *Thracia in Rhoetemalcen atque libros Cotyis dividitur.* ſic mox cap. 57. *in ſingulos dies*, ubi Cod. Hulſ. *per.* vid. & Aug. XLVI. Burm.

Furatus e Capitolio.] Aliquid de hoc Plin. lib. XIX. c. III. Torr. Hujus furti nemo veterum, niſi fallor, meminit. Plinius, quo nos rejiciunt interpretes, nihil, quod huc pertineat, refert, neque libro XIX. cap. III. nec lib. XXXIII. cap. III. Capite vero primo ejuſdem, ſimile furtum narratur M. Craſſi, qui ſuo & Cn. Pompeji tertio conſulatu duo millia e Capitolini Jovis ſolio rapuerit, a Camillo ibi condita. Solebat autem coronarium aurum atque etiam, ut videtur, triumphale, aut pars illius, in Capitolini Jovis cellam referri. Casaub. Haec omnia Vatinio tribuit Cicer. in Vatin. cap. 12. quia illius praecipue opera haec patrata. vid. Graev. ibi, & ad XIII. ad Attic. 2. Broukhus.

Tantumdem inaurati aeris repoſuit.] Similis Vitellii fraus lib. VII. commemoretur. Casaub. *In avaritia* Exc. Cujac.

Societates ac regna.] Ut nempe vel rex appellaretur aliquis a pop. Rom. vel ſocius. Torr.

Regna] Huc refer illa Ciceronis XII. ad At. 2. de Ariarathe, qui Romam venerat, *vult, opinor, regnum aliquod emere a Caeſare.* Burm.

55. *Eloquentia militari, quare.*] Caeſar in omni genere eloquentiae excelluit. Et ante accuſationem Dolabellae vix militaſſe eum crediderim. Tantum abeſt, ut eloquentia militaris ipſi tunc uſui fuerit. Diutius quoque verſatum in foro, Ciceronis oratio pro Ligario iis verbis oſtendit: *Cauſas, Caeſar, egit multas, & quidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum.* Deinde quid attinet de militari tantum eloquentia dicere, ſi patronos aut aequavit omnes, aut exceſſit? neque enim patroni in judiciis verſantes caſtrenſi eloquentia utuntur. Quibus rationibus ductus, expunctis aliis, legendum puto: *Eloquentia, qua aut aequavit pr. gl. aut exc. poſt. acc. Dol.* &c. Non negaverim tamen ejus eloquentiam in bello, ac militum allocutionibus praecipue valuiſſe, ſiquidem eodem animo dicere ſolitum, quo bellavit, auctor eſt Quinctilian. & ipſe Caeſar adverſus Ciceronis de Catonis laude orationem ſcripturus militarem tantum ſermonem ſibi tribuit, precatuſque eſt, ne id contra oratorem exercitatiſſimum ſibi fraudi eſſet. Auctor Plutarch. Sed cum inepta quaedam ταυτολογία ineſt in ea, quam arbitrio noſtro concinnamus, lectione, (quid enim aliud eſt poſt accuſationem Dolabellae principibus patronis annumeratum eſſe, quam eloquentia praeſtantiſſimorum gloriam aut aequaſſe, ut exceſſiſſe? Ut omittam, ne cadere quidem in Caeſarem vere tantam eloquentiae laudem, qui in Ciceronem ipſe militarem tantum ſermonem ſibi tribuerit. Et profecto dedit, opinor, Cicero aliquid potentiae, & auribus Caeſaris, cum ad Cornelium Nepotem negat oratorum quemquam eorum, qui nihil aliud egerint, ei anteponendum. Et tamen minus aliquid Suetonio dicit.) tum minori immutatione Juſto Lipſio Elector. I. cap. XX. viſum emendare, *Eloquentia militarique re aut aequavit praeſtantiſſimorum gloriam, aut exceſſit. Poſt accuſ. Dolab.* &c. Quod de Caeſare ex vero Tranquilli teſtimonium ſic accipio, ut eum praeſtantiſſimis quibuſque eloquentia juxta ac militaris rei peritia praeferat, aut (minimum) aequet, utraque ſimul, non alterutra, inquam, laude. Torr. Ant. Auguſtinus legebat *Eloquentia mirabili* &c. & certe verbum *mirabili*, potuit facile ob ſimilitudinem ſcripturae in *militari* ab inperito librario mutari. Ursin. Jam ante monuimus ad finem cap. XLIII. Suetonium, quae ibi propoſuit, eodem deinceps ordine ſigillatim exſequi. Nunc igitur tranſit ad illius *civilia & bellica ſtudia*, ut ibi eſt locutus. Quare dubitari non poteſt (quod acute pridem vidit & Lipſius) quin ſint hoc loco veteres omnes corrupti, in quibus ſcriptum: *Eloquentia militari, quare.* prorſus enim neceſſum eſt legere, ut reſtituimus. Ab initio hujus capitis

tia militarique re, aut aequavit praestantissimorum gloriam, aut excessit. Post adcusationem Dolabellae, haud dubie principibus patronis adnumeratus est. Certe Cicero ad Brutum oratores enumerans, negat *se videre*, *cui Caesar debeat cedere:* aitque *eum elegantem*, *splendidam quoque*, *atque etiam magnificam ac generosam quodammodo rationem dicendi tenere*; & ad Cornelium Nepotem de eodem ita scripsit: *Quid? oratorum quem huic antepones eorum*, *qui nihil aliud egerunt? Quis sententiis aut acutior*, *aut crebrior? Quis verbis aut ornatior*, *aut elegantior?* Genus eloquentiae duntaxat adolescens adhuc Strabonis Caesaris secutus videtur: cujus etiam ex oratione,

tis ad finem LV. de studiis & eloquentia Caesaris agit: a principio LVII. ad LXX. finem studia bellica enarrantur: quae deinde subjiciuntur, quomodo ad civilia ejus studia referri debeant, suo loco explicabimus. Non me fugit, apud Plutarchum tribui Caesari λόγου ἀνδρὸς στρατιωτικοῦ: quod videri queat vulgatae lectioni adserendae facere. verum id Caesar ibi de se tot jam annis in Martis castris versato excusationis gratia, in contentione cum principe eloquentiae Cicerone. Quare nihil ea verba falsam χειρὸς adjuvant: quae vel propterea stare non potest, quod sententiam hiulcam atque imperfectam reddit. CASAUB. *Militarique re* est a conjectura Lipsii nostri, sed certa; quam hic locum suum habere passus sum, quod eam approbassent & alii. MSS. ad unum omnes, *Eloquentia militari*, *qua re aut aequ.* immo pessime. GRUT. An scribendum, *Eloquentia civili militarique aut aeq.* GUJET. Schottus III. Observ. Human. 15. quasi a nullo occupatum conjicit etiam *mirabili*. Barthius, quum in suo codice reperisset *mutabili*, inde facit *immitabili*. Omnes codices & editi, usque ad Casaubonianas conspirant in vulgatam lectionem, quam Viri docti satis confutarunt, licet ei obsequatur Marcil. ad Tit. cap. I. ubi vero exempla militaris eloquentiae postea a Suetonio, ut debuit eâ propositâ, adducuntur? cum forensis apparuerit in Dolabellae accusatione, & in pluribus caussis, quas Cicero pro Ligario & Dejotaro eum egisse indicat, & Quinctil. XII. 6. ut observavit Berneccerus. Heinsius volebat, *Eloquentia*, *militarique arte*, sed hoc nihil plus significare potest, quam *re*. & a MSS. longius abit. vitium vero illud saepe jam notatum, ex *que* copula cum relativo *qui*, *quae* &c. confusa, ut modo cap. LIII. vidimus. Ideoque nos etiam recepimus Lipsii emendationem certissimam. BURM.

Excessit] Pro superavit poni notavimus ad Vellej. Paterc. cap. XCII. BURM.

Certe Cicero] Graevius in prima editione *certe* omisit, an operarum incuria nescio. BURM.

Caesar debeat cedere] *Debeat Caesar cedere* Cod. Mem. & Edd. Rom. & Gronov.

At etiam] *Atque etiam* Cod. Copes. & Exc. Voss. & Edd. Roman. Basil. & marg. Torr. & aliorum. quod praetuli ob rationem datam supr. XXVI. BURM.

5. *Quid? oratorum quem*] Mallem *oratorem*, ut in duob. MSS. TORR. *Quis oratorum* Cod. Periz. *Quid oratorem* Memm. *Quid oratorum*, *quem* Ald. Steph. aliique sine signo hoc loco interrogantis. *Quid! Oratorum* Basil. Casaub. Gryph. & aliae, quod & manus docta in marg. Steph. Ed. probat, nec mihi displicet, & Graevius secutus est. & ita centies *Quid?* poni vidimus ad Ovid. Ep. XX. 5. & I. Amor. VIII. 77. & ad Petron. XVI. *Oratorum* vero dictum ut Aug. XLVIII. *Regnorum quibus potitus est*, *praeter pauca reddidit*, vulgo *Regna*: ubi vide quae adnotavimus. *egerint* etiam Copes. BURM.

Aut acutior] *Auctior* vitio operarum irrepsit in Graevianam ultimam. *crebior* Periz.

Ornatior] *Ordinatior aut* Exc. Vossii sed desunt haec verba Cod. Huls. vid. supr. cap. XVIII.

Adolescens] *Eloquentis* & in marg. *adolescentis* Cod. Periz. etiam Exc. Voss. & Cujac. Edd. Rom. Venet. pr. Ut ipsa eloquentia ejus cum aetate adoleverit, sed perperam & nimis acute. Hujus vero Strabonis multa fragmenta, ab imperitis cum C. Caesaris confusa, & inter hujus legi hodie ex praescripto Ursini, notavit Schott. III. Obs. 33. qui separavit, & vero auctori reddidit, nec tamen ipsi obsecuti fuerunt Caesaris editores post illum plures. BURM.

9. *Strabonis Caesaris*] Gentilis suf. Cujus ora-

tione, quae inscribitur *Pro Sardis*, ad verbum nonnulla transtulit in Divinationem suam. Pronuntiasse autem dicitur voce acuta, ardenti motu gestuque, non sine venustate. Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quaedam feruntur: ut *Pro Q. Metello*: quam non immerito Augustus existimat magis ab actuariis exceptam, male subsequentibus verba dicentis, quam ab ipso editam. Nam in quibusdam exemplaribus invenio, ne inscriptam quidem *Pro Metello*, sed, *quam scripsit Metello*, quum ex persona Caesaris sermo sit, Metellum seque adversus communium obtrectatorum criminationes purgantis. *Apud milites* quoque *in Hispania*, idem Augustus ora-

rationem, qua Sulpicio respondit, memorat Priscian. lib. v. De Sardis vero occurrit nunc Ciceronis locus lib. II. de Officiis: *Ut nos pro Siculis, Julius pro Sardis.* Et Divinat. in Verr. sub finem: C. Julius Cn. Pompejum, Pompeji Magni patrem, Divinatione contra T. Albutium vicit. Vide locum: nam de Julio Strabone loquitur. Ex cujus Divinatione, qua Pompejo praelatus est, & oratione contra T. Albutium pro Sardis, C. Julius Caesar suam tam Divinationem, quam Orationem contra Dolabellam instruxit. Torr. Invenimus in mss. quibusdam: *Caesar secum est.* quod propterea notamus, ne tironem aliquem ea scriptura decipiat: ut saepe accidit, quoties immaturo judicio ad tractandos mss. acceditur. rectum est *Caesaris.* nec pote aliter. non enim satis definite distincteque C. Julius Caesar Strabo vetus orator, de quo multa Cicero, solo cognomine designaretur, cum praesertim in aliis multis Romanarum gentium Strabones reperiantur. Casaub.

Venustate] *Vetustate* Cod. Huls.

Orationes aliquas reliquit:] Ut in Dolabellam unam, vel plures. Asconius Pedianus: *Ne forte erretis, & eundem hunc Cn. Dolabellam putetis esse, in quem C. Caesaris orationes legitis.* Casaub.

Inter quas temere quaedam feruntur, pro Q. Metello.] Sic distinguo ante *pro*, ne quis plures orationes pro Metello eum scripsisse existimet. *Temere* autem, id est, per errorem. Et Metellum Nepotem intelligit, de cujus tribunatu sup. cap. xvi. Torr. *Ut pro Q. Metello.* legendum, retracto *ut* fugitivo, quod male cum praecedentis dictionis fine coaluerat, quod mendi genus passim in hoc auctore fuisse commissum, non mirabuntur, qui in Pisanarum Pandectarum lectione aliquid olei & operae posuerint. Casaub. Vocula prima *ut*, non est a mss. sed ingenio doctorum, oppidoque heic necessaria. ideoque ejectam nolui. Grut. *Feruntur: ut pro Q. Metello non imm.* ex Memm. Jac. Gronovius. *Ut* deest Copes. (qui etiam *pro Metelloque non*) Harlem. Edd. Rom. Bonon. Venetis tr. Lugd. Junt. Ald. Steph. Basil. & aliis veteribus.

Quam non] *Quae non im. A. ex. m. ab actuariis excepta. & edita* Exc. Cujac. & Copes.

Augustus existimat magis ab actuariis.] Liber unus *existimabat.* Sed nihil muto. nam Augustus, ut puto, id in opere aliquo scripsit, quod Suetonii aetate exstabat; & forte eo in libro, quo Bruto de Catone rescripsit, de quo Aug. cap. LXXXV. *Actuarii* vero iidem, qui notarii, inde dicti, quod acta notis excipiebant, l. III. de his qui not. infamia. Torr. *Extimabat* Harlem. Edd. Venet. sec. tert. & aliae quaedam. *existimabat* Venet. pr.

Ab actuariis] *Ab auctuariis* Exc. Voss. *Accariis* Cujac.

In quibusdam] *A quibusdam* Copes.

Ne inscriptam quidem pro Metello, sed quam scripsit Metello.] Quanto venustior erit oratio, si expunctis duabus dictionibus ex glossemate aliquo sumptis, *sed Metello* legamus? Torr. Titulus integer fuit: *Oratio Caesaris, quam scripsit Metello.* Longe fallitur Vir doctus, qui putat tollenda esse illa verba, *quam scripsit.* cui enim persuadebit inscriptam fuisse hanc orationem sic: *Oratio Caesaris Metello*? Casaub.

Cum ex persona Caesaris.] Est qui longe aliter, *cum ex persona Metelli sit, Caesarem seque* &c. Quam lectionem (haud scio tamen an ullo ms. adjutam) aliquo modo ista inscriptio probabilem facit, *Oratio quam scripsit Metello.* Bernec. Ita doctissimum virum emendare docet Scriverius, & inveni hoc in margine editionis Plantinianae Ed. dubito an Is. Vossii manu. dein *Metellum saepe* Venet. pr.

Apud milites.] Malim *ad milites.* Torr.

orationem esse vix ipsius putat: quae tamen duplex fertur: una quasi priore habita praelio: altera, posteriore, quo Asinius Pollio ne tempus quidem concionandi habuisse eum dicit, subita hostium incursione. Reliquit & rerum suarum Commentarios, Gallici Civilisque belli Pompejani. Nam Alexandrini, Africique & Hispaniensis incertus auctor est. 56 Alii enim Oppium putant, alii Hirtium: qui etiam Gallici belli novissimum imperfectumque librum suppleverit. De commentariis Caesaris Cicero in eodem Bruto sic refert: *Commentarios scripsit valde quidem probandos: nudi sunt, recti, & venusti, omni ornatu orationis, tamquam veste detracta: sed dum voluit alios habere parata, unde sumerent qui vellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui illa volent calamistris inurere, sanos quidem homines a scribendo deterruit.* De eisdem commentariis Hirtius ita praedicat: *Adeo probantur omnium judicio, ut praerepta, non praebita, facultas scriptoribus videatur. Cujus tamen rei major*

Fallitur vir doctus, qui mavult, *Ad milites.* Diomedes libro primo: *Sane frustro apud veteres reperitur. Ut C. Caesar apud milites de commodis eorum; Non frustrabo vos milites.* CASAUB. Ita & noster Aug. LXXXIV. *apud populum locutus est.* sic Cicer. III. Tusc. 21. *Apud exercitum dicere.* BURM.

Idem Augustus orationem esse vix.] Exemplum alterius orationis temere insertae. In duobus autem codd. MSS. duae illae dictiones *orationem esse*, desiderantur. quas sane abesse non aegre feram. TORR. Non agnoscunt Pal. pr. & sec. *Orationem esse.* GRUT. *Augustus esse*, omissa voce *Orationem*; Cod. Mem. Ed. Basil. *vix* omittunt Copes. Exc. Voss. & Ed. Rom. *ipsius* deest Cujac.

Subita hostium incursione.] Longe aliter auctor libri de bello Hispaniensi: nam ut ille narrat, adeo nulla fuit subita hostium incursio, ut contra aegre Pompejani ad praelium elici potuerint. Graeci historici in praelio Mundensi describendo omissiores fuerunt; maxime omnium Appianus. CASAUB.

Africique] Ita omnes, vel *Affricique.* sed Periz. *Aphricique.* Steph. *Africanique.*

56. *Alii enim Oppium*] Dele *enim*, ut in trib. MSS. TORR. Deest & Copes.

Hirtium:] *Irrium* Huls. *Hircium* Edd. Rom. Steph. Basil. & plures. *Qui etiam G. b. n. im. bellum sup.* Copes.

Caesaris] Deest Exc. Voss. neque video quid opus sit. nec est in Edd. Rom. aut Basil.

Cicero in eodem libro.] Libri duo, *Cicero eodem Bruto*; unus, *Cicero Bruto*, haud dubie melius. nam tametsi ante cap. proximo Ciceronis Brutum nominat, ibidem tamen ad Nepotem quoque scripta citat. Item paulo post *parata* pro *paratam* tres codd. quod & Glareanus probat, & *volent* pro *volunt.* TORR. Membranae regiae & eruditissimi Pithoei, *in eodem Bruto.* neque aliter scribendum, Turonensi etiam libro auctore. CASAUB. *In eodem Bruto* Codd. Copes. Memm. & Periz. in margine: & Exc. Voss. Edd. Bonon. & Basil.

Detracta] *Detracto* Ed. Steph.

Paratam] V. C. habet *Parata.* URSIN. Et Ciceronis & Suetonii omnes meliores codices *parata* scribunt: quae vera lectio est, non *paratum*, ut Lambino visum: aut *paratam*, ut aliis. CASAUB. Stant & ab hac lectione Palatini, nisi quod tertius *paratam.* GRUT. *Parata* Mem. Copes. Ex. Cujac. Edd. Bonon. & Lugd. Basil. Dolet. sed omnes scripti & editi reliqui *paratam*; quod tamen non potest referri, nisi ad *historiam*, quod ineptum; voluit habere paratam historiam, unde sumerent qui historiam vellent scribere. an ergo ex historia sumerent historiam? suspicor intercidisse vocem, *dum voluit alios habere materiam paratam, unde sumerent* &c. sic Horat. Art. Poët. 38. *sumite materiem vestris quae viribus aequa.* BURM.

Gratum] *Gradum* Ed. Lugd.

Volunt] *Volent* Copes. Memm. Pulm. Codd. & Ed. Rom.

Cujus tamen &c. emendate] Haec omnia deerant Codd. Copes. Huls. Periz. Harlem. & Barthiano & Exc. Voss. Cujac. Edd. Rom. Venetis tribus. in Bonon. erat, *Ceteri quam bene, quam emendate* omissis *cujus* &c. *admiratio.* & contra in Memmio deerat *ceteri* &c. *emendate.*

In

jor nostra, quam reliquorum est admiratio. Ceteri enim quam bene atque emendate, nos etiam, quam facile atque celeriter eos perscripserit, scimus. Pollio Asinius parum diligenter, parumque integra veritate compositos putat; quum Caesar pleraque & quae per alios erant gesta, temere crediderit; & quae per se, vel consulto, vel etiam memoria lapsus, perperam ediderit: existimatque rescripturum & correcturum fuisse. Reliquit & de *Analogia* libros duos, & *Anticatones* totidem, ac praeterea poëma, quod inscribitur *Iter*. Quorum librorum primos in transitu Alpium, quum ex citeriore Gallia, conventibus peractis, ad exercitum rediret: sequentes, sub tempus Mundensis praelii fecit: novissimum, dum ab urbe in Hispaniam ulteriorem quarto & vigesimo

In Lugd. *reliquorum admiratio. Caesari enim &c.*

Celeriter eos perscripserit.] Malim *confecerit*, ut est hodie in nostris codicibus. locus est in praefatione libri VII. Casaub. *Praescripserit* Memm.

Consulto] in Mem. *consultu* vel *consulta* dubia scriptura. de *consultu* vide quae notant viri docti ad Liv. III. 62. in Cujacian. Exc. omnia ab *& quae*, usque ad *ediderit*, deerant. sed *per alios gesta* requirunt opposita *per se. edideerat* Cod. Hulf. & mox *correpturum*. Burm.

Reliquit & de Analogia libros duos.] Horum Quinctilian. & Gellius meminere; & Gellius quidem lib. XIX. cap. VIII. ad M. Ciceronem eos scriptos fuisse testatur. Quo fit, ut suspicer, verba ea *ad Ciceronem*, hoc ipso mox capite non suo loco esse posita. Lego igitur sic: *Reliquit & de Analogia ad Ciceronem libros duos.* & paulo post: *Exstant item ad Familiares domesticis de rebus*, expunctis illis, *& ad Ciceronem.* neque enim Cicero tam illi familiaris fuit, subostenso nimirum, quod ipsum in Galliam secutus non esset. Adjuvat hanc conjecturam Gellius lib. XVII. cap. IX. ubi, *Libri sunt*, inquit, *epistolarum C. Caesaris ad C. Oppium, & Balbum Cornelium, qui res ejus absentis curabant*, non omissurus Ciceronem, si & ad illum liber exstitisset. Torr. Liber Angeli Politiani, *de Analogia ad Neronem duos libros.* quam appendicem nostrae membranae non agnoscunt. Casaub. Inepta est Torrentii conjectura *de Analogia ad Ciceronem libros duos.* Rationes ineptiores. non fuit Cicero Caesari familiaris. primo hoc falsum: nam post devictum Pompejum quidem fuit, & in urbe vixit Cicero, & eo familiarissime usus est. Deinde quis tibi dixit eum inter familiares a Caesare poni? At Gellius praetermisit. Hoc vero ineptissimum. Gellius ibi loquitur non de omnibus Epistolis Caesaris; sed de iis tantum, in quibus notis erat usus. Usus autem erat iis scilicet ad domesticos de rebus suis, ut ait Suetonius, hoc est, ut ex Gellio intelligitur, C. Oppium & Corn. Balbum. sed quid verbis opus est, etiam hodie exstant aliquot Epistolae Caesaris ad Ciceronem, Isaac. Vossius. & deest Cujac. Ex. *duos libros* eadem & Vossiana.

Et de] *Et* deest Cujac. Exc.

Inscribitur Iter] *Inter* Cod. Mem. Codex Barthi post *inscribitur*, lacunulam habet, & tunc *inter... quorum. Iter* vero titulus libri, quem nos etiam Rutilio maluimus dare, quam *itinerarium*, quae vox inferioris multum aetatis mihi visa. Burm.

Dum ab urbe in Hispaniam ulteriorem IV. *&* XX. *die pervenit.*] Legendum VII. & XX. *die.* neque enim quarto & vigesimo, sed vigesimo septimo die in Hispaniam pervenit fulmen istud belli. Strabo lib. III. Φασὶν οἱ συγγραφεῖς ἐλθεῖν καὶ Καίσαρα ἐκ Ῥώμης ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμέραις εἰς τὴν Ὀβούλκωνα καὶ τὸ στρατόπεδον τὸ αὐτόθι, ἡνίκα ἔμελλε συνάπτειν τὸν περὶ τὴν Μοῦνδαν πόλεμον. Appianus eundem numerum cum Strabone habet: addit autem confectum hoc iter cum βαρυτάτῳ στρατῷ. In Historia miscella non XXIV. scriptum invenies: sed XVII. manifesto librarii errore, qui alterum X omisit. Non igitur dubium, quin locus iste Suetonii sit emendandus. sic alibi saepe peccatum, & pro V. scriptum II. vel contra. Est autem antiqua loci hujus depravatio: reperimus enim vulgatam lectionem non solum in codd. Suetonii nostris omnibus, sed etiam in fragmento quodam rerum Julii Caesaris, quod ex veteri libro descriptum beneficio viri eruditissimi Jacobi Bongarsi nacti sumus. Continetur iis schedis belli Hispanien-

simo die pervenit. *Epistolae* quoque ejus ad senatum exstant, quas primus videtur ad paginas & formam memorialis libelli convertisse, cum antea Consules & duces nonnisi transversa charta scriptas mitterent. Exstant & *ad Ciceronem*, item *ad familiares* domesticis de rebus: in quibus si qua occultius perferenda erant, per notas scripsit, id est, sic structo literarum ordine, ut nullum verbum effici posset: quae si quis investigare & persequi vellet, quartam elementorum literam, id est, *d* pro

niensis historia a nescio quo ex Suetonio, Hirtio, aliisque concinnata, plane pro captu saeculi barbari: etsi non barbaro prorsus stilo. Casaub.

Quarto & vigesimo, sic omnibus literis Pall. tres, ut alios auctores forte sequutus sit Suetonius, quam qui dies constituunt viginti septem. Grut. Ita & Cod. Mem. & omnes antiquae editiones, nisi quod quaedam *vicesimo*.

Quas primum videtur] Opinor verius *primus*. Torr. Pro eo quod vulgo legitur, *quas primum* V. C. *primus*. Ursin. Placeret magis, *quas primus is*. Casaub. Non discrepant nostri codices, sed tamen si Ursini liber servat *primus*, haud temere fuerit repudiandum. Gruter. *Primus* & Periz. ita centies apud Virgil. & Ovid. & alios. variant codices veteres. sed in his haerere non lubet. hic *primus* praetulimus post viros egregios. Burm.

Ad paginas & formam memorialis libelli convertisset.] Eadem fuit forma epistolarum vulgo: quod declarant Ciceronis epistolae, in quibus *extrema pagina* valet extrema pars epistolae. sic alibi paginae in epistolis nominantur. quod si impleta pagina superesset aliquid, tum vero transversa charta scribebant in margine, prorsus ut hodie fieri interdum solet. Cicero ad Atticum libro v. Ep. i. *Nunc venio ad transversum illum extremae epistolae versiculum.* Casaub.

Memorialis] Vid. ad cap. vii.

Transversa charta] Du haut en bas du papier. Gujet.

Exstant & ad Ciceronem, item ad Familiares domesticis de rebus.] Fallitur iterum vir ille eruditissimus, qui putat, tollenda esse illa, *ad Ciceronem*. Quid? Caesarem ad Ciceronem scripsisse mirum tibi videtur? At, inquis, non fuit illi Tullius familiaris. ille vero satis amicus & familiaris, quod epistolae ad Atticum multis locis testantur. Et tamen fallimur, si putamus, Suetonium hoc loco Ciceronem inter Caesaris familiares ponere: quem potius ab illis separat, si recte accipimus ipsius verba. A. Gellium Ciceronis non meminisse libro xvii. cap. ix. mirum non est. Solos enim nominat eos, ad quos Caesar per notas scripserat. Nemo autem de Caesare & Cicerone hoc dicit: neque ea est Suetonii mens. qui hoc tantum voluit, exstare sua memoria adhuc aliquas Caesaris ad Ciceronem epistolas. exstant & hodie quaedam: sed, ut puto, pauciores. Casaub.

Ad Familiares.] C. Oppium & Cornelium Balbum & alios, qui res ejus absentis curabant. De hoc genere procuratorum Asconius Pedianus. Graeci vocant τοὺς ἐπιτροπεύοντας τῆς ἀποδημίας αὐτοῦ, ut Appianus Manium Antonii procuratorem. Casaub. Sic putant quidam Ciceronis *epistolas* non inscribendas *familiares*, sed *ad Familiares*. A quibus dissentit Hub. Gifanius in Observationibus, existimans, ipsas epistolas *Familiares*, dicendas esse. Sed neutrum placuit Victorio, qui multis evincere studuit, sexdecim Ciceronis libros epistolarum denominandos esse ab iis, quibus prima inscripta est epistola. Ut liber primus *liber ad Lentulum*, secundus *ad C. Curionem*, & simili modo reliqui. Sed hoc tamen Camerarium movere non potuit, quin his Ciceronis libris praescripserit titulum *Epistolarum familiarium*. Goes.

Per notas] Inf. Aug. cap. lxxxviii. Torr.

Si quis investigare & persequi vellet.] Melius legeris *volet*, ut in editione Roberti Stephani. *persequi* pro assequi legendo, vel intelligere, ut apud Graecos παρακολουθεῖν & ἐπεξ. Sic imitatione Graecorum *transire* dixerunt, pro percurrere sive lectione sive oratione, ut illi διέρχεσθαι. In ὁμιλίαις Graeco-latinis, quae Glossario sunt adjectae, leguntur haec: *& ego transeo lectionem*, καὶ ἐγὼ διέρχομαι ἀνάγνωσιν. Doctissimi viri barbare dictum pronuntiarunt, & inepta Graeci sermonis imitatione. Ego memini, sic loqui elegantissimum scriptorem A. Gellium cap. ult. *Ipse*, inquit, *volvendis transeundisque multis admodum voluminibus exercitus defessusque sum. transeundis*, hoc est, legendis. sic accipio lib. iii. ad Herennium cap.

d pro *a*, & perinde reliquas commutet. Feruntur & a puero, & ab adolescentulo, quaedam scripta: ut *Laudes Herculis*, Tragoedia *Oedipus*: item *Dicta collectanea*. quos omnes libellos vetuit Augustus publicari, in epistola, quam brevem admodum ac simplicem ad Pompejum Macrum, cui ordinandas bibliothecas delegaverat, misit. Armorum & equitandi peritissimus, laboris ultra fidem patiens erat: 57 in agmine, nonnumquam equo, saepius pedibus, anteibat, capite detecto, seu sol, seu imber esset. Longissimas vias incredibili celeritate confecit, expeditus, me-

cap. 21. cum ait Auctor: *Ut ipsi nobiscum primum transeamus bis aut ter eum versum*: id est, legamus attente, vel repetamus apud nos quasi recitantes. Libro primo de Inventione, *transire breviter argumentationes* non semel dictum, pro recensere, διεξελθεῖν, & oratione percurrere. Hoc visum obiter monere: quia doctissimos viros valde superiores loci habuerunt exercitos, dum hunc ἰδιωτισμὸν non observant. CASAUB. Melius certe *volet*. Sed non adjuvant MSS. ut forte multa intersparserint librarii, fueritque tantummodo genuinum, *effici posset, nisi quis quartam elementorum literam, id est d pro a, & perinde reliquas commutet*. GRUT. Temerarium: ego nihil ejicerem, quum *investigare* & *persequi* sint elegantissima verba & venantibus propria, ut ex Terentio & aliis, constat; quae vulgo non in his adnotationibus vix attingimus. *si qui* Cod. Mem. *literam* deest Copes. *committeret* Cujac. Exc. BURM.

Quartam elementorum litteram.] Dio lib. XL. Εἰώθει δὲ καὶ ἄλλως, ὁπότε τι δι' ἀπορρήτων τινὶ ἐπέστελλε, τὸ τέταρτον ἀεὶ στοιχεῖον ἀντὶ τοῦ καθήκοντος ἀντεγγράφειν. CASAUB.

Feruntur & a puero & ab adolescente.] Duo meliores codd. *Feruntur vero ab adolescente*, deletis caeteris, nec displicet; & *Tragoedia Oedipus*, non *Oedipi*. Tragoedias vero Caesaris etiam Asconius commemorat. TORR. *Feruntur & ait vero ab adolescente* Cod. Memm. & Barth. *Feruntur & ab adolescentulo*. Cod. Hulf. *feruntur vero ab adolescentulo* Copes. *ferunt a puero &* Ed. Lugd. Junt. sed Heinsius ex turbata hic scriptura faciebat, *feruntur aetate tenera, & ab adolescentulo*, ego vero nescio cur illa *a puero* displiceant, cum velox Caesaris ingenium non cessasse credendum sit ad annum septimum decimum, qui finis pueritiae, quum vel a magistris acceperit, vel sponte legerit quasdam exercitandi ingenii materias, in quibus laboraret, ut laudes Herculis &c. BURM.

Oedipus] *Oedippi* Copes. & Exc. Voss. *Oedipi* Harlem. Periz. & Cujac. & Editiones omnes priores, nisi quod Romana vitiose *Edippi*. *Oedipus* Cod. Barth. & Exc. Cujac. & Edd. Casauboniana Basil. Scriver. & aliae. parum referre puto; licet *Oedipus* magis placeat. BURM.

Collectanea.] Sunt qui Apophthegmata Caesaris hoc nomine, intelligant, de quibus Cic. ad Paetum lib. IX. epist. XVI. Verum volumina vocat Cicero, Suetonius libellos fuisse indicat, & apophthegmata Caesar non adolescens, sed matura jam aetate collegit. TORR. Alibi notamus, quosdam Graecorum libros edidisse, ἐνδιδόμενα indice, Ὑπομνήματα τῶν ἀποφθεγμάτων λεγομένων: fortasse tamen verius est, eum librum intelligi, quem Ἀποφθεγμάτων vocat Cicero in epistola ad Paetum. lib. IX. 16. Nam quod *volumina* dicuntur illi, Suetonio *libelli*; non debuit ea res quemquam movere. *Volumen* Latinis est omnis sectio major, sive liber sit, sive libri pars. Sic librum primum Bibliothecae Diodori duobus voluminibus constare dixeris recte. Plinius in epistolis, lib. IV. 5. *Libri tres in sex volumina propter amplitudinem divisi.* Ipse Diodorus τμήματα & μερίδας vocat. Viterb. cod. legit: *Dicta conjectanea*, pro *conlectanea*, ut puto. CASAUB. Apophthegmata fine dubio: & haec potuit a puero incepisse, & subinde inter legendum adjecisse, quae digna videbantur adnotatu. *Dicta* enim apud nostrum & alios ita passim poni notum. BURM.

Publicari in epistola.] Dele *in*. sic enim duo MSS. TORR.

Ad Pompejum Macrum] *Pomponium* Cod: Periz. *Mucrum* Cujac. *Marcum* Venet. sec. tert. Junt. Lugd. Basil. Seb. Gryph. Dolet. & aliae. vide Tacit. I. Ann. 73. & ibi Freinshem. BURM.

Armorum &] *Et* deest. Memm.

57. *Incredibili celeritate confecit.*] De quo non

meritoria rheda, centena passuum milia in singulos dies: si flumina morarentur, nando trajiciens, vel innixus inflatis utribus, ut persaepe nuntios de se praevenerit.
58 In obeundis expeditionibus, dubium cautior an audentior. Exercitum neque per insi-

non absurdam sententiam M. Tullius ad Atticum lib. VIII. 9. de Caesare: *Hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia est.* CASAUB.

57. *Meritoria rheda, centena milia passuum*] Liber opt. *reda* & *passuum*. TORR. In manu exarato libro Jacobi Cujacii pro istis verbis erant hae literae Graecae: ΜΗΡΤΑΡΗΔΑ. quod quid sit, divinare nequeo. nisi quod videtur, qui ita scripsit, usus exemplari, ubi fugientes essent hae literae Latinae, *mriareda:* quod scribendi compendium cum non intelligeret, suspicatus Graecum verbum esse, Graece scripsit. At *reda* Gallicum est, non Graecum vocabulum. Graeci meritoriam redam dicerent, μισθωτὸν τετράκυκλον vel ὄχημα τετράκυκλον. Reda quatuor rotas habebat, ut cisium duas, auctore Isid. propterea Graeci in rebus Romanis τετράκυκλον appellant. Xiphilinus in Adriano: Οὐ δ' ἐπὶ ὀχήματός ποτέ γε, οὔτε τετρακύκλου ἐπέβη. *Nunquam*, inquit, *in illo itinere nec currum nec redam conscendit.* Dionis interpretes τετράκυκλον pudendo errore *quadrigas* interpretantur. Nam etsi mancipes publici cursus redas quasdam soliti appellare *quadrigas* vel *flagella*, ut narrant Impp. in Codice: non tamen ferendus sit, qui viatorum τετράκυκλον, quadrigas dicat. Separat autem Dio redam & ὄχημα, cum tamen ὄχημα sit nomen generis: sed accipitur pro carpento aut alio curru artificii majoris. ideo scribitur in Glossario: Ὄχημα, *vehiculum, currus.* Ὀχημάτιον, *reda:* alioquin & τετράκυκλον, sive reda, ὄχημα est. Eunapius in Aedesio: διὰ δὲ διδασκαλεῖον ἐπὶ τετρακύκλου ὀχήματος ἐφέρετο. ubi idem error eruditissimi Junii vertentis *quadrigas*. Quemadmodum autem hoc genus vehiculi a rotarum numero τετράκυκλον nomen invenit, sic apud vetustissimos Aeoles ab eodem numero πετόρρον dictum, & apud inferioris aetatis Graecos Latinosque δίκυκλον & *birota*. In Codice Theodosiano de Cursu publico: *Statuimus redae mille pondo tantummodo superponi, birotae ducenta, veredo triginta.* CASAUB. *Meritoria rheda* & Pall. nostri, nisi quod tert. ita ambiguis literis sua exaraverit, ut capi possint etiam pro *mentoria rheda*. GRUT. *Raeda* Memm. qui & mox *passuum*.

In singulos] *Per* Cod. Hulf. vid. sup. ad cap. LIV. sic apud Ovid. II. Met. 48. *Inque diem*, ubi codices alii *perque diem*. mox cap. LXXVI. *in horas paucas*. BURM.

Vel innixus inflatis utribus.] Inventum est antiquissimum. Graecis ante Alexandrum fuisse in usu ex tertio Ἀναβάσεως Xenophontis sub finem liquet. Non igitur Graecos, sed Barbaros solum hoc docuit Alexander; quem tamen libro VII. cap. 7. sic loquentem inducit Curtius: *Utribus amnem trajicendi exemplum fecimus nuper: hoc ut Scythae imitari nesciant, Bactriani docebunt.* Hi utres vel inflabantur follibus, ut Suetonius indicat, & Xenophon, Caesar, Florus, aliique e Latinis: vel stramentis infarciebantur, ut apud Curtium libro septimo cap. v. *Utres quam plurimos stramentis refertos dividit. His incubantes transnavere amnem.* mox: cap. 9. *Quos utres sarmento repleti vehebant.* lege *stramento*. inepte enim nuper mutarunt. Arrianus de trajectione Istri libro primo: Τὰς διφθέρας, ἐφ' αἷς ἐσκήνουν, τῆς κάρφης πληρώσαντας &c. His igitur utribus sive θυλάκοις πεφυσημένοις, ut Graeci interdum nominant, ita incubantes & pedibus iter adgubernantes, tranabant: sed postea inventi sunt a Romanis ascogephyri, hoc est, pontes utribus junctis constantes: quorum descriptionem habemus in libro Notitiae Imperii. Meminit Zosimus libro tertio, sic junctum Tigrim, narrans, a Joviano in reditu e Perside. Ἀσκοὺς, ait, ἀλλήλοις συνδήσαντες καὶ ζεύγματος τρόπον τινὰ διὰ τούτων κατασκευάσαντες, ἐποχούμενοί τε τούτοις διέβησαν. CASAUB.

Ut persaepe nuntios de se praevenerit.] Plutarchus: Ὅπου γὰρ ἄγγελοι ἢ γραμματοφόροι διαδιώκοντες παρ' αὐτοῦ χρόνῳ πολλῷ ὕστερον ἀπήεσαν, ἐνταῦθα μετ', ... ἐφάνη τὰ φανέντα. CASAUB. *Saepe* Edd. Venetae & plures antiquae.

58. *Cautiorne, an audentior.*] Tres libri *cautior, an audentior*, sine *ne*, ut fere loquitur Tacitus. TORR. Polybius acerrimi vir judicii, & in rerum caussis scrutandis sollers, libro primo, Romanorum ingenia ita depinxit, ut si ejus descriptionem ad res gestas magni illius Caesaris referas, dixeris ipsissimum Julium esse quem describat. Ideo visum illius locum

insidiosa itinera duxit umquam, nisi perspeculatus locorum situs: neque in Britanniam transvexit, nisi ante per se portus & navigationem & adcessum ad insulam explorasset. At idem obsessione castrorum in Germania nuntiata, per stationes hostium

locum apponere: Καθόλου, inquit, Ῥωμαῖοι πρὸς πάντα χρώμενοι τῇ βίᾳ καὶ τὸ προτεθὲν οἰόμενοι δεῖν κατ' ἀνάγκην ἐπιτελεῖν, καὶ μηδὲν ἀδύνατον εἶναι σφίσι τῶν ἅπαξ δοξάντων, ἐν πολλοῖς μὲν κατορθοῦσι διὰ τὴν τοιαύτην ὁρμήν· ἐν τισὶ δὲ περιφανῶς σφάλλονται). *Omnino*, ait, *Romani in omni re, quam instituunt, violenti, & quicquid proposuerint, id necessario fieri debere existimantes, nihilque eorum, quae semel decreta ipsis fuerint, non posse fieri statuentes: efficiunt illi quidem pleraque omnia haec tanta violentia & impetu, ex animi sententia: in quibusdam tamen notabiles clades patiuntur.* Ita vides, quibus virtutibus & artibus pop. Rom. orbem subegerat, iisdem esse per Caesarem & superatum & in ordinem coactum. Casaub. *Cautior.* abjiciunt *ne* Exc. Voss. Rom. Bon. Basil. Lugd. quod jure placuit Torrentio. Aug xxviii. *dubium eventu meliore an voluntate.* ubi vide. & Vesp. i. & Drakenb. ad Sil. iv. 78. & Heins. saepe ad Ovidium. & infr. cap. lxxx. *Audacior* Codd. Harl. Periz. Edd. Venetae tres, Bon. Lugd. Junt. Ald. & aliae: perperam. vide ad Ovid. i. Art. Am. 608. Burm.

Per insidiosa itinera] *Loca* Copes. & Barth. male, nam sequitur *locorum*. & *itinera* pro viis, & locis, per quae iter facimus, poni ipsa docent lexica. sic *per silvestre iter* inf. lxxii. & ita multi apud Flor. i. 17. *speculatus omnia, refert tutum iter.* Burm.

58. *Perspeculatus.*] Malim, *praespeculatus*. Congrue hoc ad illud praeceptum Onosandri cap. vi. *Praemittat Imperator etiam equites scrutandis explorandisque viis: maxime cum sylvae penetrandae, aut circumseptae collibus solitudines pervadendae*, &c. Bern. *Praespeculatus* hic Cod. Bart. qui dubitat quid praestet, & praefert vulgatam Bernecceru. Sed nulla tum praecipua Caesaris laus, nam *praespeculantur* omnes fere duces, sed Caesar *perspeculabatur*, id est ut Florus. i. 17. *speculatus omnia*. & ita omnes fere editi & scripti: *per speculatos* Copes. Burm.

Neque in Britanniam transvexit, nisi ante per se portus] Hic mihi suspecta Suetonii memoria: nam illud *per se*, qui potest fidem invenire, cum Caesar ipse aliter scriptum reliquerit? praemisisse ait C. Volusenum cum navi longa. Casaub. *Per se* Hic mihi, inquit Casaubonus, suspecta Suetonii memoria, nam illud *per se* qui potest fidem invenire, cum Caesar ipse aliter scriptum reliquerit &c. At mihi suspecta est sola lectio vulgata, & pro, *per se* reponendum arbitror *persaepe*, πολλάκις. non simplicem aut levem hac in re curam, sed summam, & identidem repetitam in Caesare, ut summo & cautissimo imperatore, auctor hic commemoraverat. Quare & hoc ipso loco dicit, non *speculatum* sed *perspeculatum* eum locorum situs, ne exercitus incideret in itinera insidiosa. Saepius exploranda itinera, ubi adeundae gentes ignotae, praesertim hactenus ignoto maritimo itinere, in quo pro diversa anni tempestate alia atque alia incommoda offeruntur, ut hic Britannica. Boxhorn. Fides Historica *per suos* scribere jubet. Nec enim ipse Caesar ista praespeculatus est: sed C. Volusenum cum longa navi, exploratum loca, praemisit in Britanniam: sicut ipse scribit lib. iv. de Bell. Gal. cap. 21. Possit tamen ex scito JCtorum affirmari, Caesarem per se egisse videri, quod mandato ipsius legatus. Bernecc. Et Lipsius *per suos* malebat. sed quid hoc praecipui in Caesare, quod omnibus ducibus commune. Boxhornius & Heinsius *persaepe*: sed hoc modo praecessit: potuit vero & Caesar alios misisse exploratum, & ipse etiam portus quosdam per se inspexisse. nisi potius est errasse Suetonium, ut mox de obsessione castrorum in *Germania*, quod in *Gallia* accidit. & ubi ms. Barth. in *Gallia*, quod a correctoris forte manu, licet probet Heinsius. nisi crediderit Suetonius Caesari in Germania versanti nuntiatam obsidionem. quod non puto. Nam & confudisse saepe veteres Galliam & Germaniam patet ex comm. ad Flor. iii. iii. i. vid. & supr. Torr. ad cap. xiv. & Voss. ad Caes. i. Bell. Gal. 12. & iv. 21. Locutionem *per se* apud nostrum obviam illustravit Cl. Graevius ad Cicer. vi. ad Fam. 12. in *Britannia* etiam Harlem. Burm.

Obsessione castrorum in Germania] Cod. unus *obsidione*. Sed & Cicero utroque usus est, *obsessio templorum*, *obsessio militaris viae.* sup.

ſtium Gallico habitu penetravit ad ſuos. A Brundiſio Dyrrachium inter oppoſitas claſſes hieme tranſmiſit. Ceſſantibuſque copiis, quas ſubſequi juſſerat, quum ad arceſſendas fruſtra ſaepe miſiſſet, noviſſime ipſe clam noctu parvulum navigium ſolus obvoluto capite conſcendit: neque aut quis eſſet ante detexit, aut guber-59 natorem cedere adverſae tempeſtati paſſus eſt, quam paene obrutus fluctibus. Ne religione quidem ulla a quoquam incepto abſterritus umquam vel retardatus eſt. Quum immolanti aufugiſſet hoſtia, profectionem adverſus Scipionem & Jubam non diſtulit. Prolapſus etiam in egreſſu navis, verſo ad melius omine, *Teneo te*, inquit, *Africa*. Ad eludendas autem vaticinationes, quibus felix & invictum in ea provincia fataliter Scipionum nomen ferebatur, deſpectiſſimum quemdam ex Corneliorum genere, cui ad opprobrium vitae Salutioni cognomen erat, ſecum in caſtris habuit.

ſup. cap. XXV. TORR.

A Brundiſio Dyrrachium.] Liber opt. *Brundiſio Durrachium.* TORR.

Ad accerſendas fruſtra ſaepe miſiſſet.] Liber Ferrarienſ. *ad accerſendas eas fr.* TORR.

Aut quis eſſet ante detexit,] Haec verba non leguntur in Ed. Jac. Gron. negligentiam operarum puto, nec deſiderari in Memmiano credo. BURM.

Gubernatorem] Cui nomen fuit Amyclas. Luc. V. v. 520. BERN.

Quidem umquam] *Umquam* deſideratur in Cod. Periz. & Ed. Venet. pr.

Aufugiſſet] *Aufugaſſet* Cujacius.

79. *Profectionem adverſus Scipionem & Jubam non diſtulit.*] Minutius Felix, cap. XXVI. *Cajus Caeſar ne ante brumam in Aſiam navigia tranſmitteret, auguriis & auſpiciis renitentibus, ſprevit: eo facilius & navigavit & vicit.* CASAUB.

59. *Prolapſus etiam in egreſſu.* Tornacenſ. *prolapſus etiam egreſſu*, ſine *in*. De hoſtia vero aufugiente ſimilis locus Tit. cap. X. Vide Galb. cap. XVIII. TORR.

Verſo] *Verſus* Cod. Hulſ.

Teneo te] Barth. in reliquiis manuſcriptorum editis a J. P. Ludewigio T. III. p. 280. ex antiqua ſcheda notat, Caeſarem etiam oſculo telluri dato, omen in bonum ex pravo vertiſſe. quod aliis auctoribus neglectum eſſe ait. Sed hoc ipſum verbum *teneo* indicat, quo amplexus & oſculum intelligitur. ita Clinia apud Terent. Heaut. II. IX. amplexus amicam exclamat, *teneone te Antiphila*? & ita ubique in hac formula, *amplexus*, qui non ſine oſculo, indicatur. vid. ad Petron. cap. CXXXIX. & hinc *amplexu tenere* & *jungere* de oſculantibus. de quo egi ad eumdem Petron. cap. LXXXVI. *complexu teneo* Virg. VIII. 582. Lucan. VIII. 723 *tenet ille ducem complexibus artis.* BURM.

Ad eludendas] *Ad deludendas* Cod. Cujac.

Cui ad opprobrium vitae Salvitoni.] Sic Pulmannus, & MSS. noſtri quatuor. At libri typis impreſſi *Salutioni*, nonnulli etiam *Salutationi*. Sunt quoque, qui verba illa, *ad opprobrium vitae*, ut ex gloſſematio profecta, delenda cenſeant; ideo fortaſſis, quod in cognomine ipſo nullum opprobrium videant. Plin. VII. cap. XII. Scipiones duos, alterum a Salutione mimo traxiſſe nomen ſcribit. Sed & ille Plinii locus forte reſtituendus eſt, ut *Salvito* legatur. nam in meo quoque codice *Salvitto* legitur. Verum ſive *Salvito*, ſive *Salutio*, ſive *Salatto* cum Dione extremo lib. XLII. quis mavult, verba illa, *ad opprobrium vitae*, a Suetonio addita puto, quo ſignificet homini illi, quem ex gente Cornelia ſecum habuit Caeſar, non ob formae cum mimo ſimilitudinem, ut priori illi Scipioni, ſed ob morum potius turpitudinem, vitaeque infamiam cognomen hoc adhaeſiſſe. Quamquam & nominis ratio, ſi veteres codices ſequamur, neſcio quid mimicum prae ſe fert, tanquam cui vita pro ſale fuerit, aut ipſe vitae ſal atque jucunditas. ſic enim & Catullus ſuum *ſalapuſium* formavit, (niſi quis mecum ſentiens *ſalicippium* legere ibi malit) & lepide de meretricula Lucret. lib. IV. *tota merum ſal.* Juſtus Lipſius Elector II. cap. XVII. *Salacioni* legit, a verbo ſalax, ut a ſenex ſenecio, pro homine vitae ſpurcae & impurae. Nec diſplicet. Dionis enim, quam dixi lectioni, *Salatto* proximum eſt. Conjecturae tamen meae non me poenitet. Symbolam dedi, quam potui. TORR. VV. CC. habent *Saluntoni.* URSIN. Editio Romana & aliae nonnullae, ut Roberti

buit. Praelia non tantum destinato, sed ex occasione sumebat: ac saepe ab iti- 60 ne-

ti Stephani, ita (*Salutioni*) hoc cognomen scribunt; quod in libris aliis tam varie scriptum reperitur. Romanam γραφὴν confirmant meliores codices Plinii lib. VII. cap. XII. & lib. XXXV. cap. II. & ita apud Plutarchum Σκιπίων Σαλουτίων. apud Dionem Σαλούτιον, minus recte. Cornelia gens, quod sciunt omnes, in plurimas divisa fuit familias: in iis una quaedam obscura & ignobilis, unde iste erat: quem cognomen Salutionis a mimo, cui similis fuit, traxisse, credamus affirmanti Plinio libro VII. Suetonius ait, *ad opprobrium vitae* id illi cognominis esse impositum: quod non repugnat sententiae Plinii. utrumque enim fieri potuit, ut & vultus & morum similitudine histrionem illum referret. Sic legimus Curionem oratorem corpore & lingua percitum & inquietum, Barbuleji scenici nomen coactum suscipere. Hic Salutio a Caesare tum assumtus, in gratia apud eum postea fuit & loco aliquo. Opes sane tantas paravit, ut earum magnitudine Scipionem unum e familia Africanorum induxerit, ut vellet testamentaria adoptione in familiam simul & nomen ei succedere. quod factum nobilibus viris vehementer improbatum, Messalae imprimis, qui ea caussa motus librum edidit de Familiis. auctor Plin. lib. XXXV. Viris doctis, qui istum locum varie emendant, equidem magis audiendum quam auscultandum censeo. Casaub. Pal. noster primus, *Salutioni cognomen erat.* Sec. *Salvituen.* tertius *Salvitoni.* Lectio vulgata tuetur se libris MSS. quos excussit Turnebus. Grut. *Salutioni.* Sic & apud Plinium. Timide suspicabar, an fuisset *Salaconi.* Est enim σαλάκων, πτωχὸς ἀλαζὼν Hesychio: qualis ille ostentator pecuniosus lib. IV. ad Herennium: quales multi cuniculosae Celtiberiae filii, an privigni. Idem σαλακωνίζειν. Cic. lib. VII. fam. XIV. *Istius Salaconis iniquitatem.* Aristoteles II. Rhet. ad Theodect. XVI. καὶ τρυφεροὶ καὶ σαλάκωνες. Gronovius. *Salvictoni* Harle. *Salvittoni* Ed. Venet. pr. *Salvitoni* Mem. Copes. Huls. in inscriptione Gudiana CCCXLII. 2. legitur Q. Minucio Salvittoni. J. F. Gronovius ad Plin. XXXV. 2. legit *Salpittoni*, quum in nota a Graevio adducta *Salaconi* conjiciat, quod a Lipsii conjectura non longe abit, & quem impudenter compilat Harduin. ad Plin. VII. 12. in Gronovii *Salpittonem* petulanter invectus. locus ille difficilis est, & qua ratione Scipio Pomponianus dictus fuerit dubium: Harduinus explicat Pomponium adoptasse Scipionem testamento in nomen & familiam Pomponiorum, qui inde dictus ex more solemni Romano, *Scipio Pomponianus Salutio*, quae interpretatio etiam Durando, qui nuper hanc de pictura Plinii partem commentario illustravit, probata fuit: sed haec duplici ratione Romanorum moribus sunt contraria. Patricius enim & nobilis, si adoptaretur a plebejo, multa magis a mimo, nullo modo cogebatur ejus nomen ferre, ut hoc Antiquitatis studiosis & notissimum, & exemplo Clodii a Fontejo adoptati & aliorum confirmari posset. deinde adoptatus patris adoptivi nomen integrum ferebat, naturalis vero immutatum, & ita hic Scipio dicendus fuisset, *Pomponius Salutio Cornelianus*: quare licet in re obscura nihil adfirmem, verosimilius videri posset Pomponium quemdam Salutionem adoptatum a Scipione, qui, & inde debuit dici, *Cornelius Scipio Pomponianus.* praeterea non video probari mimum illum dictum fuisse, *Pomponium Salutionem.* Sed Scipioni cuidam Pomponiano dicto, adhaesisse illud cognomen *Salutioni* sive adoptione testamentaria, sive alia de caussa. *Ad opprobrium vitae* vero nescio an ad infamem & luxuriosam vitam referendum, tunc enim dicendum foret *ob opprobrium*, ut Vossius marg. adscripsit. si simpliciter *ad opprobrium* dixisset, indicasset hoc nomen ad dedecus gentis ipsi datum, quia forte adoptatus adsumserat hoc nomen, quod minime cogebatur ferre, & mores potuere extra culpam esse, sed dedecore Africanonorum Salutiones irrepserant in Scipionum nomen, & hinc despectissimum vocat noster. Burm.

In castris secum] *Secum in castris* Periz. Exc. Cujac. Edd. Venetae tres, Bon. Junt. Lugd. Ald. Basil. Tor. Casaub. & plures.

60. *Non tantum destinato.*] Lib. opt. *non saepe dest.* quod probo. Torr. Viterb. *occasione*, sine *ex. Praelia sumere*, ut apud Tacitum II. Historiarum 42. *Othoniani, quanquam dispersi, pauciores, fessi, praelium tamen acriter sumsere.* & alibi *pugnam resumere.* & XV. 49. Annalium: *sumere conjurationem.* Genus loquen-

nere statim, interdum spurcissimis tempestatibus, quum minime quis moturum speraret; nec nisi tempore extremo ad dimicandum cunctantior factus est. Quo saepius vicisset, hoc minus experiendos casus opinans: nihilque se tantum adquisiturum victoria, quantum auferre calamitas posset. Nullum umquam hostem fudit, quem non castris quoque exueret? ita nullum spatium perterritis dabat. Ancipiti praelio equos dimittebat, & in primis suum, quo major permanendi necessitas imponere-
61 tur, auxilio fugae erepto. Utebatur autem equo insigni, pedibus prope humanis, &

quendi militare, ut *terga sumere.* unde apud Servium ex Sallustio, lib. VI. Histor. *more praelii sumtis tergis & redditis.* CASAUB. Vide ad Ovid. Epist. XVI. 371. & infr. ad Aug. X.

Non tantum destinato sed ex occasione.] Sic Pall. omnes. GRUT. Nihil video variare scriptos aut editos. Forte, *non tantum ex destinato, sed occasione:* ut Cal. XLIII. *ex destinato.* sed & praepositio saepe omissa ante primum nomen revocari potest ex sequenti, cui additur, vid. ad Ovid. I. Art. Amat. 133. & Bentlej. ad Horat. III. Od. XXV. 2. & alibi: *destinatum* autem nomen est. vid. comm. ad Frontinum in praefat. inf. cap. LXXX. *destinata negotia*, ubi quidam *negotia* abjiciunt. BURM.

Moturum putaret.] Cod. Ferrar. *speraret.* TORR. Vera lectio, *speraret.* ita in exarata lectione optimorum quorumque librorum. Mutarunt imperiti magistelli non hoc loco solum, sed aliis multis veterum scriptorum: quod scripti codd. arguunt. nesciebant isti qualemcunque τὴν μέλλοντος δόξαν Latinis *spem* dici, Graecis ἐλπίδα; ut in primo de Legibus docet Plato. & ita loquuntur gravissimi auctores. ita dictum divino Hippocrati primo Prorrhetico, κρατοῦσι τούτους ἐλπίς. ita Vati Thebano, κοιναὶ γὰρ ἔρχοντ' ἐλπίδες πολυπόνων ἀνδρῶν, Nemeonicarum Ode pr. Ita etiam optimi quique Latinorum. quod aliis observatum. CASAUB. Revocavi lectionem istam, quae non tantum in editionibus exoletis, sed & in Pall. pr. & tert. ut etiam in Ferrariensibus membranis Torrentii. vulgatum *putaret* proculdubio natum ab iis, quibus ignota vis vocabuli alterius. GRUT. Recte Gruterus ex MSS. & antiquis editionibus revocavit hoc verbum. *Sperare* est putare, Virg. IV. Aen.

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.

Et I. Aen.

Si genus humanum & mortalia temnitis arma;
At sperate deos memores fandi atque nefandi.

BERN. *Speraret* Codd. Harl. Periz. & Edd. Venet. pr. & aliae veteres, & Graeviana prior, quod nescio cur in ultima mutatum sit.

Cunctantior] Meliores libri *contatior* & *cuntatior*, ut & alibi. TORR. *Cunctacior* Mem. & Harl. Periz. Exc. Voss. & Edd. veteres *cunctatior* vel *cunctacior*. sed Basil. Torr. & Casaub. & aliae recte *cunctantior* ediderunt. vid. supr. cap. XIX. eadem variatio apud Apulej. Florid. XVIII. *Tanto sum ad dicendum, nimia reverentia vestri, contatior*, ubi alii *cunctantior*. & apud Tacit. I. Ann. 71. *data venia facile Segimeri, cunctantius filio.* ubi alii *cunctatius.* BURM.

Quo saepius vicisset, hoc minus experiendos casus opinans.] Prudens & necessarium consilium. Bene olim Alexandri milites: *Si non militibus, vel ipse sibi parcat, ne fortunam suam nimis onerando fatiget.* Justinus lib. XII. CASAUB.

Auferre calamitas posset: nullum umquam] Desunt hae quinque voces Ex. Voss. Mem. Harlem. Copes. Cujac. & Huls. in Periz. erant margini, sed eadem manu, adscripta, deerant & Ed. Venet. pr. BURM.

Quem non castris quoque.] Liber opt. *qui in cast.* alter *quin cast.* TORR. Magni duces, stantibus hostium castris adhuc, plenam se adeptos victoriam non putabant, nec dum Imperatoris meritos cognomen. Plutarchus in dictis memorabilibus Pompeji. CASAUB. *Qui in Castris* Harlem. Copes. Ed. Venet. pr. *quem non* Cod. Periz. Edd. Rom. Bon. Venetae tres Basil. & reliquae omnes antiquae. Casaubonus *quin* rescripsit, ut erat in Cujac. vid. Tiber. XXXV. BURM.

Ita nullum] *Ita ut nullis* Copes. *ita ut nullum* Mem. Harlem. sed tunc *daret* scribendum foret. BURM.

61. *Utebatur equo.*] De Caesaris equo Plin. lib. VIII. cap. XLII. & plura Plutarch. TORR.

Un-

& in modum digitorum ungulis fissis: quem natum apud se, cum haruspices imperium orbis terrae significare domino pronuntiassent, magna cura aluit, nec patientem sessoris alterius primus adscendit: cujus etiam instar pro aede Veneris Genetricis postea dedicavit. Inclinatam aciem solus saepe restituit, obsistens fu- 62 gientibus, retinensque singulos, & contortis faucibus convertens in hostem: & quidem adeo plerumque trepidos, ut aquilifer moranti se cuspide sit comminatus: alius in manu detinentis reliquerit signum. Non minora illa constantiae ejus, im- 63 mo majora etiam, indicia fuerint: post aciem Pharsalicam, quum praemissis in Asiam copiis, per angustias Hellesponti victor navicula trajiceret, L. Cassium partis

Ungulis fissis:] *Fisis* Mem. *scissis* Cod. Petiz. (in marg. *virgulis scissis*, ut & in Ed. Venet. pr.) Harlem. Venetae duae, Bonon. Lug. Junt. Ald. deinde *ascendit* omnes scripti & editi, sed quia in Memm. dubia erat prima litera an *a*, vel *e* esset, hinc *escendit* alii fecerunt, quod verbum miro quodam favore ubique viri clarissimi Gronovius, Graevius & alii intrudere conati sunt: sed si quid hic mutandum, malim *inscendit*, quo verbo utitur noster in Neron. XLVIII. Tit. IV. sed & *ascendere equum* saepe occurrit. BURM.

Contortis] Heinsius malebat *obtortis*.

62. *Moranti cuspide.*] In hoc foedissime lapsi sunt interpretes unius litterae additione; ubi enim *aquilifer* legendum erat, *aquilifero* legerunt, sensu nullo, pariter & inepto. Tu itaque ita leges, *ut aquilifer moranti Caesari cuspide sit minatus*; eo sensu, ut quum Caesar inclinatam aciem restituere omnino vellet, tanta constantia fugientibus obstiterit, ut aquilifer detinenti eum Caesari cuspide sit minatus, & alter in manu detinentis signum reliquerit. EGNAT. Cod. unus *moranti se cuspide sit comminatus.* Valer. III. cap. II. Cuspidem autem intelligo, quo Aquila, uti & alia signa militaria, defigebantur; & Aquila quidem in aedicula, ut in vetustis numismatibus cernitur. Vide Dionem lib. XL. de Crassi expeditione Parthica. TORR. Plut. & App. libro II. Ἐμφυλίων, hoc docent accidisse eo praelio, quo Pompejus insignem de Caesare apud Dyrrhachium victoriam tulit: ajuntque statim occisum istum aquiliferum ab iis, qui circa Caesarem erant. *Cuspis* est hastilis, quo aquila gestatur, pars posterior mucronata, qua terrae infigitur. Graecis οὐραχὸς & σαυρωτὴρ: etiam στυρακιον, sed τοῖς μεθ᾽ Ὅμηρον tantum. CASAUB. Nostri adhaerent retro vulgatis, in quibus *Aquilifero.* primus praeterea exhibet, *ut aquilifero moranti secum cuspide.* GRUT. *Aquilifero moranti se* Cod. Mem. *aquilifero moranti cuspide.* Exc. Cujacii, Codd. Harl. Periz. & omnes Edd. antiquae ignorant *se*, quod in recentissimis est. *Aquilifero m. secus cuspide.* Exc. Voss. Huls. & Copes. ubi *cus* repetitum ex sequenti syllaba. *Aquilifer moranti cuspide* Basil. Steph. in cujus margine manus docta *Aquilifero morienti*, quod & Heinsio placuisse video. sed quis morienti minari solet? de cuspidibus, unde auspicia ex acuminibus illustrat, vide Gevart. Elect. I. cap. 2. BURM.

Detinentis] An non potius *retinentis.* vid. ad Claud. XV. BURM.

63. *Immo majora etiam.*] Quis non videt, totum hoc adulterinum esse? Lego itaque, *Non minora illa constantiae ejus indicia fuerunt.* TORR. Pall. *ejus quod majora etiam indicia fuerunt*, ut fere inclinem in partes Torrentii, arbitrantis illud, *immo majora etiam*, adulterinum. addo etiam vocem *fuerant.* GRUT. Et Lipsius circumduxit; & mihi a glossatoris manu esse videretur, nisi & in Rhet. cap. V. occurreret, *nec eo minus, immo vel magis ob hoc*: & in Aug. LXV. *Agrippam nihilo tractabiliorem, immo in dies amentiorem.* quare nihil muto. *Non minor illa constantia, majora etiam.* Memm. sine *immo. judicia* etiam Copes. *fuerunt* Harlem. Periz. Edd. Rom. Venetae tres Bonon. Junt. Ald. & priscae fere omnes. BURM.

Vectoria navicula.] Sic duo libri ex nostris, & sic Turnebi secutus auctoritatem Pulmannus restituit. Ego tamen *victor* retineo. victoria enim addebat animum. Et cum naviculam dicit, satis intelligimus vectoriam fuisse. TORR. Sic dictum, ut supra *reda meritoria.* Vectoria est, τῷ τῶν πορθμέων πλοιαρίῳ atque hoc mire factum auget. Turnebo assentior, & cum Cujacii & Pithoei codd. *vectoria* lego, non, ut aliis placet, *victor.* Dionis verba pro omni ratione sint: τῇ Ἑλλησπόντου ἐν πορθμείῳ τινὶ περαιούμενος. CASAUB. *Vectoria navicula* Pall. duo.

tis adversae cum decem rostratis navibus obvium sibi, neque refugit: & cominus 64 tendens, ultro ad deditionem hortatus, supplicem ad se recepit. Alexandriae, circa oppugnationem pontis, eruptione hostium subita compulsus in scapham, pluribus eodem praecipitantibus quum desiluisset in mare, nando per ducentos passus, evasit ad proximam navem, elata laeva, ne libelli, quos tenebat, madefierent: 65 paludamentum mordicus trahens, ne spolio potiretur hostis. Militem neque a moribus neque a fortuna probabat, sed tantum a viribus: tractabatque pari severitate

duo. nam pr. *Vector*. illud vulgatum *victor* minime admittendum: nam ut victoria animum addat, non sequitur ideo aliquem se in periculum conjicere exitii praesentanei, quod ei inferri poterat, vel a pirata vilissimo. Grut. *Victor* habent Exc. Voss. Cujac. Cod. Periz. Edd. etiam priscae omnes. *Vectoria* demum Plantinianae & seq. habent. recte ut puto, quid enim opus, postquam dixisset post Pharsalicam *aciem*, addere *victor*? quis enim victorem inde discessisse ignorabat? nescio tamen an non ex Pal. pr. *vector* sit praeferendum; ut nimir. non classem ducens, sed ut privatus & communis vector Hellespontum transierit: & ita satisfiet etiam Torrentio. sic *vectores* Aug. xcviii. & Galb. x. & centies alibi: & ita *victor* & *vector* apud Quinctil. decl. xiii. 8. confusa. & de hoc ipso Hellesponto Ovid. Epist. xviii. 149.

Idem navigium, navita, vector ero

ubi etiam in uno Regio vitiose *victor*. Burm.

L. Cassium.] Appianus eundem Cassium fuisse vult, qui postea Caesarem occidit. Atqui hunc C. vocat & ipse, & Sueton. inf. cap. lxxx. Sed duo inter conjuratos Cassii fuere, praecipuus tamen Cajus. Torr. Fortasse legendum *C. Cassium* ex Historia. Ursin. Libri nihil variant: Dio consentit, μετὰ τοῦ Κασσίου τοῦ Λουκίου. Sed quae ad ea verba Dionis eruditissimus Xylander disputat, impellunt me, ut in praenomine erratum putem, & *C.* pro *L.* esse scribendum. Casaub. *Cajum* etiam Patinus rescribit.

Obvium] *Ovium* Cod. Mem. & ita iterum cap. lxxxi. *cominus* tendens, non est, ut Pitiscus, *statim*, sed ex adverso, ut prope accederet, ut apud Ovid. v. Fast. 176.

Audet & hirsutas cominus ire feras.

& ita passim alii; ut notum. Burm.

64. *Eruptione hostium subita.*] Liber Ferrar. *eruptione hostium facta subito compulsus.* Torr. Abjiciendum illuc *facta* codicis Ferrariensis. supr. lv. *subita hostium incursione*. Burm.

Desilisset]. Latinum non puto, & miror huc usque in editis conspici. Cod. Periz. *desiliisset* pro *desiluisset*. Centies, credo, monitum a Criticis, verba a *salio* composita in perfecto *salui*, non *salii*, vel *salivi* efferre elegantiores scriptores. sic cap. lxviii. *transilivit* retentum. vid. Gifan. Ind. Lucret. in *dissilui*. Gron. ad Senec. Thyest. 768. & alios. recte ergo & hic Gronov. *desiluisset*, & Neron. xxiii. & Vesp. xxiii. ex Memmiano. & alibi. Burm.

64. *Elata laeva ne libelli, quos tenebat, madefierent.*] Codex Politiani, *elevata laeva*. falso. nam verum est manum laevam a Caesare in eo periculo esse elatam, ne commentarii, quos illa manu tenebat, madefierent. Dio: [illegible; Greek quotation, apparently πολλὰ γράμματα ἐν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ ἀνίσχων ἐνήξατο]. Casaub. *Elata* rectum est. Valer. Fl. iii. 148. *Elatae propius succedere dextrae.* Vide ad eumdem libro v. 614. & viii. 29. Burm.

Paludamentum mordicus trahens,] De libellis consentit Dion lib. xlii. de paludamento abit diversus. nam & vestium pondere, & Aegyptiorum frequentibus telis, qui in eas, ut purpura insignes, collimarent, paene periisse, tandemque iis abjectis nando evasisse ad proximam navim. Vestem Aegyptios potitos ad tropaeum, quod fugae illius monumentum erexerant, suspendisse, tanquam si Caesarem ipsum peremissent. Appian. Civil. ii. de libellis non meminit, paludamentum hostes intercepisse ait. Torr.

Potiretur] *Poteretur* Memm. & Ed. Ald. recte etiam. & ita Cod. Memm. in similibus fere semper, ut *oreretur* Tib. xxxvii. *adoreretur* Claud. xiii. vide ad Ovid. xiii. Met. 130. Burm.

A Moribus] *A majoribus* Copes.

65. *Neque a fortuna.*] Mallem *a forma*, quamvis repugnantibus libris, ut Caesar non tam corporis aptitudine, quam re ipsa vires expenderit. Ipse autem lib. i. Commentar. scribit, se non minus ab milite modestiam & continentiam, quam virtutem atque animi magnitudinem desiderare. Torr. Si quid mutandum,

te atque indulgentia. Non enim ubique ac semper, sed quum hostis in proximo esset, coërcebat: tum maxime exactor gravissimus disciplinae, ut neque itineris, neque praelii tempus denuntiaret: sed paratum & intentum momentis omnibus, quo vellet,

dum, nihil melius emendatione Torrentii, *a forma*. Sed quid si hoc melius? magni enim aestimamus consensum MSS. Igitur *a fortuna* interpretor, a censu. Graeci πλουτίνδην ἀναγράφειν: quod Polyb. in sexta Historia ait factum a Romanis in equitum dilectu. sed & in pedite servatum idem, ut ex ipso Polybio probavimus alibi. Livius lib. XXXIV. XXXI. Nabidem Spartanum ita facit alloqui T. Quintium: *Vos a censu equitem, a censu peditem legitis: & paucos excellere opibus, plebem subjectam esse illis vultis.* Portius Latro apud Senecam patrem lib. II. *Census senatorium gradum ascendit: census in castris senatorium ordinem promovet: census judices in foro legit.* Quod negat a moribus probatum Caesari militem, id a Romana disciplina per fuit alienum. Observo enim tantae Romanis ducibus curae fuisse mores suorum militum, ut in numeris ad cujusque nomen nota morum adponeretur. Appian. Ἐμφυλίων lib. III. ᾔτησε πρὸς τῷ χιλιάρχῳ τῆς σπουδῆς· ἀνεχαράττετο γὰρ ἔτι ἐν τοῖς Ῥωμαίων στρατοῖς αἰεὶ καθ' ἕνα ἄνδρα ὁ τρόπος. CASAUB. Ita etiam Pall. tres. adeo ut nihil veniat mutandum. ponit enim duo abhorrentia admodum a moribus Romanis, ut scilicet adsciretur miles quilibet, nulla habita ratione census, nulla morum ejus. Unde & ipsemet Caesar lib. VII. Bell. Gal. cap. 52. *nec minus se in milite modestiam & continentiam, quam virtutem atque animi magnitudinem desiderare.* Sed & Titus Imp. inquit, apud Egesip. V. 24. *in exercitu Romano non solum virtutem corporis, sed etiam mentis requiri, nec tantummodo fortitudinem in hostem, sed etiam disciplinae normam spectari* &c. Opes quoque spectatas haurimus ex Livii loco lib. XXXIV. 30. Inde &, ceu insolens, de Mario Sallustius cap. 86. *ipse interea milites scribere, non more majorum, neque ex classibus, sed uti cujusque libido erat, capite censos plerosque &c.* quod ita mollit oratorie Quinctil. Decl. III. *Quanta cura robora militum legeris, imperator, ut hostibus prope humanas vires excedentibus opponeres parem delectum, vel ex eo manifestum est, quod cum scires, non ex censu esse virtutem, praeterita facultatum contemplatione viros tantum animosque spectasti.* GRUTER. *A Fortuna* i. e. censu. GUJET. Quod vero quidam putent Caesari hic contrarium tradere Suetonium, nihil est. Suetonius enim agit de delectu militari, in quo non morose exigebat mores & censum, contentus si validi & corpore robusto essent. deinde vero in castris & campo desiderabat non minus modestiam & continentiam, quam virtutem. nec videntur viri docti expendisse vim verbi *probare*, quod notat in delectu non spectasse mores &c. neque eos a militia removisse, sed quoscumque modo validos legionibus adscripsisse, quasi *lectos & probatos*, ut in Aug. c. XXXV. de senatoribus dicit. ita Gell. XII. 8. *Virginem despondet Graccho quem probaverat, elegeratque.* ita Nemes. Cyn. 141. *Catulosque probare voluntas.* *equos probare* Amm. Marc. XXIX. 3. & hanc vim verbi in aliis rebus Cl. Graevius ad Cicer. III. Verr. 30. contra Scioppium egregie illustrat. idem vero est quod ex Livio dat Casaubonus. *Vos a censu equites, a censu pedites legitis.* & ad Caesaris opinionem Pyrrhus militum inquisitori dicit apud Frontin. IV. Strat. 1. *Tu grandes elige, ego eos fortes reddam.* BURM.

Severitate] *Servitute* Cod. Harl. Edd. Venet. pr. & Lugd. Aberratio scribarum, qualis & occurrit apud Quinctil. 11. de Inst. Orat. 16. BURM.

Ubique ac semper.] Liber unus *aut* pro *ac*. Mihi utrumque expungere nulla religio est, ut *ubique semper* legamus. TORR. Temere, & nescio quare expungit τὸ *ac* Torrentius: loquitur enim quasi ex formula communi, nisi quod transpositis vocibus ament alii *semper & ubique*, quum omne tempus & locum indicare velint. Aug. XC. *ut semper & ubique pellem circumferret.* Quinctil. I. de Inst. Orat. 1. *cum semper & ubique, tum praecipue in epistolis.* X. 7. *studendum semper & ubique.* & ita Petronius & alii millies. sine copula tamen, ne quid dissimulem, dixit. Liv. IV. 4. *Quod privatorum consilium ubique semper fuit.* BURM.

Exactor] *Exauctor* Exc. Voss. *Exactori* Harlem.

Paratum & intentum]. & haec sollemnis formula. *parati* sunt, qui alibi *pransi parati*, id est corpore curato, armati: vid. ad Petron.

let, subito educeret. Quod etiam sine caussa plerumque faciebat, praecipue pluviis, & festis diebus. Ac subinde observandum se admonens, repente interdiu 66 vel nocte subtrahebat, augebatque iter, ut serius subsequentes defatigaret. Fama vero hostilium copiarum perterritos non negando, minuendove, sed insuper amplificando, ementiendoque confirmabat. Itaque quum exspectatio adventus Jubae terribilis esset, convocatis ad concionem militibus: *Scitote*, inquit, *paucissimis his diebus regem adfuturum cum decem legionibus, equitum triginta, levis armaturae centum milibus, elephantis trecentis. Proinde desinant quidam quaerere ultra, aut opinari, mibique,*

cxxx. & Ovid. VII. Met. 132. *intenti*, id est ad signa & imperia oculos & animos intendentes. Ut Sall. Iug. XLIX. *parati intentique*, ubi vide Cortii notas. sic & Tacitus II. Ann. 16. I. Hist. 62. de alia re noster Oth. XXXI. *paratus intentusque morti*. Virgil. v. Aen. 137. *intenti exspectant signum*. hanc etiam formulam Vellejo reddendam puto lib. II. cap. 62. ubi de Bruto & Cassio: *profecti urbe atque Italia, intento* ac *pari animo*, &c ubi malim, *intento & parato*, in sui nempe tutelam, & bello vindicandam salutem. BURM.

Praecipue pluviis & festis diebus.] Haec duo tempora quam sint hostilibus insidiis opportuna, ex scriptoribus strategematorum discere licet. CASAUB.

Observandam] *Ad observandum* Cod. Periz.

Defatigaret.] *Defetigaret* Cod. Memm. quod in textum recepit Jac. Gron. ita & in Codice S. Germ. reperi apud Columell. VIII. 16. *nisi quem Tiberis adverso flumine defetigasset*. Sed foetoribus illis antiquitatis non delector, licet & Davisium illas obtrusisse Ciceroni in Tusculanarum altera editione videam. BURM.

66. *Non negando, minuendove.*] Liber Cujacii *inhibendove*. non absurde: imo fortasse recte. Notae artes hodieque politicis, rumores sinistros inhibere. CASAUB. *Minuendove* Pall. omnes. neque opus admittere aliud quid. *inhibere* enim minus differt a *negando*, quam *minuendo*. GRUT. Male Casaubonus huc trahit *inhibere rumores*. id enim aliud est, quam negare & minuere. ut infr. c. LXV. *inhibere malum quam vindicare*. & ita passim noster *inhibere licentiam* &c. Non vero modo non inhibuit, verum ultro amplificavit etiam Caesar. BURM.

66. *Amplificando ementiendoque.*] Liber unus *ementiendo*, sine copula. Sed *ementiri* fere apud auctores nescio quam jactantiam in fingendo ac mentiendo significat, ut *ementiri stirpem, genus*. Ovid. v. Metam. 187.

- - - *qui se genitum septemplice Nilo*
Ementitus erat. TORR.

vid. ad Petron. cap. LXXXII.

Cum exspectatio adventus Jubae terribilis esset.] Viterb. *cum expectatio Jubae*. Ipsi Caesari, nedum militibus ejus, φοβερὸς ἦν ... ..., si Dioni fides: qui plane divinitus servatum narrat. CASAUB. Lubenter accesserim MS. IIII, cui abest vox *adventus*, quamvis permaneat in nostris omnibus. GRUTER. Vid. Abram. ad Cicer. pro Ligar. cap. 8. BROUKH.

Decem legionibus] *Decem* deest Cujaciano.

Equitum XXX.] Appianus Jubam habuisse scribit equitum XX. peditum XXX M. elephantos LX. Quare legendum censeo, *cum X. legionibus, equitum* XXX. *millibus, elephantis* CCC. deleto *levis armaturae* C. M. de equitibus enim ante dixit. Nec placet hoc de cataphractis intelligi: ea enim non erat Maurorum, aut Numidarum militia. Et alioquin etiam sine his abunde famam auxerit Caesar. TORR.

Levis armaturae C. millibus.] Errant, qui censent haec verba non esse legitima. Hirtius: *Cum praesertim ab incolis ejus provinciae nunciarentur adversariorum copiae, equitatus infinitus, legiones regiae* IV. *levis armaturae magna vis. Scipionis legiones* X, *elephanti* CXX, *classesque esse complures*. Vide amplius totum locum. Appianus nihil te movebit, si recte ceperis. eum adi. CASAUB. *Levis armaturae centum millibus*, ea quoque nulla litera minus Pall. GRUT. Deleverat haec verba Lipsius.

Elephantis] *Elephantisque* Codd. Harlem. Periz. Edd. Venet. tres, Junt. Ald. & plures. sed Plant. & Casaub. *Elephantis* restituerunt, ut prima Romana, Basil. & aliae habebant.

Desinant quidam quaerere ultra aut opinari,] Vim horum omnium verborum unica sibi

bique, qui compertum habeo, credant: aut quidem vetustissima nave impositos, quocumque vento, in quascumque terras jubebo avehi. Delicta neque observabat omnia, ne- 67 que pro modo exsequebatur: sed desertorum ac seditiosorum & inquisitor & punitor

sibi familiari voce exprimunt Graeci historici παραστρατηγεῖν. passim ea Plutarchus utitur. Appianus quoque III. Ἐμφυλίων de Cassio: Ἐκείνῳ δὲ ἐστρατηγημένῳ ὑπήκουον οἱ παραστρατηγοῦντες, οὐδὲ τὰς αἰτίας μανθάνοντες, οὐδ' εὐθύνοντες, ὅτε καὶ μάθοιεν. CASAUB.

Aut quidem vetustissima nave impositos, quocunque vento in quascunque terras jubebo avehi.] Scribe, *aut equidem vetustissimae navi impositos.* Observo autem, fuisse hoc apud veteres inter supplicii genera. Ita puniti a Tito primum, (Suetonius ait in illius vita cap. VIII. sed obscurius) deinde a Trajano delatores. Plinius in libro Panegyrico: *Congesti sunt in navigia raptim conquisita, ac tempestatibus dediti: abirent fugerentque vastas delationibus terras: ac si quem fluctus & procella scopulis reservassent, hic nuda saxa & inhospitale litus incoleret: ageret duram & anxiam vitam, relictaque post tergum totius humani generis securitate, moereret.* Ita saevitum olim a tyrannis, Christiani nominis osoribus, in viros sanctos. Victor de Geiserico Vandalo: *Tunc vero memoratae urbis episcopum, id est, Carthaginis, Deo & hominibus manifestum, nomine Quod vult Deus, & maximam turbam clericorum navibus fractis impositum, nudos atque exspoliatos expelli praecipit.* Eadem historia in Martyrologio, in VII. Kal. Novemb. *Quod vult Deus episcopus una cum clero a Geiserico rege Ariano in navibus fractis, absque remigiis & velis impositus, praeter spem Neapolim appulit.* Ejus generis sunt & ista ex eodem libro, in Aprili: *Hos omnes Aurelianus praefectus, navi vetustae impositos in altum mare deduci praecepit.* Paullo post: *Alios ignibus conflagrari, alios naviculis impositos, pelago immergi fecit.* In Septembri: *Priscus episcopus unus fuit ex illis, qui sub Valente Imperatore, ob fidem Catholicam vetustae navi impositi, ex Africa ad Campaniae litora pervenerunt.* Habentur & alia exempla in historia rerum gestarum σιρατηγικῶς καὶ ἀσεβῶς illius Valentis. CASAUB. Non male Casaubonus *aut equidem.* GRUTER. *Vetustissima nave:* Constans haec omnium scriptorum & editorum lectio soli Casaubono suspecta est, qui mavult *vetustissimae navi*; quia ita hoc verbum construi solet, certe ita legitur & apud Horat. II. Od. III. *impositum Cymbae*, & Ovid. VI. Met. 511.

Ut semel imposita est pictae Philomela carinae.

& Petron. CXIV. *impositus scaphae*; & ita passim alii. sed duplex ratio defendendi lectionem vulgatam. prima ut *impositos* absolute ponatur, ut ita solere docet Ampl. Cuperus & alii, quemadmodum in notis monui ad Ovid. II. Art. 430. & ablativus regatur ab *avehi.* ut similis ambiguitas apud Ovidium Epist. XIX. 175.

Impositam celeri Phasida puppe vehit.

posse tamen *imponi* cum ablativo construi putem, uti apud nostrum Neron. L. ubi ex ipsius Casauboni sententia legitur, *impositum colle hortorum.* vide ad Petron. cap. CXV. ubi, *impositum arce sublimi oppidum*, occurrit. adde quae viri docti ad Valer. M. V. III. Ext. 3. adnotarunt. BURM.

Jubebo avehi.] Libri MSS. duo, & edit. Germanica, *jubeo.* quod sane magis ducem sapit, maxime comminantem militibus. TORR. Editio Bas. & MS. Abbatis Gandensf. *jubeo*, quod magis pro auctoritate ducis, ut Torrent. SCRIVER. *Jubeo* etiam Cod. Harlem. Edd. Venet. tres & Seb. Gryph. Basil. *advehi* Lugd. & Junt. *in quasque* etiam Cujac. Exc.

67. *Neque pro modo*] Gabriel Faërnus, vir doctissimus, legebat *pro more*, ut ad jus militiae referatur, non ad delicti modum. neque enim verisimile est apud Caesarem, uti apud Stoicos, delicta fuisse aequalia. TORR. Cur hic quisquam offendat, caussam video nullam. Unde vero colligunt, apud Caesarem, uti apud Stoicos, peccata fuisse aequalia? Non sane id verba ista significant: sed hoc tantum, fuisse illum in puniendo milite suo leniorem, nec semper meritas poenas exegisse, duobus criminibus exceptis, desertae stationis, & seditionis: in his fuisse ἀπαραίτητον. *Modum* appellat jus consuetum, & disciplinae militaris instituta. at *exsequi* hic est, quod Graeci ἐπεξιέναι, *punire.* sic alibi apud Suetonium & Senecam. Tacitus in Vita Agricolae: *Omnia scire,*

nitor acerrimus. connivebat in ceteris. Ac nonnumquam post magnam pugnam atque victoriam, remisso officiorum munere, licentiam omnem passim lasciviendi permittebat: jactare solitus, *milites suos etiam unguentatos bene pugnare posse*: nec *milites* eos pro concione, sed blandiori nomine *commilitones* adpellabat: habebatque tam cultos, ut argento & auro politis armis ornaret: simul ad speciem, & quo tena-

scire, non omnia exsequi. CASAUB. Nihil heic opus nobis Faerni *more*, multo minus interpretatione vocis *modo*. GRUT. Pro modo delicti puniebat, ἐπιτίμως. GUJET. Male capiunt aut corrigunt viri docti. pro *modo*, sc. delictorum, id est magnitudine, gravitate; sed si puniebat, leviori poena contentus, etiam in graviori saepe delicto, & cum Simone Terentiano Andr. III. III. credens *pro peccato magno paululum supplicii satis esse* non modo patri, sed duci. sic Ovid. v. Fast. 303.

At si negligimur, magnis injuria poenis
Solvitur, & justum praeterit ira modum.

id est gravius quam crimen meretur puniuntur. In alia re Quinctil. III. de Inst. Orat. 4. *Aliter autem alia aetas emendanda est, & pro modo virium exigendum est opus.* Columel. XXII. 46. *pro modo crassitudinis.* Plin. v. Ep. 6. *porticus lata, & pro modo longa. ex modo* dixit Tacit. IV. Ann. 64. BURM.

67. *Et inquisitor & punitor.*] Notandum hoc contra eos, qui autumant, sine accusatore neminem puniri posse. Nihil enim vulgatius, quam ut ii, quibus mandata est jurisdictio, etiam sine accusatore in noxios inquirant, & convictos puniant. Hoc autem Tertullianus Apologia sua dixit, *eruere sceleratos*, & *eruere crimina*. Habes enim ibi: *Leges malos erui jubent.* Id est, investigari & e latibulis protrahi, quemadmodum e venis eruuntur metalla. Et iterum: *Dicimur sceleratissimi de sacramentis infanticidii & pabulo inde; & post convivium incesto, quod eversores luminum canes, lenones scilicet tenebrarum & libidinum impiarum, inverecundia procurent. Dicimur tamen semper, nec vos, quod tam diu dicimur, eruere curatis. Ergo aut eruite, si creditis, aut nolite credere, qui non eruistis. De vestra vobis dissimulatione praescribitur non esse, quod nec ipsi audetis eruere.* Dixerat autem paulo ante: *O quanta illius Praesidis gloria, si eruisset aliquem, qui centum jam infantes comedisset! At quin invenimus inquisitionem in nos quoque prohibitam.* GOES. Sine copula priori loco, *inquisitor ac punitor* Harlem. & Periz. Edd. Venetae, Bonon. & reliquae veteres. at Basileensis, bis *&* habet, quod secuti Gryph. & alii, vid. ad Caes. XIII. *poenitor* etiam Memmianus. quod cur non aeque ac *defetigare* placuerit antiquario, nescio. BURM.

Connivebat] *Cohibebat* Codd. Cujac. Hulf. & Copes.

Remisso officiorum munere.] Vide Polybium libro sexto, & quae libro sequente notamus. CASAUB.

Milites suos etiam unguentatos bene pugnare posse.] Vetus est luxuriae patrocinium Bacchi apud Euripidem, Aristippi apud Laertium lib. II. 78.

—— καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν
Ὁ νοῦς ὁ σώφρων οὐ διαφθαρήσεται). CASAUB.

Vincere, ut Plutarchus, si bene memini. GUJET.

Nec milites eos] *Suos* Cod. Harlem. Edd. Venet. tres, Bonon. Lugd. Ald. Steph. & aliae. *eos* est in Romana, Basileens. & recentioribus, illud *suos* ex praecedente versu repetiverunt scribae. vid. ad Aug. XIV. dein *commilitone* Harl. BURM.

Ut argento & auro politis armis ornaret.] Antiquum hoc institutum Romanorum. Juvenalis XI. 108.

Argenti quod erat, solis fulgebat in armis.

Vide Plut. in Bruto, & Josephum Ἁλώσεως lib. quinto. Ideo semper tecta arma gerebant, nisi praelii tempore: tum splendida vestis indui solita, arma ad splendorem dari detractis tegumentis. quae fere erant e corio vel pelle. Josephus θήκας appellat, Attici σάγματα. Plutarchus Lucullo: Οὐδ' ἐκθῦναι λαμπρὰν οἱ ἄνδρες λαμβάνοντο ὁδοιποροῦντες, ὑπὸ θυρεοῖς ἐγκεχηνωσμένοις χρῶν), καὶ κράνεσι γυμνοῖς, ὥσπερ νῦν, τὰ σκύτινα τῶν ὅπλων σκεπάσματα περιαιρέσαντες· ἀλλὰ μαρμαρυγὴ μὲν ἦν ἡ λαμπρότης αὐτῶν, καὶ βαδίζοντες ὥσπερ ἐπὶ τοὺς πολεμίους. Nudabant arma & in lustratione exercitus, atque omni transvectione pompae, Josephus v. Ἁλώσεως cap. XXV. Suetonius Vitellio, & infra in funere Julii. CASAUB.

Metu

naciores eorum in praelio essent metu damni. Diligebat quoque usque adeo, ut audita clade Titurian, barbam capillumque summiserit: nec ante demserit, quam vindicasset. Quibus rebus & devotissimos sibi, & fortissimos reddidit. Ingresso 68 civile bellum, centuriones cujusque legionis singulos equites e viatico suo obtulerunt: universi milites gratuitam & sine frumento stipendioque operam, quum tenuiorum tutelam locupletiores in se contulissent. Neque in tam diuturno spatio quisquam omnino descivit: plerique capti concessam sibi sub conditione vitam, si militare adversus eum vellent, recusarunt. Famem & ceteras necessitates, non quum obsiderentur modo, sed si alios ipsi obsiderent, tanto opere tolerabant, ut Dyrrachina munitione Pompejus, viso genere panis ex herba, quo sustinebantur, cum feris

Metu damni.] Voluit igitur Caesar suum militem esse φιλόπλουτον, ut olim Iphicrates. Vide Plut. initio Galbae. Casaub.

Audita clade Tituriana.] Adi ad lib. v. de Bello Gallico. 52. Casaub. Ubi vide Vossii notas, qui perbreve nimis putat spatium inter cladem Titurianam & caesos Gallos intercessisse, quam ut potuerit barbam, capillumque submittere: sed nihil aliud noster voluit, nisi quod Caesar ex eo tempore, quo audivit cladem Titurianam, nec tonderi nec radi voluerit, quantumcunque demum fuerit illud spatium. Burm.

Devotissimos.] *Devovere* proprie est, voto interposito semet obligare, etiam cum sui ipsius exitio. Virg. xii. Aen. 234.

Ili quidem ad superos, quorum se devovet aris,
Succedet fama.

Ejusque rei passim apud auctores exstant exempla. Verum quandoque nihil aliud significat, quam obsequentem obedientemve sese praebere. Ut Tiberio lxvii. *Si quando de moribus meis devotoque vobis animo dubitaveritis.* Unde *indevotio* pro inobedientia ponitur a Jurisconsulto l. 1. ff. d. penu leg. *Haeredis indevotione coërcenda.* Goes. *Advotissimos* Codd. Hulf.

68. *E viatico suo.*] *Viaticum* hoc loco peculium ipsum, seu facultates militis significat, ut & apud Horat. lib. ii. Epist. ii.

Luculli miles collecta viatica multis
Aerumnis &c.

Sed & Ulpianus l. xvii. de rebus creditis, *filii familias viaticum* dixit, pro magna facultate ac paratu magno, ut Graeci ἐφόδιον ad aliarum etiam rerum quam itineris apparatum transferunt. Torr. Peculio. Gujet.

Et universi milites.] Tres libri *universi mil.* sine *et.* Torr. *Obtulerunt; universi*, sic praeter Torrentii Codd. scriptos tres, Pall. pr. & sec. Librarii interseruerant copulam, *& universi* &c. non necessario. Grut. Sine copula etiam Hulf. Harlem. & Ed. Rom. & Campan.

68. *Tenuiorum tutelam.*] Hoc est, alituram & necessitatum omnium exhibitionem. *Tueri* hoc interdum significat apud JCtos, & alios veteres. Macrobius lib. ii. Saturn. cap. 2. *Plancus in judicio forte amici, cum molestum testem destruere vellet, interrogavit (quia sutorem sciebat) quo artificio se tueretur.* Casaub.

Sub conditione.] Notatu dignum, quod scribit Pomponius l. iii. de condit. & demonstr. *Qui sub conditione liber esse jussus est . . . . non aliter liber esse potest, quam si conditioni, sub quam data est libertas, satisfecerit.* Goes. Vide de T. Pontio Valer. M. iii. viii. 7.

Recusarunt] *Recusare* Cod. Hulf.

Sed & si alios ipsi] *Sed & si ipsi alios* Memm. Cujac. *sed etiam si ipsi alios* Ed. Rom. *sed etiam si alios ipsi* Cod. Periz. Edd. Basil. & Gryph. *sed & si alios ipsi* Ex. Voss. *sed si alios ipsi* Venet. tres, Bonon. Lug. Junt. Ald. Steph. & aliae vetustiores, quod magis placet; illa enim *&*, *etiam* intrusa puto, & hic & multis aliis locis. vid. supr. ad cap. xiv. *tanto opere* etiam hic Memm. & Cujac. Burm.

Dyrrachina] *Diracina* Copes., *Dyrracina* Harl.

Genere panis ex herba.] Lapsanam vocat eam herbam Plin. lib. xix. cap. viii. his verbis: *Nec non olus quoque silvestre est, triumphorum Divi Julii carminibus jocisque celebratum. alternis quippe versibus exprobravere, Lapsana se vixisse apud Dyrrachium.* Sic locus ille corrigendus, cum pro *triumphorum* codices vulgati *trium foliorum* habeant. Et olus quidem silvestre vocat etiam Dioscorides lib. ii. cap. cix. sed foliis est hirsutis, napi similibus. Caesar lib. iii. de Bello Civili cap. 48., radicis memi-

feris sibi rem esse dixerit: amoverique ocius, nec cuiquam ostendi, jusserit: ne patientia & pertinacia hostis, animi suorum frangerentur. Quanta fortitudine dimicarint testimonio est, quod adverso semel apud Dyrrachium praelio, poenam in se ultro depoposcerunt: ut consolandos eos magis imperator, quam puniendos habuerit. Ceteris praeliis innumeras adversariorum copias, multis partibus ipsi pauciores, facile superaverunt. Denique una sextae legionis cohors praeposita castello quatuor Pompeji legiones per aliquot horas sustinuit, paene omnis confixa multitudine hostilium sagittarum, quarum centum ac triginta millia intra vallum reperta sunt. Nec mirum, si quis singulorum facta respiciat, vel Cassii Scaevae centurionis, vel C. Acilii militis, ne de pluribus referam. Scaeva excusso oculo, transfixus femore & humero, centum & viginti ictibus scuto perforato, custodiam portae commissi castelli retinuit. Acilius navali ad Massiliam praelio, injecta in puppem hostium dextra, & abscissa, memorabile illud apud Graecos Cynaegiri exemplum imitatus, tran-

meminit, quam *charam* vocabant. de qua notata mihi quaedam ad Plinium lib. XIX cap. V. ubi de Armoracia. TORR. Egregie hunc locum illustrat Jacob. Nic. Loensis lib. IV. Epiphyll. cap. 2. quem videre debes, & Harduin. ad Plinii locum. BROUKH.

Sustinebantur] *Sustentabautur*. Cod. Hulf.

Dimicarint] *Dimicaverint*, & mox *superarint* Cod. Mem. Exc. Voss. & Ed. Rom.

Depoposcerunt] *Depoposcerent*. Cod. Periz. Ed. Venet. pr. *depoposcerint* Venet. sec. & tert. sed saepe ille indicativus a librariis mutatus in subjunctivorum modum. sic Calig. VIII. *versiculorum fidem elevat, quod sine auctore sunt.* ubi etiam *sint* alii. vide alia exempla in Miscell. Observat. Criticis Vol. III. pag. 257. BURM.

Puniendos] *Perveniendos* Harlem.

Una sextae] *Una* deest Cujac. Exc.

Sustinuit] *Substinuit* Copes. *hastilium ac sagittarum* Marg. Gryph.

68. *Quarum centum ac triginta millia intra vallum reperta sunt.*] Ex hoc Suetonii loco videtur Caesar emendandus, qui lib. III. de Bello civili cap. 53. habet: *Millia sagittarum circiter triginta*, &c. cum illud *circiter* in *centum* mutandum sit. Nisi forte hoc loco variant inter se scriptores: ut paulo post pro c. & xx. ictibus, quos Suetonius edit, Caesar habet foramina CXXX. & Plutarchus totidem. URSIN. Aut hic aut apud Caesarem mendum in numero. eum vide lib. III. de Bello civili. CASAUB. Non variant in hoc numero Pall. GRUT.

Si quis singulorum] *Singulorum si quis* Codd. Periz. Harlem. Edd. Venet. tres, Bonon. Junt. Steph. Ald. & vetustiores.

Vel Cassii Scaevae centurionis, vel C. Acilii militis,] Valer. Max. lib. III. cap. II. M. Caesium Scaevam, & C. Atilium vocat, quos Cassium & Acilium Suetonius. Plutarchus cum Valerio de Atilio consentit. TORR. Alii *Caesium* vocant. vid. Fontej. de prisca Caesiorum gente lib. I. cap. 13. quo alludit Lugd. quae *vel cessisse Scaevae.* forte pro *vel Caesii istius Scaevae, ut casum Scaevae* Venet. pr. BURM.

Excusso] *Excuso* Cod. Mem. sed in Tiber. cap. LIII. *oculum excussit.* BURM.

Transfixus] *Trausfixo* Basileenses posteriores, & inde credo marg. Torr. & Scriver.

Centum & viginti ictibus scuto perforato.] Appianus totidem, ἑκατὸν καὶ εἴκοσι. Plutarchus, ἑκατὸν καὶ τριάκοντα. CXXX. CASAUB. In veterrima editione numerum ictuum uno auctiorem invenio. CXXI. forte fuerit CXXX. ut conveniat cum Plutarcho, qui ἑκατὸν καὶ τριάκοντα fuisse tradit. Nisi potius illud I affixum non numerus sit, sed terminatio nominis *viginti.* Eadem editio, ubi caedem Caesaris Suetonius describit, habet XXIIII. *plagis confossus est*, quod idem est cum vulgato, *viginti tribus plagis* &c. Ad quae velim attendant qui vetustas editiones evolvunt. BOXHORN. Non vidi editionem priscam, in qua CXXI. exstet. & si sit, adhaesisse illud I. ex sequentis vocis *ictibus* prima litera putem. diffidia in numero ictuum veterum scriptorum vid. in comm. Bernecceri ad h. l. & aliorum ad Caes. III. de Bell. Civil. 53. (ubi vitiose in quibusdam Edd. CCXXX. circumferri viri docti adnotarunt) & Flor. IV. 2. BURM.

Dextra & abscissa] *Dextera & abscisa* Codd. Mem. Harl. Exc. Voss. Venet. Ed. pr.

Cy-

transiluit in navem, umbone obvios agens. Seditionem per decem annos Gallicis 69 bellis nullam omnino moverunt, civilibus aliquas: sed ut celeriter ad officium redierint, nec tam indulgentia ducis, quam auctoritate. Non enim cessit umquam tumultuantibus, atque etiam obviam semper iit. Et nonam quidem legionem apud Placentiam, quamquam adhuc in armis Pompejus esset, totam cum ignominia missam fecit: aegreque post multas & supplices preces; nec, nisi exacta de sontibus poena, restituit. Decumanos autem Romae cum ingentibus minis, summo- 70 que etiam urbis periculo, missionem & praemia flagitantes, ardente tunc in Africa bello, neque adire cunctatus est, quamquam deterrentibus amicis, neque dimittere: sed una voce, qua Quirites eos pro militibus adpellarat, tam facile circumegit & flexit, ut ei milites esse confestim responderint, & quamvis recusantem ultro in Africam sint secuti: ac sic quoque seditiosissimum quemque & praedae & agri

Cynegiri] *Cinegiri* Mem. *Cynegeri* Harl. Periz. Edd. Venet. pr. Lugd. Junt. Steph. Ald. & al. *Cyngeri* Ed. Rom. *Cingeri* Venet. sec. & tert.

Transiliens] *Transiluit* Copes. Mem. Edd. Junt. Steph. Ald. & aliae, ut dixi ad cap. LXIV.

Umbone] Vet. Edit. *mucrone*. Boxhorn.

Agens] *Angens* Cod Huls.

69. *Redierint*] *Redirent* Cod. Huls. Ed. Rom. quod placet.

Non enim cessit unquam tumultuantibus.] Dionis super hoc notanda verba iis, qui cum fructu historias legere volunt. Caesar, ait, ὅτι ὑπεῖξεν αὐτοῖς, νομίζων μηδὲν δεῖν τὸν ἄρχοντα παρὰ τὴν γνώμην ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν βίαν παθεῖν, ἵνα μὴ καὶ ἄλλο τι αὐτῶν σφῶν διὰ τοῦτο πλεονεκτῆσαι ἐθελησάντων. *non cessit* tumultuantibus Caesar: *existimans ducem contra animi sui sententiam coactu militum facere nihil debere. alioquin futurum mox, ut ob idipsum alia commoda velint consequi.* Casaub. *Umquam cessit* Ex. Voss.

Et nonam quidem legionem apud Placentiam.] Appianus in hujus rei commemoratione Ἐμφυλίων. lib. sec. quid appellat legem Petrejam? An fuit lex aliqua de militum declmatione lata? an potius locus mendosus, & legendum: Χρήσομαι τῷ πατρίῳ νόμῳ ἐπὶ τῆς ἐνάτης τάξεως, ἐπειδὴ μάλιστα τὴν στάσιν κατῆρξε, τὸν δέκατον διακληρώσων θανάτῳ lib. III. vocat legem militarem: αἰτήσας παρὰ τῶν χιλιάρχων τοὺς στασιώδεις διακληρῶσαι τῷ στρατιωτικῷ νόμῳ. Casaub. *Novam* Huls.

69. *Apud Placentiam.*] De hac seditione Appianus, Dion, Lucan. lib. VI. Torr.

69. *Quamquam adhuc in armis Pompejus esset.*] Atqui bello civili Pompejus arma non nisi cum vita deposuit, ac seditio illa Placentiae mota est post devictos Petrejum & Afranium, Caesare ex Hispania redeunte. Quare dictionem *adhuc* abesse mallem. Nihil muto tamen. duo libri, *in armis adhuc*. Torr. MSS. nostri duo posituram hanc verborum impugnant, habet enim pr. & sec. *Quamquam in armis adhuc esset Pompejus*. forsan illud *esset* librarii est. Grut. *In armis adhuc P. esset* Copes. Exc. Voss. Cujac. Ed. Rom.

Cum ignominia missam fecit.] Sic Aug. cap. XXIV. *Decimam legionem cum ignominia totam dimisit*. Vide J. C. l. II. de his, qui notantur infam. & l. XIII. de re militari. Torr. *Missa* Harlem. *immissam* Huls.

Decumanos] *Decimanos* Menm. Copes. Harlem. Edd. Venetae tres. *Decumanos Romae autem* Cujac. Exc.

Ardente tunc in Africa bello,] Nihil mutant Codices. magis tamen placeret, si praepositio abesset. Ita Cicer. VI. ad Att. 5. *quum arderet Syria bello*. IV. ad fam. 1. *orbem terrarum ardere bello*. & ita saepe Livius. ut lib. XXVI. 13. XXVII. 44. & alibi. Praepositio vero illa *in* centies apud Suetonium, in his Codd. omittitur, in illis additur. Burm.

70. *Qua Quirites eos.*] Tacit. lib. 1. Annal. in oratione Germanici ad milites, Dion lib. XLII. Simile quid apud Lampridium Alexandro. Torr. *Voce quam queritis*. Harlem.

Appellarat] *Appellaret* Huls.

Tam facile circumegit] Elegans verbum, quo & Seneca usus est II. Controvers. *Ad haec nova & diversa imperia subito me circumagi posse putas.* Horat. lib. 1. Sat. IX.

- - - nil opus est te
Circumagi. Torr.

71 agri destinati tertia parte multavit. Studium & fides erga clientes, ne juveni quidem defuerunt. Masintham nobilem juvenem, quum adversus Hiempsalem regem tam enixe defendisset, ut Jubae regis filio in altercatione barbam invaserit, stipendiarium quoque pronuntiatum, & abstrahentibus statim eripuit, occultavitque apud se diu: & mox ex praetura proficiscens in Hispaniam, inter officia pro-
72 sequentium, fascesque lictorum, lectica sua avexit. Amicos tanta semper facilitate indulgentiaque tractavit, ut C. Oppio comitanti se per silvestre iter correptoque subita valetudine, & in deversorio, quod unum erat, loco cesserit: & ipse humi ac

Circuegit Ex. Voss.

71. *Studium & fides erga clientes.*] Redit ad civilia studia Caesaris: nam ad caput usque LXXVI. docet, quomodo se ille gesserit, cum erga eos, qui partes ipsius in rep. sequebantur: tum erga illos, qui studio diversae partis ducebantur. Capite XLIV. eum proponeret auctor, se dicturum de studiis Caesaris civilibus, utrumque complexus est, & eloquentiae studia, de quibus dixit ante; & haec, de quibus nunc agere instituit. In quo Graecos est imitatus, apud quos πολιτικὰ utrumque hoc studiorum genus complectitur: ponitur enim & pro eloquentia atque oratoria arte, & pro ratione administrandae publicae rei. Hoc norunt, qui Platonem & Aristotelem norunt. CASAUB.

Ne juveni] *Neni juveni* Memm. an pro *ne in juvene?* BURM.

Masintham] Ita solus Pal. tert. nam sec. *Masinthiam.* pr. *Marsithiam.* GRUT. *Masinthiam* Copes. Junt. Steph. Ald. Arg. *Masyntham* Ed. Rom. *Masutham* Cujac. Exc.

71. *Stipendiarium pronunciatum.*] Liber opt. *pronunciavit.* placet. Sed ignorata hujus rei historia locum Suetonii paulo difficiliorem reddit. Jubam, qui postea a Caesare in Africa victus est, Hiempsalis fuisse filium, auctor est Dion lib. XLI. ubi de Curionis caede loquitur. Hiempsalem autem illum Pompejus Sullanis temporibus Regem instituit. Auctor Plutarch. Pompejo. Adversus quem tunc Caesar Masintham defendit; cumque ab adversariis illum aliter tueri non posset, stipendiarium pronuntiavit: ut pro milite habitus militari jure protegeretur. Aliter tamen Beroaldus, negans stipendiarium pro milite accipi debere. Sed Masintham Afrum, ad discrimen fortassis legionariorum, stipendiarii nomine comprehendit Suetonius. TORR. *Pronuntiatum* omnino legendum: nec aliter libri vett. Masintha iste, quem vocat Suetonius nobilem juvenem, videtur fuisse e stirpe regia ortus unius alicujus eorum Africae regum, qui in Africa, quod Romanis restitissent, periere amisso regno. Hunc veteris splendoris umbram aliquo modo retinentem pendere sibi stipendia Hiempsal, pridem a pop. Rom. rex salutatus, adnitente Sylla, jubebat. Re ad senatum delata, Masintha Romam venit: Hiempsal filium Jubam mittit. Ibi magna contentione actum est, divisis senatorum studiis. Vicit tandem Juba: & Masintha pronuntiatus Jubae stipendiarius, multum renitente Caesare, cujus studium in defendendo Masintha hic Suetonius commemorat. Ita hunc locum interpretandum censemus: nec dubitamus falli interpretes in totius hujus historiae explicatione; maxime eos, qui contra librorum omnium consensum putant scribi debere *pronuntiavit.* Etiam ii falluntur, qui Masintham esse putant Oxyntham Jugurthae fil. cujus meminit Appianus. Is cum patre captus circa annum A. U. C. DCXLVIII. haec caussa Romae disceptata praetore Caesare, anno post XLII. Quomodo igitur juvenis tum esse potuit, ut Suetonius eum vocat. CASAUB. *Stipendium quoque pronuntiatum ei abstrahentibus eripuit* Exc. Cujac. *stipendium* Edd. Venetae tres. *& ab abstrahentibus* Ald. mox *inter officia statim prosequentium* Gryph. Basil. & Plantin. Colin. Torr. & aliae: vitiose: nec est in codicibus *statim.*

Ex praetura] *Ex praefectura*, & mox, *advexit* Copes.

Inter officia prosequentium.] In turba amicorum, ad salutarem portam convenientium, ubi ex more salutabatur is, qui in provinciam propraetore aut proconsule exibat. Festus Pompejus. CASAUB.

Oppio] *Appio* Cod. Periz. Ed. Venet tres. ita alibi.

72. *Loco, quod unum erat.*] Verba male col-

ac sub divo adcubuerit. Jam autem rerum potens, quosdam etiam infimi generis ad amplissimos honores provexit. Quum ob id culparetur, professus est palam, *si gras-*

collocata. Lego igitur: *Loco in diversorio, quod unum erat, cesserit.* atque ita legendum esse, non dubitabit, qui Plutarchum idem scribentem viderit. TORR. Videtur legendum, ut est in V. C. *& in diversorio, quod unum erat, loco cesserit.* URSIN. Trajectionibus, quas vocant, delectari Suetonium, alibi notamus: verum ista lectio defendi ea ratione non potest. In editione Rob. Stephani plana omnia: *in diversorio, quod unum erat, loco cesserit.* sed mirum in omnibus fere libris aliter legi. Viterb. *ui & in* non habet. fortasse an, *diversoriolo, quod unum erat, cesserit.* CASAUB. Pal. pr. & sec. non habent praepositionem *in*, ut forte fuerit, *diversoriolo, quod* &c. quod venit etiam in mentem sagacissimo Casaubono. GRUT. Forte, *quod unum habebat.* GOES. *Et in* desunt Mem. Copes. *& diversorio, quod unum erat, cesserit* Bonon. *in diversorio, quod unum erat, loco cesserit* Steph. Heins. corrigebat, *& in diversoriolo, eo quod unum erat, cesserit.* sed quis *diversoriolum* a Suetonio profectum credat? licet quis in loco silvestri potius diversoriolum angustum & humile fuisse, quam diversorium vellet credere. ut ita *aedificiolum* in Lapide Doniano pag. 400. n. 32. Jac. Gron. *& in diversorio loco, quo cubitum ierat, cesserit.* qua conjectura tam fidit, ut in textum receperit. Saltem *iret* substituisset, nondum enim cubitum ierat Caesar, sed antequam se cubitum conferret, eo cessit Oppio: vel, ut posset ex *accubuerit* colligi, forte non pernoctavit, sed tantum cibum cepit: quamquam hoc propter Plutarchum, qui utitur voce ἐκάθευδεν, urguere nolo. praeterea ita perit magna pars indulgentiae, si *quod unum erat* tollatur. Nam iter erat silvestre, in quo rari vel nulli pagi aut vici, sed in viatorum commodum hic & illic deversoria fuisse credendum. in marg. Ant. Gryph. legitur pro *loco, locato.* Vossius probabat Stephan. Ed. lectionem. manus docta, ipsius ut puto Vossii, legebat in ora Plantin. in *diversorio, lecto, qui unus erat, cesserit*, vel Stephan. lectioni acquiescebat. *lecto cedere* etiam dixit Ovid. III. Art. Am. 642. sed non lecto tantum, sed toto loco cessisse apparet, cum sub Divo cubuerit. & plus est *loco* cedere, quam *lecto.* vid. ad Ovid. VI. Met. 320. & XI. 472. *lectus* & *locus* conjunguntur ab eodem III. Art. 663. ubi vide Heins. mihi transpositio illa Stephani non displicet, atque pro incertis conjecturis accipienda videtur. *loco* vero *cedere* ut sollemnis in multis aliis locutio, ita in hac fere re. Phaedr. I. fab. 19. *cedam loco.* BURM.

Humi ac sub divo.] Ante cubiculi, qui Oppio cesserat, fores. *Sub divo* autem pro *sub dio* semper in optimis quibusque exemplaribus scriptum invenimus. Horat. lib. III. Od. II.

> *Vitamque sub divo & trepidis agat*
> *In rebus.* TORR.

Ac ipse] *Et ipse* Periz. & Memm. (nam ita edidit Jac. Gronovius) Harlem. & Ed. Rom. Venet. tres, Bonon. Junt. Ald. Steph. Basil & omnes priores. in Gryphianis & Plant. & aliis recentioribus, *ac*, nescio qua auctoritate, intrusum. vid. sup. ad cap. XXVI. BURM.

Humi ac sub divo cubuerit.] *Humi*, pro ἐπὶ στιβάδος vel culcita viatoria haud strata. Sic Graecis χαμεῦναι, qui in stramentis vel culcitis super humo constratis cubant: χαμευνίας Latini scriptores dicunt *humi dormitiones.* Deinde *sub divo*, an praecise verum? Plutarchus saltem ait ἐν τῷ προστεγίῳ τῆς θύρας. Est vero προστέγιον non *vestibulum*, ut vertunt: sed protectum, sive tecti projectura, quae aliquantum spatii ante januam tegeret. προστεγάσματα Graecis & γεῖσα: Latinis *suggrundia* & *protecta.* Glossar: *prote-ctum*, ὑπόθυρον. scrib. *protectum.* Non etiam displiceat *accubuerit*, ut in multis libris; non *cubuerit.* ea voce innuitur ad fores sub protecto cubuisse Caesarem. Turonensis tamen *cubuerit:* quod fortasse rectius. CASAUB. *Accubuerit* nostri libri meliores, non, ut publicati, *cubuerit.* GRUT. Ita Exc. Voss. & Cod. Harlem. Edd. a Romana usque omnes antiquiores, etiam in Gryph. & Colin. sed in Plantin. Torrentii & Casauboni demum *cubuerit* video. qui tamen & *accubuerit* agnoscit, & ad fores sub protecto cubuisse intelligit: recte quidem, nisi quod *protectum* in hoc deversorio fuisse vix putem, & *sub divo* huic explicationi repugnare videatur, quare sic *accubuerit* capiendum, pro proxime foribus vel parietibus cube-

grassatorum & sicariorum ope in tuenda sua dignitate usus esset, talibus quoque se parem 73 *gratiam relaturum.* Simultates contra nullas tam graves excepit umquam, ut non occasione oblata libens deponeret. C. Memmii, cujus asperrimis orationibus non minore acerbitate rescripserat, etiam suffragator mox in petitione consulatus fuit. C. Calvo, post famosa epigrammata de reconciliatione per amicos agenti, ultro ac prior scripsit. Valerium Catullum, a quo sibi versiculis de Mamurra perpetua sti-gmata

buerit. Vide Passer. ad Propert. I. III. pag. 151. qui *accubuerit* pro *cubuerit* dictum notat. Burm

Professus est] *Est* deest Memm.

Si grassatorum.] Liber unus e nostris sic: *Se grassatorum & sicariorum ope in tuenda sua dignitate usum esse, talibus quoque parem gratiam relaturum.* quam lectionem sane magis probo. Torr. *Si grassatorum* &c. *usus esset* sic nostri omnes, nisi quod sec. *se grassatorum*, quod Torrentio probatur, omnino improbandum est, cum id omnis respuat ratio. Grut. Si *usum* sine τοῦ *esse* legeretur, aliqua specie Torrentiani codicis lectio defendi posset, sed omnes scripti & editi in alia omnia eunt. *sua* deest Hulf. quod non desiderarem, si plures consentirent, ut in cap. XVI. sed cap. XXXIII. additur. Burm.

Simultates contra nullos tam graves excepit] Rara locutio, & cujus vix parem novi. ineptum vero Pitisci commentum, qui quum *excipere* sit verbum hospitii, inde explicat, in animam eo usque demisit, ut vellet exercere. ergo etiam *deponere*, quod hic τῷ *excipere* opponitur, est hospitio exigere & depellere: sed forte referendum hoc inter singularia Suetonii, qui usus sit pro suscipere, ut exponit Passerat. ad Propert. II. XXVI. pag. 353. & ita fere apud Tacit. III. Ann. 10. *cognitionem excipere.* Nep. Datam. V. *invidiam*, sic pro accipere, ut *cladem*, *calamitatem* &c. *excipere* apud argenteae aetatis scriptores occurere vidimus ad Quinctil. Decl. CCCXXX. quo sensu apud Tacitum XII. An. 19. *poenas capite excipere*, posset accipi, si Farnesiani codicis lectio pro *expendere* alicui placeat. alia quaedam hinc non abhorrentia exempla profert Cortius ad Cicer. X. ad fam. 47. sed quia haec omnia non plene satisfaciunt, ita explicarem, omnes simultates, sine ulla exceptione deposuit, si modo occasio offerretur. Nam leves facile deponunt homines, saepe facilitatem & bonitatem suam jactantes: sed quum de gravioribus deponendis admonentur, tunc vero eas excipiunt. caussantes atrocitatem injuriae, facile aliter remissuri, si leviori lacessiti fuissent injuria. & ita saepe *sine exceptione* levium vel gravium, de quibus agitur, *negotiorum* Cicero & alii dixerunt: & huic sensui egregie faceret, si cum editionibus Raphel. Casaub. Scriverii, Graevii & Gronovii legamus, *simultates contra* (id est, e contrario) *nullas tam graves excepit.* & ita apud Propert. d. l. *vota excipere* posset explicari, qui electa & quasi seposita deo essent. sic mox cap. LXXXVIII. *quicquam polliceri nisi sub exceptione.* Omnes ergo deposuit, nullas excepit, quas in posterum exerceret. numquam addidit, si tamen non graviter me laeserit. *contra* vero absolute noster saepe, ut Tib. II. Galb. XV. & alibi. Eo enim nihil pervulgatius. Burm.

73. *Ut non occasione oblata libens deponeret.*] Facilitas in accipienda satisfactione, & redintegranda post offensam gratia, inter notas magni viri, & magis principis. Antoninus Imp. &, quod maluit re esse, philosophus, doctum se ait τὸ πρὸς τοὺς χαλεπήναντας καὶ πλημμελήσαντας εὐανακλήτως καὶ εὐδιαλλάκτως, ἐπειδὰν τάχιστα αὐτοὶ ἐπανελθεῖν ἐθελήσωσι, διακεῖσθαι. Talem describit Pompejum Vellejus. Casaub.

73. *C. Memmii.*] De hoc C. Memmio, & C. Licinio Calvo sup. quoque cap. XLIX. At praeturae hujus C. Memmii fit mentio sup. cap. XXIII. consulatum petivit A. U. C. DCC. summa contentione. Cicero ad Q. fratrem lib. III. epist. II. ad Att. lib. IV. epist. XVI. XVII. XVIII. Damnatusque de ambitu, in Graecia exsulavit. Ad exsulantem plures Ciceronis epistolae Famil. lib. XIII. Virum bonum, artibus eruditum, oratorem argutum vocat idem in Bruto. Catullus contra acerbissime eum perstringit. Torr.

Catullum] *Catulum* Periz. Edd. Rom. Venet. pr. Lugd. Junt. Arg.

Versiculis] Deest Harlem.

Stigmata imposita] Illustrat hanc locutionem doctissimus Wass. ad Sall. Catil. XLIX. Burm.

Satis-

gmata imposita non dissimulaverat, satisfacientem eadem die adhibuit coenae, hospitioque patris ejus, sicut consueverat, uti perseveravit. Sed & in ulciscendo natura lenissimus. Piratas, a quibus captus est, quum in deditionem redegisset, quoniam suffixurum se cruci ante juraverat, jugulari prius jussit, deinde suffigi. 74

Satisfacientem.] Sic Tib. cap. XXVII. *Consularem satisfacientem sibi.* & Claud. cap. XXXVIII. *tantum non satisfaciens veniam dedit.* Solebant, qui verbis aliquem laeserant, jurare, nolle se ea dicta esse, atque ita satisfacere. Plaut. Amph. Act. III. *Mane, arbitratu tuo jusjurandum dabo, Me meam pudicam esse uxorem arbitrarier.* & sc. sequente: *Quando istbaec omnia exjurasti te mihi dixe per jocum.* Terent. Adelph. II. I. 8.: *Tu quod te posterius purges, nolle injuriam hanc mihi factam esse, hujus non faciam.* Sequitur, *Novi ego vestra haec, Nollem factum: jusjurandum dabitur esse te indignum injuria hac.* ridet enim Sannio veterem satisfactionum formulam. Ulpian. l. v. de injuriis: *Hac lege permittitur actori jusjurandum deferre, ut reus juret injuriam se non fecisse.* Adde Suetonium Claud. cap. XXXVIII. TORR.

Eadem die] Eodem argumento utitur Cicer. Divin. cap. XVIII. ubi vid. Menard. BROUKH.

Hospitioque patris ejus, sicut consueverat, uti perseveravit.] Non dubium est patris Catulli domum in Transpadana regione Italiae fuisse: quo Caesarem post triumphos suos ivisse nemo dicere sustinebit, qui meminerit, paucis diebus postquam triumphasset, caesum illum fuisse. Porro epigramma Catulli, quo Caesari stigmata sunt imposita, constat illud esse in Mamurram ἀστηγεμόνως scriptum, cujus initio est:

Quis hoc potest videre, quis potest pati?

Quum igitur mentio praedae Ponticae & Ibericae arguat, scriptum esse id epigramma sub tempora novissima vitae Caesaris; colligi inde necessario videtur, quae hic dicuntur de reconciliatione Caesaris & Catulli, ea brevi illo tempore esse gesta, quod medium fuit inter reditum Caesaris in urbem post bella civilia confecta & ejus caedem. Haec si ita sunt, non video, qui possit verum esse, quod Suetonius heic dicit de Caesare diversorio Catulli patris post reconciliationem uso. Quare Josephus Scaliger inter Suetonii παρεργάσματα hanc historiam esse ponendam pertendit, Notis ad Eusebii Chronicum, numero MDCCCCLX. CASAUB. Examinat hunc locum, & minus verum ostendit Illustris noster Scaliger Animadversionibus Eusebianis, quae consulantur. GRUT. *Sicut perseverat, uti perseveravit* & correctum *perseverat*, Memm. & Exc. Voss. Unde Gronoviis fecit, *consuerat. Sicut consueverat, ita perseveravit* Harl. Edd. Venetae tres, *ita perseveravit uti* Periz.

Deditionem] Pall. tres *Ditionem.* GRUT. Ita Edd. antiquae fere omnes & Cod. Periz. & Hulf. & Graevius in priori. *Dicione* Memm. & Harlem.

74. *Jugulari prius.*] Vivos ergo cruci suffigere moris erat, quo nullum supplicii genus acerbius. Vide, si lubet, Plutarchum. TORR. Tarquinium Priscum crucibus fixisse eorum corpora, qui necem sibi conscivissent, notat Plinius, ut saevum & uni illi usurpatum. locus est libro XXXVI. cap. XV. Sub Impp. vero factum saepius, ut amputata sontibus capita in crucem tollerentur. Exemplum est in Nigro apud Xiphilinum in Severo: & in Albino apud eundem Xiphilinum & Herodianum. Simile est, quod de Cleomene Plutarchus narrat: cujus verba eo proferam libentius, quod veram eorum sententiam non interpretes modo non videre; sed ne doctissimus quidem ille vir, qui nuper in libello de Cruce eum tractavit. Plutarchus igitur, postquam Cleomenis αὐτοκτονίαν commemoravit, ὁ δὲ Πτολεμαῖος, inquit, ὡς ἔγνω ταῦτα, προσέταξε τὸ σῶμα τοῦ Κλεομένους κρεμάσαι κατεβυρσώσαντας. Sententiam esse putant, jussisse Ptolemaeum, ut Cleomenis corpus crucifigeretur cute detracta. Sed vocem κατεβυρσῶν quis unquam ita usurpavit? Ipsa vocis compositio, si exempla deessent, illam interpretationem per se satis refelleret. Quare aut eorum codicum probanda γραφὴ, qui habent καταμυρεψήσαντας; & vertendum, *jussit Cleomenis corpus affigi cruci, ungentis fartum,* sive unguentatum (sententia, ut puto, non inepta: nam ista unguenta ad majorem infamiam valuerunt, nempe quo diutius integrum corpus maneret, & facies semper agnosci quiret. καταμυρεψεῖν hoc loco, quod Herodoto aliis-

sig. Cornelio Phagitae, cujus quondam nocturnas insidias aeger ac latens, ne perduceretur ad Sullam, vix praemio dato evaserat, numquam nocere sustinuit. Philemonem a manu servum, qui necem suam per venenum inimicis promiserat, non gravius quam simplici morte puniit. In P. Clodium Pompejae uxoris suae adulterum, atque eadem de caussa pollutarum cerimoniarum reum testis citatus, negavit se quidquam comperisse: quamvis & mater Aurelia & soror Julia, apud eos-

aliisque τραχήλου) vel significat hic καταδυσῶσαι in culleum capite tenus insuere, quia ex historia, quae statim sequitur, caput saltem fuisse nudum constat. Vitruvius lib. decimo, quod Graecus scriptor dicit βυρσοῦν βύρσαις, vertit *coriis involvere*. Polybius id vocat κατεῤῥάψαι εἰς ἀσκόν. libro octavo: ubi referens Achaei supplicium, ait: ἔδοξε πρῶτον μὲν ἀκρωτηριάσαι τὸν ταλαίπωρον· μετὰ δὲ ταῦτα τὴν κεφαλὴν ἀποτεμόντας αὐτοῦ, καὶ κατεῤῥάψαντας (male quidam, κατεῤῥίψαντας) εἰς ὄνειον ἀσκόν, ἀνασταυρῶσαι τὸ σῶμα. Moris fuisse apparet, ut sontium perditissimi quique & maxime exosi, parricidarum in morem vel ante vel post supplicium culleo insuerentur. Etiam in Martyrologiis leges, viros sanctos culleis insutos in mare saepius demersos. CASAUB. Necari, strangulari. GUJET. Dormientes oppressos & interfectos scribit Polyaen. VIII. Strateg. 23. Fenestella in fragmento, quod servavit Diomedes lib. I. pag. 361. dicit *decollavisse. Quemadmodum Caesar a Piratis captus sit, utque eos ipse postea ceperit, & decollaverit.* Excussit id nuper vir doctissimus Wesselingius lib. I Obser. cap. 20. Sine dubio miscentur ibi duae verbi *decollandi* significationes, primam pro *decipere* falsam, certe incertam esse, docuit summus Gronovius. altera pro gladio caput *amputare* recentioris aevi est, & utitur noster in Calig. XXXII. forte apud Diomedem posset legi, *alia significatio apud Fenestellam invenitur.* quod confirmatur exemplo, quod subjicit, & explicatione, *veteres autem securi caesos dicebant.* ostendens novam hanc *decollandi* significationem esse, quia veteres lictoribus ad supplicia & securi utebantur, imperatores fere militibus, qui gladiis exsequebantur, & decollabant. Quare quum Caesar imperaverit militibus jugulare piratas, id Fenestella *decollare* vocavit, novo verbo: facile vero concedam ex his fragmentis nihil adeo certi posse effici, cui non aliquid opponi possit; & vitium in alia parte orationis latere. subiit vero altera conjectura, mendosam esse vocem *victus*, quae ponitur post Lucilii fragmentum, & ubi debebat altera significatio verbi *decollari* a Grammatico tradi. Franciscus vero Douza in fragmentis Lucilii verbum *victus* omisit, & sano judicio ejecit. quare forte legi possit. Lucil. XII. *quibus fructibus me decollavit. Decollatus, ictus, quae significatio* &c. ut ita Fenestellam non dissentire a Suetonio, & piratas ictos, id est decollatos, jugulatos fuisse, per verbum *decollare* probet Diomedes. sed hoc est hariolari. BURM.

Cornelio Phagitae.] Is Sullae libertus, & ejus saevitiae satelles. sup. cap. I. TORR.

Aeger ac latens] In Raphel. & editione ultima Graevii video *aegre*, sine dubio operarum vitio, legi, nam in priore, ut in omnibus, quas vidi, *aeger* conspicitur. quare an jure dicat Jac. Gron. vulgo *aegre* legi, dubito. sed ita saepe solet: unde colligo paucas, & recentiores modo editiones adhibuisse. *aeger* firmatur ex cap. I. *ut quartana adgravante, latebras commutare cogeretur.* BURM.

Praemio dato.] Duobus talentis. Plutarchus. CASAUB.

Sustinuit] Pro voluit, sive animum induxit. aut certe potuit, ut Graeci ὑπέμεινε non numquam dicunt. ERASM.

A manu servum.] Mallem abesse dictionem *servum*. Aug. cap. LXVII. *Thallo a manu.* Vespas. cap. III. *Caenidem libertam, a manu.* Alibi *amanuensem* vocat. Tit. cap. III. TORR. Asserimus vocem *servus* contra docti viri conjecturam. Cicero de Oratore lib. III. cap. 60. *Quem servum ille sibi habuit ad manum.* CASAUB. Puto heic adpositam vocem *servum*, ne putaretur libertus aliquis honestior. tales enim ei rei adhibitos infinita probant. etiam locus auctoris nostri cap. III. Vespasiani, quem protulit Torrentius, cui ipsi tamen hoc loco visa dictio *servus* supervacanea. GRUT. Omnes scripti & editi, & simul Gronov. II. Obs. 24. vindicant *servum*. *Philemonem* Harlem.

eosdem judices, omnia ex fide retulissent: Interrogatusque, cur igitur repudiasset uxorem? *Quoniam*, inquit, *meos tam suspicione*, *quam crimine*, *judico carere oportere.* Moderationem vero clementiamque, cum in administratione, tum in victoria belli 75 civilis, admirabilem exhibuit. Denuntiante Pompejo, pro hostibus se habiturum, qui Reipublicae defuissent: ipse medios & neutrius partis suorum sibi numero futuros pronuntiavit. Quibus autem ex commendatione Pompeji ordines dederat, potestatem transeundi ad eum omnibus fecit. Motis apud Ilerdam deditionis conditionibus, quum adsiduo inter utrasque partes usu atque commercio, Afranius ac Petrejus deprehensos intra castra Julianos subita poenitentia interfecissent, admissam in se perfidiam non sustinuit imitari. Acie Pharsalica proclamavit, ut civibus parceretur: deincepsque nemini non suorum, quem vellet, unum partis adversae servare, concessit: nec ulli periisse, nisi in praelio reperiuntur, exceptis dumtaxat Afranio & Fausto & L. Caesare juvene: ac ne hos quidem voluntate ipsius interemptos putant: quorum tamen & priores post impetratam veniam rebellaverant,

lem. *Philomonem* Basil. sed *Philemonem* vindicat *Philemon*, ad quem Epistola Paulli Apostoli: & ita quaedam Edd. in Aug. XXVII. Burm.

Repudiasset uxorem] Vellem abesset *uxorem:* modo enim praecessit; & solet noster verba saepe sine casu ponere, ut cap. I. *nec ut repudiaret compelli potuit*, ubi etiam *eam* intruserunt librarii, & centies alibi. forte etiam mox *meas* sc. uxores praestaret, ut modo *nullos* & *nullas* varie exhibere Edd. vidimus. & ita *meus tuus* &c. vid. ad Ovid. XIII. Ep. 7. II. Amor. V. 26. & alib'. Burm.

Tam suspicione, quam crimine carere oportere.] Livia apud Dionem LV. Δεῖ σε, ὦ Αὔγουστε, μὴ μόνον μηδὲν ἀδικεῖν, ἀλλὰ μηδὲ δοκεῖν. Casaub.

Tum in administratione] *Cum* Copes. Memm. & Ed. Rom. quod praetuli, licet saepe variari sciam.

75. *Denuntiante Pompejo.*] Auctore sententiae tam tristis Cn. Domitio, qui solus ita censuerat. in Nerone cap. II. Casaub.

Motis apud Ilerdam deditionis conditionibus.] Concise, pro, mota mentione conditionum. sicut paullo post cap. LXXIX. *motam regni mentionem*. Casaub.

Ilerdam] *Hylerdam* Harlem. Periz. Edd. Venet. pr. Lugd. Junt. Arg. *Illerdam* Steph. *Hilerdam* Venet. aliae, Ald. Basil. &c.

Ac Petrejus] *Et Petrejus dep. inter* Copes.

Subita poenitentia] Post subitam poenitentiam. Gujet. Ut supr. LV. *subita hostium incursione.*

Interfecissent] *Interfecisset.* Edd. Lugd. Junt. Ald. Steph. Colin.

75. *Non sustinuit imitari.*] Sic ante, *non sustinuit nocere*, pro *noluit*. Frequens Suetonio. Torr.

Quem vellet unum] *Unum quem vellet* Harlem. Periz. Edd. Venet. tres., Bonon. *quem vellet unum* Copes. an pro *virum* ut alibi? vid. ad Vesp. XIX. sed praestat vulgatam servare. Burm.

Nisi in praelio.] Sic Cic. *Nisi armatum caesum ab eo neminem.* Torr.

Reperiuntur] Pal. sec. *reperirentur*. forte *reperientur*. Grut. Ita Memm. qui & *perisse*, ut & Ed. Roman. & Ex. Vossii. Sic & variant in Aug. LXVI. & Vesp. XIV. *non temere quis punitus insons reperitur*, vel *reperietur*. sine ulla variatione in Rhetor. cap. I. *non temere aliè reperientur*. Burm.

Exceptis duntaxat Afranio, Fausto & L. Caesare.] L. Annaeus Florus libro IV. cap. II. *Nemo caesus imperio praeter Afranium; satis ignoverat semel: & Faustum Syllam; didicerat generum timere: filiamque Pompeji cum patruelibus ex Sylla; hic posteris cavebatur.* Casaub.

Ne hos] *Ne eos* Copes. Huis.

Quorum tamen & Afranius & Faustus priores.] Locus omnino corruptus est, ut eum Pulmanuus, homo alioqui diligentissimus, perscripsit. Lego igitur, ut in cod. Ferrar. & edit. Germanica A. M. D. XXXIII. *Quorum tamen & priores post impetratam veniam rebellaverant, & L. Caesar libertis servisque ejus*, &c. Idque cum historia convenit. Loquitur autem de L. Caesare juniore. Torr. Sic

omni-

rant, & Caesar, libertis servisque ejus ferro & igni crudelem in modum enectis, bestias quoque ad munus populi comparatas contrucidaverat. Denique tempore extremo etiam, quibus nondum ignoverat, cunctis in Italiam redire permisit, magistratusque & imperia capere. Sed & statuas L. Sullae atque Pompeji, a plebe disjectas, reposuit. Ac si qua posthac aut cogitarentur gravius adversus se, aut dicerentur, inhibere maluit, quam vindicare. Itaque & detectas conjurationes, conventusque nocturnos, non ultra arguit, quam ut edicto ostenderet esse sibi notas: & acerbe loquentibus satis habuit pro concione denuntiare, ne perseverarent.

Au-

omnino etiam Pall. nostri, non ut vulgo: *Quorum & Afranius & Faustus priores.* Porro satis esse semel ignoscere, pluribus probavi ad Taciti lib. XII. Ann. 52. *idque ad clementiam trahebat Caesar, qui stirpem hostilem iterum conservaret.* GRUT. *Et priores Afranius & Faustus* Cujac. sed ignorant haec a glossatoribus adscripta nomina Edd. Rom. Steph. Casaub. Raph. & aliae recentiores. Basil. prima vulgatam habet, sed secunda, quam Torrentius laudat, ejecit nomina propria. *rebellaverunt* Memm. Harl. Copes. BURM.

Et Caesar libertis.] Ita recte veteres quaedam editiones: nam mirum est, omnes MSS. hic peccare. Periit L. Caesar in Africa, Utica capta. Vide Dionem. Hujus mors eos omnes vehementer perculit, qui in clementia Caesaris spes vitae suae habebant sitas. Cicero Varroni lib. IX. fam. 7. *Ut audivi de L. Caesare F. mecum ipse, Quid hic mihi faciet patri? Itaque non desino apud istos, qui nunc dominantur, coenitare. Quid faciam? tempori serviendum est.* quibus ex verbis, & ex historia apparet, voluntate Caesaris eum periisse, contra quam credidisse videtur Suetonius. CASAUB. Ita quoque Pal. pr. & sec. item a manu secunda tertius. in quo prius, *& L. Caesaris lib.* GRUT. Lucius scilicet, & *ejus* Julii Caesaris. GUIET. *Et Caesaris* Harlem. Periz. Copes. Edd. Rom Venet. tres. Basil. Ald. Gryph. Colin. Plant. ut vero Torrentius emendat, ita & Manut. ad Cicer. IX. ad fam. 7. BURM.

Ad munus populi.] Quod populo parabatur. Alii *ad munus publicum.* nec male. Fortasse *munus p.* per notam scriptum fuit. TORR. *munus publicum* Vossius in ora Ed. Plant. deinde *contrucidaverant* Codd. & Edd. quae *Caesaris* habent. *praeparatas* etiam Copes.

Extremo] *Postremo* Exc. Voss.

Permiserat] *Permisit* Codd. Harl. Periz. & praeter Romanam omnes Edd. veteres, & ipsa Graevii prior.

Statuas L. Sullae atque Pompeji.] Refert Plutarchus Ciceronis dictum, Caesarem restituendis Pompeji statuis suas servare ac stabilire. TORR. Dio lib. XLIII. M. quoque Tullius Caecinnae: *In quo admirari soleo gravitatem, & justitiam, & sapientiam Caesaris: qui nunquam nisi honorificentissime Pompejum appellat.* CASAUB. *Sed statuas* Ex. Cujac.

Cogitarenturque] *Cogitaverint* Hulf. *adversum se* Copes.

Notas] *Nota* Exc. Voss. Edit. Romana: & ita saepe solet neutrum genus subjungi duobus nominibus diversi generis. quod notissimum. sed nec exemplis destituimur, ubi praecedente feminino & masculino, adjectivum priori congruat & ita praevaleat femininum masculino, & dedi ad Ovid. IV. Met. 177. sic Lucan. I. *leges & plebiscita coactae.* ubi v. Oudend. Just. XXII. 5. *urbes castellaque Africae non mari cinctae, non in montibus positae, quas* &c. noster Aug. LXVI. *legata aut partes hereditatum relicta.* plura in promtu sunt, ubi adjectivum priori numero convenit, & saepe in MSS. variari, & a criticorum audacia etiam loca depravata ita scimus. hic vero ob consensum omnium fere scriptorum & editorum *notas* retinemus. vid. & ad Aug. LXXIII. & Claud. XI. in sola editione Doleti vide *notos*, ut proximo *coetus* conveniret: si quis vero *nota* praeferat, legat ille, *sed acerbe*, ut *s* litera ex *sed* adhaeserit τῷ *nota.* BURM.

Acerbe] *Acerbo* Cod. Mem. & ita cap. L. *facetissimo*, pro *facetissime.* nisi nimis Poëticum videretur, malim scribere, *acerba.* ut *acerba gemere* Ovid. Epist. VIII. 107. sic *mala dicta* pro *male.* vid. ad Ovid. II. Art. Amat. 533. & Ibin. 21. *mala loqui* v. Trist. X. 39. ubi alii *male*, vide notas: & plura apud Daviſ. ad Cicer.

Aulique Caecinae criminoſiſſimo libro, & Pitholai carminibus maledicentiſſimis, laceratam exiſtimationem ſuam, civili animo tulit. Praegravant tamen cetera facta, 76 di-

cer. II. de Natur. Deor. 43. ita *magna loqui* & ſimilia. BURM.

Pro concione] *Pro conditione* Cod. Harlem. Edd. Venetae tres: vitioſe.

Aulique Caecinnae.] Caecinna Liciniorum cognomen. Et hunc quidem A. Caecinnam ſtyli poenam dediſſe, monſtrant Ciceronis epiſtolae, maxime ſeptima lib. VI. Famil. TORR. Ex quinta & ſexta apparet eum deinde alterum librum ſcripſiſſe *Querelarum* nomine, quo ſibi Caeſarem mitigavit. BROUKHUS. An fuerit ex gente Licinia vehementer dubito, cum *Licinius Caecina* memoretur demum a Tacito & Plinio ſub Othone. hic vero A. Caecina Volaterranus, pro quo Cicero orationem habuit, erat ex Etruria, &, ut ſuſpicantur viri docti, ex gente *Cilnia*, & Maecenatis gentilis. vide Paſſer. ad initium orationis. nomen vero ſcribitur *Caecina*, non *Caecinna*. Franciſ. Marianus, qui nuper ſcripſit de Etruria Metropoli cap. XV. & XVI. late agit de hoc A. Caecina, & Volturenum, non Volaterranum fuiſſe contendit, ſed conſanguineum Maecenatis. Caecinam quendam Volaterranum memorat Cicer. XVI. ad Att. 8. ubi V. Corrad. BURM.

Pitholai carminibus.] Lib. unus *criminibus*. fortaſſe melius. De eo Macrob. lib. II. cap. II. *Octacilius Pitholaus, cum Caninius Rebilus uno tantum die conſul fuiſſet, dixit: Ante Flamines, nunc Conſules Diales ſunt.* Alii *Votacilius* ſcribunt. Sed verum eſt *Otacilius*, ut in veteri nummo: MARCIA OTACIL. SEVERA AUG. TORR. Hunc Cl. Bentlejus cenſet eumdem eſſe, qui Horatio lib. I. Sat. X. 21. dicitur *Pitholeon*. Otacilia vero gens antiqua Romae, quae & conſules dedit, cognomine *Craſſos*, & ex qua forte ille *Otacilius Craſſus* apud Caeſ. III. de Bell. Civ. 28. obvia etiam in lapidibus poſterioris aevi: cognomen hujus *Pitholaus* videtur libertinum genus indicare, & manumiſſum ab Otacilio quodam. in Pulmanni notis male *Votacilius* vocatur. ſed Pontanus ad Macrob. d. l. recte emendavit. qui dubitat idem ne ſit, qui a noſtro in vitis Rhetorum cap. III. vocatur *L. Otacilius Pilitus* vel *Pilitus*, vel *Piletus*. vide Leopardi Emend. lib. III. cap. 17. BURM.

Exiſtimationem] *Extimationem*, & mox *Extimetur* Codd. Periz. Harle.: & multae ex veteribus editionibus, ſollemni librariorum aberratione. vid. ad Arg. III. BURM.

Civili animo.] Id eſt, aequo & remiſſo, qualis eſſe inter ſe cives decet, non eorum more, qui (ut Ciceronis utar verbis) aequabilitatem communis juris, praeſtantia dignitatis aut fortunae ſuae tranſeunt. Sic *genus vitae civile* Tib. cap. X. & Claud. cap. XXXV. Plinius quoque lib. XIV. cap. IV. *Quae uſura civilis & modica.* Sed & *odium civile* eadem ratione dixit Cic. pro Milone his verbis: *Quid enim odiſſet Clodium Milo, ſegetem ac materiam ſuae gloriae, praeter hoc civile odium, quo omnes improbos odimus?* neque enim P. Victorio aſſentior lib. Variar. lection. XXI. qui pro *civile* illic *commune* ſubſtituit. Adde Juven. Sat. V.

Poſcimus ut coenes civiliter.



Ovidius etiam:

Exercet patrias pluſquam civiliter iras.

Cui non diſſimile illud Lucani exordium:

Bella per Emathios pluſquam civilia campos.

Sic enim & Tacit. lib. I. Annal. de Aſinio Gallo: *Jam pridem inviſus, quod pluſquam civilia agitaret.* Hinc *civilitas.* Aug. cap. LI. *Clementiae civilitatiſque ejus.* Capitolin. Antonino Pio: *Imperatorium faſtigium ad ſummam civilitatem deduxit.* Merito igitur ob inſignem animi moderationem templum Clementiae Caeſari decretum fuit. Plutarch. Dion, nummi veteres, qualis apud me ſervatur. TORR. Libro ſequente cap. LI. de hac virtute, quae civilitatis dicitur, agemus fuſe. quaedam & Torrentius hic docte. CASAUB. Modeſto, moderato. GUJET. Nihil huc facit illud Lucani exordium, cetera ſunt optima. vide Gronov. IV. ob. 5. BROUKH.

Praegravant] Feſtus, ubi de Originum libris Catonis agit, *non ſatis plenum titulum propoſiti ſui videri amplexum*, ait, *quando praegravant ea, quae ſunt rerum geſtarum populi Romani.*

dictaque ejus, ut & abusus dominatione, & jure caesus existimetur. Non enim honores modo nimios recepit, ut continuum consulatum, perpetuam dictaturam, praefecturamque morum, insuper praenomen imperatoris, cognomen patris patriae, statuam

ni. BOXHORN.

76. *Abusus dominatione.*] Id est, imperio & potestate publica, ut & vulgo alibi. Pomponius tamen leg. LXXVIII. ff. d. adquir. haered. & pro potestate usus est, quam privati in res sui dominii exercent: *Duo fratres fuerant, bona communia habuerant: eorum alter intestato mortuus suum haeredem non reliquerat: frater, qui supererat, nolebat ei haeres esse. Consulebat, num ob eam rem, quod communibus, cum sciret eum mortuum esse, usus esset, haereditati se alligasset. Respondit, nisi eo consilio usus esset, quod vellet se haeredem esse, non adstringi. Itaque cavere debere, ne qua in re plus sua portione, dominationem interponeret.* GOES.

76. *Ut jure caesus existimetur.*] M. ipse Antonius ita pronuntiavit, auctore Seneca de Beneficiis libro V. nam de reliquis Senatoribus non est dubium, quin eadem fuerit cunctorum, demtis paucis Caesarianis, sententia: in quam transire se non obscure declarat his verbis Suetonius. Laudo judicium & liberam vocem. non enim puto fuisse sub Caesaribus extra omne periculum, palam de primo auctore imperii, quod ipsi tenebant, ita pronuntiare. Inde illa tamen multa Dionis in detestationem facti hujus non uno loco. Damnat idem Seneca quoque non una ratione, de Beneficiis lib. II. Est vero gravis haec quaestio, neque hujus loci. CASAUB. *Census* Exc. Cujac. & Voss.

76. *Non enim honores modo nimios recepit, ut consulatum,*] Particula *ut* non est in duobus MSS. nec sane requiritur. Sed & verbum *recepit* abesse malim, ut tota haec oratio referatur ad id quod sequitur, *decerni sibi passus est*. nam, Dione teste, ex his quae illi decreta sunt, nonnulla distulit, quaedam etiam non recepit. Et certe continuum consulatum primo ad quinquennium, victo statim Pompejo; deinde ad decennium quoque, devictis Pompeji liberis, utcunque receperit, non tamen continuo gessit. TORR. Absit, ut concedamus clariss. Torrentio tollendam vocem *recepit*. Non objiciemus consensum omnium librorum: sententiam stare posse negamus ea sublata. de industria enim separavit auctor honores, quos recepit Caesar, ab iis, quae decerni sibi passum ait. CASAUB. *Nimios recepit ut continuum* duo nostri. nam sec. abest *ut*, quod malim adesse, nedum id ejiciam, unaque item vocem *recepit* cum Torrentio. aliud enim longe *recipere*, aliud *decernere pati*. GRUT. *Ut* deest Cod. Copes. & Ed. Rom. Steph. Basil. & aliis.

Continuum consulatum.] Contra antiquissimum plebiscitum, quo cautum, ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet. Livius libro VII. extremo. De consulatibus Caesaris diversa tradi a veteribus, notum est. CASAUB.

Perpetuam dictaturam.] Hic multa contra leges: nam & plebiscitum vetus erat, quo cavebatur, ne quis duos magistratus uno anno gereret. Deinde lex sive majorum institutum fuit, quo dictaturae exuendae semestre tempus praefinitum. Tertio modus ipse, quo dictator creatus est, contra leges fuit. vide Dionem. Postremo, quod extra Italiam dictator sit profectus, quodque alia servari solita a dictatoribus, omnia contemserit, quantum nefas est! CASAUB.

Praefecturamque morum,] Recte *praefecturam morum*: non *censuram*. Caesar enim censor non fuit, sed morum praefectus, ut & a Cicerone nominatur. hoc est, rem habuit, titulum per speciem modestiae recusavit. Summa enim censurae fuit dignitas, quam non dubitat Plutarchus vocare in Aemilio Paulo, ἀρχὴν πασῶν ἱερωτάτην: in Catone κορυφήν τινα τιμῆς ἁπάσης, καὶ τρόπον τινὰ τῆς πολιτείας ἁπάσης ἐπιτελείωσιν. Pars potestatis ejus fuit morum cura, &, ut ait Plutarchus, ἡ περὶ τὰ ἤθη καὶ τοὺς βίους ἐξέτασις. Hanc partem Caesar usurpavit, & ideo *praefectus morum* dictus: non totam censuram. Nec verum est, quod Dio ait, ideo censoris appellatione abstinuisse, quia id parum honorificum existimaretur. Melius alibi idem scriptor: Augustum aeque censoris nomen ac dictatoris refugisse. male igitur illi dictus Caesar, τιμητὴς διὰ βίου. Suetonio potius assentiamur, qui regimen morum honore censurae ca-

statuam inter reges, suggestum in orchestra: sed ampliora etiam humano fastigio de-

caruisse in Octavio scribit. Primus, opinor, Pompejus hunc titulum nactus, *tertium consul corrigendis moribus delectus*, inquit Tacitus III. Annal. XXVIII. CASAUB.

Praenomen imperatoris.] Antea, qui exercitibus praeerant, re bene gesta vel militum favore, vel decreto senatus Imperatores salutabantur. Caesar, & qui eum secuti sunt, quo summam ostenderent potentiam, in praenomen verterunt. Graeci ideo αὐτοκράτορας vocant. Remansit tamen militaris quoque appellatio, quoties vel ipsi, vel ipsorum auspiciis alii rem feliciter gesserant. quod & Dion prolixe tradit, & passim in marmoribus ac numismatibus cernitur. IMP. CAES. DIVI F. AUGUSTUS PONT. MAX. COS. XIV. IMP. XX. TR. POT. XXXVII. P. P. TORR. Appellatio *imperatoris* in historia Romana trifariam accipitur, primum pro ἡγεμὼν & στρατηγός. hoc sensu imperator a militibus nominatus, qui imperium belli suis auspiciis administrandi a populo acceperat: veteres, ut notat Justinianus in Novellis, *praetorem* vocabant. Deinde pro victor & νικητής. nam qui res magnas bello gesserat, & lege definitum (notant Dio lib. XXXVII. Cicero ultima Philippica, Orosius libro quinto cap. IV. alii) hostium numerum occiderat, a militibus Imperator solitus salutari. Cornelius Tacitus lib. III. Annalium LXXIV. *Tiberius id quoque Blaeso tribuit, ut imperator a legionibus salutaretur: prisco erga duces honore, qui bene gesta rep. gaudio & impetu victoris exercitus, conclamabantur: erantque plures simul imperatores, nec super caeterorum aequalitatem.* Postremo Imperator idem significare coepit a Julio Caesare, ac Rex. Has tres significationes subobscure notat Dio lib. XLIII. Τό, τε τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα οὐ κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔτι μόνον, ὥσπερ ἄλλοι τε καὶ ἐκεῖνος πολλάκις ἐκ τῶν πολέμων ἐπεκλήθησαν: (secundam, quam diximus, significationem intelligit) οὐδ' ὡς οἱ τινὰ αὐτοτελῆ ἡγεμονίαν, ἢ καὶ ἄλλην τινὰ ἐξουσίαν λαβόντες, ὠνομάζοντο, (haec prima significatio: sequitur tertia) ἀλλὰ καθάπαξ τοῦτο δὴ τὸ καὶ νῦν τοῖς τὸ κράτος ἔχουσι διδόμενον, ἐκείνῳ τότε πρώτῳ τε καὶ πρῶτον, ὥσπερ τι κύριον προσέθεσαν. Bene Dio κύριον: & fortasse ἐπέθεσαν, non προσέθεσαν. Fuit enim vox *Imperator* tertio significatu praenomen omnium Principum, ut Suetonius loquitur hic & lib. III. cap. XXVI. Eadem vox secunda notione, cognomen illorum fuit; institutumque est, ut quoties hostis vinceretur, toties Princeps Imperator salutaretur. Dionis locum in explicatione hujus moris pessime acceptum, non possum, quin illustrem. Scribit ille lib. LII. de Octavio: Τὴν δὲ τοῦ αὐτοκράτορος ἐπίκλησιν ἐπέθετο. λέγω δὲ οὐ τὴν ἐπὶ ταῖς νίκαις κατὰ τὸ ἀρχαῖον διδομένην τισί (ἐκείνην γὰρ πολλάκις μὲν καὶ πρότερον, πολλάκις καὶ ὕστερον, ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων ἔλαβεν, ὥστε καὶ εἰκοσάκις ὄνομα αὐτοκράτορος σχεῖν) ἀλλὰ τὴν ἑτέραν τὴν τὸ κράτος διασημαίνουσαν. Hoc vult: Augustum quinto consulatu Imperatoris nomen assumsisse tertio significatu. at secundo, & saepe illum ante cognomen id ex victoriis suis meruisse, & postea quoque saepius: ita ut hac notione vicies Imperator fuerit salutatus. haec Dionis sententia, haec veritas rei. Lapis vetus doctissimo Onufrio descriptus, IMP. CAESAR. DIVI. F. AUG. PONT. MAX. COS. XIV. IMP. XX. TRIBUNIC. POTEST. XXXVIII. P. P. Tacitus de Augusto: *Nomen Imperatoris semel atque vicies partum*, οὐ εἰκοσάκις in superioribus verbis significat *in viginti praeliis*. repetendum enim ἔργοις. valeat igitur inepta, falsa, & absurda interpretum sententia, ἀκρίτως legentium. Possum Dionis sex alios locos proferre confirmandae nostrae interpretationi: sed otio abuti nolo, neque meo, neque lectorum. Scribit accuratissimus Lipsius, post T. Blaesum, cui vocabulum Imperatoris concessit Tiberius A. U. C. DCCLXXV. nemini subditorum eum titulum fuisse communicatum: me, ut assensionem sustineam, movet Appianus, qui secundo Ἐμφυλίων, non penitus ademtum privatis exercituum ducibus sua aetate (sub Adriano vixit) eum honorem: sed difficiliorem ad eum aditum relictum esse scribit. non etiam dari cuiquam nisi caesis XM. hostium; cum ante ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἔργοις tribuerentur. Auspicia tamen penes solos Principes fuisse, fatendum omnino est. CASAUB.

Statuam inter reges.] Septem statuae totidem regum, & octava Bruti tyrannicidae, in Capitolio consecratae visebantur. juxta Brutinam collocata Caesarea est. Dio lib. XLIII. CASAUB. *Inter gentes* Cod. Hulf.

Suggestum in orchestra.] Infra libro VI. ad cap. XII. CASAUB. *Suggestrum* Ex. Voss.

Sed & ampliora etiam] Ita omnes scripti & editi, cum posset vel &, vel *etiam* sufficere, alte-

decerni sibi passus est: sedem auream in curia & pro tribunali, thensam & ferculum Circensi pompa, templa, aras, simulacra juxta Deos, pulvinar, flaminem, luper-

alterutrumque ejici. sed ne offendat haec particularum cumulatio, videndi Rupertus & Cl. Dukerus ad Flor. III. XVIII. 6. sic *atque etiam* Caes. LV. Aug. III. vid. & Domit. IV. ubi *etiam &*, Tit. VII. & alibi saepe. BURM.

Sedem auream in curia & pro tribunali.] Placet ista lectio: vult enim Caesarem sella aurea usum, ut alios curuli, in senatu, & in foro pro rostris. quod Cicero declarat Philipp. II. Fuit tamen, cum ex Dionis verbis legendum suspicarer, *in curia pro tribunali.* verba Dionis sunt: Δίφρος οἱ ἐπίχρυσος καὶ στήλη, ᾗ ποτε οἱ βασιλεῖς ἐκεχρῆντο, ἐδόθη. *Sella*, inquit, *aurea, & columna, qua olim reges usi, decreta.* Quaenam haec columna est? interpretes de statua inter reges exponunt. non deest, quod objiciam. nam & dictum ante Dionis de illa statua: & στήλην *statuam* hic interpretari, & χρῆσθαι στήλῃ statuam ponere, nonne ineptum est? Putabam velut cippum aliquem fuisse in curia mediocris altitudinis, in quo statueretur sella aurea, tanquam in parvo & humili tribunali. Juvat Florus, qui non sedem aut sellam vocat, sed *suggestum.* Id autem est βῆμα & tribunal. De loco Suetonii, muto nunc, nec recedo ab edita lectione: de Dioneo cogitemus adhuc. CASAUB.

Thensam & ferculum.] Honor ille Circensi pompa Diis tantum ac Semideis, quorum animae relatae in coelum erant, habebatur. Caesar eum viventi sibi deferri passus est. Dionys. Antiq. Rom. lib. VII. de Circensi pompa loquens, *Postremum* (inquit) *agmen claudebant simulacrorum bajuli.* Deos inde enumerat, quorum simulacra gestabantur. Quae cum admodum essent pretiosa, ac qui pompam ducebant, augustissima & ipsi, quod tradit Livius lib. v. veste uterentur, eleganter Ovid. III. Amor. II. 43.

Aurea pompa venit, linguis animisque favete. Quo versu simul & materiae praestantiam, & deorum religionem exprimit. Est autem *thensa*, ut Grammatici volunt, vehiculum ipsum sacrum: *ferculum* vero vehiculi pulpitum, cui simulacra imponebantur. Cic. Verr. ultima: cap. ult. *Omnes Dii, qui vehiculis thensarum solennes coetus ludorum initis.* Vide Festum, & Asconium Verr. III. TORR. Distingue duos mores circa Principum honores solitos usurpari, quos multi perperam confundunt. Unus fuit, ut absentibus aut mortuis sella poneretur in theatro cum corona: cujus rei expressam similitudinem vidimus in multis nummis. dixit pridem de hoc Justus Lipsius ad II. Annalium cap. 83 docte & accurate. Sed videntur Romani a Graecis id didicisse: nam προεδρία non merentibus illam solum decernebatur Athenis & in aliis urbibus Graeciae, sed etiam posteris ipsorum. ad ejus rei memoriam primo institutum, ut etiam mortuis sellae ponerentur: deinde reges sibi & suis hunc honorem tribuerunt. Athenaei locum non male huc traxeris lib. v. in descriptione pompae Philadelphi, quem mox proferemus. Simile est, quod Eumenes, ait Aemilius Probus, *in principiis nomine Alexandri statuit tabernaculum, in eoque sellam auream cum sceptro ac diademate jussit poni.* Alter mos fuit, ut in pompa Circensi, quam unus optime describit Dionys. Halicarnass. libro septimo, cum simulacris deorum, inferretur Principis imago, in thensa & ferculo, sicut imagines numinum. Res, ut puto, inaudita Romae ante Caesarem. apud Graecos simile quid observamus. Athenaeus in enarratione pompae Philadelphi: lib. v. cap. 9. Ἐπόμπευσαν δὲ καὶ θρόνοι πολλοὶ ἐξ ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ κατεσκευασμένοι, ὧν ἐφ' ἑνὸς ἔκειτο στεφάνη χρυσῆ, ἐπ' ἄλλου δὲ κέρας χρυσοῦν, ἐπ' ἄλλου δὲ ἦν στέφανος χρυσοῦς, καὶ ἐπ' ἄλλου δὲ κέρας ὁλόχρυσον· ἐπὶ δὲ τὸν Πτολεμαίου τοῦ Σωτῆρος θρόνον στέφανος ἐπέκειτο, ἐκ μυρίων κατεσκευασμένος χρυσῶν. Ait traductam inter res divinas, quas paullo ante commemoravit, sellam Ptolemaei Soteris cum corona aurea: nec non sellas multas aliorum, quorum nomina non ponit. Ubi vides non obscurum vestigium utriusque moris ante expositi. Dionis verba, quae his Suetonii respondent, ubi uterque honos exprimitur, apponam, ut emendem. nam docti viri unius literulae offensione excaecati sunt. Ἔς τε τὰ θέατρα τόν τε δίφρον αὐτοῦ τὸν ἐπίχρυσον, καὶ τὸν στέφανον αὐτοῦ τὸν διάλιθον καὶ διάχρυσον, ἐξ ἴσου τοῖς τῶν θεῶν, ἐσκομίζεσθαι. hactenus de sella: sequitur de thensa. καὶ ταῖς ἱπποδρομίαις ὄχον ἐσάγεσθαι ἐψηφίσαντο. male vulgo editum ὄχλον: fecimus ὄχον. sic appellat thensam. alibi ἅρμα. & est thensa aliud nihil quam ἅρμα πομ-

Iupercos, adpellationem menſis e ſuo nomine. Ac nullos non honores ad libidinem cepit, & dedit. Tertium & quartum conſulatum titulo tenus geſſit, contentus dictaturae poteſtate, decretae cum conſulatibus ſimul: atque utroque anno binos conſules ſubſtituit ſibi in ternos noviſſimos menſes: ita ut medio tempore comitia

πομπικὸν ſive ἱερὸν, vel ut vertitur in Gloſſario, ἅρμα θεῶν. Diomedes lib. I. *Tenſa, deorum vehiculum.* Recte autem emendari a nobis ὄχον, fidem fecerit ipſe Dio ita ſcribens lib. XLIX. ὁ τῆς Ἀθηνᾶς ὄχος ἐς τὸ Καπιτώλιον ἐξ ἱπποδρομίας τοὺς ἐπανιὼν συνετρίβη. & libro quinquageſimo: ὅ, τε ὄχος ὁ τοῦ Διὸς ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων ἱπποδρομίᾳ συνετρίβη. CASAUB. *Tenſam* Memm. Edd. Rom. Venet. pr. *Thenſam ferculum* Bonon. *ſericulum* Exc. Cujac. *Tenſam* ſcribendum Muretum contendiſſe ad Catul. p. 128. licet Servius ad Virg. I. Aen. 21. adſpiret, notabat Broukhuſius. vide Scheffer. de Re vehic. II. 24. apud Gruter pag. XXXV. 12. NOMENCLATOR. TENSAR. JUGAR, legitur ſine adſpiratione. & inf. Aug. XLIII. in Memmiano: contra *Thenſae* in lapide Gudiano. pag. VIII. I. Scribat quiſque, ut velit. BURM.

Simulacra juxta Deos.] Dio: καὶ ἐν ταῖς πόλεσι τοῖς τε ναοῖς τοῖς ἐν τῇ Ῥώμῃ πᾶσιν ἀνδριάντα τινὰ αὐτοῦ δεῖν ἱδρύεσθαι. Hoc dixit Vitruvius: *inter deorum ſedes dedicari.* CASAUB. *Juſta* Mem. ſed Steph. Ald. Arg. Junt. diſtingunt, *ſimulacra, juxta deos pulvinar.* ſed, ut puto, perperam. nam virorum illuſtrium ſtatuas juxta deos poſitas docet Alexandri M. imago apud templum Herculis Gaditani ſupr. cap. VII. & Plin. lib. XXXIV. 8. Herculis ſtatuam & Alexandri ab Euthycrate factam, Delphis fuiſſe poſitam, & in aede Pompeji etiam Herculis memorat. & ubi plura exempla dedicandi ſtatuas *in* templis vel *ad* templa deorum, occurrunt. Livius XXXVI. 20. Regis Antiochi fuiſſe ſtatuam in templo Minervae Itoniae in agro Coronaeo tradit. noſter etiam in Aug. LIX. narrat, Medico Antonio Muſae ſtatuam juxta ſignum Aeſculapii ſtatuiſſe Auguſtum. denique rem conficit Florus lib. IV. II. 91. qui *imagines circa templa*, inter divinos Caeſaris honores, memorat. BURM.

Pulvinar] Lectiſternia Romanorum ex Livio aliiſque nota: Graecos idem factitaſſe primi fortaſſe nos obſervamus. Scholiaſtes Pindari Olympionicarum Oda prima: διὰ τιμῆς ἦγον οἱ Ἀθηναῖοι τὸν Αἴαντα, ὡς μὴ μόνον Αἰαντίδα φυλὴν ἀποδεῖξαι, ἀλλὰ καὶ κλίνην αὐτῷ καὶ πανοπλίας κατεστρωμένην. Aemilius Probus in Timotheo: *Quae victoria tantae fuit Atticis laetitiae, ut tum primum arae Paci publice ſint factae, eique Deae pulvinar ſit inſtitutum.* Pauſanias Arcadicis: κλίνη τε ἱερὰ τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ αὐτῆς εἰκὼν γραφῇ μεμιμημένη ἀνάκειται. in Phocicis de templo quodam Aeſculapii: κλίνη δὲ ἐν δεξιᾷ κεῖται τοῦ ἀγάλματος. Valerius Max. lib. II. c. 10. *Rhodii quoque eas* (intellige Harmodii Ariſtogitonis imagines) *urbi ſuae appulſas, cum in hoſpitium publice invitaſſent, ſacris etiam pulvinaribus receperunt.* Huc ſpectant & quae de Themiſone divinos honores uſurpante Athenaeus commemorat. CASAUB.

Lupercos] Cum binae eſſent Lupercorum ſodalitates, Caeſar tertiam addidit eorum, qui Juliani vocabantur. Dion initio lib. XLIV. Plura de hoc Hadr. Turneb. Adverſar. lib. VII. cap. III. TORR. Tertiam Lupercorum ſodalitatem. GUJET.

Ac nullos non honores] Male vulgo, *nonnullos.* lib. II. *ad nullius non facinoris ſocietatem coibant.* libro quarto: *quoque magis nullius non boni exempli fautor videretur.* CASAUB. *Ac nullos non.* Sic omnino etiam Pal. ſec. nam pr. & tert. ſtant a vulgatis, habentque, *ac nonnullos honores.* GRUTER. *Ac nonnullos* Codd. Copeſ. Harl. Hulſ, Edd. Rom. Venet. Baſil. & omnes fere vetuſtiores. ſed perperam; eadem varietas in Aug. XXXII.

Tenus geſſit,] *Geſſit tenus* Ex. Cujac.

Decretae cum conſulatibus ſimul:] Caeſari, quod ante eum nemini, permiſſum fuit, ut uno eodemque tempore conſul ſimul & dictator eſſet. Hoc ſignificat hic Sueton. atque una rationem edit, cur tantum titulo tenus conſulatus duos geſſerit. cum enim, ut dictator, omnia in rep. poſſet, conſulis poteſtate non indiguit, atque alios ſufficiendo amicitias auxit ac conſervavit, & quae promiſerat, facilius praeſtitit. Quae hujus loci ſententia paulo clarior erit, ſi pro *conſulatibus* legamus *conſulatu.* TORR.

Utroque anno binos.]. Caeſarem id quarto con-

mitia nulla habuerit, praeter tribunorum & aedilium plebis: praefectosque pro praetoribus constituerit, qui praesente se res urbanas administrarent. Pridie autem

consulatu fecisse omnes affirmant, Dion in primis. suffecti enim fuere Q. Fabius Maximus & C. Trebonius, & rursus in Maximi, prid. Kal. Jan. defuncti, locum C. Caninius Rebilus, in quem tot Ciceronis joci, consul factus est. Sed an idem tertio quoque consulatu factitarit, incertum est. nam & solus, quod sciam, hoc Suetonius affirmat, nec alterius quam M. Lepidi, tunc consulis & magistri equitum, nomen invenias. Fefellit fortassis Suetonium, quod anno DCCVI. qui tertium Caesaris consulatum praecessit, ac diu sine consulibus ac praetoribus fuit, Caesare in Aegypto ac Ponto res gerente, tandem Q. Fusius Calenus & P. Vatinius creati coss. fuere. Et fortassis tertium Caesaris consulatum illi anno attribuit Sueton. Verum qui de dictaturis & consulatibus Caesaris exactius velit cognoscere, quia res obscurior est, quam ut paucis verbis explicari possit, eos consulat, qui Fastos concinnarunt. Torr. *In utroque* Cod. Hulf. vid. ad Aug. XXXI. in Cod. Periz. distinguebatur, *cum consulatibus: simul atque utroque anno.*

Medio tempore] Pro μεταξὺ, sive *interea.* Erasm. Ita & Claud. XXIV.

Comitia nulla habuerit.] Toto eo tempore, quo victo Pompejo Aegypti, Ponti, & Africae bellis Caesar distinebatur, nulla paene habita comitiorum ratio, ac ne bello quidem Hispaniensi; sed magistri equitum, primum Antonius, postea Lepidus, absente Caesare res urbanas administrarunt. Torr.

Praefectosque pro praetoribus.] Auctor est Dion lib. XLIV. Caesarem contra Pompeji liberos in Hispaniam proficiscentem Lepido Urbis custodiam commendasse, ut una cum praefectis, quos πολιανόμους vocat, vel octo, vel sex, (neque enim de numero satis constat) res interea administraret. Sed an hi praetorum loco fuerint, an vero praetoria potestate praediti, incertum est. Suetonius indicat, ut neque comitia, sic neque praetores tunc fuisse; Dion vero quarto Caesaris consulatu factos dicit praetores XIV. & quaestores XL. sequenti vero praetores XVI. De praetorum quoque, uti & aedilium, & quaestorum numero aucto ipse Sueton. sup. cap. XLI. & J. C. Pomponius l. II. de Origine juris. Sed verisimile est, eo anno designatos tantum fuisse, non etiam iniisse magistratum. Mirum autem, quod Sueton. praefectos hosce constitutos dicit, qui praesente Caesare administrarent, quod nec res ipsa fert, & Dioni adversatur. Quare dictiones illae, *praesente se*; aut amovendae videntur, aut corrigendae, ut *absente se* legatur, vel *etiam praesente se.* vel, quod Lipsio placet, *qui pro se res urb. admin.* Elector. II. cap. XVII. Inter hos vero praefectos fuere, ut ego arbitror, L. Munatius Plancus, & L. Livenejus Regulus: quorum numismata, illius aureum, hujus argenteum, servo. illud cum hac inscriptione: C. Caes. Dic. Ter. L. Planc. Praef. Urb. hoc cum ista: L. Regulus. Praef. Ur. De Planco tamen dubitari potest. Bello enim Hispaniensi praesens Caesari bonam operam navavit. Sed cum praefectura illa diutius duraverit, quod ex Dione ipso colligitur extremo lib. XLIII. poterat Plancus interea etiam in Urbe esse. Errant vero, qui ex hoc Suetonii loco volunt praefectos Urbis, de quibus peculiari titulo JCti nostri, & quorum potentia sic postea excrevit, sub Caesare dictatore institutos fuisse, nam ipse Sueton. praefecturam Urbis inter officia ab Augusto inventa commemorat. cap. XXXVII. Torr. Imo *pro quaestoribus* Dio: ἐπὶ δὲ διοικήσεως δύο ἢ πολιανομούντων, ἐπειδὴ ταμίας οὐδεὶς προκεχειροτόνητο, ἐξήρκει. Sed placet magis, ut nihil mutemus: nam istos quidem praefectos constat & quaestorum in urbe mune a obiisse: praetoribus tamen eos potius comparat, quia praetextam, curulem sellam, & sex lictores, quae sunt insignia praetorum, habuere. colligi potest ex Dione. Omnino autem legendum, repugnantibus omnibus libris, *absente se*, cum Torrentio: vel *pro se*, ut Lipsius. Dio paene ad verbum: Ἐν τῇ ἀποδημίᾳ τῇ τοῦ Καίσαρος οἱ πολιανόμοι τὰ ἐν τῇ ἄστει πράγματα μετὰ τοῦ Λεπίδου ἐπιτροπεύοντες εἶχον. Casaub. Cogitabam aliquando *praescribente se*, ut ita *praescriptum Augusti* Neron. X. sed puto posse servari vulgatam, si vel subintelligatur, vel etiam adscribatur &, hoc modo, *qui & praesente se res urbanas administrarent*, ut, licet

tem Kal. Januarias repentina consulis morte cessantem honorem in paucas horas petenti dedit. Eadem licentia spreto patriae more, magistratus in plures annos ordinavit. Decem praetoriis viris consularia ornamenta tribuit. Civitate donatos, & quosdam e semibarbaris Gallorum recepit in curiam. Praeterea monetae, publicisque vectigalibus, peculiares servos praeposuit. Trium legionum, quas Alexandriae

licet abiturus ex urbe Caesar illos constituerit, tamen mens ejus & propositum fuerit, ut etiam se reverso & praesente hanc curam agerent, & Caesarem levarent hac oneris parte. BURM.

In paucas horas petenti.] Is Caninius Rebilus fuit, de quo paulo ante. Fabio enim, prid. kal. Jan. mortuo, successit. Inf. Ner. cap. xv. Macrob. lib. II. cap. II. Tacit. Histor. lib. III. ideo id factum dicens, quod belli civilis praemia festinabantur. TORR. Fuse Cicero in epistola ad Curionem. Hoc sine exemplo factum a Caesare in exemplum vertit. Anno DCCXV. in paucas horas suffecti aediles. Dio lib. XLVIII. Anno DCCXXI. in locum praetoris, qui ultimo die obierat, creatus alius ἐν τῷ λοιπῷ ἄρξας. Dio XLIX. ita accidit anno DCCCI. sed ex alia caussa. Tacitus lib. XII. Annal. 4. *Adactus Silanus ejurare magistratum, & reliquus praeturae dies in Eprium Marcellum collatus est.* At gravis censor Nero exemplum improbavit. vide lib. VI. cap. XV. idem judicium Dionis. CASAUB. Improbari etiam hoc nomine posset, quod inutilis ille consul nihil, quod pro magistratu ageret, haberet: nam *Pridie Kal. Januarias, magistratus neque jus dicere, sed nec sui potestatem facere consueverunt*; dicit JCtus in l. v. ff. de Feriis, quae verba tamen proprie de praetoribus aut etiam consulibus sub imperatoribus, qui de certis tunc caussis jus dicere solebant, sunt accipienda. Nam certum est consules sub republica, etiam eo die, potestatem sui fecisse, quum & concione advocata ejurarent magistratum, ut exemplo Ciceronis omnibus noto patet. nam male ex hac lege puto Mattium lib. II. Opinion. cap. II. colligere, hoc die injuriam a Metello Trib. plebis Ciceroni fieri potuisse, quia non consul, sed prope privatus fuerit, & ita interregnum quasi & vacuitas consulatus esset, quum revera consul fuerit etiam hoc die, nec umquam inter consules prioris, & proximi anni magistratum intervallum esset quod ipsum Caninii exemplum probat, qui unius diei consul fuit. Tribunus autem per totum annum poterat intercedere consulum actis. BURM.

Patrio more] *Patriae* Codd. Periz. Harl. Edd Venet. tres, Basil. Gryph. Colin. Plantin. & aliae.

In plures annos.] Facete igitur Cic. ad Att. lib. IV. 8. Caesarem *in codicillorum fastis non minus longas futurorum coss. quam jam factorum paginas* habere. TORR. In annos quinque. Apud Appianum in oratione Antonii scribe: Ἐς γὰρ πενταετὲς, ὡς ἴστε, καὶ τὰ ἀστικὰ ἐτήσια, καὶ τοὺς τῶν ἐθνῶν ἢ στρατοπέδων ἡγεμόνας διέταξε. Vocat ἀστικὰ ἐτήσια, comitia urbanorum magistratuum, qui omnes fuere annui. meminit & alibi. CASAUB. Torrentius locum Ciceronis male ex lib. XVI. ad Att. adduxerat, nec ille quidquam ad hanc rem facit. de Domitio enim loquitur, & de tempore ante Caesaris dominationem. BURM.

Ornamenta] *Ordinamenta* Ex. Cujac.

Quosdam e semibarbaris] *Quosdam semibarbaros* Harl. Schildius primo Narbonenses intelligit, mox *semibarbaros* opponi civitate donatis credit. forte intelligit Sueton. in illa parte Galliae natos, quae jam armis subjecta, ad morem & cultum Romanorum se componere incipiebat: ita Gramm. I. *semi Graecos* vocat, semibarbaros, & magnae Graeciae incolas, credo, qui Graecorum sermonibus & lingua utebantur, sed tamen paullatim degenerabant. *recipit* Hulf. BURM.

Peculiares servos.] Cum monetae III. viri monetales, vectigalibus vero publicani ac mancipes ante praeficerentur, Caesar servos praefecit; neque hos publicos, sed proprios, quos ut Turneb. exponit, *peculiares* vocat Sueton. Sic nimirum *peculiares loculi* inf. Galb. cap. XII. Mallem tamen *peculiares* ideo dici, quod illius tantum rei curam gererent. Poterant & per contemptum sic vocati, ut *peculiare vinum* l. IX. de tritico, vino, & oleo leg. quod in usu servorum sit, ac proinde vilissimum. Verum id de Caesare non crediderim. Caesari autem pecuniam omnem & publicam & privatam traditam, queritur Cic. ad Att. lib. VIII. TORR. Peculiaris servus est, aut filii familias, aut vicarius. Plautus Aulular. 3. 4. *gallus gallinaceus, Qui erat anui peculiaris.* Ancilla

driae relinquebat, curam & imperium Rufini liberti sui filio, exoleto suo, demandavit. Nec minoris impotentiae voces propalam edebat, ut T. Ampius scribit: [77] Nihil

cilla est anus ista. Captiv. prologo: *Dedit eum huic gnato suo peculiarem.* Mercat. 3. 1. *Ovem etiam tibi ancillam dabo peculiarem.* Varro lib. I. de Re Rust. 19. *Adjiciendum, de pecore ea sola, quae agri colendi causa erunt, ut solent esse peculiaria, pauca habenda, quo facilius mancipia, quae solent, se tueri & assidua esse possint.* Sic enim MSS. & conatur interpretari P. Victorius 31. Varr. Lect. 23. sed infeliciter. Vult enim *peculiaria* esse, quae propria illius agri sunt: quum sint de peculio servorum. Juvat ipse Varro cap. 17. extremo ejusdem libri: *Concessioneve, ut peculiare aliquid in fundo pascere liceat.* Neque aliter *peculiare* vinum. Ulpianus ipse explicat, nimirum, *quod servi habuerunt.* At Caesar neque filius familias tum, neque unquam servus, opinor, fuit: non habebat igitur peculiares servos. Itaque, nisi valde abusum hoc vocabulo Suetonium volumus, scripsit, *peculiosos*, vel *peculiatos.* Tales fere omnes dispensatores erant, quibus privata dominorum pecunia credebatur. Et ex hoc quoque genere fuisse, quibus publica commiserit Caesar, certum, non arbitrarium est. GRONOV.

Rufini liberti sui filio,] Sic Pulmannus Turnebo auctore restituit, cum libri omnes *Rufioni*, aut *Rufioni* habeant. Et sane Rufini cognomen, quod Corneliorum est, liberto Caesaris non convenit. *Rufioni* igitur ita servo ex tribus MSS. ut tamen *Rufioni* non displiceat. nam & Rufio Trebatiorum cognomen est. Vetus lapis: C. VIBIUS C. F. MACER C. TREBATIUS RUFIO FACIUND. CURAVERUNT. & Cicero quadam ad Trebatium epistola: *Rufio tuus ita desiderabatur, quasi unus e nobis esset. Tuus*, nempe quia ejusdem gentis. Sed hoc putidius est; ac fieri potuit, ut & Trebatius ille Rufio libertini generis fuerit. Rufionis etiam mentio lib. XIV. ad Att. Et, ut nihil omittamus, apud Martialem Apophor. CLXXV. Rufus Batavi cujusdam nomen est, unde Rufio. Et quid si *Rufino, l. s. f.* legamus? TORR. Variant libri: quidam *Ruffoni*, alii *Rufioni*: quidam *Rufioni*. CASAUB. Pal. pr. & sec. adhaerent MSS. in quibus est *Rufioni*. tert. mavult *Rufioni*. GRUT. *Rufioni* Copes. Ed. Roman. *Rufieni* Cujac. Cod. *Raphioni* Hulf. *Rufioni* Periz. Harlem. Ex. Voss. Edd. Venetae tres, Bonon. Junt. Ald. Steph. Basil. & omnes vetustiores. Plantin. & seq. *Rufini.* Ego malim daviti casus nomen, sive *Rufioni* sive *Rufioni*, est enim eadem locutio, ut *Cicerone consulis fratre.* vel *Ciceronis* cap. XIV. *Rufiones* multos in Lapidibus occurrere docebit Index Gruteri. *Rufioni liberti sui, suo filio exol.* Basil. BURM.

77. *T. Amprius*] Liber unus MS. *T. Ampirius.* Oberti Gifanii cod. *T. Amplius.* Sed *Ampius* legendum, quod postea etiam Pulm. nos monuit. *T. Ampii* enim mentio apud Caesarem lib. III. de Bello civil. quanquam vulgati codd. *T. Appium* vocant. Ad Ampium etiam Ciceronis epistola Famil. lib. X. & ejusdem mentio epistola quadam ad Atticum l. VIII. TORR. Legendum, *ut Tampius scribit:* sic enim est tum in VV.CC. tum in antiquis inscriptionibus, itemque Tampiae familiae denariis. URSIN. Et hic fluctuant nostri codices. Viterb. plane, *Titus Amplius.* alii *T. Amprius.* Ursino placet *Tampius.* ex antiquis inscriptionibus & Tampiae familiae denariis. Nos quoque vidimus argenteum nummum, sed scriptura ancipiti: tam enim T. AMPIUS, quam TAMPIUS legi poterat. CASAUB. *Titus Ampius* Pal. pr. nam. sec. & tert. *Titus Amprius.* adeo ut non possim accedere sententiae Ursini, qui repositum ibat e libris suis, *ut Tampius scribit:* nam quamvis *Tampii* reperiantur in inscriptionibus antiquis, quid tum? reperiuntur & *Ampii.* GRUT. *T. Ampio* scribit Cicer. VI. ad Famil. 12. ubi vides Historicum fuisse. *deinde* (inquit) *cum studium tuum consumas in virorum fortium factis memoriae prodendis, considerare debes, nihil tibi esse committendum, quamobrem eorum, quos laudas, te non simillimum praebeas.* iterum VIII. ad Attic. 11. ubi Victorium vide. Est & *Ampiae* gentis memoria apud Gruter. CCCCLX. 7. Apud Reinesium aliquammultis locis, unde liquet errasse Glandorpium, qui nullam hoc nomine familiam exstitisse sibi persuadebat. Onomast. p. 51. BROUKHUS. *T. Amprius* Memm. Copes. Harlem. Periz. Edd. Rom. Venet. tres (quarum prima plenis literis *Titus Amprius*) & Bonon. & Steph. & omnes vetustiores,

Nihil esse Rempublicam, adpellationem modo, sine corpore, ac speciem. Syllam ne-

res, usque ad Casaub. & Raphel. qui *T. Ampius*. Vossii Exc. *T. Aprius*, Hulf. *T. Amplius*. Quum vero nihil magis in MSS. sit obvium, quam ut litera, praenominis index, coaluerit cum ipso nomine, ut *M. Arullus* pro *Marullus*, qui mox memoratur, apud Cicer. XIII. Phil. 15. in MSS. *Memmius* pr. *M. Ennius* Tacit. I. An. 48. *Clutorius* pro *C. Lutorius* XII. 7. *Talledius* pro *T. Alledius* Valer. Max. VII. VIII. 6 *Tarius* pro *T. Arius* ibid. VIII. III. 2. & Senec. I. de Clemet. 15. & centies alibi. hic quoque *T. Ampius* scribendum puto. nam *Tampios* ignoro. *Ampios* Ciceroni & aliis memoratos recenset etiam Glandorp. in Onom. nummum vero *T. Ampii* miror ab Ursino & Vaillantio non exhiberi in familiarum nummis. alium in quo *L. Ampius* vid. apud Comment. ad Vellej. II. 40. sed in lapide, quem dedit doctissimus Vignolius in Select. num. p. 289. T. AMPIVS L. L. legitur. apud Malvasiam etiam in Marm. Fels. cap. XXIV. p. 360. & 430. L. AMPIVS. L. F. SEVERVS. & ejus pater L. AMPIVS. & M. AMPIVS apud Reinf. v. Clas 47. ubi vid. Reinef. not. Deinde rem conficit AMPIA mulier, quae praenomine caret, apud eumdem XVII. 108. quae & legitur apud Capac. in Antiq. Puteol. pag. 236. & Fabret. pag. 59. *Ampia Paula* in lapide Gruteriano a Brouckhusio laudato & apud Ciceronem quoque *Ampia* VI. ad Fam. 12. Ex Nonio *in Caecus* Jac. Gron. etiam *T. Ampium* producit. BURM.

Nihil amplius esse rempublicam] Melius MSS. quatuor: *Nihil esse remp. appellationem modo.* Eodem ferme modo Cic. ad Att. IV. Ep. 16. *Nullum esse colorem, nullum succum, nullam formam relictam reipubl.* Caesare scilicet pro arbitrio eam moderante. Nec male Lucanus: *Omnia Caesar erat.* TORR. *Nihil esse rempb.* Ita quidem Pal. sec. At pr. & tert. *nihil amplius esse rempb.* GRUT. *Amplius* habent Codd. Periz. Harlem. Edd. Venetae & omnes fere antiquae. sed Casaub. & Raphel. carent. Ego natum illud ex praecedenti nomine *Amprius* vel *Ampius* credo. BURM.

Appellationem modo sine corpore ac specie.] Cur negat speciem saltem reip. superesse? An legendum, *sine corpore atque re*? Ovidius, III. Amor. III, 23.

> - - - *Aut sine re nomen Deus est, frustraque timetur.*

Sic Graeci, ut

> Ὦ τλῆμον ἀρετή· λόγος ἄρ' ἦσθ'· ἐγὼ δέ σε
> Ὡς ἔργον ἤσκουν.

Et B. Basilius venustissime in epistola ad Patrophilum: Πᾶν μοι ἦθος ὕποπτον ἐνομίσθη, καὶ μὴ εἶναι ἐν ἀνθρώπου φύσει τὸ τῆς ἀγάπης καλὸν, ἀλλὰ ῥῆμα εἶναι διαφέρον. Ab eadem mente est illud ejusdem, libro de Spiritu Sancto, cap. XXVII. ὡς ὄνομα ψιλὸν ἀπελείφθη τὸ πρᾶγμα. atque ita saepe etiam B. Chrysostomus. Caeterum in Suetonii verbis nihil mutandum, sed illud potius est observandum: vocem *species* Latinis duo significare: & id quod vere est atque subsistit, ut cum temperantiam virtutis speciem esse dicimus: & id quod veram existentiam non habet, &, ut loquuntur Philosophi, τὸ μὴ ὂν μὲν, φαινόμενον δέ. ut cum χολοβάφινα dicimus habere speciem auream: & speciem dominationis Claudio Imperatori, vel postremis regibus stirpis Merovingiae tribuimus; vim imperii Claudii libertis, aut Carolo Tuditi. Caesar priore notione hic accipit, non posteriore. Ac fortasse etiam verum est, quod Desiderius Heraldus meus observabat, vir probitatis eximiae, & cui literae meliores quum debeant jam non parum, multo plura olim sunt debiturae, si per forenses occupationes ipsi licuerit. is igitur observabat, videri Caesarem allusisse ad discrimen, positum a veteribus inter vocabulum & appellationem. Quintilianus libro primo cap. IV. *Fuerunt qui ipsum adhuc vocabulum ab appellatione diducerent; ut esset vocabulum; corpus visu tactuque manifestum, domus, lectus: appellatio, cui vel alterutrum deest, vel utrumque, ventus, coelum, Deus, res.* CASAUB. *Specie* εἴδει, forma, figura. GUJET. *Ac specie.* Sic & Pall. tres, recte, adeo, inquit, evanuit Respublica, ut non dico corpus, sed ne corporis quidem species reliqua sit. GRUT. Ita quidem scripti & editi tantum non omnes. sed species reipb. manebat, eadem Magistratuum vocabula, & externa forma: quare Salmasium & Graevium sequor, licet Jac. Gron. noluerit obsequi: sed debuisset explicare quid sit *sine specie*. *Species* vero, ut saepe alibi, umbra, spectrum vocatur, & opponitur corpori, quod nervos & vires ha-

 bet,

nescisse literas, qui dictaturam deposuerit. Debere homines consideratius jam loqui secum, ac pro legibus habere quae dicat. Eoque adrogantiae progressus est, ut haruspice tristia & sine corde exta sacro quodam nunciante, futura diceret laetiora, quum vellet: nec pro ostento ducendum, si pecudi cor defuisset. 78 Verum praecipuam & inexpiabilem sibi invidiam hinc maxime movit: Adeuntes se cum pluri-

bet, ita Horat. Art. Poët. 7. *Velut aegri somnia vanae fingentur species.* manebat ergo *species* in magistratibus & eorum nominibus, insignibus, fascibus &c. (in quibus proprie *species* consistit. vid. Graev. ad Cicer. I. de off. 39.) sed erant sine vi & auctoritate, quod quasi corpus reipb. erat penes Caesarem solum: vide & Heins. ad Vellej. Paterc. II. 30. BURM.

Syllam nescisse litteras] Atqui Graecis & Latinis litteris eruditissimus erat, adeo ut rerum a se gestarum commentarios scripserit. Plutarch. & Gellius. Placet igitur Turnebi III. Adv. 22., & ante eum Sabellici explanatio, ut Syllam Grammaticum esse negaverit, qui, quod Grammatici munus est, dictare nescierit Melior Caesaris ratio, de qua sup. cap XXIX. *difficilius se principem civitatis*, &c. Spectat eodem Dionysii Tyranni vox, pedibus tractum, non insidentem equo, tyrannidem relinquere debere. Livius lib. XXIV. cap. 22. TORR. Vis dicti petenda est ex antiquo Dictatoris nomine, qui *Magister Populi* dicitur, ut ergo ludo literario praeesse non potest magister rudis, qui nescit literas: sic dictator, magister populi, abdicare se eo magisterio debet, si nescit imperandi artes. & ita Juven. II. 28. Triumviros dicit *Discipulos Syllae*, eodem aculeo, ut a quo literas, id est tyrannidem, didicerant: obscurius explicant Torrentius, & Turnebus. BURM.

Pro legibus habere, quod dicat.] Augusto primum, si Dioni credimus, concessum, ut legibus solutus esset. Hinc tandem eo ventum, ut quod Principi placeret, legis haberet vigorem l. I. de constit. Princ. CASAUB. *Habere* deest Copesiano.

Aruspice tristia & sine corde exta sacro quondam.] Sic Pulmannus quidem, & libri impressi omnes, nisi quod in quibusdam *sacro quodam* legitur; verum MSS. quos vidi, mire dissentiunt. Unus, quem sequor, sic habet: *Aruspice tristia, sine corde, exta sacra quondam nunciante*, rejecta *et* particula (ideo enim tristia, quia sine corde) & *sacra* pro *sacro*. exta enim nisi sacra ostentum non faciunt. De hoc Cicero lib. II. de Divinat. Plin. quoque lib. XI. cap. XXXVII. *Caesari dictatori, qua die primum veste purpurea processit, atque in sella aurea sedit, sacrificanti bis cor in extis defuit.* Julius Capitolin. Pertinace: *Eadem die immolante Pertinace, negatur in bostia cor repertum, & cum exta vellet procurare, caput extorum non deprehendit.* Festus quoque, *Pestifera* (inquit) *auspicia esse dicebant, cum cor in extis, aut caput in jecinore non fuisset.* quod pestem scilicet atque exitium portenderent, ut *pestiferum fulgur, quo mors, exsiliumve significari solet.* Idem Festus in *Postularia.* Exemplum vero aliud apud Livium est lib. XXVII. de morte Marcelli. TORR. *Sacra quondam* Cod. Periz. Edd. Rom. Venet. tres, Lug. Junt. *exacta sacra* Exc. Voss. *exacta sacro* Cujac. *sacro quondam* Basil. Gryph. Plant. *Exta quondam* sine *sacro* Bonon. & Paris. sed rectum est, *sacro quodam.* nam *exta sacra* dici non video probari exemplis, quae adducit Torrentius. *Sacrum* vero pro sacrificio poni ne tyro quidem ignorat. sic *sacrum Latinarum*, mox *sacrificium* vocat noster, in Neron. VII. & *sacri caussa evigilandum* Aug. LXXVIII. & millies. *quodam* & *quondam* etiam supra confusum cap. LIII. & apud Ovid. III. Fast. 667. & III. Epist. 101. inf. Aug. 42. & centies apud Suetonium. BURM.

78. *Et inexpiabilem.*] Tres codd. *exitiabilem.* placet. Ex mox *cumplurimis*, pro *cum pluribus.* TORR. Non aliter (*inexpiabilem*) multi veterum. codd. etiam regius unus perantiquus. Alii in eadem bibliotheca & *exitiabilem* s. ut & vetus Politiani, & Turonensis. CASAUB. *Exitiabilem* Ed. Bonon. *in exitiabilem* Paris. vitiose & inepte. sed *inexpiabilis* hic est implacabilis. ut ita bellum, odium *inexpiabile* dicitur. v. ad Quinctil. II. de Inst. Orat. 16. Horat. II. Sat. III. 13.

Invidiam placare paras, virtute relicta. BURM.

Adeun-

pluribus honorificentissimisque decretis, universos patres conscriptos sedens pro aede Veneris Genetricis excepit. Quidam putant retentum a Cornelio Balbo, quum conaretur adsurgere: alii ne conatum quidem omnino, sed etiam admonentem C. Trebatium, ut adsurgeret, minus familiari vultu respexisse. Idque factum ejus tanto intolerabilius est visum, quod ipse triumphanti, & subsellia tribunitia praetervehenti sibi, unum e collegio Pontium Aquilam non adsurrexisse adeo indignatus sit, ut proclamaverit: Repete ergo a me, Aquila, Rempublicam tribunus: & nec destiterit per continuos dies quidquam cuiquam, nisi sub exceptione polliceri, si tamen per Pontium Aquilam licuerit. 79 Adjecit ad tam insignem despecti senatus contumeliam, multo adrogantius factum. Nam quum sacrificio Latinarum revertente eo inter immodicas ac novas populi adclamationes, quidam e turba statuae ejus coronam lauream, candida fascia praeligatam, imposuisset: & tribuni plebis Epidius Marullus Caesetiusque Flavus coronae fasciam detrahi, hominemque duci in

Adeuntes] *Adeuntis* Mem. *cum pluribus* Periz. Edd. Venetae & omnes vetustiores praeter Romanam, quam Torr. & Casaub. & recentiores secuti. parum refert. Burm.

Excepit] *Escepit* Memm. de quo antiquariis cogitandum relinquo.

Triumphanti & tribunitia subsellia praetervehenti.] Triumphantes a magistratu excipiebantur in aliqua porticu vel alio loco, ubi positis subselliis eos exspectabant. Vide Josephum lib. vii. Excidii cap. xvi. Casaub.

Praetervehenti] Sup. cap. xxxvii. De historia ipsa vide Dionem sub initium lib. xliv. dico de contemptu senatus. Torr. *Praetereunti* Harlem. Edd. Venetae sec. & tert. Bon. Junt. Ald. & omnes fere antiquae. *praeterveunti* Cod. Periz. & Ed. Venet. pr. vid. supra ad cap. xxxvii. Burm.

Pontium Aquilam.] In gente Pontia fuit Aquilarum familia. In antiquissima inscriptione exstat: L. Pontius Aquila. Hunc autem constat acerrimum Reip. propugnatorem fuisse: pro qua & vitam fudit bello Mutinensi D. Bruti legatus. Dio xlvi. Casaub. Vid. & Manut. ad Cicer. x. ad Fam. 33. Brouckh.

79. *Sacrificio Latinarum.*] Mos erat, ut Latinas ferias consul indiceret, ac Jovi Latiali in Albano monte solenne sacrum faceret. Caesari vero inter novissimos honores, ut tradit Dion lib. xlii. hoc quoque tributum, ut feriis illis peractis ex Albano monte curru in Urbem inveheretur. Torr. *In cum sacr.* Cod. Mem. pro *cum in sac.* ut. Hulf. & Ed. Rom.

Immodicas] *Modicas* Copes. Periz. Cujac. Harl. (in quo deest *populi*) Edd. Venet. tres, in Lugd. & Juntae erat prava distinctione, *interim modicas.*

79. *Coronam lauream candida fascia praeligatam.*] Fascia candida est diadema regium. Plutarchus vertit διάδημα βασιλικόν. Tali fascia candida ornatae causiae regum Macedoniae, ut nostri hodie galeri loris vel torulis quibusdam. Veteres Grammatici: Καυσία πῖλος Μακεδονικός, ὃν οἱ Μακεδονικοὶ βασιλεῖς ἐφόρουν, λευκῷ αὐτῷ διαδήματι περιειλοῦντες. Vide Aelianum de Animal. lib. xv. cap. ix. Inde est, quod in Pompejo fasciae licet crurales, affectati regni suspicionem moverunt, quia erant candidae. Casaub. *Praeligatam* Codd. Hulf. Periz. Edd. Rom. Venetae, & omnes etiam recentiores, & Graevii prima. ex Memm. vero *praeligata* receptum fuit. Sed *m* litera absorpta fuit ab *im* in *imposuisset*. Utrumque satis defendi potest, sed rectius dicitur statua *praeligata* fasciâ, cujus caput cinctum erat quasi diademate. sic *os praeligatum* Cicer. ii. de Inv. cap. 50. & Plin. xxviii. 9. bis, *pollex praeligatus*, ibid. cap. 4. & ita ille saepius. Burm.

Epidius Marullus] Dion lib. xliv. *Cajum* praenominat. Cajique Epidii cujusdam Commentariorum, in quibus arbores locutae feruntur, meminit Plin. lib. xvii. cap. xxv. Marulli quoque declamatoris mentio apud Senecam Controversiis, quem tamen liber meus vetus *Marillum* vocat. quod monitum volui. Appian. Μάρυλλον appellat Civil. ii. Torr. Vid. Ahram. ad Cicer. pro Ligario xi. & Cicer. xiii. Philip. 15. Brouckh. *Marulius* Periz.

in vincula jussissent, dolens seu parum prospere motam regni mentionem, sive, ut ferebat, ereptam sibi gloriam recusandi, tribunos graviter increpitos potestate privavit: neque ex eo infamiam adfectati etiam regii nominis discutere valuit: quamquam & plebei regem se salutanti, *Caesarem se, non Regem esse*, responderit: & Lupercalibus, pro Rostris a consule Antonio admotum saepius capiti suo diadema re-

riz. Harlem. *Marulus* Edd. Venet. pr. Lugd. Junt. Ald. Gryph.

Caesetiusque Flavus.] Dioni est Λεύκιος Καισέτιος, Φλάβιος, duplici exscriptorum errore, ut arbitror. nam & Καισέτιος verum est, & Φλάβιος, nota literarum ι & υ vicinitate & commutatione, equidem rescribam. Flavium tamen & Vellejus Patercul. lib. II. & Φλαβίῳ Plutarch. Caesare, & ipse Dion appellat lib. XLVI. quo loco observatum notat, qui imperium collegis abrogassent, eos haud fere perannasse. In Appiano gravius peccatum, qui Σίδιον cognominat. sed nihil dubito, quin Καισέτιος e scripturae vestigiis reponendum. TORR. *Caesentiusque* Periz. *Caesecius* Copesianus. *Flavius* Memm. Edd. Junt. Ald. vide Valer. M. V. VII. 2. & Vell. II. 68.

Seu parum] *Seu propter parum* Periz. Harlem. Periz. Edd. Venetae tres, Bonon.

Sive ut ferebat.] Liber unus, *ut referebat*. Forte, *ut praeferebat*. TORR. *Referebat* Exc. Voss. Ed. Roman. *Ereptam sibi gloriam recusandi* deerant Hulf.

Discutere voluit.] Sic libri quatuor, non *valuit*. nec male, ni fallor. nam quae sequuntur, jam ante contigerant. TORR. *Valuit* probo cum Viterb. & aliis libris nonnullis: quidam *voluit*. quod placet Torrentio. Dionis verba utri lectioni potius faveant, incertus sum. ὁ φθόνου καὶ ἐπεχαλέπαινέ τι, δι᾽ ὃ ἂν ἀρχὴν τοῦ ἀπαρνήσασθαι ὡς ἀληθῶς ἐπιτεθῆ. CASAUB. *Discutere valuit* non absurde. Pall. tres nostri tamen *voluit*, quibus fere refragantur sequentia. GRUT. Palatini codices, & alii, *voluit* legunt: quod & Torrentius probat. Sed nostrum tamen *valuit*, praeter codices alios, & mox sequentia, firmante verba Dionis lib. 44. ὁ φθόνου καὶ ἐπεχαλέπαινέ τι, δι᾽ ὃ ἂν ἀρχὴν τοῦ ἀπαρνήσασθαι ὡς ἀληθῶς ἐπιτεθῆ. *Etsi obsistendo & obloquendo regium nomen ab se rejicere visus est: non tamen hominibus persuadere valuit, id se bona fide facere*. BERNECCERUS. *Voluit* Periz. Copes. Harlem. Edd. Rom. & omnes vetustiores & recentiores, praeter poster. Basileenses, Steph. & Graevianam priorem: Nos *valuit* praetulimus. In Aldin. sec. vitiose *discurrere*.

Plebi regem se salutanti.] Lib. unus *plebejo*. quod & Gifanius asserit. Et sane plebejus apud Horat. quoque lib. II. Sat. III. pro quovis e populo ponitur: *Nil ultra quaero plebejus*. Quam lectionem eo magis probo, quod regni mentio etiam sub Caesare semper universo pop. Rom. displicuit. Cic. Philipp. II. *Sedebat pro rostris collega tuus, amictus toga purpurea, in sella aurea coronatus. Ascendis, accedis ad sellam. Ita eras Lupercus, ut te esse consulem meminisse deberes. Diadema ostendis. Gemitus toto foro. Tu diadema imponebas cum plangore populi, ille cum plausu rejiciebat.* Idem de populo clam palamque dominationem detrectante paulo post ipse Sueton. Si quis tamen *plebi* retineat, meminerit *plebei* scriptum ante fuisse, unde alius *plebejo* fecerit. Sed qui Dionem haec prolixe narrantem legerit, priorem sequetur sententiam; nec minus, qui Plutarchum. TORR. *plebei* meliores codd. pro *plebi*. Unde nata depravata lectio *plebejo*. quam improbo, etsi doctis probatam. sed Dio ait τινές· neque probabile est, unum tantum fuisse. Plebs igitur hic non est plebs universa, sed e plebe perditissimus quisque in hoc summissus, ut aliis praeiret ad hanc acclamationem. CASAUB. Pal. pr. *plebejo*. sec. & tert. *plebi*. GRUT. Scripti & Edd. partim *plebei*, partim *plebi*. *Plebejo* Exc. Voss. quod verosimilius mihi videtur, non enim toti plebi, nec in concionem vocatae, potuit responderi; nec vocatam puto; sed ut alterum *cuidam e turba* adscribitur, ita hoc plebejo. Phaedr. IV. 25.

Palam mutire plebejo piaculum.

sed forte & nomen proprium sub hac voce latere potest. aliter enim adderet, *cuidam plebejo*. BURM.

Regem esse] *Esse Regem* Periz. Ed. Venet. pr. *se esse non Regem* Bon. Venet. sec. & tert.

Antonio] *Antonium admotum c. s. d. repulit* Copes. sine *saepius*. *repulit* etiam Ed. Roman.

.79. In

repulerit, atque in Capitolium Jovi Optimo Maximo miserit. Quin etiam valida fama percrebuit migraturum Alexandriam vel Ilium, translatis simul opibus imperii, exhaustaque Italia dilectibus, & procuratione urbis amicis permissa: proximo autem senatu L. Cottam Quindecimvirum sententiam dicturum: ut, quoniam libris fatalibus contineretur, Parthos, nisi a rege non posse vinci, Caesar rex adpellaretur. Quae causa conjuratis maturandi fuit destinata negotia, ne adsentiri necesse 80 esset. Consilia igitur dispersim antea habita, & quae saepe bini ternive ceperant, in unum omnes contulerunt: ne populo quidem jam praesenti statu laeto, sed clam palamque detrectante dominationem, atque adsertores flagitante. Peregrinis in

79. *In Capitolium.*] Ejus facti rationem hanc Caesarem attulisse, Dio refert: Solum Jovem Romanorum Regem esse. De consuetudine coronas in Capitolio deponendi, vide J. Rycquium Capitol. c. 31. BERN.

Optimo] Deest Copes.

Varia fama percrebuit,] Viterb. *valida fama per.* puto melius. CASAUB. Pall. pr. *vallida.* tert. *varia.* GRUT. *Varia* Memm. Copes. & Editt. tantum non omnes. sed recte *valida* recepit Cl. Graevius. Tacit. XIII. 8. *validissimam famam.* & IV. 10. *validum rumorem* dixit Cicero XI. ad At. 16. e Corradi emendatione. *neque enim valida de adventu ejus opinio.* idem XII. ad At. 25. *non firmum rumorem* dixit. ita & in vita Terentii, *opinio, quae magis & ad posteriora tempora valuit. percrebruit* Edd. Rom. Bonon. Lugd. Junt. BURM.

Ilium] *Ilion* Harlem. Periz. Edd. Venetae, Lugd. Junt. Steph. Ald. Hoc etiam timuisse Romanos de Augusto, & ut eum a consilio hoc deterreret, scripsisse Horatium Oden tertiam libri tertii, non sine veri specie censet Tan. Faber. BURM.

Proximo autem senatu percrebuit fama.] Delendae duae dictiones postremae, ut in cod. MS. legendumque *amicis permissa; proximo autem sen. L. Cottam,* &c. nam paulo ante positas nihil necesse est hic repetere. De hac autem L. Cottae XV-viri sententia Cic. lib. II. de Divinat. XV-virum autem sacrorum intelligit. TORR. *Percrebuit fama,* verba haec non habentur in VV. CC. & certe videntur adjecta. URSIN. Sunt in Periz. Harlem. & prioribus editionibus. ejecisse video Casaubonum & recentiores. & jure, praecedunt enim. BURM.

Quindecimvirum] *Decemvirum* fuisse dicendum censebat Jos. Castal. decur. VI. Obser. 9. sed contrarium probat Gruch. II. de Comit. cap. 2. BURM.

Libris fatalibus] Sic libros Sibyllinos vocat. Vide inf. Aug. XXX. TORR. *Libris* deest Memm., qui & *detineretur. continetur* Hulf.

80. *Quae causa*] Liber Ferrar. *Quae sententia causa conjuratis.* Quod, tametsi glossematium sapiat, non displicet, postquam Suetonium per capita dividimus. TORR. *Quae sententia causa* Codd. Periz. Harlem. Ed. Venet. pr. similem repetitionem vidimus cap. II. BURM.

Maturandi destinata negotia,] Vox *negotia* in hoc loquendi genere omitti solet, ut apud Livium *maturare coepta*; apud Ciceronem *perficere cogitata*, neque hic fortasse Suetonii est. CASAUB. Duae voces *destinata negotia* videntur a glossa, certe ultima *negotia.* GRUT. Vir summus: Vox *negotia* in hoc loquendi genere omitti solet, neque hic fortasse Suetonii est. Immo quia passim & ubique omitti solet, ideo non venisset in mentem librariis eam addere, nisi in Suetonii atque antiquis omnibus exemplaribus apparuisset. Sic Sallustius in Jugurtha cap. VI. *Postquam hominem adolescentem, exacta aetate sua, & parvis liberis, magis magisque crescere intelligit, vehementer eo negotio permotus.* Et iterum cap. 54.: *Quae negotia multo magis, quam praelium male pugnatum ab suis regem terrebant.* GRONOVIUS II. Observ. cap. 24. Vide ad Phaedr. IV. XXV. 5. ubi addi & omitti solere *negotium, opus* &c. docuimus. Curtius saepe *destinata* simpliciter posuit. vid. III. 5. VIII. 5. & 10. & Tacit. III. Ann. 55. & IV. 40. Ego certe abesse malim, nec, quae producit Gronovius, exempla probant eleganter dici *destinata negotia.* sed si dixisset Suetonius, *maturandi destinata, ne assentiri ei negotio necesse esset,* huc possent facere. BURM.

Antea] *Ante* Copes.

Detrectante] *Detractante* Periz. Harle. Ed. Rom. & ita alibi.

Bo-

in ſenatum adlectis libellus propoſitus eſt: *Bonum factum: Ne quis ſenatori novo curiam monſtrare velit.* & illa vulgo canebantur:

Gallos Caeſar in triumphum ducit, idem in curiam.
Galli bracas depoſuerunt, latum clavum ſumſerunt.

Q. Maximo ſuffecto, trimeſtrique conſule, theatrum introëunte, quum lictor animadverti ex more juſſiſſet, ab univerſis conclamatum eſt: *Non eſſe conſulem eum.* Poſt remo-

Bonum factum:] Sueton. Vitell. cap. XIV. *Bonum factum. Ne Vitellius Germanicus.* &c. Plinius lib. de Viris illuſtribus, ubi de Scipione Africano, (quem locum Grammatici corrupere) *Bonum factum. Si in Capitolium eamus.* Veteres autem boni ominis cauſa ſic praefari, maxime in edictis, ſolent. Plaut. Poenulo: *Bonum factum: Edicta ut ſervetis mea.* Tertullian. *Edictum, cui aſcribi non poterit, Bonum factum.* & non malus auctor Iſidorus lib. I. cap. XXII. *Quaedam litterae in libris juris verborum ſuorum notae ſunt, quo ſcriptio brevior celeriorque fiat. ſcribebatur enim, verbi gratia, per B. & F. Bonum factum, per S. & C. Senatuſconſultum.* TORR. Memm. continua oratione, B. *factum ne quis.* & ita Edd. priores Rom. Venetae tres, Bonon. ſed ex Codd. & priſcarum Edd. diſtinctionibus neſcio an quid certi colligi poſſit, ita plerumque incertae & confuſae ſunt. Graevius geminatum *bonum factum* in Memm. eſſe dicit. BURM.

Idem in curia.] Lego *idem in curiam*, (ſic enim duo MSS. noſtri, & totidem quos Pulmannus citat) ut Caeſar quos in triumphum duxerat, eoſdem & in curiam duxiſſe, acerbiſſime notetur. Sup. cap. LXXVI. *Quoſdam e ſemibarbaris Gallorum recepit in curiam.* Sunt autem, quod & Turneb. annotavit, Trochaici duo. TORR. Hos verſus trochaicos eſſe Faernus dicebat, ita eos ſcribens;

Gallos Caeſar in triumphum, ducit idem in curiam:
Galli braccas depoſuerunt, latum clavum ſumpſerunt.

In VV. autem CC. legitur, *Gallos Caeſar in triumphum duxit: inde in curia Galli* &c. URSIN. Regius codex, *in curiam.* Fr. Pithoei: *inde in curiam.* CASAUB. Malui *ducit: idem in curiam*, lectionem ſtabilitam & MSS. aliquot Pulmanni ac Torrentii, & Pal. pr. ac ſec. nec abit tert. quam quod is *iidem.* Vulgabatur prius, *ducit: iidem in curia Galli*, tamquam eſſet unum Epigramma, cum duo tamen eſſe poſſint. GRUT. Cujus ſententiam probat Graevius. *idem in curiam.* Ex. Voſſ. *ducit iidem in curiam* Mem. Ed. Rom. *iidem in curia* Edit. reliquae veteres & Cod. Perizonius viri docti in ora Stephan. quae habet *idem in curia*, notaverat *item in curia.* BURM.

Latum clavum ſumſerunt.] *Sumſerunt* penultima correpta, ut: *Obſtupui ſteteruntque comae.* CASAUB.

Suffecto, trimeſtrique conſule] Lego *trimeſtri.* ſine copulatione. Sup. LXXVI. TORR. *trimenſtrique* Memm. & Ex. Voſſ.

Cum lictor animadverti.] Verbum (ut videtur) ſolemne lictoris, qui praecedens Magiſtratum, quo turbam ſummoveret, (nam & hoc verbum ſolemne eſſe ad Horat. notavimus lib. II. Od. XVI.) animadvertere jubebat, hoc eſt, obſervare atque attendere. TORR.

Ex more] *Ex monere* Cod. Mem. an pro *ex munere*, quod *moenere* ſcribebatur olim. vid. ſupr. ad cap. VI. BURM.

Non eſſe eum conſulem poſt remotos] Interpungo poſt *conſulem.* nam Fabius & Trebonius ſuffecti coss. fuere ante Caeſetium & Marullum tribunatu motos, quarto nempe Caeſaris conſulatu, cum tribunorum offenſa in quintum, & quidem ſub anni finem inciderit. Lego igitur: *Non eſſe eum conſulem. Poſt remotos Caeſ. & Mar. trib. reperta ſunt.* Et revera conſul non erat, quem Caeſar vivus, nec abdicare juſſus, contra leges, nullo majorum exemplo, ſibi ipſe ſuffecit. Ex Dione. TORR. Et Cicero negat eſſe conſulem, in epiſtola ad Curium. Haec diſtinctio reſtituta ex cod. Viterb. quanquam viderat hoc acute Torrentius, quem miror in ratione temporum explicanda eſſe hic hallucinatum. Fallitur ſane & cum putat annum interceſſiſſe a coss. ſubſtitutis Fabio ac Trebonio, ad offenſam tribunorum: & cum eorum exauctorationem conjicit in finem anni, quo fuit Caeſar, ut ait, quintum conſul. Neutrum ſtare poteſt. Con-

remotos Caesetium & Marullum tribunos, reperta sunt proximis comitiis complura suffragia, consules eos declarantium. Subscripsere quidam L. Bruti statuae: *Utinam viveres*. Item ipsius Caesaris statuae:

Brutus, quia reges ejecit, consul primus factus est:
Hic, quia consules ejecit, rex postremo factus est.

Conspiratum est in eum a sexaginta amplius, C. Cassio, Marcoque & Decimo Bru-

Contigit enim utrumque horum post reditum Caesaris ex Hispania: mense autem Octobri cum reverrisset, Idibus Martiis proximis est occisus. Itaque trimestris Q. Maximi consulatus in eum annum incidit, quem φθίνοντα vidit novissimum Caesar: Albanae feriae & tribunorum casus in eum, quem ultimum ipse inchoavit. ejusdem anni mense Februario etiam illa Lupercalia celebrata sunt, de quibus modo est actum. Quis vero nescit, ferias Latinas statim principio consulatus sui a coss. solitas indici: Comitia, quorum hic mentio, tempore non suo, primis anni mensibus habita: vel mense Februario, quo olim legationes audiri solitae a P. C. vel Martii initio. Sed festinavit Caesar, quia primo vere urbe exiturus erat. jam enim Octavium cum parte copiarum Apolloniam praemiserat. Casaub. Lipsius distinxerat, ut Torrentius voluit.

Marullum] Hic eadem varietas in editis, quae supr. cap. praeced. nisi quod *Caecitium* Copes.

Subscripsere quidem L. Bruti statuae.] Ita olim moris fuit plebi Romanae, si quid palam profiteri non auderet, voluntatis suae significationem edere, scribendo in porticibus, parietibus, statuarum basibus aliisque monumentis defunctorum. Plutarchus in Gracchis: Τὴν δὲ πλείστην αὐτὸς ὁ δῆμος ὁρμὴν καὶ φιλοτιμίαν ἐξῆψε, προκαλούμενος διὰ γραμμάτων αὐτὸν ἐν στοαῖς καὶ τοίχοις καὶ μνήμασι καταγραφομένοις. Similia his & in Graecorum historia reperiuntur exempla. Casaub.

Ipsius Caesaris statuae:] Dictio *statuae* abest ex omnibus mss. & bene. Sequuntur autem duo trochaici. Torr. Vox *statuae* non est in Pal. sec. neque admodum necessaria est. Grut. Deest & Copes. & Ed. Roman.

Brutus] Faernus legebat: *Brutus, qui reges ejecit* &c. *Hic qui consules ejecit*. utrobique deleta litera *a*, voce *qui* retenta. Ursin. Jussi distichon istud scribi specie versuum, constat enim ex trochaeis. Grut. Qui retinuit *quia*, ut omnes editi. in Romana Ed. alter versus, *Hic* &c. non legitur. deinde *Rex postremus* Lugd. Junt. Steph. Ald. Arg. ut respondeat scil. τῷ *consul primus*. & simul instans ejus nex sine successore significetur. Burm.

Conspiratum est in eum a lx. *amplius.*] Idem numerus apud Eutropium & Orosium. Dio negligentius, οὐκ ὀλίγους. Nomina eorum, quae in libris exstant, qui ad nos pervenerunt, ista fere sunt:

M. Junius Brutus Philippensis.
D. Junius Brutus Albinus.
C. Cassius Longinus.
L. Cassius C. frater.
C. Servilius Casca.
P. Servilius Casca.
Q. Ligarius.
P. Turullius.
Ser. Sulpicius Galba.
L. Tullius Cimber.
L. Minutius Basilius.
M. Spurius.
Sext. Popilius Laena.
Caecilius.
Bucolianus.
Rubrius Ruga.
Sextius Naso.
Pontius Aquila.
Atilius.
Petronius.
Cornelius Cinna.
Cassius Parmensis.

His possunt duo addi, *Cn. Domitius Ahenobarbus* & *Sextus Pompejus*. illum pars scriptorum inter conjuratos ponit, Dio etiam σφαγέα nominat: pars sceleris, & ut Valerius Max. semper loquitur, parricidii absolvit. Sex. Pompejus, etsi Roma abfuit tempore conjurationis, lege tamen Pedia cum caeteris conspiratis damnatus est. Habeo & alios, quos in hoc album suspicor referendos: sed suspicor tantum. Casaub. Prae-

Bruto, principibus conſpirationis. Qui primum cunctati, utrumne illum, in campo per comitia tribus ad ſuffragia vocantem, partibus diviſis e ponte dejicerent, atque exceptum trucidarent, an in Sacra via, vel in aditu theatri adorirentur: poſtquam ſenatus Idibus Martiis in Pompeji curiam edictus eſt, facile tempus &
81 locum praetulerunt. Sed Caeſari futura caedes evidentibus prodigiis denuntiata eſt. Paucos ante menſes, quum in colonia Capua deducti lege Julia coloni, ad exſtruendas

cipuos recenſet cum ſuo unumquemque elogio Cicer. Philipp. II. cap. II. Miror noſtrum de Trebonio nihil injeciſſe: nam & is inter principes fuit. vide Cicer. II. Phil. 14. & ibi Abram. Manut. ad Cicer. X. ad fam. 28. Caeſarem conſilio Ciceronis fuiſſe interfectum conſul Antonius jactabat. v. Philipp. II. cap. II. ſeq. & XII. ad Famil. 2. & 3. BROUKHUS. De Buciliano vid. ad Cicer. XV. ad At. 17.

Marcelloque & D. Bruto principibus conſpirationis.] Foediſſimum mendum in priorem noſtram editionem neſcio quomodo irrepſit. nam inter conjuratos, qui Caeſarem occiderunt, nullus fuit, quod ſciam, Marcellus: neque dubitari poteſt, veram eſſe librorum omnium ſcripturam, *Marcoque & Decimo Bruto*. CASAUB.

Decimo Bruto] Recte Graevius *Brutis* cenſet legendum; ut Tib. IV. *ſuperſtite Tiberio Druſoque, Neronibus*, & centies alibi. Aug. C. *duobus Sextis Pompejo & Apulejo Coſſ. Decimo* eſt in editionibus priſcis. BURM.

Principibus conſpirationis.] *Conjurationis* habet opt. codex. ut initio hujus cap. *Quae cauſa conjuratis fuit*. Sed & *conſpiratos* vocat cap. proximo: & ſane conſpiratio potius erat. nullo enim jurejurando, aut ſacrificio, ſed conſenſu ſolo, ſi Appiano credimus, conſpirarant TORR. Vox poſtrema odioſe repetitur, cum praeceſſerit, *conſpiratum eſt* &c. itaque videtur ſupervacua. GRUT.

Utrumne illum] In Periz. codice erat particula *ne* inducta, & facile pateret abeſſe, niſi omnes retinerent. Liv. IV. 5. *Utrum populi R. an veſtrum ſummum imperium eſt? utrum vobis dominatio, an omnibus* &c. Juſtin. V. 4. *certant, utrum contumelioſius eum expulerint, an revocaverint honoratius*. XI. 6. *utrum admirabilius vicerit, an aggredi auſus fuerit incertum*. & lib. XXVIII. 5. *utrum ſua potius occaſione, an illorum*. noſter de Ill. Gram. cap. XIV. *judicaturus ſum, utrum ſint τῶν πρώτων, an παρεμβεβλημένων*. vid. & ſup. cap. LVIII. *illum* deeſt Copeſ. & ex more Suetonii non requiri puto. vid. ad cap. I. *an* mox etiam non eſt in Copeſ. BURM.

Vocantem] *Vocante* Exc. Voſſ.

Partibus diviſis.] Aliis ſuper ponte, aliis ſub ponte collocatis. Hinc intelligimus pontes comitiorum non humiles, ſed altos ſatis fuiſſe. CASAUB. Edd. Junt. Ald. Seb. Gryph. habent *patribus*, neſcio an operarum primae illarum editionis vitio, quam ſaepe reliquas ſecutas deprehendi, etiam in mendis exprimendis, an ita in MSS. repererint, in quibus haec centies vocabula commutantur. vid. ad Valer. Fl. I. 72. inf. Aug. XII. ſed ſine dubio locutio haec a ſcena deſumta, requirit *partibus*. vid. ad Claud. XXXVII. BURM.

Dejicerent] *Deicerent* Copeſ. Ex. Voſſ.

In ſacra via] *An ſacra via, vel aditu* Junt. Ald. & certe odioſe ter praepoſitio repeti videtur, & in locis urbis deſignandis praepoſitione non uſum ſaepe vidimus, ſup. cap. XXXIX. *in aditum* Harlem. etiam. BURM.

Poſtquam ſenatus Idibus Martiis edictus eſt.] Is dies propter Annae Perennae feſtum hilariter ſolitus agi. Ideo etiam ludi in Pompejano theatro erant futuri. Moris autem fuit, ut quibus diebus ſpectacula in eo theatro exhiberentur, ſenatus in Curia Pompeji haberetur. Notandus Appiani locus: Θέαι δ' ἦσαν ἐν τῷ Πομπηΐου θεάτρῳ· καὶ βουλεύσειν ἔμελλον ἔν τινι τῶν περὶ αὐτὸ οἴκων ἰσταμένῃ, ὅσα ἐπὶ θέαις ᾠκοδόμηται. CASAUB. Ita & Livius III. 38. ubi vide comm. nam Gronovius ibi *edictus*. & ſupr. cap. 18. BURM.

Capua deducti lege Julia Coloni,] Haec deerant Cujaciano Cod. & Exc. Voſſianis.

81. *Deducti lege Julia.*] Qua Caeſar primo conſulatu agrum Campanum XXM. civium diviſit. TORR.

Sepulcra vetuſtiſſima disjicerent.] Liber opt. *diſcinderent*. Horat. III. 16. *Diffidit urbium Portas vir Macedo*. TORR. *Diſſicerent* Memm. Copeſ. & Ex. Cuj. Avide ſaepe has librariorum aberrationes, & hoc verbum antiquariis amatum adri-

endas villas ſepulcra vetuſtiſſima disjicerent, idque eo ſtudioſius facerent, quod aliquantum vaſculorum operis antiqui ſcrutantes reperiebant: tabula aenea in monumento, in quo dicebatur Capys, conditor Capuae, ſepultus, inventa eſt, conſcripta literis verbiſque Graecis, hac ſententia: *Quandoque oſſa Capyis detecta eſſent, fore ut Ilo prognatus manu conſanguineorum necaretur, magniſque mox Italiae cladibus vindicaretur.* Cujus rei, ne quis fabuloſum aut commentitium putet, auctor eſt Cor-

adripuerunt multi. per me licet, ſed ne obtrudant Suetonio: nam *disjicere* ſepulchra aeque bonae notae eſt. ac *disjicere ſtatuas* in Calig. XXXIV. *muros* Neron. XXV. nec magis ſe commendat *diſcinderent* Torrentiani codicis, quod placuit Berneggero. *dejicerent* Ed. Venetae tres. *disjecerint* Periz. vid. ad. Ovid. XII. Metam. 108. ominoſum vero hoc habitum docet Herald. ad Arnob. lib. II. pag. 100. Exc. Voſſ. habebant, *ad deſtruendas vetuſtiſſimas villas*, *ſepulchra disjicerent.* Burm.

Operis antiqui] *O.eris* Memm. vitium ex compendio natum, ne quis inde *aeris* faciat. vid. ſup. cap. XLVII. & alibi, ubi *operis antiqui* mentio. Burm.

Quando oſſa Capys.] Tres libri, *quandoque oſſa Capys*; & unus, *fore ut Ilio prognatus*, pro *Julo*, aut *Julio*, ut vulgati codices. Turneb. Adverſar. XXIV. cap. XIV. inveniſſe ſe ait *fore ut illo prognatus*, & probat; ſic tamen, ut *Julo* non improber. Verum quid Capys ad Caeſarem? aut cur in ejus ſepulcro de Juli poſteris? Quare *Ilio* magis placet. *Quandoque* autem pro quandocunque vocabulum Horatio & Juriſconſultis frequens: *Quandoque nupſerit*, *quandoque liberos habuerit.* Sueton. tamen aliter fere uſus eſt. Torr. *Quandoque* emendatum in pal. pr. ſec. tamen & tert. *Quandocumque.* Grut. *Quando* Periz. Harl. Edd. Venetae & reliquae veteres praeter Steph. & Caſaub. quae, ut recentiores, *quandoque*, quod idem valet quod *quandocumque*, ut jam conſtat ſatis eruditis. ut ſupr. cap. XXVI. & alibi in noſtro notatum eſt. *Capus* Memm. & Cujac. *Capys* Venet. tres, Junt. Ald. Gryph. Lugd. *Capis* Copeſ. Harlem. Ed. Rom. Bonon. ſed *Capyis* unica vera lectio, Graece enim *Capyos*, paullo ante *Capis* Exc. Voſſ. Burm.

81. *Ut Julo prognatus.*] Memmianus, *ut Ilo prog.* nihil mutandum; nam Julius Caeſar auctorem generis ſui faciebat Julum Aeneae filium, & ut ait Dio lib. XLIII. poſteris Aeneae ſe dicebat ἀπόγονος δὲ τ' Ἴλου. Casaub. Salmaſ, *ut Ilio*, & ita Exc. Cujac. Caſaub. dicit Mem. *Ilo* habuiſſe, quod non temere repudiandum puto, quia inter majores Capyis ut & Aſcanii, ſive Iuli, fuerat Ilus rex; & rectius homo prognatus viro, quam urbe dicitur. *Julio* Exc. Voſ. Baſil poſter. alios *illo* legere ex notis Torrentii patet. ſed ex Capye Julius Caeſar non deſcendebat. Burm.

Manu conſanguineorum] Brutum innuere videtur, quem Caeſar moriens filium adpellavit, ex adulterio Serviliae ſcilicet genitum, ut ferebatur. Gujet. Quod Sabellicus dicat in pluribus inveniri *more*, ego in ſolis Venetis & ipſius Sabellici, vidi: ille vero explicat quia omnes ex Gente Julia praenomine Caji ferro perierint. V. Calig. cap. ult. ſed fuere plures conſanguinei aliis praenominibus, & hic nulla mentio praenominis Caji. Burm.

Ne quis fabuloſam aut commentitiam putet,] In membranis ſuperſcripta erar emendatio, *ne quis fabuloſum aut commentitium putet*, probo. Casaub. *Quam rem* Periz. Harlem. Exc. Voſſ. Edd. Venet. Bonon. & omnes veteres. praeter Baſil. & ſequentes. Hanc lectionem ab iis puto inductam, qui repererant *fabuloſum & commentitium*, & inde ſimul fecerunt *fabuloſam & commentitiam.* ſed mihi maxime Caſauboniani codicis adridet emendatio, quae eſt elegantiae priſcae. nam ita apud Livium lib. I. 13. *quis enim rem tam veterem pro certo adfirmet?* non *pro certa*, ut Gronov. vid. ad Ovid. II. Am. II. 49. & ad IX. Met. 139. idem Livius XXXIX. 49. *vix pro comperto tantam rem habiturus*, ubi ibidem *pro comperta* Gronovius, qui tamen apud Cicer. IX. ad At. 6. *tuas nunc epiſtolas a primo lego*, rejecto *a prima.* ſic apud Stat. V. Silv. I. 52. *Falſoque potentes laudis egent verae*, ubi Heinſius malebat *falſaeque*, Markl. *falſaque.* & ita nihil mutandum recte cenſuit Oudendorpius in Front. II. V. 31. *ut in prima parte Hiſpanos ponerent, in remotiſſimo equites.* Lucan. VI. 59.

Y 2 Aut

Cornelius Balbus, familiarissimus Caesaris. Proximis diebus equorum greges, quos in trajiciendo Rubicone flumine consecrarat, ac vagos & sine custode dimiserat, com-

Aut aliquem mundi, quamvis natura negasset, In melius mutare locum. pro in *meliorem*. vid. & ad Aug. LXXXVII. BURM.

Equorum greges, quos in trajiciendo Rubicone flumine consecrarat.] Eustathius in Odysseam μ· Ὅτι δὲ καὶ καθ' ἱστορίαν ἀγέλας ὅλας ἡμέρων ζώων Ἕλληνες ἀφίερον Δαίμοσιν, ὧν εἶναι ἐδόκουν ἔρμαιον ἀπολαυσαί τινας, ἐν οἷς καὶ ταυτὰ ὑπερβάς ἱεροῖς ἀνιερῶθη, οἷον ταῦροι καὶ χῆνες, καὶ τοιαῦτά τινα, καταμέληπ) ἐν ταῖς ἱστορίαις. Solita hoc modo consecrari omnis generis animalia, etiam pisces, ut apud Athenaeum lib. sept. scriptum. maxime autem id factitatum in iis, quae usui aut voluptati fuerant: quibus hoc quasi praemium datum, ut ante obitum manu emitterentur & finerentur ἄφετα. Sic servos, quos amabant, imminente morte properabant liberare, ut saltem in libertate morerentur, ut Plinius in epistolis docet. Sic in historia Marcellini XXIX. cap. 3. Valentinianus Imperator Innocentiam ursam, qua diu fuerat oblectatus, tandem *ut bene meritam in sylvas abire dimisit innoxiam.* Eo refero Theodoreti verba ex Oratione secunda Θεραπευτικῶν. Ubi ait Homerum unguentis delibutum ita fuisse a Platone e Rep. sua pulsum, ut mulieres solent hirundines: Μύρῳ γὰρ ἀλείψας, καθάπερ αἱ γυναῖκες τὰς χελιδόνας, καὶ τὸ ὑπ' αὐτῷ ξυντεθέντος πόλεως ἀπέπεμψε. repetit idem & Oratione decima. Sed a vetustioribus sumsit haec Theodoretus. nam multo ante dixerat Dio Chrysostomus in sermone de Homero, καὶ πολλάκις (Plato) μάλα ἐρωτικῶς εἴψαιθε αὐτὸν ἱερόν τε μύρῳ καταχέαντε ἀφεῖναι παρ' ἄλλους· τοῦτο δὲ αἱ γυναῖκες ἐπὶ τῶν χελιδόνων ποιοῦσι. Aristides in tertia Platonica: ὁ Πλάτων Ὅμηρον μύρῳ χρίζων ὥσπερ εὐτίμητί χελιδόνα πρῶτ' ἐκπέμψεις. Videntur mulieres, quando erant mitlurae e potestate aviculas, quibus plurimum fuerant oblectatae, solitae illis unguentum affundere, quod genus luxus observo etiam in hac re fuisse usurpatum. Sic apud Plinium in epist. lib. IX. 33. delphino, qui omnibus erat admirationi, Octavius Anitius legatus proconsulis unguentum superfudit. Meminit Solinus cap. XVII. Et apud Philostratum in vita Apollonii, elephantis cujusdam ἀφέτου mentio fit, quem soliti incolae regionis μυρίζειν καὶ ταινιῶν. de equis testis Simonides. Aelianus de Animalibus lib. XII. cap. XXXVI. Ὅτι δὲ καὶ μύρῳ ἐχρίοντο ἵπποι, Σιμωνίδης ἐν τοῖς Ἰάμβοις λέγει. lib. XVI. cap. XXIV. Similis stultitia eorum, qui pisces monilibus & inauribus ornabant, ut narrat idem lib. XII. cap. XXX. CASAUB.

Quos in trajiciendo Rubicone flumine consecrarat.] Turnebus (II. Adv. 27. & XXIII. 14.) *Rubiconi flumini* legit, dandi casu, ut equos Caesar ipsi flumini consecrarit. Ego Marti potius consecratos puto, ut apud Virg. Minervae, Aeneid. III. 537.

Quatuor hic primum omen equos. &c. Simile quid de bobus Dianae Persicae ultra Euphratem sacris, & Deae nota, quae lampas est, insignitis, ac sine custode vagantibus Plutarch. Lucullo. Quo loco fortissimum illum Imperatorem Romanum Euphrati fluvio, quem Tigranem Regem invasurus trajecerat, taurum scribit immolasse. Quod equidem sententiam nostram confirmat. tauriformes enim fluvii a poëtis finguntur, ut ad Horat. notavimus lib. IV. Od. XIV. TORR. Turonensis, *Rubiconi flumini*: quod olim Turnebo non sine ratione placuit. nam cui Caesar equos istos consecravit? fluvios pro numinibus habitos olim & cultos, nemo est quin sciat. CASAUB. *Rubicone flumine*, in Salmasii codice. GUJET. *Rubicone flumine* constanter, praeter Memm. omnes scripti & editi. neque ullum exemplum consecratorum equorum, apud Romanos, flumini reperio. *consecrarat* igitur simpliciter capiendum, nullius Dei certi respectus, id est, dimisit immunes, neque umquam iis uti, vel aliis utendos dari voluit. ut ita passim & consecrata animalia occurrunt. Sequentia vero, *vagos ac sine custode dimiserat*, addit ex more suo, quasi explicans, quid per *consecrarat* intelligeret: ut cap. XX. *consecratum* & *ad subsidia reip. vectigalem relictum*, capiendum docuimus. BURM.

Vagos sine custode.] Tres libri *vagos & sine custode*. exprimit autem, quod Graeci hujusmodi animalia Diis sacra ἄφετα appellant. de quo vocabulo eleganter P. Victorius Variar. Lect. XXVIII. cap. XXIV. TORR. *Et* deest Harle. Edd. Venet. tribus, Bon. & omnibus praeter Casaub. & seqq.

Com-

comperit pertinacissime pabulo abstinere, ubertimque flere. Et immolantem haruspex Spurina monuit, caveret periculum, quod non ultra Martias Idus proferretur. Pridie autem easdem Idus, avem regaliolum, cum laureo ramulo Pompejanae curiae se inferentem, volucres varii generis, ex proximo nemore persecutae, ibidem discerpserunt. Ea vero nocte, cui illuxit dies caedis, & ipse sibi visus est per quietem interdum supra nubes volitare, alias cum Jove dextram jungere. Et Cal-

Comperiit.] Libri MSS. *comperit.* TORR. *Comperiit* Periz. Harlem. Edd. Venet. pr. Lugd. Gryph. Plant. Basil.

Ubertimque flere.] Huc haud dubie respexit Virgil. in Pallantis funere lib. XI. 89.

- - - *positis insignibus Aethon*
It lacrymans, guttisque humectat grandibus ora.

Et rursus Bucol. Ecl. V. 25.

- - - *nulla neque undam*
Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

Plin. lib. VIII. cap. XLII. de equis: *Praesagiunt pugnam; & amissos lugent dominos, lacrimasque interdum desiderio fundunt.* TORR.

Spurinna] *Spurina* Harlem. Edd. Venet. Bon. Basil. & aliae veteres & Plantin. & ita mox iterum.

Monuit caveret] *Ut caveret* Periz. Harlem. & omnes veteres praeter Rom. Basil. & recentiores. ita Aug. III. *monet imitetur.* vid. & Caes. XLI. Tib. XI. Neron. XLIX. BURM.

Avem regaliolum.] *Trochilum* vocat Plinius lib. X. cap. LXXIV. & lib. VIII. cap. XXV. *parvam avem, quae* (inquit) *Rex avium* appellatur, & cum aquila inimicitias exercet. Medici Graeci passerem Troglodyten esse volunt. Vulgo Regulus, hic Regaliolus. TORR. In Glossario non *regaliolus*, sed *regaviolus* scribitur: nam *regaviolus* dicta haec avicula quasi rex avium. Sic autem legendum in eo libro: *Regaviolus*, σπῖνος. *Regaviolus*, βασιλίσκος, ὀρνίθιον. ubi vides inconstantiam simul & imperitiam ejus Grammatici: male enim σπῖνος interpretatur, & cum frigilla regaliolum confundit. In altero scriptum est: βασιλίσκος, *regula.* scrib. *regulus* vel *regaviolus.* De hac ave Plinius. In tertio Pauli Aeginetae legimus aviculam Graecis βασιλίσκον dictam, omnium, quas nosset vetustas, habitam esse minimam. nec multo esse majorem passerem troglodyten: quam volunt eruditi esse nostrum *roitelet.* CASAUB. De hac ave, & ab ea diversa Troglodyte, quas interpretes confundunt, vide Simonis Falc. Aurati Epistolam ad Scaligerum, quam nuper in Sylloge nostra tom. II. p. 312. publicavi. BURM.

Discerpserunt] *Descerpserunt* Harlem.

Ea vero nocte, cui illuxit dies caedis.] Melius sic, quam ut Dio: ἐν τῇ νυκτὶ, ἐν ᾗ ἐσφάγη. CASAUB.

Alias cum Jove dextram jungere] Haec verba desunt Cod. Harl. & Edd. Venet. tribus, Bonon. Paris. *aliasque c. J. d. conjungere* Periz. *dextras* Gryph. Basil. Plant. *dextram* Ex. Voss. Cujac. Edd. Rom. & optimae multae, *alias cum Jove sibi dextram jungere* Lugd. Arg. Junt. Ex hac varietate nihil magis turbat, quam illud *alias*, quod cum alio tempore debeat notari, illi qui *dextras* legerunt, adjectivum crediderunt. qui *dextram* praeferunt, videntur illud respondere putasse τῷ *interdum* & exempla, ubi *interdum* & *alias*, ita sibi respondeant, producunt. sed de unius noctis diversis somniis interrupta quiete, intelligi debere puto, non de praeterit & alius temporis somnio: nam servat Suetonius in his prodigiis ordinem temporis; & primo quae ante mensem, tunc ante dies, deinde quae pridie, & tandem quae ipsa nocte, quae caedem praecessit, contigerunt, narrat. Quare vel abjicienda vocula *alias*, ut a Glossatore adscripta, vel quia Dio fere idem narrat, eo, ut dixi, modo, explicanda. cogitavi olim, quia *alius* & *altus* centies in MS. confundi soleant (vid. ad Petron. cap. CVIII.) an possit legi, *altusque cum Jove dextram jungere.* supra enim nubes volitans & jam altus & elatus in coelum cum Jove, dextram jungere videbatur. Sed abjeci deinde hanc conjecturam, quia & *alias* de non longo intervallo poni video. BURM.

Dextras jungere.] *Dexteram* MS. TORR. Dio, τῆς τοῦ Διὸς χειρὸς ἅπτεσθαι. non recte in vulg. *dextras.* CASAUB.

Calpurnia] *Calphurnia* Codd. Copes. & Periz. & Edd. aliquot, ut supr. XXI. & fere ubique,

Calpurnia uxor imaginata est, collabi fastigium domus, maritumque in gremio suo confodi: ac subito cubiculi fores sponte patuerunt. Ob haec simul & ob infirmam valetudinem diu cunctatus, an se contineret, & quae apud senatum proposuerat agere, differret: tandem D. Bruto adhortante, ne frequentes ac jam dudum opperientes destitueret, quinta fere hora progressus est: libellumque insidiarum indicem, ab obvio quodam porrectum, libellis ceteris, quos sinistra manu tenebat, quasi mox lecturus, commiscuit. Dein pluribus hostiis caesis, quum litare non posset, introiit curiam, spreta religione: Spurinamque irridens, & ut falsum arguens, quod sine ulla noxa Idus Martiae adessent: quamquam is venisse quidem eas diceret,

que, sed nec in lapidibus eodem semper modo scribitur, licet in antiquissimis *Calpurnius* sit frequentius. ut & apud Vaillant. in Gente Calpurnia nummus XXVII. Burm.

Collabi fastigium domus.] Plutarchus, auctorem citans Livium, fastigium (id quod ipse ἀκρωτήριον vocat) ornatus majestatisque causa Caesaris domo S. C. appositum scribit. quod monere volui, ne quis locum hunc negligenter transeat. *Fastigium* vocat etiam M. Tullius Philipp. II. Plutarchi interpres *pinnaculum* transtulit. Vide, si lubet, P. Victorium Variar. Lect. lib. XVII. cap. XVIII. & adde Suetonii locum Claud. cap. XVII. Torr. Dixit ante decreta fuisse Caesari templa, aras, pulvinaria, non secus ac Deo: eodem & fastigium illud pertinebat. quod ex Ciceronis, Plutarchi & Flori testimoniis cognoscimus. Ut igitur Valerio Poplicolae olim honoris caussa concessum, ut foras aperirentur aedes ejus: sic Julii domus fastigio ornata. *Fastigium* aliquando est ἁπλῶς aedificii summum, ut Festus interpretatur: itaque de privatorum aedibus dicitur. Cicero ad Q. fratrem lib. III. *Absolutum ostendi in aedibus tuis tectum: quod supra conclavia non placuerat tibi esse multorum fastigiorum.* & apud Senecam epistola CXXII. Interdum significat tecti formam deorum templis propriam, quae Graecis ἀετὸς & ἀέτωμα dicitur. Aristophanes Avibus, in beatissimae illius suae reip. discriptione pro summa felicitate ponit, quod omnes in aedibus fastigium habentibus habitaturi essent, ut numina in templis: vers. 1109.

> Εἶτα, ait, πρὸς τούτοισιν, ὥσπερ ἐν ἱεροῖς οἰκήσετε.
> Τὰς γὰρ ὑμῶν οἰκίας ἐρέψομεν πρὸς αἰετόν.

De his fastigiis multa alibi ex erudita antiquitate prompta notamus. Casaub.

Sponte patuerunt.] vid. ad Petron. cap. XVI. mox *ob haec simul, & infirmam ob* Copes. Ed. Rom.

Opperientes] *Opperientis* Memm.

Quinta] *e quinta* Cod. Memm.

Ab obvio quodam.] Liber opt. *ab Ovio quodam.* Forte *Ovinio.* Ovinii enim Romani sunt. Sed Plutarch. Graecum fuisse tradit, natione Gnidium, Artemidorum nomine, & professione Rhetorem. Alii alium. Torr. *Ab ovio* Memm. ut sup. LXIII. & mox LXXV. unde apparet istius librarii consuetudinem fuisse, & frustra *Ovinio* reponi. Burm.

Libellumque insidiarum indicem,] Putavit Caesar, supplicem libellum hunc esse: ideo caeteris ἀναγνώστοις commiscuit. Similem errorem admisit Nicephorus Imperator, cum uxoris Theophanus & Tzimiscae conjuratione caesus est. Fuse narrat Cedrenus. Geminum istis exemplum in Annalibus nostrorum temporum posteritas leget, ac fatorum vim inevitabilem etiam in ea caede recognoscet. Res plane memorabilis, & quae olim inter θαυμάσια ἀκουσμάτων & providentiae divinae argumenta jactabitur. Casaub.

Libellis caeteris, quos sinistra manu tenebat, commiscuit.] Non sinistra, sed dextra, ait Manilius V. 59.

> - - - *totiens praedicto cavere*
> *Vulnera non potuit, toto spectante senatu*
> *Indicium dextra retinens.*

Etiam commixtum caeteris libellum indicem negat Plutarchus: Ἐν δὲ τῇ χειρὶ κατέχων ἐφύλαττεν ἐκεῖνο μόνον.. Casaub.

Dein] *Deinde* Periz. Harlem. & multae Edit. ex veteribus.

Pluribus hostiis caesis.] Florus IV. 2.: *nec perlitare centum victimis poterat.* Casaub.

Sine ulla sua noxa] Voculam *sua* revocavi auctoribus tribus Pall. & Vett. Edd. novitiae ejecerant. Grut. *Sua* agnoscunt Periz. Copes. Harlem. Edd. Rom. Venet. pr. Lugd. Junt.

ret, sed non praeteriisse. Adsidentem conspirati specie officii circumsteterunt: illi- 82 coque Cimber Tullius, qui primas partes susceperat, quasi aliquid rogaturus, propius adcessit: renuentique & gestu in aliud tempus differenti, ab utroque humero togam adprehendit: deinde clamantem, *Ista quidem vis est*, alter e Cassiis adver-

Junt. Ald. Steph. reliquae ignorant, & cum Cl. Graevio molestam voculam ejiciendam credo. vid. & ad Aug. XIV. & supr. cap. LXXII. & alibi. praeterea *sine ulla noxia* in editione veteri vidi. BURM.

Idus Martiae.] *Idus Martias ferales sibi scorpionis occasu annotavit* ipse *Caesar*, si Plinio credimus lib. XVIII. cap. XXVI. Quo magis sane mirandum, si Spurinam irrisit, quem tantopere ejus seculi auctores laudant. Irridere tamen hominem videtur Cicero Famil. lib. IX. epist. XXVI. TORR.

Quamquam is venisse] *Quamquam is enim venisse* Voss. Exc. *praeterisse* Eadem & Codd. Huss. Harl. Edd. Rom. Venet. pr. Lug. Basil. & multae aliae.

82. *Assidentem conspicati specie officii circumsteterunt.*] Aliae editiones male praeiverunt. nam *conspirati* & *circumstiterunt* scribendum. CASAUB. *Conspicati* Plantin. Torr. Casaub. & Raphel. sed in nulla antiquore editione vidi: Voss. Excerpta *conspirati*, & *compacti*, quo ultimo glossator voluit, ex sua sententia, exprimere vim *τοῦ conspirati*, id est, densi circumsteterunt. vid. Gud. ad Phaedr. I. 2. Similis locus fere Curtii VII. I. *nuper praeter consuetudinem officii specie, amotis longius ceteris, admovisse semet ipsos lateri suo.* BURM.

82. *Cimber Tillius*] Sic Pulmann. Libri nostri *Tullium*. Appian. *Atilium* vocat, sed male, ni fallor. sic enim Seneca lib. III. de Ira 30. *Nemo unquam victoria liberalius usus est quam Divus Julius; & tamen eum plures amici occiderunt, quam inimici. Inter eos Cimber Tullius, acerrimus paulo ante partium ejus defensor.* Meminit ejusdem, ut ebriosi & sordidi lib. XII. Epist. 83. Eum locum citat etiam Beroaldus. Adde Cicer. Philip. II. TORR. Nuperae quaedam editiones mutarunt in *Tillius*. perperam: nam *Tullius* appellatur in omnibus Latinorum codd. & Graecorum quoque nonnullorum, etiam Plutarchi in Bruto: at in ejusdem Caesare & Appiano *Τίλλιος* mendose. CASAUB. *Tillius* (ut Plantin. Torrent. & recentiores quaedam Edd.) scribendum esse ostenderat Manutius & Graevius ad Cicer. VI. ad Fam. 12. & ita alii ad II. Philip. II. sed Tristanus tom. I. com. pag. 44. nummum profert, in quo *Atilius Cimber* dicitur, & hoc nomen ipsi vindicat, licet suspectus hic nummus sit Patino. Gentis vero *Tilliae* nullos proferunt nummos Ursinus & Vaillantius. nec vir doctissimus Liebe in Gotha numaria cap. VI. §. 2. sed *Atiliorum* memoria & in nummis & Lapidibus frequens satis est. *Tillii* quidem etiam, sed pauciores, occurrunt: ut apud Gruter. p. CXX. *Q. Tillius* sub Nerone, & M. *Tillius* MCI. 5. sub Severo, & alii. Inclino tamen in Tristani sententiam, quia & apud Appianum ita vocari Torrentius fatetur. apud Senec. III. de ira 30. variant admodum Codices, quidam *Tulius*, *Villius*, *Villus*, *Nilius*, teste Grutero habent. *Tullius* Exc. Voss. & ita censuisse scribendum videtur Glandorpius, qui retulit hunc in gentem *Tulliam*. BURM.

Gestu] *Gestum* Ex. Voss.

Apprehendit] *Apprendit* Ex. Cujac.

Clamantem, ista quidem vis est.] Plautus Capteiveis III. 5. *Vis haec quidem hercle est, & trahi & trudi simul.* CASAUB.

Alter Cassius] Sic quidem interpretes, & MSS. duo, quos Pulmannus sequitur. Et sane a Cassio quoque vulnus accepisse Caesarem constat. Constat etiam duos fuisse Cassios inter conjuratos, Cajum, qui & princeps conjurationis erat; ac Lucium, cujus meminit Cic. ad Att. lib. XIV. epist. II. Quare etiam Turnebus *alter e Cassiis* legisse videtur. Sed tamen ex Appiano & Plutarcho *Casca* retineo, (sic enim impressi omnes, & MSS. tres) & P. Servilium Cascam intelligo, ut eum vocat Dion lib. XLIV. Utriusque in veteri nummo, qualem servo, memoria superest. in altera enim parte Neptuni effigies, adscriptumque, CASCA LONGUS. altera Victoria, sinistra palmam, dextra coronam, & in aliis pileum, quod libertatis est signum, ferens. Est autem *Casca* Serviliorum cognomen: *Longus*, uti & *Longinus*, Cassiorum. Taceo duos conjurasse

Ca-

versum vulnerat paullum infra jugulum. Caesar Cassii brachium adreptum graphio trajecit: conatusque prosilire, alio vulnere tardatus est. Utque animadvertit undique se strictis pugionibus peti, toga caput obvolvit: simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velata. Atque ita tribus & viginti plagis confossus est, uno modo ad primum ictum gemitu



Cascas, uti & Cassios, ex Plutarcho. Sed praecipui C. Cassius, & P. Servilius, quos nummo suo Brutus, conjurationis princeps, impressit. TORR. Non solum in prima editione, sed etiam in membranis, ut docti viri testantur, & vidimus ipsi, ita scriptum est: & mox *Cassii brachium*. non ut emendatum est a Beroaldo, ut arbitror, *alter Casca*, & *Cascae brachium*. Scio Plutarchum & Appianum ejus emendationis esse fundos: sed quis scit, annon illi potius sint corrigendi? deinde quam multa in hac historia, ut aliis omnibus, diverse narrantur ab historicis? Possent multa adnotari, sed λεπτολογεῖν nolumus. CASAUB. Servant hanc scripturam (*Cassius*) mei tres, adeo ut nihil debeat mutari, neque heic, neque mox infra, ubi eadem lectio stabilitur. GRUT. Vid. Cicer. ad Att. XVI. 15. Philipp. XI. 11. ubi Abram. & Philipp. XIII. 15. BROUKH. *Alter e Cassiis*, Cod. Mem. *aversum* idem Cod. & Copes.] *Alter Casca* & mox *Cascae* Bonon. Lug. Junt. Ald. Basil. Gryph. Steph. & aliae, ex Beroaldi sententia omnes. BURM.

Abreptum] Libri MSS. duo *arreptum*, unus etiam *arrepto*. Sed illud melius, ut arreptum Cascae brachium suo ipsius graphio Caesar trajecerit. nam Casca eum gladio invaserat. Plutarch. Male igitur, qui Cascam graphio armant. TORR. In V. C. est, *Caesar Cascae brachium abrepto graphio* &c. & ita videtur legendum, Plutarcho lectionem confirmate his verbis. Πρῶτος δὲ Κάσκας ξίφει παίει παρὰ τὸν αὐχένα, πληγὴν οὐ θανατηφόρον, οὐδὲ βαθεῖαν. ἀλλ' (ὡς εἰκὸς) ἐν ἀρχῇ τολμήματος μεγάλου ταραχθεὶς, ὥστε καὶ τὸν Καίσαρα μεταστραφέντα τὸ ἐγχειρίδιον λαβέσθαι, καὶ κατασχεῖν. URSIN. MSS. quidam *arrepto*. alii, *abrepto*. quidam *abreptum*. nonnihil variante sententia. Veteres scribebant vel stilis vel calamis. quia autem σιδηροφορεῖν non licebat, & stilis & calamis ad necem inferendam abutebantur: sed illis frequentius. In historia Ecclesiastica & apud Prudentium multos martyres graphiis confossos beatam animam coelo, unde acceperant, reddidisse legimus: & apud Plutarchum in Gracchis, petit Antillus quidam χειρῶν μεγάλους κατέχων ἐπ' αὐτὸ τοῦτο πεποιημένους γραφείους. qui locus est testis improbitatis quorundam per illa tempora, qui graphia ad caedem ex professo parare soliti. Propterea cautum aliquando Romae, ne ferrea graphia quisquam haberet, sed ossea, ut Isidorus refert. Sed & calamis γραφικοῖς ad caedem abusi. refert enim Evagrius lib. III. Stephanum Antiochiae episcopum a pueris interemptum καλάμοις ἴσα δόρασιν ἐξωσθέντα. CASAUB. Pall. tres a manu, sec. *arrepto*. unus & alter videtur prius habuisse *accepto*, quod ipsum non displicet, ut nec *arrepto*. GRUTER. *Casta brachium* Ex. Cujac. *abrepto* Harlem. Periz. Edd. Venet. tres, Bonon. Lugd. Junt. Ald. *Arrepto* Copes. Steph. *Abreptum* Basil. Gryph. Plant. Torr. *Arreptum* Exc. Voss. Roman. Casaub. quod prae omnibus placet ob rationes a Torrentio adductas. BURM.

Toga caput obvolvit] Vid. Gevart. lib. II. Papin Lect. cap. 7. & luculenter Magius lib. II. Miscel. II. BROUKHUS.

Undique se strictis pugionibus peti.] Qui Miscellam historiam composuit, *cultros senatorios* vocat: nescio quare. Graeci quidam ξίφη. vere pugiones fuisse, ex Dione constat, notante illatos eos in curiam in scriniis libellorum. Vide Plut. in Bruto. CASAUB.

Simul] Deest Cod. Hulf.

Quo honestius caderet.] Notus Euripidis de Polyxena versus: Hecub. act. III. vs. 86. πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν. quem refert Plinius lib. IV. Epist. II. Corneliae virginis Ve-

tu sine voce edito. Etsi tradiderunt quidam, M. Bruto irruenti dixisse, Καὶ σὺ εἶ ἐκείνων, καὶ σὺ τέκνον? Exanimis diffugientibus cunctis aliquamdiu jacuit, donec lecticae impositum, dependente brachio, tres servuli domum retulerunt. Nec in tot vulneribus, ut Antistius medicus existimabat, letale ullum repertum est, nisi quod secundo loco in pectore adceperat. Fuerat animus conjuratis, corpus occisi in Tiberim trahere, bona publicare, acta rescindere: sed metu M. Antonii consulis, & magistri equitum Lepidi, destiterunt. 83 Postulante ergo L. Pisone socero, testamentum ejus aperitur: recitaturque in Antonii domo, quod Idibus Septembribus proximis in Labicano suo fecerat, demandaveratque virgini Vestali maximae.

Q.

Vestalis supplicium narrans. Nec dissimile illud Lucani de Pompejo, lib. VIII. 613.

- - - ubi vidit comminus enses,
Involvit vultus, atque indignatus apertum
Fortunae praebere caput, &c. TORR.

Cum reputo mores Romanos, qui erant quo haec scribebat Suetonius, oritur mihi suspicio esse ab glossatoribus, *etiam inferiore corporis parte velata*, ut opponeretur illi, *toga caput obvolvit*. GRUT. *Inferiori* Copes. *inferioris* Harlem. Edd. Venetae tres.

Etsi tradiderunt] *Et sicut tradiderunt* Codd. Periz. Harlem. Edd., Venetae tres, Lugd. Junt. Ald. *Etsi* (*ut tradiderunt quidam*) Basil. Seb Gryph.

Καὶ σὺ τέκνον.] In duobus Καὶ σὺ εἶ ἐκείνων, καὶ σὺ τέκνον; Alii, Καὶ σὺ εἶς ἐκείνων; Hic repete, quae de Caesaris & Serviliae, Bruti matris, amore diximus cap. L. TORR. Καὶ σὺ εἶ ἐκείνων, καὶ σὺ τέκνον, Haec lectio veteris Romani cod. & quorundam MSS. in Viterb. tantum, Καὶ σὺ ἐκείνων εἶ; in aliis, Καὶ σὺ τέκνον; ut in vulgatis, & Turonensi; fortasse melius. Sic enim apud Dionem quoque. CASAUB. Palat. primus, Καὶ σὺ τέκνιον; secundus, Καὶ σὺ τέκνον; at tertius, Τοὶ καὶ σὺ; omissis prioribus, καὶ σὺ ἐκείνων. GRUT. Absunt a libro Salmasii, σὺ εἶ ἐκείνων. recidi placet. GUJET. Integra habet, sed in fine, σὺ τέκνον. Ed. Rom. pleraeque ut Bon. Venet. Junt. Ald. Steph. Basil. Gryph. &c. καὶ σὺ τέκνον. Lugd. καὶ σὺ εἶ ἐκείνων tantum, etiam vitiosis literis Graecis. in Venet. pr. deerant Graeca. ut semper. BURM.

Diffugientibus] *Defugientibus* Cod. Harlem. Edd. Venetae tres, Bonon.

Dependente brachio, Appianus pro eo dicit διασαλευόμενον οἴκαδε ἀνωμάλως, ὑπὸ τριῶν, hoc est, lectica non aequaliter sublata, sed propendente, ut cum a tribus solis gestatur. CASAUB.

Antistius medicus] Codex unus *Antius*. Et sane Antistiorum nomen nobilius, quam ut medico adaptetur; nisi tamen libertus fuerit, quales tunc fere artium professores erant. Sed & Antii Romani sunt, ut ex veteribus denariis constat. TORR. Pal. pr. videtur habuisse *Amustius*. certe alias legi *Aurustius* adscriptum orae libri ejusdem. duo reliqui stabiliunt vulgatum. GRUT. Nihil variant scripti & editi in hoc nomine, nisi quod *Antius* marg. Basil. *existimat* Copes.

Fuerat animus conjuratis] Melius supra *conspiratos* & *conspirationem* vocabat. nullum enim jusjurandum intercessit. Plutarchus quoque συνωμότας: sed cum correctione, λεγόσθω γὰρ οὕτως. CASAUB.

Tiberim] *Tiberin* Ed. Rom.

83. *L. Pisone socero*,] Cujus filia Calpurnia, Caesaris uxor. TORR.

Recitaturque] *Recitavitque* Cod. Hulf.

Quod Idibus Septembribus proximis in Lavicano suo fecerat,] Cum reversus ex Hispania ad triumphum, ex veteri more ad urbem esset. videtur autem per mensem ibi fuisse. nam Octobri urbem est ingressus. TORR. *Septembris* Codd. Periz. Harlem. & a Veneta pr. omnes antiquae, praeter Roman. & deinceps Gryph. Basileenses & reliquas recentiores.

Lavicano] *Labicano* Edd. Rom. Bonon. & Doleti. recte. vid. Cl. Drakenb. ad Sil. III. 534. BURM.

Virgini Vestali maximae.] Idem de Augusti testamento Sueton. cap. CI. & de testamento Antonii III-viri in ejus vita Plutarchus. Sed & Ulpianus III. de tabulis exhib. *Si custodiam testamenti aedituus susceperit*. Ostendit enim, testamentum in aede sacra deponi solere. TORR. Ita veteribus mos fuit, ut ex Pandectis, & historiis notum. Appianus ait, L. Pisoni socero: Λεύκιον δὲ Πείσωνα, ὅτῳ τὰς διαθήκας ὁ Καῖσαρ παρεθήκει. Sed errat. CASAUB.

Q. Tubero tradit, heredem ab eo scribi solitum ex consulatu ipsius primo, usque ad initium civilis belli, Cn. Pompejum: idque militibus pro concione recitatum. Sed novissimo testamento tres instituit heredes sororum nepotes, C. Octavium ex do-

Scribi solitum] *Solum* Ed. Steph. sed, ut puto, male. Nam, quia mali ominis credebatur, intestatum vivere & mori, quotidie nova testamenta facere, & mutare priora solebant. ita & Caesar saepe testamenta fecit, sed ex consulatu semper herede scripto Pompejo. sic Quinctil. Decl. CCCVIII. *hominem frequenter hoc facientem:* id est, alia & alia testamenta. plura habet Berneggerus. BURM.

83. *Tres instituit.* &c.] Johannes Visorius ad Topica Ciceronis existimat, sic hunc Suetonii locum esse interpretandum, ut, *si quis Caesaris filius nasceretur, is primus patris haeres fuisset; qui si moreretur, Caesaris haereditatem Brutus adiisset.* Alii vero aliter. Ego autem puto, ut verba Auctoris nostri manifesto demonstrant, primo loco primisque tabulis Octavium, Pinarium, Pediumque institutos fuisse. His autem non dedit Caesar quidem substitutos, sed vi istius institutionis, si quis eorum defecisset, ad reliquos tota haereditas pertinuisset, quoniam nemo pro parte testatus, pro parte intestatus poterat mori. Cur autem primis haeredibus substitutos non fuisse datos existimem, facit, quod reliquos in ima cera scriptos haeredes, Suetonius narret. Quae pars fuit testamenti extrema, qua impuberibus vulgo substituebatur. Nam hoc Romanis in usu fuit: ut non sibi tantum testamentum facerent, sed & filiis impuberibus, sive nascituris, valiturum usque ad tempus pubertatis. Quia ad id usque aetatis ipsi testamentum sibi condere non potuerant, nec etiam nunc possunt. Et quamvis ita tam de filii, quam de patris successione disponeretur, atque hinc ea testamenta *duplicia* dixerit Gajus l. 79. ff. ad l. Falc. revera tamen ita fuit unicum, ut solennitatem non aliam, quam unius testamenti desideraverit, secundum ea, quae traduntur ab Ulpiano in l. 20. ff. de vulg. & pupil. Cui conveniens dixit Paulus Jurisconsultus l. 5. §. 14. ff. de his, quae ut indig. *eum, qui principale testamentum arguit, & a secundis tabulis arcendum esse.* Et Neratius l. 59. ff. de acq. vel omitt. haer. *eum, qui ex hujuscemodi testamento patri haeres exstitit, non posse haereditatem filii praetermittere.* Et licet hoc modo unicum fuerit, diversis tamen tabulis hujusmodi dispositiones fere perscribebantur, ut resignatis unis, non tamen aperirentur & alterae. Unde vulgo in jure hae ita discernuntur; ut aliae *primae*, aliae dicantur *secundae*. Primae nempe patris, secundae filii. Dicebantur primae continere *principale testamentum*, secundae vero *pupillare*. Cujus rei passim apud Jurisconsultos obvia sunt testimonia. Diversis autem tabulis ideo fiebat pupillaris substitutio, ut secreta esset etiam apertis tabulis primis, ne substitutus pupillo aliquas moliretur insidias. Nam ut ait Paulus l. I. Sentent. VI. *In extrema pagina fieri debuit, ut pars illa, qua substitutio pupillaris scripta est, quamdiu pupillus annos pubertatis egrediatur, obsignata maneat, & prior pars testamenti, qua haeres scriptus est, resecretur.* Quod igitur apud Paulum est *extrema pagina*, apud Scaevolam l. 34. §. 1. ff. de usu & usufr. leg. *ima pars testamenti*, & apud Justinianum §. 3. de pupill. substit. *inferiores partes testamenti*, hoc apud hunc nostrum procul dubio, *infima cera*, qua filio Caesar, si quis sibi nasceretur, substitutos dedit, in quibus, ut ego existimo, & D. Brutum. Nec refert, quod filium ad patris haereditatem vocatum non referat Suetonius, cum & exhaeredatis substitui potuisse liqueat l. f. ff. de leg. 3. Et non id tantum, sed cum & tutorem dari exhaeredato potuisse indicetur l. 4. ff. de test. tut. & l. 77. §. 3. ff. de condit. & demonstr. Descendebat id enim ita ex vi patriae potestatis, ut ne mater quidem tutorem filio dare potuerit, ut liquet ex. l. 69. §. 2. ff. de leg. 2. Quapropter, si tamen ab ea datus erat testamento, nihil actum videbatur, quousque firmaretur a Praetore, qui matris judicium sequi solebat. Qua de re videri poterit l. 1. §. 1. & l. 2. ff. de confirm. tut. Atque ex eadem ratione ne miles quidem filio tutorem dare poterat, quem non habebat in potestate. Ut recte tradiderit Papinianus l. 40. ff. de administr. tut. *filii tutelam jure patriae potestatis, non militiae praemio mandari.* Quibus sane apparet verum esse, quod Marcianus scribit l. 114. §. V. de leg. 3. *potestatem patriam rem inaestimabilem esse.*

Sum-

dodrante, & L. Pinarium, & Q. Pedium ex quadrante reliquo: in ima cera C. Octavium etiam in familiam nomenque adoptavit: pluresque percussorum in tutoribus

Summa igitur huc redit: Octavium, Pinarium, Pediumque primo gradu primisque tabulis scriptos fuisse haeredes. Filium, si quis nasceretur, datis ei tutoribus, videri exhaeredatum. Huic tamen secundis tabulis, ima cera, extremave pagina, datos fuisse substitutos, in quibus & D. Brutum. Illius autem substitutionis haec vis erat, ut substituti in ea succederent, quae ex liberalitate propinquorum, aliove quo modo, ad exhaeredatum pervenissent. GOESIUS.

Et L. Pinarium.] Dele *Et*. De Q. Pedio Plin. lib. XXXV. cap. IV. *Q. Pedii, consularis & triumphalis, atque a Caesare dictatore cohaeredis Augusto dati, nepotem, cum natura mutus esset, Messalla orator picturam docendum censuit.* Ab hoc lex Pedia contra interfectores Caesaris lata. Ner. cap. III. Triumphi vero ejus meminerunt lapides Capitolini, Quinctilian. lib. VI. & Dion XLIII. TORR. *L. Quinarium* Cod. Hulf. *Pinatium* Edd. Venetae. vid. Aug. XXVII.

Ex quadrante reliquo in ima cera.] Vere emendatum Lipsio Elector. I. cap. XX. *ex quadrante reliquo. In ima cera C. Octav.* &c. nam *quadrantem reliquum* intelligit, qui constituendo assi deerat. quadrans enim cum dodrante assem conficit TORR. Omnes codd. hunc locum corrupte scriptum habent, ut in vulg. *reliquos in ima cera*. Veram emendationem & sententiam aperuit primus Lipsius. Possis etiam legere sic: *ex quadrante reliquo, aliosque in ima cera. C. Octav.* ut illis verbis *aliosque in ima cera*, substitutiones intelligantur, quas fieri solitas in ima cera sive extrema pagina, ex JCtorum libris certum est. CASAUB. *Ex quadrante reliquo. in ima cera C. Octavium &c.* est ab elegantissima conjectura Lipsii, nam & nostri codices accedunt fere vulgatis habetque pr. *ex quadrante. Reliquos in ima cera. C. Octavium &c.* at sec. *ex quadrante, reliquos in macere.* tert. vero, ex *quadrante, reliquos in una Oncia. C. Octavium.* ut appareat quam sit ingeniosa ipsa ignorantia veri. GRUT. Ita scriptum habent omnia Suetonii exemplaria, etiam antiquissima quae vidi. Lipsius correxit: *L. Pinarium & Q. Pedium ex quadrante reliquo. In ima cera C. Octavium etiam in familiam nomenque adoptavit.* Quae falsissima est emendatio. *Qui isti*, inquit, *reliqui in ima cera scripti?* Dicam tibi. Hi secundi fuere haeredes. In his statim subjicit, etiam Decium Brutum fuisse. *Decium Brutum etiam in secundis haeredibus.* An putamus hunc Brutum solum a Caesare haeredem secundum factum, id est, primis substitutum? Imo & plures alii cum illo. Ergo isti sunt, quos *reliquos* vocat, & in ima cera institutos, qui locus in testamento substitutorum haeredum. Quid opus autem *ex quadrante reliquo* addere, cum id per se satis intelligeretur, exhausto dodrante nihil ad haereditatis assem superesse, nisi quadrantem? SALMASIUS de Modo Usurarum cap. XI. pag. 466. ubi vide plura. Codices & scripti fere omnes, *ex quadrante, reliquos in ima cera. in una Cera* Venet. pr. vide de hoc loco etiam Nic. Loens. v. Misc. Epiph. 6. & comment. ad Juvenal. Sat. VI. 19. Vide & Gudium ad Phaedr. IV. 24., qui Lipsio accedit BURM.

In familiam nomenque adoptavit:] Testamento scilicet, ut Tiberium M. Gallius inf. Tib. cap. VI. quo loco etiam *adoptandi* verbo utitur Sueton. Sed an proprie adoptio dici possit, ac legis actio, viderint JCti. adoptare enim hic nihil aliud quam asciscere est. Sueton. Galb. cap. XVII. *Pisonem frugi Licinianum testamento in bona & nomen ascitum, repente e media salutantium turba apprehendit, filiumque appellans, perduxit in castra, ac pro concione adoptavit.* Item Aug. cap. CI. *Heredes instituit primos Tiberium & Liviam, quos & nomen suum ferre jussit.* Atqui Tiberium multo ante adoptaverat. Cic. III. de Offic. cap. 18. *Cum Basilius M. Satrium, sororis filium, nomen suum ferre voluisset, eumque fecisset heredem.* Tunc autem vere censebatur adoptio, cum is, qui nomen ferre jussus erat, delato primum ad Praetorem urbanum testamento, a populo quoque lege Curiata obtinuerat, ut in defuncti familiam transire posset. Quod ab Octavio servatum fuisse Dion & Appianus tradunt. TORR.

Pluresque percussorum] Libri tres *plerosque*. TORR. Valde oscitanter partem istam testamenti Caesariani legit Dio in eo auctore Latino, unde ipse sumsit. Ita enim vertit: Μαθὼν ὁ δῆμος, ὅτι τότε Ὀκτάουιον υἱὸν πεποίηται, καὶ τὸν Ἀντώνιον, τόν τε Δέκιμον, [καὶ τινας ἄλλους

ribus filii, si quis sibi nasceretur, nominavit: D. Brutum etiam in secundis heredibus. Populo hortos circa Tiberim publice, & viritim trecenos sestertios, legavit.
84 Funere indicto, rogus exstructus est in Martio campo juxta Juliae tumulum: & pro

ἄμας τῶν σφαγέων ἐπιτρόπους αὐτῶ. Ait Octavium testamento esse adoptatum: eique datos eodem testamento ἐπιτρόπους. Quid appellat ἐπιτρόπους? Tutores? Atqui Octavio annum agenti decimum octavum tutor dari non potuit. Curatores? illi vero testamento non dantur. Sed dati confirmantur, inquies. scio. verum quis hoc dixit praeter Dionem? Deinde quam absurdum, quod necessariam istam partem de postumo praetermittit? Nimis certum est, optimum alias scriptorem, cum ista verteret, non attendisse animum ad illa verba: *si quis sibi nasceretur*. Itaque ad Octavium retulit, quae de postumo scripserat Caesar. Casaub. *Pluresque*; sic quidem & Pall. tert. at duo alii *plerosque*. Grut. *Plerosque* Codd. Periz. Cujac. Copes. Ex. Voss. Ed. Roman. sed maximam partem ex sexaginta conjuratis & percussoribus fecisse tutores, vix credibile: aliquot vero ex iis, id est plures uno, verius credo, quae vero Casaubonus de tutoribus & curatoribus habet, videbis maximam partem deberi Cujacio lib. VII. Obs. 6. deinde *si qui* Cod. Memm. & ita saepe variant. vid. ad Phaedr. 5. 53. & Cort. ad Cicer. 555. ad fam. 8. Credidit pluralis esse numeri scriba Cod. Huls. nam ille *filiis, si qui*. habet. vid. Aug. XXXVIII. Burm.

D. Brutum] Male haec de M. Bruto accepit Trajan. Bocalinus Cent. 1. Raggual. 71. Broukh.

In secundis heredibus.] Ut, si primos non adire contingeret hereditatem, ipse heres fieret, quod JCti vocant substituere. l. 5. de Vulgari & pupillari substit. Horat, lib. 15, Sat. IV.

> - - - *ut & scribare secundus*
> *Heres, & si quis casus puerum egerit Orco,*
> *In vacuum venias.*

Id est, vacantem ejus, qui primo loco institutus, occupes. Sic *prima & secunda cera, primae & secundae tabulae*, de quibus plura ad Horat. & Ner. cap. XVII. Torr.

Populo hortos circa Tiberim publice.] *Publica* proprie dicuntur ea, quae populi Rom. sunt; quorum usus communis est, proprietas nullius. l. v. de Rerum divisione, l. XXX. de Acq. rerum dominio. Tales igitur horti Caesaris ex testamento. Meminit eorum Horat. lib. 1. Sat. VIII.

> *Trans Tiberim longe cubat ; hic prope Caesaris hortos.*

Eosdem, ni fallor, naumachiae proximos ostendit Sueton. Tib. cap. LXXII. Meminit eorundem Cicero ad Att. lib. XI. epist. VI. Torr. Viterb. cum hic, tum alibi *ortos*, ut apud Varronem & Ciceronem quoque in plerisque libris. Sic in Turonensi *Omerus* semper, non *Homerus*. In his hortis postea fuit aedes consecrata Forti Fortunae. Plut. de Romanorum Fort. Casaub.

Viritim trecenos sestertios,] Plutarch. LXXV. drachmas vertit, hoc est, totidem denarios. nam quatuor sestertii denarium faciunt. Appianus hic mendosus est. Quae vero sic populo, sive ordini alicui, vel collegio, aut testamento, aut inter vivos ob causam aliquam, ut puta inito magistratu, viritim donabantur, apto sane vocabulo, sed a paucis observato, *divisiones* vocant J. C. nostri. Paulus l. CXXV. de Legatis 1. & Marcellus l. XXXIII. de Annuis legatis. ut dicti etiam *divisores* inter operas campestres. de quibus Aug. cap. 511. Adde, quae de sportulis notavimus Domit. cap. VII. Torr. Si Octavio fides, centenos vicenos tantum. vide Dionem lib. XLIV. Mirum vero, qui fieri potuerit, ut res ista divulgata diverse traderetur. Casaub.

84. *Funere indicto.*] A. cos. Antonio. Lactantius libro 1. *Si cos. non fuisset Antonius, Cajus Caesar pro suis in remp. meritis, etiam defuncti hominis honore caruisset, & quidem consilio Pisonis soceri & L. Caesaris propinqui. Funus indicere* Graecis ἐξαγγέλλειν: Hesychius. Romanus mos ex Terentio & aliis notus. Casaub.

Rogus exstructus est in Martio campo.] Quae ad funerum curam pertinuere, ea vel domi peragebantur, vel in foro, vel extra portam. Domi curatum funus per plures dies: ibi fiebat ἡ πρόθεσις, & mortuus septem dies in vestibulo positus, qua a domesticis, qua ab amicis, plangebatur, ac coronis aliisque muneribus honorificis afficiebatur. Tranquillus hanc totam

pro Rostris aurata aedes ad simulacrum templi Veneris Genetricis collocata: intraque lectus eburneus, auro ac purpura stratus: & ad caput tropaeum, cum veste,

totam partem praetermittit, solitus insignia tantum notare. In foro laudabantur: extra urbem cremabantur. Caesar tamen in ipso foro crematus, non in exstructo ei rogo: quod per populi tumultum evenit. Simillimum est, quod paucis ante annis in funere Clodii a Milone occisi acciderat, ut narrat Asconius. Dio quidem inter alios Caesari decretos honores hunc commemorat, ut mortuus intra pomoerium sepeliretur: sed ea non est caussa combusti intra urbem Caesaris. CASAUB.

Juxta Juliae tumulum.] Quae in Martio campo sepulta contra majorum instituta. Dio libro XXXIX. CASAUB.

84. *Aurata aedes ad simulacrum templi Veneris*] Ut Castoris, quod ante mihi notatum, sic Veneris quoque nunc *templum*, nunc *aedem* dici pro eodem, passim apud auctores deprehendimus. Hujus autem loci sententia est, aediculam auratam pro rostris positam fuisse ad simulacrum, sive imaginem aedis Veneris Genetricis, in eaque lectum. Sic *belli simulacra* Lucret. lib. II. *Simulacrum navalis pugnae*, Livius lib. XXIX. *Simulacrum aliquod ac vestigium civitatis* Cic. lib. X. Famil. Mallem autem abesse *ad.* concinnior enim esset oratio. Appianus arae a populo, & columnae Numidicae ab Antonio eo loco, quo crematus fuerat Caesar, positae meminit. Verum haec aedes posita est, antequam cremaretur. TORR. *Bononiensis* editio, quae proxime Romanam secuta est, legit, *aurata sedes.* at MS. & Romana, *aedes.* recte dubio procul. Aedem appellat pegma in foro exstructum, ut ibi collocaretur Caesaris corpus, dum laudatio perageretur. Ita autem vocat, primum, quia ut disertim notat, in modum templi fuit confectum: deinde propter religionem circa defunctos. qua ratione dixit Polybius lib. VI. imaginibus defunctorum solita περιτιθέντες ξύλινα ναΐδια. & Plinius quoque armaria illa vocat *aediculas*. postremo, quia de Julio Caesare tanquam de Deo loqui solent: fuitque haec illius ἀποθέωσις quaedam & consecratio. Sane enim, cum legantur multi ante Caesarem in foro laudati, nemini tamen exstructam aedem legimus; sed lectum pro rostris, vel in rostris, ut loquitur Asconius, fuisse positum. Postea vero quam coepere Impp. illis ritibus consecrati, quos describunt Herodianus & Dio, hoc quoque servatum est. Dio in Severo de funere Pertinacis: Ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ Ῥωμαίᾳ βῆμα ξύλινον ἐν χρῷ τοῦ λιθίνου κατεσκευάσθη· καὶ ἐπ᾽ αὐτοῦ οἴκημα ἄτοιχον περίστυλον ἔκ τε ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ πεποικιλμένον ἐστήθη, καὶ ἐν αὐτῷ κλίνη. Proprius illa verba οἴκημα ἄτοιχον περίστυλον, *aedem* illam exprimunt, quam hic Suetonius narrat: nam quod columnis, non parietibus cincta fuerit, non potest esse dubium, etsi nemo id veterum dixit. At quomodo aliter defuncti corpus cerneretur a populo? quomodo Antonius ostensione vulnerum, illam conspiratis invidiae flammam excitasset. CASAUB. *Aedes*; retinet & hanc lectionem triga Palatina. GRUT. *Ac simulacrum*. Harlem. & Periz. (qui in marg. *ad*) & Ed. Lugd. & meminit hujus lectionis Beroaldus, qui post aestuationem aliquam eamdem recte explicat, ad archetypon, & exemplar templi Veneris; ut & Torrentius, qui nescio quare *ad* abesse malit: ejus enim praepositionis maximus usus in comparandis inter se diversis rebus. ut Terent. Eunuch. II. 3. *ad nihil ad nostram hanc.* Nep. Epam. II. *ad nostram consuetudinem sunt levia.* si nimirum comparentur cum nostra. Liv. XXII. 22. *Non ad cetera Punica ingenia callidus.* vid. Barth. ad Gratii Cyneg. 211. & ita *ad instar*, idem est quod *ad simulacrum*, unde male Grammatici quidam unam fecere vocem: male hic *ad* alii *juxta* exponunt: *sic ad similitudinem* JCtus l. XXXV. §. 8. Ex quib. Cauf. Major. Flor. IV. II. 88. *In ferculis Nilus, Arsinoe, & ad simulacrum ignium ardens Pharus.* ubi frustra se fatigare viros doctos egregie ostendit Celeb. Dukerus: nihil enim aliud Florus dicit, nisi speciem Phari in ferculis fuisse, quae arderet instar Phari Aegyptiae. *Ad* & *ac* inter se commutati vidimus supr. cap. XXXVIII. Similis forte haec aedes illis aediculis, quas domi habebant, & in quibus imagines Larum & aliorum deorum habebant, de quibus ad Petron. cap. XXIX. BURM.

Intraque lectus eburneus.] Polybii aetate, qui laudandi erant, plerique pro rostris statuebantur erecti. Συντελουμένης, ait, τὸν ἐκφερόμενον, κομίζεται μετὰ τοῦ λοιποῦ κόσμου πρὸς τοὺς καλουμένους Ἐμβόλους εἰς τὴν ἀγορὰν

ποτὲ

fte, in qua fuerat occifus. Praeferentibus munera, quia fuffecturus dies non videbatur, praeceptum eft, ut omiffo ordine, quibus quifque vellet itineribus urbis, portaret in campum. Inter ludos cantata funt quaedam ad miferationem & invidiam caedis ejus, adcommodata ex Pacuvii Armorum judicio:

Men' me fervaffe, ut effent qui me perderent?

Et ex Electra Attilii ad fimilem fententiam. Laudationis loco conful Antonius per

πρὸ τῆς ἐπὶ τῆς οἰμωγῆς, ἀπαυῶς δὲ μηχανοποιηθέν. Poffumus tamen Polybii verba accipere de fimulacris defunctorum cereis; quae ut a populo confpici poffent, machinamentis erigebantur. Tale fimulacrum ab Antonio oftenfum eft populo, fuper funebri lecto Caefaris, ea arte factum, ut verfatile effet, omniaque ei impofita vulnera mire ob oculos poneret. auctor Appianus. CASAUB.

Ad caput] Scilicet lecti funebris. vid. ad Domit. XVII. BURM.

Tropaeum cum vefte, in qua fuerat occifus.] Quod Suetonius *tropaeum*, Appianus κοντὸν vocat. τὸ σῶμα τὸ Καίσαρος ἐγύμνου, καὶ τὴν ἐσθῆτα ἐπὶ κοντοῦ φερομένην ἀνέσειε. qui noverit tropaeorum Romanorum formam, intelliget, quam bene huic loco ea vox conveniat. CASAUB.

Praeceptum eft] *Eft* deeft Cujac.

Omiffo ordine,] Ordo, quem dicit, fuit hic: praeibant magiftratus & fenatus, pofitis dignitatis infignibus: fequebantur equites habitu lugubri: deinde milites cum armis, fed verfis: poftremo populus per tribus. Tacitus, alii. CASAUB. Capiuntur haec de ordine follemni, quo praeibant Magiftratus & Senatus, fequebatur Eques, miles, populus. fed nefcio an haec voluerit auctor, qui iftaec reftringere videtur ad eos, qui muneribus fuis erant decoraturi rogum Caefaris: de quibus diximus in libellis Sufpicionum. GRUT.

Ex Pacuvii armorum judicio] *Ex Pacuvianorum judicio.* Copef. Edd. Venet. tres.

Men' me fervaffe.] Edit. Germanica *Men' fervaffe*, lacero & nutante verfu, quem fic explcam: *Men' men' ferv.* non *men' me*, ut Pulmannus legit. TORR. Si ita legimus, erit fententia ei fimilis, quam exagitat Epictetus in Differtationibus lib. primo. cap. IV. Τάλας ἐγώ! ἐπὶ ταῦτά με τῆς πολιᾶς ἐτήρησαν; Virgilius XI. Aen. 159.

Felix morte tua, neque in hunc fervata dolorem!

Vellejus de Caefare paene victo praelio Mundenfi lib. II. cap. 55.: *Confiftens ante recedentem fuorum aciem, increpita prius Fortuna, quod fe in eum fervaffet exitum.* Non placet mihi haec fententia: non, inquam, puto cum ejulare, quod fe fervarit, ut poftea mifere periret: fed hoc potius, quod alios fervarit, a quibus fit deinde occifus. Lege igitur, ut in membranis omnibus: *Men' fervaffe, ut effent, qui me perderent?* Ita legerunt Graeci, quod ex verfione apparet: Ἐμὲ δὲ καὶ τούσδε περισῶσαι, τοὺς κτενοῦντάς με; apud Appianum. In Pacuvii fabula pronuntiabatur hic verficulus ab Ajace, fuas victorias Achivis exprobrante: vel de Ulyffe dicebatur, de quo ait apud Ovidium VIII. Met. 76.

Servavique animam, minimum eft hoc laudis, inertem. CASAUB.

Pall. duo non habent fecundum *me.* at pr. tantum praefert *me fervaffe*, ut videatur tantum repetenda dictiuncula, *me, me fervaffe.* GRUT. *Men' fervaffe* Codd. Copef. Harl. Cujac. & Periz. & Edd. Venetae. Bon. Junt. Lugd. Ald. & plures antiquae. *Me fervaffe* Roman. fed fenarius ut exeat, vulgata praeftat, vel legendum, *fervaffe mene* (vel *men'*) *ut effent qui me perderent.* BURM.

Et ex Electra Attilii] Inolevit ille jam pridem error Tranquilli codicibus, nec fatis a commentatoribus animadverfus, ut ubi *Attilii* Electra citatur, *Accii* legeretur. Fuit autem vetus comoediarum fcriptor hoc nomine fatis celebris, quem tamen ut duriufculum Cicero in Epiftolis ad Atticum inceffit. Sed & Licinius fcriptorem ferreum appellare folitus eft, quod dum Tragoedias ex Sophocle in Latinum verteret, duriorem fe praeftaret. fcripfit autem hic Electram ex Sophocle, unde carmina illa in interfectores cantata Tranquillus fcribit. Volcatius Sedigitus Attilium Poëtam comicum maxime laudat, qui nefcio an hic fuerit. EGNAT. Mira librorum in ejus poëtae nomine varietas, fed frequentius tamen *Accium*, & *Attium* vocant. Verum cum

per praeconem pronuntiavit Senatus consultum, quo omnia simul ei divina atque humana decreverat: item jusjurandum, quo se cuncti pro salute unius adstrinxerant: quibus perpauca a se verba addidit. Lectum pro Rostris in Forum magistratus & honoribus functi detulerunt. Quem quum pars in Capitolini Jovis cella cremare, pars in curia Pompeji, destinaret, repente duo quidam gladiis succincti, ac bina jacula gestantes; ardentibus cereis succenderunt: confestimque circumstantium

cum Atii Electram nusquam repererim, Armorum vero judicium saepius, facile adducor, ut vocem *Electra* profectam ex glossemate, removendam censeam. Lego igitur: *& ex Atii ad similem sententiam.* nam & Atius & Pacuvius eodem titulo tragoediam scripsere. De Atilio nihil memini legere. Torr. *Ex Electra Attii alia:* sic emendavimus corruptam omnium librorum lectionem *Attilii*. De hoc poëta plura ad Persium. Casaub. *Attii* fere Codd. aliorum, at Pall. pr. & sec. *Acilii*. tert. *Attilii*. Grut. Vide Bail. diction. Critit. in *Attilius*. & apud Servium ad Virg. IV. Aen. 404. forte pro *Acilius* leg. *Attilius*. Broukh. *Accilii* Codd. Copes. Periz. Ed. Rom. *Acilii* vel *Acili* Memm. Harl. Exc. Cujac. Voss. Edd. Venet. pr. Lugd. *Accii* Venetae sec. & tert. Junt. Steph. Ald. & aliae, *Attilii* Gryph. Basil. in omnibus vero deest *alia*, ut in Codd. Periz. Hulf. Harlem. natum ex ultimis *Attilii* syllabis, unde *Attii alia* fecerunt. De Attilio vide Reines. III. Var. lect. 3. Douza in ora codicis Martialis C. N. Raderi, qui est in Bibliotheca Academica, apud Tertull. Apol. cap. XV. pro *Hostiliarum* legebat *Attiliorum*, in Perizon. vero & Ed. Venetis tribus, Lug. Junt. Ald. & Arg. distinguitur ita, *sententiam laudationis loco. Consul &c.* quod minime absurdum videri posset, nisi Orationem habitam, sed non tam longam, ut Dion refert, contra Casaubonum probasset Reines. I. Var. lect. 21. ita ut illa *perpauca verba* excreverint apud Historicos in justam laudationem funebrem. Burm.

Laudationis loco cos. Antonius per praeconem pronuntiavit Senatus consultum,] Nullam ergo aliam habuit Antonius de laudibus Caesaris orationem? Si Appiano fides, nullam. hoc enim ille disertis verbis affirmat. Falsa igitur & ad arbitrium conficta illa bene longa oratio, quam Dio pro Antoniana venditat. quod non eo solum loco apud eum scriptorem eruditus lector observare poterit. Quod ait Suet. *per praeconem*, Appianus contra, sua ipsius voce Antonium id S. C. recitasse. Casaub. V. Abram. in Cicer. II. Phil. 36. ubi plura super Antonii laudatione. & Cicer. XIV. ad Att. 10. Castal. Decur. V. Observ. 14. Broukhus.

Pronuntiavit] *Praenuntiavit* Cod. Memm. vid. supr. cap. XLIX.

Ei divina simul] *Simul ei divina* Codd. Periz. Harlem. Hulf. Exc. Voss. Edd. Venet. & omnes priscae, praeter Romanam, quam deinde Basileenses & reliquae secutae.

A se verba] Duo libri *abs se*. id est, de suo. Dion elegantem & splendidam Antonii orationem fuisse tradit, eamque recenset lib. XLIV. Torr. *Ab se* Ed. Rom.

Lectum pro rostris] Graeco more, id est, lectum, qui pro rostris erat, aut in aede aurata pro rostris posita. Qua de re eleganter Quintilian. lib. VI. cap. II. *Populum Romanum egit in furorem praetexta C. Caesaris prolata in foro cruenta. Sciebatur interfectum eum, corpus denique ipsum impositum lecto erat; vestis tamen illa sanguine madens ita repraesentavit imaginem sceleris, ut non occisus esse Caesar, sed occidi tum videretur.* Lectum vero Virgil. *feretrum* vocat. lib. VI. 222.

- - - pars ingenti subiere feretro
Triste ministerium.

Tacit lib. II. Annal. cap. 5. *torum*. sic enim de Germanici funere: *Ubi illa veterum instituta? praepositam toro effigiem, meditata ad memoriam virtutis carmina & laudationes & lacrymas?* Propert. utroque usus est. lib. II. X. 21.

Nec mihi tunc fulcro sternatur lectus eburno,
Nec sit in Attalico mors mea nixa toro.

Porro ob turbatum hunc sepeliendi morem *insepultam sepulturam* vocat Cicero Philipp. I. paulo post, quare sic vocaverit, latius declarans. Torr.

Detulerunt.] Aptius erat *detulerant*. nam hoc factum ante illa, quae modo narrata sunt: quod non observant quidam. *detulerunt* igitur, nempe ex vestibulo domus Caesaris, in forum,

tium turba virgulta arida, & cum ſubſelliis tribunalia, quidquid praeterea ad manum aderat, congeſſit: deinde tibicines & ſcenici artifices veſtem, quam ex inſtru-

rum, & pro roſtris poſuerunt. CASAUB.

Circumſtantium turba] Quidam codices, *circumaſtantium*. CASAUB. *Circumſtantibus* Periz. a m. pr.

Virgulta arida & cum ſubſelliis tribunalia.] Vide Appianum. Plutarchus adjicit & menſas numulariorum, quae erant in foro. Sic Aſconius in gemina hiſtoria funeris Clodiani: Argum. Orat. pro Milone. *Populus duce Sext. Clodio, corpus P. Clodii curiam intulit; cremavitque ſubſelliis, & tribunalibus, & menſis, & codicibus librariorum.* CASAUB.

Ad manum aderat.] Libri quatuor, *ad donum aderat*, quod mihi ſane non diſplicet. ſi enim cum ſubſelliis tribunalia congeſſerant quidquid ad manum erat, eos congeſſiſſe reipſa intelligitur, tametſi verbis non exprimatur. Neque inelegans locutio, *quicquid ad donum.* Adde, quod praeferentium munera ante mentionem fecit. Munera vero proprie *inferiae* dicebantur; ut *inferri*, quae mortuis donabantur. Qua de re elegans Scaevolae JC. locus l. ult. de auro, argento, mundo legatis: *Mulier quaedam decedens teſtamento ita ſcripſerat: Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi, quaecunque ſepulturae meae cauſa feram ex ornamentis.* Verba ſunt teſtatricis, jubentis ſibi inferri ornamenta, quibus culta efferretur mortua. Quem morem etiam urendi veſtem poëtarum principes, alter in Patrocli, alter in Miſeni funere oſtendunt. TORR. Damnatam lectionem (*ad donum*) calculis Beroaldi & quorundam aliorum, ſed omnium noſtrorum libb. ſuffragiis confirmatam, reſtituimus. Eratoſthenes in deſcriptione ſimilis moris, quem φυλλοβολίαν vocant Graeci (nos fuſe exponimus ad librum VI.) pro eo dixit, [illegible] CASAUB. *Ad donum aderat*, quoque Pall. niſi quod melius *domum*: prius editi perperam *ad manum aderat*. vocat enim *donum* ejus inferias, quorum meminit ſupra, *praeferentibus munera.* GRUT. *Ad donum* ſervant Periz. Copeſ. Harlem. Ex. Voſſ. & Cujacii (quae tamen *aberat*) Edd. Rom. Venetae tres, Juntae, Arg. Caſaub. *ad manum* Bonon. Lugd. Ald. Gryph. Baſil. Steph. Torrent. & reliquae, hinc in partes eunt commentatores. Heinſius & Graevius legunt, *quidquid idoneum erat.* Sed *idoneum* ita ſimpliciter dici durius videtur. *ad donum* non video poſſe recte explicari, licet Berneggerus in indice voce *ad* explicet, doni loco: ſi enim munera in campum Martium ferri imperatum fuit, quo jam diverſis itineribus portaſſe praeferentes modo dixit, non poſſent illa dici adfuiſſe in foro. Nec etiam loco eorum alia dici poſſunt adfuiſſe ad donum, quia animus non fuerat ulli funus in foro cremandi, quod ex more ibi ad Roſtra collocatum, deinde poſt laudationem ad Rogum ducere deſtinaverant. ſed ſubito capto conſilio & impetu circumſtantes praeter ſubſellia & tribunalia, quaecumque in foro & circa erant arripuerunt. & inde tumultuario rogo facto cremaverunt lectum cum corpore. quare ego *ad manum* praeferrem & explicarem quodcumque praeſens erat, & obvium. ſic Liv. IX. 19. *Romanis ad manum domi ſupplementum erat.* Quinctil. V. de Inſtit. Orat. 7 *Tela ad manum ſubminiſtrare*, id eſt ut ſint praeſto ad jactum. L. XIX. §. 5. Ad SC. Vellej. *ego; qui ad manum nummos non habebam, ſtipulanti tibi promiſi.* Petron. XIV. *praeter unum dupondium nihil ad manum erat. ſub manu* alii, ut noſter Aug. 49. & Hirt. Bell. Afric. XXXVI. aliis *in manu*, vel *manibus*, vel *prae manu*, de rebus praeſentibus. vide Lipſ. III. Var. Lect. 13. Barth. ad Stat. X. Theb. 19. Waſ. ad Sall. Jug. LXI. & Bapt. Pium ad Cicer. VI. ad Att. 3. & alios. Mos vero ille injiciendi veſtes, ornamenta &c. in rogum, vulgatiſſimus. vid. Bernart. ad Statii I. Theb. 224. & VI. 120. & alios. Male tamen eo refert Aurelius ad Tacit. III. Ann. 2. hunc morem operoſe illuſtrans, L. XXIII. §. 1. ff. de Aur. Arg. leg. *veſtimentorum ſunt omnia lanea, lineaque, vel ſerica, vel bombycina, quae induendi, praecingendi, amiciendi, inſternendi, injiciendi, incubandive cauſſa parata ſunt.* ubi *injiciendi* explicat, ut injiciantur rogo, ut crementur, ut hic *injecere flammae*, quum ibi de quotidiano uſu veſtimentorum agatur, quae cubantibus in toro injiciebantur. vide ad Ovid. I. Am. IV. 48. quibus adde locum ex III. Art. Am. 265.

Hic quoque, ne poſſit fieri menſura cubantis,
Injecta lateant fac tibi veſte pedes.

rectius

ſtrumento triumphorum ad praeſentem uſum induerant, detractam ſibi, atque diſciſſam, injecere flammae, & veteranorum militum legionarii, arma ſua, quibus exculti funus celebrabant. Matronae etiam pleraeque ornamenta ſua, quae gerebant, & liberorum bullas atque praetextas. In ſummo publico luctu exterarum gentium multitudo circulatim ſuo quaeque more lamentata eſt: praecipueque Judaei, qui etiam noctibus continuis buſtum frequentarunt. Plebs ſtatim a funere ad domum Bruti & Caſſii cum facibus tetendit: atque aegre repulſa, obvium ſibi Helvium Cinnam, per errorem nominis, quaſi Cornelius eſſet is, quem graviter 85

rectius eo referas l. CXIII. §. ult. de legat. I. *ubi inceptas voluntates defunctorum circa ſepulturam, veluti veſtes, aut ſi qua alia ſupervacua, ut in funus impendantur, non valere* Papinianus ſcribit. ubi Ricinia cum cadaveribus cremata intelligit Rittersh. ad L. XII. Tab. claſ. I. cap. 4. BURM.

Deinde tibicines.] Legi apud quoſdam ſuperioris aevi criticos extare codices, ubi ſcriptum ſit: *Deinde ſiticines.* quam lectionem nec reperi, nec repertam probarem. Adi A. Gellium & Nonium. Omnes libri, etiam qui in regia bibliotheca, item Memmianus, conſtanter *tibicines*, non *ſiticines*, non etiam *tubicines:* quam vocem cum hoc loco Viri docti pridem non ſine cauſſa reſtituiſſent (nam in nobilium & publicis funeribus tubam adhiberi ſolitam, pueri non neſciunt) reperti ſunt nuper, qui de ea obſervatiuncula triumpharent. CASAUB. Heinſ. *liticines* malebat, *dein* etiam Exc. Cujac.

Ex inſtrumento triumphorum] *Ex triumphorum inſtr.* Exc. Voſſ. & Cujac.

Veteranorum militum legionarii.] Hoc eſt, legiones compoſitae e veteranis militibus, quae Romae tum erant, deductionem in promiſſos agros exſpectantes. ut jam diximus. De his multa Appianus. CASAUB.

Pleraeque] An *pleraque*.

Circulatim] Nove dixit, pro per vices, vel in gyrum, ſi mavis. nam *circus*, inquit Nonius, *dicitur omnis ambitus vel gyrus.* Unde *circulus*, & *circulari*. TORR. Non vult ſcriptor noſter, exteros per vices, vel per gyrum honoraſſe funus Julii, ſed unamquamque gentem peculiari loco congregatam ſuo more teſtatam triſtitias ſuas. Circulos enim facere dicuntur, qui in unum congregantur. GRUT. Recte expoſuit Gruterus, nam in rebus repentinis, ut in omnibus urbibus, domo erumpentes homines, in viis publicis in unum & in circulum coëunt. Quinctil. XII. 10. *nec aliunde illi per forum & aggerem circuli.* Cicer. Brut. LIV. *videt oſcitantem judicem, loquentem cum altero, nonnumquam etiam circulantem.* Caeſar. Bell. Civ. I. 64. *totis vero caſtris milites circulari & dolere.* vide ad Quinct. VI. de Inſt. Orat. 3. pag. 534. Neſcio an bene quoque explicuerit Caſaubonus ſupr. ad cap. XXXIX. BURM.

Praecipueque Judaei.] Qui Caeſarem dilexiſſe videntur ob Pompeji caedem, a quo urbs ipſorum capta fuerat. Judaeos tamen militaſſe Pompejo contra Caeſarem, teſtis Appianus. verum ea offenſa mox bello Alexandrino expiata eſt: cui & interfuerunt, & egregiam Caeſari operam navaverunt. inde illa Caeſaris in eam gentem collata beneficia. Joſephus de Antiquit. lib. XIV. CASAUB.

Noctibus continuis buſtum frequentarunt.] Ingentis deſiderii argumentum: nam de plebe Romana minus eſt, quod narrat Appianus: τὴν νύκτα πανδημεὶ τῇ πυρᾷ παρήδρευον. CASAUB.

85. *Atque aegre*] *Atque* deeſt Periz. an, *a qua.*

Obvium] *Ovium* Mem. vid. cap. LXXXI.

Helvium Cinnam,] Trib. pl. Sup. cap. LII. Helvii Cinnae, cujus Smyrnam Catullus celebrat, non indocti, neque ignobilis poëtae, mentio etiam apud Gellium lib. XIX. cap. XIII. De hoc vero Cinna, praeter Plutarchum, Dionem, Appianum, vide Valer. Maximum lib. IX. cap. IX. neque enim Petro Victorio aſſentior, qui poëtam ipſum hoc errore interfectum credidit, Variar. Lect. lib. XXII. cap. XIII. TORR. *Hevilium* Periz. *Hevilum* Exc. Voſſ. *Eilum* Cujac. *Ejulum* Copeſ. *Hejulum* Edd. Rom. Venet. pr. (quae & *Cinam*) Junt. Arg. Lugd. *Helium* Bonon. Venet. duae reliquae, Gryph. Coliu. & Baſil. *Elicium* Cod. Hulſ. dein pro *is eſſet*, *eſſet is* Periz. Edd. Venetae tres, Bonon. Junt. Lug. Ald. Baſil. & aliae priſcae. BURM.

viter pridie concionatum de Caesare requirebat, occidit: caputque ejus praefixum hastae circumtulit. Postea solidam columnam prope viginti pedum lapidis Numidici in foro statuit: scripsitque, PARENTI PATRIAE. Apud eamdem longo tempore sacrificare, vota suscipere, controversias quasdam interposito per Caesarem

85. *Concionatum de Caesare requirebat*,] Viterb. *inquirebat*. CASAUB. *Concionatum de Caesare requirebat*; sic Pal. tert. nam pr. & sec. *inquirebat*. qui primus praeterea habet *concionari*. GRUT. *Inquirebat* Codd. Copes. & Huls. sed male, sic *requirere auctores* Neron. XXXIX. & passim alibi.

Praefixum ejus] *Ejus* deest Edit. Venet. pr.

Solidam columnam] Hanc a plebe statutam Sueton. scribit. alii arae, quam populus statuerat, Antonium columnam imposuisse tradunt. Quam postea a Dolabella dejectam, ex Ciceronis Philippicis discimus, in quibus eam *sceleratam* appellat. TORR. Graeci de hac columna, cujus & Cicero meminit, silent omnes: aram contra plerique omnes positam ibi narrant, ubi fuerat crematus. Dio factum a populo scribit: Appianus, a pseudo-Mario. CASAUB. Vid. Cicer. XIV. ad Att. 15. IX. ad fam. 14 ubi Manut. & ad XII. 1. & XIV. 2. & 17. (quae est ad Dolabellam) Philip. 1. 2. & 12. & 11. 42. Aberat Antonius, quum Dolabella everteret. exhibet illam Gemma Gorlaci T. 1. n. 135. BROUKH.

In foro statuit:] Eo ipso loco, ubi fuerat crematus, ut diximus. At reliquiis Caesaris quid factum? unus te docebit ex omnibus historicis Dio: Τὰ ὀστᾶ οἱ ἐξελεύθεροι ἀνείλοντο, καὶ ἐς τὸ πατρῷον μνημεῖον κατέθεντο. *Reliquias ejus liberti ante sustulerant, & in patrium monumentum condiderant.* hodie locus editur corrupte. legitur enim ἀγρῷον. quod fatetur Xylander se non intelligere. nupero correctori omnia curva, recta. Non me fugit exponi posse ἀγρῷον μνημεῖον, monumentum, de quo prius cogitarant nam initio propositum fuerat & cremare in campo Martio, & inferre cineres in Julium monumentum: sed & coacta interpretatio est, & manifesto falsa. nam id per pontifices non licuit: quorum etiam auctoritate factum, ne in exstructo ibi rogo cremaretur, ut Appian. docet. CASAUB.

Scripsitque PARENTI PATRIAE.] Cicero non plebem, sed Antonium auctorem facit: & inscriptionem aliter conceptam habet, PARENTI OPTIME MERITO. locus est in epistola ad Cassium lib. XII. ad Familiares. Errat Vir doctus, qui argumento hujus inscriptionis Autonianae inducitur, ut cognomen *Patris Patriae* mortuo demum Caesari decretum fuisse putet. Id vero Cicero nullus dixit, neque verum est. sed cognomen vivo Caesari tributum: postea damnata quodammodo ejus memoria, actisque in dubium vocatis amissum, hac inscriptione, quasi publico consensu, iterum confirmatum ei fuerat. CASAUB. *Scripsit* pro *inscripsit*. vide viros doctos ad Liv. IV. XX. 11.

Apud eam longo tempore.] Sic de Augusto Horat. II. Ep. 16.:

Jurandasque tuum per nomen ponimus aras:

qui honor deorum immortalium est. Hinc igitur receptum postea, ut in judiciis quoque per salutem, per fortunam, per genium Caesaris juraretur, ut passim apud JCtos nostros. Eleganter Tertullian. Apologet. *Citius apud vos omnes deos, quam per unum genium Caesaris pejeratur. Distrahere* autem *controversias* pro dissolvere ac finire dixit, ut secare lites Horat. Epist. ad Quinctium I. XVI. 42.

Quo multae magnaeque secantur judice lites.

Et Satyr. X. lib. I. vi. 14.

- - - *ridiculum acri*

Fortius & melius magnas plerumque secat res.

TORR. Qomodo *longo tempore*, cum statim per Dolabellam cos. ea columna sit dejecta? & tamen ait, *perseveravit*. Dio parcius: θύειν ἐπεχείρουν. CASAUB. *Apud eam* Venet. pr. Lugd. Batil. Gryph. Plantin.

Controversias quasdam interposito per Caesarem jurejurando distrahere.] Vult dicere, cultum eum locum instar templi. nam controversiae in templis distrahi solitae. Exemplum habes apud Platonem in Protagora, Isocratem in Trapezitico, Plinium epistola prima libri quinti. Et apud Dionem variis locis. Aliquando templa non ingrediebantur: sed officii sui satis se admonitos putabant, si ad aedem alicujus deûm accessissent. Antiphon in ea περὶ χορευτοῦ, *de ludio* aut *Salio*; Καὶ ἐγὼ τούτους ἰδὼν τῶν φίλων διαλλαγῆναι τούτοις ἐν τῇ πόλει ἐναντίον μαρτύρων, ὥσπερ διήλλακτο ἡμῖν αὐτοῖς πρὸς τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς.

rem jurejurando distrahere, perseveravit. Suspicionem Caesar quibusdam suorum 86 reliquit, neque voluisse se diutius vivere, neque curasse, quod valetudine minus prospera uteretur: ideoque & quae religiones monerent, & quae renuntiarent amici, neglexisse. Sunt qui putent confisum eum novissimo illo senatus consulto ac jurejurando, etiam custodias Hispanorum cum gladiis sectantium se, removisse. Alii e diverso opinatum, insidias undique imminentes subire semel satius esse, quam

ὄμνυσι. Distrahebantur autem jurejurando interposito, ut ait Suetonius. quod ideo vetus Poëta eleganter appellavit *mantile, quo quotidianae noxae extergeantur*. Et jurabant per Deos, heroas, magnosque viros defunctos, etiam per vivos: unde est illud apud Lucianum, ὄμνυε νῦν τινα, pro observari colique ab aliquo officiosissime. Pertinet huc, quod de haereticis quibusdam, ut Priscillianistis, Donatistis, aliis in historia veteris Ecclesiae narratur. Nam & istis sectae suae princeps erat ὅρκος: per illum jurabant, & controversias suas in ejus memoriis dirimebant. Cur dicit Suetonius *quasdam*? puto, quia aliae controversiae ad alios deferebantur deos sive heroas. Sic narrat Plutarchus, Thebanos solitos de rebus amatoriis ad Jolai tumulum convenire. CASAUB.

86. *Et quae*] *Atque* Ed. Venetae tres, Bonon. Parif.

Sunt qui putent] *Putant* Cujac. ita fere semper in his & similibus variant Codices. Cicer. III. Tusc. 31. *sunt, qui unum officium consolationis putent*. ubi Davis. sec. Ed. *putant*; quum tamen lib. I. cap. 9. *sunt qui discessum animi a corpore putent esse mortem*. ubi alii Codd. *putant*, sed quia sequitur, *sunt qui censeant*, Davisius in utraque Edit. *putent* recte servavit. Valer. Max. IX. IV. 3. *sunt qui tradunt*. ita olim editi; nunc ex Cod. quibusdam *tradant*. ut apud nostrum Aug. XV. *sunt qui traderent*. & XCIV. *fuerunt qui interpretarentur*. & Gram. XIII. *sunt, qui tradant*. apud Ovid. centies variatur. ut III. Am. IX. 18.

Sunt etiam, qui nos numen habere putent.

& vs. 46.

Sunt quoque, qui lacrimas continuisse negant.

vel *negent*, ut alii. Vid. ibi notas, & ad XV. Met. 389. & Cort. ad Sall. Catil. XIX. BURM.

Novissimo illo senatus consulto] Quod Antonius recitavit. sup. cap. LXXXIV. TORR.

Custodias Hispanorum cum gladiis inspectantium] Id est, observantium. sic enim exponunt interpretes. Caeterum non dubito, quin *insectantium* scripserit Sueton. Horat. lib. I. Sat. III. 138.

- - - *nec te quisquam stipator ineptum*
Praeter Crispinum sectabitur.

Et I. Sat. II. 78.

Desine matronas sectarier.

Hinc *assectari*, & *insectari matronas*, *virginesve* de iis, qui earum pudicitiae insidiantur, frequenter JCti. TORR. Etiam hic peccatum fuerat coalitione finis praecedentis dictionis cum sequentis initio, ut millies in MSS. & Pandectis Flor. arguit ita esse, corruptior adhuc lectio cod. Lislaei, *ad inspectantium*. Ego non puto Latinitatem pati, ut aliter legatur quam *sectantium*. CASAUB. *Cum gladiis sectantium se* libuit reponere viris doctis, pro eo quod antea legebatur, *inspectantium se*, quomodo & Pall. nostri tres, nisi quod pr. aliud quid initio habuerit loco illo *in*. eidem annotatum ad oram, alias legi, *exspectantium*. GRUT. *Inspectantium* Codd. Periz. Copes. Huls. Edd. Rom. Venetae & antiquae fere omnes, etiam Basil. Colin. Gryph. praeter Casaub., qui *sectantium* reposuit. in Memm. (ita & in Exc. Cujac.) *gladiis ad inspectantium*, quum legeretur, inde Jac. Gron. *adinsectantium*, verbo novo & inaudito, fecit: Heinsius conjicebat, *stipantium se*, vel *circumstantium*, vel *speculantium*, ut Claud. XXXV. *speculatores cum lanceis circumstabant*. Lipsius notaverat *ad id sectantium* legendum. ego Casaubonum & Graevium sequor. BURM.

Alii e diverso opinantur.] Duo codd. *opinatum*, & in iisdem non est vox illa, *confessum*. Lego igitur: *Alii e diverso opinatum, insidias undique imminentes subire semel satius esse, quam cavere semper, ferunt dicere solitum.* Quam lectionem ideo libentius amplector, quod pro *alii ferunt* meliores codd. habent *ferunt* tantum. Itaque interpungendo locus emendatur. Porro in hanc sententiam Cic. pro Marcello cap. VIII. *illam tuam praeclarissimam, & sapientissimam vocem invitus audivi, satis te diu vel naturae vixisse, vel gloriae*. TORR. Est tantum in Palat. pr. *opinantur insidias undique immi-*

 nen-

quam cavere ſemper. Alii ferunt dicere ſolitum, non tam ſua quam, Reipublicae intereſſe, uti ſalvus eſſet: ſe jam pridem potentiae gloriaeque abunde adeptum: Rempublicam, ſiquid ſibi eveniret, neque quietam fore, & aliquanto deteriore 87 conditione civilia bella ſubituram. Illud plane inter omnes fere conſtitit, talem ei mortem paene ex ſententia obtigiſſe. Nam & quondam quum apud Xenophontem legiſſet, Cyrum ultima valetudine mandaſſe quaedam de funere ſuo, adſpernatus tam lentum mortis genus, ſubitam ſibi celeremque optaverat. Et pridie quam occideretur, in ſermone nato ſuper coenam, apud M. Lepidum, quiſnam eſſet

nentes ſubire ſaepe, quam cavere ſolitum, ferunt non tam &c. Neque aliter ſec. ac tert. MSS. quod tert. habeat, *ſolicitum.* Lectio vulgata vix videtur ſana. GRUT. *Confeſſum* deeſt Petriz. qui in marg. eadem manu *opinatum. confeſſum ſatius eſſe*, deſunt Cujac. & Hulſ. *confeſſum* denique deeſt Edd. antiquis Rom. Venet. pr. Bonon. Baſil. ſed Junt. Ald. habent, ut & Colin. Gryphianae, quae diverſo charactere ediderunt. *Confeſſum ſatius eſſe, quam cavere ſemper. Alii ferunt.* Venet. duae, & Lugd. Gronovius certe non inſpexit Ed. Rom. in qua, *opinatum, inſ. u. i. ſ. ſ. quam cavere ſatius, ferunt.* ipſe faciebat, *alii e. d. opinantur, in. u. i. ſ. ſemel confeſſum ſatius eſſe. Quidam jacere ſolitum ferunt, non tam.* Sed Cl. Graevius oſtendit abſurde dici alios *opinatos*, illum *confeſſum* eſſe, nec *opinantur* hic, pro *dicunt, narrant*, poſſe ſumi. Poſſet quidem hic repeti, *ſunt qui putent*, quod idem eſt, quod *quidam putant.* poſt quae recte ſequeretur *alii opinantur.* &c. non *opinatum*, niſi ſuppleas, alii ſunt qui putent *opinatum*, quod non tam inconcinnum, quam *confeſſum.* ſed tamen *opinantur* retineo. & ne quid ſcabri remaneat, puto commodius poſſe legi, *alii e diverſo opinantur, inſidias u. i. ſemel maluiſſe ſubire, quam cavere ſemper. Alii ferunt.* ſi enim ductus literarum in *ſatius eſſe* & *maluiſſe* conſiderentur, patebit facillime a librariis potuiſſe confundi, praecipue cum aliis ſaepe in locis *eſſe* natum ſit, quaſi vox ſeparata, ex ultimis ſyllabis temporis alterius verbi. ſic doctiſſimus Pearce apud Cicer. I. de Orat. 10. pro *putas eſſe* optime reſcripſit ex codicibus *putaſſes.* ut autem alias Euripidis verſus in ore habeat Caeſar, ita & hic potuiſſet illa Aeſchyli in Prometh. 747. uſurpaſſe,

Κρεῖσσον γὰρ εἰσάπαξ θανεῖν,
Ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς.

Si hoc non placet, cum Graevio & Ed. Rom. in qua *opinatum* legatur, ejecto τῷ *confeſſum. Subire ſemel ſolitum ferunt non tam ſua*, ejectis reliquis Exc. Voſſ. *Opinatum, inſidias u. im. ſubire ſemel, quam cavere ſemper.* Baſil. praeterea, *quam cavere ſolitum* Ex. Cujac. BURM.

Inſidias undique imminentes.] Ipſe Caeſar norat optime, quanto eſſet omnibus bonis odio. Verba ejus ſunt: *Ego dubitem, quin ſummo in odio ſim, cum M. Cicero ſedeat, nec ſuo commodo me convenire poſſit? atque ſi quiſquam eſt facilis, hic eſt: tamen non dubito, quin me male oderit.* in epiſtola prima lib. XIV. ad Atticum. ſimilia his epiſtola ſequente. CASAUB.

Subire ſemel confeſſum ſatius eſſe, quam cavere ſemper.] Eſt verum, quod Seneca dixit epiſtola XXII. *Nemo tam timidus eſt, ut malit ſemper pendere, quam ſemel cadere.* Non abludit illud beati Chryſoſtomi: βέλτιον ἀπελθεῖν ἢ διηνεκῶς φέρειν χειμῶνα· ἐκεῖ γὰρ τὸ κακὸν ἀνεκτότερον διὰ τὸ ἀποθανεῖν, ἢ διὰ παντὸς τρέμειν. CASAUB.

87. *Illud plane inter*] Barth. ad Stat. X. Theb. 311. legit, *illud plane, interque omnes conſtitit.* non abſurde. ita enim fere noſter Tib. LIX. *vera plane certaque eſſe ipſe fecit fidem.* vid. ad Tib. LVII. Cod. Copeſ. habebat, *illud plane fere inter omnes.* BURM.

Xenophontem] *Senophontem* Memm.

Tam lentum] *Tale tum* Cujac.

Super coenam,] Pro inter coenandum. Sic Aug. cap. LXXVII. Tib. cap. LVI. & Calig: cap. XXII. Juven. Sat. XV. *Tale ſuper coenam facinus narraret Ulyſſes Alcinoo.* Plin. Epiſt. & alii. Aliud eſt *inter coenam* inf. Aug. cap. LXXI. pro inter coenarum fercula. TORR. Recte hoc illuſtrat Torrentius; quare injuria Scaligerum apud Man. V. 145. pro *ſuper menſas*, reponere puto *ſuper menſa.* ſic & Flor. IV. II. *ſuper menſas & pocula interficiendum ſe ei praebuit.* vid. & Bernart. ad Stat. V. Theb. 136. BURM.

M. Lepidum,] *M. Lapidium* Hulſ.

Re-

esset finis vitae commodissimus, repentinum inopinatumque praetulerat. Periit 88 sexto & quinquagesimo aetatis anno: atque in deorum numerum relatus est, non ore

Repentinum inopinatumque] Ἀπροσδόκητον Plutarch. vertit. Laudatur illa Vespasiani vox, *Imperatorem stantem mori oportere*. TORR.

88. VI. & L. *aetatis anno:*] Notat Beroaldus annum hunc, quem octo hebdomades conficiunt, esse κλιμακτηρικόν, in quo etiam Scipio Africanus minor extinctus sit, citans illud ex Ciceronis lib. VI. de Republ. *Cum aetas tua septenos octies solis anfractus reditusque converterit, duoque hi numeri, quorum uterque plenus, summam tibi naturalem confecerint.* Ut autem duo belli fulmina Caesar & Scipio eo anno perierunt, sic duo quoque doctrinae lumina Virgilius & Plinius eadem aetate exstincti sunt. TORR. Non quidem exacto; decrant menses circiter quatuor. CASAUB.

In deorum numerum] Hinc toties in Augusti nummis CAESAR DIVI FILIUS. Eodem & illi spectant, qui cometam praeferunt,



adscriptumque, DIVUS JULIUS: nec non ipsius Caesaris nummi, post mortem ejus signati, cum stella nunc super vertice, nunc ante frontem, nunc post cervicem. De qua Virgilius quoque VIII. Aeneid. 681. *Patriumque aperitur vertice sidus.* & in Eclog. *Ecce Dionaei processit Caesaris astrum.* & Propert. lib. IV. VI. 59.

At pater Idalio miratus Caesar ab astro,
Sum deus, & nostri sanguinis ista fides.

Et pulchre ipsius Augusti verbis Plin. lib. II. cap. XXV. TORR. Quod in antiquissimis Graecis historiis dici solet, aliquem a morte vel τετυχέναι τιμῶν ἡρωϊκῶν: vel ἐκθέωσιν, vel ἀποθέωσιν, ut Philo, id Latini multo inverecundius dicunt, *in deorum numerum referri*, vel *consecrari*. ut in epistola Paeti de Hippocrate, ἀπηρώϊζε. Fere autem conditoribus urbium, aut aliis de publica re bene meritis, honores heroici decerni soliti; donec paullatim pro diis habiti etiam isti. Plutarchus in mulierum praeclaris factis: Τῷ Λαμψάκῃ πρότερον ἡρωϊκὰς τιμὰς ἀποδιδόντες, ὕστερον ὡς θεῷ θύειν ἐψηφίσαντο. deferre τιμὰς ἡρωϊκὰς est, quod una voce ἐναγίζειν dicitur, & longe differt a θύειν, ut notant veteres Grammatici. Adulatio postea, ac superstitio θειασμὸν invexit: cujus moris exstat gravis censura apud Plutarchum in Romulo. Atque istiusmodi adulatione reliquos mortales superarunt cives Attici, illi ipsi, quorum patres Aristotelem capital admisisse pronuntiarant, cum paeanem in Hermiam composuisset. Romani ante Impp. parcius hanc insaniam publice insanivere. Solus e regibus, ut ait Cicero, Romulus consecratus est, & postea pauci alii. Privatae tantum ἀποθέωσεις fiebant parentum per liberos consecratorum, & domestica religione cultorum, ut ex Varrone Plutarchus docet in Quaestionibus Romanis. Atque hi sunt *dii animales*, de quibus Labeo libros scripserat: in quibus ajebat, (Servii verba sunt ad Virg. III. Aeneid. 168.) *esse quaedam sacra, quibus animae vertantur in deos, qui appellantur animales, quod de animis fiunt.* Haec annotanda duxi, ut origo ἀποθεώσεως Impp. intelligeretur. nam ut parentes a liberis consecrabantur, & privata religione colebantur: ita Imperatores, qui patres patriae dicebantur & habebantur, publice in deorum numerum relati & publica religione culti. Primus hoc in Caesare patre sanxit Augustus; quem propterea κηρυπτήσαντα Juliani Silenus nominat. & rationem addit: ὁ δὲ ὥσπερ ἐπαινέτης ἐμοῦ ὥσπερ οἱ κόροι τὰς νύμφας, ἀξιῶσαι, θεοὺς, ἀν εἶναι ἡμῖν φησὶ τοὺς Καίσαρας; Manilius lib. IV. 932.

Jam facit ipse deos, mittitque ad sidera nomen
Majus, & Augusto crescit sub principe coelum.

Sed mirum est, Julianum in Augusto id ridere, quod multo ante Augustum passim usurpatum legimus. Nam in Idyllio Theocriti XVII. nonne describitur ἀποθέωσις Ptolemaei regis Ægypti, a filio, qui successerat, patri facta? ubi recte antiquus Scholiastes ἐξεθέωσε ὁ Πτολεμαῖος υἱὸς ὢν. sic habet scripta lectio; non ut vulgatum est, ἐξιώσε, prorsus absurde. Quid? nonne Aratum ducem suum Achaei in numerum deorum retulerunt fato functum? nam scribit Polybius in nona Historia, non solum eos honores, qui heroibus tribuebantur, ei fuisse decretos, sed etiam sacrificia; qui proprius deûm cultus censebatur. Θυσίας αὐτῷ, inquit, καὶ τιμὰς ἡρωϊκὰς ἐψηφίσαντο. Primis temporibus, qui humanarum virtutum modum videbantur supergressi, horum nomina post ipsorum obitum in rituales libros referebantur, &c.

ore modo decernentium, sed & persuasione vulgi. Siquidem ludis, quos primos consecrato ei heres Augustus edebat, stella crinita per septem dies continuos fulsit, exoriens circa undecimam horam. Creditumque est, animam esse Caesaris in coelum recepti: & hac de caussa simulacro ejus in vertice additur stella. Curiam, in qua occisus est, obstrui placuit: Idusque Martias parricidium nominari:
89 ac ne umquam eo die senatus ageretur. Percussorum autem fere, neque triennio quis-

& anno vertente memoriam illorum celebrabant, atque eorum animas in beatorum insulas receptas esse, omni post-futuro judicio liberas sibi persuadebant. Cedrenus de antiquis Assyriis loquens, ritum hunc ita describit: Ἦν δὲ τὸ τῆς ἀποθεώσεως σχῆμα τοιοῦτον. Ἐν ταῖς ἱερατικαῖς αὐτῶν βίβλοις ἐπίσταντο τὰ ὀνόματα αὐτῶν, μετὰ τελευτὴν καὶ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἑορτὴν αὐτοῖς ἐπετέλουν, λέγοντες τὰς αὐτῶν ψυχὰς εἰς τὰς τῶν μακάρων νήσους εἶναι, καὶ μηκέτι κρίνεσθαι ἢ καίεσθαι πυρί. Huc etiam pertinent, quae observamus ad Athenaeum lib. VI. cap. XIV. Casaub. Vid. Plin. lib. II. 25. Servium ad Virg. Ecl. IX. 47. VI. Aen. 790. & VIII. 681. Broukh. Non demum ab Augusto, sed referente nunc Antonio, a senatu consecratum, probat Castalio Decur. V. Observ. 3.

Non ore] *Non homine* Cod. Hulf.

Vulgi] *Volgi* Memm. ita Cicero II. de Nat. Deor. 24. *suscepit vita hominum consuetudoque communis, ut beneficiis excellentes viros in coelum fama ac voluntate tollerent.* Burm.

Consecratos] Libri duo MSS. & nonnulli quoque impressi, *consecrato*, ut de Caesare jam inter divos relato intelligatur. quod magis placet. Hinc toties in posteriorum Caesarum, qui Divi facti sunt, nummis Consecratio. Sed & *primos*, non *primo* legerim. De cometa autem hoc Senecam adi Quaest. natural. VII. cap. XVII. Torr. Non multum interest: sive *primo* scribatur, ut in omnibus membranis: sive *primos*, ut in quibusdam editis. Ea vox referri debet non ad *ludos* vel *consecratos*; sed ad verbum *edebat*. Julio varii ludi fuerunt consecrati, sicut libro proximo dicemus. Auctor de iis loquitur, quos reversus Apollonia primo edidit in patris honorem. Suetonius hic seorsim sentit ab aliis: qui non Caesari, sed Veneri Genitrici eos ludos, quibus cometa apparuit, fuisse consecratos tradunt, Seneca, Plinius, Dio, alii. Possumus conciliare caeteris nostrum, si illa verba *consecratos ei*, exponamus, consecratos ab eo. ita saepissime loquitur Suetonius. Appianus: Καῖσαρ θέας ἐτέλει ἀνακειμένας ἐκ τοῦ πατρὸς Ἀφροδίτῃ Γενετείρᾳ. Casaub. *Primos consecratos* Cod. Copel. Ed. Steph. *primos consecrato ei* Basil. 1546. & ita edidit Jac. Gron. sed nihil monens. *primo consecratos* Basil. pr.

Animam esse] *Esse* deest Cujac.

Simulacro ejus in vertice additur stella.] Ad exemplum ejus simulacri, quod Augustus ei tum consecravit, ut ex ipso refert Plinius, in foro: ut Dio, in ipsa Veneris Genetricis aede. Casaub.

Ac ne unquam eo die.] Qui ante legitimi senatus dies erat, notum ex historia, & monet Dio. Casaub.

Ageretur] Lips. *haberetur*. nihil opus, ita enim & loquitur in Aug. XXXV. sic apud Virgil. IX. Aen. 227.

Consilium summo regni de rebus agebant. legitur in duobus, quos Heinsius contulit, codicibus: & ita passim. Burm.

89. *Percussorum autem fere neque triennio quisquam supervixit.*] Sane *fere*. nam excessere triennium non pauci. Prima hostia, qua mors Caesaris expiata est, C. Trebonius fuit, quem in Asia Dolabella occidit. secuta inde D. Bruti caedes & Pontii Aquilae aliorumque, bello Mutinensi: mox celebrata proscriptio, qua periit Ligarius, & quicunque alii prehendi potuerunt. Sed plurimi bello Philippensi, quod tertio anno a caede Caji gestum est, sublati sunt. quo respiciens Suetonius, paucos triennio supervixisse scribit. pauci illi, ii sunt, qui cum Sex. Pompejo erant: estque eorum mentio apud Appianum & Dionem in pacis conditionibus, quae convenit inter Caesarem, Antonium, & Pompejum, anno U. C. DCCXV. post Caji necem quinto. Supervixerunt & Pompejo quidam, Antonio ipsos protegente: in his Parmensis ille Cassius, quem postremum omnium poenas dedisse Vellejus ait. Obiit post Actiacum bellum, cum Caesari supervixisset annos tredecim, & quod excurrit. Huic porro de Caesaris percussoribus observationi, similis est ista Marcellini de

quisquam amplius supervixit, neque sua morte defunctus est. Damnati omnes, alius alio casu periit: pars naufragio, pars praelio, nonnulli semet eodem illo pugione, quo Caesarem violaverant, interemerunt.

de auctoribus caedis Gordiani junioris: *Nec erravere diu manes ejus inulti, quod, velut clarescente justitia, omnes, qui in eum conspiravere, cruciabilibus interiere suppliciis.* lib. XXXIII. CASAUB.

Neque sua morte defunctus est.] Seneca ad Lucilium: *Bella res est mori sua morte.* Firmicus libro VIII. cap. XIX. *Eris longaevus, in senecta felix, & qui sua morte moriatur.* cap. XXIX. *sed ii tandem superstitibus filiis sua morte morientur.* Sic οἰκείᾳ τελευτῇ ἀποθνήσκειν apud B. Chrysostomum. Ita & Graeci locuti sunt. Epiphanius libro I. Καὶ μόνος λέγεται περὶ τοῦ Ἀβὶλ· οὐ γὰρ θανάτῳ ἰδίῳ τέθνηκεν. Eusebius de Praeparat. lib. primo: Οὐ γὰρ θνήσκει ἰδίῳ θανάτῳ, ἐν μὴ βίᾳ τινὶ πληγὲν τοῦτο τὸ ζῶον. Ptolemaeus libro quarto Tetrabibli: ἰδίους τελευτῶν θανάτους & βιαίους opponit invicem. Dicitur & *suo die mori* in veteri Epigram. *Inviolatus artus Die suo peremptus hoc situs est in agro.* quo etiam modo Hebraei sunt locuti. Jobus cap. XV. בלא יומו תמלא ad verbum, ἐν οὐκ ἰδίᾳ ἡμέρᾳ πληρωθήσεται. id est, ut vertunt Graeci, πρὸ ὥρας φθαρήσεται. Demosthenes aliique Graeci saepe, *suam mortem*, τὸν αὐτόματον θάνατον, καὶ τὴν πεπρωμένην nominant: Cicero *naturam & fatum.* Vide A. Gellium. Plinius in epistolis; *naturalem & fatalem.* Tacitus *mitem obitum*, & Nicetas, μαλακὸν θάνατον. CASAUB. *De sa belle mort.* GUJET. Vid. Gruter ad Senec. Epist. LXIX.

Periit:] Quae hoc capite de Caesaris percussoribus refert Sueton. eadem ferme apud Capitolinum de Gordiani caede narrantur. TORR.

Alius alio casu] *Alius alia caussa* Cod. Hul. animo scribae obversabatur locus ex Tib. LV. & Aug. XCVII. BURM.

Eodem pugione.] Ipse Cassius. Auctor Plutarchus. Brutus etiam, ut de utroque narrat Dion initio lib. XLVIII. TORR.

Nonnulli semet eodem illo pugione, quo Caesarem violaverant, interemerunt] Ut Brutus & Cassius, quorum nomina inter exempla ultionis divinae clara sunt. non minus insignis Cascarum fratrum mors: de quibus quoniam tacent veteres historici, apponam epigramma antiquum per illa tempora editum: (in Catalectis Pithoei pag. 99.)

Occidere simul Cascae, simul occubuere;
Dextra quisque sua, qua scelus ausus erat.
Castra eadem fovere: locus quoque vulneris idem:
Partibus afflictis victus uterque jacet.
Quanta fuit mentis, tanta est concordia fati;
Et tumulus cinerem parvus utrumque tegit.
Par fratrum multo celebrandum carmine vatum,
Una si fierent parte minus gemini.

Hos exitus fecere Caesariani conspirati omnes. Hos exitus faciant quicunque Principibus vitam scelere & perfidia eunt ereptum. Plena est omnium temporum historia hujus generis exemplis. Sed nostra haec aetas quanto infamior perfidia subditorum in Principes, tanto insignior ultionis divinae argumentis. Illustre imprimis est, quod nuper, dum haec scribimus, accidit: quando in Henrici IV. Christianissimi, fortissimi, benignissimi Regis necem, civis Parisiensis aetate puer paene, malitia veteranus, conjurare sustinuit: cujus parricidii incepti detestatio expressit a me haec epigrammata, quae pro coronide hujus libri visum adscribere.

IN JOHANNEM CASTELLUM, prodigiosae malitiae juvenem, regiae majestatis percussorem, post illatum vulnus captum & supplicio affectum.

Ὦ τοῦ πανασεβοῦς τολμήματος! ὦ ἀθέμιστον
Ἔργον! φεῦ τῆς σῆς, παῖ κακὲ, ἀτασθαλίης!
Ἔτλης, ἀφρήτωρ καὶ ἄνεστι, ἐν σοὶ λαιμῷ
Φράγγος ἐὼν Φράγγους πάντας ὁμοῦ κτενέειν;
Ἦ σοι μὴ λύκος ἔσκε πατὴρ, μήτηρ δὲ λέαινα;
Καὶ τίγρις μαστοὺς σοὶ πόρε γαστρομάργη.
Οὐ γὰρ Φράγγος ἔης· ἀλλὰ Φράγγοις ἐχθρὸς,
Ἄνθρωπος μορφὴν, θὴρ δὲ νόον πέλεθεις.
Καί κε χερ' ἀσυνόλῳ μέγα δὴ μέγα ἔργον ἔρεξας,
Εἰ μὴ Ὑψιμέδων εἶργεν ἄνακτος μόρον.
Σῶσε ΘΕΟΣ βασιλῆα· σῶσεν δὲ λαὸν ἅμ' αὐτῷ.
Χαίρετ' ἐπουράνιοι, χαίρετ' ἐπιχθόνιοι.
Καμμορίη δὲ σὺ δεσποτοκτόνε κεῖσο δειλὸς ἄλαστε·
Καὶ θάνες αὐτόμορος δυσθανάτῳ θανάτῳ.
Οὐκ ἀρεταὶ κακὰ ἔργα· ἔχει ΘΕΟΣ ἔκδικον ὄμμα·
Οὐ δὲ Δίκη μερόπων πήματα λήσει γένος.

ΑΛΛΟ.

ΑΛΛΟ.

Ἤθελεν, ὦ μέγα θαῦμα! ἑῆς λελαθημένος αἴης
Φρύγιος ἐσπερίζειν ἐν μεσάτοις κλίμασι·
Τὸν κρὶ ἐν ὀρμαίνης νέον Ἕκτορα τὸν Ἀχιλλῆα,
Καὶ Θέτιδος δίας μειλίχιον πτόλιν.

Ἤθελεν, ἀλλὰ ΘΕΟΣ λαοὺς ἐλεήσας ἀπείρους,
Τὴν ἱερὴν κεφαλὴν ῥύσατο σὴν βελέων.
Οὐκ ἔφθης κλαίειν, μακαρίνετε· μυρία δ' αὐτὴς
Ἐκπέρσας στρατιῶν, ἄξιος ἐν πλεόνων.
Εὗρε ΘΕΟΣ τὸν ἀλιτρὸν· ἔχεις, φίλε, οἷα ἔοργας.
Ἐς πέδον ἰδὼν τριμύτα ὅπως ἀλιτρόνος.

C. SUE-

C. SUETONII TRANQUILLI
DE
XII. CAESARIBUS
LIBER SECUNDUS.
C. JULIUS CAESAR OCTAVIANUS AUGUSTUS.
CAPUT I.

GENTEM Octaviam Velitris praecipuam olim fuisse, multa declarant. Nam & vicus celeberrima parte oppidi jam pridem Octavius vocabatur: & ostendebatur ara Octavio consecrata: qui bello dux finitimo, cum forte Marti rem divinam face-

CAesar Octavianus] Cicer. xv. ad Att. 12. *Octaviano, ut perspexi, satis ingenii, satis animi, videbatur erga nostros ἥρωας ita fore, ut nos vellemus, animatus. Sed quid aetati credendum sit, quid nomini, quid κατηχήσει, magni consilii est. Vitricus quidem nihil censebat, quem Asturae vidimus. sed tamen alendus est, ut, nihil aliud, ab Antonio sejungendus.* Libro quoque xvi. crebra ejus mentio, qui semper *Octavianus* ibi dicitur, numquam *Octavius*. Tamen *Octavius* audit xiv. ad Att. 12. recte. non enim *Octavianus* dici coepit, nisi post aditam hereditatem avunculi. Auctores qui scripserunt gesta Augusti, recenset Camers. ad Florum lib. iv. 3. BROUKH. Editiones varie inscribunt hanc vitam. priscae, *Octaviani Caesaris vita*, recentiores, *Octavii Caesaris*, pessime. postquam enim Caesar dictus fuit, *Octavianus* etiam dicendus foret. sed hae inscriptiones Suetonium auctorem non habent, nos inscripsimus, ut vocatus fuit post adoptionem & delatum deinde imperium, C. IVLIVS CAESAR OCTAVIANUS AVGVSTVS. BURM.

Velitris] *Velitriis* Memm.

1. *Praecipuam olim fuisse.*] Princeps editio, *praecipuam omnium fuisse.* Fortasse, *praecipuam omnium olim fuisse.* CASAUB. Mihi a glossatoris manu illud *omnium* profectum videtur. sic *praecipui ludi* Cal. xviii. & ita Cicero & alii passim. BURM.

Vicus Octavius vocabatur.] An hic fuit conditor urbis? an exhaustam casu aliquo frequentavit? magnum certe quoddam videtur istius exstitisse in remp. beneficium, cujus gratia ἡρωϊκὰς τιμὰς sit consecutus. Ait autem Diodorus lib. xx. honores heroïcos esse istos: *de nomine alicujus nomen loco imponere, ei aras, festa, ludos decernere*, & similia his. Quod igitur mox addit, *ostendebatur ara Octavio consecrata*, nihil vetat accipere de ara ipsi Octavio consecrata. CASAUB.

Octavio consecrata.] Id est (ne quis erret) *ab Octavio.* Frequens Suetonio, ut praepositiones omittat. TORR *Octavio consecrata* MSS. nostri sine ulla praepositione, ut vix dubium fiat velle auctorem aram hanc consecratam Octavio, non ab Octavio. neque e-

 nim

faceret, nuntiata repente hostis incursione, semicruda exta rapta foco prosecuit: atque ita praelium ingressus, victor rediit. Decretum etiam publicum exstabat, quo cavebatur, ut in posterum quoque simili modo exta Marti redderentur, reliquiae-

nim novum, ut arae ponerentur privatis, ut pluribus ostendi in suspicionum libellis. GRUT. Malim *ab Octavio*. GUJET. *Octavio* pro ab Octavio, jam Lipsius exposuerat ad Tacit. II. Ann. 50. vid. ad Caes. XX.

Qui bello dux finitimo.] *Bellum finitimum*, vel quod cum finitimis quacunque caussa geritur: vel quod pro finibus, qualia fere bella illo seculo. istud autem non finitimum tantum, sed vere *antarium*, ut veteres appellabant. CASAUB. Prior sententia vera, ita *finitima bella* Justin. I. I. & Pomponius L. II. §. 27. de Origine Juris dixit. BURM.

Exta prosecuit:] Duo libri *persecuit*. Sed *prosecare* & *prosecta*, ut *porricere* & *porrecta*, verba sunt solemnia. Nonius, Macrobius, & alii. Tertullian. Apologet. *Gallum Aesculapio prosecari mandavit Socrates*. Facete Plaut. Poenulo act. II. vs. 7. *Quoniam litare nequeo, abeo illinc illico Iratus, vetuique exta prosecarier*. probe videlicet sese ultus, quod, cum non litasset, exta deo non reddiderit. Octavius vero iste semicruda prosecare, quam sacrificium relinquere maluit. TORR. His verbis continetur praecipua hujus facinoris laus. Non enim tantum fuit hostem fudisse, quantum reperisse viam tam cito, qua & religioni deorum satisfieret, & sine mora hostis pelleretur. Haec est illa vis animi, quam commendat in Themistocle Thucydides lib. I. quod fuerit in subitis consiliis inveniendis, cum res postularet, excellens, atque ut ipse loquitur, κράτιστος αὐτοσχεδιάζειν τὰ δέοντα. Sic in historia Romana laudantur Tullus Hostilius rex, & Papyrius Cursor, propter consilia salubria inter ipsa pericula inita. *Exta rapta foco prosecare* est, victimae carnes, quae in foco coquuntur, rapide accipere, & earum prosicias sive ἀπαρχὰς diis offerre, & in aram injicere adolendas. Moris ante fuerat Veliternis, exta cocta Marti prosecare: Octavius & praesentis vir consilii, & religiosus, hostium incursione audita, intelligens non esse ὥραν ἀργεῖν, & ut vetus verbum fuit, ὠμὸν ἐκ χύτρας εἰς βωμὸν βαλλεῖν, semicruda, quam nulla, exta judicavit satius esse prosecare. Mars factum probavit, & victoriam dedit: ut quidem caeci homines sibi persuadebant. inde Octavio decus & gloria. Fuerunt & dii Romanorum tam bono stomacho, quam Mars Veliternus: nam & iis cruda, nedum semicruda exta data: Arnobius lib. VII. *Aversionibus stomachorum numina laborant? ut ad expellenda fastidia saporum varietas quaeratur? ut modo bis assa, modo cruda ponantur, semicocta modo & semicruda?* Idem lib. II. *Quum Romulo Pompilioque regnantibus, percocta plane ac madida cremarentur diis exta, nonne rege sub Tullo semicruda coepistis & leviter animata* (scribo *examinata*) *porriscere, prisca observatione contemta*. CASAUB. MS. Periz. *foro*, sed in marg. *foco*. *foro* etiam Ed. Rom. Venet. pr. *cruda exta* nescio an audeam Martiali dare ex tribus Vossianis lib. XI. Epig. 58.

Non tamen exta Jovi cruda, merumque damus

Vulgo, *tura merumque*. BURM.

Prosecuit.] Sacrificale verbum. *Prosicias*, id est, partem extorum prosecandam, & diis porriciendam arae superimponebant, & diis adolebant; reliquam partem vescebantur, qui sacrificio intererant. Octaviis hic honos habitus, ut ad eos etiam absentes reliquiae extorum referrentur. Arrianus in periplo Ponti Euxini verbo σπλαγχνεύειν omnem ritum complexus est, quo exta inspiciuntur, probantur, arae imponuntur, & quae edulio sunt, comeduntur. quibus peractis tus & vinum in aram libabant. Ideo adjicit, καὶ ἐπὶ τοῖς σπλάγχνοις ἐπεσπένδομεν. SALMASIUS. Exc. Plin. pag. 91. ubi & de verbo *reddere*.

Rediit.] *Redit* Copes. ut & cap. seq.

Ut quoque anno in posterum] MS. *ut in posterum quoque anno*. TORR. Vulgo, *quoque anno*. sustulimus vocem (*anno*) auctoribus omnibus MSS. CASAUB. *Ut in posterum quoque simili modo*. Haud aliter Pall. tres. Male ergo cusi, *ut quoque anno in posterum simili modo*. GRUT. Ita tamen Cod. Periz. Edd. Rom. Basileenses, Gryph. Plantin. & aliae. forte ut *quoquo anno in posterum*. in memoriam scilicet victoriae. & ita l. 22. §. 5. ff. ad Municip. legendum puto, *Senatores, & eorum filii filiaeque quoquo tempore nati nataeve:* ubi vulgo etiam

quiaeque ad Octavios referrentur. Ea gens a Tarquinio Prisco rege, inter Romanas 2

etiam *quoque* sine ullo sensu. de loco etiam Plautus. Merc. v. VII. *Me usque quaerere illam, quoquo hinc abducta est gentium.* aliter addito numero, aut alia voce *quid, quod* aut simili vocula, *quoque* a *quisque* invenitur. ut Quinctil. lib. IX. 4. p. 720. *in hoc opus est, quod quoque loco verbum maxime quadret.* & x. 7. *quid quoque loco primum sit.* & lib. VII. 1. pag. 582. *dispiciendum est, quod quoque loco diluat.* ubi vid. not. & inf. Claud. XIV. sic *quincto, sexto quoque anno* dicimus, *ut quarto quoque anno* Caes. XV. sed ut simpliciter *quoque anno in posterum* pro quotannis dicatur, nescio exemplum. in vulgata vero lectione *quoque a quisque* derivari nequit, quia sic nulla temporis est certi definitio, sed ut in posterum, si res divina fieret, exta simili modo redderentur. quem sensum qui vult admittere, nihil ille mutet, sed Suetonii non esse puto. *quoque anno* tamen forte pro uno quoque tolerari posset, si abjiciatur *in posterum*. BURM.

Reliquiaeque] *Reliquaque* Cujac.

Tarquinio] *Tarquino* Cod. Copes. Ed. Bonon.

2. *Inter minores gentes*] Sic quidem ex Beroaldo & Sabellico, licet dissimulent, Turneb. Adversar. XXIV. cap. XV. & Pithoeus Subsecivor. II. cap. VII. nostri MSS. omnes *Romanas* habent. Quod retineo. nam patricios quidem sic inter se distingui solere, ut pro generis sui antiquitate alii majorum, alii minorum gentium dicerentur, nemo ignorat; sed gentes ipsas sive familias, alias majores, alias minores absolute dictas fuisse non existimo. Loci igitur hujus sententia est, gentem Octaviam, cum Veliterna esset, primo a Tarquinio Romam traductam, ac proinde Romanam factam fuisse; a Ser. Tullio autem etiam patriciam: cumque postea ad plebem transiisset, a Divo Julio redactam iterum inter patricias. Sic nimirum etiam gens Claudia post Romam recens conditam eo ex Sabinis commigrans, mox Romana quidem facta est, sed anno demum sexto post exactos reges in patricias cooptata. auctor Livius, & Tranquillus noster Claudio. Accedit, quod si gens Octavia a Tarquinio inter minores gentes (ut isti volunt) allecta fuit, sequitur eam jam ante Tullii tempora patriciam fuisse. siquidem discrimen illud majorum, minorumque gentium de patriciis tantum traditur. Atqui Suetonius a Tullio patriciam factam tradit. Turnebo itaque, & Pithoeo non assentior. TORR. *Allegere inter gentes Romanas* est, civitate donare. Id primo datum Octaviae genti per Tarquinium Priscum. deinde Tullius rex traduxit in senatum inter patricias gentes, vel, ut videtur olim scriptum fuisse, *inter patricios:* nam in membranis Viterb. est, *in patricios.* Non igitur statim ac Romam venit, patricia gens fuit: qui honor tamen quibusdam peregrinis tributus, ut de Claudiis & Vitelliis legimus. In cod. Petri Pithoei scriptum erat: *Inter minores gentes allecta in senatum, mox a Serv.* quae lectio ferri aliter non videtur posse, quam ut dicamus, solos majorum gentium senatores fuisse patricios: minorum gentium non item. Aut certe κατ' ἐξοχὴν patricios istos a Suetonio esse appellatos. CASAUB. *Inter Romanas gentes allecta in senatum*, sic quidem Palat. tert. etenim pr. & sec. scribunt, *interminis gentis*, unde credo in mentem venisse Sabellico & Beroaldo rescribere, *inter minores gentes*, de quo plura Turneb. lib. XXIV. Ad. c. 15. ut & Pithoeus lib. II. subsec. cap. 7. quibus tamen vix est, ut accedam ob rationes, quas depromsere Torrentius & Casaubonus, qui consulantur. Porro quia sunt, qui dubitent de bonitate vocum *in senatum*, sciant eas exstare in omnibus Pall. sed alia distinctione, nempe, *allecta in senatum, mox.* GRUT. *Inter minas gentes a. i. senatu* Cod. Mem. *interminis gentis* Hulf. hinc *inter minores* fecerunt viri docti; & ita legitur in Copes. Cod. (nisi quod *gentis*) & Edd. Bonon. Paris. Lugd. Plantin. forte *gentes* est glossema. Nam aeque insolens mihi videtur, *inter gentes Romanas*, quam, *inter minores adlegi:* licet sciam patricios olim jactasse, se solos gentem habere, plebem esse sine gente, tamen nescio, an alius dixerit quis scriptor, *adlegere gentem inter gentes Romanas*, ut distinguatur quis a patriciis ipsis: nam deinde demum inter patricios translata est, & in senatum lecta Gens Octavia, qui plebi nondum patebat. quare forte legendum, *inter Romanos adlecta, in senatum mox a S. T. in patricios tr.* aliquis male sedulus quia *ea gens* praecedebat, credens elegantius dici inter *Romanas*, sc.

 gen-

nas gentes adlecta, in ſenatum mox a Ser. Tullio in patricias tranſducta, procedente tempore ad plebem ſe contulit: ac rurſus magno intervallo per D. Julium in

gentes, locum dedit corrumpendo textui. niſi quis vellet contendere *Romanas gentes*, de civium omnium, qui jure civitatis fruebantur, familiis dici poſſe, cui, ſi quidem exempla nobis ſuppeditet, adſentiemur libenter: *inter minores* vero *gentes*, vitioſe legi ſatis oſtenderunt viri docti; quibus accedit, quod ſi quis inter minorum gentium patres a Tarquinio adlegebantur, ſimul quoque patricii fierent, & ideo a Servio deinde in patricios transferri non potuerant. Nam Dionyſius lib. III. cap. 67. clare dicit de centum illis, adlectis a Tarquinio, *πατρικίους ἐποίησε καὶ κατέταξεν εἰς τὸ τῶν βουλευτῶν ἀξίωμα*. & ita noſter inf. cap. x. *patricius, necdum ſenator*. Ceterum ſi quis intricatiorem hunc locum clariori luce perfundere poterit, a me gratiam inibit inſignem. *In Senatum* delet cum aliis Manut. in libro de ſenatu Romano cap. I. & ad Cicer. IX. ad fam. 21. *in Senatu* Cod. Copeſ. Sed Edit. Raphel. *inter Romanas gentes adlecta, in Senatum mox a Ser. Tullio in patricias transducta:* & hoc probat Graevius; & ita edidit Torrent. Caſaub. & Gryph. & Doletus. & convenit iſtius temporis inſtitutis, ut primum in civitatem Romanam adſcita a Priſco, mox a Tullio in ſenatum adlecta fuerit. diſtinctio Palat. Codd. eſt & in Rom. & veteribus aliis, etiam Baſileenſi. intricata tamen manet conſtructio, *in Senatum in patricios*, quare malim *in Senatum mox a Serv. Tullio, & in patricios transducta:* ut haec duo etiam in Dionyſii verbis modo adductis obſervantur. cogitabam aliquando an non legi poſſet, *inter Romanos equites adlecta, in Senatum mox* &c. quia ſolebant ſenatores ex equeſtri ordine ſaepe legi. ut Liv. II. I. & alii paſſim docent. ſed non audeo id pro certo venditare. BURM.

In ſenatum] Qui *minores* pro *Romanas* primus ſubſtituit, idem, ni fallor, duo haec verba de ſuo adjecit. Sigonius certe libris de Jure civ. Rom. locum hunc citans ea omiſit, eademque Joannes Sarius de Senatu Romano ſcribens, adulterina eſſe pronuntiavit. Pulmannus quidem facta interpunctione poſt verbum *allecta*, opem adferre conatus eſt, ſed impedita erit oratio, niſi pro *in patricias*, *inter pat.* legamus. quae ſane notarum errore non inſolens mutatio eſt. Tullius igitur gentem Octaviam & patriciam fecit, & in ſenatum legit. ſic enim obſervari ſolitum ante conceſſos plebi magiſtratus. TORR.

Servio] *Servilio* Cujac. Harlem. Copeſ. margo Baſil.

In patricias transducta] Sic Pal. ſec. & tertius. verum pr. refert *in patricios*. GRUT. Et hoc ex Tib. I. poſſet firmari, ubi Gens Claudia *in patricios cooptata* dicitur. BURM.

Ad plebem ſe contulit:] An adoptione ut Claudius ſupr. Caeſ. xx. & Tib. II. An alio modo, & voluntate ſola, neſcio. certe idem de Minucio dicit Livius lib. IV. 16. *Tunc Minucium apud quoſdam auctores, tranſiiſſe a patribus ad plebem*, &c. *invenio*. nihil monens de modo, quo tranſierit. BURM.

Magna vi per D. Julium in patriciatum rediit.] Vaticanus *magno intervallo per D. Jul.* &c. Pithoeus *magno inter D. Jul.* &c. legiſſe ſe affirmat in vet. cod. Ego nihil mutandum cenſeo. Nove autem dixit Sueton. *in patriciatum redire*, pro a plebe ad patres tranſire. Ut contra Clodius & Dolabella, & ante illos M. Livius, a patribus ad plebem traducti ſunt. Aliud vero patriciatus ſub recentioribus Imperatoribus. Julius Caeſar dictator lege Caſſia patriciorum numerum augens, adſcivit in eum numerum Octavium, mox ab induta libera toga, Dio lib. XLV. Lego autem *magno intervallo* cum Vaticano & Viterb. Alii *magna vi*. Sic alibi Suetonius infra hoc libro: cap. 52. *Dictaturam magna vi offerente populo*, & apud Celſum non raro. qui etiam *magna mole*, pro eodem dicit. Id vero hoc loco non convenit: dictatori enim facile fuit, quicquid voluit. niſi ſi *magna vi* dictum pro *μεγάλῃ σπουδῇ*, quod videtur Dionis narratio confirmare. CASAUB. *Magno intervallo* ita Pal. pr. ac ſec. Nam tert. *magna vi per*. ut non ſatis ſubeat mirari fuiſſe jam olim mangones bonorum ſcriptorum, cum adhuc nullum eſſet criticae pretium. GRUT. *Magno per D.* Cod. Mem. *magna vi* Codd. Copeſ. Hulſ. Harl. Periz. & Edd. a Romana omnes veteres, uſque ad Caſaubonum, vid. & Claud. cap. I. Heinſ. tentabat *magno iterum per*, vel *curſu* (ſc. temporum) *magno:* ſed haec omnia duriora. ego *magno per D. Jul.* veram lectionem,

in patriciatum rediit. Primus ex hac magistratum populi suffragio cepit C. Rufus. Is quaestorius Cn. & C. procreavit: a quibus duplex Octaviorum familia defluxit, conditione diversa. Siquidem Cn & deinceps ab eo reliqui omnes functi sunt honoribus summis. At Cajus ejusque posteri, seu fortuna, seu voluntate, in equestri ordine constitere, usque ad Augusti patrem. Proavus Augusti secundo Punico bello, stipendia in Sicilia tribunus militum fecit, Aemilio Pappo imperatore. Avus municipalibus magisteriis contentus, abundante patrimonio, tranquillissime

nem, ut Memm. & Pithoean. Codd. habent, esse puto, & repetendum *tempore*, a praecedenti: *procedente tempore*, ac *rursus magno*, sc. tempore. Nam *magnum tempus* pro longo saepe occurrit. ita apud Justin. XIII. 4. & XVI. I. XXXII. 3. *non magno post tempore*. idem, *non magno ante tempore* XXV. 5. Petron. CXXV. *dum haec magno tempore Crotone aguntur*. & ita *parvo sub tempore* reddidit Prudentio lib. II. contr. Symm. 102. Heinsius; quem vide. vulgata ex cap. XXVI. *Magno septemdecim annorum intervallo*, posset defendi. & ita saepe alii locuti. quidquid sit, dictatori Julio non magna vi opus erat, ut in patricios traduceret Octaviam gentem. BURM.

Rediit] *Redit* Copes.

C. Rufus] *C. Ruffus* Ed. fere omnes antiquae.

Defluxit] *Defulxit* Periz.

Cn. & deinceps] Haec familia tota interiit, & tempore Ciceronis sola Cnei statua ad memoriam tantae familiae restabat. Cicer. IX. Phil. 2. BROUKH.

Constitere] *Constiterunt* Copes. Hulf. Cujac. & Ed. Rom.

Aemilio Pappo] Scribe *Papo*, ut in cod. Vaticano, & marmore antiquo. Hinc Papius, ut a Flavo Flavius, a Plauto Plautius. TORR. Plerique MSS. *Aemilio Paulo*, male. vide Liviumlibro XXVIII. CASAUB. Palat. tert. *Papo*. sec. ac pr. *Paulo*. GRUT. *Aem. Paulo*. Codd. Mem. Copes. & Exc. Cujac. *Papo* Periz. Harlem. Edd. Venet. tres, Lugd. ita recte apud Front. I. II. 7. reposuerunt viri docti *Aemilius Papus*, pro *Paullus*. BURM.

Municipalibus magisteriis] *Magistros* vocari eos ajunt JCti, quibus praecipua cura rerum incumbit. Hinc dicti *magistratus*. *Magistrare* etiam apud Festum pro moderari. Unde non solum *artium*, sed etiam *pagorum*, *societatum*, *vicorum*, *collegiorum*, *conviviorum* quoque *magistri* & *magisteria* dicuntur. Virgil. lib. II. 173.

Rectores juvenum, & *rerum dedit esse magistros*.

Sueton. Domit. cap. XIV. *Ex quo forte ducti magisterio fungerentur*. & hic *magisteria municipalia*. TORR. Viterb. *ministeriis contentus*, possis intelligere, fuisse quaedam negotia in eo municipio curanda publice ei commissa. sic ministerii titulo relegasse Catonem dicitur Clodius a Vellejo II. 45. Valerius Max. lib. VII. cap. III. *Idem ut Puteolos venit, perinde ac publicum ministerium agens, summa cum licentia correptis navibus in Siciliam penetravit*. Placet tamen vulg. lectio. *magisteria* vocat ἀρχὰς municipales, quas magistratus nomine non dignatur. & erant revera umbrae honorum magis, quam honores veri. CASAUB. *Magisteriis* Pal. pr. & sec. nam tertius *ministeriis*, quod mihi sane nonnihil salivam moveret, nisi suspicarer natum a librario, qui, politicum agere volebat, atque indicare muneribus publicis occupatos servire magis, quam imperare: notum illud Publii Syri.

Populi est mancipium, quisquis patriae est utilis. GRUT.

Magisteriis unice vera lectio, nam ministeria municipialia obeunt ibi, ut in urbe ipsa, lictores, scribae &c. quasi ministerio contentum fenuisse avum inepte diceret Suetonius: L. 10. ff. ex quib. caus. major. *in eadem caussa sunt*, & *qui a militibus statoribus*, *vel a municipalibus ministeriis adservantur*. *Magistratus* vero dictos etiam municipales docet Noris. ad Cenot. Pis. diss. I. cap. 3. contra dissentientes, & jus dixisse, & criminibus quibusdam poenas statuisse. *Magisteria* vocat, quia Magistri Vicorum, Collegiorum, Societatum, Pagorum &c. dici solebant. vid. Fest. in *magister*. librarius aut possessor Cod. Periz. adscripserat margini. *O senem Optimum!* BURM.

Contentus] *Contentusque* Hulf.

sime senuit. Sed hæc alii. Ipse Augustus nihil amplius, quam equestri familia ortum se scribit, vetere ac locuplete, & in qua primus senator pater suus fuerit. M. Antonius libertinum ei proavum exprobrat restionem, e pago Thurino: avum argentarium. Nec quidquam ultra de paternis Augusti majoribus reperi. 3 Octavius pater a principio ætatis, & re & existimatione magna fuit: ut equidem mirer, hunc

Vetere] *Veteri* Hul.

Senator] Cicer. III. Phil. 6. dicet, *si vita suppeditasset consul fuisset factus.* & Plutarch. in Cicer. p. 883. fuisse τῶν οὐκ ἄγαν ἐπιφανῶν. BROUKH.

Pater suus] *Suus* in editione Graevii prima non apparet, & si scripti addicerent, facile abesse paterer. vid. inf. cap. XIV. BURM.

Libertinum ei] Palat. pr. *libertum ejus proavum.* GRUT. MSS. quidam *libertum.* quod generis sordes magis auget. BERNECCERUS. Sed *libertus* non dicitur absolute, nisi respectu. Patroni. sed *libertinus* est libertinae conditionis. vid. ad Claud, XXIV. BURM.

Exprobrat restionem] Scribe *r* minuscula. opificis enim hic nomen est, ut pellio; non familiae. *Restio* alioqui Antiorum cognomen erat, ex Macrobio lib. III. & nummo veteri. Neque ullum in cognomine opprobrium est. TORR. Aetate Suetonii exstabant adhuc Antonii epistolae, unde haec sunt ab eo desumpta. Cremutius Cordus apud Tacit. IV. Annal. 34. *Antonii epistolae, Bruti conciones, falsa quidem in Augustum probra, sed multa cum acerbitate habent.* Meminit & Serv. in v. Aeneid. Contra has epistolas scripserat librum Messala: cujus mentionem facit Sosipater Charisius lib. I. Pro *libertinum* scripti quidam *libertum. restionem* autem scribendum, non *Restionem.* Glossarium: Σχοινοπλόκος, *restiolaris*, *restio.* Plut. σχοινοστρόφον dixit, sed si grammaticis fides, restio erit σχοινοπώλης, non σχοινοπλόκος. Fronto: *Restiarius, qui facit; restio, qui vendit.* Puto autem ea ratione restionem audisse proavum Octavii, qua pater Ciceronis dictus fullo, Demosthenis μαχαιροποιὸς, quod familias haberent eorum artificiorum peritas, ex eaque re ipsi, ut moris erat, quaestum facerent. At Gratianus Valentiniani Augusti pater *funarius* fuit nuncupatus, quia funes venalitios solitus circumferre, ut scribit Victor. Videntur autem restiones olim inter vilissimos artifices habiti: sicut apud Graecos οἱ σχοινοστρόφοι. unde proverbium apud Comicum σχοινοστρόφου μέλος, *restionis cantilenae*, hoc est, vilis hominis & ἀπλῶς, ut Graeci interpretantur. CASAUB.

E pago Thurino:] E municipio Thuriis. Locus nobilis vel propter historiarum patrem Herodotum, qui inter alios colonos eo concessit. Strabo, alii. CASAUB. *Ex pago* Harlem. Periz. & Edd. priscae pleraeque. *Turino* Memm. & Periz.

3. *Octavius pater*] Melius tres MSS. *C. Octavius pater*, unus etiam *At C. Octavius pater*, & mox *existimatione* pro *aestimatione.* TORR. Scripti Torrentii, *C. Octavius p.* quomodo etiam in Turonensi habetur. Sane patri Augusti fuisse praenomen Cajo, certum est e veteri inscriptione, quam ad librum primum attulimus. CASAUB. Pall. sec. & tertius stabiliverit lectionem librorum Torrentii, in quibus est *Cajus Octavius pater.* GRUT. *C. Octavius* Codd. Memm. Hulf. Copef. Ed. Steph. *Cajus Octavius* Edd. Bonon. Parif. *Octavianus pater* Ed. Venet. pr.

Et re & existimatione magna fuit.] Recte *existimatione* cum Turonensi & omnibus melioris notae: non autem *aestimatione.* sic passim erratur contra germanam Latinitatem. Vellejus Paterculus II. 59. *Fuit Cajus Octavius, ut non patricia, ita admodum speciosa equestri genitus familia, gravis, sanctus, innocens, dives.* CASAUB. *Et existimatione*, & nostri tres, non ut publicati passim, *aestimatione.* GRUT. *Aestimatione* Periz. & Harlem. & Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. & omnes fere veteres. etiam Torrentii. & Casaub. & Graevianae posteriores. in Romana praeterea erat *re estimatione.* & perpetua harum vocum est in scriptis confusio. vid. Gronov. ad Liv. XXIV. 2. & Gell. I. 3. sed *existimatione*, quod in Memm. Copef. Cujac. Edd. Bonon. & Graeviana priore, praeferendum. id est fama, opinione hominum de eo optima. sic noster. Ner. XII. *Existimatio integra.* & Claud. VII. *secunda.* contra *existimatio lacerata* Caes. LXXV. ubi similis diversitas. vid. Ten-

hunc quoque a nonnullis argentarium, atque etiam inter divisores, operasque campestres, proditum. Amplis enim innutritus opibus honores & adeptus est facile, & egregie administravit. Ex praetura Macedoniam fortitus, fugitivos, residuam Spartaci & Catilinae manum, Thurinum agrum tenentes, in itinere delevit, negotio sibi in senatu extra ordinem dato. Provinciae praefuit, non minore justitia quam

Tennul. ad Front. I. I. §. 10. & ita *aestimare* & *existimare* ubique a librariis confusa. vid. inf. cap. XXXV. & alibi. Burm.

Mirer] *Miretur* Cod. Hul.

Hunc quoque a nonnullis argentarium,] Qui patrem Octavii argentarium fuisse dixerit, neminem e veteribus reperias, praeter auctorem versiculi, qui infra habetur, *Pater argentarius, ego Corinthiarius*. Describitur in epistola ad Octavium, non Ciceronis quidem, sed vetere tamen: *Quid de sua patria audient, quam spoliis triumphisque decorarunt? an esse quendam annos* XVII. (legendum XIX. vel XX.) *natum, cujus avus fuit argentarius, astipulator pater, uterque vero precarium quaestum fecerit: sed alterum usque ad senectutem, ut non negaret: alterum a pueritia, ut non posset non confiteri; eum agere, rapere rempublicam?* Casaub.

Operasque Campestres,] *Campestres operas* vocat eos, qui in campo Martio suam comitiis operam praestabant, ut *quaestum Campestrem* Cicero de Arusp. resp. lucrum, quod inde provenit. *Divisores* vero inter hos dicebantur, qui pronunciatas a candidatis pecunias tributim dividebant, quemadmodum magistri Curiae apud Plautum Aulular. Act. I. Scen. II. Sic *Nummius divisor* apud Ciceronem lib. II. de Oratore cap. 63. *Nucula & Lento divisores Italiae* in Philip. XI. cap. 6. Odiosum autem fuisse officium, res ipsa docet. a fure enim divisor non multum discrepat. Aliquid diximus Caes. cap. LXXXIII. Torr. Puto fuisse nonnullos in hac plebeja gente Octaviorum, qui hoc genus quaestus & similes non aspernarentur. talis namque fuisse videtur, aut ortus talibus, is, de quo Cicero in epistola ad Trebatium lib. VII. 9. *Cn. Octavius, an Cn. Cornelius? tuus quidem familiaris, summo genere natus, terrae filius: is me, quia scit tuum familiarem esse, crebro ad coenam invitat. Adhuc non potuit perducere: sed mihi tamen gratum est.* Et in epistola 16. *Ego si foris coenitarem, Cn. Octavio familiari tuo non defuissem: cui tamen dixi, quum me aliquoties invitaret, Oro, quis tu es?* Omnino vilem & obscurum oportet hunc fuisse Octavium, a quo se invitari Cicero tantum non contumeliae loco duceret. Casaub. Talis notae fuisse videtur ille *Octavius quidam* in Caesar. XLIX. *operasque Campestres* desunt in Hulf. Burm.

Ex praetura Macedoniam fortitus.] Successit Octavius praetorius C. Antonio viro consulari. Is ex consulatu, quem gessit cum Cicerone, in Macedoniam abiit: estque inde reversus coss. Q. Caecilio Metello Celere, L. Afranio. Ita incidit annus, quo praefuit Macedoniae Octavius, in consulatum C. Caesaris. quo etiam tempore Q. Cicero Asiam administrabat. Etsi autem consularis non erat Octavius, provinciam tamen rexit pro consule. Ideo scriptum in lapide de eo: PR. PRO COS. Casaub. *Potitus* Periz. sed in Marg. *fortitus*.

Spartaci & Catilinae manum.] Spartacus quidem ante Catilinam annis aliquot fuit, sed eorum socii, homines flagitiosi, diu post utriusque mortem per Italiam grassabantur. Quo Horat. respicit, cum inquit:

Spartacum si qua potuit vagantem
Fallere testa.

lib. III. Od. XIV. Torr.

Thurinum] *Thuringum* Cod. Menim. *Turingum* Ed. Rom. & Venet. pr. *Turinum* Venet. reliquae, & aliae. *Tiranum* Hulf. *Thurigum* Cujacii Exc.

In itinere] Opponitur acici instructae; *in agmine* ut alii loquuntur. qualis victoria maximae laudis erat. Curt. IV. 14. *Syriam Aegyptumque praetereuntibus raptas*. Ovid. I. Am II. 44.

Tunc quoque praeteriens vulnera multa dabis.

Vid. Barth. ad Claud. IV. Conf. Hon. 460. Burm.

Non minore justitia quam fortitudine:] Duae viri principis maximae virtutes, ob quas sub Drancis persona Aeneam suum ad coelum fert Virgilius XI. Aen. 126. & Sarpedonem Homerus: Il. Π. 542.

Os

quam fortitudine: Namque, Bessis ac Thracibus magno prælio fusis, ita socios tractavit, ut epistolae M. Tullii Ciceronis exstent, quibus Q. fratrem, eodem tempore parum secunda fama proconsulatum Asiae administrantem, hortatur & 4 monet, imitetur in promerendis sociis vicinum suum Octavium. Decedens Macedonia, prius quam profiteri se candidatum consulatus posset, mortem obiit repenti-

Ὃς Λυκίην εἴρυτο δίκῃσί τε καὶ σθένεϊ ᾧ.
id est,
Justitia Lyciam qui tutabatur, & armis. TORR.

Bessis ac Thracibus magno] Opinor legendum *Bessis, Thracibus, magno,* &c. deleto *ac*. TORR. *Bessis Thracibus* Edd. Sabell Venet. ut Torrentius volebat. ita Claud. II. in Eutr. 246.
Thyni Thraces erant.
& revera Bessos in Thracia sitos, in regione *Serdica*, ex antiquo lapide apud Gruter. DXXVI. 3. docet Pagius in Critic. Baron. ad A. 396. BURM.

M. Tullii Ciceronis] *Tullii* deest omnibus scriptis nostris. & Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. pr. Lugd. Junt. Ald. Steph. sed Basil. & recentiores tria nomina exhibent, ut & mox cap. V. in omnibus codicibus. vid. ad Caes. XVII. BURM.

Quibus] *In quibus* Perizon. vid. Claud. XXXXIX.

Proconsulatum Asiae administrantem,] Turneb. Adversar. XXIV. cap. XV. lapsum scribit memoria Suetonium, qui Q Ciceronem praetorium, Asiae proconsulem vocet. Et provinciae quidem aliae consulares, aliae praetoriae fuerunt, sic dictae, quod illae consularibus, hae praetoriis demandarentur. Quin & Asiam inter praetorias fuisse Ciceronis tempore non negaverim; quod ex epistola Coelii ad Ciceronem lib. VIII. discimus. Sed tamen ea provinciarum appellatio saepe mutabatur. Senatui enim lege Sempronia liberum erat, ut alibi monuimus, quos in quas vellent provincias mittere. Quanquam crediderim, cum praetorius aliquis in provinciam consularem mittebatur, eum jure quoque consulari mitti solere, verbi gratia, cum XII. fascibus, non sex tantum. Atque adeo juxta imperium, quod a senatu quis acceperat, pro consule aut pro praetore eam provinciam administrare dicebatur, tametsi praetorius consularem, aut e diverso consularis praetoriam adeptus esset, Exempla frequenter occurrunt, ut Q. Ciceronis hic. Quin & C. Octavius, Augusti pater, praetorius tantum, Macedoniam obtinuit; quam tamen & ante eum & post eum consulares sortitos fuisse legimus. Sed haec prolixius enarranda essent, quam nostro instituto conveniat. TORR.

Vicinum suum Octavium.] Vid. Ciceron. II. ad Att. I. & ibi notas Manutii. & Bosium ad Nepot. Attic. & Corradi Quaestur. pag. 394. 395. BROUKH.

Decedens] *Recedens* Harlem. Ed. Rom.

Confiteri se candidatum] *Confiteri* dixit, quod qui politiores sunt, *profiteri*: ut *profiteri se musicum, philosophum, jurisconsultum* Cicero, *profiteri nomina* Livius, & alii. Spectat huc autem locus Ciceronis III. Philipp. cap. 6. *Quis illo maledico impurior? Ignobilitatem objicit C. Caesaris filio, cujus etiam naturalis pater, si vita suppeditasset, consul factus fuisset. Aricina mater,* & caetera, quae sequuntur, de materno Augusti genere. TORR. In V. C. pro verbo *confiteri* scriptum est *profiteri*: de cujus lectionis veritate non puto dubitandum esse. URSIN. Scribendum erat *profiteri*. nam sic Viterb. & quod postea didici, Ursini cod. nec aliter editum a Roberto Stephano. Memmianus tamen *confiteri*. CASAUB. *Profiteri* bene Ursini codex & Casauboni. Nam nostri tres tuentur antea publicatam, *confiteri*. GRUT. *Confiteri* est in omnibus antiquis & recentioribus Edd. quae constantia codicum induxit doctissimum Cannegiterum, ad Aviani fab. XIX. ut a retinenda vulgata abhorrere non videatur, licet nullum exemplum producat, ubi quis se *confiteri candidatum* dicatur: quum sollemnia verba Suetonius in primis servare soleat. *Confitetur* se candidatum, qui inter amicos, & privatos se petere honorem non dissimulat, sed qui petit ut nomen suum inter candidatos referatur, is semper *profiteri* dicitur. exempla in re notissima non adferam. apud Livium quoque lib. IV. 12. *confiteri frumentum*. ubi alii codd. *profiteri*. de *confiteri* vide Ciofan. ad

pentinam, superstitibus liberis, Octavia majore, quam ex Ancharia: & Octavia minore; item Augusto, quos ex Atia tulerat. Atia M. Atio Balbo, & Julia sorore C. Caesaris, genita est. Balbus paterna stirpe Aricinus, multis in familia senatoriis imaginibus, a matre Magnum Pompejum artissimo contingebat gradu: functusque honore praeturae, inter viginti-viros agrum Campanum plebi Julia lege divisit. Verum M. Antonius despiciens etiam maternam Augusti originem, proavum ejus Afri generis fuisse, & modo unguentariam tabernam, modo pistrinum Ariciae exercuisse, objicit. Cassius quidem Parmensis quadam epistola, non tantum ut pistoris, sed etiam ut numularii nepotem, sic taxat Augustum, *Materna tibi*

ad illa Ovid. III. Met. 2. *se confessus erat.* BURM.

Morte obiit repentina] Ex Memmiano reposuit Cl. Graevius *mortem repentinam*. vid. inf. cap. XIII. non tamen contra omnes codices obtruderem Ciceroni in Tusc. Disp. I. 45. hanc locutionem: *multa mihi ipsi ad mortem tempestiva fuerunt, quae utinam obire potuissem.* ubi Cl. Davisius *quam* emendat, & *obire mortem* exemplis adstruit, de qua locutione nemo umquam dubitavit. sed vulgata ibi servanda est. *tempestiva obire*, ibi est occasiones, opportunitates obire; ut *obire tempus, diem, horam, annum, pericula* & similia centies apud Ciceronem. In Catilinaria conjuratione potuisset Cicero occasionem mortis obire, nisi insidias sibi positas evitare maluisset. & post etiam consulatum, cum jam virtutis perfectae perfecto esset munere functus, potuisset summa cum gloria mori, nisi impetui & furori Pisonis & Gabinii cedendo, hanc quoque opportunitatem mortis neglexisset, ut in Pison. cap. VIII. *Quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinae busto, vobis ducibus, mactatus essem.* vid. Beroaldi notas. BURM.

Octavia] *Octavio* hic & mox Copes.

Ancharia] *Antonia* Ed. Rom. *Anthana* Edd. Venetae tres, *Hancaria* Copes. *Ancharina* Basil.

Ex Atia] Sic Pulmannus, & recte, vel ob notissimum Virgilii versum lib. V.

Alter Atis, genus unde Atii duxere Latini.
Id enim in gratiam materni generis Augusti Poëta cecinit. Nec Romanos, sed Latinos dixit Atios, ut Aricia deductam gentem docerat. Simili passim errore Actilius, Lectorius, Ictius, pro Atilius, Laetorius, Itius, & similia. Verum ergo etiam nobilissimi poëtae nomen Atius est, quanquam non moleste feram *t.* geminari. TORR. *Ex Actia* Periz. *Ex Accia* Copes. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres, Bon. Junt. Ald. Basil. & omnes usque ad Plantin. ut & mox *Aceia*. vid. & inf. cap. XCIV. sed *Atia* vindicasse Pier. ad Virg. v. Aen. 568. & Ferrarium ad Cicer. Phil. III. 6. Merul. ad Enn. p. 555. Manut. Orthog. p. 83. Dausq. p. 46. &, ubi similis diversitas, ad Cicer. pro Cluent. XXIII. Manutium & Graevium, notaverat Broukhusius. Operose etiam Heinsius ad Virgilii d. l. in notis jam jam paratis ad editionem. mox pro *M. Atio* Cod. Cuj. *Matio*, de quo diximus ad Caes. LXXVII. *At Atia Balbo* Cod. Hulf. *Accia Maeio Balbo* Edd. Rom. Venet. pr. Lugd. Junt. *M. Accio Balbo* Bonon. Venet. sec. & tert. & plures. *Mantio Balbo* Basil. vid. & ad Aug. XCIV. ubi similis diversitas. eadem ratio varietatis in *Attio, Actio, Atio*, quae fuit in *Vectio* & *Vettio* supr. Caes. XVII. Pro *Julia* Memm. *Juva* habebat. BURM.

Inter XX-*viros*] Sup. Caes. cap. XX. TORR. *Intra* Ed. Bonn.

Verum M. Antonius despiciens maternam Augusti originem.] Servius ad illa e quinto libro Aeneidos: 568.

- - - *genus unde Atii duxere Latini*,

notat: *Propter Atiam dicit matrem Augusti; de qua Antonius ait, Aricina mater.* alludit Servius ad locum Antonii, quem refutat divinus Orator in tertia Philippica. cap. VI. CASAUB. *Verum idem Antonius* Codd. Copes. Harlem. Periz. & Cujac. Edd. a Romana omnes veteres usque ad Plantin.

Cassius quidem Parmensis] De hoc ad Horat. I. Ep. IV. 3. *Scribere, quod Cassi Parmensis opuscula vincat.* TORR. *Carmensis*, Memm.

Ut pistoris] *Ut* deest Harlem. & Ed. Rom.

Sed etiam ut numularii nepotem,] Cassius hic, qui Augustum ut & pistoris & numularii nepotem notabat, cum Antonio consentit. Antonius enim ei paternum avum argentarium exprobrat, volebatque Atium Balbum, avum maternum, patrem habuisse, qui Ariciae pistrinum

tibi farina ex crudissimo Ariciae pistrino: hanc finxit manibus collybo decoloratis Nerulonensis mensarius. Natus est Augustus, M. Tullio Cicerone & Antonio consulibus: IX. Kal. Octobr.

num exercuerit. Nepos igitur numularii quoad patrem, quoad matrem pistoris pronepos fuit Augustus. Sed nepotum nomine etiam pronepotes continentur. Et alioqui potuit Cassius ipsi Atio Balbo pistoris operam objicere; siquidem, ut fere fit, patris officium etiam filius exercuit. In verbo *pinsit* nonnihil obscoenitatis est. perstat enim in metaphora Cassius, & farinae nomine matrem Augusti, mensarii vero patrem intelligit, qui decoloratis collybo manibus farinam illam subegerit, dignum (quod ajunt) patella operculum, cum par parem duxerit. Pro *pinsit* liber unus *pinsuit*, tres *finxit*. Sed *pinsit* retineo. TORR.

Materna tibi farina] Objicit avum maternum, pistorem Aricinum. CASAUB.

Siquidem ex crudissimo Ariciae pistrino:] Τὸ *siquidem* deest in aliis. multi, *si ex crud.* CASAUB. Pall. tres, *si ex crudissimo.* GRUT. *Farina est ex crudissimo* Memm. probante J. Gronovio. *si ex* Codd. Periz. Harl. Edd. Venet. pr. Lugd. *farie si ex* Exc. Cujac. *siquidem* Basil. & aliae. sed quaedam distingunt *farina*; *siquidem* &c. reliquae *si* vel *siquidem* omittunt; Heinsius conjecerat *farina estur.* in ora Steph. Ed. manus docta *farina est.* An in illo *Tibi* non possit latere *cibus*, ut fuisset olim, *materna tibi cibus farina?* absorpta voce a praecedenti fere simili. BURM.

Hanc finxit manibus collybo decoloratis Nerulonensis mensarius.] Objicit avum paternum nummularium. Est autem sermo allegoricus. Tuus, inquit, paternus avus farinam sumsit e pistrino crudissimo Aricino: hoc est, uxorem duxit filiam pistoris Aricini cujusdam, hominis vilissimi: hanc ille farinam finxit manibus collybo decoloratis. Vult dicere, avum Octavii, qui esset numularius abjectissimus, ex ea farina, quam sumpserat de pistore Aricino, finxisse & formasse tanquam aliquod dulciarium opus (hoc est, genuisse) patrem Octavium. Legimus autem *finxit* ex nostris & Torrentii libris; & ita prisca Romana editio, ac Rob. Stephani. Id verbum optime illi loco convenit: nam ex farina finguntur opera dulciaria, quorum figurae erant infinitae, ut placentae, scriblitae, crustula, luculi, hami, lacertuli, spicae, globuli, enchyta, circuli, liba, aliaque plurima. Martialis. XIV. 222.

Mille tibi dulces operum manus ista figuras
Exstruet.

Varro de Lingua Latin. *Fictores dicti a fingendis libis.* Sic apud Scribonium, *fingere pilulas & pastillos.* & apud Petronium cap. XXXIII. *ova ex farina pingui figurata.* & apud Plutarchum, [illegible]. In secunda Ecloga Calphurnii, recte libri veteres, *fingere liba Priapo.* non *figere.* Inde fictorum ordo, cujus mentio etiam in veteribus inscriptionibus. In aliis libris est *pinsit.* quod esset, ut [illegible] Theocrito. Appellat patrem Octavii mensarium Nerulonensem, faciens allusionem ad ejus oppidi mensarios, aut ad aliquem ejus aetatis numularium insignem paupertate, aut alia qua re non bona: talem istum vult fuisse. In Viterb. erat *Verulonensis*, non *Nerul.* legerim *Vetulonicnsis.* Vide Plinium lib. III. cap. v. At in antiquissima Lugdunensi editione reperi *Nemorensis.* quod idem esset atque Aricinus. Memmianus, ut in editis. CASAUB. *Hanc finxit* & Pall. omnes, non *pinsit*, ut prius editi. GRUT. Ante Basileenses nullam vidi, in qua *pinsit.* Unde & Colin. Gryph. Plant. & aliae exhibent. Casaubonus vero reduxit priorem lectionem, quam & scripti firmant. BURM.

Collybo decoloratis] *Collybon* quidem Graeci, sed vetustissima quaeque exemplaria Latina per jota scribunt, ut non uno Ciceronis loco observavimus. Est autem *collybus* tam id, quod pro pecuniae permutatione argentario solvitur, quam ipsa pecuniae contrectatio. ἀργυρίου ἀλλαγή. Unde *collybistes*, qui pecunia permutanda quaestum facit, qualis hic Augusti avus, ipse nummos contrectans. Quod vile ac sordidum habetur, cum alioqui collybus neminem dehonestet, res videlicet necessaria; praesertim cum quod una in provincia acceptum fit, in aliam transcribitur numerandum. Id quod vulgo *cambium* dicitur, & a foenore excusatur. *Decolorare* autem verbum, ut videtur, insolens, quo tamen etiam Horat. usus est. II. Od. 35.

. . . *quod*

Octobr. paullo ante solis exortum, regione Palatii, ad Capita bubula: ubi nunc sacra-

- - - quod mare Dauniae
Non decoloravere caedes? Torr.

Nerulonensis mensarius.] Quare Nerulonensem vocet, equidem ignoro. Afri eum generis fuisse volebat Antonius. *Mensarius* vero idem, qui *argentarius*. quanquam enim ante Caesarum tempora *mensarii* nomen paulo videtur fuisse honestius, cum non nisi de publica ratione diceretur, (unde apud Livium nunc quinqueviros, nunc triumviros mensarios creatos legimus, rei nummariae publicae curatores) Jurisconsulti tamen nostri, & qui sub Caesaribus scripsere, indifferenter usi sunt. ut hoc loco Sueton. & Capitolin. vita M. Antonini: *Leges de mensariis & auctionibus tulit.* Quin & *mensularios* vocat Scaevola leg. xlvii. de pactis, & Ulpianus leg. xxiii. de rebus auctor. jud. possidendis, uti & *nummularios*. Quamquam inter *nummularios* & *argentarios* discriminis aliquid fuisse indicat Ulpianus lib. ix. de edendo. Sed qui diligenter Suetonii toto hoc loco verba expenderit, inveniet nihil inter *argentarium mensariumque* ac *nummularium* interesse. Graeci trapezitas vocant. Vide Ner. cap. v. Torr. Pal. pr. *Verulonienfis*, ut videatur sane primitus fuisse, *Vetulonienfis*. Grut. Nihil video variare codices, nisi quod in Rom. Ed. *Nerulonenses*. Jac. Gron. fecit. *Nerul Oeensis*: ut *Nerul* sit nomen proprium viri, ex *Oea* oriundi, & animose admodum adversus obloquentem defendit ad Tacit. iv. Hist. 50. Heinsius ex hoc loco apud Martial. xii. Ep. 57. corrigebat,

Hinc otiosus sordidam quatit mensam
Nerulonianae nummularius massae.

de qua correctione vehementer dubito. Burm.

5. *M. Tullio Cicerone & Antonio*] Liber unus, *Cicerone & Antonio* coss. haud dubie melius. Nisi utrumque praenomen mavis, *M. Cicer. & C. Anton.* Torr. *Et* deest: at pro eo habet *C. Antonio*, Memm.

ix. *Kal. Octobris paulo ante solis exortum*,] De die natali Augusti verum est quod Suetonius tradit: nam praeter Romanum vetus Calendarium, confirmat eam historiam antiqua etiam inscriptio, cujus exemplum, quia non est in promptu, recitare supersedebo. Ursin. Imo vero post solem occasum. Hallucinatum enim esse hoc loco Suetonium, neque defendi hac parte illum posse, si vere eidem auctori aliisque dictum, Augusti horoscopum esse capricornum, certissima demonstratione probatum est divini ingenii viro Josepho Scaligero, cum in quinto de Emendatione Temporum, tum etiam in uberrimis notis ad Manilii Astronomicum primum. Casaub. De hoc natali die Augusti elegantissimus libellus A. Rubenii nuper editus inter alia opuscula ejus posthuma; ex quo pauca quaedam excerpemus, quae Suetonii variis locis lucem adferunt. Quaerunt, inquit, viri docti, an ix. Kal. Octob. quem non solum Suetonius, sed etiam marmora antiqua natali Augusti assignant, intelligendus sit ex ratione Kalendarii veteris Romani: deinde si ix. Kal. Octob. Pompiliani natus sit Augustus, in quem diem Kalendarii Juliani ejus natalis incidat. Jos. Scaliger. lib. x. de Emendat. Temp. cap. 2. & Petav. lib. ix. de Doctrina temporum cap. 64. & lib. xi. cap. 6. existimant, Augustum natum esse circiter xxi. aut xxii. Julii anni Pompiliani, & quidem post solem occasum, sole ultimas partes cancri obtinente, gravemque errorem hic Suetonio impingunt. Quibus adstipulatur Joannes Tristanus Tom. i. Comment. Historic. qui hanc hallucinationem in librarios rejicit, & legit: *paulo ante solis occasum.* Sed hanc lectionem refutat Suetonius, qui cap. xciv. aperte docet, parentem Octavii venisse tardius in senatum, cum is summo mane coactus esset ob periculum conjurationis Catilinariae, moram puerperio uxoris excusantem. An vero senator tardius mane in senatum veniens causabitur natum paulo ante occasum solis filium? Diem quoque Augusti natalem secundum Kalendarium Julianum incidisse in ix. Kal. Octobris ipse Suetonius indicat, qui cap. c. scripsit, illum decessisse *Sextis Pompejo & Apulejo coss.* xiv. *Kal. Septembris, hora diei nona*, lxxvi. *aetatis anno, diebus* xxxv. *minus.* Cui consentit Dio l. lv. qui ait, vita eum excessisse xiv. Kal. Septembris, vixisse annos lxxv. menses x. dies xxvi. quia natus sit ix. Kal. Octobris. A die autem xxiii. Septembris Juliani anni periodi Julianae 4651. quo natus est Augustus, usque ad xix. Augusti seu xiv. Kal. Septemb. Juliani anni P. J. 4727. qua die decessit, exacte conficiuntur anni lxxvi. minus diebus xxxv. seu anni lxxv. menses x. dies xxvi. Praeterea cui

ſacrarium habet, aliquanto poſt quam exceſſit, conſtitutum. Nam ut ſenatus A-ctis continetur, quum C. Laetorius, adoleſcens patricii generis, in deprecanda gra-

cui credibile eſt, ipſum Auguſtum tam incurioſum fuiſſe, ut natalem ſuum, qui in Julium aut Junium menſem incidit, IX. Kal. Octobris celebrarit, & annum ſuum climactericum non vero die ſuo natali, ſed demum tribus poſt verum natalem ſuum menſibus confectum fuiſſe exiſtimarit. Vide verba ejus ex epiſtola ad Cajum filium IX. Kal. Octob. ſcripta anno Juliano 46. apud Gellium XV. 7. Certum igitur mea quidem ſententia natum Auguſtum. a. d. IX. Kal. Octobris anni Juliani. Sed nunc ſupereſt ille inexplicabilis nodus, quomodo capricornus poſſit dici ejus horoſcopus, ſicut fuiſſe dicitur a Suetonio cap. XCIV. & nummi etiam nunc oſtendunt; cum libra, vel ut alii volunt, virgo fuerit. quo & Virgilius reſpexit I. Georg. 32. qui redituro in coelum Auguſto candem ſedem & coeli regionem adſignat inter virginem & chelas, qua horoſcopante in lucem editus fuit:

Anne novum tardis ſidus te menſibus addas,
Qua locus Erigonen inter, chelaſque ſequentes
Panditur? ipſe tibi jam brachia contrahit ardens
Scorpius, & coeli juſta plus parte relinquit.

Sed repugnant Suetonius, nummi, gemma Caeſarea, Germanicus Caeſar, & Manilius, qui omnes capricornum Auguſti natali adſignant. Manilius:

Tum venit Auguſto capricornus ſidere fulgens.

Itaque Gotheſridus Vendelinus oſtendit fortis Fortunae locum in themate genethliaco Auguſti fuiſſe in capricorno. Sors autem Fortunae ab antiquis Aſtrologis cenſebatur eſſe horoſcopus, a quo thema Athlorum deducebatur, ut Scaliger docet ad Manilium. Vide laudato libello prolixius & liquidius haec demonſtrantem RUBENIUM. Vid. Comment. in Horat. lib. I. Ep. 9. & Scalig. Epiſt. XL. p. 154. BROUKH. Natalem examinat S. Petitus lib. I. obſ. 5. & praeter Scaligerum Fayus & Huetius ad Manil. II. 509. *ante ſolis ortum* Codd. Harl. Periz. & Edd. Venetae tres, Bon. ſed *exortum* placet magis, ut inf. XCIV. & ita apud Gell. X. 17. *contra exortum Hyperionis:* inſcriptionem, in qua vinum, panem, ſportulas curatores anni I. dederunt IX. Kal. Octob. in memoriam natalis Auguſti, de qua inf. cap. LVII. dedit Gorius inter Donianas pag. 62. ſed tamdiu (nam ad Domitiani tempora refert Gorius) celebratum natalem Auguſti vix credibile. quare potius ad Auguſti tempora referri poſſet, ſub quo forte Torquatus Aſprenas. & L. Sergius Paullus conſules ſuffecti fuerunt. Torquatus certe A. V. C. 747. inter ſuffectos memoratur apud Grut. CLXXXVII. 10. qui an ſit ille Torquatus Aſprenas Suetonio in Aug. cap. XLIII. & LVI. memoratus, neſcio, quia cognomen deeſt. alterum etiam lapidem, ubi IX. Kal. Octob. natalis Auguſti celebratur a Fratribus Arvalibus, & eorum Magiſtro L. Vitellio, bove mare mactato, profert Gorius in Donianis pag. 348. qui & ad Inſcr. Florentinas pag. 319. de natali late diſputat. BURM.

5. *Ad Capita bubula:*] Invenias, qui partem urbis, ubi natus Auguſtus, *Lautas Carinas*, nominatam ſcribant. vid. Servium ad libr. VIII. CASAUB. Obſervat h. l. Caſaubonus ex Servio partem urbis, ubi natus Auguſtus, *Lautas carinas* fuiſſe nominatas, vel in honorem Auguſti iſthic nati: vel propter elegantiam aedificiorum. Erant autem *carinae* aedificia facta in carinarum modum, circa templum Telluris. BERNECC. Vid. Feſt. in *Lautulae. Bibula* Copeſianus. Servius vero ad lib. VIII. Aen. 361. non dicit Auguſtum natum, ſed nutritum in lautis carinis, natum vero curiis veteribus. BURM.

Ubi nunc ſacrarium habetur,] Lego, ut in duobus MSS. *ſacrarium habet.* Eſt autem *Sacrarium* Servio, in illud Virgilii XII. 199. *duri ſacraria Ditis*, & Iſidoro, non ipſe locus ſacer, ſed in quo res ſacrae deponuntur. quod (ut inquit Ulpian. leg. IX. de rerum diviſ.) etiam in aedificio privato eſſe poteſt. Atque adeo Interdictum, *Ne quid in loco ſacro fiat*; id ſacrario non competit. Sueton. tamen pro ſacello, uti videtur, ut non ſemel Cicero. TORR. *Habetur* Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. & omnes fere praeter Bonon.

C. Lectorius,] Liber Vatican. & unus e noſtris *Laetorius*. Eſtque Laetoria gens conſularis. Cognomen Plancianus, (nummi veteres) & Mergus, apud Val. Maximum lib. VI. cap. I. TORR. *C. Lectorius* duo e noſtris, nam tertius, hoc eſt numero ſecundus, repraeſentavit tantum *La*.. & poſt inter-

graviore adulterii poena, praeter aetatem atque natales, hoc quoque patribus conscriptis adlegaret, se esse possessorem, ac velut aedituum soli, quod primum D. Augustus nascens adtigisset: peteretque donari, quasi proprio suo, ac peculiari Deo: decretum est ut ea pars domus consecraretur. Nutrimentorum ejus ostenditur adhuc locus in avito suburbano, juxta Velitras, permodicus, & cellae penuariae instar: tenetque vicinitatem opinio, tamquam & natus ibi sit. Huc introire nisi necessario & caste, religio est: concepta opinione veteri, quasi temere adeuntibus horror quidam & metus objiciatur: sed & mox confirmata est. Nam cum possessor villae novus, seu forte, seu tentandi caussa cubitum se eo contulisset: evenit,

terstitium quatuor literarum vacuum *ortus*, ut forsan non absurdum fuerit, putare scriptum prius *Laetorius*, uti exstat in aliorum membranis. GRUT. *C. Laetorius* Codd. Memm. & Cujac.

Patricii generis,] *Patricio genere* Ed. Rom. nec male. ita Caes. I. *Cossutia*, *familia equestri*. utrumque vero dici solet. sic & Tit. 9. *duo patricii generis*. BURM.

In deprecanda graviore adulterii poena,] Quam poenam deprecetur, nemo potest divinare: quia non omnis adulterii eadem poena. hoc quale fuerit, nescimus. CASAUB.

Praeter aetatem] Haec adlegatio non admittebatur lege Julia. Papinianus l. 36. ff. ad L. Jul. de adult. *Si minor annis adulterium commiserit, lege Julia tenetur: quoniam tale crimen post pubertatem incipit*. CASAUB.

Se esse] *Esse se* Codd. Copes. Cujac. Ed. Steph.

Aedituum soli] Vid. Jac. Gron. ad fragm. Stephani de Dodone p. 24.

Nascens attigisset:] Apud veteres infans recens natus nuda in terra sistebatur, invocata Ope, ut eum placidae terrae sinu excipiens adjuvaret. Unde & Levana, Deae nomen, quae levandis de terra pueris praeerat. quod ex Augustino & Macrobio Beroaldus hic annotavit. Similis Suetonii locus Ner. cap. VI. Papin. Silvar. lib. I. Silv. III. 109.

- - - *tellure cadentem*

Excepi, fovique sinu.

Plinius quoque prooemio lib. VII. *Natura hominem nudum, & in nuda humo natali die abjicit ad vagitus statim & ploratum*. Sed omnium pulcherrime in libris sacratis Sapiens cap. VII. vs. 3. TORR.

Ut ea pars domus consecraretur.] Hoc forsan exemplo Domitianus domum, in qua natus fuit, in templum Flaviae gentis convertit. Hic honos in Principibus hoc minus censendus est invidiosus, cum fuerit pridem ante eos privatis quoque concessus. Timoleon enim ille Corinthius, qui Dionysii regnum evertit in Sicilia, paternam domum in templi usum convertit, ut scribit in ejus vita Plutarchus. BERNECC. *Ea parte* Cod. Periz., & hoc si pluribus codicibus firmaretur, non adspernarer. vid. Cl. Drak. ad Livii IV. 9. BURM.

6. *Juxta Velitras*,] In vetustis schollis Horatii Epist. I. 11. 30. legere memini, Augustum *Ulubris* nutritum: quod si certum esset, *Ulubras* hic foret legendum. Sed illi Scholiastae fidem arbitrari non ausim. CASAUB.

Cellae pennariae] *Penuriae* Exc. Cujac. (ubi notabatur alios habere *parvulae*) Ed. Venet. pr. *Penariae* Venetae reliquae & Junt. & ita editur apud Cicer. II. Verr. 2. *Cato cellam penariam reipub. nostrae Siciliam nominavit.* in libello de Senect. XVI. variant, ut hic, codices. Varro de L. L. p. 38. *penariam* vocat & alii, quos habet Dausq. in Orthog. p. 236. BURM.

Vicinitatem] *Civitatem* Harlem. Periz. Edd. Rom. Bonon. Venet. tres, Paris. Apud Curt. V. I. 43. legitur, *praetores qui regioni Babyloniae & civitati praeessent*. ubi in MS. est *regionibus*. sed forte scripsit, *regioni B. & vicinitati praeessent*: alii codices, *Babyloniae ac Ciliciae*. *tenetque in civitate* Ed. Venet. pr. BURM.

Nisi necessario] Palatin. pr. & sec. voce auctiores, *non nisi necessario*. GRUT. *Nisi & necessario* Periz. Ed. Rom. *non nisi necessario* Copes.

Objiciatur] *Adjiciatur* in marg. Edd. Basil. Colin. Gryph. Ed. aliarum. sed nusquam reperi.

Sed & mox] *Et* deest Edd. Bonon. & Venetis. forte, *sed ea mox*.

Cubitum se eo contulisset] Nefas fuisse cubare in templo vestibus exutis, jucunda exemplo-

nit, ut post paucissimas noctis horas exturbatus inde subita vi, & incerta, paene 7 semiaminis cum strato simul ante fores inveniretur. Infanti cognomen THURINO inditum est, in memoriam majorum originis: vel quod in regione Thurina, recens eo nato, pater Octavius adversus fugitivos prospere rem gesserat. Thurinum co-

plorum copia monstravi in suspicionum libellis. Grut.

Subita vi & incerta] In una Venet, reperi *subitaque & incerta*. Heinsio displicebat illa *incerta vis*, & malebat. *subita vi ei ingesta:* vel, *subita vi coorta*. Sed *incerta vis*, est cujus auctor non cernitur, & ignoratur, ut *incertus rumor* Vitell. XVI. *fama*, & similia, cui opponitur *satis certa probatio* mox. & ita explicat illa Sallustii Jug. XLIX. *neque plane occultati humilitate arborum, & tamen incerti quinam essent*, Cortius. & ita cape *incertum partum*, apud Lucret. I. 165. ubi cum *incerto pastu* suo valeat nuperus editor. sensus Lucretii est, & fera & mansueta animalia fore incertae originis, nec in genere suo perseveratura, si de nihilo omnia, non de semine priorum generarentur. Genus ferarum *incerto partu* est usitatissima locutio. nec quia sequuntur *Culta & Deserta*, ideo somniandum est de *pastu*, quum sit tantum Poëtica periphrasis ferarum & mitium bestiarum, quam ignorare non debebant hujus Poëtae interpretes, qui se magis ad corrigendos & interpretandos Poëtas, quam legendos & meditandos, paratos fuisse ostenderunt, & ideo nihil fere operae pretii fecerunt. *paene* abest Harlem. Burm.

7. *Cognomen Thurino*] Fuit olim Thurium inter duos amnes, Crathim & Sibarim, si Plinio credimus. Cujus memoriam servant plurima, quae adhuc exstant, numismata vetera ΘΟΥΡΙΩΝ A Dione tamen initio lib. XLV. C. Octavius Caepias ante adoptionem cognominatur. Torr. Fuit & Caepias Octavio cognomen: ita enim Dio tradit, & ex eo Xiphilinus ac Zonaras, cujus verba ex Dione sunt emendanda. Casaub. Hujus cognominis indicium se reperisse in nummo Caligulae, cujus aversa pars habet *Aurelii Thurini*, credit Tristan. T. I. Comm. p. 178. quem filium liberti Augusti fuisse putat, & ideo hoc cognomen sumsisse. sed unde nomen Aurelii? certe Pater ejus vel *Octavius*, vel *Julius Thurinus* debuisset vocari. Burm.

Majorum originis] Hoc est, quod proavum ei ex pago Thurino exprobrabat Antonius sup. cap. II. Torr. Atqui majores Octavii e pago Thurino originem non habuerunt: etsi quidam illorum ibi consedere. Casaub. Alteram harum vocum, *majorum originis*, adjectam pro interpretatione existimat Casaubonus. Sin retinemus *majorum originis*, hoc non ita est accipiendum, quasi majores Augusti e pago Thurino habuissent originem (non enim habuerunt: etsi quidam illorum ibi consedere) sed quod Augustus ipsea talibus majoribus. Proavum enim ei ex pago Thurino exprobravit Antonius supra cap. 2. Codex tamen Alvari Nonii, quo olim Pulmannus usus: *in memoriam originis, quod regione*. Bernecc. *Majoris* Ed. Rom. sed potuit duplex ille genitivus fecisse librario difficultatem. vid. inf. cap. XIX. & Gram. VIII. & notas ad Oth. IV. Burm.

Vel quod] *Quod vel* Copes.

Quod in regione Thurina, recens eo nato, pater Octavius adversus fugitivos rem prospere gesserat.] Thurinum agrum bello Spartacio valde a fugitivis fuisse vexatum ipsamque urbem captam, auctor est Appianus lib. I. Ἐμφυλίων. Horum reliquias ab Octavio ὁδοῦ πάρεργον fuisse deletas, cum in Macedoniam ex praetura iret, dixit ante Suetonius. eo tempore Octavius F. annum agebat tertium. Caute igitur accipe verbum *recens*. simul observa: Nominalibus non fuisse imposita cognomina, sed postea ex occasione captatum omen aut decus. Casaub. *In* deest Mem. ut modo *regione Palatii*. vid. ad Caes. XXXIX. Burm.

Prospere rem gesserat.] Sic & Pollionis filius, de quo Ecloga Virgilii, Saloninus vocatus fuit, ob captas a patre, cum is ei filius nasceretur, in Dalmatia Salonas. Servius Bucolicis. Torr. *Prospere rem gesserat* Periz. Harle. Edd. Rom. & omnes veteres. mutavit ordinem verborum Casaubonus. Forte quia Tib. XIX. *re prospere gesta* legebatur. vel metu ne ob syllabam ultimam in *prospere*, *re* vel *rem* excideret, ut factum fuisse docet Gronov. ad Liv. XXV. 2. & Heins. ad Vellej. II. 102. Excerpta tamen Cujacii *rem prospere*. Burm.

Pue-

cognominatum, satis certa probatione tradiderim, nactus puerilem imagunculam ejus aeream veterem, ferreis ac paene jam exolescentibus literis, hoc nomine inscriptam: quae dono a me Principi data inter cubiculares colitur. Sed & a M. Anto-

Puerilem imagunculam] Liber unus *icunculam*. ut Ner. cap. LVI. *puellarem icunculam*. TORR.

Ferreis literis,] Quas in icuncula aerea ferreas dicat litteras, non satis intelligo. Beroaldus *ferrugineis* legit, pro ferrugine obductis. Atqui *aerugineis* potius dixisset. Vereor, ut mendum sit. Nisi ferreas fortassis litteras vocat, quae ferro insculptae in aes fuerint, aut e ferro quidem factae, sed appositae in aes fuerint, ante e ferro quidem factae, sed appositae tantum, non etiam insculptae imagini. quod verius est. Quanquam hoc ipsum *insculpere* vocat Cicero Verrina IV. 43. *Signum Apollinis pulcherrimum, cujus in femine litterulis minutis argenteis nomen Myronis erat insculptum.* Solebant autem veteres litteras in marmore, aut aere primum scalptas auro saepe, vel argento opplere, quemadmodum & oculos, inde imaginibus immittere. TORR. Hujusmodi imagunculatum reliquiae, quas nobis videre permultas contigit, admonet, ut hic legamus, *ferrugineis, ac jam prope exolescentibus literis*. URSIN. Turbant Interpretes istae *ferreae litterae* in aere inscriptae: deinde alius aliter aut corrigit aut exponit. mihi hoc magis mirum non videtur, quam quod Dio libro XLIV. narrat, decretum in Caesaris honorem factum litteris aureis in pilam argenteam fuisse inscriptum. Τὰ δόγματα, ait, τὰ περὶ τούτων χρηματίσματα ἐς στήλας ἀργυρᾶς χρυσοῖς γράμμασιν ἐνέγραψαν. Seneca epist. V. *Non habeamus argentum, in quod solidi auri caelatura descenderit.* Petronius cap. XXXII. *Habebat etiam in minimo digito sinistrae manus annulum grandem subauratum; extremo vero articulo digiti sequentis minorem, ut mihi videtur, totum aureum, sed plane ferreis veluti stellis ferruminatum.* Observo Graecos hanc artem τέχνην ἐμπαιστικὴν nominasse. Athenaeus libro XI. cap. 12. in fabrica Nestorei poculi: Οἱ μὲν οὖν λέγουσιν ἔξωθεν δεῖν ἐμπεπάσθαι τοὺς χρυσοῦς ἥλους τῷ ἀργυρῷ ἐκπώματι κατὰ τὴν ἐμπαιστικὴν τέχνην. Sic legi debet ille locus ex MSS. & Eustathio. Idem lib. XII. Σκυφωτόν τι ἐπεποίητο χρυσοῖς ἥλοις ἐμπεπαισμένον. Etiam lib. superiore meminit Idem poculi, ut videtur argentei, ἥλοις πολλοῖς χρυσοῖς ἐνθέτου χρυσῷ, χρυσοῦ ἐμπεπασμένου, & aliorum similis artificii. Non existimo autem in hujus artis operibus caelaturam auream, quae in argentum descendebat, fuisse exemptilem. Quare non assentior viro docto, qui superiorem Senecae locum de emblematis interpretatur. Nam *emblemata*, ut e M. Tullii Verrinis scimus, evelli poterant e vasis, quibus illigata prius fuerant, & aliis includi. quod in literis ejus imagunculae, quam commemoret Suetonius, non magis fieri poterat, quam caelaturae aureae in iis operibus, quae hodie vocamus Damascena. CASAUB. Τὸ *ferreis* delendum videtur. GUJET. Vid. ad Petron. d. l.

Principi] Hadriano, cui epistolarum magister Suetonius. TORR.

Inter cubiculares colitur.] Imagines dedicatas soliti habere veteres in variis aedium partibus: suorum quidem majorum, ut notum est, in atrio, hoc est, celeberrimo aedium loco & maxime conspicuo, quem vocat Polyb. in sexta τὸν ἐπιφανέστατον τῆς οἰκίας τόπον. Eorum vero, quas amarent, in cubiculo. Suetonius in Caligula cap. VII. de Germanici liberis: *Duo infantes adhuc rapti, unus jam puerascens insigni festivitate: cujus effigiem Augustus in cubiculo suo positam, quotiescunque introiret, exosculabatur.* Plin. lib. XXX. cap. 2. *Iidem & vultus Epicuri per cubicula gestant ac circumferunt.* At viri docti in bibliothecis, non in cubiculis, dedicatas habebant veterum auctorum imagines, ut ex Cicerone, Plinio, Juvenale, aliisque constat. Colebantur autem in cubiculo illae imagines una cum laribus: eorum custodiae apponi solitus puer. Suetonius in Domitiano cap. XVII. *Puer curae larium cubiculi ex consuetudine assistens interfuit caedi.* Meminit & Macrobius ejusdem ministerii sub finem lib. I. Saturnal. Fuerunt inter cubiculares imagines & eorum numinum simulacra dedicata, quae tori genialis curam habere existimabantur. Augustinus de Civitate Dei lib. VI. cap. IX. *Parcatur humanae verecundiae: peragat caetera concupiscentiae carnis & sanguinis procurato secreto pudoris. Quid impletur cubiculum turba numinum, quando & paranymphi inde discedunt?* De his sentit Plin. lib. XV. cap. XI. *Omnia jam* (in-

Antonio in epistolis per contumeliam saepe Thurinus adpellatur: & ipse nihil amplius, quam mirari se rescribit, pro opprobrio nomen prius sibi objici. Postea C. CAESARIS, & deinde AUGUSTI cognomen adsumsit: alterum, testamento majoris avunculi: alterum, Munatii Planci sententia: quum quibusdam censentibus, Ro-

(intellige mala cotonea & struthea) *& virorum salutatoriis cubilibus inclusa, simulacris noctium consciis imposita.* Posterioribus Imperatoribus peculiaris mos fuit, ut in cubiculo ipsorum Fortuna esset aurea, quam morituri ad eum transmittebant, qui sibi esset successurus. Vide Capitolinum in Antonino Pio, & Marco Antonino Philosopho: item Spartianum in Severo. Alludebat Marcellinus ad hunc morem, cum recensens omnia, quae Valentiniani obitum praecesserunt, ita scriberet XXX. 21.: *Nocte, quam lux ereptura eum vitae secuta est, ut per quietem solet, videbat conjugem suam absentem sedere passis capillis, amictu squalenti contectam: quam aestimari dabatur Fortunam ejus esse, cum tetro habitu jam discessuram.* Hic mos non videtur antiquior quam ignis praelatio, cujus mentio in eorundem Principium historia tantum: nam Domitianus quidem Minervae, non Fortunae simulacrum in cubiculo habuit. Videtur & signum Minervae, quod Cicero urbem relinquens in Capitolio consecravit, quodque diu ante domi suae coluisse ait, in cubiculo ejus positum prius fuisse. Atque hac sunt, quas vocat Suetonius *cubiculares imagines.* Ad quam similitudinem solita alia quoque in cubiculis dedicari. Tacit. lib. XV. Annal. LV. de Scevino conjurationis in Neronem reo: *Is raptus per milites, & defensionem orsus, Ferrum cujus argueretur, olim religione patria cultum & in cubiculo habitum, ac fraude liberti subreptum, respondit.* Suetonius in Nerone XXV. *Sacras coronas in cubili circum lectos posuit.* CASAUB. Valde avet Vir magnus legere, *Inter cubiculi lares.* Sic Domitiano cap. XVII. *Puer curae larium cubiculi ex consuetudine adsistens.* SCRIVER. Lipsus ita conjecit.

Pro opprobrio nomen prius objici.] Nomen *prius* est nomen sive cognomen, quod infans habuerat; pridem autem habere desierat. Clara mens Augusti ex superioribus Suetonii verbis: certa etiam lectionis hujus fides, consentientibus omnibus libris. quod ideo dico, ne quis doctissimo viro mutanti vocem *prius* in *posterius* putet esse assentiendum. Nae tu. Vir eruditissime, ὑμόφρονες, εὖ ἔτυχες. CASAUB. *Sibi nomen prius* Copet. *prius sibi nomen* Periz. Harlem. Edd. Rom. veteres fere omnes: sed in Basil. & Plantinian. vulgato ordine apparent.

Postea C. CAESARIS,] Legebam C. JULII CAESARIS. videbatur enim sine ratione omissum nomen praecipuum: sed cum hic de cognominibus Octavii tantum agat, locum ea vox non habet. Sed nec praenomen C. ferri potest. Scribe igitur, *postea* CAESARIS. liquet clare ex sequentibus verbis. Memmianus tamen ita: *postea Gaji Caesaris.* CASAUB. Injuria haec tentari a Casaubono ostendit Cl. Perizon. ad Valer. M. V. X. Ext. 1. nam *Caesar* fuit cognomen Dictatoris, quod etiam Octavius admisit: & Lipsius delebat praenomen C. ceterum Broukhusius notaverat haec satis crasse exscripta a Servio ad Virg. III. Georg. 27. & I. Aeneid. 296. BURM.

Deinde AUGUSTI *cognomen assumsit:*] Idibus Januarii anno DCCXVII. se VII. & M. Vipsanio Agrippa III. coss. Sic Ovidius primo Fastorum. Censorinus ait, *ex ante diem decimum sextum Kal. Febr.* Lapis qui Narbone est, ait Augustum auspicatum esse imperium VII. IDUS JANUARIAS. Orosius, VIII. Idus Jan. & triplici triumpho urbem esse ingressum & primum tunc AUGUSTUM esse salutatum, & orbis imperium suscepisse. CASAUB. Pal. pr. *demum Augusti.* GRUT.

Majoris Avunculi] Alibi simpliciter *avunculum* vocat, ut cap. VIII. X. LXVIII. erat enim matris avunculus. JCtis & avi, aut aviae *avunculos, majores* vocari docet Casaub. ad Pers. VI. Sat. 60. in Claud. IV. Augustus dicitur *avunculus major* Claudii: *major* enim saepe pro *magnus* ponitur, ut hic, ne sibi obloqui videatur: nam in Caes. cap LXXXIII. vocat *sororis nepotem.* vid. Schott. ad Aur. Victor. Caesar. c. 1. BURM.

Munacii] *Minancii*, & in marg. *Mimatii* Copes.

Quibusdam censentibus,] Imo gestiente Octavio sic nominari. vide Dionem. CASAUB.

Quasi

Romulum adpellari oportere, quasi & ipsum conditorem urbis, praevaluisset, ut Augustus potius vocaretur, non tantum novo, sed etiam ampliore cognomine: quod loca quoque religiosa, & in quibus augurato quid consecratur, augusta dicantur, ab auctu, vel ab avium gestu gustuve, sicut etiam Ennius docet scribens:

Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.

8 Quadrimus, patrem amisit: duodecimum annum agens, aviam Juliam defunctam pro concione laudavit. Quadriennio post virili toga sumta, militaribus donis triumpho Caesaris Africano donatus est, quamquam expers belli propter aetatem. Profectum mox avunculum in Hispanias, adversus Cn. Pompeji liberos, vix tum sir-

Quasi & ipsum conditorem urbis,] Sic Calig. cap. XVI. *Decretum, ut dies, quo cepisset imperium, Palilia vocaretur, velut argumentum rursus conditae Urbis.* TORR.

Praevaluisset] *Praevaluisse* Memm. Copes.

Ut Augustus] *Augusti* Harlem.

Non tantum novo] *Non cum novo* Memm. Harlem. Edd. Venet. tres. *non solum* Cujac. *non autem* Copes. qui & *ampliori*. *Ampliore, quod loca* Ed. Rom. ejecta voce *cognomine*.

Ab auctu,] Vel ominis boni gratia, vel ut ait Dio: ὡς καὶ πλεῖόν τι, ἢ κατὰ ἀνθρώπους ὤν. nam augere verbum erat sacrorum. infra hoc libro, *augeri hostias jussit*. in dedicatione arae Narbonensis: SI QUIS HUIC ARAE DONUM DARE AUGEREQUE VOLET LICETO. inde *mactus*, *magmen*, *magmentum*. CASAUB.

Ab avium gestu gustuve,] Gestum de tripudio solistimo intellige; gustum vero, quod aves pastae ratum faciebant. Unde ineuntibus magistratum dici solitum Pedianus refert, *Aves pascunt*. Vide Festum in *Augustus locus*. Noti etiam Ovidii versus:

Sancta vocant Augusta patres, Augusta vocantur
Templa, sacerdotum rite dicata manu.

Versus autem Ennianus, qui mox sequitur, refertur etiam a Varrone lib. III. de Re Rustic. TORR. Festus, *gustatuve*. quod malim. Docti viri gestum avium ad trepudium solistimum referunt, sed meo judicio, non bene: nam ad augurium ex avium volatu referri debet. Non enim volatum tantum observabant, sed & quomodo se gererent in volando. Inde illa avium divisio in disciplina augurali, alias auspicium facere ore: alias ore & alis: alias volatu & alis. CASAUB. *Ab auctu* &c. *gustuve*. Haec spuria videntur & insititia. GUJET. Festus *augustum locum* dictum notat *vel ab avium gestu, vel ab avium gustatu, quia aves pastae id ratum fecere.* Ex quo loco etiam hic rescribendum *gustatuve* vult Casaubonus. non necessario. nam quod *gustus* idem cum *gustatu* sit, exemplis ostendit Salmasius ad Tertull. pallium pag. 241. BERNEC. *Gustu gestuve*, Ed. Rom.

Augusto augurio]

Septingentei sunt paulo plus aut minus anni,
Augusto augurio postquam inclyta condita Roma. CASAUB.

Hic locus Ennii minime probat, quod volebat Suetonius; loca nim. *augusta* dici, sed ipsum *Augurium Augustum* dictum ab Ennio. atqui hoc non volebat Tranquillus, quare facile accederem sententiae Isaaci Vossii, qui legebat *Augusta*, sc. Roma, nisi cohiberent me duo epitheta *Augusta* & *inclyta* Romae hic adscripta, licet hoc saepe factum a Poëtis non ignoremus. Ceterum *loca Augusta* Ovid. I. Trist. I. 71. dicuntur, & Samothrace *Augusta* Pomp. Melae III. 5. alibi. BURM.

Duodecimum] refutavit viros doctos, qui legunt *decimum*, Noris. ad Cenot. Pisan. II. Diss. cap. 3. & Gronov. ad Tacit. XII. Ann. 41. & Dodwel. Ann. Quinctil. §. 11. ex ipso Quinctil XII. 6. BURM.

Agens] Eaedem membranae *habens*. GRUT.

Aviam Juliam defunctam] Deerant Copes. sed in margine repositum *Aviam Juliam*, deficiente *defunctam*.

Quadriennio post] Anno igitur XVI. virilem togam sumsit, ut M. Aurelius Antoninus, si Spartiano credimus, XV. Jurisconsulti nostri annis decem & septem finiri pueritiam scribunt. Quos qui non compleverit, postulare eum prohibet praetor, moderatam hanc aetatem esse ratus ad procedendum in publicum. l. I. de postulando. TORR.

Profectum] *Perfectum* Copes.

firmus a gravi valetudine, per infestas hostibus vias, paucissimis comitibus, naufragio etiam facto, subsecutus, magno opere demeruit, adprobata cito etiam morum indole super itineris industriam. Caesare post receptas Hispanias expeditionem in Dacos, & inde in Parthos, destinante, praemissus Apolloniam, studiis vacavit. Utque primum occisum eum, heredemque se comperit, diu cunctatus, an proximas legiones imploraret, id quidem consilium ut praeceps immaturumque omisit: ceterum, urbe repetita, hereditatem adiit, dubitante matre, vitrico vero Marcio Philippo consulari multum dissuadente. Atque ab eo tempore exercitibus comparatis, primum cum M. Antonio, Marcoque Lepido, dein tantum cum Antonio per duodecim fere annos, novissime per quatuor & quadraginta 9 solus Rempublicam tenuit. Proposita vitae ejus velut summa, partes singulatim,

neque

Vix tum] Videtur legendum *vix dum firmus*. URSIN. *Vix tum* omnes scripti & editi veteres, usque ad Casaub. Sciver. & Raphel. ubi *vix dum*, quos priore editione Graevius secutus, postea mutavit: vid. ad Caes. VII. & inf. LXII. Tib. XLIV. *vix tamen* Cod. Harlem. BURM.

Hostibus] *Hosti* Copes. *infectas* Venet. tertia.

Industriam] Pal. pr. & sec. *industriâ*. GRUT. Male *solertiam* explicat Sabell. cum sit diligentia, celeritas. Cic. I. Verr. 6. *industriam meam celeritas reditus declarat*. BURM.

In Dacos & inde in Parthos.] Libri duo *in Parthos, & inde in Dacos*, sed male. Sup. Caes. cap. XLIV. TORR. *In* deest ante *Parthos* in Memm. vid. Caes. XXXV. dein *Spanias*. Memm. sed cur non ita aliis in locis? *perceptas* etiam Ed. Rom.

Apolloniam,] Eam, quae in Macedonia ad mare Ionium erat, intellige. Quam Strabo optimis olim legibus institutam fuisse scribit. Ut mirum non sit, Augustum studiorum illic caussa haesisse. Vide inf. cap. LXXXIX. TORR. *Apolonia* Harlem. a. m. s.

8. *Diu cunctatus, an proximas legiones imploraret*] Vellejus. II. 59. *Cui ut est nunciatum de caede avunculi, cum protinus ex legionibus centuriones suam suorumque militum operam ei pollicerentur, neque eam spernendam Salvidienus & Agrippa dicerent.* &c. CASAUB.

Id consilium ut praeceps immaturumque omisit.] Plautus *incoctum* simili translatione:

Ecce re autem, capite nutat: non placet, quod ropperit:

Quicquid est, incoctum non expromit, bene coctum dabit. CASAUB.

Urbe repetita hereditatem adiit.] Quam tamen Brundisii jam creverat, & nomen Caesaris usurpare coeperat. Dio & Appianus. vide Ciceronem ad Att. lib. XIV. epist. XII. CASAUB.

Dubitante matre] Cui persecutionem conspiratorum dissuadenti appositissime respondit versu Homerico:

Αὐτίκα τεθναίην, ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἑταίρῳ
Κτεινομένῳ ἐπαμῦναι. CASAUB.

Vitrico] *Victrico* Periz. Cod. Venetae Edd. Lug. Junt. Ald. Steph. Basil. & aliae plures; quae & *Martio* vitiose. *Marco* Gryph. & al. in margine, & Graev. in minore Editione. BURM.

Marcio Philippo] Vide Ciceronem ad Atticum lib. XIV. epist. XII. TORR. Dissuasisse etiam testatur Cicero XIV. ad Att. 12. *Nobiscum hic perhonorifice & amice Octavius, quem quidem sui Caesarem salutabant: Philippus non. itaque ne nos quidem.* tamen non diu post ita salutarunt. vid. Philip. III. cap. 2. & passim. v. 16. BROUKH.

Dein] *Deinde* Harl. Periz. Ed. Venet. & omnes fere antiquae usque ad Gryph, & Plant. *demum* Ed. Rom.

Cum Antonio per duodecim fere annos.] Tribus demptis mensibus: ex a. d. quintum Kal. Decemb. A U. C. DCCXI. ad a.d. III. Non. Sept. anni D:CCXXII. CASAUB.

Velut summ1, partes sigillatim] *Sum na parte, sig.* Cod. Harle. Edd. tres Venetae. Lugd. Junt. Ald. *singulatim* Memm. Copes. Basil. Gryph. ego ex origine vocis & ratione, semper *singulatim* scribendum puto. vid. Lang. ad Cicer. II. Phil. 36. & ita in Lapide apud Gruter. MXCVII. 2. Aldus, Gryphii & alii mira inconstantia, *sigillatim*, *singillatim* & *singulatim* variis in locis ediderunt. BURM.

Neque per tempora, sed per species.] Vellejus Paterculus lib. I. 14. *Facilius cujusque rei in unum contracta species, quam divisa temporibus, oculis animisque inhaeret.* CASAUB. *Exequi per tempora*, est juxta seriem temporis narrare alicujus res, ut quaeque hoc vel illo an-

no

neque per tempora, sed per species, exsequar: quo distinctius demonstrari cognoscique possint. Bella civilia quinque gessit: Mutinense, Philippense, Perusinum, Siculum, Actiacum. Ex quibus primum ac novissimum adversus M. Antonium: secundum adversum Brutum & Cassium: tertium adversum L. Antonium Triumviri fratrem: quartum adversus Sex. Pompejum, Cn. filium. Omnium bellorum initium 10 & caussam hinc sumsit, nihil convenientius ducens quam necem avunculi vindicare, tuerique acta, confestim, ut Apollonia rediit, Brutum Cassiumque, & vi nec opinantes, & quia provisum periculum subtersugerant, legibus adgredi, reosque cae-

no sunt gestae. *Per species exequi*, est secundum actiones & genera, statum ac conditionem vitae. Sic cum narramus, quae quis publice, quae privatim; quae fortiter, quae moderate; quae serio, quae jocose egerit, non observato ordine annorum, hoc est, *per species exequi*. Vell. Paterc. I. 14. *Felicius cujusque rei in unum contracta species, quam divisa temporibus, oculis animoque inhaeret*. A. BUCHNERUS.

Possint] *Possit* Cod. Copes.

Ex quibus] *E quibus* Memm.

Adversum Brutum] *Adversus*, & mox *adversus L. Ant.* Memm. Harlem. Periz. Ed. Rom. & secundo loco Venet. pr.

Sex Pompejum, Cn. Pompeji filium.] Melius duo MSS. *Sex. Pompejum, Cn. filium.* TORR. *Cn. Pompeji filium* Periz. Harlem. Edd. Roman. Venet. tres, Basil. & omnes fere antiquae usque ad Casaub.

Sumsit] *Assumsit* Periz. Edd. Rom. Venet. tres, & omnes antiquiores praeter Steph. Basil. Colin. Gryph. & recentiores. *Hic assumsit* Harlem. *sumere exordia* illustrat Heins. ad Claud. II. Rapt. 266. v. ad Caes. LX. primam causam, vindictam necis, celebrat Ovid. III. Fast. 709.

Hoc opus, haec pietas, haec prima elementa fuerunt
Caesaris, ulcisci justa per arma patrem.

alteram, *tueri acta* Cicer. X. Phil. 8. BURM.

Nihil convenientius] Paullus JC. l. XXI. ff. de his quae ut indig. *Omnes heredes, vel eos, qui loco heredum sunt, officiose agere circa defuncti vindictam convenit.* Vide in Dig. & Cod. de his quae ut ind. CASAUB.

Tuerique acta,] Pleraeque editiones veteres hic distinguunt, & novum caput a *Confestim*, vel novam periodum incipiunt. Stephanus sublata distinctione minori edidit, *tuerique acta, confestim &c. aggredi reosque &c.* quem sequutus Gronovius, & probo. BURM.

Etiam nec opinantes,] Libri duo *& nec opinantes*, unus *& vi nec opinantes, & quia provisum*, &c. ut sensus sit, primum vi eos opprimere, sed quia id veriti Urbe discesserant, etiam judicio aggredi statuisse, quam lectionem sequor. TORR. *Et vi nec opinantes*; Ita quoque omnino Pal. pr. nam reliqui duo, *Brutum Cassiumque etiam nec opinantes, & quia.* quomodo antea eusi. GRUT. *Etiam nec* Periz. Harlem. Venetae tres, & omnes priscae. usque ad Casaubon. Ed. vero Roman. *Brutum & Cassium nec opinantes.* Torrentius in notis *& vi* primus probavit, & inde reliqui, & in primis Gudius ad Phaedr. I. Fab. II. BURM.

Et quia praevisum periculum subtersugerant,] Non hoc dicit, Brutum & Cassium veritos Octavium, urbe discessisse: nam Romam ante deseruerant metu Antonii. puto igitur Octavium per milites Caesarianos insidias struxisse illorum vitae, quo tempore Antii erant; & per Italiam vagi errabant, ut ex epistolis Ciceronis apparet. CASAUB.

Provisum] Ita Memm. Edd. Venet. pr. Lugd. Steph. sed reliquae fereomnes *praevisum*, qualis & variatio infra cap. XXVIII. & in Tib. cap. XIV. & centum aliis in locis, incertos fere interpretes facit, utrum verbum praeferant. ego, licet utrumque defendi posset, magis inclino in *provisum*, propter ea, quae adducunt Was. ad Sall. Jug. LII. & Cortius, cui est cap. XLIX. & quia saepe cum *cavere*, *prospicere* conjungi solet hoc verbum. *praevidet* enim alius etiam, qui non cavet, sed qui futurum quid videt, & saepe praedicit; *providet*, qui simul sibi cavet, & subterfugit periculum. Unde & *providens* & *providentia*, de prudentibus, qui cavent ne futura noceant. vid. Gronov. ad Liv. XXV. 34. & XXXVI. 17. quem potuisset laudare Wassius, & magnum citatorum locorum numerum lucrifacere. facile enim est vel sexcenta hujus verbi exempla cumulare. BURM.

Legibus aggredi,] Lege Cornelia de sicariis, aut Julia de vi publica, aut Julia maje-

 sta-

caedis absentes deferre statuit. Ludos autem victoriae Caesaris, **non audentibus** facere quibus obtigerat id munus, ipse edidit. Et quo constantius cetera quoque exsequeretur, in locum Tribuni plebis forte demortui candidatum petitorem se osten-

statis. CASAUB. Heraldus I. de auctorit. rer. jud. 10. recte hunc locum explicat. Cum enim absentes, praesertim reip. causa, rei fieri jure recepto non poterant, legem tulit Augustus, qua isti juri derogaretur, liceretque in illos absentes quaestionibus agere. Nam jure communi indicta causa damnari absentem, injurium alioqui videri debebat. GOESIUS. Ad leges de sicariis & vi, aut majestatis hic interpretes respici putant. hoc ignoratio, *leges* de una lege poni, effecit. de qua ad Caes. XVIII. Recte ergo Bernegger. legem Pediam intelligit, qua damnatos noster, Nero. III. & Galb. III. & alii saepe dixerunt. hac vero lege contra jus commune absentes, etiam reipb. caussa in provincias profecti, rei poterant peragi. quod noster indicat addendo, *reosque caedis absentes deferre*, ad quae verba non attendisse videntur commentatores. hoc ergo ex lege Pedia obtinuit Octavianus. Primo ergo vi & nec opinantes opprimere voluerat, sed quia subterfugerant, nunc legibus adgredi statuit. & forte legendum, *sed quia pr. p. s. legibus adgredi*. BURM.

Ludos victoriae Caesaris,] Post devictum in Hispania Pompejum institutum fuisse scribit Dion lib. XLIII. ut Palilibus ludi in Circo, & sacra fierent, non quod is dies natalis Urbis erat, sed quod pridie ejus diei sub vesperam nuncius victoriae Caesaris Romam allatus fuisset. Hos ludos intelligit Sueton. Vide eundem Dionem initio lib. XLV. TORR. Matio curante. ipse Matius epistola ad Ciceronem lib. XI. 28. *At ludos, quos Caesaris victoriae Caesar adolescens fecit, curavi. At id ad privatum officium, non ad statum reipub. pertinebat.* Vir doctus refert ad Palilia, quibus celebrata ex SCto memoria Caesarianae victoriae de Pompeji liberis in Hispania victis: sed falli eum ex Ciceronis epistolis intelligimus. Dies Paliliorum fuit XI. Kal. Maj. Hos vero ludos adhuc parabat Matius XV. Kal. Jun. nec nisi aliquanto tempore post sunt editi: sed varios ludos in memoriam victoriarum fuisse celebratos docent Dionis aliquot loci, & Appianus, quoque Ἐμφυλίων lib. II. p. 494. *Decretum est*, inquit, θύειν τὴν πόλιν ἀνὰ ἅπαν ἔτος, ὡς αὐτῆς ἡμέρας ἐν ᾗ ἐνίκησεν οὔσης. CASAUB. *Ludos victoriae Caesaris* ita vocat, ut distinguat a *ludis victoriae* a Sulla, sed sine nomine institutis, de quibus egi ad Vellej. Pat. II. 47. ubi tamen non perspicue satis distinxi, *ludos victoriae Caesaris*, & *Ludos victoriae Caesaris Augusti*. de illis hic Casaub. & interpretes videndi, in primis Berneggerus, qui Casaubonum refutat. de his ego ad Vellejum. Cortius videtur capere *victoriae* in dativo casu. ad Cicer. VI. ad fam. I. vid. & ad XI. Epist. 21. sed puto rectius dici, *ludos victoriae*, id est pro victoria, ut Vesp. II. & *ludos partae victoriae* Neron. LIV. quam *ludos facere victoriae*, ut Deae cuidam. De iis ludis & Cicer. XV. ad Att. 2. BURM.

Non audentibus facere quibus obtigerat id munus] Dio lib. XLV. de ludis Veneris Genetricis, quos edidit Octavius mortuo avunculo: Καὶ μετὰ τοῦτο τὴν πανήγυριν τὴν ἐπὶ τῷ τῆς Ἀφροδίτης οἰκοδομῇ καθιερωθεῖσαν, ἣν ὑποσχόμενοί τινες ζῶντος ἔτι τοῦ Καίσαρος ποιήσειν, ἐν ὀλιγωρίᾳ, ὥσπερ καὶ τὴν τῶν Παριλίων ἱπποδρομίαν, ἐποιοῦντο, αὐτὸς τοῖς οἰκείοις τέλεσι διέθηκε. CASAUB.

In locum Tribuni plebis] Helvii Cinnae, de quo sup. Caes. LXXXV. Dion. TORR. Sic & Appianus loquitur: τοῦ δὲ δημάρχου τινὸς ἀποθανόντος, neuter videtur de Helvio Cinna intellexisse: nec potest, nisi fallor. CASAUB.

Candidatum petitorem] Nemo dubitet, quin dictio *petitorem* ex margine irrepserit. nam & libri MSS. alii alio eam loco ponunt. TORR. Sic Pithaei cod. Lissaei & quidam editi: Viterb. ac plerique alii *candidatum petitorum se ostendit*. Legebam *candidatus petitorem se ostendit*, Quod ait Suetonius *necdumsenator*, de eo vide ad cap. XL. CASAUB. *Candidatum se ostendit* Pal. sec. At pr. & tert. accedunt retro publicatis, in quibus amplius, *candidatum petitorem se ostendit*. Sed resipit manifestariam glossam. GRUT. Egregie asserit antiquam hujus loci lectionem, quae in novis editionibus exoleverat, GRONOVIUS lib. II. Observat. cap. 24. Mutandum nihil est. nam candidatus, ut ipsum ostendit ὄνομα, non in ambitione tantum, sed & in sacris, in officiis, in diebus solennibus, cultiore toga indutus. Quum vero sic appellatur, qui prensat, vocabulum per se adjectivum & infinitum intelligi

ostendit: quamquam patricius, nec dum senator. Sed adversante conatibus suis M. Antonio consule, quem vel praecipuum adjutorem speraverat: ac ne publicum qui-

ligi necessario vult τὸ *petitor*: etenim *candidatus* hac notione est petitor in toga candida: quod Suetonio placuit addere, ut aliis *Oceanum mare*: *Africam terram*, *biremem navem*, & *Gallos homines*. vide ibi plura. GRAEV. *Petitorem* deest Cujac. nec persuadent viri docti, ut non credam alterutrum a Glossatore profectum. nam *Candidatus* ex illo genere adjectivorum est, quod ita adsumsit substantivi naturam, ut consuetudine & usu semper pro eo habeatur. nec video ullum exemplum proferri, quo *candidatus petitor* possit confirmari. Ipse vero Gronovius in aliis scriptis profert exempla, ubi librarii duas voces, quarum una glossa videtur, cumulaverunt. sic apud Just. XIII. 1. *in annuo tributo vectigali*, ubi certe alterutra vox est abjicienda. & apud Livium lib. III. 62. quum in codicibus esset *consilio consultu Collegae*, priorem confodit vocem Gronovius. lib. XXXIX. 15. *forte temere*, ubi etiam alterutrum a Glossatore est. ut apud Quinctil. Inst. Orat. X. V. *plane manifeste*. & VIII. 21. *vix aegre*. vid. ad Declam. VI. 4. & saepe duplicem fuisse lectionem, & librarios duas voces textui saepe inseruisse, quia vel nolebant, vel non poterant eligere optimam. Vid. Periz. ad Val. M. VII. 11. Ex. 10. quae διλογογραφίαν vocat Salmas. ad Flor. III. XX. 3. vid. ibid. Cl. Duker. & quos laudat Cl. Drakenb. ad Sil. XI. 7. BURM.

Patricius necdum senator.] Innuere videtur Suetonius eum, qui senator non sit, nec tribunum plebis fieri posse. Quod falsum existimans Carolus Langius, duas illas dictiones *necdum Senator*, amovendas censuit. Et verum quidem est tribunos plebis olim, ne gesto quidem magistratu, nisi a censoribus legerentur, illico senatores factos fuisse, (tantum abest, ut non nisi ex senatoribus crearentur. Quare CN. Trebellium Tr. pl. narrat Livius lib. XLV. censorum petitioni, quia lectus in senatum non fuerat, intercessisse) sed hoc ante Atinium plebiscitum sic observabatur. post enim eo ipso quod tribunus quis erat, sine ullo censorum beneficio pro senatore habebatur. Idque significare videtur Gellius lib. XIV. 8. An vero postea id quoque cautum fuerit, ut alii quam senatores tribuni ne fierent, non facile dixerim. Sueton. sane non hoc tantum loco id affirmat, verum etiam capite XL. ut ibi videbimus. Quam ob causam, an Langio assentiar, adhuc deliberandum video. Cujus etiamsi vera esset opinio, verba illa *necdum senator*, nihilominus possent retineri; ut necdum senatorem vocet Augustum, qui adhuc per aetatem senator esse, aut in senatu sententiam dicere non posset, quod postea adhaerens optimatibus inter caetera praemia suffragante Cicerone consecutus est. Appian. certe lib. III. aetatem tantum ei obstitisse tradit, quo minus tribunus fieret. De hoc vero ritu post Syllae tempora non admittendi quemquam ad tribunatum plebis, qui senator ante non fuisset, plura Lipsius Elector. II. cap. XIII. ubi nostrae hic animadversionis non meminit. TORR. Confirmantur illaec contra Langium, qui posteriores duas amovendas putat, a Pall. nostris. Et omnino requiruntur. vid. Comm. Casauboni nostri. GROT. Nihil delendum apparet ex Cicer. V. Philip. 17. BROUKH.

Conatibus suis] Alii dicerent *ejus*. vid. inf. LI. Cal. XXIII. Gram. VII. & ad Phaedr. IV. Fab. X. 2. BURM.

Ac ne publicum quidem & translatitium ulla] Mirum est, quam hoc loco frustra luctati sint commentatores nostri, ac omnem moverint lapidem, ut huic loco mederentur: sed hercle absque codicis vetusti auxilio impossibile erat veritatem ipsam eruere. In codice Nervico ita legitur: *ac ne publicum quidem ac translaticium jus ulla in re sibi sine pactione gravissimae mercedis impartiente.* Quae lectio haud dubie vera est, eamque sequendam censeo: ut *publicum jus* intelligamus omnibus patens, *translaticium* autem ad tribuniciam potestatem referatur. Sabellicus exponit *publicum*, ut Consulem: quam expositionem ablativus *impertiente* non admittit. Quis enim ita loquatur, *Antonio non impertiente sibi publicum*, id est, Consulem? Deinde quae addit de translaticio, nihil ad hunc locum attinent. Beroaldus autem magis haeret, & magnificus est in allegandis auctoribus, nihil ad rem facientibus: miranda item expositione, ut nihil ad Tranquilli verba. D. Erasmus, ut paullo ante dixi, levi opera hunc percurrerat, & subsecivis duntaxat horis: alioqui ex hoc codice non e-

 rat

quidem & translatitium jus ulla in re sibi sine pactione gravissimae mercedis impertiente, ad optimates se contulit: quibus eum invisum sentiebat, maxime quod D. Brutum obsessum Mutinae, provincia a Caesare data, & per senatum confirmata, expellere armis niteretur. Hortantibus itaque nonnullis, percussores ei subornavit. Hac fraude deprehensa, periculum invicem metuens, veteranos simul in suum ac Reipublicae auxilium, quanta potuit largitione, contraxit. Jussusque comparato exercitui pro praetore praeesse, & cum Hirtio ac Pansa, qui consulatum acceperant, D. Bruto opem ferre, demandatum bellum tertio mense confecit duobus praeliis. Priore, Antonius eum fugisse scribit: ac sine paludamento, equoque post

rat difficile videre, verbum *jus* omissum in vulgatis codicibus, quod ibi luculenter satis legitur, ut in codice ab homine non admodum docto scripto. ut sunt fere, qui hodie supersunt. Glarean. Videtur deesse verbum *jus*, quod supplendum ex veteri Codice, in quo est *ac translaticium jus ulla in re* &c. quid autem sit *jus translaticium*, omnibus notum esse putamus. Ursin. *Jus translatitium* Graecis ἐγκύκλιον δίκαιον: quasi ordinarium, in quotidiano usu positum. Demosthenes in Aristogitonem oratione priore: ὃ ἰδὲ τὸ ἴσον, ἰδὲ τὸ ἐγκύκλιον δίκαιον μετεῖναι δίδωσιν οἱ νόμοι. Casaub. Vocula *jus* non comparet in ullo Palatino, & posset profecto abesse, si accomodentur Antonio, *publicum & translaticium*; nisi tamen videri queat paullo coactius. Gruter. *Nec publicum* Exc. Cujac. *jus* deest Periz. Copes. Edd. Rom. Venet. sec. & tert. Lugd. Junt. Ald. Colin. Dolet. Seb. Gryph. & Basil. exhibent Steph. Ant. Gryph. & recentiores. *translatum ulla* Venet. pr. *translativum jus* Cod. Harlem. vid. Graev. ad Cicer. pro Caecin. 26. ubi quid sit *publica lex* & *publicum jus* explicat, vitio tamen operarum hic Suetonii locus ibi foedatus est. Burm.

Impertiente] *Impartiente* Codd. Copes. Periz. Harlem. Edd. Roman. Venetae, Bonon. & Junt.

Maxime quod] *Maximeque* Periz. sed in Marg. *quod.*

Hortantibus itaque nonnullis, percussores ei subornavit.] Videtur Octavium velle excusare, quum ait aliorum hortatu id ab eo factum. Caeterum de his insidiis non eadem omnes tradunt. Vellejus plane factum negat II. 60. *Mox*, inquit, *Antonius, velut insitiis ejus petitus, scelesse insimulare coepit: in quo turpiter deprehensa ejus vanitas est.* Appianus vero etiam modum earum narrat ex verbis Antonii: corruptos nempe fuisse aliquos ex ipsius satellitibus. Cicero ad Cornif. lib. XII. ad Famil. 23. *Rerum urbanarum acta tibi mitti, certo scio: quod ni ita putarem, ipse perscriberem: inprimisque Caesaris Octaviani conatum, de quo multitudini fictum ab Antonio crimen videtur, ut in pecuniam adolescentis impetum faceret. Prudentes autem & boni viri, & credunt factum & probant.* Seneca de Clementia I. 9. rem ponit ut certam: *Divus Augustus, quum hoc aetatis esset, quod tu nunc es, duodevicesimum egressus annum, jam pugiones in sinu amicorum absconderat: jam insidiis M. Antonii cos. latus petierat.* Quod ait Seneca, Octavium id aetatis jam pugiones in sinu amicorum abscondisse, vereor ne sit πρὸς τὴν ἱστορίαν in gratiam Neronis χαρίζεσθαι. nam id neque ullus e veteribus tradit: neque aut Caesaris, in cujus potestate ille erat, aut ipsius Octavii moribus, quibus adhuc esset usus, convenit. Casaub.

Periculum invicem metuens.] Vellejus II. 60. *C. Caesar juvenis quotidianis Antonii petebatur insidiis.* Casaub.

Ac Reipublicae] *Aut* Mem. Harl. Exc. Cujac. & Periz. Edd. Rom. Venetae & aliae priscae.

Ac Pansa] *Et Pansa* Periz. Ed. Rom.

Cum Hirtio ac Pansa, qui consulatum acceperant,] Iisdem Kal. Jan. & inierunt isti consulatum, & SCtum est factum auctore Cicerone, quo hic honos Octaviano delatus. Vellejus vocat coss. *designatos*: incogitanter. Casaub.

Consulatum susceperant] Meliores codd. *acceperant.* Torr. *Susceperant* Copes. Basil. Gryphianae. Plantin. Steph.

Sine paludamento,] Hoc erat σῆμα & turpis fugae argumentum: nam in summo periculo aut fuga soliti duces paludamenta & omnia insignia honoris ponere. Appian. lib. V. pag. 735.

post biduum demum adparuisse. sequenti, satis constat non modo ducis, sed etiam militis functum munere: atque in media dimicatione, aquilifero legionis suae graviter saucio, aquilam humeris subiisse, diuque portasse. Hoc bello quum Hirtius 11 in

735. loquens de eodem Octavio in Sicilia periclitante de vita: Ἐπὶ δὲ τῇ ἐσχατιᾷ τῶν στρατηγῶν σημεῖα ὡς ἐν κινδύνῳ μάλιστα ὢν ἀπέθετο. Idem pag. 741. de Sexto Pompejo: Καὶ ὁ Πομπήϊος οὐδ᾽ αὐτὸς τὸ μεγαλεῖον τῆς στρατηγίδος τὴν ἐσθῆτα ἀπέδυ. & exempla plura apud Plutarchum & Dionem, libro XLIX. p. 459. de Sexti Pompeji fuga loquens, τὴν στολήν, ait, τὴν φοινικῆν ἀπέθετο. ubi suspicari aliquis possit scribendum στρατηγικήν, sicut paullo post de eodem, τὸ σχῆμα τὸ στρατηγικὸν ἀπέλαβε. Sed verius, nihil mutandum: nam etiam lib. LIII. duobus locis φοινικὶς ἐσθὴς est paludamentum. Caesar III. de Bello Civ. 96. *Pompejus jam, cum intra vallum nostri versarentur, equum nactus, detractis insignibus Imperatoriis, decumana porta se ex castris ejecit.* Horatius de Antonio: Epod. IX. 27 *Terra marique victus hostis, punico Lugubre mutavit sagum.* Casaub. Vid. Freinsh. ad Flor. I. 18. contra stat Hirtius apud Cicer. XIV. Philipp. 10. de Aquila vero apud Ciceronem verbum nullum, quod merito mireris, in tanto cumulo laudum congestarum. Vid. ibidem cap. 9. ubi Hirtium ipsum dicit Aquilam intulisse.

Non modo ducis sed etiam militis functum munere.] Ammian. Marcellinus lib. XXV. c. 13. *Corporis munus a milite, ab Imperatore vero animi poscitur.* Onosander: Στρατηγοῦ γνώμην πλείω ἰσχὺν ἢ ῥώμης. sed haec ad Polyb. Casaub.

Legionis suae] Quare suae, si toti exercitui praefuit? Aut igitur suam vocat, quam eo in praelio circa se habuit; aut appositum legionis nomen scriba non intelligens, textum corrupit. Et sane legionem Martiam & Quartam deserto Antonio secutas fuisse Octavium, auctor est in Philipp. Cicero, cujus suasu senatus hoc bellum decrevit. Magis tamen placet, ut suam vocet, quam ante collegerat, quam ad eum Martia & Quarta transfugerent. Vide Appianum lib. III. Dion evocatorum legionem appellat. lib. XLV. Torr. Quae haec Caesaris propria legio? nam certum est, eum jussum esse comparato a se exercitui praeesse, qui tribus minimum legionibus constabat. An legendum *legionis* IV.? nam ab ea scriptura proclivis in hanc declinatio. An potius *legionis unae*, hoc est, *unius*? nam prius scriptum fuisse videtur, *legionisve*. Id nisi sit, Torrentio assentior. Casaub. *Legionis suae*, omnes libri, quapropter quid opus diverti ad conjecturas? Ejus certe legio proprie dicitur, in qua ipse versatur: notum enim est & cornu dextrum & sinistrum, & mediam aciem habuisse rectores peculiares, neque omnibus locis stetisse quemvis summum imperatorem. Gruter. *Suam* vocat, videlicet legionarios milites, qui sub Caesare militaverint, & quos cohortes veteranorum, passim Cicero vocat in Philippicis; primo quidem conflictu Martiam duxerat C. Pansa, quartam autem A. Hirtius. vid. Cicer. XIV. Philip. cap. 9. 10. Broukh.

Aquilam humeris subiisse, diuque portasse.] Quod sane mirum: nam & signa militaria scimus fuisse tanti ponderis, ut iis portandis vix valentissimi humeri sufficerent: & Octavius nec aetate ea tum fuit, nec lacertis illis, ut sine maximo conatu par oneri esse posset, Herodianus lib. IV. cap. 7. in Caracalla, ut arduum & rarum notat, quod suffecerit bajulandis interdum signis, dum per omnia militibus suis vult facere se aequalem. Verba ejus insignia: Ἔστι δὲ ὅτε καὶ τὰ τῶν στρατιωτῶν σύμβολα, ἐπιμήκη ὄντα καὶ χρυσοῖς ἀναθήμασι πολλοῖς κεκοσμημένα, μόλις ὑπὸ τῶν ἰσχυροτάτων στρατιωτῶν φερόμενα, ἐπὶ τοῖς ὤμοις ἔφερεν αὐτός. id est, *aliquando etiam signa militaria, quae & praelonga sunt, & multis donariis ornata, ut illa vix validissimi gestent milites; ipse humeris imposita ferebat.* Auctor Historiae miscellae lib. XI. c. 8. de Constantini labaro loquens: *Constituit itaque certos signiferos, qui in eo laborarent; quorum opus erat, ut vicibus humeris eum veherent, & omnes acies ita lustrarent.* Casaub. *Subiisse* Mem. Copes. Hul. Ed. Rom. & ita mox variant in *periissent* & *perissent*, quod Mem. Copes. Edd. Rom. Venet. pr. & plures habent: *subire* vero proprie de onere dici docuit Salmas. Exerc. Plin. p. 388. Burm.

Hoc bello cum] *Hoc cum bello* Periz. Harlem. Ed. Venet. pr.

11. *Pan-*

in acie, Pansa paullo post ex vulnere, perissent, rumor increbruit, ambos opera ejus occisos: ut Antonio fugato, Republica consulibus orbata, solus victores exercitus occuparet. Pansae quidem adeo suspecta mors fuit, ut Glyco medicus custoditus sit, quasi venenum vulneri indidisset. Adjicit his Aquilius Niger, alterum 12 e consulibus, Hirtium, in pugnae tumultu ab ipso interemtum. Sed ut cognovit, Antonium post fugam a M. Lepido receptum, ceterosque duces, & exercitus, con-

11. *Pansaque post*] Tres libri, *Pansaque paulo post*. Torr. *Pansa paulo post*, quoque Pal. sec. etiam pr. nisi quod illa *Pansaque*; antea cusis aberat dictiuncula *paulo*. Gruter. *Pansaque post* Harlem. Periz. Edd. Rom. Venetae, Bonon. Junt. Steph. Ald. & Basil. Colin. & vetustiores. Casaub. dedit, *Pansa paulo post*, ut quaedam in margine e priscis, & recentiores in ipso contextu.

Rumor increbuit ambos opera ejus occisos] Dio plane idem, & Tacitus lib. 1. 10. vulgi sermones de Augusto commemorans: *Caesis Hirtio & Pansa, sive hostis illos, seu Pansam venenum vulneri affusum, sui milites Hirtium & machinator doli Caesar abstulerat.* Sed si vera sunt, quae de moriente Pansa apud Appianum legimus, difficile creditu est, caussam mortis ei attulisse Caesarem. *Increbruit* autem cum gemino *r* in Memmiano & omnibus melioris notae libris scribitur, non *increbuit*; quae scribendi ratio apud plerosque auctores obtinuit. Casaub. Vid. Manut. ad Cicer. x. ad Famil. 33. Broukh. *Increbruit* Mem. Edd. Rom. Venet. sec. & tert. Bonon. Lugd. Junt. Colin. Doleti & aliae. & ita Tib. xi. Caesar. lxxx. & apud alios saepe auctores. vid. Liv. xxxvii. 13. Front. ii. 4. 15. Manut. ad Cicer. vii. ad Famil. 20. Vorst. apud Val. Max. iii. vii. 3. & Graevius apud Cicer. ii. ver. 9. edidit *increbruit*, licet aliae editiones varient: & ut a *niger nigresco*, ita a *creber*, *crebresco* derivari debere censet Dausquej. in *increbresco*. Burm.

Solus victores exercitus occuparet.] Viterb. *solus victor ex. occ.* Memmianus & alii, *victores*. Casaub. Ex Viterbiensi placet legere, *victor exercitus occuparet*. fugati enim ab Octaviano Antonii exercitus non potest dici victor, & alter, cui cum Hirtio ac Pansa praeerat, unus modo erat, ut cap. prae. *comparato exercitui praeesset*. & si jam, quia sub duobus consulibus & propraetore velis habere pro pluribus exercitibus, etiam melius erit legere *victor*. non modo Antonii victor, sed occisis Coss. voti sui & ambitiosae spei compos. ut centies *victor* occurrit. vid. ad Petronii cap. cxii. Illud *es* adhaesit ex prima syllaba seq. *exercitus*. Burm.

Pansae quidem.] *Equidem* Copes. Hulf. *Pansae quoque* Periz. Edd. Rom. tres Venetae, Bonon. & omnes priores. Basil. vero Gryph. & recentiores *quidem*.

Glyco medicus] De hoc Bruti ad Ciceronem epistola, lib. i. Torr. *Glico* Harlem. Edd. Rom. Venetae, Junt. Lugd.

Caeterosque duces & exercitus consentire pro patribus.] Liber unus *pro partibus*. quam lectionem etiam Beroaldus agnoscit. Pithoeus tamen *pro patribus* retinet, atque optimates intelligit. Ego non invitus utrumque rejecerim, sed *partibus* tamen magis placet. sic enim inf. cap. xvi. in fine, & saepe ita loquitur Seneca. Torr. V. C. habet *pro patribus*. & sic videtur legendum. Ursin. Nondum constitui, utra lectio vera sit, *pro patribus*, ut reperi in omnibus membranis: an *pro partibus*, ut reperisse ajunt viri docti in quibusdam Mss. & editum est a Roberto Stephano. Consensum pro patribus & rep. fuisse victo Antonio maximum, in transmarinis praesertim provinciis, referunt omnes historici. Velleji verba sunt ii. 62. *Protinus Pompejanis partibus rediit animus.* Et notat idem, temporibus illis Brutum & Cassium decem & septem legionum fuisse potentes. Ideo Antonium, Caesarem *subinde admonuisse, quam inimicae ipsi Pompejanae partes forent, & in quod jam emersissent fastigium*, lib. ii. 65. Similia his apud alios legas, quae valent ad stabiliendam lectionem *pro patribus*. Cui favent in primis Appiani ista lib. iii. pag. 587. [illegible] ὁ Καῖσαρ, [illegible] ἐς τὸν Ἀντώνιον [illegible] (adverte caussam hujus consilii) [illegible] τοὺς ἀμφὶ τὸν Βροῦτον [illegible] Ἀντωνίῳ. Rursus si ad verba Suetonii diligenter attendimus, non possumus alteram lectio-

consentire pro partibus, caussam optimatium sine cunctatione deseruit, ad praetextum mutatae voluntatis dicta factaque quorumdam calumniatus: quasi alii se puerum, alii ornandum tollendumque jactassent: ne aut sibi, aut veteranis par gra-

lectionem damnare: prorsus enim videtur ad M. Antonium, Lepidum, Plancum & Silanum respicere, eosque exercitus, qui in Gallia Cisalpina tum erant. Nam & horum magnus fuit *pro partibus* consensus: quod Vellejus, Plutarchus, aliique narrant. Inde illa tam subita victi Antonii velut in integrum restitutio: habuit enim hic quoque eo tempore, de quo sentit auctor, legiones septemdecim, ut Plutarchus scribit. Quare scribi malim *pro partibus*, praesertim quum alterum illud *pro patribus*, ἀντὶ τοῦ pro repub. sive pro optimatibus, quae erant partes Pompejanae, sit insolentius. CASAUB. *Pro patribus* etiam Pall. tres, verumtamen habuerim illud *pro patribus*, tanquam a librariorum ingenio natum, aut certe mutandum, ut & aliis placebat, in *pro partibus*. GRUT. Al. *pro partibus*. an scrib. *in partibus*. id est, in easdem partes consentire V. C. vett. & edd. GUJET. Semper vero in his vocibus variare codices dixi ad Valer. Flac. I. 72. & sup. Caes. LXXX. Berneg. post alios *partibus* vindicat, & cum Casaubono de Antonii Lepidique intelligit: sed quum *partes* simpliciter positae, saepe indicant illas, quibus favemus, ut ostendit Barth. ad Claud. II. in Rufin. 160. licet hoc in loco contrarium statuat, nos tamen hic *partes* senatus intelligimus. vid. Demster. ad Rosin. lib. I. cap. 8. hoc loco id etiam manifestum, quia *caussam Optimatium* addit deseruisse Octavianum, & cum Antonio & Lepido coiisse, quia exercitum Hirtii & Pansae, reliquosque, qui erant in diversis imperii Romani locis, Senatui & percussorum caussae favere videbat; ideoque se non posse his adjunctis necem avunculi vindicare & acta tueri. Suetonius vero saepe aperta dat indicia se favere Senatui & optimatibus, & ideo *partes* dixit absolute, quibus ipse favebat, ut centies quoque Lucanus. *pro partibus* est in Edd. Bonon. Ald. Steph. Doleti. BURM.

Optimatium] *Optimatum* Ed. Rom.

Quasi alii se puerum,] Dio de Octavio lib. XLVI. p. 362. Ἐκεῖνος δὲ ἐπί τε τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ, ὅτι παῖς ὢν, ἐπιεικῶς ἠγανάκτει οὐκ ἀναβολὰς ἐποιεῖτο. Ita autem vulgo tum Romae appellitabatur. Atticus scribens Ciceroni: lib. XVI. Ep. 15. *In praesentia belle iste puer retundit Antonium.* Sed & decreto senatus cautum legimus, vere an falso, ne quis Octavium vocaret puerum. Servius: ad Ecl. I. 44. HIC ILLUM VIDI JUVENEM. *Caesarem dicit Octavium Augustum: decreverat enim senatus, ne quis eum puerum diceret, ne majestas tanti imperii minueretur.* CASAUB. Vid. Cicer. ad Famil. X. 28. Philip. III. 2. & IV. I. sed contumeliae caussa *puerum* vocavit Antonius apud Cicer. Philip. XIII. II. BROUKH.

Ornandum tollendumque] De hoc ad Ciceronem D. Brutus lib. Famil. XI. epist. XX. ex qua constat id dictum Ciceronis fuisse. TORR. Viterb. *ordinandum*. perperam. Vellejus II. 62. *Hoc est illud tempus, quo Cicero, insito amore Pompejanarum partium, Caesarem laudandum & tollendum censebat, cum aliud diceret, aliud intelligi vellet.* Porro jocum hunc Ciceronis Octavius mox Romam reversus ad rapiendum magis quam petendum consulatum, non inveniulte ἀντιμυκτήριον. Venienti enim ad se Ciceroni, suaque in illum officia venditanti, respondit non aliter quam, Ὅτι τῶν φίλων αὐτῷ τελευταῖος ἐντυγχάνοι, ait Appianus: hoc est, *quod amicorum novissimus eum salutaret.* sententia acuta & ancipiti. CASAUB. Vid. Cicer. X. ad Fam. 28. & inibi Graev. & Manut. qui & in XI. 7. Brutus lib. XI. 20. BROUKH.

Ne aut sibi] Sic quidem omnes libri, sed *neque* pro *ne* legendum arbitror. Vide, quam modo dixi, Bruti epistolam. TORR. Etiamsi non dissentiant membranae, tamen omnino restituendum, *neque sibi*, ut constet sibi auctor: supra enim dixerat dicta factaque quorumdam calumniatus. at dicta solum praemissa fuerant, nullum factum, nisi addiderimus encliticam illi *ne*. GRUT. Omnes quidem libri *ne aut sibi*: sed & Torrentius, & Gruterus, & illis nec vilis Freinshemius, *neque* legendum censuerunt. BERNECCER. Sed contra scriptos & editos nihil esse movendum puto: haec enim dicta factum quoque sequebatur, conatus nimirum & molitiones quorumdam,

gratia referretur. Et quo magis poenitentiam prioris sectae adprobaret, Nursinos grandi pecunia, & quam pendere nequirent, multatos, extorres egit oppido: quod Mutinensi acie interemtorum civium tumulo publice exstructo adscripserant: 13 *Pro libertate eos occubuisse.* Inita cum Antonio & Lepido societate, Philippense quoque bellum, quamquam invalidus atque aeger, duplici praelio transegit: quorum priore castris exutus, vix ad Antonii cornu fuga evaserat. Nec successum victoriae moderatus est: sed capite Bruti Romam misso, ut statuae Caesaris submitteretur,

qui ideo eum ornandum & tollendum, jactabant, ne redderentur praemia. *referrentur.* Harlem. Burm.

Nursinos grandi pecunia,] Dioni lib. xlviii. in hac historia, cum in aliis, parum convenit cum Suetonio, tum in temporis notatione magna discordia: vult enim bello Perusino illud accidisse: cui labor, ut potius habendam fidem sentiam. Caeterum, utut habeat de tempore, non est dubium, praetextum illum fuisse quem ait Tranquillus, non veram caussam: quae non alia fuit quam pecuniae ad militibus largiendum inopia: quae res Octavium saepe ad magnas crudelitates, non ἀσυ-γνώμης, sed ἐξ ἀνάγκης impulit. Casaub. In priore Cl. Graevii editione, negligentia operarum legebatur *Nursiones*, quod in sequentibus licet correctum sit, diligens tamen ille Pitiscus post fata etiam Graevii, hanc labem non emendavit. Burm.

Extorres oppido egit:] Dio: ἄνευ γε τὴν χώραν, καὶ τὴν πόλιν ἄρδην πᾶσαν ἐκλιπεῖν. Mira saevitia: sed cujus exempla in historia Romana multa. Casaub.

Egit oppido] *Oppido egit* scripti nostri & Edd. Rom. Venetae & priores omnes. mutatus ordo in Basileens. & recentioribus.

13. *Atque aeger,*] *Et aeger* Copes. *atque aegere* Harl.

Nec successum victoriae moderatus est:] Viterb. *successu.* non male. Casaub. Palf. tres, *successu*, quod probarem, si & abesset ultimum verbum *est.* Grut. Non repugno Grutero, nec Cl. Graevio, qui etiam videndus ad Cicer. ix. ad Att. 10. & pro Domo cap. xxi. & xxxii. Sed si jam *successu* placet, procum res successisset, vix placet *moderatus est* ita absolute poni, quum videatur rectius cum dativo poni, *successui.* Vid. Gifan. Ind. Lucret. & cum dativo & accusativo construi, ut *irae* & *iram moderari*, docuit Cl. Drakenb. ad Liv. iv. vii. 6. qui & lib. eodem cap. 10. *jura infimis summisque moderari* dixit. quare hic *successum* cum aliis recipiendum puto ex more nostri scriptoris. ut Claud. xiv. Domit. vii. & alibi. Nam exemplum hujus verbi, ita absolute positi quaero. *Temperare* quidem ita utitur noster Caes. xxii. & inf. cap. xlii. & alibi. Si *est* abjiciatur, potest *moderatus* pro adjectivo sumi, aliqua specie, sed rectius constantem omnium scriptorum & editorum scripturam servare placet, & *moderari* cum accusativo pro *regere, gubernare*, capere, ut ita *moderari iram* Gratius Cyneg. 109. dixit, ut alii *temperare.* & noster solet similia verba hoc modo construere, ut *regere disciplinam* Caes. xlviii. & alibi. Burm.

Capite Bruti Romam misso,] Dion scribit, oborta in trajiciendo tempestate in mare abjectum periisse. Torr.

Ut statuae Caesaris subjiceretur] Sic factum in Trebonio occiso a Dolabella. Dio: Καὶ ἐκεῖνος ἀποτεμόντες τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ πρὸς τὴν τοῦ Καίσαρος εἰκόνα ἔῤῥιψε. *Subjiceretur* scripsimus, ut in cod. Viterb. Cujacii & aliis melioris notae: non ut vulgo *submitteretur.* Dio, ἔῤῥιψε. Casaub. Utrumque in re simili Dio ἔῤῥιψε. multo tamen suavius ad aures accidit meas, quod sustulit Casaubonus, *submitteretur*, eadem sententia. Neque enim aliter *submitti fasces* dicuntur; & *submitti genibus*, qui se abjiciunt ad pedes alicujus. Ovidius iii. Met. 23. *Latus submisit in herbas.* Sic vicissim *equum dejicere* pro *demittere* Livio lib. xxiii. restituimus, & apud Justinum, Alexander *in praefrigidam undam Cydni se projecit.* lib. ii. hoc est, saltu immisit. Gronov. *Subjiceretur* Copes. Hulf. Edd. Rom. Steph. & Casaub. reliquae *submitteretur.* dubito quid melius: in *subjicere* video imaginem ipsius moris, quo victoris pedibus calcabantur victi. ita caput Bruti Caesaris pedibus subjectum, hanc speciem referebat. notus ille mos omnibus. vide Broukh. ad Propert. i. i. 4. *submitti* magis sap-

tur, in splendidissimum quemque captivum non sine verborum contumelia saevit. Ut

supplicis, & venerantis, quam victi & calcati est. Unde Petron. cap. CXXIII. *Et veneratus erat submissa Bosporus unda*, ubi vide notas Cuperi. sed *subjici* est victi, & quasi calcati. Calig. XXVI. *subjecta pedibus vestis*, quae calcatur. BURM.

In splendidissimum quemque captivum, non sine verborum contumelia saeviit.] Invenimus in uno codice *extinxit*. in ea editione Lugdun. quam ex multis, ut ait, MSS. emendavit Ant. Francinus, scriptum est *secuit*, sine *in* ante *splendidiss.* quae lectio mire saevitiam Octavii intendit. *secuit* enim, vel ad flagellationem ante supplicium (qui mos in servis receptus olim) referendum: ut apud Horat. de Mena: Epod. IV. II.

Sectus flagellis hic triumviralibus.

vel ad quodvis aliud saevae excarnificationis genus: sic τέμνειν apud Graecos. Arrianus Dissertationum Epicteti lib. III. cap. XXI. Οὐδὲ γὰρ ἐν οἰκίᾳ καλῶς οἰκουμένῃ παρελθών τις, αὐτὸς ἑαυτῷ λέγει, Ἐμὲ δεῖ οἰκονόμον εἶναι. εἰ δὲ μὴ, ἐπιστραφεὶς ὁ κύριος καὶ ἰδὼν αὐτὸν σοβαρῶς διατασσόμενον, ἑλκύσας ἔτεμεν. Qui locus valde huic similis est Matth. XXIV. 50. Ἥξει ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου ἐν ἡμέρᾳ ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ὥρᾳ, ᾗ οὐ γινώσκει, καὶ διχοτομήσει αὐτόν. Sic etiam Latini *scindere* verbum usurpant. Martialis: III. Epig. 94.

Mavis, Rufe, coquum scindere, quam leporem.

Et revera sectio usurpata olim in suppliciis, praesertim servorum. Princeps poëtarum vocat διαμελεϊστὶ τάμνειν, Ὀδυσσ. σ. Tale est Melanthii supplicium Ὀδυσσ. χ. 474.

Ἐκ δὲ Μελάνθιον ἦγον ἀνὰ πρόθυρόν τε καὶ αὐλήν.
Τοῦ δ' ἀπὸ μὲν ῥῖνάς τε καὶ οὔατα νηλέϊ χαλκῷ
Τάμνον, μήδεά τ' ἐξέρυσαν κυσὶν ὠμὰ δάσασθαι.

Nota etiam illa e XII. tabulis de confessi aeris judicatis nec solventibus, TERTIIS NUNDINIS PARTEIS SECANTO, apud Aul. Gellium, Quintilianum & Tertullianum. Quae saevitia quia multis mira videtur, exemplis confirmanda est. Lysias in Orat. pro Callia sacrilegii reo: Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπιδόντες ὡς τὸν Κιλίκων βασιλέα, καὶ ἀποδοθεὶς, λυθεὶς ὑπ' αὐτοῦ ἐδίδου· καὶ ὁ μόνον τὸν θάνατον ἐφοβεῖτο, ἀλλὰ καὶ πρὸ ἡμέρας αἰκισμοῖς, σιδηρῷ τὰ ἀκρωτήρια ζῶν διατμηθείς. Sic Baebius Syllae jussu in trulla laceratur: ut est apud Florum & Lucanum. item alius senator jussu Caligulae, de quo Tranquillus libro quarto. Athenaeus lib. XII. Ὁ δὲ βασιλεὺς αὐτός ποτε καὶ ζηλοτυπήσας τὴν αὑτοῦ γυναῖκα ταῖς αὑτοῦ χερσὶν ἀνέτεμε τὸν ἄνθρωπον, διὰ τὴν αἰδίαν αὐξόμενος. Eusebius lib. X. Histor. Ecclesiast. Ἤδη δέ τινες κατατεμνόμενοι ὑπέμενον πελέκεσιν, ξίφει τὸ σῶμα εἰς πολλὰ τμήματα κατακρεουργούμενοι. Etiam apud Socratem lib. VII. Hypatia illa doctissima, μεληδὸν διασπασθεῖσα) a furente populo Alexandrino. Vide etiam I. Samuelis cap. XV. In Matyrologiis reperies non paucos, qui post alios cruciatus tandem *minutatim sunt concisi*. CASAUB. In Pal. sec., non est princeps vox *in*, habetque in fine *secuit*; sed non placet: in eo enim potissimum vis sententiae, quod saevierit in splendidissimos captivos verbis contumeliosis: tanquam id scil. vel praecipua miseriarum pars, ut severa erat. ut ostendi ad Tacit. Agricol. cap. XLV. GRUT. . Alii *secuit*, quae lectio & in Palatino reperitur, omisso τὸ *in*, ut in editione Lugdunensi. Verum ob duplicem rationem ea lectio damnanda videtur, primo quod insolens sit, imo penitus inusitata verbi *secuit* absolute sic positi notio: nec adducta a Casaubono exempla quicquam juvent, eo quod in illis per adjuncta explicetur, nunquam nude proponatur. Deinde quod tam insigne crudelitatis exemplum auctores alii, cum de Augusto leviora persequerentur, omissuri non fuerint. Prior itaque lectio retinenda, quae non tamen hoc vult, quasi saevitia illa in verbis contumeliosis constiterit, eaque praecipua miseriarum pars fuerit, ut placet Grutero: sed quod factorum saevitiam verborum contumelia sit comitata. Quomodo de Caligula noster XXIX. I. *Immanissima facta augebat atrocitate verborum*. BERNECG. *In* decst Memm. Copes. Hulf. Ald. *secuit* etiam Copes. & Ed. Ald. *saevit*. Venet. sec. & tert. Basil. Gryph. Plantin. & al. Heinsius omissa praepositione volebat *necuit*, quod non displiceret, nisi nostrum in hujus verbi flexione, *necavi* & *necaturus*, praeferre scirem. v. mox. cap. XIV. & Tib. LV. & alibi. Apud alios & *necuit* reperiri docui ad Phaedr. IV. 18. sed unicuique scriptori suus mos & ratio scribendi servandus est. *Saevire* vero satis indicat, etiam occidisse, nec exempla addita dubiam vocis vim relinquunt. Saevitia

Ut quidem uni suppliciter sepulturam precanti respondisse dicatur: *Jam istam in volucrum fore potestatem:* alios, patrem & filium, pro vita rogantes, sortiri vel micare

vitia vero duplicatur ex atrocitate verborum, ut recte Berneggerus. sic *saevitiam dictorum factorumque* in Caligula noster notat cap. XXXIII. *saeva dicta* illustravimus ad Val. Fl. III. 638. quare neque ad *verberum*, quod cod. Casaub. & margo Gryph. habent, attendendum est: nam & ita in leg. VI. §. ult. de Adquir. vel Omit. hered. *Eum qui metu verborum; vel aliquo timore coactus fallens adierit hereditatem, sive liber sit, heredem non fieri placet.* ubi Cujacius legit *verberum.* quo nihil opus, Burm.

Verborum contumelia] Alii codices *verberum*, hoc est, *αἰκίας.* Casaub.

Saevit.] Lib. unus *saeviit.* Sed Romani, qui neque consonantes, neque vocales temere geminabant, sic fere scribebant, ut *abit*, *perit*, *subit*, venum I majuscula, ut saepe in antiquis marmoribus, & passim in Pandectis Florentinis cernitur. Torr.

Dicatur] *Dicitur* Memm. sed tunc & pro *ut* legendum. in prioribus editionibus ordo hic, *ut quidem suppliciter uni*? in quibusdam etiam, *precanti sepulturam.*

In volucrum potestatem fore.] Tres libri, *in volucrum fore potestatem.* Sic. Cic. pro Lege Manilia cap. XII.: *Cum vestros portus, & quidem eos portus, quibus vitam & spiritum ducitis, in praedonum fuisse potestatem sciatis.* Terent. Andria, I. 1. *in ignem posita est.* Seneca de Ira lib. I. *cum se in possessionem posuerunt.* Non recte igitur Turneb *jam istam volucrum potestatem fore*, Adversar. XXIV. cap. XV. Torr. Non ausi sumus mutare, cum ita scriptum sit in Viterb. & aliis optimis codd. Translatitium est *in potestatem* pro *in potestate*; & id genus multa apud omnes veteres. Probo tamen magis alteram lectionem, *jam istam volucrum fore potestatem.* atque ita in Memmiano invenimus. Casaub. *In volucrum fore potestatem* sic & Pall. tres, non *potestate*, ut aliae editiones. Grut. Facile fero alibi, *esse in potestatem.* quis nunc id ignorat? Hic autem subscribo Turnebo legenti: *jam istam volucrum fore potestatem.* Sic enim loquebantur: *ista potestas ejus est*, cum significarent, id in potestate ejus est. Cicero in Vatinium cap. XVII.: *An erit haec optio & potestas tua?* Ad Atticum IV. 2. *Volui meam potestatem esse vel petendi vel exeundi.* Pro Cluentio: *Cum sententiis, quae tum erat potestas, palam ferri velle dixisset.* id est, quod tum erat in potestate rei. Gronov. *In potestate* inveni tantum in Doleti editione: Cujac. Ex. Memmiano consentiunt.

Rogantes] *Rogantem* Codd. Harlem. Perit. a manu pr. Edd. Venet. pr. Lugd. Just. Steph. Ald.

Sortiri vel dimicare] Libri tres, *vel micare.* Similis Ciceronis locus lib. III. de Offic. 23. *Sed, quasi forte, aut micando victus alteri cedat alter.* sic enim Car. Langius, cum ante *dimicando* legeretur. Hinc illud Ciceronis III. de off. 19. *Dignus, qui cum vel in tenebris mices.* Appian. Egnatios vocat patrem ac filium, & mutuis cecidisse vulneribus scribit. Dio initio lib. LI. simile quid de duobus Aquiliis Floris, patre ac filio, narrat, sed post devictum Actiaca pugna Antonium. Torr. In V. C. est *micare* non *dimicare.* Ursin. Viterb. & vetus Romana ac plerique alii codices ita (*dimicare*) scribunt: nec displicet. Captivos ita tractare mos fuit, praesertim Poenorum. Valerius Max. lib. IX. 2. de Annibale: *Quos vero in castra perduxerat, paria fere fratrum & propinquorum jungens, ferro decernere cogebat.* Appianus de eodem pag. 330.: Ὅσοι δ' ἦσαν ἀπὸ τῆς βουλῆς, ἢ ἄλλως ἐπιφανεῖς, μονομαχεῖν αὐτοὺς ἀντὶ θεαμάτων τοῖς Λίβυσιν ἠνάγκαζεν, πατέρας τε υἱοῖς καὶ ἀδελφοὺς ἀδελφοῖς. & alibi idem. itemque Livius lib. XXI. 42. At Pithaei, Lissaei, aliique, ut pridem Turnebo observatum est, habent *sortiri vel micare.* Ea si placet lectio, notemus loquendi genus: sic enim loquitur, quasi diversa essent *sortiri* vel *micare*: quum non aliter differant, quam ut genus & species. Glossarium: *Micare*, λαγχάνειν. Sortitionis varii erant modi: *micare*, de ea dicitur, quae fit per digitos subito expansos sub certo numero. Nonnus lib. XXXIII. vs. 77. hunc morem eleganter exprimit, describens certamen inter Cupidinem & Hymenaeum, quos inducit miro jaculationis genere brabeuta Ganymede certare:

> - - - [illegible]
> Δακτύλων ... χειρῶν.
> Καὶ ... ἀνέχθεν, ἄλλα δὲ ...
> Χερσὶν ... ὁμόζυγι ...

Hinc dictum est *dimicare*, quod proprie est

forte

care jussisse, ut alterutri concederetur: ac spectasse utrumque morientem; quum patre, quia se obtulerat, occiso, filius quoque voluntariam occubuisset necem. Quare ceteri, & in his M. Favonius, ille Catonis aemulus, quum catenati produce-

sorte ac micatione finem imponere controversiae. deinde accipi coepit pro tollere controversiam quoquo modo: sed quia ferro id saepe fit, propterea pro pugnare ponitur, prorsus ut *κρίνειν* & *cernere*. Graeci magistri *συν-κρίνειν* vertunt eleganter: nam proprie dicitur de ea pugna, quae ex rixa inter duos est orta. Fuit autem frequens: nam etiam apud veteres micationis usus in controversiis, in contractibus faciendis, si de pretio aliave qua re non conveniret, micatione controversiam tollebant. sic res in foro, sic carnes de lanio emebantur. Quod tamen postea jure mutatum est, cautumque, ut sub exagio, hoc est, *κατὰ σταθμὸν*, non micatione carnes emerentur. Cujus instituti auctorem facit Vetus inscriptio omnibus nota, Apronianum praefectum Urbi. Ejus initum est (apud Gruter. DCXLVII. 6.)

EX AUCTORITATE TURCI APRONIANI
V. C. PRAEFECTI URBIS.
RATIO DOCUIT UTILITATE SUADENTE CONSUETUDINE MICANDI SUMMOTA SUB EXAGIO POTIUS PECORA VENDERE QUAM DIGITIS CONLUDENTIBUS TRADERE.

Varro de Parmenone: *Micandum erat cum Graeco, utrum illius numerum, an ille meum sequatur.* Alludit Varro non ad lusionem, ut volunt: sed ad illam, quam notavimus, consuetudinem transigendi de pretio in emptione, & id genus aliis, per micationem. Atque hinc potius, ortum putem proverbium: *Dignus, qui cum vel in tenebris mices*, quam ex lusu, quem ajunt quidam Graecis fuisse familiarem, & ab iis *ἐνδάκτυλον τῶν δακτύλων* appellatum. somnia mera. CASAUB. *Dimicare* quoque exstat ab emendatrice manu in Pal. pr. sed cum prius ibi fuisset *micare*, quod certe habet, quo se tuentur. GRUT.

Cum patre, qui se obtulerat, occiso,] Exstat haec historia apud Dionem, initio lib. LI. ubi caetera eadem reperias, duo diversa a narratione Suetoniana. Alterum, quod accidisse hoc ait post Actiacam victoriam: in quo solennis dissensio est *ὑπὲρ τῆς χώρας*, qualem supra notabamus in historia de Nursinis. Alterum est, quod dicere videtur, filium se prius obtulisse neci: nam Suetonius, patrem. Quamquam possumus locum Dionis aliter accipere: non enim novum, ut *τοῦτο* ad id quod remotius est referatur, & accipiatur simpliciter *ὅτε* & *ἐκεῖνος* pro *ὁ μὲν, ὁ δὲ*. Floros autem nominat ille. Scio clariss. Torrentium aliter hunc locum exponere, & ad Egnatios referre; quos Appianus ait, similiter patrem & filium, occisos. Sed qui utriusque Graeci scriptoris narrationem cum Suetonii verbis contulerit, non dubito eum mihi assensurum: ut taceam Egnatios non bello, sed proscriptione periisse. CASAUB. Pal. pr. *quia se.* neque aliter duo reliqui. GRUT. *Quia* Memm. & Cujac. & probat Berneccerus. *quia obtulerat se* Ed. Rom. vide ad Phaedr. V. Fab. 4. eadem varietas in hac eadem locutione apud Ovid. XIII. Met. 42.

Nos inhonorati, & donis patruelibus orbi,
Obtulimus qui nos ad prima pericula simus.

ubi alii *quia nos.* & ita saepe aliis in locis. Obtulit vero se pater, ut nimirum irent ordine fata. de quo vid. Heins. ad Ovid. I. Epist. 101. & Epigramma Martialis ab illo emendatum lib. I. 115. BURM.

Voluntaria occubuisset nece.] Melius tres MSS. *voluntariam occub. necem.* TORR. Memmianus, Lislaei & Pithaei codd. *voluntariam occubuit necem.* melius. tamen Viterb. aliter, aliique. CASAUB. *Voluntara occubuisset nece*, & nostri, nisi quod pr. & sec. litera minus, *occubuisse.* aliorum enim scripti, aeque bene; *voluntariam occubuisset necem.* GRUT. *Voluntariam necem* Memm. & Cujac. & edit. Rom. vid. supr. cap. IV. & Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. XIII. 380. & Acidalius potuisset ex hoc loco discere, recte *obcumbere mortem* legi apud Curt. VIII. II. 8. Apud Cicer. I. Tusc. 42. quoque legitur, *idcirco genueram, ut esset qui pro patria mortem non dubitaret occumbere*, ubi etiam alii codices, ut Vossianus & Sulichem: *morte.* alter Vossianus *mortem* omisit. ita & Liv. III. 50. ubi Drakenb. Servius ad Virg. II. Aen. 62. *occumbere morti* vocat, novam locutionis figuram & penitus remotam. BURM.

Caeteri, & in his] Lib. opt. *caeteri, in his M. Favon.* sine &. TORR. *Et* deest Periz. Memm.

ducerentur, imperatore Antonio honorifice salutato, hunc foedissimo convicio coram proscinderunt. Partitis post victoriam officiis, quum Antonius Orientem ordinandum, ipse veteranos in Italiam reducendos, & municipalibus agris collocandos recepisset: neque veteranorum neque possessorum gratiam tenuit: alteris, pelli se; 14 alteris, non pro spe meritorum tractari querentibus. Quo tempore L. Antonium, fiducia consulatus, quem gerebat, ac fraternae potentiae, res novas molientem, confugere Perusiam coëgit, & ad deditionem fame compulit: non tamen sine magnis suis, & ante bellum, & in bello discriminibus. Nam quum spectaculo ludorum gregarium militem in quatuordecim ordinibus sedentem excitari per adpari-

Memm. Harlem. Edd. Rom. Venet. pr. *ille* quoque desideratur in Harlem.

M. Favonius] Graecis Φαώνιος dicitur: scribitur tamen apud quosdam Φαβώνιος, sed, ut puto, mendose: nam in multis dictionibus scriptura Graecorum, praeter Aeoles, dissimulat Aolicum digamma. quod Latini exprimunt: Δᾶος, *Davus*. ᾠόν, *ovum*. αἰών *aevum*. λεῖον, *leve*. λαιόν, *laevum*. ὄϊς, *ovis*, & hoc genus sexcenta. In quibusdam aliter. discesserunt enim ab Aeolibus, & alios Graecos sunt imitati, ut *aër*, ἀήρ. at Aeoles αὐήρ, & eos secuti Syri אויר, *aver*; etsi אאר, *air*, quoque ab illis dici scribique non nescio. Quare falluntur docti, qui in libris Latinis rescribendum *Faonius* contendunt. Lapis, quem profert Ursinus, ubi FAONIUS scriptum est, tanti non est: fabrili enim peccato id admissum, ut alia μέγα ἔον. CASAUB. Fulvius Ursinus *Faonius* notis in Ciceron. p. 94. vid. Manut. in Cicer. VIII. ad Famil. 9. BROUKH.

In Italiam] *In Italia* Cod. Periz.

Collocandos] *Convocandos* Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. pr. an pro *condonandos*. sed vulgata satis placet. BURM.

Gratiam tenuit] Sic *tenere caussam* Domit. cap. IX. Horat. epist. ad Quinctium I. XVI. 43.

Quo responsore & quo causae teste tenentur.
Ipse Cic. pro Caecina: *Caussam non tenuisse.* TORR. Cicer. ad Q. Frat. II. 15. *Nec laborant, quod mea conscientia copiarum nostrarum, quod Caesaris, quod Pompeji gratiam tenemus.* qui locus adhuc fatigavit viros doctos.

Neque veteranorum neque possessorum gratiam tenuit:] Vetus Lindenb. *neque v. neque priorum g. t.* id est, singulorum, qui per Italiam agris suis deturbabantur. non placet. CASAUB. *Priorum* Codd. Periz. (in marg. *possessorum*) Edd. Venet. tres. forte utrumque olim lectum fuit, *possessorum priorum*, ut in Domit. IX. *Veteres possessores* dixit. & Virg. IX. Ecl. 4. *Veteres migrate coloni.* vel potius *priorum* natum ex interpretatione, aut compendio scripturae. nam & Caes. XXXVIII. *possessores* simpliciter dicuntur. BURM.

14. *Quo tempore L. Antonius,*] Bellum Perusinum sub exitum anni DCCXIII. conflatum, ineunte anno sequenti est confectum. nam in obsidionis tempus inciderunt kalendae anni DCCXIV. ut Appianus narrat. Quem in eo manifestum est falli, quod bellum hoc accidisse putavit vergente jam ad finem prioris triumviratus quinquennio. secundo enim anno tantum incepit. CASAUB.

Res novas molientem,] Videtur auctorem belli Perusini facere L. Antonium: cum constet, non tam belli caussam eum praebuisse, quam Fulviae praebenti secundas egisse. Florus IV. 5. *Semper alias L. Antonii pessimum ingenium Fulvia, gladio cincta virilis militiae uxor, agitabat.* Ubi scripserim: *uxor Antonii agitabat:* & *piissimum*, non *pessimum*. hic enim est L. Antonius, qui cognomen meruit PIETAS, propter insignem pietatem, ut Dio ait, in fratrem: ut ego putabam, in rempub. quam ille omni ope annisus est vindicare in pristinam libertatem. Apparet hic ejus animus ex historia eorum temporum, praesertim Appiani. Sane Augustus ipse epigrammatio illo mollissimo, quod suorum uni includit Martialis lib. XI. 21. Fulviae uni belli hujus caussam tribuit. CASAUB. *Novas* deerat Cod. Hulf.

Magnis suis,] *Suis* non habent Codd. Harlem. Periz. nec Edd. Venet. tres, Bonon. Lugd. sed supr. cap. II. *pater suus*, ubi alii codices omittebant *suus*. vid. & Caes. LXXXI. inf. XXXV. & alibi. BURM.

In XIV. ordinibus sedentem excitari] Mallem

paritorem jussisset, rumore ab obtrectatoribus dilato, quasi eumdem mox & discruciatum necasset: minimum afuit quin periret, concursu & indignatione turbae militaris. Saluti fuit, quod qui desiderabatur, repente comparuit incolumis, ac sine injuria. Circa Perusinum autem murum sacrificans, paene interceptus est a manu gladiatorum, quae oppido eruperat. Perusia capta, in plurimos animadvertit: 15 orare veniam, vel excusare se conantibus una voce occurrens, *Moriendum esse*. Scribunt quidam, trecentos ex dediitiis electos, utriusque ordinis, ad aram divo Julio exstructam, Idibus Martiis hostiarum more mactatos. Exstiterunt qui tra-

lem abesse dictionem *ordinibus*, ut Caes. cap. XXXIX. *sessum in* XIV. *e scena*. *Excitandi* quoque verbo proprie usus est de his, qui loco moventur. Quinctilian. lib. III. 6. *si excitatus fuerit de spectaculis*. Martial:

Et quereris, si te suscitat Oceanus.

Adde Epigr. VIII. & XIV. lib. V. TORR. Ita & Lipsius ejiciebat *ordinibus*. sed in Quinctiliani illo ipso capite, paullo ante legitur, *qui artem ludicram exercuerit, in quatuordecim primis ordinibus ne sedeat*. Cicer. II. Philip. 18. *Illud tamen audaciae tuae, quod sedisti in quatuordecim ordinibus*, & ita alii. BURM.

Mox et] *Et* deest Cod. Periz. & Edd. Venet. tribus. Bon. Lugd. Junt. Ald, Steph. & aliis usque ad Casaub. sed male, idem enim est & hic quod *etiam*, & quod alibi dicit, non simplici morte punivisset. vid. inf. ad cap. LXX. BURM.

Saluti fuit,] Confer cum narratione Appiani. CASAUB.

Afuit] Ita Memm. hic & alibi.

Sacrificans] Nescio an idem sacrificium sit, quo non litasse scribit inf. cap. XCVI. *sanificans* erat in Exc. Cujac. BURM.

Interceptus] *Interemptus* Cod. Harle. Edd. Venet. tres, Bonon. Lugd. Junt. Ald. & aliae. eadem varietas Tiber. VII. & Claud. I. BURM.

Quae oppido eruperat.] Liber opt. *qui oppidum eruperant*. recte. TORR. *Erumpebat* Cod. Cujac. Torrentii codex *oppidum*, quod si pluribus firmaretur, non displiceret. ita *erumpere coelum* reperit in Gottorpiano codice Heinsius apud Lucret. I. 163. Virg. I. Aen. 588. *erumpere nubem*; ubi pluribus de hoc verbo agemus. sic *egredi urbem* & similia, de quibus ad Phaedr. III. 16. & ad nostrum inf. cap. XCI. Variatio vero illa nata, quia olim *oppidom* erat scriptum, unde *oppido* factum. vid. ad Phaed. III. 10. BURM.

15. *Trecentos*] Libri duo, *ducentos*. Dion, cccc. Prisca editio Rom. centum demit, & scribit *ducentos*. Dio totidem adjicit: Ἐπὶ βωμὸν τὸν τῷ Καίσαρι τῷ προτέρῳ ὡσιωμένον ἀχθέντες ἱππῆς τε τετρακόσιοι, καὶ βουλευταί. CASAUB. *Trecentos* idem numerus constanter retentus a tribus Pall. quorum duo omnibus literis expressere, unus nota. GRUT.

Aram Divo Julio] Aram hanc Perusinam, ni fallor, appellat Seneca lib. I. de Clementia cap. XI. Vide Dionem lib. XLVIII. TORR. Mos notus ex Tertulliano de Spectaculis, & Servio ad illum versum: X. Aen. 519.

Viventes rapit inferias, quos immolet umbris:

Trogi Breviator lib. XI. 2. de Alexandro: *Prima illi cura paternarum exequiarum fuit: in quibus ante omnia caedis conscios ad tumulum patris occidi jussit*. Tacitus de clade Vari, in primo Annal. c. 61. *Adjacebant lucis propinquis arae, apud quas tribunos ac primorum ordinum centuriones mactaverant*. Sic Spartacus fugitivus Crixo occiso trecentos e captivis Romanis immolat: auctor Appianus I. Ἐμφυλ. pag. 424. Sic Sylla C. Marium occidit, *pertractum per ora vulgi ad sepulcbrum Lutatiae gentis*, ait Valerius IX. 2. I. Idem factitatum a Carthaginensibus: Polybius lib. extremo. Quod ait, *hostiarum more*, non temere adjectum. Seneca de Clementia I. 9. *Ergo non dabit poenas, qui tot civilibus bellis frustra petitum caput non occidere constituit, sed immolare*? Valerius Max. IX. II. 3. *Damasippi jussu principum civitatis capita hostiarum capitibus permista sunt*. Et IX. VII. Milit. Rom. 2. de Q. Pompejo cos. *Ambitiosi ducis illecebris corrupti milites, sacrificare incipientem adorti, in modum victimae mactaverunt*. Livius lib. VII. 15. *Nec in acie tantum ibi cladis acceptum, quam quod CCCVII. milites Romanos captos Tarquinienses immolarunt: qua foeditate supplicii aliquanto ignominia populi Romani insignior fuit*. Idem libro XXV. 16. *pecorum*

traderent, consulto eum ad arma isse, ut occulti adversarii, & quos metus magis quam voluntas contineret, facultate L. Antonii ducis praebita, detegerentur; de-

corum modo inulti trucidantur. Sic apud Philonem contra Flaccum, ἱμᾶσι τρίτων κεκριμένοι. Cur tantae ignominiae hoc mortis genus haberetur, modus efficiebat, quem aperit paucis verbis Florus lib. II. cap. V. *Legatos quippe nostros, ob ea quae deliquerant jure agentes, nec gladio quidem, sed ut victimas securi percussit.* Olim securi tantum sontes puniebantur, postea etiam gladio: hoc supplicium illo lenius & honestius visum. ideo in militem animadversum a Caracalla, qui Papinianum securi occidisset, jussus gladio. Victimis autem comparantur securi percussi, quia & illae secespita, & hi securi, humi strati feriebantur. Appianus de Bell. Hisp. p. 275. Ὁ δὲ Σουλπίκιος τοὺς ἐς τὸ μέσον συναχθέντας αἰχμαλώτους καὶ μέλλων [illegible] αὐτῶν τὰς [illegible] ἀπέλυσεν τὰς αἰχμὰς ἀπάντων ἐς τοὔδαφος πεπταμένους [illegible] [illegible]. CASAUB.

Consulto eum ad arma.] Mire variant codices, *ex proposito*, *e conspectu*, *conspecto*, *ex consulto*. Turneb. *conspecto* defendit, ego vulgatam lectionem servo. Lipsius Elector. I. cap. XII. *compecto*, (ut veteres loquebantur) vel, quod nunc usitatius est, *compacto eos ad arma isse* restituit, ut *compacto rem agere*, & *de compacto rem geri* Plautus dixit. Quae lectio placeret magis, si constaret, quinam alii hoc cum Augusto egerint. Non certe L. Antonius, qui fiducia consulatus sui, & fraternae potentiae res novas moliebatur, ut vidimus cap. praecedenti. Et res altissimi erat silentii, nec de alio quam de Augusto hic loquitur Sueton. TORR. Miram & nos varietatem hoc loco offendimus. Viterb. *conspicato*. Lislaei, *conspecto*. Vetus Romana, *eum ad arma isse ex proposito*. in aliis, *consulto*. puto rectum esse, *conspecto*. nam ita quoque Cujacii libb. & Memmianus codex. At *compacto*, quod Lipsio placet, non possum probare. est enim ἐκ συνθήματος, quod huic loco non convenit. CASAUB. *Conspecto eum ad arma isse* Pal. sec. forte etiam primus. nam literis prioribus erasis, repositum est a recentiore manu, *ex proposito*. quod & in tert. qui tamen annotatum habet, alias legi *consulto*. Videantur commentatores, ut etiam Turneb. lib. XXIV. Adv. 15. Lips. lib. I. Elect. c. 12. Porro si tale quid fecit Augustus, potuit in animo habere ea, quae leguntur de Callicrate, persuadente Dioni, *eum in magno periculo esse, propter offensionem populi, & odium militum: quod nullo modo evitare posset, nisi alicui suorum negotium daret, qui se simularet illi inimicum, quem invenisset idoneum, facile omnium animos cogniturum, adversariosque sublaturum, quod inimici ejus dissidenteis suos sensus aperturi essent.* Aemil. Probus in vita Dionis. GRUT. Recte Lipsius *compacto*. Sic apud Liv. V. 11. *Compacto eum ad arma isse.* ubi quoque in Sigonianis, & duobus Vossianis legitur *conspecto*; sicut in aliis *consulto*, ut notavit Gronovius, qui subjicit: Hinc discis, quid sentiendum sit de Suetonii loco in Octavio c. 15. *conspecto eum ad arma isse.* Ubi Lipsius *compacto*. Id Casaubonus non probat. esse enim ἐκ συνθήματος, quod huic loco non conveniat. At convenit, ὃ νῦν, & ita quidem, ut nihil aliud. Sensus enim, inter Octavium & L. Antonium convenisse, ut simulacrum inimicitiae, & sic qui praesentem statum gravarentur, Antonio velut duce vel capite oblato, voluntates nudarent. Sic apud Plaut Pseud. I. 15. 126. *Id e compacto faciunt consutis dolis.* GRONOVIUS ad Liv. lib. V. cap. II. *Conspecto* Memm. & Huls. & Copes. in margine, quod expressit Pitiscus. sed nos *consulto* praetulimus, quod omnibus nostris scriptis, & Edd. veteribus & recentioribus praeter Romanam firmatur. Vid. Tib. LXII. Clar. Graevius in ultimis editionibus, & Jac. Gronovius *compacto*, ex incertissima Lipsii conjectura receperunt. Margo Basil. *ex composito.* BURM.

L. Antonii] Probo judicium Freinshemii, duas hasce voces irreptitias censentis, quas ineptus glossator ideo huic loco inseruit, quod modo praecesserat Antonii mentio. Sed non erant necessariae, cum nec Augustus bellum id conflans scire posset, quisnam se ducem diversarum partium professurus esset: nec referret, utrum Antonius id faceret, an alius quilibet. BERNEC. Non recte sic censuisse viros doctos apparet ex iis, quae paulo ante Gronovius ὁ νῦν de Augusti simulatione disputavit. GRAEV.

Per-

devictisque his, & confiscatis, promissa veteranis praemia solverentur. Bellum 16 Siculum inchoavit in primis, sed diu traxit, intermissum saepius: modo reparandarum classium caussa, quas tempestatibus duplici naufragio, & quidem per aestatem, amiserat: modo pace facta, flagitante populo, ob interclusos commeatus, famemque ingravescentem: donec navibus ex integro fabricatis, ac viginti servorum

Persolverentur] *Solverentur* Codd. Periz. Harl. Copes. Hulsii. & Venetae & omnes fere editiones priores. mutavit Casaubonus, nihil monito lectore. sed ita reperit in Ed. Romana, & occurrit etiam *persolvere praemia* in Vespas. cap. VIII. Burm.

Sed diu traxit, intermissum saepius:] Annos septem circiter. liquet ex sequenti descriptione, quam ad Suetonii & historiae lucem visum pro bono subjicere.

A. U. C. DCCX. Occiso Caesare incipit Pompejus in Hispania tum latitans emergere: Asinium Pollionem praelio fundit: cum Lepido paciscitur de relinquendis Hispaniis, si bona paterna recipiat: probat Senatus & cos. Antonius.

A. U. C. DCCXI. Bellum Mutinense: Sextus Pompejus ex Hispania revertitur: a senatu in bona paterna restitutus, maritimae orae praeficitur: lege Pedia inter conspiratos damnatur: partem Siciliae occupat: proscriptos & fugitivos suscipit: magnum modum legionum efficit.

A. U. C. DCCXII. Sex. Pompejus totam Siciliam in suam potestatem redigit: Octavius in Macedoniam cum classe tendens per se & Salvidienum Rufum eum aggreditur, ac saltem oram Italiae ab eo defendit. Belli Siculi haec initia.

A. U. C. DCCXIII. Pompejus occupatis bello Philippensi Octavio & Antonio, maria infestare, & omnes Italiae oras vexare non cessat.

A. U. C. DCCXIV. Octavius expeditionem in Gallias destinans, pace frustra tentata cum Pompejo per Muciam ipsius matrem, M. Vispanium Agrippam bello Siculo praeficit. Pompejus Italiam incursionibus vastat: Urbem fame premit. Hoc anno foedus iteratum inter III-viros Octavium & Antonium, qui in Italiam ex Asia venit, & cum collega societatem belli contra Pompejum init.

A. U. C. DCCXV. Colloquium & foedus ad Misenum promontorium inter Octavium, Antonium & Pompejum. Sicilia & Achaja Pompejo in pacis foedere conceduntur: ejus filia M. Marcello Octaviae F. despondetur.

A. U. C. DCCXVI. Menas a Pompejo ad Caesarem transfugit: bellum Siculum serio recrudescit: Antonius accitu Caesaris Brundisium usque venit: inde statim solvit, revertitque in Graeciam, prodigiis territus. Pompeji classis Cumas in Italia occupat, aliaque in ea ora, ducibus Menecrate & Apollophane. Octavius cum Sabino & classe sua Rhegium venit: praeliis navalibus inter eos varie pugnatum. Caesari classis pars maxima, qua vi hostium, qua tempestatibus, & quidem aestate, perit. Res Pompeji Menecratis ducis jactura valde labefactatae.

A. U. C. DCCXVII. Superioris anni finis & hic totus, a Caesare impenduntur in paranda classe & exercendis copiis: eique negotio praeficitur M. Vipsanius Agrippa.

A. U. C. DCCXVIII. Menas redit ad Pompejum, eum denique mox iterum deserit. hoc anno Caesar adjutus Lepidi copiis, terra marique in Sicilia & ad Siciliam Pompejum oppugnat, tandemque expugnat, & in fugam se dare compellit. Dio, Appianus, caeteri. Casaub.

Modo reparandarum classium caussa] Refer ad annum DCCXVI. & sequentem. Casaub. *Reperandarum* Memm.

Et quidem per aestatem,] Non sine caussa notat. nam neque solet fieri in illo mari, & calamitas Caesaris ejusmodi fuit, ut confessione omnium ira deûm adversus ipsum, favore adversus Sextum accidisse videretur. propterea ἐχαυνώθη miser Sextus, vitio usus humani ingenii. Itaque ergo nihil jam hominis spirans, Neptuni filius & dici & credi voluit. Casaub.

Modo pace facta,] A. U. C. DCCXV. & nota ὁμολογίαν. Casaub.

Ad XX. Servorum] *Ac* codd. Periz. Hulf. Edd.

rum milibus manumissis, & ad remum datis, portum Julium apud Bajas, immisso in Lucrinum & Avernum lacum mari, effecit. In quo quum hieme tota copias exercuisset, Pompejum inter Mylas & Naulochum superavit: sub horam pugnae tam

Edd. Veteres omnes. quis auctor hujus lectionis *ad* nescio: nihil enim mouent comm. nec ipse Graevius, qui recepit in suam editionem. vid. ad Caes. cap XX. BURM.

16. *Ad remum datis*,] Sic frequenter JCti. *ad opus publicum*, *ad latomias*, *ad bestias*, *ad ferrum*, *ad gladium*, *ad ludum gladiatorium*. quae poenarum sunt genera. TORR. Non in poenam, ne erres: sed simpliciter intellige factos remiges. nam aliud sonat vulgo hoc loquendi genus. CASAUB.

Julium] *Julius portus*, qui Virgilio Georg. II. 163. *Julia unda*, non a Julio Caesare Dictatore nomen habet, ut Servius ad illum Virgilii locum, & Leander in descriptione Italiae volunt: sed ab Augusto, a Caesare in Juliam familiam adoptato, cujus auspiciis cum Agrippa perfecit. Ita *lex Julia*, *aqua Julia*, &c. dicimus ab eodem auctore. BERNEGG. *Julii* Periz.

In Lucrinum & Avernum lacum] Ad Bajanum in Campania sinum, quos describit Strabo lib. V. Avernus lacus totus hodieque exstat: at Lucrinus fere omnis interiit, cineribus ex terrae motu anni 1538. sic oppletus, ut nunc tenuis tantum & coenosa exstet palus, cum exiguo arundineto, teste Cluverio Ital. antiqua lib. IV. 2. BERNEG.

Lacum mari] *Mari lacum* Cujac. Periz. Hulf. Edd. Rom. Venet. Junt. Ald. Basil. & aliae. forte *lacum* a Glossatore est, ita enim *Lucrino addita claustra* Virg. II. Geor. 161. & VI. Aen. 126. *facilis descensus Averno*. Sed hoc fortasse Poëtis permittetur. quare ἰπέχω. BURM.

Cum hieme tota] Rectius MSS. duo *hiemes totas*, ut plures hiemes in id Caesar absumserit. quod verum est. TORR. Ex historia apparet, sesquiannum in hunc apparatum fuisse consumptum. Non placet tamen lectio, quam profert & probat Torrentius, *hiemes totas*: neque enim verum est, Octavium plures hiemes copias suas in portu Julio, de quo Suetonius intelligit, exercuisse. Dionem vide. CASAUB. *In quo cum hieme tota copias exercuisset*, sic etiam nostra trias, non ut aliorum scripti, *hiemes totas*, neque ferri potest ob *copias* sequens. ne dicam ceteros historicos lectionem eam repudiare. GRUT. *Hieme totas copias* Ed. Rom. nullam vidi, quae *hiemes totas* exhiberet: *exercuisset copias* Ex. Cujac.

Inter Mylas & Naulochum] Ultimo anno belli Siculi duobus magnis praeliis navalibus res est confecta. Alterum apud Mylas habitum, alterum ad Artemisium. Is locus non procul Messana aberat, ubi copias suas Pompejus habuit in navali, quod φερωνύμως Graeci Ναυλόχους vocant, ut Appianus bis. Sueton. *Naulochum*. Fuisse cum locum Messanae navale, ut erat Gythium Spartae, Cenchreae Corinthi, ex collatione Strabonis & Appiani satis liquet. Dio non nominat diserte, sed de Naulocho intelligendum, quum scribit lib XLIX. Οἱ δὲ Σίξευ ἄνω ἐν τῇ οἰκείᾳ ναυλοχοῦντες οὐδ᾽ ἰδίαν ἀντέδωκαν. CASAUB. *Inter termopyt milas* Memm. sine dubio somniabat librarius de *Thermopylis*: *inter nivas* Ed. Venet. pr. *milas & naulocum* Periz. Harlem. Edd. Venetae sec. tert. Bonon. *milas* Lug. & Junt. *Naulocha* dixit Sil. XIV. 264. huc respexisse Auson. in Mosell. 215.

Aut Pompejani Mylasena pericula belli.

notavit Broukhusius. BURM.

Sub horam pugnae.] Hic intelligendum de instante jam tempore pugnae. Nam *sub horam* cum dicimus, instantis jam temporis vicinitatem designamus. Ut cum Virgilius lib. IV. dixit, *sub lucem exportant apes*. &c. id non plane lucem, aut in luce, sed adventante jam luce intelligendum. FULVIUS URSINUS. Vid. Vell. Paterc. II. 24. & Ovid. XIX. Epist. 195. inf. Aug. XLVI. Tiber. VI. In Virgilii loco memoria fefellit Ursinum. nam lib. IV. Georg. 255. legitur, *tum corpora luce carentum, exportant tecto*. Sed lib. III. 402.

Sub lucem exportans calathis, adit oppida pastor.

ubi & alii codices *sub luce*. Sic. I. Geor. 340. *sub casu* & *casum*: & semper fere ita variant codices. BURM.

Somno devictus.] Libro duo *devinctus*. TORR. *Devictus*, sic quidem aliquot libri Torrentiani, at plures tamen *devinctus*, quibus accedunt item nostri GRUTER. Idem Alexandro Magno & Francisco primo Galliarum regi ad Ma-

tam arto repente somno devinctus, ut ad dandum signum ab amicis excitaretur. Unde praebitam Antonio materiam putem exprobrandi: *Ne rectis quidem oculis eum adspicere potuisse instructam aciem: verum supinum, coelum intuentem, stupidum cubuisse: nec prius surrexisse ac militibus in conspectum fuisse, quam a M. Agrippa fugatae sint hostium naves.* Alii dictum factumque ejus criminantur, quasi classibus tempestate perditis exclamaverit, *etiam invito Neptuno victoriam se adepturum:* ac die

Marignanum omine felice evenisse traditum est. GUJET. *Devictus* Copes. Harlem. Edd. Roman. Venetae & omnes priores usque ad Casauboni Edit. Cum vero sollemnis haec sit codicum variatio, & *victus* vel *vinctus somno* centies occurrat, hic *devinctus* praefero: cum ob ea, quae dixi ad Ovid. XI. Met. 238. tum quia hoc poscere videtur *artus somnus*, quo quasi vinculo alligatus jacebat. sic *artissimo somno quievit* Oth. XI. BURM.

Unde praebitam] *Unde ei praebitam* Codd. Copes. Huls. forte *unde &*, ut saepe alibi *et* & *ei* permutata. BURM.

Ne rectis] *Nec* Cod. Huls.

Verum supinum, coelum intuentem.] Libri duo *supremum coelum intu.* Non placet, infartum ab illis, qui plura adjectiva sine copula non ferebant. TORR. Ita legendum, non *supremum coelum.* Objicit Octavio Antonius ignaviam, simul & δεισιδαιμονίαν. quod quando in acie stare debebat, lateret supinusque coelum intueretur, vota solum diis fundens. Alludit enim ad morem eorum, qui vehementissime aliquid a Deo peterent: supini quippe orabant, & ut ait Horatius III. Od 23. *coelo supinas ferebant manus.* Ideo negat Prometheus apud Aeschylum se

— θηλύνουν γενέσθαι
Καὶ λιπαρήσειν τὸν μέγα στυγούμενον
Γυναικομίμοις ὑπτιάσμασιν χερῶν.

Heliodorus lib. IX. ὑπτίας τὰς χεῖρας ἀνατείνας εἰς ἱκεσίαν ἐμφανῆ. Possumus & ita hanc vocem interpretari, ut apud Juvenalem I. Sat. 66.

Et multum referens de Maecenate supino.

Addit *stupidum*, id est; ὑπὸ δέους ἔκφρονα. In Viterb. erat *incubuisse.* CASAUB. *Supremum* Harlem. Periz. Edd. Rom. Venetae, Bonon. & priores, praeter Steph. Basil. & sequentes. potuisset ex hac vitiosa lectione conjecturam suam nihilo meliorem de *suprema* quercu apud Phaedr. IV. 2. confirmare ὁ δεῖνα. ita *supinus* Claud. XXVIII. & Horat. I. Sat. V. 19. *stertit supinus. incubuisse* etiam Copes. BURM.

Militibus in conspectum fuisse] Emendavimus ex Viterb. & Cujaciano. nam male vulgo etiam MSS. *venisse.* Corruperunt, qui non observaverant elegantias prisci sermonis. Est autem *fuisse* positum pro venisse. Graeci παραγενέσθαι, vel etiam γενέσθαι. Eustathius in ἐρωτικοῖς libro sexto: ἐγὼ περὶ τὸ δωμάτιον· αὐτὴ οὖν ἐξαίφνης τραπέζης καὶ περὶ τὸ δωμάτιον γέγονεν. *Abi in cubiculum: illa igitur e mensa statim surrexit, & in cubiculum venit.* Sic saepe ille scriptor, & alii & meliores eo multo & vetustiores: contra *venire* & *esse* locum saepe obtinet, praesertim apud poëtas. Sic *fieri* accipit Apulejus Milesiadis X. *Haec ut primum ante judicis conspectum facta est.* sed & *facere se* pro venire, aut sistere ponebant. Apul. initio V. *intra limen sese facit.* Nam mali critici sunt, qui putant mendosum & mutant. Terentius: *Huc te fac*, pro veni, vel accede, ut explicat Donatus. Affinis significatio verbi ποιεῖν apud Graecos, ut in Actis, V. 34. ἔξω ποιῆσαι τοὺς ἀποστόλους. quod potes ad verbum interpretari, *facite extra Apostolos.* Aristoteles in Oeconom. τοὺς ἀποστελλομένους εἰς φυλακὴν ποιήσαι. Cedrenus, Θεοδώρα Φαίδραν ἀπὸ ὄψεως ἐποίησεν. CASAUB. *In conspectum fuisse* sic & sec. & a manu prima primus. sed deinde mutatum in *venisse*, quod & in tertio & retro vulgatis. GRUT. *Venisse* etiam Harlem. & Copes. & Edd. veteres omnes, donec Casaubonus reponeret *fuisse*, & jure: ita Curt. VI. V. 26. ut Modius ex suis profert; *ut primum res in conspectum fuit.* sic & III. V. 20. *in Ciliciam fore.* Cicer. XV. ad Att. 4. *qua die in Tusculanum essem futurus:* & ita centies alii. Heins. tamen malebat *in conspectum ivisse.* Vid. & Salmas. ad Tertul. Pall. pag. m. 206. Locum vero Terentii, ubi *huc te fac* legitur, reperire non potui: male autem Berneggerus in indice hic *prius ac* explicat, pro *priusquam.* Cum sit copulativa particula & *quam* sequatur. sed ita ut & infr. cap. XLII. *ut non minore aratione ac negotiatione, quam populi rationem deduceret.* BURM.

die Circensium proximo sollemni pompae simulacrum Dei detraxerit. nec temere plura ac majora pericula ullo alio bello adiit. Trajecto in Siciliam exercitu, quum ad partem reliquam copiarum continentem repeteret, oppressus ex improviso a Demochare & Apollophane, praefectis Pompeji, uno demum navigio aegerrime effugit. Iterum quum praeter Locros Rhegium pedibus iret, & prospectis biremibus Pompejanis terram legentibus, suas ratus, descendisset ad litus, paene exceptus est. Tunc etiam per devios tramites refugientem, servus Aemilii Paulli, comitis ejus, dolens proscriptum olim ab eo patrem Paullum, & quasi occasione ul-

Etiam invito] *Etiam* deerat Copcf. *Et invito* Venet. tres, Bonon.

Victoriam se adepturum:] Videtur initio fuisse in Pal. pr. *incretiam se adep.* Certe ita alias legi adpictum codicis ejusdem margine. GRUT.

Ac die Circensium proximo] Vide Dionem in actis anni DCCXIV. CASAUB.

Pompae simulacrum Dei detraxit.] Alludit ad hanc historiam Julianus in Caesaribus: ἐπὶ τῷ Ὀκταβιανῷ, ait, τὴν ὕβριν ἔφερεν ὁ τοῦ Ποσειδῶνος θεράπων, ἐπιμεμφόμενος αὐτῷ τοῦ ὕδατος ἕλκοντος διὰ τῆς πομπῆς, ἄλλως τε καὶ μνησικακῶν αὐτῷ τῆς εἰς τὸν θεὸν ὑπερηφανίας. CASAUB. *Deinde traxerit* Memm. ubi Graevius *deinde detraxerit* fuisse notat. *detraxit* Periz. Harlem. Edd. Venetae, Bonon.

Trajecto in Siciliam exercitu] Eo bello, quod gestum est anno DCCXVI. Historiam hanc diligentissime exponit Appianus, sed paulo aliter. CASAUB.

Cum partem reliquam copiarum continenti repeteret.] In V. C. multo rectius est, *Quum ad partem reliquam copiarum continentem repeteret.* URSIN. Ita Viterb. & alii optimi codd. quidam tamen, *cum ad partem reliquam copiarum continentem repeteret:* quae lectio planior. atque ita in editione Rob. Steph. CASAUB. *Cum partem &c. continenti* omnes quoque Palatini. GRUT. Et ita nostri & omnes praeter Steph. Editionem. & placet J. Gronovio propter notas paternas ad Senec. ad Oed. 61. potuisset & remittere ad Herc. Fur. 770 Heinsius legebat, *cum p. r. c. e continenti*, vel *in continentem repeteret*. Mihi locus non satis sanus videtur. ad Gratii Cyneg. 245. docui Latine satis dici, *repetere locum ad hoc* vel *illud* agendum. Sed hic suppleri deberet *continentem repeteret ad partem copiarum*, trajiciendam scil. quod durius. inf. XVII. *repetit Italiam.* maxime adhuc placet, *quum partem r. c. continenti repeteret*, pro ex continenti sc. Italia. *repetere* vero est non simul omnes, sed singulas partes, unam post alteram petere, & ita saepe trajicere. Liv. XXI. 28 de Hannibale Elephantos Rhodanum trajiciente. *primis expositis, alii deinde repetiti atque trajecti sunt.* lib. XXIX. 35. *Naves, quae praedam a Sicilia vexerant, cum commeatu rediere, velut ominatae ad alteram praedam repetendam se venisse.* Quinctil. Decl. XII. *ne repetiti commeatus post diem nostrae mortis adplicentur.* sic *reposcere* inf. cap. XCI. *cum* deerat Harlem. in Copcf. non erat *ad*, qui *continentem* etiam habebat. BURM.

Item cum praeter Locros] Tres codices, *Iterum cum pr. Loc.* TORR. Palat. pr. ac tert. *iterum.* utrumque ferri potest. GRUT. *Item* Harlem. Periz. Edit. Venetae, Bonon. Lugd. Basil. & omnes veteres praeter Steph., & recentiores. vid. Caes. XXXVI. & Tib. VI. BURM.

Terram legentibus,] Sic Livius lib. V. *terram legens.* & *oram Italiae legens.* Virgil. III. 292. *Litoraque Epiri legimus.* ubi Donatus nauticum esse vocabulum annotavit, ut & *funem legere.* TORR. Negligentiae hic Torrentium in laudandis auctoribus arcessit Crenius Animadv. Philolog. tom. XI. p. 239.

Exceptus est.] Horat. lib. III. Od. XII. *latitantem fruticeto excipere aprum.* Virgil. Bucol. *caprum Excipere insidiis.* Plura exempla apud Nonium. TORR.

Dolens proscriptum olim ab eo patrem Paullum,] Is est, opinor, cujus nomen refert in proscriptorum album, & caedem narrat Appianus lib. IV. etsi Aemilius illi tantum dicitur. CASAUB. Per *patrem* intellige Aemilii istius junioris patrem. non enim ipsius servi, ne erres cum eruditissimo A. Schotto. BERNECC. Schott. III. obs. 15. legebat. *Patronum.*

Evocarat] *Vocarat* Cod. Periz. Harlem. Ed. Venet. tres, Bonon.

Circejis relegavit.] Melius tres MSS. *Circejos.* TORR. Videtur legendum, *Circeios*, non *Circeis.* URSIN. Orosius lib. IV. 18. *Lepidus supplex.*

ultionis oblata, interficere conatus est. Post Pompeji fugam, collegarum alterum M. Lepidum, quem ex Africa in auxilium evocarat, superbientem viginti legionum fiducia, summasque sibi partes terrore ac minis vindicantem, spoliavit exercitu: supplicemque concessa vita Circeos in perpetuum relegavit. 17 M. Antonii societatem semper dubiam & incertam, reconciliationibusque variis male focillatam abrupit tandem.

plex Caesari factus vitam & bona impetravit, perpetuo emendatus exilio. longe mitius, ut plerique alii narrant. Vellejus hoc tantum lib. II. 80.: *Vita rerumque suarum dominium concessa ei sunt: spoliata, quam tueri non poterat, dignitas.* Dio lib. XLIX. p. 456. in Italia fuisse habitum non sine custodia. Appianus aperte Suetonio repugnat: vult missum a Caesare non in exilium, sed Romam, ut privatus degeret, pontificatu maximo, quem gerebat, contentus, Ἐμφυλίων lib. V. pag. 743. Et alibi quoque idem Romae eum in summa ἀδείᾳ esse versatum narrat, de Lepidi junioris & matris conjuratione in Augustum loquens lib. IV. p. 618. Mihi hic Appiani suspecta fides: nam Dio anno demum DCCXXVI. duodecimo post conspirationem anno, ab Augusto in urbem retractum, auctor est: nisi dicamus post mortem filii, non necessitate, sed voluntate sua in agros secessisse & solitudinem: quod videtur innuere etiam Dio. CASAUB. *Circeis* vel *Circejis*, Venet. sec. & tert. Bon. Basil. post. Seb. Gryph. Plant. *Cercejis* Basil.

17. *M. Antonii societatem*] Fecerant ineptissime, qui superioribus ista conjunxerant. CASAUB. Quaedam Edd. incipiunt caput ab illis *Ab Actio* &c.

Reconcilationibus variis male focillatam abrupit tandem.] Dictum est elegantissimum Appiani de Octavio & Antonio: Συνεχὴς δ' αὐτοῖς ἡ μεταβολὴ ἀεί τε τῆς ὑπονοίας ἐκ φιλαρχίας, καὶ ἐς τὰς πίστεις ὑπὸ χρείας. Afferemus & huic loco lucem ex notatione temporum.

A. U. C. DCCX. Caedes Julii: reditus Octavii ab Apollonia, & cum Antonio contentiones variae in urbe. Antonius tandem urbem reliquit.

A. U. C. DCCXI. Bellum & pax Mutinensis: foedus factum inter Caesarem & Antonium affinitate confirmatur, Clodia Fulviae filia ex primo marito, (tres enim habuit) Octavio desponsata.

A. U. C. DCCXIII. Caesar Romam reversus ex bello Philippensi, exorta cum Fulvia socru simultate, Clodiam dimittit adhuc virginem. Perusinum bellum.

A. U. C. DCCXIV. Caesar & Antonius Brundisii conveniunt: reconciliantur affinitate redintegrata per Octaviam, quae Antonio nubit: Romam simul ingrediuntur: Antonius redit in Asiam.

A. U. C. DCCXV. Antonius iterum venit in Italiam, & ad Misenum promontorium cum Octavio depositis simultatibus foedus renovat.

A. U. C. DCCXVI. Antonius ex Graecia repetit Italiam, specie opem ferendi Caesari contra Pompejum: sed portento territus, priusquam Caesarem alloqueretur, Brundisio solvit.

A. U. C. DCCXVII. Antonius tertio redit in Italiam: amicitiam cum Caesare Tarenti redintegrat, & tertiam cum eo jungit affinitatem, desponsa Julia Octavii Antyllo filio suo. Inde abit in Asiam, & bellum Persicum.

A. U. C. DCCXIX. Octavia cum muneribus & legionibus ad Antonium reducem in Aegyptum ex Armenica expeditione tendit: Antonius eam domum redire jubet, amore Cleopatrae occupatus.

A. U. C. DCCXXI. Reverso Antonio ab expeditione Armenica in Aegyptum, recrudescunt simultates inter eum & Caesarem, frustra tentata pace amicorum intercessione.

A. U. C. DCCXXII. Inimicitiae inter Caesarem & Antonium crescunt, Octavia suas res habere jussa: Antonius hostis pop. Rom. appellatus, vel Cleopatra potius.

A. U. C. DCCXXIII. Hoc anno a. d. IV. Non Septemb. victus Antonius ad Actium, sequenti periit. CASAUB.

Reconciliationibusque] *Reconciliationibusque* Periz. Harle. Codd. & Edd. Rom. Venet. tres, Bon. Junt. Lugd. Ald. & aliae usque ad Basileenses.

Male focillatam] Liber unus *follitam*. *Folcitam* igitur aut *foltam* pro *fultam* legendum est, sic.

abrupit tandem. Et quo magis degeneraſſe eum a civili more adprobaret, teſtamento, quod is Romae, etiam de Cleopatra liberis inter heredes nuncupatis, reli-

ſic enim ſaepe Cicero fulciendi vocabulo utitur. Horat. epiſt. III *male ſarta Gratia nequicquam coit, & reſcinditur.* Ad crebras autem Auguſti & Antonii ſimultates referendus & ille locus lib. I. Sat. v. de Maecenate & Cocceio:

- - - magnis miſſi de rebus uterque
Legati, averſos ſoliti componere amicos.

Torr. Sic omnes noſtri: nec mutanda vox elegans *focillatam* aut *focilatam* uno *l.* ſic enim ſcribitur in Turonenſi. Gloſſarium: *Focilat*, θάλπει. Lucanus ſeu quis alius ad Piſonem, ex veteri lectione: *ſed miſerum parva ſtipe focilat.* Varro *focillor* aliter quam Suetonius uſurpavit, de Vita populi Rom. lib. II. *Propter res ſecundas ſublato metu non in commune ſpectant: ſed ſuum quiſque diverſi commodum focillantur.* Proprie *focillare* eſt aegras fauces lana appoſita fovere, ut fuit moris. contra *effocare* dicimus fauces premere ad perniciem. Casaub. *Focillatam* ſic Pall. tres, niſi quod primus *focilatam.* neque opus mutatione. Gruter. I. e. fotam. a *foveo*, *focus*, *foculo*, *focillo*. Onomaſticum: *Focillo*, *or*, ἀναλαμβάνω. Idem: *Foculo*, τιθηνίω. hoc eſt, foveo. Gujet. Caſaubonus a faucibus videtur declinare, ſed alii fortaſſe probabilius *focillare* diminutivum faciunt a *foculare* (ſeu *focilare*) apud Nonium, hoc eſt, fovere, blando calore permulcere ac reficere. id autem non a *faux*, ſed a *focus*, *foculus*, oritur. Bernec. *Focilatam* Codd. Memm. Copeſ. Harlem. *Fulcitam* Marg. Ant. Gryph. in Cujaciano erat, *focillatam velut filum abrupit.* quod a gloſſatore profectum, qui ad verbum *abrupit* adſcripſit, *velut filum.* Burm.

Degeneraſſe eum a civili more] Intelligit facta Antonii contra majorum inſtituta & gravitatem Romanam, quae pluribus explicantur ab hiſtoricis. Vide Dionem initio lib. L. Casaub.

Teſtamentum aperiendum recitandumque pro concione curavit.] De hoc Auguſti facto equidem ſic exiſtimo, ut inter exempla magnae cujuſdam immanitatis referendum cenſeam. Primum quia contra jus naturae eſt, ut rebus alienis nos immiſceamus, quae ad nos nihil pertinent: neque id ſolum, ſed etiamſi vel maxime ad nos pertinerent, humanitatis tamen lex eſt, multa neſcire velle. Inde eſt quod in coelum tolluntur laudibus Athenienſes, Pompejus, Julius Caeſar, Antonius, & alii, qui hoſtium ſuorum literas in caſtris repertas, aut alio caſu captas, legere noluerunt. Simili ratione, paullo qui ſit humanior, nemo delatorum voces admittat. Multo minus aequum videtur, quae ſit alicujus viventis valentiſque voluntas, ſuper iis, quae poſt mortem ſuam fieri velit, ſatagere. Itaque ait Plutarchus: viſum hoc factum ἀπάνθρωπον καὶ δεινόν. Dio quoque ἔργον παρανομώτατον vocat. Amplius dico, capitale admiſſum, ſi aeſtimetur hoc factum legibus Romanis: teneretur enim poena legis Corneliae de falſis. l. I. D. ad Legem Corneliam de falſis. l. XXXVIII. D. de poenis. Taceo violatam deorum religionem, quorum ſacerdotibus ſanctiſſimis, virginibus Veſtalibus, Antonius hoc teſtamentum commiſerat. neque illae ſane prodiderunt: ſed majori vi, quia reniti non poterant, invitae ceſſerunt. Non me fugit, quid pro Auguſto dici queat, ſed verius hoc nihil quiſquam dixerit: voluiſſe illum in odium & invidiam Antonium adducere. Erant autem capita teſtamenti Antonii, quae maxime exagitavit Octavius, haec tria. Primum, quod Caeſarioni redderet teſtimonium, quaſi filio Caeſaris naturali & legitimo: quum is matrimonio ortus non legitimo, jure civis eſſe non poſſet, ſed peregrinus tantum, proinde capere quidquam de bonis civis Romani non poterat. Alterum, quod reliquos Cleopatrae liberos ſummis affeciſſet elogiis & honoribus, iiſque plurima contra leges reliquiſſet. Poſtremo, quod juſſiſſet corpus ſuum, ubicunque mori ipſi contigiſſet, Alexandriam deferri, & cum Cleopatra, quandoque fato functa, ſepeliri. Casaub.

Quod is Romae etiam] Teſtamentum Antonii factum eſt Alexandriae, ſed pluribus exemplis: eorum unum ibi cuſtoditum, alterum Romam miſſum. vide Dionem. Non igitur ſatis apte aut vere noſter, *reliquerat:* nam dubium non eſt, quin poſt ea tempora ſcripſerit Antonius id teſtamentum, quibus noviſſime in urbe fuit. Casaub.

Romae etiam de Cleopatra, liberis] Liber unus, *Rom. & de Cleopatrae liberis.* Lego, *Quod*

liquerat, aperiendum recitandumque pro concione curavit. Remisit tamen hosti judicato necessitudines, amicosque omnes, atque inter alios C. Sosium & T. Domitium, tunc adhuc consules. Bononiensibus quoque publice, quod in Antoniorum clientela antiquitus erant, gratiam fecit conjurandi cum tota Italia pro partibus suis.

Quod is Romae etiam Cleopatrae lib. nam *de* praepositio omnino superflua est, loco particulae *&* adscripta. Reliquerat autem testamentum suum Antonius apud virgines Vestales. Auctor ejus vita Plutarch. TORR. Scripta lectio, *& de Cl. lib.* sic optimi quique codd. an verum est, *quod is Romae etiam de Cleopatra, & de Cleop. lib.*? neque enim de liberis tantum Cleopatrae in testamenti sui tabulis egerat Antonius, sed multo etiam pluribus de ipsa Cleopatra: ut cum illi Bibliothecam regum Pergami, velut legati jure, donabat: & cum corpus suum, ubicunque ipsi contigisset mori, Alexandriam mandabat deferri, ut eodem tumulo cum Cleopatra conderetur. lege Plutarchum & Dionem lib. L. CASAUB. Torrentius expungit τὸ *de*. Casaubonus, *de Cleopatrae liberis.* Freinshemius: *Cleopatra & de Cleopatrae & liberis.* Ego, *de Cleopatra*: & distinguo: *quod is Romae, etiam de Cleopatra liberis inter heredes nuncupatis, reliquerat.* id est, in quo testamento etiam liberi, quos e Cleopatra sustulerat, heredes declarati erant. GRONOVIUS. Hanc emendationem comprobat codex Salmasii, in quo plane: *Quod is Romae etiam de Cleopatra, liberis inter heredes nuncupatis, reliquerat.* GRAEV. *Etiam de Cleopatrae liberis*, omnes scripti & editi, quos vidi, nisi quod *de* omittat Periz. & Steph. Ed. *etiam & de* Copes. vid. ad Caes. LXXVI. BURM.

Aperiendum] *Aperiundum* Memm.

T. Domitium] Codex Ferrariens. *C. Domitium.* Sed Cn. Domitium vocant lapides Capitolini, & alioqui Domitii non nisi Cn. & L. praenomina usurparunt. Sueton. Ner. cap. I. & de hoc ipse Domitio cap. III. TORR. Omnino, ut erudite Torrentius observavit, *Domitium* vel *Cn. Domitium* scribi debet; tamen scripti libb. omnes ita habent. CASAUB. Pall. tert. *Cajum* praefert. ut videatur scribendum juxta Fastos, *Cnaeum.* GRUTER.

Bononiensibus &c. *gratiam fecit conjurandi cum tota Italia pro partibus suis.*] Id est, permisit, ne conjurarent pro sese cum reliqua Italia. Male igitur, qui dictionem *suis* delendam censent. sic enim & alibi loquitur Sueton. Tib. cap. XXXV. *Equiti Romano jurisjurandi gratiam fecit*: & *criminum gratiam fecit*, Calig. cap. XV. & *edicti gratiam fecit*, Domit. cap. XIV. Plautus quoque *jurisjurandi gratiam facere*, extremo Rudente, pro a juramento absolvere, & *pecuniae gratiam facere* pro remittere dixit, ut Annaeus Seneca: *Dis votorum gratiam facere*, epist. X. ad Lucilium. TORR. Contrarium plane affirmat Dio lib. L. pag. 482.: eum vide. Ego suspicor Dionem in hac historia lapsum, quum non satis intelligeret, quid esset, Bononienses in clientela Antoniorum antiquitus fuisse: propterea dixisse, Antonium fuisse Bononiae κληρονόμον. quod falsum puto. CASAUB. Pro Dione dici forte queat non ignorasse quidem eum, quid sit *in clientela esse*, sed diversam a Suetonio rationem adducere: quae tamen in eo conveniunt, quod utrobique meritum Antonii caussa fuerit, ob quam in hoc indulserit Caesar. Sed in Suetoniana ratione patrocinium majorum & familia, in Dionis autem proprium hujus Antonii, deductionem in coloniam: quae acciderit post reconciliationem Caesaris & Antonii interveniente Lepido factam. Eo enim tempore XVIII. Italiae coloniae militibus distributae sunt (interque illas haud dubie haec ipsa Bononia) auctore quidem Appiano Civil. IV. pag. 590. f. Sed in hoc contrarium adstruit auctori Dio, quod ille quidem nec coactos, nec illectos ad partes Caesareanas scribit: hic inter eos, qui beneficiis inducti Caesari adhaeserunt, etiam Bononienses numeret, colonia eorum confirmatione & quadam quasi novatione, Octaviani muneris facta. BERNECC.

Quod in] *Qui* Periz. sed in margine *quod. antiquitus* deerat Copes.

Gratiam fecit conjurandi pro partibus suis.] Respexit ad hanc historiam Ovidius Trist. lib. I. IV. 34.

Saepe fidem adversis etiam laudavit in armis:
Inque suis amat hanc Caesar, in hoste probat.

Et alio loco ejusdem libri: Eleg. VIII. 25.

Sed tamen in duris remanentem rebus amicum,

Quam-

suis. Nec multo post navali praelio apud Actium vicit, in serum dimicatione protracta, ut in navi victor pernoctaverit. Ab Actio quum Samum in hiberna se recepisset, turbatus nuntiis de seditione militum, praemia & missionem poscentium, quos ex omni numero confecta victoria Brundisium praemiserat, repetit Italiam, tempestate in trajectu bis conflictatus: primo inter promontoria Peloponnesi atque Aetoliae, rursus circa montes Ceraunios, utrobique parte Liburnicarum demersa: simulque ejus, in qua vehebatur, fusis armamentis, & gubernaculo diffracto. Nec amplius quam septem & viginti dies, donec desideria militum,

Quamlibet inviso Caesari in hoste probat.
Nec solet irasci (nec enim moderatior alter)
Cum quis in adversis, si quid amavit, amat.
Potes referre & ad historiam T. Vinii Philopoemenis, de quo cap. XXVII. CASAUB.

Navali praelio apud Actium vicit,] A. d. IV. Non. Sept. A. U. C. DCCXXIII. aetatis suae XXXII. diebus demptis XXII. Atque ab hoc principio numerati anni imperii Augusti, inquit Dio. Sed notum est, docente eodem Dione atque aliis, non idem initium imperii Augusti omnes constituisse. CASAUB.

In navi victor pernoctaverit.] *In nave v. pernoctavit* Copes. credo pro *pernoctarit*. *in nave* Ed. Roman.

Cum Samum insulam] Sic inf. cap. XXVI. *quintum in insula Samo consulatum iniit.* Samum autem, quae inter Miletum & Chium est, atque Asiae attribuitur, intelligit. alii enim auctores eum obtenta hac victoria in Graeciam profectum tradunt. Est & alia eodem nomine insula Cephaleniae vicina, quam Servius tamen ad alterius differentiam *Samen* vocat. Alii *Samen* urbem esse volunt. Multa Strabo de utroque nomine lib. XII. Adde, si lubet, Plinium lib. IV. cap. XII. Virgil. III. 271.
Dulichiumque, Sameque, & Neritos ardua saxis. TORR.
Augustum trajecisse in Asiam mox a victoria Actiaca testatur Dio lib. LI. Venisse Samum Jonicam, ex iis colligimus, quae narrat Appianus lib. IV. de duobus Metellis proscriptis, patre & filio. Ait ibi Caesarem in hac insula [illegible] τοὺς αἰχμαλώτους. Venit eodem & anno post, confecto bello Alexandrino, quando V. consulatum ibi suscepit; & idem postea bis, quum Graeciam & Asiam lustraret. Vide Dionem in rebus gestis anno DCCXXIV. meminit & Strabo lib. XIII. CASAUB. Obsecutus sum tribus Pall. nam prius vulgati voce auctiores *Samum insulam in hib.* haud necessario. GRUT. *Insulam* veteres habent & Basil. sed omiserunt Ald. Arg. Junt. Steph. & recentiores.

Seditione militum] *Militum* deest Copes. Periz. Harlem. Memm. Edd. Rom. Venet. tribus Bonon. reliquae exhibent. sed & abesse posse puto. & *missione* Harlem.

Repetit Italiam] *Repetit alia* Mem. Harlem. Copes. Hulf. & Perizon. qui distinguebat hoc modo, *repetit. Alia tempestate.* & ita etiam. Edd. Rom. Venetae tres, Lugd. Junt. Ald, Arg. nisi quod quaedam *repetiit*. Steph. omisit *Italiam*, & dat, *repetit tempestate.*

Inter promontoria Peloponesi atque Aetoliae,] Inter Rhium opinor & Antirrhium, qui erat brevissimus ex Aetolia in Peloponesum trajectus. CASAUB. *Promuntoria* Memm. & Copes.

Utrobique] *Utrubique* Memm.

Simulque] Pal., pr. & sec. non habet *que*, neque requiritur. GRUTER. Deest Copes.

Armamentis] *Armentis* Harlem. Cod. & Edd. Venet. pr.

Gubernaculo diffracto.] Sic & nostri codices. Alii *defracto*. Caes. cap. XXXVII. *Axe diffracto.* TORR. *Defracto* Basil. poster. vid. ad Caesar XXXVII. *distracto* Copes.

Nec amplius quam septem & viginti dies,] Dio tamen ait triginta: ὥς τὴν αὐθις τριακοστῇ μὴ τὴν ἄφιξιν ἡμέρᾳ ἀπῆρε. Ad hanc celeritatem respicit Germanicus apud Tacitum I. Annal. 42. *Divus Augustus vultu & aspectu legiones Actiacas exterruit.* CASAUB.

Donec desideria militum ordinarentur] Viterb. & Cujacii codd. *donec & desid.* Pithoei, Turonensis, *donec ad de.* quam lectionem probat idem ille Cujacius in Observ. lib. de quo statuat per me eruditus elector. *Desideria* sunt ἀξιώσεις. sic apud Tac. *desideria militum*, & *desideria legionum.* apud JCtos aliquando pro libellis

rum ordinarentur, Brundisii commoratus, Asiae Syriaeque circuitu Aegyptum petit: obsessaque Alexandria, quo Antonius cum Cleopatra confugerat, brevi potitus est. Et Antonium quidem, seras conditiones pacis tentantem, ad mortem adegit, viditque mortuum. Cleopatrae, quam servatam triumpho magno opere cupiebat, etiam

bellis supplicibus, ut infra cap. LIII. *adeuntium desideria excipiens.* CASAUB. Nostri tres, *donec. desideria.* sed primus a manu secunda prius aliud quid habuit loco vocis *donec.* GRUTER. *Donec* & Copes. *donec ad desideria* Memm.

Obsessaque] *Obsessa* Codd. Periz. Harlem. (qui & *Alexandrina*) Edd. Rom. Venetae tres, Lugd.

Viditque mortuum. Cleopatrae, &c.] Duo lib. MSS. & nonnulli in Gallia typis editi, *viditque mortuam Cleopatram, quam servatam triumpho magnopere cupiebat, & psyllos admovit.* Et de conspecto quidem Antonii corpore nihil apud auctores reperio. Quin etiam, si Plutarcho credimus, Caesar viso, quo ille se percusserat, gladio, cum mortuum crederet, in interiorem tentorii partem se subduxit, atque ibidem lacrymavit. de Cleopatra vero varie traditur. Plutarchus in Anton. pag. 108. enim ad eam moribundam accurrere primum voluisse Caesarem, sed mutato consilio alios misisse, qui aspicerent, narrat. Dion vero attonitum mortis nuncio accessisse, & vidisse corpus, quin & psyllos admovisse scribit. Ego tamen Plutarcho magis assentior. Atque adeo facile adduci possim, ut verba haec *viditque mortuum*, adulterina esse credam. De psyllis autem, qui plura velit cognoscere, Dionem & Zonaram legat, ac Plinium lib. VII. cap. II. & lib. VIII. cap. XXV. Celsum lib. V. TORR. *Viditque mortuum*, non aliter MSS. recte prima editio, *viditque mortuam Cleopatram.* Dio fere ad verbum lib. LI. pag. 508.: Τό τε σῶμα αὐτῆς εἶδε, καὶ φάρμακα αὐτῇ καὶ ψύλλους, ὅπως ἀναφήλωσι, προσελάσητο. CASAUB. *Viditque mortuum. Cleopatrae*; sic quoque scribunt distinguuntque Pall. tres. GRUT. Et ita omnes editiones, praeter Romanam, quae habet, *viditque mortuam Cleopatram. quam* &c. Torrentio haec suspecta, qui quos in Gallia typis editos velit, ignoro. nam in omnibus Gryphianis, Frellonii, Tornaesii, Colinaei quatuor, quas vidi, & antiquiore Parisiensi eadem distinctio appa-ret. Sed forte indicavit Paris. apud Gourmond. 1509. & Beraldi apud Bartier, quae annum non praefert. in quibus vitiosa est haec lectio, sed diversam etiam laudat ad Neron. XX. Jac. Gronovius, ita commentatur; quid id refert, aut quid profuit ipsi aut Antono vidisse, satis saepe illum viderat antea? quare audaci certe conjectura legit *unxitque mortuum*, & ne Pollinctoris munus Augusto adtribueret, supplet, more scilicet Aegyptio. Sciebat enim Romanos etiam unguere corpora. Sed haec omnia sine ulla vel scriptorum vel Historiae auctoritate gratis scribuntur. Cleopatrae corpus unguentis conditum, Octaviae placandae gratia Romam jussisse deferri narrat nobis ex Theophilo Chronographo Joh. Malala pag. 284. licet ipse dubitet & jure. Nam noster mox contrarium adfirmat. deinde addit vir Clar. Cleopatram vidisse mortuam, quam antea vivam non viderat: aut non nisi praetextatus, cum illa Romae fuerat. itane? An oblitus vir doctissimus, illorum quae Florus narrat lib. IV. cap. II. illam *tentasse oculos Augusti. Sed ejus pudicitiam fuisse intra ejus formam.* Vidit ergo vivam. postea etiam an mortuam viderit, varie tradere historicos ostendit Torrentius, sed ex Dione Casaubonus probat. Vulgata vero, *vidit mortuum*, servanda est, & id scire intererat, quia Octaviani durum animum hic nobis ostendere voluit, cum alii mitioris ingenii veteres amicos victos aut occisos removere ab adspectu suo, verecundia prioris amicitiae, solerent: sic de Antigono Justin. XIV. 4. *Eumenem, verecundia prioris amicitiae, in conspectum suum venire, prohibuit.* & ut supra cap. XIII. saevitiae exempla prodidit, hic nunc duritiae, qua voluit oculos suos pascere, ut mox crudelitatis, in Antonio juvene occidendo, specimen dat. Inepta vero Heraldi ad Mart. IV. in fine, ut refert Berneg. conjectura, qui legebat, *viditque mortuum Cleopatrae, quam* &c. ut *mortuum* sit τὸ vel τὸ νεκρὸν, cadaver. sed omisit in altera Martialis editione hanc conjecturam Heraldus. BURM.

etiam psyllos admovit, qui venenum ac virus exsugerent: quod periisse morsu aspidis putabatur. Ambobus communem sepulturae honorem tribuit, ac tumulum ab ipsis inchoatum perfici jussit. Antonium juvenem, majorem de duobus Fulvia genitis, simulacro D. Julii, ad quod post multas & irritas preces confugerat, abreptum interemit. Item Caesarionem, quem ex Caesare Cleopatra concepisse praedicabat, retractum e fuga supplicio adfecit. Reliquos Antonii reginaeque communes liberos, non secus ac necessitudine junctos sibi & conservavit, & mox pro
18 conditione cujusque sustinuit ac fovit. Per idem tempus, conditorium & corpus Magni Alexandri, quum prolatum e penetrali subjecisset oculis, corona aurea impo-

Quod periisse morsu aspidis putabatur.] Praeter historicos Galenus historiam mortis Cleopatrae fuse narrat, in libro de Theriaca ad Pisonem. Quum autem tres ibi dicantur esse species aspidum, ptyadem, terrestrem, & chelidoniam; quo genere perierit Cleopatra, non dicit Galenus. Solinus & Isidorus *hypnalen* appellant. CASAUB.

Tribuit] *Retribuit* Harlem.

Majorem de duobus] Codex Salmas. *majorem duobus.*

Abreptum interemit.] An quia nefas videbatur ad simulacrum eum trucidare? Statuae certe Principum postea tutissimum ad eas confugientibus asylum fuere. qua de re apud J. C. l. II. de his qui sui, vel al. juris sunt. l. I. de Off. Praef. Urb. & titul. Cod. Justinianei, de his qui ad statuam confug. Quem autem Antonium juniorem vocat Sueton. Graeci Atyllum & Antyllum appellant, cui Caesaris filia ante desponsata fuerat. de quo inf. cap. LXIII. Ut verisimile sit Atylli cognomen tulisse, cum nomen ei esset Antonius. TORR. *Abreptum* ex veteribus Rom. Steph. Basil. & recentiores. aliae *arreptum.*

Quem ex Caesare Cleopatra concepisse praedicabat.] Vulgo *ex Caesare patre.* Sic alibi, ut cap. XLV. hic tamen MSS. vocem *patre* non habent. CASAUB. *Ex Caesare patre Cleopatra concepisse* Memm. Copes. Periz. & Edd. a Romana veteres, usque ad Casaub. *patre* deest Basil. *quem ex Caesare patre Cleopatra praedicabat* Harlem.

Et conservavit] *Et* deest Harle. Periz. Edd. Rom. Venet. tribus, Bon. Lugd.

18. *Conditorium & corpus Magni Alexandri,*] Quid appellat *conditorium*? an quem Strabo lib. ultimo πύελον? Ea erat arca olim ex auro, postea e vitro, in qua servatum Alexandri M. corpus. Sic ait Plinius lib. XXXV. 12. *defunctos multos fictilibus doliis condi voluisse.* Inde conditorium, θήκη, λάρναξ. An potius quem Strabo lib. XVII. p. 546. περίβολον vocat, intelligit? Locus fuit urbe media, sepulturae regum destinatus, quem vocari ait Strabo Σῆμα. Sic enim legimus, non Σῶμα: ut habent etiam manu exarati. Didymus in proverbio Ἕως ὁ σκαπτής· ἐν μέσῃ τῇ πόλει μνῆμα οἱ οἰκοδομήσαντες, ὃ νῦν Σῆμα καλεῖ), παῖδας ἐκεῖ τοὺς ἀποσφάξαντας σὺν αὐτῷ ἔθαψαν, καὶ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα. Atque hoc melius. Petronius: cap. CXII. *Jacuerunt ergo una praeclusis conditorii foribus.* Seneca *conditivum* pro eo dicit epistola LXII. & LXXXIV. Plinius uterque *conditorium.* Ammianus Marcellinus libro XVIII. *conditorium muralium tormentorum*, pro ὁπλοθήκη. Caeterum fuisse in media urbe Alexandria conditorium Alexandri, etiam ex hodierna specie illius semirutae urbis potest constare, si vera sunt quae leguntur apud Leonem Africanum, non contemnendum scriptorem. cujus verba sunt e libro VIII. in descriptione illius urbis: *Neque praetermittendum videtur*, ait, *in medio Alexandriae ruderum, aediculam instar sacelli constructam adhuc superesse, insigni sepulcro, magno a Machumetanis honore affecto, memorabilem, quo Alexandri Magni corpus summi prophetae ac regis, velut in Alcorano legunt, asservari contendunt. Concurrit autem ingens eo peregrinorum vulgus ex longinquis etiam regionibus, colendi ac reverendi sepulcri gratia; cui quoque magnas frequenter largiuntur eleëmosynas.* De eodem conditorio vide quae scribit Suidas in Severo Sophista. CASAUB. Per *conditorium* hic intelligi non Strabonis περίβολον, hoc est, circuitum, in quo regiae erant sepulturae, sed thecam sive loculamentum ipsum, argumento est, quod illud cum corpore Alexandri *pro-*

latum

posita ac floribus adspersum veneratus est: consultusque, num & Ptolemaeum in-

latum e penetrali scribit auctor. Lucanus x. 19. similia de Caesare patre. BERNEG.

Corona aurea] Vereor, ne quis mutaverit veram auctoris scripturam ex nostris moribus, quibus coronas aureas regibus imponunt. quod tunc temporis secus erat. Quapropter plane mihi persuadeo fuisse *corona laurea*. Cur enim coronavit Alexandrum Augustus? honoris puto gratia. quod si fecit, ut fecit, cur potius aurum, quod & ipsi Romani Imperatores aspernabantur, quam laurum, quam tantopere aestimabant, imposuisset? Praeterea aureae coronae nullus erat locus. non enim poterat testari regem, cum illa nemo eorum uteretur, sed diademate potius, quae fascia erat: at laurus loquebatur fuisse summum imperatorem, eoque corona tali dignissimum. Hinc est, quod apud Val. Max. v. 1. 6. ext. *Annibal M. Marcellum Punico sagulo & corona donatum laurea, rogo imposuit.* quamvis, ut & hoc obiter moneam, non ibi scribendum sit *Punico sag.* sed *puniceo*, h. e. pupureo, qui color erat imperatoriis dicatus paludamentis. Sic apud Silium x. 569. idem Annibal Aemilium funerans,

> —— *fulgentia pingui*
> *Murice suspirans inicit velamina, & auro*
> *Intextam chlamydem* ——

Quin amplius crediderim, eam coronam aut sibi detraxisse Augustum, aut fortasse fascibus: sed magis putem, ut sibi. Simillimo officii genere eundem Alexandrum honoravit Caracallus, nempe ornamentis sibi detractis. Herodianus iv. 15. *Ad Alexandri monumentum se contulit* (Bassianus) *paludamentumque purpureum, & claris speciosisque gemmis anulos conspicuos, balteumque, & si quae alia gestabat elegantiora, demta sibi, illius imposuit tumulo.* Haec itaque plane similia sunt. nam & Caracallus, & Augustus, quae eorum quisque aestimabat, contulerunt. Coronam lauream, quae eadem librariorum sollertia auro mutata fuerat, etiam Pompejo reddidit Lipsius apud Vellejum ii. 40. 7. Porro videtur Augustus hoc facto imitatus ipsum Alexandrum. nam & hic Achillis tumulum coronavit. Vide Plutarch. Alex. cap. 24. BERNEC. Vix possum accedere sententiae Berneggeri, corrigentis *laurea*: nam si jam Alexandri exemplum sibi propossuisse videri potest Octavianus, cur non Cyri potius sepulchrum, quam Achillis, aureae coronae honore, decorantem imitari voluerit. Curt. xi. 1. Plutarchus simplici voce *ἐπφάνω*[?] hic utitur, ut & Aelian. xii. Var. 6. de Achillis tumulo coronato. sed illi de coronis aureis intelligendi, quarum ut obvius usus erat in aliis honorum significationibus, de quibus hic agendi locus non est, ita in similibus huic facto Octaviani, Cicero pro Flac. xxxi. de Castricio: *postremo ut imponeretur aurea corona mortuo.* Justinus ix. 7. narrat Olympiada cadaver Pausaniae *aurea corona* ornasse. Diod. Sic. lib. xvi. Dionysium corpora interfectorum, sibi ab hoste concessa, *aureis coronis* redimita, sepulturae mandasse, tradit. Sic Pelopidas a Thessalis honoratur *aureis coronis* apud Nepot. cap. ult. ubi videndi commentatores; & quos laudant, viri docti. Neque temere statuendum coronam lauream sibi detractam Octavianum imposuisse Alexandri corpori, nisi prius doceamur, in expeditionibus & communi vita duces Romanos laureas gessisse, praeterquam quum triumpharent, aut, ut Caesar, Senatus consulto, jus laureae perpetuo gestandae, accepissent, ut noster in Caes. cap. xlv. narrat. BURM.

Floribus aspersis veneratus est:] Plinius lib. xxi. cap. iii. *Jam tunc coronae deorum honos erant, ac larium publicorum, privatorumque, ac sepulcrorum, & manium.* Juvenal. Sat. viii 207.

> *Dii majorum umbris tenuem & sine pondere terram,*
> *Spirantesque crocos, & in urna perpetuum ver.* &c.

Virgil. de Aenea ad Anchisae sepulcrum: v. 79. *Purpureosque jacit flores.* & Idem pulcherrime ex persona ipsius Augusti libro vi. 884.

> —— *manibus date lilia plenis;*
> *Purpureos spargam flores.*

Sed & Capitolin. vita M. Aurelii cap. 3.: *Tantum honoris magistris suis detulit, ut imagines eorum aureas in larario haberet, ac sepulcra eorum aditus hostiis & floribus semper ornaret.* Adde exemplum Germanici Calig. cap. iii. Ut omittam antiquas marmorum inscriptiones, quae defunctorum urnas rosis spargi or-

inspicere vellet: *Regem se voluisse*, ait, *videre*, *non mortuos*. Aegyptum in provinciae formam redactam, ut feraciorem habilioremque annonae urbicae redderet, fossas omnes, in quas Nilus exaestuat, oblimatas longa vetustate, militari opere detersit. Quoque Actiacae victoriae memoria celebratior & in posterum

narique quotannis ex testamento jubent. Quo referendum illud Tibulli e libro II. Eleg. IV. 47

Atque aliquis senior veteres veneratus amores,
Annua constructo serta dabit tumulo.

Possem & Graecos hac de re citare auctores, sed de re satis nota jam dicta sufficiunt. Illud peculiare Graecis, quod apii coronas sepulcris imponebant. Unde apio indigere dicebant eos, qui periculose aegrotabant. Plutarch. Quaest. Convival. & vita Timoleontis, & ex Graecorum libris Plin. lib. XX. cap. 9. TORR. Pars MSS. *aspersum*. CASAUB. Pal. tert. *aspersum*. sed malim prius, vel ob membranarum antiquitatem. GRUT. *Aspersum* Codd. Harlem. Cujac. Periz. Edd. Rom. Venet. tres, Bonon. Lugd. Junt. Steph. Ald. & aliae, sed Basileenses & recentiores *Aspersis* Licet vero utrumque defendi satis posset, ego tamen *adspersum* praetuli, quia non tantum res *spargere*, *aspergere*, *conspergere* dicimus, sed & ipsa loca, aut corpora, in quae spargimus aliquid, *aspergi* & *conspergi* dicuntur, & ideo Librarii faciliores fuisse credendi, in magis obvium verborum horum usum. Terent. Adel. III. II. 19. *ut cerebro dispergat viam*, ubi ex Virgilio alia exempla adducit Donatus, & nos ad Val. Flac. III. 166. locutiones has illustravimus. & Heins. ad Ovid. X. III. Epist. 113. *dispergere mensam sanguine* Ovid. V. Met. 40. & *digitos adspersos aqua* Petron. XXVII. dixit & infiniti alii. inf. Calig. XLIII. *vias conspergi aqua*. BURM.

Consultusque, num & Ptolemaeum] *Consultus* hic pro interrogatus. Quod juris verbum est, de quo ad illud Horatii lib. II. Sat. III.

Ergo consulere, & mox respondere licebit?
Consule.

Libenter autem *Ptolemaeûm* legerim, ultima syllaba circumflexa, pro *Ptolemaeorum*. sequitur enim, *regem ait se voluisse videre, non mortuos*. Et alioqui sic legendum esse ex Dione lib. XLI. & Zonara deprehendes; neque, si aliter legas, quem, cum plures Ptolemaei fuerint, hic ex eis significet, intelligere possis. TORR. Torrentius corrigit *Ptolemaeûm*. Placet: nisi intelligas de Ptolemaeo Lagi, qui fuit regni illius conditor, & supra omnes insignis. CASAUB. *Ptolemaeûm* legendum esse ex Dione lib. LI. pag. 520 & Zonara tom. 2. pag. 161. deprehendes: & docuit Torrentius. Venit & illud in mentem, sicut *Mausoleum Caesarum* dicit Suetonius Vesp. XXIII. 9. ita forte *Ptolemaeum*, vel etiam *Ptolemeum*, Ptolemaeorum conditorium appellatum esse. BERNECC. *Et* deest Codd. Periz. Harlem. Edd. Venet. tres, Heinsius malebat etiam *Ptolemaeorum*, cui conveniret *non mortuos*. Posset tamen intelligi ultimus ille Ptolemaeus puer, qui cum J. Caesare bellum gerens occidit, & cujus jussu Pompejus occisus erat. nam primum certe, nomine Regis decorare, non dedignatus esset. BURM.

Se voluisse, ait,] *Se, ait, voluisse* Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres, Bon. Lugd. Junt. Ald. *Regem, ait, se* Steph. Basil. Gryph. & aliae.

Aegyptum in provinciae formam.] Constituto ibi praefecto, qui inde Augustalis appellatus fuit. Strabo lib. VII. Ulpian. lib. I. Pandectar. de Off. Praef. August. Tacitus lib. II. Annal. Et, ut arbitror, Cornelius Gallus poëta, primus Ægypto praefuit. De Nili vero fossis atque aggeribus videri poterit Ulpian. l. IX. de Extraord. criminibus, ac titulus Cod. Justiniancі de Nili aggeribus non rumpendis. TORR. Huc refer egregium Augusti nummum, Alexandriae percussum, ubi ab una parte sex spicae frumenti, ab altera Palma, fertilitatem Aegypti, curae & victoriae Augusti debitam, significant, apud Tristan. Tom. I. comm. pag. 91. BURM.

In quas Nilus exaestuat]. Pal. pr. *in quibus*, eademque lectio ad oram tertii, in quo etiam *quas*, sine illo *in*. GRUTER. *In quibus* Hulf. & Copef. *aestuat* Venet. sec. & tert.

Militari opere]. *Militario opere* Venet. sec. &c.

rum esset, urbem Nicopolim apud Actium condidit: ludosque illic Quinquennales con-

& tert. repetita litera *o* ex sequenti voce.

In posterum] *Et in posterum* Codd. Memm. Harl. Periz. Copes. Edd. Rom. Venetae & omnes veteres. omisit Ant. Gryph. Plant. & recentiores. Cod. Hulf. non habet, *in posterum esset*.

Urbem Nicopolim apud Actium condidit.] *Apud*, id est, e regione. Graeci modo ἐπὶ τῷ Ἀκτίῳ, modo ὑπὲρ τοῦ Ἀκτίου. Sinum Ambraciuin ingredientibus ad dextram est Actium, vetustissimum Apollinis templum ab Augusto instauratum, & magnis reditibus ditatum: ad sinistram Nicopolis, libera civitas, Augusti opus & κτίσμα. Itaque ut θεῷ divini honores illi Nicopoli habebantur, eratque ibi apex honorum omnium, Augusti sacerdotium. Quare etiam anno nomen dabat sacerdos Augustalis, & in scribendis publicis aut privatorum contractuum instrumentis, ad tempus notandum nomen ejus adscribebant: quo modo fieri solitum in plerisque Graecis urbibus satis constat. Haec nos ita esse colligimus ex eo loco Arriani Dissertationum Epicteti lib. I. cap. XIX. quem ante nos attigerunt magis, quam explicaverunt, Justus Lipsius, & πολυμαθέστατος ille Petrus Faber. Sic autem habet: Σύμπειθέ τις ὑπὲρ ἱερωσύνης ἐλάλει μοι τοῦ Αὐγούστου· λέγω αὐτῷ. Ἄνθρωπε, ἄφες τὸ πρᾶγμα· δαπανήσεις πολλὰ εἰς οὐδέν· ἀλλ' οἱ τὰς φωνὰς φησὶ γράφοντες γράψουσι τὸ ἐμὸν ὄνομα· μήτι οὖν σὺ τοῖς ἀναγινώσκουσι λέγεις παρὼν, Ἐμὲ γεγράφασι; εἰ δὲ νῦν δύνασαι παρεῖναι πᾶσι, ἐὰν ἀποθάνῃς, τί ποιήσεις; μενεῖ μου τὸ ὄνομα· γράψον αὐτὸ εἰς λίθον, καὶ μενεῖ· ἄγε, ἔξω δὲ Νικοπόλεως τίς σου μνεία; ἀλλὰ χρυσοῦν στέφανον φορέσω· εἰ ἅπαξ ἐπιθυμεῖς στεφάνου, ῥόδινον λαβὼν περίθου· ὄψει γὰρ κομψότερον. Dixerat aliquis in sermonibus Epicteto, velle se fieri sacerdotem Augusti: Epictetus ea ratione dissuasit, quod magnos sumptus esset facturus nulli bono. Sumptus intellige, vel ludorum, qui in honorem Augusti Nicopoli celebrabantur, maximis eorum impensis, qui praediti essent sacerdotio. neque assentior iis, qui ad curam ludorum Actiacorum hoc referunt: quia non Augusto illi sacri, sed Apollini. neque putandum est ludis Apollinis praefuisse alium potius, quam sacerdotem ejus dei, in cujus honorem edebantur. Deinde Actiacus ἀγὼν ἱερὸς fuit, & habuit ἆθλον, quod observat Dio: Augustalis, ut videtur, non item. Vel potius intellige sumptus, quos facere conveniebat iis, qui hunc honorem ambiebant: eos enim fuisse maximos constat. Vide lib. V. ad cap. IX. Quae sequuntur in narratione Arriani sunt corrupta: quid enim est οἱ τὰς φωνὰς γράφοντες? nam doctis viris, qui conantur ea verba interpretari quasi sana, oleum & opera, me judice, perit. Nos autem legimus, οἱ τὰ σύμφωνα γράφοντες: & eam sententiam eruimus, quam initio retulimus. Est vero illustris hic locus, ex quo attentus lector discat, non pauca vulgo haud ita nota: ut quod de anno in instrumentis notari solito diximus. Multae enim civitates sub imperio Romano proprios annorum characteres habuerunt, & neque coss. Romanos indices cujusque anni scripserunt, neque Juliani rationem sunt secutae. Infra cap. LIX. *Quaedam Italiae civitates diem, quo primum ad se venisset, initium anni fecerunt.* Sic igitur Nicopolitani annos numerarunt ab Augustali suo. quod & Alexandriae factum. fuisse enim illis quoque Augustalem suum anni indicem, & τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀρχὰς. ut loquitur Theodoretus, Cujacio ex non editis ejus urbis Chronicis notatum est. Habeo etiam in antiquissimis ψῆφον πασχάλιον, id est, canonem paschalem, scriptum Graece, ubi anni caput est non Januarius, sed September: quod in Alexandrina ecclesia aliisque scimus obtinuisse. Exstat tamen Novella, qua jubentur omnes omnium partium imperii Rom. συμβολαιογράφοι in scribendis instrumentis annum Imperatoris & coss. annotare: qua constitutione videntur aerae civitatum propriae ab usu omni summotae. Praetereo observandum, inter alios honores fuisse hunc deferri solitum summis sacerdotibus, ut de illorum nomine contractus insignirentur. Auctor Maccabaeorum lib. I. cap. XIV. Καὶ εὐδόκησαν οἱ Ἰουδαῖοι καὶ οἱ ἱερεῖς, τοῦ εἶναι αὐτῶν Σίμωνα ἡγούμενον καὶ ἀρχιερέα. Deinde: καὶ ὅπως γράφωνται ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ πᾶσαι συγγραφαὶ ἐν τῇ χώρᾳ. Nemo vero dubitare potest recte a nobis eum locum esse constitutum: nam σύμφωνα Graecis JCtis aliisque scriptoribus τὰ συμβόλαια dicuntur. Glossarium Graeco-Lat. Σύμφωνον, συνθήκη, *pactum*, *compactum*, *conventum*, *conventiculum*, *pactio*. & σύμφωνα ποιεῖν apud mediae aetatis Graecos, pro con-

constituit: & ampliato vetere Apollinis templo locum castrorum, quibus fuerat usus,

contrahere & pactum facere. Observatione etiam dignum est, quod ait paulo post, de corona aurea istorum Augustalium: nam tales erant provincialium sacerdotum. Tertullianus de Idololatria cap. XVIII. *Igitur purpura illa & & aurum cervicis ornamentum eodem more apud Aegyptios & Babylonios insignia erant dignitatis, quo more nunc praetextae, vel trabeae, vel palmatae, & coronae aureae sacerdotum provincialium.* ejus coronae meminit & Dio Chrysostomus. In fine superioris loci, illa ῥόδινον λαβὼν ἀνεῖλε, cave vertas cum viro magnae famae, *roseam indutus circumit.* quod excusari non potest: sed *roseam sume*, & capiti *circunda.* CASAUB.

Et ampliato] Palatinus primus, & *applicato.* GRUTER.

Veteri Apollinis templo] Plin. lib. IV. cap. I. de Epeiro loquens: *In ore* (inquit) *ipso colonia Augusti Actium, cum Apollinis templo nobili, & civitate libera Nicopolitana.* Augustus igitur & Apollinis templum vetus ampliavit, & Nicopolin condidit, & Actium coloniam misit. de quo Dion initio lib. LI. Ad ludos autem ibidem, & postea etiam Romae, ut auctor est idem lib. LIII. institutos Virgil. respicit prooemio lib. III. Georg. Sed quia (quod etiam Strabo scribit) ludos non tam ibi primus instituit Augustus, quam celebriores reddidit, egregie apud eundem poetam Aeneas lib. III. 280.

Actiaque Iliacis celebramus litora ludis.

Nec minus artificiose, de Actio loquens, *parvae succedimus urbi.* Actium enim ante coloniam eo ab Augusto deductam, revera parvum erat atque obscurum. Exstant & veteres Augusti nummi cum imagine Actii Apollinis, citharoedi, ut videtur, habitu.



Nisi quis Musam esse contendat. TORR. *Apollonis* Memm. ita & inf. cap. XXIX. & alibi.

Ludosque illic Quinquennales constituit:] De agone Actiaco multa erudite observat Josephus Scaliger: quem studiosus lector consulat, cum in libris de Emendatione, tum etiam ad Eusebii Chronicon numero MDCCCLXXXVIII. TORR.

Locum castrorum, quibus fuerat usus.] Viderit lector, utri potius assentiendum putet, Suetonio an Dioni. Tranquillus locum castrorum totum in templum ait versum, & hic & capite XCVI. Dio lib. LI. pr. in castrorum loco urbem Nicopolim fuisse aedificatam: templum, de quo loquitur Suetonius, in loco, in quo fuerat Augusti tabernaculum. Ego Dionem potius sequar: video enim factum etiam alias, ut quo in loco castra habuerant, ibi urbem mox conderent Romani. Strabo lib. IV. pag. 142. de Augusta apud Salassos: Τρισχιλίους Ῥωμαίων πέμψας ᾤκισε τὴν πόλιν Αὔγουστος ὁ Καῖσαρ, ἐν ᾧ ἐστρατοπέδευσε χωρίῳ Οὐάῤῥων. Sunt & exempla alia non pauca. Non enim aliunde est, quod tam multae Hispaniae, Africae, aliarumque regionum urbes sub *Castrorum* appellatione reperiuntur. At Suetonius non in hoc tantum errare videtur, sed etiam quum dicit templum hoc ab Augusto fuisse Neptuno & Marti consecratum: nam & Strabo & Dio ajunt, Apollini. quibus potius habendam fidem assentietur mihi opinor, qui meminerit & qua semper religione Apollinem Augustus, ut omnium sibi bonorum auctorem, vereque parentem coluerit: & contra, quam parum sibi amicum numen Neptunum crediderit, quamque ipse parum Neptuno amicus. Suetonio, qui locum, nuputo, non viderat, & Actiacam victoriam in mari quaesitam noverat, imposuit mos communis, cujus in historiis multa testimonia. CASAUB. Pro Suetonio vero dixerim, ei sermonem hic esse non de templo, (nam illud utique Apollini sacrum) sed de castrorum loco spoliis exornato. Nec adeo mirum, Augustum in gratiam rediisse cum Neptuno, cujus numen adeo propitium in hac victoria fuit expertus. BERNEGG. Puto recte Suetonium defendi a Berneggero. Nam quae de infenso ergo Neptunum animo narravit noster cap. XVI. huc non pertinent, placatus enim jam Octavianus, quia Actiaca pugna favens hoc numen expertus est. & hinc Virgil. VIII. Aen. 699. Neptunum Venerem & Minervam a partibus Caesaris stetisse ait. ubi Servius ex Plinii lib. XXXII. I. refert famam fuisse Actiaco marte Echeneidem pisciculum tenuisse navem praetoriam Antonii. BURM.

Ex-

usus, exornatum navalibus spoliis, Neptuno ac Marti consecravit. Tumultus post 19 haec, & etiam rerum novarum initia, conjurationesque complures, prius quam invalescerent, indicio detectas compressit. & alias alio tempore: Lepidi juvenis, deinde Varronis Murenae, & Fannii Caepionis, mox M. Egnatii, exin Plautii Rufi, Luciique Paulli progeneri sui: ac praeter has L. Audasii falsarum tabularum rei, ac

Exornatum navalibus spoliis] Philippus in epigrammate in Anthol. VI. 25.

Ἔμβολα χαλκογένεια, φιλόπλοα τεύχεα νηῶν,
Ἀκτιακοῦ πολέμου κείμεθα μαρτύρια. CASAUB.

Ac etiam] Hic iterum grassati librarii, quum in pr. Ed. Rom. legatur, *& etiam:* in Copes. *etiam* omisso legatur *& rerum.* vid. ad Caes. XXVI. BURM.

Et alias] Copula *&* non visitur in Palat. prim. aut sec. teste Grutero. nec est necessaria. BERN. Deest Ald. Arg. Junt. Steph. & recte abest. sic solet enim: ut Caes. c. ult. *damnati omnes, alius alio casu periit.* Tib. LV. & alibi. BURM.

Lepidi juvenis,] Fuit is M. Lepidi IIIviri ex Bruti sorore filius, Antonii gener, Maecenatis, tunc praefecti Urbis, consilio oppressus. de quo Vellejus Paterculus II. 88. Toties vero insidiis petitam Augusti vitam inter ejus infortunia Plinius enumerat lib. VII. & eadem de re multa praeclare Seneca lib. I. de Clementia, & lib. de Brevitate vitae. Mirum vero est, nullam a Suetonio conjurationis L. Cornelii Cinnae, Pompeji ex filia nepotis, mentionem fieri, ex qua ob insignem clementiam Augustus vel praecipuam laudem tulit. Vide Senecam & Dionem, quamvis de praenomine dissentiant. ille enim L. hic C. appellat. TORR. A. U. C. DCCXXV. dum Augustus reliquias belli Actiaci conficit: exstinctus est vigilantia Maecenatis Urbis custodiae propositi. CASAUB.

Varronis Murenae,] Fuit is L. Licinius Varro Murena. De quo, & Fannione Caepione inf. cap. LXVI. & Tib. cap. VIII. Dion, Paterculus, Macrob. etiam l. I. Saturn. cap. XI. TORR. Sequitur ordinem, quem Livia apud Senecam. I. de Clem. 9. *Salvidienum Lepidus secutus est; Lepidum Murena; Murenam Caepio; Caepionem Egnatius.* At Dio lib. LIV. unam, non duas facit conjurationes Murenae & Caepionis: hunc, praecipuum machinatorem doli: illum, seu vere seu falso, creditum participem. Accidit octennio post superiorem. CASAUB. Hosce duos auctor ipse quoque jungere videtur, ut complices unius conjurationis: cujus meminit item infra LXVI. & Tib. VIII. praeterea Strabo lib. XIV. p. 461. & Macrobius Saturnal. I. II. Torrentius haud ab re miratur, nullam hic ab auctore mentionem fieri conjurationis L. Cornelii Cinnae, Pompeji ex filia nepotis, ex qua ob insignem clementiam Augustus vel praecipuam laudem tulit. Vide Senecam Clem. I. 9. & Dionem lib. LV. pag. 638. & seqq. quamvis de praenomine dissentiant. ille enim *Lucium*, hic *Cnaeum* appellat. Joan. Brodaeus Miscellan. II. 27. ad hanc Cinnae conjurationem refert locum Valerii Max. IX. II. fin. male. nam ibi de Sejano Tiberioque sermo. BERNEGG. *Murennae* Copes. *Murrenae* Venet. pr. hujus patrem a Cicerone lib. XIII. ad Fam. Ep. 22. memorari suspicatur Cortius. *Fannii Scipionis* etiam Ed. Rom.

M. Genutii,] Liber unus *M. Genati.* Hinc Turneb. *M. Genutii* rescripsit. Sed edit. Germanica *M. Egnatii* habet, & M. Egnatius Rufus ejus conspirationis caput fuit. quem secuti sunt M. Genutius & Plautius Rufus. Seneca, Dion, Paterculus. De L. Paullo, progenero Augusti, inf. cap. LXIV. quare *M. Egnatii* retineo. TORR. Res novas molitus est triennio post Murenam & Caepionem, coss. Q. Lucretio Vispillone, C. Sentio. Auctor Vellejus II. 93. Dio lib. LIII. ad annum DCCXXVIII. qui coss. habuit Caesarem VIII. & T. Statilium Taurum II. aut certe ad proximum videtur referre, in quo magna est temporum diversitas, annorum fere septem. Seneca, qui modo *Egnatium*, modo *Egnatios* nominat, innuere videtur, conspirasse cum hoc vel fratrem, vel alium ejusdem gentis. In MSS. plerisque offendimus *Genatii* vel *Genutii.* apud Dionem: Μάρκος ὁ Γνάτιος Ῥοῦφος. CASAUB. Palat. pr. & sec. *Genati.* Tert. *Cenati.* Consulatur Torrentius & Turneb. l. XXIV. c. 15. GRUT. *M. Genacti* Memm. *M. Genati* Copes. Periz. Cujac. Har. Edd. Rom. Venet. tres,

ac neque aetate neque corpore integri: item Asinii Epicadi ex gente Parthyna hybridae: ad extremum Telephi mulieris servi nomenclatoris. Nam ne ultimae qui-

tres, Lugd. Junt. *M. Genucii* Plantin. quae nata ex scribendi compendio: & *Genati*, ut & Ex Cujac. habent, forte pro *Gnatii*, ut *Gnatia* apud Horat. I. Sat. 5. pro *Egnatia*. BURM.

Exin Plautii Rufi,] Membranae *Plautii Rufi*. Tempus conjurationis hujus notatum non reperio a veteribus historicis, nec sequentium quoque aliquot. CASAUB. Palat. pr. *Planti*. sec. *planti*. tert. *plauti*. GRUTER. *Plauti* Mem. Copes. *Planci* Periz. *Plancii* Harlem. *Plauti Ruffi* Edd. Rom. Venet. & aliae.

Luciique Paulli progeneri sui:] Duxerat enim Juliam, Agrippae filiam, Augusti neptem. Fest. *progenerum appellat avus neptis suae virum*. vitio, credo, calami, vel operarum Augustus *progener* Paulli dicitur pro *prosocero* a Cl. Graevio praefat. ad Tom. VII. Antiq. Rom. BURM.

Audasii] *Audasi* Cod. Mem. *Audisi* Cujac. *Audacii* Ed. Rom. *Audaxi* Periz. *Audaxii* Harlem. Edd. Venet. tres, *Audasius*. Basil. vitiose.

Asinii Epicadi ex gente Parthina hybridae.] Recte sic Pulmannus, Turnebi auctoritatem secutus. De Parthinis enim, quae gens in Illyrico est, triumphavit Asinius Pollio A. U. C. DCCXV. Ex qua gente Epicadus ille, Pollionis servus, postea manumissus, patroni nomen tulit, & propter obscurorum jus civitatis, aut aliam forte ob causam, Hybrida vocatus est, ut Q. Varius tribunus pl. apud Valer. Max. lib. VIII. cap. VI. Adde de C. Antonio, Ciceronis collega, locum Plinii lib. VIII. cap. LIII. &, si lubet, Epigramma Martial. in Cinnam lib. VI. Fuit & Cornelius Epicadus, Syllae libertus, nobilibus Grammaticis additus a Suetonio cap. XII. Ejusdem, ni fallor, historiam fabularem citat Macrob. lib. I. cap. XI. Parthinorum meminit & Livius lib. XXVII. & XXIX. TORR. *Asini* Mem. *Themasini* Codd. Periz. Copes. Harl. Edd. Rom. Venet. tres, Bonon. Steph. Basil. & omnes veteres. usque ad Plantin. nisi quod *Thenasini* Junt. & Arg. & Ald. *Epidaci* etiam Lugd. & Junt. *Epicardi* & mox *Epicardus* Seb. Gryph. & Doleti, sed Pulmannus & Torrentius nomen hoc vindicarunt: Et fuisse in Gente Parthyna hoc nomen usitatum, apparet ex Epicado praefecto peditibus Parthynorum, apud Livium. Lib. XLIV. cap. 30. & hinc male *Parthica* hic Cod. Periz. & a Romana, omnes Edit. veteres, usque ad Plantin. vide & Torr. ad Horat. II. Od. I. BURM.

Hybridae:] Deest in MSS. quibusdam, non recte. Sic accipe, ut in isto Hirtii de bello Africano cap. XIX. *Praeterea ex fuga praelioque Pompejano, quos secum a Brundisio transportaverat, equites Germanos Gallosque, ibique postea ex hybridis libertinis, servisque conscripserat*. Vocat hybridas Numidarum abjectissimum quemque e libertinis servisque prognatum. CASAUB. *Tiridae* Cod. Mem. de Hybridis vid. Vlit. ad Gratii Cyneg. 253. & hic Berneggerum.

Telephi mulieris servi nomenclatoris.] Quis mulieri nomenclatoris usus? Pulmannus in uno cod. repperit, *cui nomen circulatoris*. Mihi sane locus suspectus est. Poterat tamen aliis pro nomenclatore servire quam dominae, operas locanti. Horat. Epist. I. VI. 50.

Mercemur servum, qui dictet nomina.

Telephus etiam Horatii rivalis lib. I. Od. XIV. & lib. IV. Od. II. *Circulator* autem agyrtam significat. TORR. Refero illa *ad extremum*, non ad insidiarum ordinem (nam si Senecae fides I. de Clement. 9. post Cinnam nemo Augusti vitae insidiatus est) sed ad ordinem narrationis, quae in hoc desinit: vel ad personae vilitatem. ideo subjicit: *Nam ne ultimae quidem sortis hominum conspiratione & periculo caruit*. De his postremis sentit Livia apud Senecam quum ait: *Ut alios taceam, quos tantum ausos pudet*. nam si pereundum est, ἐξ ἀξίου γοῦν ξύλου, inquit vetus dictum. In Telepho omnia indigna: quod servus, quod mulieris, quod fartor, sive, quod idem est, nomenclator; ita scriptum in antiquissimis libb. ut in Pandectis quoque Florentinis, pro *nomenclator*, ut *figulinae* pro *figlinae*, & *exemplum*, *templum* ac similia. Hos servos fere Afros fuisse, conjicio ex Luciano de Mercede conductis, ubi inter miserias degentium in aulis magnatum, haec ponit: ἀναμένειν αὐτὸν πρὸς τὰς αὐλείους θύρας καὶ ἀνέχεσθαι ὠθούμενον καὶ ἐκκλειόμενον, καὶ ὑπὸ ζητοῦ δύσφημοι θυρωροῦ ... καὶ ὑπὸ ὀνομακλήτορος Λιβυκοῦ ταττόμενον, καὶ μισθὸν τελοῦντα τοῦ μνή-

quidem fortis hominum conſpiratione & periculo caruit. Audaſius atque Epicadus Juliam filiam, Agrippam nepotem ex inſulis, quibus continebantur, rapere ad exercitus: Telephus, quaſi debita ſibi fato dominatione, & ipſum & ſenatum adgredi, deſtinaverant. Quin etiam quondam juxta cubiculum ejus lixa quidam ex Illyrico exercitu, janitoribus deceptis, noctu deprehenſus eſt, cultro venatorio cinctus: inopsne mentis, an ſimulata dementia, incertum. Nihil enim exprimi quaeſtio-

πρίμοι τῶν ὀνόματα. Quo ex loco id etiam intelligimus, in potentiorum familiis fuiſſe nomenclatores, ut hoſtiarios: quos vides a Luciano jungi, ut ſimilis miniſterii & paris dignationis. Similiter Seneca in libello, In ſapientem non cadere injuriam cap. XIV. *Quidam ſe a cinerario impulſos moleſte ferunt, & contumeliam vocant hoſtiarii difficultatem, nomenclatoris ſuperbiam, cubicularii ſupercilium.* Nomenclatorum miniſterium non ad prenſationes tantum candidatorum pertinuit: ſed ad ſalutationes matutinas, & diſpoſitionem convivarum, aliaque talia. Plinius lib. XXXIII. cap. 1. *Hoc perfecere mancipiorum legiones, & in domo turba externa, ac ſervorum quoque cauſa nomenclator adhibendus.* Non jam igitur quiſquam miretur cum eruditiſſimo Torrentio, mulieri ſervum fuiſſe nomenclatorem. CASAUB. Pal. pr. *Telephi Zulieris* tert. *Telephi militis ſervi.* ſed nihil verius vulgata, licet dubitet Torrentius, quem tranquillarunt ſatis Caſauboni noſtri commentaria. nam non una de cauſſa tantum fuiſſe nomenclatores dominis ſuis oſtendi in opinionum libellis. GRUT. Quod τὸ *mulieris* non placuit Torrentio, quaſi mulieri nullus uſus nomenclatoris eſſet, niſi quae forſan eum locaret, id leve eſt: neque enim ad prenſationes tantum candidati nomenclatoribus utebantur, ſed ad ſalutationes quoque ac diſpoſitionem convivarum, ut bene Caſaubonus. Mulieres autem locupletes aeque ac viri a clientibus colebantur, & reginas agebant, ut viri reges. Qualis Statio & Martiali Polla Argentaria, vidua Lucani. Juſtinus lib. XXX. 2. *Itaque non contentae rege, jam etiam regnum poſſident, jam in publico viſuntur, jam ſalutantur, jam comitantur.* GRONOVIUS Obſervat. II. 24. *Telephi ſervum mulieris* Hulſ. & ita videntur Exc. Cujac. omiſiſſe *nomenculatoris.* Scriver. dicit emendare quoſdam, *Telephi mulionis ſervi nomenculatoris.* Sed quid mulioni magis quam mulieri, roget quis, cum nomenculatore? ſed & Lipſium legiſſe, *Telephi mulionis, Servii nomenclatoris* vidi notatum. locum in mendo cubare puto. Heinſius latere nomen *Aemilii* hic credebat, & conjiciebat, *Telephi Aemilii ex Iberis ſervi. Mulieris* poſſet defendi, quia & *mulieris verna* legitur in Gramm. XXIII. Obſcuravit ſenſum duplex genitivus *ſervi nomenculatoris mulieris*, vel *ſervi mulieris nom.* id eſt, qui erat nomenclator. vid ſupr. cap. X. Mulieres vero divites, & quibus turba ſervorum eſſet, potuerunt *quoque ſervorum cauſſa*, quorum nomina ignorabant, *nomenculatores adhibere.* ut Plin. XXXIII. 1. de luxu ſui temporis ait. BURM.

Audaſius atque Epicadus Juliam filiam, & Agrippam nepotem ex inſulis, quibus continebantur, rapere ad exercitus: Telephus, quaſi debita ſibi fato dominatione, & ipſum & ſenatum aggredi deſtinaverant. &c.] Ita videtur totus hic locus legendus, veteribus etiam libris aliqua ex parte auctoribus. URSIN. Vulgo ſcriptum eſt, *ad extremum Telephus.* ineptiſſime. emendavimus primum ex conjectura: deinde ex editione Rob. Stephani. nam Viterb. ac vett. alii codd. corrupti ſunt. CASAUB. *Rapere ad exercitus: Telephus* etiam diſerte Pal. ſec. nam ceteri duo firmant publicatos, in quibus, *rapere: Ad extremum Telephus.* quod miror tam diu potuiſſe occupare poſſeſſionem alterius, ſine controverſia. Vide me, cui tanti eſt, ad illa Taciti IV. Ann. c. 67. f. *Ultroque ſtruebantur, qui monerent, perfugere ad Germaniae exercitus.* GRUT. Vitioſa illa lectio *ad extremum* in ſcriptis noſtris & Edd. Romana. Venet. tribus, Bon. Baſil. Gryph. Colin. Plant. & aliis. ſed Steph. Junt. Ald. Caſaub. & alii recte ediderunt. ſine dubio illud *ad extremum* repetitum ex prioribus. *Audaſius.* Edd. Rom. Lugd. Baſil. *Aridaſius* Harlem. Edd. Venetae tres, & Junt. BURM.

Inſulis quibus] *Inſulis ex quibus* Cod. Hulſ.

Deſtinaverant] *Deſtinarant* Memm. Copeſ. *deſtinaverat* Ed. Roman.

Janitoribus] *Ganitoribus* Memm.

Impos ne mentis,] *Inops ne* Codd. Harlem. Periz. Edd. Venet. tres, Bonon. Lugd. Junt.

20 stione potuit. Externa bella duo omnino per se gessit: Dalmaticum, adolescens adhuc: & Antonio devicto, Cantabricum. Dalmatico etiam vulnera excepit. una acie, dextrum genu lapide ictus: altera autem, & crus & utrumque brachium ruina pontis consauciatus. Reliqua per legatos administravit: ut tamen quibusdam Pannonicis atque Germanicis aut interveniret, aut non longe abesset, Ravennam, vel

Ald. Steph. Arg. & puto rectius. *impos* enim furioso magis convenit, quam dementi: *inops mentis* Ovidius Epist. xv. 19. 3. & saepe alibi. impos mentis non potuisset decipere janitores, furor enim manifestos facit, sed inops, aut simulans postea dementiam, non animadversus transire facile potuit. Burm.

Nihil enim] *Enim* deerat Periz. Harl. Edd. Roman. Venetis tribus, Bon. Lugd.

20. *Dalmaticum adolescens adhuc:*] Annum agens trigesimum. Appianus in Illyricis clare arguit. recte igitur *adhuc:* ut intelligamus de extrema adolescentia. Casaub. *Delmaticum* Memm. ut & mox & alibi. Sed oportuerat ubique eamdem scripturam servare, quum in Claud. xiii. *Dalmatiae* edatur. vid. Jac. Gronov. ad Tacit. ii. Ann. 33. Burm.

Antonio devicto Cantabricum.] Quod confectum est A. U. C. dccxxx. a morte Antonii, sexto; Dio lib. liii. Orosius auctor est, durasse id bellum annos quinque, susceptumque ab Augusto A. U. C. dccxxvi. Eusebius in Chron. ad annum tertium Olymp. clxxxix *Augustus Calabriam & Gallos vectigales facit.* Scribe, *Cantabriam* Etsi in Fastis Graecis, ubi exstant verba ipsa Eusebii, sic scriptam reperi: Αὔγουστος Καῖσαρ Καλαβρίαν καὶ Γαλάτας ὑποφόρους ἐποίησεν. Sed Καντάβρίαν scribendum. Ex eodem Eusebio discimus, movisse etiam postea Cantabros: sic enim scribit ad annum primum Olymp. cxc. *Cantabri res novas molientes opprimuntur.* Casaub.

Cantabricum.] Augusto victori Romam a bello Cantabrico redeunti gratulatur Horat. lib. iii. Od. xiv. cumque diutius ejus belli caussa abesset, populi ac senatus ingens desiderium pulcherrime describit lib. iv. Od. v. Per se ergo bellum id Augustus gessit. Cui tandem Agrippa finem imposuit. qua de re alibi. Torr.

Excepit.] *Accepit* Pulman. in Var. Lect. & Gryph. Marg. sed ego in nullo reperi. credo, quia usitatius, natum a glossatoribus. sic *excipere ictum, & sagittas* in Vespas. iv. *Excepta tela* Liv. ii. 47. Vide ad Rutil. Itin. i. 304. Liv. iv. 30. & ita noster delectatus hoc verbo videtur pro *accipere.* ut inf. liii. *excipere desideria*, pro libellos accipere. Burm.

Genu] *Genus* Harlem.

Altera autem,] Duo libri non habent distinctionem *autem.* Torr. Abjeci voculam *autem*, quae sequebatur in vulgatis verbum princeps, quod non agnosceret ullus Palatinorum, & testaretur suis etiam duobus abesse Torrentius. Grut. *Autem* deest Copes. Memm. & Cujac.

Ruina pontis] Plinius inter Augusti adversitates Pannonico bello ruinam e turri recenset, Pannonicum vocans, quod Sueton. Dalmaticum. ob gentium (credo) vicinitatem. Vide Dionem sub finem lib. xlix. Torr. Pontem intellige, qualem describit Vegetius lib. iv. cap. xxi. Plinius turrim appellat: item Dio lib. xlix. pag. 471.: Αὐτόν τε [illegible] ἀπὸ πύργου τινὸς ξυλίνου [illegible] συμπεσόντος. Sic Appianus in Illyr. p. 764. expressius; ex quo etiam apparet in verbis Suetonii [illegible]. prius enim acceptum vulnus, quod secundo loco memoratur. Aliter haec Florus lib. iv. cap. 12. Casaub. Putes auctorum illa loca non discrepare: nam eodem recidit, sive dicas e turri cecidisse, sive e ponte turris, ad urbis oppugnatae maenia pertinente. In hoc tamen a ceteris Dio dissentit, quod ab hostibus vulneratum Caesarem scribat. reliqui ruina pontis consanciatum. Florus autem de ponte loquitur, quo fluvii jungi solent, non de obsidionali, ut ceteri. Bernegg.

Ut tamen] *Ut quid tamen* Periz. a manu prima.

Interveniret,] *Intervenerit* Harlem. Edd. Rom. & Venet. pr. crediderunt librarii tempus imperfectum debere hic convenire sequenti *abesset*, ubi *absuerit* aliter scribendum foret. Sed vide de simili varietate Cort. ad Sall. Jugurt. lix. 3. alio paullum modo Flor. iv. 11. 29. *opprimere potuisset, & ceperat.* ubi v. Freinsh. vide

vel Mediolanum, vel Aquilejam usque ab urbe progrediens. Domuit autem partim ductu, 21 partim auspiciis suis Cantabriam, Aquitaniam, Pannoniam, Dalmatiam cum Illyrico omni: item

vide & Markl. ad Stat. I. Silv. I. 100. inf. cap. XXIII. *caput foribus illideret, diemque moestum habuerit*, pro *haberet*. vis autem verbi *intervenire* est, ut non diu maneret apud exercitum, sed subinde & saepius veniret, & iterum abiret, ut Galli dicunt *de tems en tems*. sic *Deus* dicitur *intervenire rebus humanis* ab Apulejo de Deo Socratis. ita *intervisere uxores* saepius visere, sed non diu morari apud eas, inf. cap. XXIV. & Apulej. VI. *an tu parentes tuos furtim intervisere properas*? & ita ille alibi, & ipse Cicero, ut Lexica notant. BURM.

Mediolanum] *Mediolaneum* Memm.

Aquilejam] *Aquilegiam* Venet. pr. nimis erudite. vid. & Tib. VII. & Vesp. VI. *usque ad* Harlem.

21. *Partim ductu, partim auspiciis*] *Ductu*, hoc est, per se: *auspiciis suis*, id est, per legatos. Sic in veteri inscriptione apud Plinium lib. III. cap. XX. de eodem Augusto: QUOD. EJUS. DUCTU. AUSPICIISQ. GENTES. ALPINAE. OMNES. QUAE. A. MARI. SUPERO. AD INFERUM. PERTINEBANT. SUB. IMPERIUM. P. R. SUNT. REDACTAE. Seneca paullo aliter epistola XXXIII. de Epicureis, qui omnia semper ad unum sectae suae ἀρχηγῷ referebant: *Omnia quae quisquam in illo contubernio locutus est, unius ductu & auspiciis dicta sunt*. CASAUB.

Auspiciis suis] Pulchre Horat. lib. IV. Od. XIV. *Te copias, te consilium, & tuos Praebente Divos*. id enim est *tuis auspiciis*. Nec minus eleganter ad eundem Ovid. lib. II. Tristium, de Tiberio loquens:

Per quem bella geris, cujus nunc corpore pugnas,
Auspicium cui das grande, deosque tuos.

Solius enim Imperatoris erant auspicia; caeteri, etiam legati & praefecti, ipsius, quamquam absentis, auspiciis agere dicebantur. TORR.

Aquitaniam,] De Aquitanis triumphum retulit Messala A. DCCXXVI. ut testatur vetus, quae hodieque exstat, inscriptio. Tibullum vide Eleg. VIII. lib. I. & lib. IV. & ibi notata a nobilissimo Scaligero. CASAUB.

Pannoniam,] Diu tractum bellum. vide Dionem. Initium ejus videtur referre Vellejus in annum DCCXXXV. *Subinde*, ait, II. 96. *bellum Pannonicum, quod inchoatum ab Agrippa*, (ita docte emendat Lipsius) *M. Vinicio avo tuo cos. magnum atroxque & perquam vicinum imminebat Italiae, per Neronem gestum est*. Plura de illo bello, & reliquis, quae deinceps commemorantur, idem Vellejus paulo post. Scribit Dio, Pannonios dictos a *pannis*, voce indigena, ex quibus consuere solitus sibi tunicas manuleatas hic populus. quod mihi videtur mirum. Annon enim vox Latina est *pannus*, hac notione? sane. *pannos* enim Latini appellant ῥάκη. Naevius Tabellaria: *Qui habes uxorem sine dote, pannum positum in purpura est*. *pannum*, id est, quod in Euangelio ῥάκος. Horatius: Poët. 15.

Purpureus, late qui splendeat, unus & alter
Assuitur pannus.

Sic Valerius Max. fasciam regiae coronae vocat *pannum* lib. VII. cap. II. Ext. 5. & linteamina, quibus vulnera obligantur, *panni* & *panniculi* dicuntur. Inde vox *pannutia* apud Persium, IV. Sat. 21. & apud Terent. Heaut. II. III. 53. *pannis obsita*. apud Senecam grabatus & pannus extremae paupertatis sunt indicia. Sic πάνιον accipio apud citimae vetustatis Graecos. ut quum in descriptione ἐπιγραμμάτιον, quae pro tesseris erant, Curopalates ait, τρίγωνα ἐκ πανίων ῥάπτοντες. Ergo & Pannonii a pannis quasi pannosi, vel pannutii, ῥακώδεις, qui vestes gererent, non ἀρράφους (quales fuisse plerasque omnes apud veteres perspicue alio opere docemus) sed ex variis pannis ac plagulis consutas καὶ ῥαφιδευθέντας. Similiter Romani iidem a cultu incolarum Galliam Togatam & Braccatam appellarunt: ne quis miretur de Pannoniis. Litem fortasse inter me & Dionem dirimat Vellejus Paterculus, qui Pannoniis tribuit, *non disciplinae tantummodo, sed linguae quoque notitiam Romanae*. Illos ego arbitror non solum tunicas ex variis pannis consuisse, sed etiam mulierum stolas ex diversis limbis & p...ulis oblongis contexuisse, non multo secus ac fieri hodie apud Helvetios notum est. Conjecturam facio ex his, quae de vestibus muliebribus Paeonum (quos cum Pannoniis non confuderim quidem, vetante Dione: sed

 ple-

item Rhaetiam, & Vindelicos, ac Salassos, gentes Inalpinas. Coercuit & Dacorum incursiones, tribus eorum ducibus cum magna copia caesis, Germanosque ultra Albim fluvium summovit: ex quibus Ubios & Sugambros dedentes se traduxit

plerisque veterum confundi propter morum & institutorum similitudinem putem) apud Graecos legere memini. Veteres Critici ad illum Hesiodi versum: μηδὲ γυνή σε νόον πυγοστόλος ἐξαπατάτω, sic notant: Περὶ πυγὰς ἑαυτῶν αἱ τῶν Παιόνων θυγατέρες ζώνας πλατείας φοροῦσι, ῥακώδεις, πολυπρόσωπους. καὶ τάχος δὲ πλίξωσι τὰς ἑαυτῶν ὀσφύας. Dionis verba de appellatione Pannoniorum sunt haec, lib. XL. Ὀνομάζονται δὲ οὕτως, ὅτι τοὺς χιτῶνας τοὺς χειριδωτοὺς ἐξ ἱματίων τινῶν ἐς παννίους ἐπιχωρίως πως καὶ κατατέμνοντες, καὶ ἀπονομαζόμενοι συῤῥάπτουσιν. id est, *nominantur, quia tunicas manuleatas sibi conjungunt, sectis patrio quodam modo vestibus certi generis, in eos quos pannos appellant.* Quod ait ἐξ ἱματίων τινῶν, referendum ad multiplicem materiam, ex qua vestes consiunt, lana, lino, pellibus, & aliis. Nec probo, quod ἱματίων *centones* hic nonnulli vertunt: nam integros pannos sic vocant, ex quibus centones & panni minutiores scissura fiunt. Latini quoque *vestem* hoc vocant, Galli *une piece entiere.* Similis locus ejusdem Dionis in fragm. lib. LXXXVIII. de caracalla veste ab Imperatore ejusdem nominis inventa: καί τινα ἰδίαν ἐσθῆτα βαρβαρικῶς πως ἐπινοήσας καὶ συῤῥάψας ἐς χειρίδας τρόπον, ἀνεσύρετο. Non esse autem certum veriloquium Pannoniorum Dionis, vidit ipse, & fassus est verbis sequentibus. Fatemur & nos, quae supra scripsimus, non nisi conjectura niti: quam labefactari eo maxime intelligimus posse, quod Pannoniorum nomen cognitione Romanorum antiquius esse videatur. exstat enim in fragmento quodam Polybii apud Suidam in ἐρημώσω: nisi tamen mendum est. CASAUB.

Item Rhaetiam,] *Inde Rhaetiam* Cod. Copes.

Gentes alpinas.] Quod de Erasmo praeceptore nostro, jam admonuimus, levi illum opera hunc auctorem percurrisse, vel hoc loco patere potest. Codex enim ille vetus, quem mihi reliquit, pro *Alpinas* legit *Inalpinas*, adeo manifestis litteris, ut nihil clarius. Ut autem ipse locum notarem, occasionem sumsi ex D. Bruti epistola IIII. lib. X. Epistolarum familiarium Ciceronis, ut vocant, ubi ita inquit: *Progressus sum ad Inalpinos cum exer.* Ubi Petrus Victorius, nostra aetate venerabilis vir, summa modestia, summa eruditione, admonuit, quod ego, ut ingenue fatear, primum non attendi: verum postea ita amplexus sum, ut omnino ita legendum existimem. GLAREAN. Sic duo codd. ex nostris, & sic Plinius quoque locutus est. Alii *Alpinas*, ut Tib. cap. IX. Vide Plinium lib. III. cap. XX. TORR. Fortasse, *Salassos aliasque gentes Inalpinas.* ex inscriptione, quam modo protulimus. CASAUB. *Gentes inalpinas* quoque duo Pall. nam tert. *Cisalpinas:* Vulgati, *Alpinas* simpliciter. GRUT. *Cisalpinas* Copes. *Alpinas.* Periz. Harlem. Edd. Rom. Venetae, Basil. & omnes veteres. *Inalpinas* a Pulmanni codice & Turneb. XXXIII. adv. 15. fluxit deinde in ceteras. sed manus viri docti in Plantiniana Ed. restrinxit ad Salassos, legens *gentem inalpinam*, ut hanc minus notam, a Rhaetis & Vindelicis hac nota distingueret. BURM.

Ultra Albim fluvium.] Liber Ferrariens. *ultra Albim proprium fluvium.* quod si quis ex annotatiuncula aliqua irrepsisse contendat, non reluctabor. Haud imperitus tamen ille fuit, quisquis adscripsit. Lucan. lib. II. 51.

Fundat ab extremo flavos Aquilone Suevos
Albis, & indomitum Rheni caput. TORR.

Florus lib. IV. 12. *Victor Drusus, in tutelam provinciarum praesidia atque custodias ubique disposuit, per Mosam flumen, per Albim, per Visurgim.* CASAUB. *Abim* Mem. *Albin* Venet. tres, Bonon. Corruptum nomem fluvii videtur Valesio in Valesianis pag. 85. quia incredibile videtur Germanos ultra Albim summotos, nisi Romanos omnem tractum intra Rhenum & Albim occupasse dicamus, quod veritati repugnat, licet sic glorietur Germanicus apud Tacit. II. 22. sed puto his verbis tantum indicari illos victos compulsos fuisse Albim transire, non quod tractum illum in provinciae formam redegerit, sed illorum incursiones coercuerit, prohibendo Albis transitu. Vid. Flori locum a Casaubono laudatum. *summovere* enim est repellere, fugare, ut millies occurrit. BURM.

Suevos & Sicambros] V. C. habet, *ex quibus Ubios & Sicambros.* URSIN. Tacit. lib. II. Annal. 26. ex epistolis Tiberii ad Germani-

xit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit. Alias item nationes male quietas ab obsequium redegit. Nec ulli genti sine justis & necessariis caussis bellum intulit. Tantumque afuit a cupiditate quoquo modo imperium vel bellicam gloriam augendi, ut quorumdam barbarorum principes in aede Martis Ultoris jurare coëgerit, mansuros se in fide ac pace, quam peterent: a quibusdam verò novum genus obsidum feminas exigere tentaverit: quod negligere marium pignora sen-

nicum: *Se novies a Divo Augusto in Germaniam missum, plura consilio quam vi perfecisse. Sic Sugambros in deditionem acceptos, sic Suevos.* Quod ait Suetonius & Sicambros & Suevos in ripam Gallicam esse translatos: de Sicambris facile assentior. Ea enim gens, sicut & Ubiorum ad latus Rheni Teutonicum olim sita, perpetuis Suevorum incursionibus vexata facilis transduci. Idem & Strabo lib. VII. pr. videtur sentire, cum scribit de ea ripa Rheni: Ταύτης δὲ τὰ μὲν εἰς τὴν Κελτικὴν μετήγαγον Ῥωμαῖοι, τὰ δ᾽ ἔφθη μεταναστάντα εἰς τὴν ἐν βάθει χώραν, καθάπερ Μάρσοι· λοιποὶ δ᾽ εἰσὶν ὀλίγοι, καὶ τῶν Σιγάμβρων μέρος. Ait partem aliquam Sicambrorum remanere in veteri patria: reliquis videlicet in Galliam transductis. De Suevis vellem parcius locutum Suetonium: nam quis veterum geographorum & historicorum Suevos in Galliam transsevit, praeter Suetonium? Sed Pithoei codd. praeferunt *Seubos.* in qua scriptura vestigium, ut puto, latet verae: nam rejecto *s* in finem superioris vocis, mutatione minima feceris *Ubios.* Strabo lib. IV. pag. 194. Οὐβίους μετήγαγεν Ἀγρίππας εἰς τὴν ἐντὸς τοῦ Ῥήνου. Ita igitur legimus, & accuratissimum scriptorem culpae absolvimus: praesertim cum testetur Ursinus ita scriptum in suis MSS. CASAUB. Pal. sec. *Sucos.* duo alii *Suevos.* quemadmodum vulgati. quod repraesentavi (*Ubios*) est ex amicissimi Fulvii Ursini membranis, firmatque ipsa veritas; de qua consulatur argutissimae diligentiae Casaubonus. GRUT. *Seubos* Memm. *Suevos* Periz. Copes. Edd. Rom. & omnes fere veteres & recentiores. *Sueves* Harlem. Cod. & Ed. Venet. pr. deinde *Cicambros* Lugd. vitiose. hos *Sugambros* vel *Sygambros* esse vocandos docuit Heins. ad Ovid. I. Amor. XIV. 49. vid. & comm. ad Aur. Vict. Epit. cap. I. §. 7. BURM.

Nec ulli genti sine justis & necessariis caussis bellum] Non ea sententia Dionis: qui Pannonios ab Octavio, nulla ne minima quidem re laeso, bello petitos scribit, lib XLIX. CASAUB.

Tantumque absuit a cupiditate quoquo modo imperium augendi.] Hunc Augusti animum testatur ejus de Alexandro dictum, quod Plutarchus Apophth. XLVI. refert. Dederat idem & moriens tale consilium suis: quod tamen non defuere, qui secus interpretarentur. Tacit. I. Annal. II. *Addideratque consilium coërcendi intra terminos imperii, incertum metu, an per invidiam.* Dio lib. LVI. p. 677. Γνώμην τε αὐτοῖς ἔδωκε τοῖς τε παροῦσιν ἀρκεσθῆναι, καὶ μηδαμῶς τὴν ἀρχὴν ἐπαυξῆσαι ἐθελῆσαι. Deinde caussas adjicit. CASAUB. *Afuit* Memm. ut saepe alibi.

Novum] Auctor est Tacitus, Germanos efficacius obligari, si puellae obsides eis imperantur. Atqui & Romani olim Porsennae Regi nobilissimus virgines, inter quas Cloelia illa, obsides dedere. *Marum* autem *pignora*, pro *marium* habent Opt. Codd. alter etiam *pignera.* TORR. *Novum*, hoc est, inusitatum, ea praesertim aetate. alioquin res non erat nova: neque id Suetonio ignotum puto, ut visum quibusdam. Factum olim a Romanis in Cloelia, factum a Graecis non semel; item ab Asdrubale in Hispania. Polyb. X. Προσαγγελθέντος οἱ περὶ τὸν Ἀσδρούβαν ἀπιστεῖν αὐτοῖς, ὑπεῖσαν χρημάτων τε πλῆθος, καὶ τὰς θυγατέρας ὡς ὁμήρους. Et initio VIII. ejusdem, gravis illa posita est sententia: Τὸ μὲν μηδενὶ πιστεύειν εἰς τέλος ἄπρακτον· τὸ δὲ λαβόντα τὰς εἰθισμένας πίστεις πράττειν τὸ κατὰ λόγον ἀνεπιτίμητον· εἰσὶ δὲ εἰθισμέναι πίστεις, ὅρκοι, τέκνα, γυναῖκες· τὸ μέγιστον, ὁ προγεγονὼς βίος. Tacitus de Moribus Germanorum, hoc in ea gente ut ipsi proprium observat. CASAUB. Non sane novum. vid. Lips. in Taciti Germ. cap. VIII. Freinsh. & Rupert. ad Flor. I. 10. BROUKH. Recte viri docti non novum fuisse notant, & hinc rectius Ciofanus illustrasset Ovidium, VIII. Met. 47. Inter Langobardos etiam usitatum patet ex Warnefr. de Gestis Lang. IV. 8. ubi vide Lindenbr. BURM.

Marium pignora] Memmii, Lissaei & Viterb. *marum pignera.* Trogi Breviator libro XXVI. *qui nec pignoris respectu timeret.* Aliter Agraetius vetus grammaticus, *pignora rerum, pignora filiorum & affectionum.* Vocat *affectio-*

sentiebat. & tamen potestatem semper omnibus fecit, quoties vellent, obsides recipiendi. Neque aut crebrius aut perfidiosius rebellantes graviore umquam multatus est poena, quam ut captivos sub lege venumdaret, ne in vicina regione servirent, neve intra trigesimum annum liberarentur. Qua virtutis moderationisque fama, Indos etiam ac Scythas, auditu modo cognitos, pellexit ad amicitiam suam populique

ctiones, quos alii *affectus*. Volcatius Gallicanus in Cassio, cap. VII. *Nec in ejus liberos aut affectus saevit.* Capitolinus in Gord. cap. VI. *Affectus suos unice dilexit: filios & nepotem, ultra morem: filiam & neptem, religiose.* & saepe alibi. CASAUB. Offendi & in nostris, quod de suis prodiderunt alii. nam & Pal. pr. habet *marum*. & tert. *pignera*. GRUTER. *Marum* Cujac. Harlem. Copes. vid. Claud. XXXIV.

Vellent obsides] *Obsides vellent* Periz. Edd. Rom. Venet. tres, Bon. & reliquae veteres. mutarunt ordinem Basil. Plantin. si autem prior ordo placet *obsides* esse posset nominativi casus; ut si eos taederet a patria absentiae, possent reverti domum: in alio ordine est ambiguum, cujus sit casus, & an cum *vellent*, an cum *recipiendi* sit construendum. BURM.

Multatus est poena,] Optimi libri quidam, *ultus est p.* CAUSAUB. *Ultus est* Graevius in posterioribus editionibus, ex Memm. antea semper *multatus* fuit editum. offendit forma passivi verbi, quae tamen activam habet significationem, sed obvia exempla sunt eruditis. vid. Muncker. ad Hyg. f. XVIII. & CCLXXIII. Barth. ad Claud. Cons. Maul. 101. & Voss. lib. III. de Anal. cap. 5. ubi inter alia verba etiam *multor* pro *multo*, & hunc locum adfert. Sic Cicer. pro Milon. XIII. *cujus tu inimicissimum multo crudelius etiam punitus es.* & Phil. VIII. 2. *ut crudelissimam puniretur necem.* & alia multa. *ulcisci vero aliquem* pro punire recte quidem dici confiteor, sed an dicatur *aliquem gravi poena ulcisci*, nescio, neque adhuc exemplum adductum vidi. quare illud *ultus* ortum credo ab compendio scripturae, & literam *m* absorptam a praecedenti ultima *s* *umquam: multo* autem & *multor* veteres dixisse credibile est, ut infinita alia verba. BURM.

Ut captivos sub lege venundaret,] Dio lib. LIV. de Scordiscis, τῇ ἁλώσει τὸ πλῆθος ἐπ' ἐξαγωγῇ ἀπέδοτο. ex venditionibus mancipiorum tractum, ut docemur a J. C. CASAUB.

Neve intra XXX. *annum liberarentur.*] Factum in Salassis a Terentio Varrone. Dio lib. LIII. Συνέλαβέ τε τοὺς ἐν ἡλικίᾳ καὶ ἀπέδοτο, ἐφ' ᾧ μηδένα σφῶν ἐντὸς εἴκοσιν ἐτῶν ἐλευθερωθῆναι. Quo ex loco suspicio est, in Suetonio quoque legendum XX. non XXX. Non solum autem sic alienabantur servi, ut non manumitterentur intra certum tempus: sed etiam ut omnino ne manumitterentur. Vide JCtos. CASAUB. *Ultra* XXX. *annum* Cod. Copel. *intra triginta annos* Periz. Harlem. & Edd. Rom. Venet. tres, Bon. Lugd. quarum quaedam *annos triginta*. De his conditionibus vide Raevard. conject. II. 16. in *vicinia* etiam Harlem. sed tunc abjici deberet τὸ *regione*. BURM.

Indos etiam ac Scythas.] Hinc Hor. lib. IV. Od. XIV.

Te Cantaber non ante domabilis;
Medusque, & Indus, te profugus Scythes
Miratur.

Miramur autem ea, quae pulchra, eximia, atque augusta sunt. *mirari* enim, ut inquit Nonius Marcellus, est *novo aliquo obstupefieri.* TORR. Indorum & Scytharum legatos simul venisse ad Augustum Terraconem usque, auctor est Orosius VI. 21. Ego observo duas legationes a Poro rege Indorum ad eundem Augustum. Alteram, quae ad eum venit in Hispaniis bellum gerentem, cujus Orosius meminit, & cum eo Eusebius in Chronico: qui id annotat ad annum Augusti, ut ipse numerat, XVIII. qui annus incidit in tempus belli Cantabrici. Hi legati petendae pacis caussa venerunt. Secuta est deinceps altera legatio, quae ad Augustum A. U. C. DCCXXXIV. pervenit: quando ipse post Graeciam Asiamque lustratam, Samum per hiemem venit. Hi legati cum magnis multisque muneribus ad sanciendum foedus, quod ante petierant, venerunt. De his Strabo lib. XV. Dio lib LIV. Regem Indorum, a quo venerunt ad Augustum legati, Eusebius Pandionem in Chronico appellat, non Porum. Πανδίων, ait, ὁ τῶν Ἰνδῶν βασιλεὺς φίλος Αὐγούστου καὶ σύμμαχος εἶναι παρακαλεῖται. Venerunt postea & ad Trajanum Indici legati. In historiis autem Impp. Constantinopolitanorum saepe memini legere, venisse ad Imperatorem legatos Indorum, ut ad Constan-

que Romani ultro per legatos petendam. Parthi quoque & Armeniam vindicanti facile cesserunt: & signa militaria, quae M. Crasso & M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt: obsidesque insuper obtulerunt: denique pluribus quondam de regno concertantibus, nonnisi ab ipso electum comprobaverunt. Janum Quirinum 22 semel

stantinum, ad Theodosium, Heraclium, Justinianum, alios. CASAUB.

Parthi quoque & Armeniam vindicanti] Libri duo *Parthi & Armenii*, alter etiam *jus dicenti* pro *vindicanti*, sed nullo sensu. Vide Tib. cap. IX. TORR. Et hic Homerica figura est: nam signa militaria restituta sunt Augusto, ad statum Orientis componendum in Asiam & Syriam profecto, A. U. C. DCCXXXIV. Armenia autem cessit Phraates, quo tempore C. Caesar Augusti F. ad bellum Armeniacum missus est, circa annum Urbis DCCXLVIII. CASAUB.

Signa militaria,] Nulla unquam victoria tam gavisum fuisse Augustum, tot tam varie ea de re signati nummi veteres testantur, cum inscriptione: SIGNIS RECEPTIS. Vide, quae ad Horat. notavi lib. IV. Od. ultima. TORR.

Reposcenti] Alii Historici narrant Parthos, ultro, metu belli, quod parabat Augustus, remisisse. forte, *nec poscenti. quae ademerunt* etiam Copesianus. BURM.

Obsidesque insuper obtulerunt:] Strabo lib. VI. & XVI. Tacitus Annal. lib. II. in principio. TORR.

Denique pluribus] *Pluribus* deest Edd. Venet. pr.

Ab ipso electum.] *Ab eo* Copes. *ab ipso electo* Periz.

Janum Quirinum] Sic libri omnes, quos viderim; nec minore constantia, quotquot etiam vidi Horatii codices, eadem de re lib. IV. Od. ult. *Janum Quirini*. Nec vero eos sequor, qui *Fanum Quirini* ibi legunt, quod in vetusto exemplari *Eanum* pro *Janum* scriptum esse affirmant. idem enim Eanus qui Janus est, nempe ab eundo (quod Cic. lib. II. de Nat. Deor. 27. tradidit) sic dictus. Ex quo & transitiones perviae *Jani*, & fores privatarum aedium *januae* appellantur. *Janum* ergo *Quirinum* vocat Sueton. quod & ipse bello praesit, ut Junonem quoque Quiritem in veteri marmore legimus. *Janum* vero *Quirini* Horat. quod a Romulo, quem Quirinum vocabant, templum ei Romae sit conditum, licet illud Numa claudere atque aperire primus instituerit. Livius lib. I. cap. 19. & alii. TORR. De Jano Quirini & portis templi ejus, deque more eas aperiendi claudendive, res omnibus hodie nota: sed quoties id acciderit aut ante aut post Octavium, paucis habe, quae quidem in iis memoriis quae nunc extant, legere meminimus. Prima mentio est apud Livium & Plutarchum in historia Numae: ab eo mos institutus. Hujus temporibus per annos XLIII. Jani portae clausae fuerunt. Anno deinde ab Urbe condita DXIX. coss. T. Manlio Torquato, C. Attilio Balbo II. clausum esse iterum Janum, eodemque anno rursum apertum multi referunt. Tertium clausit Augustus A. U. C. DCCXXV. coss. se V. & Sexto Apulejo, post victum Antonium. Quartum idem Princeps coss. ipso IX. & M. Junio Silano, quum ex bello Cantabrico Romam rediisset A. U. DCCXXIX. auctor Dio in ejus anni actis lib. LIII. & Orosius clare lib. VI. cap. 21 Quintum quoque clausit idem Imperator circa tempora nativitatis Regis & Pontificis summi JESU CHRISTI Domini nostri. Dio hujus historiae non meminit in illius anni rebus exponendis: sed meminerant veteres alii, ex quibus sumsisse Orosium, qui diserte notat lib. VI. cap. XXII. non dubium. Scio viros doctos hanc tertiam κλῶσιν ad XI. ejus consulatum referre ex inscriptione, quae Emeritae in Hispania, apud Gruter. CXLIX. 4. cujus initium: IMP. CAES. DIVI. F. AUGUSTUS. PON. MAX. COS. XI. TRIBUNIC. POT. X. IMP. VIII. ORBE. MARI. ET TERRA. PACATO. TEMPLO. JANI. CLUSO. Nobis aliter videtur. Putamus enim eo lapide non indicari, quo anno clausus Janus ab Augusto fuerit: sed inter argumenta prosperi status florentis tum imperii clausum Janum esse positum. Quid autem mirum, si priore anno clausus nondum fuerat apertus? non enim aperiebatur, nisi caussa esset. Sic tertium ab eodem clausus per annos multos (fere duodecim, ait Orosius) ad Varianam usque cladem mansit obseratus. tum apertae ejus templi fores ad Neronis usq; e tempora patuerunt. Sextum clausit Nero, se III. & Valerio Messalla coss. anno U. C. DCCCXI. Septimum (Tacitus & Oro-

femel atque iterum a condita urbe memoriam ante fuam claufum, in multo breviore tem-

Orofius vii. 3. & 9. ajunt fextum, quia Nero fine vera cauffa clauferat) Vefpafianus A. U. C. dcccxxiv. coss: fc iii. & Nerva. Magnum deinceps aliumque filentium apud hiftoricos fuper Jani portis. Manfiffe tamen confuetudinem antiquam, teftatur Capitolinus in Gordiano Juniore. Ait enim coss. Praetextato & Attico, qui eft annus conditae Urbis dcccxcx. Gordianum Jano aperto, quod fignum erat indicti belli, profectum effe contra Perfas. Sed & fub Chriftianis Impp. fervatum aliquamdiu vetus hoc inftitutum, teftis locuples Ammianus lib. xvi. qui in hiftoria rerum geftarum a Conftantio, claufi ab eo Jani mentionem facit. Id accidit poft victum Maguentium, cum fublatis omnibus tyrannis unus ille Romani orbis Dominus exftitit. A. U. C. cIↃ. cv. Casaub. Vix eft, ut hinc non fit corrigendus Horatius lib. 4. Od. ult. Feftus in *Opima:* Tertia. Spolia. Jano. Quirino. Agnum. Marem. Caedito. Macrobius i. Saturn. 9. *In facris quoque invocamus Janum Geminum, Janum Patrem, Janum Junonium, Janum Confivium, Janum Quirinum.* Nihil ergo mutandum in Suetonio. Gronovius.

Iterum a condita] *Condita urbe ante memoriam fuam.* Memm. *ante memoriam* Harl. Edd. Rom. Venetae & reliquae: mutavit ordinem verborum Cafaubonus.

In multo brevioris temporis fpatio] Ita omnes, quotquot nos vidimus, habent codices, atque adeo etiam ille vetuftus. Quae cauffa fuit Beroaldo, ut diceret, Auguftum fuo tempore ter clauftffe Jani templum: cum hoc nemo alius auctorum, de majoribus loquor, quod equidem fciam, fcriptis prodiderit. Certe Plutarchus ac Dionyfius Graeci, ac Livius Latinus auctor, non *ter*, fed *tertium* Auguftum Jani clauftffe templum ajunt. Orofium citat auctorem, qui me non admodum movet. Livius hercle non tacuiffet hoc, quando alia ad Augufti laudem adeo diligenter dicere folet. De ea re tamen cum nemine contenderim. Addam tamen meam de hac re fententiam, aut magis conjecturam. Sufpicor fane, brevitatis gratia fcriptum fuiffe *ter claufit*, puncto appofito fyllabae *ter.* quod quidem punctum in vetufto codice fubfcriptum eft. Quemadmodum *Cos. ter.* pro *Cos. tertio* vel *tertium* fcribere faepiufcule folemus. Ita omnino heic *ter. claufit*, pro *tertium claufit.* Ne vero hoc alicui frivolum appareat, videat, quaefo A. Gellium cap. i. lib. x. quid confilii Cicero de eodem adverbio Pompejo dederit: & facile in noftram concedet fententiam. Porro quod inquit Tranquillus, *breviore temporis fpatio:* intelligo, vel quam Romulus, vel quam ipfi Romani poft cum primo Punico bello. Romulus enim perpetuo bellavit. Primum autem bellum Punicum duravit annis xxiv. Auguftus vero intra xii. annos pace terra marique parta, Jani templum non ter, fed tertium claufit. Glarean. Livius loco, quem modo citavimus, de Jano loquens: *Bis* (inquit) *deinde poft Numae tempora claufus fuit, femel T. Manlio cos. poft Punicum primum perfectum bellum; iterum (quod noftrae aetati dii dederunt, ut videremus) poft bellum Actiacum ab Imperatore Caefare Augufto, pace terra marique parta.* Ut ergo cum Livio Sueton. confentiat, totam hanc periodum *in multo breviori temporis fpatio*, rejiciendam cenfebat Langius, & legendum *tertio claufit*, vel *claufit*; non *ter*; ut in quibufdam exemplaribus. Glareanus vero in eadem videtur fuiffe fententia; periodum tamen retinet, fed eam non recte interpretatur. Alii Orofium fecuti, qui Auguftum ab anno dccxxv. ad annum dcclii. ter clauftffe Janum fcribit, nihil immutant, nifi quod *ter*, quam *tertio* legere malint. Ego fane Orofio, adftipulante etiam Dione, affentior, idemque Lipfio vifum Elector. i. cap. xx. quem fuadeo legas. non facile tamen mihi quifquam perfuaferit, periodum illam germanam effe. Exftant autem & Augufti, & Ne-

Pag. 248



ronis nummi, in quorum parte altera templum Jani claufum confpicitur, cum hac infcriptione: Jan. clv. & pace p. r. terra mariq. parta janum clusit. Torr. Videtur

temporis spatio, terra marique pace parta, ter clusit. Bis ovans ingressus est urbem, post Philippense, & rursus post Siculum bellum. Curules triumphos tres egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum: continuo triduo omnes. Graves 23 ignominias cladesque duas omnino, nec alibi quam in Germania, adcepit, Lollianam & Varianam: sed Lollianam majoris infamiae, quam detrimenti: Varianam paene

detur legendum: ter *clausit:* Nam Augustus Janum primo clausit post devictos Antonium & Cleopatram. Secundo post Cantabricam victoriam: tertio cum jam toto orbe pax esset. URSIN. Haud aliter nostri tres, ut mirum sit Ursinum id promere de conjectura, tanquam in libris exstaret *tertio.* quod ipsum erat votum, sic emendare cupientium. GRUT. *Tertio* est in Cod. Copes. Edd. Venet. sec. & tert. Basil. Junt. Ald. & reliquis, praeter Venet. pr. Bon. Lugd. Doleti & Steph. Raphel. & recentiores. quae *ter.* & ita legendum invictis argumentis probavit, & annos U. C. quibus clausit, accurate digessit vir, in doctrina temporum versatissimus, Joh. Masson, in doctissimo libello de Jano reserato. Tractarunt hunc quoque locum Rualdus in Animadv. ad Plutarch. cap. VIII. pag. 78. & Noris. ad Cenotaph. Pisana Diss. II. cap. 10. in Ed. Rom. omissus erat numerus *ter* vel *tertio.* in Harlem. erat *inter*, & in Periz. sed sub prima syllaba *in* puncta posita erant, indicio delendam esse. BURM.

Terra marique pace parta] Formula frequens in Augusti nummis & statuis olim Rostratae statuae, quae ei posita est decreto senatus post victum Sext. Pompejum, inscriptio fuit haec: OB. PACEM. DIU. TURBATAM. TERRA. MARIQUE. PARTAM. Apud Appianum Ἐμφυλίων libro v. ita hunc locum leges: Καὶ ἐπὶ κίονος ἐν ἀγορᾷ χρύσεος ἱστάναι μετὰ σχήματος οὗπερ ἔχων εἰσῆλθε, περικειμένων τῷ κίονι νεῶν ἐμβόλων· καὶ ἕστηκεν ἡ εἰκὼν ἐπιγραφὴν ἔχουσα, ΟΤΙ ΤΗΝ ΕΙΡΗΝΗΝ ΕΣΤΑΣΙΑΣΜΕΝΗΝ ΕΚ ΠΟΛΛΟΥ ΣΥΝΕΣΤΗΣΕ ΚΑΤΑ ΤΕ ΓΗΝ ΚΑΙ ΘΑΛΑΣΣΑΝ. vulgo legitur περικειμένων τῷ κίονι νεῶν ἐμ, nullo sensu. intelligit rostra captivarum navium circum columnam fuisse affixa, cui statua Augusti superposita. CASAUB.

Bis ovans] Excussit diligenter hunc locum vir eruditissimus Petr. Wesseling. lib. II. Obser. 4.

Post Philippense] Est ita: post bellum Philippense ovavit primo Octavius. non tamen verum est, quod videtur sensisse Suetonius, ex ea victoria cum ovasse. Nam contra ea ovatio titulum & caussam habuit, pacem factam cum M. Antonio: qui & ipse eundem simul honorem usurpavit A. U. C. DCCXXXIV. auctor Dio & Fasti Capitolini: in quibus de duabus Octavii ovationibus haec leguntur: IMP. CAESAR. DIVI. F. C. N. III VIR. R. P. C. OV......... QUOD. PACEM. CUM. M. ANTONIO. FECIT. & de ovatione ex Sicilia: IMP. CAESAR. DIVI. F. C. N. III. V. R. P. C. II. A. DCCXVII. OVANS. EX. SICILIA. IDIBUS. NOVEMBR. CASAUB.

Siculum bellum.] *Bellum* deest Codd. Periz. Harle. Edd. Rom. Venet. tribus.

Curules triumphos] *Curules* vocat ad differentiam ejus, quod paulo ante dixit, *bis ovans ingressus est.* sic enim & Tib. cap. IX. *Et ovans, & curru Urbem ingressus est.* TORR. *Curules* deest Exc. Cujac.

Tres] *Tris* Memm. qui & *Delmaticum.*

Dalmaticum] Illyrium quidam appellant. in his Appianus: contra historiam & veritatem. CASAUB.

Triduo omnes] Post *triduo* distinguunt & novum caput incipiunt ab, *Omnes graves*, Cod. Periz. Edd. Rom. Venetae tres, Bonon. Lugd. Gryph. Basil. etiam Casauboni, & aliae, sed Steph. omisit *omnes.*

23. *Lollianam & Varianam*] Variana omnibus nota, Lolliana non ita. de qua tamen Dion lib. LIV. Et sane plus terroris quam periculi habuit. Adde, si lubet, Eusebium Chronicis, Olymp. CXC. TORR. Vellejus Paterculus lib. II. c. XCVII. *Sed dum in hac parte imperii omnia geruntur prosperrime, accepta in Germania clades, sub legato M. Lollio, homine in omnia pecuniae quam recte faciendi cupidiore, & inter summam vitiorum dissimulationem vitiosissimo: amissaque legionis quintae aquila, vocavit ab urbe in Gallias Caesarem.* Dio lib. LIV. p. 612. narrat in anno, qui habuit coss. L. Domitium, P. Scipionem. Unus, quod sciam, est Eusebius, qui Lollii hujus non cladem in Germania, sed victoriam

paene exitiabilem, tribus legionibus, cum duce legatisque & auxiliis omnibus, caesis. Hac nuntiata excubias per urbem indixit, ne quis tumultus exsisteret: & Praesidibus provinciarum propagavit imperium, ut & a peritis & adsuetis socii continerentur. Vovit & magnos ludos Jovi Opt. Max. SI RESPUBLICA IN MELIOREM STATUM VERTISSET: quod factum Cimbrico Marsicoque bello erat. Adeo denique consternatum ferunt, ut per continuos menses, barba capilloque summisso, caput interdum foribus illideret, vociferans: *Quinctili Vare, legiones redde:*

riam de Germanis commemoret. Notat ille ad annum quartum Olympiadis cxc. *Germanos in arma versos M. Lollius superat.* CASAUB. *Lolianam* hic & mox iterum Cod. Harle. Edd. Rom. Venet. pr. & sec. Bon. Junt. Lug. Ald. Basil. & plures. *Lolianam*, & mox *sed Loliam* Venet. tert. vid. Boecler. ad Vellej. Pater. xx. 97.

Auxiliis omnibus,] *Auxiliis communibus* Ed. Rom.

Excubias per urbem indixit,] Ita solitum in omni tumultu & ad omnem cladis acceptae nuntium, ut saepe apud Livium. Tum vero caussa praecipua fuisse videtur, quod erant in urbe Germani Gallique milites non pauci. vide infra cap. XLIX. CASAUB. *Induxit* Edd. Rom. Venet. sec. & tert. vid. ad Quinct. Decl. XIII. 5. XIX. 10. & CCCLXXVI.

Propagavit] Sic Pal. pr. & tres, nam sec. *prorogavit*, quod quidem invasit editiones recentiores, sed non etiam antiquas. GRUT. *Prorogavit* Edd. Seb. Gryph. Colin. Doleti Plantin. & Torr. vid. ad Caes. XXIV. & comm. ad Cicer. VIII. ad Att. 3.

Ut & a peritis & assuetis] Liber Ferrariens. *ut assuetis, & a peritis.* TORR. *Ut a suetis & a peritis.* Codd. Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres, Bonon. Lugd. Junt. Ald. Arg. *ut a peritis & assuetis* Cod. Copes. Steph. *ut & a peritis & ass.* Basil. *ut ab assuetis & a peritis* Pulm. MS.

Continerentur.] *Commonerentur* in marg. Colin. & Gryph. quod nusquam reperi.

Vovit & magnos ludos Jovi Opt. Max.] Dio lib. LV. prius factum notat ob aliam occasionem. Eum lege. Ait autem, [illegible]. Eleganter Dio, [illegible], pro *vovere* dixit, usitato Demostheni & aliis loquendi genere, ut pridem ad Dionys. Halicar. notare meminimus. Male igitur interpretes Dionis omnes sinceram lectionem suis emendationibus depravant. CASAUB. *Jovi magno optimo* Codd. Harl. Periz. Edd. Venetae tres.

Si rempublicam] Legerim, *Si respubl.* TORR. Lege SI RESP. ex suggestione libri Memmiani & Pithoei. Elegans & vetus locutio. CASAUB. Admisi quod erat in scripto Petr. Pithoei, praesertim cum eidem scripturae veniret item assertor Pal. sec. & tert. nam pr. adhaeret vulgatis, in quibus *Rempublicam*, minus eleganter. GRUT. *Rempub.* Harlem. Copes. Periz. & Edd. fere omnes. sed Memm. *respublica.*

Quod factum Cimbrico Marsicoque bello erat.] Nempe ut ludi magni voverentur sub eadem conditione: nam alioquin saepe alias ex votis ducum SI HOSTEIS FUDISSENT, iidem ludi sunt celebrati: ut Q. Servilii Ahalae dictatoris apud Livium lib. VII. & Camilli item dictatoris, ibidem, & alibi item. CASAUB.

Adeo namque] *Adeo denique* Memm. Cujac. Edd. Basil. posteriores & aliae.

Caput interdum foribus illideret,] Istud est, quod Graeci eleganter dicunt [illegible], ut Polybius III. cap. 85. qui etiam in VI. idem loquendi genus usurpat; sed aliter. M. Tullius vocat *detestabilia genera lugendi*, in tertia Tusculanarum cap. 26. *Ex hac opinione sunt illa varia & detestabilia genera lugendi, paedores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percussiones.* Similis ex impatientia [illegible] exempla apud poëtas & historicos passim obvia. Seneca de Ira lib. I. cap. ult. *Quid opus est mensam evertere? quid pocula affligere? quid se in columnas impingere?* in Ciceronis Oratore cap. 67. *Incurristi amens in columnas.* quanquam ejus facti non tam impatientia quam insania videtur caussa exstitisse. Apud Capitolinum in Maximinis cap. 17. *Jaciebat se in parietes, nonnunquam terrae se prosternebat.* in Gordian. 13. *Incurrere in parietes, vestem scindere videbatur.* Appianus de Carthaginensib. in Punic. p. 46.

Es

de: diemque cladis quotannis moestum habuerit ac lugubrem. In re militari & 24 com-

Ἐς τε τὴν γῆν σφᾶς ἐρρίπτουν, καὶ κεφαλαῖς αὐτὴν ἐνέπαιον. & similia his multa: sed quod ait Suetonius *foribus*, nescio an non sit in eo aliquid religionis: utique si ad fores aedium sacrarum referas. Tibullus I. v. 43.

Non ego tellurem genibus perrepere supplex,
Et miserum sancto tundere poste caput:
Non ego, si merui, dubitem procumbere templis,
Et dare sacratis oscula liminibus.

Putabant hac sui injuria leniri deum iram. Cicero lib. III. Tusculanarum cap. 29. caussas lugendi enumerans: *Accedit superstitio muliebris quaedam. Existimant enim diis immortalibus se facilius satisfacturos, si eorum plaga perculsi, afflictos se & stratos esse fateantur.* ex qua opinione multa fluxerunt in veteres ritus. Sed Suetonii verba & Florus & Orosius simpliciter acceperunt, & *parietem* pro *foribus* ambo posuerunt. sic apud Graecos: παίειν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ τῷ τοίχῳ. CASAUB. A Casaubono adductis veterum locis adde Liv. XXV. 37. *Flere omnes repente, & offensare capita, & alii manus ad coelum tendere, Deos incusantes.* vid. Herald. ad Martial. II. 11. & illis *redde legiones*, similia sunt illa Statii XI. 279.

Redde agedum miseris fratres, natosque, patresque
Redde arvis domibusque viros.

Ubi vid. Barthium: adde Lact. de mortib. Persec. cap. 49. quem locum Bronckhusius adscripserat. BURM.

Diemque cladis] Ante diem IV. Non Sextil. quo die etiam Cannensis clades contigit. TORR. Nihil variant alii codd. Cujacii sic: *Diemque cladis, quem damnis moestum ac lugubrem habuerat, memorans.* Fortasse non male, si modo scripseris, *quem damnis aliis moest.* Sic fieri solet in omni lamentatione, ut si quid unquam in longa vita nobis adversi eodem tempore contigerit, memoremus. Quae sint autem illa damna, divinare difficile est. Sed cladis ipsius Varianae quis fuit dies? Quaesivi enim, & cum cura quidem. frustra. neminem enim veterum historicorum exorare potui, ut id me doceret. Non Dionem, non Tacitum, Florum, Zonaram, qui omnes hanc cladem (copiosius alii, alii brevius) commemorant: omnes diem tam insignem quasi ex compacto reticent. Video tamen Beroaldum, Torrentium, aliosque, incompertum nobis diem reperisse; nempe accidisse hanc stragem a. d. IV. Non. Sextil. quo etiam die ad Cannas male olim pugnatum a Romanis. Mirabar, quis hoc illos docuisset: nam praeter superiores historicos, etiam Plutarchus id nobis invidit, cum in Camillo de diebus atris disputans, similes hujusmodi casus non indiligenter colligeret. sed animadverti postea, manasse hoc ἀφ' ἑνὸς [illegible] ab uno Beroaldo, qui primus id notavit ad hunc Suetonii locum: ex eo reliqui ἀχαρῶς nimis & [illegible]. Beroaldum, qui falso historicos id tradere ait, decepit Flori hic locus e libro IV. 12. 35. *Varus perditas res eodem, quo Cannensem diem Paulus, & fato est & animo secutus.* Putavit Florum hoc dicere, Varum eo die periisse, quo Paulus Cannensi praelio. Atqui Florus eleganter & [illegible] *diem* pro clade usurpat. Sic plane nos Franco-Celtae *la journée* pro clade vel pugna decretoria. Sic idem Florus lib. II. cap. VI. de Annibale & Scipione loquens: *Non fuit major sub imperio Romano dies, quam ille, cum duo omnium & antea & postea ducum maximi, ille Italiae, hic Hispaniae victor, collatis cominus signis direxere aciem.* Olim, seu ferro, seu judicio controversia disceptanda erat, dies certus assignari solitus: ex eo more coepit vox *dies* pro die praelii aut clade ea die accepta usurpari. & similiter pro *judicio:* quod in Cilicum idiotismo familiare fuisse testis Hieronymus. inde illud Pauli Apostoli I Corinth. IV. 3. ἀνακριθῶ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας. CASAUB. *Diemque cladis* sic omnino Pall. nisi quod tert. *denique cladis.* sic vero, *denique cladis annis menstruum.* Itaque cur attendamus unius codicis lectioni extravaganti nihil caussae est. GRUT. Incertum esse diem, & quare ostendit Episcopus Paderb. Furstenburgius in Monum. Paderbornensibus. pag. 35. BURM.

Habuerit] *Habuit* Ed. Rom.

24. *In re militari & commutavit multa & instituit:*] Exempli gratia, quod notat Isidorus libro XVIII. cap. III. *Pilam in signa constituisse fertur Augustus, propter nationes in cuncto orbe subjectas, ut magis figuram orbis ostenderet.*

commutavit multa, & instituit: atque etiam ad antiquum morem nonnulla revocavit. disciplinam severissime rexit, ne legatorum quidem cuiquam nisi gravate, hibernisque demum mensibus, permisit uxorem intervisere. Equitem R. quod duobus filiis adolescentibus, caussa detrectandi sacramenti, pollices amputasset, ipsum bo-

deret. Cujus tamen historiae [illegible] idoneum poscerem libens Isidorum. CASAUB. Romae conspici statuam Imp. Augusti, manu tenentem insigne universalis imperii globum (seu pomum, seu pilam) confirmat in eruditissimis ad Petrum de Andlo notis Freherus fol. 182. a. sed & in ipsius Julii Caesaris numismatibus expressam talem pilam repraesentat Fulv. Ursinus in Famil. Roman. pag. 113. & 118. BERNECC. Vid. Lindenbr. ad Amm. Marcel. XXI. 14. & XXV. 10.

Instituit] *Constituit* Codd. Periz. Harlem. Edd. a Romana veteres omnes. sed Basil. *instituit*, Stephanus vero secutus veteres. *Multa* etiam deerat Harlem. & Ed. Venet. pr.

Disciplinam severissime rexit] Videtur scribendum, *exegit*, non *rexit*: & ita est in V. C. URSIN Ursini codd. ut ipse testatur, *exegit*: quod etsi non improbo, pluris tamen apud me est 101 libb. consensus. Sic *regere disciplinam* leges & apud alios inferioris aevi historicos, hujus plerumque aemulos. CASAUB. *Rexit* quoque Pall. nostri. nihilo tamen pejus liber Ursini, *exegit*. GRUTER. Sed vid. ad Caes. cap. XLVIII.

Ne legatorum quidem cuiquam,] Non solum ergo militum uxores, si qui forte per illa tempora uxores habuere, sed ne legatorum quidem, maritos in provincias comitari solitae. Quod postea tamen licentia temporum vivo adhuc Augusto (imo ipsius Augusti exemplo, qui in occidentem atque orientem saepius meavit comite Livia) mutari coepit: & magis Tiberii principatu. Apparet ex ea relatione Caecinae, cujus Tacitus meminit libro III. Annal. XXXIII. *Inter quae Severus Caecina censuit, ne quem magistratum, cui provincia obvenisset, uxor comitaretur.* Juvenalis Sat. VIII. 127. de rectoribus provinciarum loquens:

Si tibi sancta cohors comitum, si nemo tribunal
Vendit Acersecomes, si nullum in conjuge crimen:
Nec per conventus, & cuncta per oppida curvis
Unguibus ire parat nummos raptura Celaeno:
Tunc licet a Pico numeres genus.

CASAUB.

Nisi gravate] Sic prima editio. scripti fere *gravato*, quod idem est. μόλις, χαλεπῶς. non, ut quidam explicant, graviter affecto. CASAUB. Etiam Pal. pr. *gravato* sed alterum remanet in reliquis duobus. GRUTER. *Gravato* Codd. Hulf. Periz. Harlem. Edd. Venetae tres, Bonon.

Hibernisque demum mensibus,] Lib. unus sic, *hibernisque permisit mensibus domum uxorem intervisere.* Et quoniam hic disciplinae militaris Augusti fit mentio, libet adscribere Macri J. C. verba l. XII. de Re milit. *In disciplina Augusti ita cavetur*, &c. TORR.

Uxorem intervisere.] Ne quis temerarius Criticus, exigens voces ad communem loquendi usum, hic corrigat *uxores*, quia de pluribus Legatis agitur, sciat ille ita amare veteres numerum illum singularem in similibus. sic Ovid. II. Amor. XIV. 31.

Utraque saeva parens, sed tristibus utraque caussis,
Jactura socii sanguinis ulta virum.

ubi male Francius reponebat *viros*. & ita contra apud Stat. I. Sat. II. 67. *Lacrimis & supplice dextra, Et votis precibusque virûm concede moneri.* ubi *viri* vir doctus corrigit. in Claud. noster dixit XXXIV. *exspirantium faciem videre*, pro *facies*, ubi plura dicemus. de *intervisere* vid. supr. ad cap. XX. BURM.

Pollices amputasset,] Arrius Menander J.C. l. IV. de Re militari: *Qui filium suum subtrahit militiae belli tempore, exilio, & bonorum parte multandus est; si in pace, fustibus caedi jubetur.* & paulo post: *Eum, qui filium debilitavit delectu per bellum indicto, ut inhabilis militiae sit, praeceptum Divi Trajani deportavit.* Fortunatianus Rhetor. lib. II. *Decem milites tempore belli pollices sibi amputaverunt. Rei sunt laesae reipub.* Marcellinus lib. XV. 12. de Gallorum moribus loquens: *Neque illorum quisquam, ut in Italia, munus Martium extimescens.*

bonaque subjecit hastae: quem tamen, quod imminere emtioni publicanos videbat, liberto suo addixit, ut relegatum in agro pro libero esse sineret. Decimam legionem

scens pollicem sibi praecidit, quos joculariter murcos appellant. Apud Val. Max. VI. III. 3. senatus C. Vettienum, qui sinistrae manus digitos, ne militaret, absciderat, publicatis bonis, aeternis vinculis puniendum censuit. Idem auctor IX. II. Ex. 8. narrat, Athenienses Aeginensium juventuti pollicem abscidisse, ne secum classe contenderent. qua de re etiam Aelianus Variar. hist. lib. II. cap. 9. & Cic. de Off. lib. III. cap. 11. Inf. Tib. cap. VIII. TORR.

Ipsum bonaque subjecit hastae:] Ut in aliis, ita in hoc quoque veterem morem retulit Augustus: testes Livius, Dionysius, Cicero, Valerius Max. & JCti lege quarta Dig. de re militari §. *Gravius.* Vide amplius Festum in *portisculus*, & quae ad eum locum magnus interpres notat. Vetus scriptor apud Suidam: Ἐμμηνύσθη ἰδιώτης, ὅτι ἐν τῇ ἐξαγωγῇ ἐπιστρατεύοντο, δυλίας καὶ ὑπολήψεως ἡμαρτε φιλίαν, ὅπλον εἶναι. Videntur Polybii esse verba, & ad Romanos mores referenda. Sed haec fuse ad Polybii lib. I. CASAUB. *Bonaque ejus* Codd. Periz. Harlem. Edd. Rom. Venetae, Bonon. & Ant. Gryph.

Imminere emptioni publicanos] Publicani, ut ex equestri erant ordine, faventes equiti, emere eum sub hasta, ac continuo dimittere volebant. quod ut caveret Augustus, suo ipsum liberto addixit. TORR.

Relegatum in agros] More servorum, qui dominum offenderant. Ulp. l. XXXV. Dig. de hered. inst. *Si servus fuerit missus in villam, interim illic futurus, quia dominum offenderat, quasi ad tempus relegatus.* Livia quoque cara illa foemina, apud Dionem lib. LV. pag. 644. inter leviores poenas, quibus civium delicta castigari vult ab Octavio, τὸ πέμπεσθαι ἐν ἀγρῷ non permittit. CASAUB. *In agro* Codd. Harlem. Periz. Edd. Rom. Venet. tres, Bonon. Lugd. Junt. Ald. quod cur mutaverint Steph. & Basil. nescio. Mutavit enim poenam hujus equitis, qui antea hastae subjectus in servitutem deberet cadere, nunc ne publicani, id est equites, eum emerent, & deinde manumitterent, relegationis poena multavit, addictum liberto suo; sed ei praecipit, ut in agro eum pro libero esse sineret, non servilibus operibus vexaret. notum enim est, fuisse hanc poenam Urbanis servis, si deliquissent, ut rus mitterentur, ut notavit Casaub. & P. Fab. II. Semest. 5. Lipsius conjiciebat *relegatum Argos*, sed vix legas hunc relegatis locum datum. *Agros & Argos* confundi videmus ad Ovid. I. Amor. X. 5. & alibi. BURM.

24. *Pro libero*] Sed ut tamen non esset liber. Sic *pro uxore peregrinam haberi*, queritur apud Terentium And. I. I. 119. senex, quae habebatur loco uxoris, nec esset tamen uxor legitima. Qualis & ea, quae pleno honore diligitur, nec tamen liberos edit legitimos, cujus mentionem facit Papinianus l. 16. §. I. ff. de his, quae ut indign. Quae lex, ejecta glossa, ita legenda est: *Quoniam stuprum in ea contrahi non placuit, quae se non patroni concubinam esse patitur, ejus, quod testamento relictum est, actio non denegabitur. Idque in testamento Cocceji Cassiani, clarissimi viri, qui Rufinam ingenuam honore pleno dilexerat, optimi maximique Principes nostri judicaverunt: cujus filiam, quam alumnam, testamento Cassianus nepti coheredem datam, vocaverat, vulgo quaesitam apparuit.* Et forte scripsit hic etiam Papinianus, *quam quod alumnam:* quoniam sic deprehendetur manifestius mens Jurisconsulti. Sed sive ea emendatio recipiatur, sive non, sententia tamen erit, quamvis Cassianus Rufinam pleno dilexerat honore, ex eo tamen, quod filiam ex ea prognatam sibi vocarit alumnam, satis manifeste constitisse, non legitimum cum ea fuisse conjugium. Nam quamvis *alumnus* proprie sit, vel qui nutrit, vel qui nutritur, antiquitus tamen obtinuit, quorum ob natales parentes puderet, quos tamen affectu complecterentur, ut eos non filios dicerent, sed alumnos. Et hinc vocat Virgilius, illegitimo ex Jove natum concubitu VI. 595.

—— *Tityum, Terrae omniparentis alumnum*, non filium; quamvis Nonius Marcellus *alumnum* isto loco simpliciter interpretetur de filio, & Servius notet: *Tityus secundum alios filius Terrae fuit, secundum alios a Terra nutritus. Unde elegit sermonem, quo utrumque significaret.* Sed nemo fuit, qui filios, ex legitimo concubitu natos, unquam alumnos vocarit. Atque ita ex eo, quod Cassianus ex Ru-

nem contumacius parentem, cum ignominia totam dimisit: item alias immodeste missionem postulantes, citra commoda emeritorum praemiorum exauctoravit. cohortes, si quae cessissent loco, decimatas hordeo pavit. centuriones, statione deserta itidem, ut manipulares, capitali animadversione puniit: pro cetero delictorum genere variis ignominiis adfecit: ut stare per totum diem juberet ante Praeto-

Rufina prognatam sibi, nominarit *alumnam*, non justum sibi cum Rufina fuisse connubium apparuit. Et haec, si quid video, est vera sententia illius legis, quae varie exercuit Cujacium v. Observat. 6. Ranchinum III. Variar. Lection. & Merillum III. Observat. 17. Goesius. Vide Quinct. declam. CCCXL. *signavit aliquis tamquam liber: si id voluntate Domini fecerit, etiamsi maxime illum servum esse dominus voluit eo tempore, manifestum erit in libertate: sic quisquis aliquid pro libero facit.* & ita *pro servo esse*, *servire*, in *servitute* esse, multum a *servum* esse differre ostendi ad Quinctil. de Inst. Orat. lib. III. cap. VI. pag. 244. vid. & Decl. CCCXI. eadem ratio est in illis, *pro milite*, *consule*, *praetore*. &c. Burm.

Decimam legionem] Ut nonam Julius apud Placentiam. sup. cap. LXIX. Torr.

Dimisit:] Seb. & Anton Gryph. *divisit* & hic in marg. *dimisit*. unde petierint, nescio, ego in nullo inveni codice, nec scripto nec edito, neque Latinitatis rationem pati puto. Burm.

Item alias] Placet quod erat in Pal. pr. *alias immodeste*, omissa vocula *item*, quae supervacua est. Grut.

Citra commoda emeritorum praemiorum] Sic omnes codd. & tamen non dubito, quin dictio *praemiorum* adulterina sit, nisi interposita copula *&* *praemiorum* praestat legere. aliud enim *praemia*, aliud *emerita*. nam *praemia* ultra *emerita* dabantur. Modestinus l. III. de Re milit. *Qui militiae tempus in desertione implevit, emerito privatur.* & iterum: *Ut veteranus restituetur, & emerita accipiet.* Item Arrius Menander l. v. eod. tit. *Et praemia, & emeritum capiet.* Ipse Sueton. inf. cap. XLIX. *stipendiorum, praemiorumque.* & Calig. cap. XLIV. *commoda emeritae militiae.* Vide inf. cap. XLIX. Torr. Sic & nostri libb. ut Torrentii, omnes. Casaub. Nihil etiam variant Palatinae membranae, adsentiendum tamen censentibus aut delendam vocem *praemiorum*, aut interserendam dictiunculam *&*. malimque prius. Grut. *Circa* Cod. Copes. Edd. Venet. sec. & tert. *praemiorum* est in omnibus, nisi quod Romana habeat *primorum*. Barth. I. Adv. 10. *emeritorum* pro simplici *meritorum* capit. sed si licet dicere *stipendia emerita*, ut Livius XXXIX. 19. & Coelius ad Ciceronem lib. VIII. Ep. 8. in ipsis SCti. verbis, cur non *emerita praemia*, quae pro *meritis* virtute & longa militia possunt capi, praesertim si milites emeriti ea jure suo possunt poscere. sic *emeritae laus virtutis* Gratio 282. & Nemes. & 195. ubi vide quae diximus, & hic Bernegg. Burm.

Hordeo pavit] Ignominiae causa scilicet, hordeum pro tritico dari jubens. Sic & Marcellus bello Punico secundo, ut in ejus vita refert Plutarchus, & Livius l. XXVII. cohortibus, quae signa amiserant, hordeum praebuit. Idem de Antonio Dion lib. XLIX. & Plutarch. ejus vita. Bello autem Dalmatico id fecisse Augustum, apud Dionem legimus. Sed & Vegetius lib. I. De Re militari cap. XIII. *Ita severe* (inquit) *apud majores exercitii disciplina servata est, ut & doctores armorum duplicibus remunerarentur annonis, & qui parum in illa praelusione profecerant, pro frumento hordeum cogerentur accipere*, &c. Torr. Habes exemplum in ea cohorte, quae ad Promonam loco cessisset bello Dalmatico. Appianus in Illyricis. De ignominia κριθοφαγίας nemo melius Polybio lib. VI. cap. 36. Meminit etiam Dio libro XLIX. non uno loco. Casaub. *Ordeo* Harlem.

Statione deserta] Modestinus l. III. de Re milit. *Qui stationis munus relinquit, plusquam emansor est. Itaque pro ratione delicti castigatur, aut gradu militiae dejicitur.* Augustus hoc delictum capite puniit. Torr.

Variis ignominiis] Quales apud Frontinum saepe legimus, ut lib. IV. cap. I. & apud Valer. Maximum lib. II. cap. VII. Gellium lib. X. cap. VIII. Festum in *Censio* & *Dirutum*. Neque sane militi ulla gravior contumelia est, quam si pagani loco habeatur, discinctusque ac tunicatus incedere, aut stare, aut fossam fode-

torium; interdum tunicatos, discinctosque, nonnumquam cum decempedis, vel etiam

fodere cogatur. De quo animadversionis genere etiam Plutarch. Lucullo. TORR.

Ut stare per totum diem juberet.] Inter leviores animadversiones veterum fuerunt & ἕδρας & στάσεις ἄτιμοι. Ac videtur ejus moris auctor fuisse Charondas, quem ait Diodorus Siculus lib. XII. 16. genus hoc ignominiae, summi supplicii loco in eos statuisse, qui vel ordinem in acie deseruissent, vel qui in delectu ad nomina non respondissent. Προσέταξε, ait, τοὺς τοιούτους ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐφ' ἡμέρας τρεῖς καθῆσθαι ἐν ἐσθῆτι γυναικείᾳ. Livia apud Dionem lib. LV. p. 642. in praecipienda clementia Augusto, sic loquitur: Καὶ ἤδη γέ τινας καὶ ὑπὸ τῶν μὴ τυχόντων ὧν ἤλπιζον, καὶ ὑπὸ τῶν διαμαρτόντων ὧν ἐφίεντο, ἐπιβουλευθέντας· ἕδρας τε ἀτίμους, καὶ στάσεις ἐπονειδίστους, τό, τε ἀποληφθῆναι, καὶ τὸ ἀποφαυλισθῆναι συχνὰς βελτίους ἐποίησεν. Vult animum conjugis a gravioribus suppliciis avertere & leniores malorum poenas proponit, quibus potius utatur: in his ἕδρας ἀτίμους καὶ στάσεις ἐπονειδίστους, *sessiones inhonestas & stationes ignominiosas*. Plato de Leg. IX. ἀμόρφους ἕδρας. καὶ στάσεις καὶ ἀτιμάζεις in eandem rem commemorat: cujus locum videtur Livia, vel Dio potius, imitari. quod si observassent Xiphilini interpretes, non tam turpiter errassent. Plutarchus in Antonio. πλινθίοις ἀτίμοις ἀναπαλαίσαντα non dissimiliter dixit. Reperio in disciplina militari Dacorum similem animadversionis modum. Justinus lib. XXXII. 3. *Daci suboles Getarum sunt: qui cum Orole rege adversus Basternas male pugnassent, ad ultionem segnitiae, capturi somnum capita loco pedum ponere jussu regis cogebantur.* Sed genere isto objurgandi, quod plus habet ignominiae quam cruciatus, plurimum usi veteres Romani in disciplina militari sancienda. exempla sunt apud Livium lib. XXVII. 15. & Valer. Max. lib. II. VII. de C. Titio equitum praefecto, qui arma hostibus tradiderat, & alibi alia. CASAUB.

Interdum tunicatos.] Demptis sagulis, quibus militiae Romani utebantur. Lampridius in Alexandro c. 54. de exauctoratis militibus loquens: *Depositis etiam sagulis militaribus, omnes non ad castra, sed ad diversoria varia recesserunt.* De iisdem sentit Herodianus lib. II. XIII. in exauctoratione praetorianorum, qui Pertinacem neci tradiderant, τάς τε ζώνας καὶ τὰς ἐσθῆτας, καὶ εἴ τι σύμβολον ἔφερον στρατιωτικόν, ἀφαρπάσαντες, γυμνοὺς ἐξέπεμψεν. Tunicatum apparere in publico, magnum Romae in castris fuit vilitatis & humilis sortis argumentum. Contra, interdum toga ignominiae caussa sumi jussa: sed abscissis laciniis deformis, ut apud Valer. Max. lib. II. VII. 9. Nec dissimilis historia est, quae narratur Paralipomenon, cap. XIX. 4. nam ibi quoque ignominiae caussa vestis praeciditur. CASAUB.

Discinctosque,] Plut. ἀζώστους, Polyaenus λυσιζώνους. Olim qui aliquid serii facere parabant, cingulo vestes alias fluxas constringebant: quod proprie Latini dicunt *accingere se operi*, inde homo navus ἄζωστος dictus. Sed, si res urgeret, discincti opus aggrediebantur. Hesiodus Ἐργ. 343. Γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί. Valet ibi ἄζωστος, sine mora ulla, aut tergiversatione. Ideo notant Graeci litteratores, poni ζώννυσθαι interdum ἐπὶ ἐργασίας. Adimebantur autem militibus ignominiae caussa cum cingulo interdum & calcei, sive caligae. Valerius Max. lib. II. cap. VII. 9. CASAUB.

Cum decempedis vel etiam cespitem portantes.] Hoc pacto indicabatur regradatio. In militia Romana sua cuique pro loco, quem obtinebat in matriculis, dignitas: ut quisque fortiter fecerat, aut flagitium admiserat, ita vel praeponebatur aliis, vel postponebatur, ut leg. III. Cod. de Commeatu. Infimus gradus erat tironum militium auspicantium, & caligatorum, quos nullum adhuc facinus egregium in altiorem promoverat gradum. His omnia fere incumbebant militiae munia: nam in multis eorum opera utebantur tribuni & centuriones, plane in modum servorum, ut ipsi queruntur apud Tacit. prim. Annal. 17. Inde sunt isti *munifices* appellati: quibus opponebantur *beneficiarii*, qui vacationem munerum militarium habebant. Qui igitur contra militarem disciplinam aliquid admiserant, ii regradatione puniebantur, fiebantque amisso ordine, in quem promoti fuerant, pro *beneficiariis munifices.* Sic refert Val. Max. II. VII. 15. senatum permisisse M. Marcello, ut eorum opera in expugnatione Syracusarum uteretur, qui apud Cannas rempub. deseruerant: sed ita, *dum ne quis ex eis munere vacaret.* Inde est, quod

25 etiam cespitem portantes. Neque post bella civilia, aut in concione, aut per edictum, ullos militum commilitones adpellabat, sed milites: ac ne a filiis quidem, aut privignis suis, imperio praeditis, aliter adpellari passus est: ambitiosius id existimans, quam aut ratio militaris, aut temporum quies, aut sua domusque suae majestas postularet. Libertino milite, praeterquam Romae incendiorum caussa, & si tumultus in graviore annona metueretur, bis usus est: semel ad praesidium coloniarum Illyricum contingentium: iterum ad tutelam ripae Rheni fluminis,

quod Augustus centuriones ignominiae caussa jubet cum decempedis stare cespitem portantes: quorum multus usus in tabernaculis conficiendis, aliisque obeundis militiae muneribus. CASAUB.

Cespitem portantes.] Polyaenus VIII. 3. Ἐκέλευσε πλινθοφορεῖν δι' ὅλης ἡμέρας. non exprimit vocem Latinam *cespes*: neque enim est πλίνθος, sed γῆς αὐλομὰ βαθεῖα, ut Plutarchus vertit in Pompejo. Glossarium: *Cespes*, χορτόπλινθος, χερτόβωλος, πλίνθος. legendum χορτόπλινθος, χορτόβωλος, πλίνθος. Poterat omittere tertiam interpretationem. Animadvertimus & alios auctores Graecos in ea voce exprimenda laborare. CASAUB. Pal. pr. non habet a manu prima *vel etiam*. sec. ac tert. habent quidem *vel*, sed non agnoscunt *etiam*; & poterat sane abesse. GRUTER. *Etiam*; deest Venet. pr.

Appellabat] *Apellat* Memm. & Cujac. Quinctilianus tamen lib. VI. 3. dictum Augusti refert, *non magis faciam, commilito, quae petis, quam quod Martianus a me petiturus est.* quod vel bellis civilibus accidisse, vel joco dixisse credendum est. Posterioribus temporibus multi Imperatores *commilitones* vocaverunt milites suos, & in Juris codicibus illa appellatio saepe occurrit. BURM.

Aut privignis] desunt Hulsiano.

Praeditis] *Praeditus* Hulf.

Aliter] Deest Cujaciano & poterat abesse. nam sequens *id* ostendit hic respici ad *commilitones*, non *milites*. BURM.

25. *Ambitiosius id existimans, quam aut ratio militaris*] *Ambitiosius*, hoc est, blandius & κολακευόμενον. nam appellare milites *commilitones* ejus ducis est, qui per blanditiam suos in officio velit retinere. Justinus libro XIV. 2. 8. *Itaque Eumenes blandimentis agere, suppliciter singulos alloqui, nunc commilitones suos, nunc patronos appellans.* CASAUB. Humilius, indecentius. vid. Graev. ad Cicer. III. ad Fam. 7. BROUKH.

Majestas] Hinc in lapidibus passim, *majestas Domus Augustae*, & *devoti numini majestatique* occurrunt. BURM.

Libertino milite,] Servis in id ipsum manumissis. Vetustiores *libertos* vocabant, posterior aetas etiam, *libertinos*. CASAUB. Error viri magni natus ex Claud. cap. XXIV. sed dudum a viris doctis explosus.

25. *Incendiorum causa*,] Pluribus una die exortis incendiis, septem cohortes opportunis locis constituit Augustus, ut binas regiones Urbis unaquaeque cohors tueretur, praepositis eis tribunis, & super omnes spectabili viro, qui praefectus vigilum appellabatur. Paullus & Ulpianus lib. I. Pandectar. de Officio Praefecti vigilum. Hos initio libertini generis fuisse ostendit Sueton. de eadem re loquens inf. cap. XXX. TORR.

Si tumultus in graviore annona metueretur] Qui metus frequens in Urbe: utique postquam populus Rom. suffragii jure amisso coepit curare panem & Circenses solum. Vide Suetonium in Claudio, Symmachum locis plurimis, & Ammianum Marcell. CASAUB.

In graviore annona] Ita quidem a manu recenti, Pal. pr. sed aliud quid fuit initio: nam apparet adhuc *ingr.* unica dictione scriptum. GRUTER. An posset *ingravescente* inde formari? sed praestat vulgata. Plaut. Stich. IV. II. 52. *vides, ut annona est gravis.* Aurel. Vict. vir Ill. XIX. *Hic consul gravi annona frumentum e Sicilia advectum, magno pretio populo dandum curavit.* BURM.

Bis usus est:] Dio in actis anni DCCLIX. & DCCLXII. Macrobius lib. I. c. II. *Caesar Augustus in Germania & Illyrico cohortes libertinorum complures legit, quas voluntarias appellavit.* CASAUB. *Bis urbis* Mem. Hulf. *bis* deest Codd. Periz. Harlem. Edd. Rom. Venetis tribus. in Exc. Cujac. *bis usus, simul.*

Iterum] *Item* Codd. Periz. Copef. Harlem, Edd.

nis, eosque servos adhuc viris feminisque pecuniosioribus indictos, ac sine mora ma-

-Edd. Venet. tres. *Iterum bis* Lugd. vid. ad cap. XVI. & alibi.

Periculosioribus] Edit. Frobeniana, & tres MSS. *pecuniosioribus*. atque ita omnino legendum, nisi *peculiosioribus* quis fortasse mallet. TORR. Quae, malum! ista dementia eorum, qui *periculosioribus* hoc loco scripserunt? quae porro doctos viros superstitio incessit, ut ineptissimam lectionem tam diu retinerent? Neque illos probo, qui *peculiosioribus* legunt. nam ea vox neque ferri potest, neque ullius ἀξιοπίστου libri auctoritate nititur. in omnibus enim, nostris quidem, est vera lectio, *pecuniosioribus*. Dio lib. LV. p. 652. αὐτοί τε τῶν ἀνδρῶν καὶ αὐτοὶ τῶν γυναικῶν δούλους ἐκ τῆς τιμήσεως αὐτῶν καὶ προσέτι τροφὴν ἑξαμήνου λαβόντες ἠλευθέρωσαν. Ubi ἐκ τῆς τιμήσεως verte *ex censu*. Vellejus in eadem historia II. III. *Viri foeminaeque ex censu libertinum coactae dare militem*. Supina prorsus negligentia interpretum Dionis eum locum perperam interpretantium. Iterum vero testificari cogimur *pecuniosioribus* scriptum in melioris notae libris omnibus, ut Viterb. Pithoei, Lislaei, caeteris: id ut non esset, tamen ex Dione facile erat videre intelligenti harum literarum, sic legi debere. Haec nobis animadversa nuper & liquido probata. Quod nunc repetimus, in caussa est viri docti, quam hisce diebus non sine admiratione legebamus, disputatio, contendentis *peculiosioribus* recte scribi. Quaeso autem, quo argumento? non alio validiore, quam quod Sidonio dicatur *ager peculiosus in pastoribus*, Epistol. lib. II. 2. Sed profecto ἄλλο γλαῦξ, ἄλλο κορώνη φθέγγεται: aliter, inquam, loquitur Suetonius, aliter Sidonius. Mihi vero is scriptor in re Latinitatis, *improbus intestabilisque est*. CASAUB. *Feminisque pecuniosioribus*, sic quoque constanter Pall. tres, non *periculosioribus*, aut *peculiosioribus*. GRUT. Hoc stare nequit: sed aut *pecuniosioribus*, ut voluit Casaubonus scribendum; aut *peculiosiores*, ut intelligat, non accepisse promiscuos, sed lectos, quique frugi essent, & digni libertate, ad quam per militiam propioribus lineis admovebantur. Tales enim fere peculiosi. Plautus Rudente: *Peculiosum esse decet servum & probum, quem hero praesente praetereat oratio*. Sic in Nerone cap. 44. *Certum dominis servorum numerum indixit: nec nisi ex tota cujusque familia probatissimos, ne dispensatoribus quidem aut amanuensibus exceptis, recepit*. GRONOVIUS. *Pecuniosi* distingi possunt a *locupletibus*, ut illi sint qui abundant praesenti pecunia, & in arca nummos habeant, hi vero divites & locupletes, quorum opes ex agris & pascuis constant. Barth. Adver. XIII. 8. *Divitem* vocat, qui abundans nummis, neque sordide, neque ad ostentationem utitur, & contra *pecuniosum* esse ostentatorem, & sordium multa habentem intelligit. & tali sensu de regibus Aegypti, qui Pyramides exstruxerunt, dicit *pecuniae otiosam ac stultam ostentationem* Plin. XXXVI. cap. 12. ubi malim *pecuniae otiosae stultam ostentationem*: quod abundarent pecunia praesenti & otiosa, quam collocare non poterant. ita Quinctil. Decl. CCCXLV. *pecuniam dedi, & ex otiosa jacente patrimonii parte aliquid numeravi*. & ita alii. Cicero pro Rosc. Comoed. c. XV. *senatores copiis rei familiaris locupletes & pecuniosi*. BURM.

Sub priore vexillo] Quod (ut arbitror) prima acie eos collocaret, uti & accensos solebant, ac minimae fiduciae manum. Mallem tamen *sub proprio vexillo*. TORR. Malim *sub primore vex*. CASAUB. Nihil suppeditant cujusquam ingenio MSS. Pal. interim non muto factum, cujus memini in suspicionum libellis, legendum scil. videri, *priviore*. passim enim interpollata illa vox *privus*, ut alii non uno exemplo ostendere, egoque ibi. GRUT. Quod explicuerunt male τὸ *priore*, aut pro eo subjecerunt Torrentius *proprio*, Casaubonus *primore*, animadverterunt illi quidem hoc universum in mendo esse, sed propriam vitii sedem non attigerunt. Scribe: *nec sine mora manumissos, sub priore vexillo habuit*. Hoc est, & non manumissos, nisi postquam aliquantum temporis militia probati essent, tamen etiam, postquam jam manumiserat, habuit sub eodem vexillo, sub quo fuerant nondum mutato statu militantes. Quod ait, non sine mora manumissos, idem factum in Volonibus bello Punico secundo sub Ti. Sempronio Graccho merentibus. Quod retentos sub priore vexillo, decet Principem delectus in rebus personisque elegantissimi. Adde cap. 40. GRONOVIUS. Verum est τὸ *privus* saepe expulsum a librariis *primo*, *proprio* & similibus locum fecisse. vid. ad Ovid. IX. Met. 20. & alibi. sed nondum vidi, qui *privior* dixerit. *priore* vix probo, quia nemo

 facile

manumiſſos, ſub priore vexillo habuit, neque aut commixtos cum ingenuis, aut eodem modo armatos. Dona militaria aliquanto facilius, phaleras & torques, & quidquid auro argentoque conſtaret, quam vallares ac murales coronas, quae, honore prae-

facile dixerit, quale hoc *prius* vexillum fuerit. nam ante militiam in familias varias diſperſi, non poſſunt fingi ſub vexillo quodam militaſſe, nec cum Torrentio explicari, de prima acie, in qua ſub vexillo ſuo erant poſiti. Gronovii emendatio & explicatio caret auctoritate Codicum & Hiſtoriae. nec in ſervitute manſiſſe colligitur, quod *libertinus miles vocetur*, quum ſervi deberent vocari, etiam dum illis jam uteretur Auguſtus, qui in re ſubita, quum legionarii cives deficerent, voluit quidem, ad exemplum Marii & aliorum libertinis uti, ſed non ſervis. Praeterea ſi non mutaſſent ſtatum, quid opus addere *non commixtos cum ingenuis*, hoc enim per ſe intelligeretur, quum nullus ingenui ſanguinis Romani ſibi ſervos miſceri pateretur, quum vix aequo animo ferrent libertinos ſibi adjungi. elegantiſſimi ergo delectus princeps, & qui jus civitatis magni faciebat, & parciſſime dabat, ut cap. XL. neceſſitate temporum coactus, manumitti quidem ſervos voluit, ſed ne ſic quidem, etſi jam cives, aliis civibus miſceri, & ſub eodem vexillo, quo ingenui, haberi. Denique ſi hoc voluiſſet, quid opus addere, *ac* vel, *nec ſine mora manumiſſos*, quum ſufficeret, *ſervos adhuc*. Obrechtus Diſſert. v. de Vexillo Imperiali pag. 67. retinet *priore*, & explicat illos, quum adlegerentur, ſub vexillo fuiſſe ex urbe ductos ad exercitum ut ſupplementa, nec poſtea ſub legionis propriis ſignis militaſſe, ſed ſub eo Vexillo, ſub quo educti erant, manſiſſe, quod ſi conſuetum in ſupplementis, ut in Colonis deducendis, manifeſtis argumentis probari poſſet, mihi unice probaretur: quod dum appareat, interim cum Torrentio legerem *ſub proprio*, vel ſub *privo*. Bernegg. arbitrabatur *prius vexillum*, eſſe dictum, quia in prima acie collocati fuere, ut & accenſi ſolebant. ſed ipſe deinde ad Torrentii emendationem inclinat: *habuerit* etiam Codd. Periz. Harlem. Edd. Venet. tres. BURM.

Dona] *Donaria* Harlem. Edd. Venet. tres.

Quicquid auro argentoque conſtaret,] Lege, *&* *quicquid*. nam omnino ita poſtulat ſententia. Militarium donorum atque adeo omnium praemiorum duo ſunt genera: quaedam τιμῆς σημεῖον ſolum habent, ut palma, θαλλὸς, haſta pura, corona graminea, vel querna, & id genus per ſe nullius pretii vel parvi: ſed quae in pretio habentur propter id, quod per illa ſignificatur. In quibuſdam ineſt & κτήματος δόσις & τιμῆς σημεῖον conjunctim. Haec proprie δῶρα appellat Ariſtoteles Rhet. I. 5. ac notat vere propterea & opum & gloriae cupidos doni eſſe appetentes: Ἀμφοτέρων γὰρ ἔχει, ὧν δέονται· καὶ γὰρ κτῆμά ἐστιν, οὗ ἐφίενται οἱ φιλοχρήματοι· καὶ τιμὴν ἔχει, οὗ οἱ φιλότιμοι. Hujus generis ſunt torques ac phalerae aliaque multa, quae Auguſtum facilius dediſſe notat Suetonius, quam vallares coronas. erant iſtae quoque ex auro: ſed, ut aperte indicat Suetonius, pauco; ut pretio comparandae non eſſent cum torquibus ac phaleris. quare ad prius genus pertinent. amplius enim erat in eis τιμῆς σημεῖον, quam κτήματος δόσις: contra in phaleris ac torquibus aliiſque multis. Doctum virum non audio emendantem, *quanquam auro arg.* CASAUB. Vid. Caſtal. Dec. II. Obſ. 4. ubi & de *Caligatis*. BROUKH. *Et* deeſt noſtris, & Edd. Venet. tribus, Lugd. Junt. Ald. Steph. Baſil. Gryph. & aliis: ſed habet Rom. & Bonon. & Caſaubonus probat, cujus ſententiam puto veram. & hanc eſſe vim verbi *conſtare*, id eſt, ut tota ex ſolido auro aut argento eſſent, cum alias etiam inauratae darentur. ſic addunt ſaepe *tota conſtare*, quae vox hic ſubintelligitur, *ut homo ex corpore & animo*, a Cicer. I. de Nat. Deor. 25., *conſtare* dicitur, ubi *totus homo* intelligi debet: omiſiſſe vero noſtrum, ut & Plinium, Quinctilianum & alios ejus aevi praepoſitionem *ex* video, quam veteres amabant addere, forte ne ambigua eſſet oratio. nam *conſtare auro* poteſt & notare *valere*, eo pretio vendi poſſe. BURM.

Vallares ac murales] Vallaris eadem quae caſtrenſis eſt, inſigne valli habens, qua donatur is, qui primus hoſtium caſtra pugnans introivit. Cum autem, teſte Gellio lib. V. c. VI. & caſtrenſis ſeu vallaris, & muralis quoque, uti & navalis, aureae fuerint, pro *quicquid auro argentoque conſtaret*, legere malim, *quanquam auro argentoque conſtaret*. torques ſcilicet & phalerae, tralatitia militum dona. Juvenal.

praecellerent, dabat: has quam parcissime, & sine ambitione, ac saepe etiam caligatis tribuit. M. Agrippam in Sicilia post navalem victoriam caeruleo vexillo donavit. Solus triumphales, quamquam & socios expeditionum, & participes victoriarum suarum, numquam donis impertiendos putavit: quod ipsi quoque jus habuissent tribuendi ea quibus vellent. Nihil autem minus in perfecto duce, quam festi-

venal. Sat. ultima:

Ut laeti phaleris omnes, & torquibus omnes. TORR. Quare omisit civicas? Hae, si materiae aestimationem spectes, omnium vilissimae. fuerunt enim initio ilignae, postea ex esculo, tandem quernae: si honorem eis habitum, omnium gloriosissimae & superbissimae, praeter obsidionalem. Quare parcissime omnium datae istae ab Augusto: quem & alii postea Principes sunt secuti. Videtur *civica*, postquam coepit appendi foribus Impp. quasi propria eorum habita & pars majestatis ipsorum. Ex his lucem accipit jocus Augusti apud Quintilianum libro VI. c. 3. *D. Augustus*, ait, *cum ei Galli torquem aureum centum pondo dedissent, & Dolabella per jocum, tentans tamen joci sui eventum, dixisset, Imperator, torque me dona: Malo te, inquit, civica donare.* cum Dolabellae torquem maximae indicaturae petenti, civicam potius se daturum ait Augustus, hoc ipso satis indicat, quanti faceret donum civicae, quam nisi coactus non daret. CASAUB.

Praecellerent] *Praecederent* Ald. Steph. Arg. Lugd. Junt.

Et sine ambitione,] 'Ου χάριν. Impp. Honorius & Arcadius Stiliconi magistro mil. *Honoris augmentum non ambitione, sed labore ad unumquemque convenit devenire.* CASAUB. Qua, ipsi (*ambitione*) tamen praecipue abducuntur Principes, ut pluribus ostendo ad Tacitum. GRUT.

Caligatis] Atqui omnes milites caligati incedebant. caliga enim, ut lib. LVII. inquit Dion: στρατιωτικὸν ὑπόδημα. Unde *caligatus* proprium militis epitheton est. Sic l. IX. de custod. & exhibit. reorum: *Qui exercitum accipit, jus animadvertendi in milites caligatos habet.* Quin & *caligatus* per se pro milite accipitur, ut l. VI. de re milit. *Caligatus, qui metu hostium languorem simulavit.* Juvenal. Sat. ultima:

Cum duo crura habeas, offendere tot caligatos.

Sueton. tamen hic *caligatorum* nomine eosdem, quos ante manipulares vocavit, hoc est, gregarios tantum milites, intelligit, uti & Calig. cap. IX. *Caligulae cognomen castrensi joco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur:* & Vitell. cap. VII. atque ipse (ni fallor) Modestinus l. X de excusat. tutorum, & Ulpianus l. II. de his, qui notantur infamia: & apertissime Theodosius & Valentin. l. XXI. C. De nuptiis, ac Justinianus Novella: *Quibus modis natur. efficiuntur legitimi.* Id vero inde factum arbitror, quod qui gradum aliquem militiae tenebant, ornatiore quam manipularii caliga utebantur, & clavis argenteis aureisque effulgebant. Quales autem clavi fuerint, qui militum caligis suffigebantur, ex Plinio colligimus lib IX. cap. XVIII. *Duo*, inquit, *lacus Italiae in Alpium radicibus, Larius & Verbanus appellantur. In quibus pisces omnibus annis Vergiliarum ortu existunt squamis conspicui crebris, atque peracutis, clavorum caligarium effigie.* Hoc ergo est, quod *millia clavorum* Sat. XVI. 25. & *in digito haerere clavum militis* Sat. III. 248. dixit Juvenalis, & *Marium a caliga ad consulatum perductum*, Seneca de Benef. lib. V. TORR.

In Sicilia] *In Ciliciam* Mem. *in Cilicia* Copes. Edd. Rom. Gryph. & Plant.

Quod ipsi quoque jus habuissent tribuendi ea, quibus vellent] Id jus libera republ. penes eos erat, quorum auspiciis bellum gerebatur: postea sublata libertate, duces cum auspiciis hoc quoque jus amiserunt. non tamen repente, nec ἀθρόως, sed primum ea desierunt donare, quae honore praecellebant: deinde etiam alterius generis. civicam sane sub Augusto jam & Tiberio raro dederunt, Tacitus III. Annal. 21. *Quo praelio Rufus Helvius gregarius miles servati civis decus retulit, donatusque est ab Apronio torquibus & hasta: Caesar addidit civicam coronam, quod non eam quoque Apronius jure proconsulis tribuisset, questus magis quam offensus.* CASAUB. *Tribuenda* Venet. sec. & tert. vitiose.

festinationem temeritatemque, convenire arbitrabatur. Crebro itaque illa jactabat:

Σπεῦδε βραδέως. &
Ἀσφαλὴς γάρ ἐς᾽ ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης.


et:

In perfecto duce convenire] Aut singularis haec locutio Suetonio est, quam alii dicere amant, *convenire perfecto duci*, ut ipse Tiber. L. *convenientia feminae negotia*. vid. ad Phaedr. I. 27. vel *in perfectum ducem*, ut Terent. Heaut. V. I. 3. *in me quidvis harum rerum convenit, quae dicta sunt in stultum*. vid. ad Vell. Paterc. II. cap. 27. aut vult, haec duo, *festinationem temeritatemque* in perfecto duce simul non debere inveniri, ut Ovid. II. Met. 846.

Non bene conveniunt, nec in una sede morantur Majestas & amor.

Quod aliquantum hoc loco durius & coactius esset: quare inter peculiares Suetonii formas dicendi refero, & priorem interpretationem praefero, & cum Berueggero in indice pro *decere* explico. Quia vero hic Augustus aliquid singulare & sapiens dicere voluit, & nemo umquam fuerit, qui *temeritatem* convenire duci existimaverit, qua saepe clades maximae accidere solent (vid. Tib. XVIII.) Henric. Stephanus V. Schedias. 28. vocem hanc ejiciendam censet, & a Glossatore adscriptam, qua *festinationem* exponebat. Sed quis umquam *festinationem* redderet, per *temeritatem*, ut idem significantem vocem, quum *festinatio* sit confundens & non ordine omnia administrans praeceps properatio, ut notum satis: *Temeritas* vero proprie, quum sine prudenti consilio, Dux aliquis incautus incerto fortunae casui rem committit: & hoc summos etiam duces saepe fecisse constet, ut Alexandrum, qui solus credebatur Fortunam in potestate habuisse, & ideo ejus temeritatem pro virtute habitam. Alii vero, ut Jul. Caesar, certe extremo tempore, cunctantior factus, & minus experiendos casus opinabatur, ut Suet. cap. LX. hic ergo duo illa, *festinatio* & *temeritas*, cunctationi & prudentiae opponuntur. Deinde si sola festinatio hic carperetur, in altero Graeco dicto Ἀσφαλὴς nihil haberet, quo referri posset. & ideo Stephanus etiam θρασὺς non vertit *temerarius*, sed *audax*, qua voce etiam in bonam partem uti licere putat, sed contrarium docuimus ad Caes. cap LVIII. quum *audax* fere nihil a temerario distet, & recte ideo Casaubonus *audens* praefert, licet in quibusdam socerum suum, qui duo seq. capita in Schediasmatibus huic rei impendit, sequatur. Ceterum vitiose *imperfecto duce* habent Venet. sec. & tert. Lugd. Junt. & Arg. mendosius vero *in imperfecto* ediderunt Basil. Frellon. Gymnic. & Seb. Gryph. in duabus edit. & Colinaeus in omnibus suis. BURM.

Crebro itaque illa jactabat:] Vetus codex *crebroque ita jactabat*. Lego *crebroque illa jactabat*. quae sequuntur scilicet, praesertim, quod & in sermonibus, & in epistolis saepe usurpat, Σπεῦδε βραδέως, ut ad rem agendam adhiberetur & industriae celeritas, & diligentiae tarditas. Sic Gellius lib. X. cap. XI. Quod dictum Augustus nummis quoque suis expressit,



cum Terminum fulmini conjunxit, ut anchoram delphino Titus, Imperator Augusto simillimus. Versus autem Graecus trochaïcus est, ex Euripidis Phoenissis 602. quo Augustus illud suum *Festina lente* confirmabat; quemadmodum & Catonis verbo, *Sat cito, si sat bene*. De quo D. Hieronymus in Epistolis, ut Beroaldus quoque nos docuit. TORR.

Σπεῦδε] Et haec in Harlem. Cod. & Ed. Venet. pr. deerant, in aliis corrupta, ut solet. duo autem debent dicta distingui, quae etiam codices & editiones plurimae unico contextu exhibent, sed ultimum ex Euripid. Phoen. 602. est. ubi vide Barnes. vid. & Leopard. IX. Emend. 20. στρατηλάτης addidisse de suo Suetonium notat Erasmus. BURM.

Ἀσφαλὴς γὰρ ἐς᾽ ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης.] Dux ἀσφαλὴς Latine *cautus*, cui opponitur *audens*, ut libro superiore cap. 58. *Dubium, cautior an audentior*. Tacitus de Suetonio Paulino II. H. 25. 3. *Cunctator natura, & cui cauta potius consilia cum ratione, quam prospera ex casu placerent*. Ammianus Marcellinus lib. XVI. 3. *Julianus nec itinera nec flumina transiri posse sine insidiis putans, erat providus & cunctator: quod praecipuum bonum in magnis du-*

et: *Sat celeriter fieri, quidquid fiat satis bene.* Praelium quidem aut bellum suscipiendum omnino negabat, nisi quum major emolumenti spes, quam damni metus ostenderetur. Nam *minima commoda non minimo sectantes discrimine, similes*, ajebat, *esse aureo bamo piscantibus: cujus abrupti damnum nulla captura pensari posset.* Magistratus atque honores, & ante tempus, & quosdam novi generis, perpetuosque cepit. Consulatum vigesimo aetatis anno invasit, admotis hostiliter ad urbem legionibus, missisque qui sibi nomine exercitus deposcerent. Quum quidem, cunctante senatu, Cornelius centurio, princeps legationis, rejecto sagulo, ostendens gladii capulum, non dubitasset in curia dicere: *Hic faciet, si vos non feceritis.* Secun- 26

ductoribus, opem ferre solet exercitibus & salutem. Appianus in 'Ανιβαϊκῇ pag 321. refert, Augustum, Fabii Maximi, qui Cunctator dictus est, factum in ore saepe habuisse. Idem 'Εμφυλίων lib. v. pag. 720. verbum Augusti memorat: 'Ουκ ἴσθελον εἶναι τὸ μὴ... In Viterb. ubi pleraque Graeca eleganter sunt perscripta, hic tamen versus desideratur, relicto vacuo ejus spatio. In ora vero haec adscripta est interpretatio ad verbum, ut ubique Graeci, quod abest: *Accelera tarde sciens optime manentia in pugna bellatorem.* Quid dicemus? an nugas esse meras hominis Graece indocti? an talem aliquam Graecam lectionem reperit auctor hujus interpretationis:

—— σπεῦδε βραδέως· τὰ γὰρ γινώσκων, ὅτι
Τὰ λῷστα μένει ἐν μάχῃ τοῖς ἀσφαλῶς.

Sed recta est lectio vulgata, quam & Memmianus confirmat. CASAUB. Versus iste abest Pal. tert. conspicitur tamen in pr. & sec. sed literis miserrime detortis, & nihilominus primus habet adscriptum orae, tamquam si interpretaretur Graeca, *Accelera tarde, Sciens optime manentia in pugna bellatoris.* GRUT.

Festina tarde, tutus enim est melior quam temerarius Imperator] Haec verba non habentur in VV. CC. & certe ab aliqua adjecta sunt, qui Graecam sententiam Latine reddere voluit. URSIN. Habentur in Venet. sec. & tert. & Lugd.

Et ante tempus] *Sed ante* Memm. & Cujac.

Consulatum vigesimo aetatis anno invasit,] Contra leges annales, seu annarias, ut eas Festus vocat, aetate illa factus consul, qua ante eum nemo ne optare quidem ausus fuisset. Vide Dionem lib. XLVI. & Cicer. Philip. v. TORR. A. d. XIV. Kal. Septem. nec amplius deerant XI. anno Octavii, quam XXXVI. dies. non enim errant, neque Dio lib. XLVI. neque Suetonius, ut scribit Vir magnus, sed, ut opinor, aliud agens: nam res clara est, & certa. Factum autem hoc ab Octavio sine exemplo ullo, ait Dio lib. XLVI. recte sane: nisi unum Marium juniorem excipias, qui & ipse *consul ante annos viginti per vim creatus est*, inquit Florus, epit. lib. LXXXVI. sed quia mera vi id factum, cum eo noluit fortasse Dio Augustum comparare: qui per speciem saltem aliquam liberorum suffragiorum consul est creatus. Solinus: *Caesar Augustus consul creatus nonum decimum annum agens.* Tironi in historia Romana non imponant centuriones Caesariani, qui apud Appianum, libro III. 'Εμφυλίων pag. 582. petitionem illius defendere conantur, exemplo Corvini & Scipionis, qui inferiores aetate facti sint consules. nam id falsum est & commentitium: sive Appiano hoc imprudenter exciderit, sive centuriones impudenter jactarint. M. Valerius Corvinus annorum saltem duorum & viginti fuit: Scipio Africanus superior (nam illum intelligit) tam fere ultra aetatem Octavii, quam citra legitimam. CASAUB.

Cum quidem] *Quidam* Cod. Periz. Venet. tres, Lugd.

Cunctante senatu,] *Concertante* Ed. Rom.

Ostentans gladii capulum,] Simile quid de Iphicrate narrat Polyaen III. Stateg. IX. 15. & 29.

Hic faciet,] Jul. Caesarem ajunt, cum audiret negari sibi consulatum, dixisse: τοῦτο δὲ ... Appianus II. 'Εμφυλίων. Alii hoc aliter. CASAUB.

Si vos non feceritis] *Si non feceritis vos* Codd. Periz. Harlem. Edd. Venet. tres, Bon. Lugd. Junt. Ald. Steph.

cundum consulatum post novem annos, tertium anno interjecto gessit: sequentes usque ad undecimum continuavit: multisque mox, quum deferrentur, recusatis, duodecimum magno, id est, septemdecim annorum, intervallo, & rursum tertiumdecimum biennio post ultro petiit: ut Cajum & Lucium filios, amplissimo praeditus magistratu, suo quemque tirocinio deduceret in forum. Quinque medios consulatus a sexto ad undecimum annuos gessit: ceteros aut novem, aut sex, aut quatuor, aut tribus mensibus; secundum vero, paucissimis horis. Nam die Kalendarum Januarii, quum mane pro aede Capitolini Jovis paullulum curuli sella praesedisset, honore abiit, suffecto alio in locum suum. Nec omnes Romae, sed quartum consulatum in Asia, quintum in insula Samo, octavum & nonum Tarracone iniit. 27 Triumviratum Reipublicae constituendae per decem annos administravit: in

Ad undecimum] *Ad undecim* Edd. Rom. Venet. pr. Reliquae duae & Bonon. *ad* IX.

Magno, id est, XVII. *annorum*] Liber unus, *magno decem & septem an.* sine *id est.* & mox, *caeteros aut novem*, pro *caeteros autem sex aut novem*, utrumque melius. De Augusti autem consulatibus non satis convenit. Dion XIV. fuisse vult, Tacitus & Suetonius XIII. TORR.

Ut Cajum] *Ut Brutum* Copes.

Suo quemque tirocinio deduceret in forum] Mos ex Cicerone, Suetonio, & aliis multis Latinorum notus, Appiano notatur. Ἐμφυλ. lib. IV. Ἀπίλιος δὲ ἄρτι τὴν τῶν παίδων περιβέβλητο στολὴν, ὡς ἔθος ἐστὶ, καὶ ποριεῖ φίλων ἐπὶ θυσίας ἐς τὸ ἱερόν. Idem mos per provincias servatus, ut docet Apologia Apuleji. At Spartae longe aliter. Trogi Breviator libro III. cum allusione ad morem Romanum: *Pueros puberes non in forum, sed in agrum deduci praecepit.* CASAUB.

A sexto ad undecimum] Palatini annum detrahunt, supposito *ad decimum*. GRUTER. *Ad decimum* Cod. Copes.

Annuos] *Annos* Ed. Rom.

Ceteros autem sex, aut novem, aut sex] Locus est mendosus, & sic corrigendus ex V. C. *ceteros aut novem* &c. deletis verbis *autem sex*, quae adjecta sunt. URSIN. Lege, inductis vocibus *autem sex*, ita, *caeteros, aut novem aut sex.* ita Viterb. Pithoei, Lislaei, & ex editis optimus quisque, ut Robert. Steph. nec potest aliter. Haud aliter etiam Palatini. retro vulgati. *ceteros autem sex, aut novem aut sex* minus recte, certe contra membranas, a quibus ne latum quidem unguem abeundum. GRUTER. *Ceteros autem sex aut novem aut sex* Cod. Periz. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Gryph. Basil. & Raphel. & veteres plures. *Ceteros aut novem aut sex*, Steph. & aliae. *Ceteros autem aut novem, aut sex* Paris. & Bonon. *Ceteros autem sex aut octo aut sex.* Harlem.

Pro aede Capitolini Jovis] Sic enim mos erat ad strenas accipiendas Kal. Januariis Inf. cap. LVII. TORR. Ex more omnium consulum consulare sacrum facturus ascenderat in Capitolium. CASAUB.

Paullulum curuli sella praesedisset,] Ut magistratum auspicaretur, praesedit curuli sella, & sui adeundi potestatem fecit. Viro docto, qui ad strenas refert, non assentior: non enim ea caussa consuli veniendi in Capitolium. quae autem de Augusti strenis alibi narrantur, nihil huc pertinent. CASAUB. *Sellae* exc. Cujac.

Quartum consulatum] *Consulem* ad oram Cod. Pulmanni, & in marg. Gryph. & Colin.

In insula] *In insulis* Venet. sec. & tert.

Tarracone] *Teratone* Venet. pr.

27. *Triumviratum Reipublicae constituendae.*] Graeci historici triumviros Reip. constituendae ἁρμοστὰς appellant: notatque Appianus similem magistratum fuisse eorum, quos Lacedaemonii mittebant in captas a se urbes. Verius dixeris, decemviros illos, quos Romani in subactas provincias ad earum ordinationem mittere soliti, similes fuisse ἁρμοσταῖς Spartanorum, τοῖς καθισταμένοις σφῶν τὰ ὑπήκοα, ut idem auctor loquitur. at triumviris illis, ut & dictatoribus, similes apud Graecos fuisse, qui turbato intestinis malis Reip. statu, ad eam constituendam soliti creari. Hos Thessali ἀρχοὺς, Lacedaemonii ἁρμοστὰς (sed qui a superioribus harmostis longe differrent) appellarunt, φρούραρχοι βασιλεῖς ἢ τυράννους πόλεων, ait Dionys. Halicarnass. l. v.

in quo restitit quidem aliquamdiu collegis, ne qua fieret proscriptio, sed inceptam utroque acerbius exercuit. Namque illis in multorum saepe personam per gratiam & preces exorabilibus, solus magno opere contendit, ne cui parceretur: proscripsitque etiam C. Toranium tutorem suum, eumdemque collegam patris sui Octavii in aedilitate. Junius Saturninus hoc amplius tradit. Quum peracta proscriptione, M. Lepidus in senatu excusasset praeterita, & spem clementiae in posterum fecisset, quoniam satis poenarum exactum esset; hunc e diverso professum, ita modum se proscribendi statuisse, ut omnia sibi reliquerit libera: in cujus tamen pertinaciae poenitentiam, postea T. Junium Philopoemenem, quod patronum

l. v. 83. etsi revera tyrannica aut regia potestate erant praediti. Agathias lib. I. *Φρουράρχους ἁρμοστὰς* imitatione veterum vocat, quos Franci captis a se urbibus in Italia praeficiebant: sic accipiendum & lib. IV. ejusdem. Istos vero triumviros Graeci Latinorum imitatione *τριῶν ἀνδρῶν* appellant, ut in nummis Augusti: Γ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ. item in alio: ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ Λ. Δ. Extant & alii ad hunc modum. Dio libro XLI. triumviratum vertit *τριαρχίαν*. Casaub.

Restitit quidem aliquamdiu] Ad tertium usque diem, Plutarchus. caussam pete ex Dione lib. XLVII. Casaub. *Quidem* deest Periz. Harlem. Edd. Roman. Venet. tribus, Bonon. Lugd. Junt. Ald. sed Basil. & reliquae habent.

Magnopere contendit, ne cui parceretur:] Si prudentia ab honestate & probitate separari potest, dicam consilium prudentissimum fuisse, etsi impium & saevissimum. Geminum huic illud fuit, quod olim sapientissimus senex Herennius Pontius pater filio dedit, consultus ab eo, cum ad Furculas Caudinas inter duos saltus clausos exercitus Romanos teneret. Adi ad Livium Libro IX. cap. 3. At de Octavio longe alia narrat Dio: nempe servatos ab eo, quotquot servari potuerint. Casaub. Consilium quamvis in re impiissima, cui sua tamen adest prudentia. ut latius probamus nostris ad Livium dissertationibus, ubi Pontius Herennius censet, Romanos omnes e furcis Caudinis, quam primum inviolatos dimittendos, vel ad unum omnes occidendos Lib. IX. cap. 3. Gruter.

C. Toranium tutorem suum,] Procuratorem vocat Appianus. Verisimile autem est, ab Octavio patre tutorem testamento datum fuisse. Ad hunc Toranium extat, ni fallor, Ciceronis epistola lib. VI. Famil. sub finem, ex qua magnum & sapientem virum fuisse colligimus. Male tamen vulgata Ciceronis exemplaria *Toranum* vocant, veluti id ejus cognomen esset. Et fortassis cujuspiam e libertis hujus Toranii filius fuit ille C. Toranius, qui, cum tribunus pl. esset, patrem suum mira pietate ductum in theatrum in subsellio tribunitio juxta se collocavit. Dion lib. LIII. Toranii autem mangonis mentio inf. cap. LXIX. ejusdemque meminit Plinius l. VII. cap. XII. Macrobius vero Saturnal. II. cap. IV. *Toronium* vocat, mendose. Torr. Dubitanter Appianus IV. de bell. Civ. p. 596. *λεγόμενον*, ait, *τινὰ ποτὲ ἐπιτροπεύσαντα Καίσαρος*. Vir doctus, qui notat procuratorem vocari ab Appiano, non attendit ad significationem vocis Graecae. Casaub. *Toranii* cujusdam meminit Auctor Dial. de Orat. cap. XXI.

Eumdemque] *Eumdem* Codd. Copes. Cujac.

Junius Saturninus] *Julius* Cod. Memm. Julium Saturninum sub Hadriano nobis in nummo dat Harduinus in Ancyra, & ex Gruter. CCCCXXIV. 10. & alius pag. CCLXVIII. I. occurrit. Burm.

Quoniam satis] *Quo satis* Cujac.

In cujus tamen pertinaciae poenitentiam,] Sic fere loquitur de eodem Augusto Appianus lib. IV. p. 619. *Αὐτὸ ὁ Καῖσαρ ἐς ἀπολογίαν τῆς Κικέρωνος ἐκδόσεως*, Casaub.

Postea] *Postea* deest Cod. Periz. Edd. Rom. Venet. tribus, Bon. Lugd.

T. Junium] *Vinius* Dioni nominatur lib. XLVII. quem vide ad historiae hujus lucem. Torr. VV. CC. habent *T. Vinium* &c. & ita corrigendum ex antiquo lapide. Ursin. Dio tamen *Philopoemenem* vocat, Appianus *Philemonem*, quo modo scriptum offendi in qui-

num suum proscriptum celasse olim diceretur, equestri dignitate decoravit. In eadem hac potestate multiplici flagravit invidia. Nam & Pinarium equitem R. quum concionante se, admissa turba paganorum, apud milites subscribere quaedam animadvertisset, curiosum ac speculatorem ratus, coram confodi imperavit. Et Te-

quibusdam optimae notae Latinis codd. Patronum hujus Dio T. Vinium nominat: quam lectionem probo, & lego hic quoque *T. Vinium.* atque ita jam inveni in cod. Memmiano. Liberti enim δύο τ̃ ἀπελευθερωμένου σωτήλαβον διόματα, ait Artemidorus lib. v. Oneiroc. & hodie omnibus notum. Quare omnino ita edendum fuit. Lego etiam apud Appianum iv. Ἐμφυλ. p. 614. Sic: Οὐίνιον δὲ ἀπελεύθερος αὐτοῦ Οὐίνιος Φιλοτιμίμενος. CASAUB. Pal. pr. a manu veteri. *M. Junium.* tert. *T. Junium Philemonem.* nam sec. *T. Junium Philomenem.* GRUTER. *Philopoemenem* Edd. Rom. Venet. sec, & tert. Seb. Gryph. Colin. *Philemonem* Ald. Arg. Steph. ut Caes. LXXIV. quem lapidem innuat Ursinus, nescio, certe in Grutero non reperi. *T. Vinius* memoratur in Galb. XIV. ubi Torrentius, ex Dione refert Vinium sub Triumviris ope uxoris servatum. & ibi *Junius* in multis legitur. & saepe Junii & Vinii, quia ductus literarum fere iidem sunt, confunduntur. vid. ad d. l. Galb. BURM.

Quod patronum suum &c.] Nimirum cum libido in se descendit, ne ipsa quidem probat quae fecit, vincitque aequitas. de qua re abunde diximus ad L. I. Ann. Tacit. cap. 16. *Praereptionem civium, decisiones agrorum, ne ipsis quidem, qui fecere laudatas.* Scilicet, *etiam qui faciunt odio habent injurias* inquit alibi P. Syrus. nec inepte Senec. lib. IV. de Benef. cap. 17. *Quemadmodum nemo in amorem sui cohortandus est, quem cum nascitur trahit, ita ne ad hoc quidem, ut honesta per se petat. placet suapte natura, adeoque gratiosa virtus est, ut insitum sit etiam malis probare meliora.* GRUTER.

Equestri dignitate decoravit] Libri tres, *honoravit.* TORR. Nostri quoque MSS. *honoravit*, ἰσῶ: sed prima editio, *decoravit.* CASAUB. *Honoravit* Codd. Copes. Cujac. Holf. & Pulman. & ita marg. Basil. & aliarum Edd.

In eadem hac potestate] Viterb. *tempestate*, καλῶ. ferri potest. CASAUB.

Nam & Pinarium] Lego, *nam & T. Pinarium:* ac de eo T. Pinario interpretor, cujus non infrequens apud Ciceronem mentio: ex quo auctore satis liquet, bonarum artium & partium fuisse hunc virum. CASAUB. Casaub. legit *T. Pinarium.* sed aeque hic esse potuit L. Pinarius, quem Augusto nostro coheredem fecit noster in Caes. LXXXIII. & Appian. Bell. civil. III. pag. 540. BERNEGG. T. Pinarii, & ejus fratris, meminit Cicer. III. ad Q. Frat. Epist. I. ubi adolescens dicitur. BURM.

Paganorum apud milites] Male, qui *paganos* hic pro agrestibus, aut rusticis accipiunt. nam Jurisconsultorum more *paganos* militibus opponit. Exempla passim obvia, ubi de castrensi peculio, vel militari testamento agitur, & Juvenal. Sat. XVI. *Contra paganos.* Hinc majores nostri ad Christianorum differentiam *paganos* vocabant, qui Christi militiae nondum nomen dederant. Adde locum Suetonii Galb. cap. XIX. TORR.

Subscribere] Vulgo explicant pro nomen suum addere libello vel scripto, & rationibus & similibus subjicere. vid. Gronov. Mantiss. Veter. Pecun. cap. ult. hic tamen puto furtim, & latentis in turba modo, excepta ex concione adnotasse. nam in compositis saepe praepositio *sub* aliquid furtivi & clandestini facere notat. & eo sensu capio illa Taciti in vita Agric. cap. XLV. *cum suspiria nostra subscriberentur*, id est cum curiosus aliquis & delator clam adnotaret, si quis vel gemitu vel suspirio videretur crudelitatem Domitiani improbare aut dolere. Bernec. explicat *subnotare*; nescio an hoc sensu, certe priori modo, pro nomen suum subscribere, utitur illo verbo Plin. I. Ep. 10. *palam subnotare nomina* dixit noster in Calig. XLI. sed illo sensu, quo nos explicamus hic *subscribere*, dixit Martial. I. Ep. 28. *& non sobria verba subnotasti.* BURM.

Curiosum ac speculatorem] Sic Spartian. Hadriano: *Erat curiosus non solum domus suae, sed etiam amicorum.* Imperatorum vero constitutiones *curiosos* vocant, qui crimina magistratibus deferebant, quique cursus publici curam habebant. leg. XIII. Cod. de cursu publ.

Tedium Afrum cos. designatum, quia factum quoddam suum maligno sermone carpsisset, tantis perterruit minis, ut is se praecipitaverit. Et Q. Gallium praetorem; in

& tit. de Curiosis & stationariis lib. XII. Atque ita usus Tertullian. lib. de Fuga, & Suidas, ubi de Johanne Chrysostomo. TORR. Proprie curiosus est πολυπράγμων. Plautus Sticho I. III. 55. *Curiosus nemo est; quin sit malevolus*, hoc est, πᾶς πολυπράγμων κακοήθης. ex Plutarcho, Περὶ πολυπραγμοσύνης cap. II. Nolo excusare scelus Augusti: sed & ille peccavit, qui vel curiosus fuit, vel cur existimaretur, commisit. *speculatores* fuisse milites, quos Plutarchus in Galba cap. XXX. διοπτῆρας καὶ ταβελλαρίους vocat, pridem docti sumus a doctis. Horum munus erat, ut ubicunque essent, vicem fungerentur ὠτακουστῶν, ac si quid ducum vel principum cognitione dignum intellexissent, ad eum statim iter instituerent. Iidem a celeritate, qua utebantur in conficiendis itineribus, πτεροφόροι dicti. Hesychius: Πτεροφόροι· τάγμα τι στρατιωτικόν. Plutarchus Galba: Καὶ πτεροφόροι συνεχῶς ἐφοίτων, ἀεί τι σκυθρωπότερον αὐτῷ φράζοντες. Juvenalis Satyra IV. 146.

> — *festinare coactos,*
> *Tanquam de Cattis aliquid torvisque Sicambris*
> *Dicturus: tanquam e diversis partibus orbis*
> *Anxia praecipiti venisset epistola pinna.*

Somnia sunt, opinor, quae ad hunc locum effutit editus nuper a doctissimo Pithoeo Scholiastes, de pinna in literis coss. super re tristi. Vetus tamen id commentum est, & cui fingendo ansam Virgilii locus hic dedit, e libro nono vs. 473.

> *Interea pavidam volitans pennata per urbem*
> *Nuntia fama ruit.*

Nam ad eum locum sic notatum invenias in veterum interpretum farragine: *Quidam volunt ideo hic famam pinnatam a poëta inductam, quae tumultum & res adversas nuntiet, ut illud tangere videretur, quod qui bellum nuntiaret* pinnatas literas *diceretur afferre*. Melius Aristides in illo excellentissimo Romae panegyrico I. p. 361. epistolas, quae de publicis rebus mittebantur, tanta celeritate perlatas, ut pennis ferri viderentur. Imperatori, ait, ἀρκεῖ μάλα καθημένῳ πᾶσαν ἄγειν τὴν οἰκουμένην δι' ἐπιστολῶν· αἱ δὲ μικροῦ φθάνουσι γραφεῖσαι, καὶ πάρεισιν, ὥσπερ ὑπὸ πτηνῶν φερόμεναι. Speculatores Dio vocat διόπτας & ταβελλαρίους, & separat eam militum τάξιν ab ordine tabellariorum, quibuscum videntur docti illos confundere. locus est in fragmentis Ursini LXXXIII. pag. 423. Ταῦτά τε οὖν αὐτῷ πολλοὶ ἠπίστουν, καὶ ὅτι περὶ τὸν Ἀδριανὸν ἐν τοῖς διόπταις τε καὶ ταβελλαρίοις μεμισθοφορηκότα· καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς τάξιν λελοιπότα, ἐς τε τοὺς γραμματοφόρους τελέσαντα, καὶ αὐτῶν ἀποδειχθέντα. Speculatores, ut ex hoc loco apparet, inferiores ordine tabellariis: quos etiam milites fuisse, declarat alter locus ejusdem: Ὀχλαγωγῶν τε ἐσταθη, ὡς καὶ σπανίως τε τῶν ἀγγελιαφόρων, ὧν ἐποίει. CASAUB. Vid. Salm. ad Hist. Aug. Spart. Adr. cap. XI.

Coram se] *Se* deest Cujac. vid. ad Tiber. XLIII.

Et Tedium Afrum] Scripti quidam *Rhedium*. Est sane obscura haec gens Tedia. Legi tamen apud Juvenalem in antiquis membranis: II. Sat. 49. *Tedia non lambit:* non *Media*, ut in editione optimi doctissimique *Pithoei*. vulgo *Taedia*. CASAUB. Pal. pr. Et *tedium Afectu*. Forsan *Atedium Afrum*, omisso illo *&*. GRUT. Τὸ *Et* omnino necessarium videtur, cum in hac narratione πολυσύνδετον affectetur. *Tedium* placet & Lipsio nota ad Tacit. I. Ann. cap. 10. BERNEGG.

Perterruit] *Conterruit* Memm. Copes. Ex. Cujac. & Pulmanni. Edd. Rom. Venet. sec. & tert. Bon. Lug. Junt. Steph. Ald. *Atterruit* Cod. Periz. & Harlem. Venet. pr.

Q. Gallum praetorem,] Mallem *Q. Gallium*, ut in Vaticano, & aliis duobus MSS. ejus (ni fallor) Q. Gallii filium, qui & ipse praetor per M. Calidium de ambitu accusatus, a Cicerone est defensus. Cujus orationis meminere Quinctilian. lib. XI. cap. III. Asconius Verrina II. & in Corneliana, & in Toga candida, Valer. lib. VIII. cap. X. ipse Cicero in Bruto. Sed & D. Hieronymus Epist. ad Nepotianum, mendosus tamen, (nam *Q. Gallum* vocat, pro *Gallium*) his verbis, *M. Tullius in orat. pro Q. Gallo quid de favore vulgi, & de imperitis concionatoribus loquatur, attende*. M. Gallii, cujus heres Tiberius, mentio infra Tib. cap. VI. TORR. *Gallium* legendum ex MSS. & Appiano, apud quem solum hanc historiam legas. periit anno DCCXI.

in officio salutationis, tabellas duplices veste tectas tenentem, suspicatus gladium occulere, nec quidquam statim, ne aliud inveniretur, ausus inquirere, paullo post per centuriones & milites raptum e tribunali, servilem in modum torsit: ac fatentem nihil, jussit occidi, prius oculis ejus sua manu effossis. quem tamen scribit colloquio petito insidiatum sibi, conjectumque a se in custodiam, deinde urbe interdicta dimissum, naufragio vel latronum insidiis periisse. Tribunitiam potestatem

extremo. CASAUB. *Q. Gallum* Harlem. Edd. a Romana veteres omnes, etiam Basil. post. sed *Gallium* Basil. pr. Anton. Gryph. Colin. & aliae.

Tabulas duplices] Hic impegit Vir ille doctus, qui expuncta voce *tabellas*, subjicit: *duplices veste tectas*. Quasi non Ovidius de quibus dixerat, *Vos rebus duplices pro nomine sensi*, de iisdem diceret: *tristes rediere tabellae*. GRONOV. Observat. II. cap. 24. *Tabellas* Memm. Copes. Periz. Edd. Rom. Venetae & omnes veteres usque ad Causabon. nisi quod Romana habeat *tabellas duplicatas*. Vir doctus etiam apud Scriverium omisso *tabellas*, legebat *duplices veste tectas*: sed hoc nescio an historicis, ut Poëtis fuit, sit in usu; *tabellae* vero rectius occultatae dicuntur, quam tabulae. BURM.

Nec quidquam] *Nequicquam* Codd. Periz. Harlem. Ald. *ne quicquam* Edd. Rom. Venet. pr. Junt. Lugd. Colin. Basil. & *ne alius* Harlem.

Centuriones & milites] *Centuriones militum* Ant. Gryph. & Plantin.

Ac fatentem nihil,] Duo libri, *fantem nihil*. TORR.

Oculis ejus sua manu effossis.] O feritatem! sed fecit non primus. Sylla, ait Valerius IX. II. II. M. Marium, *non prius vita privavit, quam oculos infelicis erueret*. CASAUB. *Oculos e. s. m. effusos* Memm. Heinsio placebat *oculis e. s. m. effusis*. vid. ad Vell. Paterc. II. 27. BURM.

Urbe interdicta dimissum] Appianus ex Augusti libris, vel alicujus Caesariani lib. II. Civ. bel. pag. 587. ὁ δὲ Καῖσαρ ἐς τὸ ἀδελφὸν αὐτ-ἀδελφοῦ χωρεῖν· καὶ δοκεῖ ναῦς ἐπιβὰς ὕδασι ἐν φανῆναι. CASAUB. *Admissum* Cod. Cujac. forte *amissum naufragio, vel* &c. ita Virg. II. Aeneid. 148.

Amissos hinc jam obliviscere Grajos.

&: *res naufragio amissae* Neron. XL. BURM.

Periisse] *Perisse* Memm. ut saepius.

Tribunitiam potestatem perpetuam recepit] Tribunitia potestas Augusto decreta anno DCCXXIV. post victum Antonium, Dio libro LI. suscepta tamen ab eo tantum DCCXXXI. idem lib. LIII. & veterum Fastorum fragmenta. Species tamen quaedam tribunatus jam ante fuerat eidem tributa, victo Sex. Pompejo, anno DCCXVIII. Dio lib. XLIX. Exemplum primum est a Julio, cui S. C. delata ἡ ἐξουσία τῶν δημάρχων διὰ βίου. Dio lib. XLII. & XLIV. Hujus dignitatis ea fuit vis, ut sacrosanctus Augustus efficeretur instar tribunorum: utque appellantibus ipsum & intra pomoerium (quod jus tribuni habuerunt) & intra proximum miliare (quod nulli unquam tribuno jus fuit) opem ferre posset. Tacitus III. Ann. 56. *Tiberius potestatem tribunitiam Druso petebat. Id summi fastigii vocabulum Augustus reperit, ne regis aut dictatoris nomen adsumeret, ac tamen appellatione aliqua caetera imperia praemineret.* Quod diximus de opis latione, habemus a Dione, cujus verba sunt lib. LI. Καὶ τὸν Καίσαρα τήν τε ἐξουσίαν τὴν τῶν δημάρχων διὰ βίου ἔχειν, καὶ τοῖς ἐπιβοωμένοις αὐτὸν, καὶ ἐντὸς τοῦ πωμηρίου, καὶ ἔξω μέχρι ὀγδόου ἡμισταδίου ἀμύνειν, ὃ μηδενὶ τῶν δημαρχούντων ἐξῆν. in his verbis & simili loco, qui habetur lib. LIV. ὀγδόου ἡμισταδίου *septem stadia cum dimidio* interpretamur, hoc est, miliare unum. sic semper apud Dionem stadia septem cum dimidio unum miliare efficiunt, qui fuit quorundam veterum podismus, ut ex multis scriptoribus liquet. Genus loquendi, quo Dio usus, fuse nobis expositum nuper, ad Theophrasti Characteres. Quod eo moneo; quia interpretes ejus non intellecto eo, plurimos Dionis locos vel depravarunt correctionibus suis, vel depravatos ante non emendarunt, aut certe perperam interpretati sunt. Quaedam obiter visum annotare libro LII. Verba sunt Mecaenatis de praefecto Urbi loquentis: Ἵνα τοῖς τε θανάτου τοῖς τε ἐν τῇ πόλει, ... καὶ τοῖς ἔξω αὐτῆς μέχρι πεντήκοντα καὶ ἑξακοσίων σταδίων οἰκοῦσι, κρίνῃ. non est dubium, Dionem exprimere hic voluisse intervallum, quod

tem perpetuam recepit: in qua semel atque iterum per singula lustra collegam sibi cooptavit. Recepit & morum legumque regimen aeque perpetuum: quo jure, quamquam sine censurae honore, censum tamen populi ter egit: primum ac tertium cum collega, medium solus. De reddenda republica bis cogitavit: primo **28** post oppressum statim Antonium, memor objectum ab eo sibi saepius, quasi per ipsum staret, ne redderetur: ac rursus taedio diuturnae valetudinis, quum etiam magistratibus, ac senatu domum adcitis Rationarium imperii tradidit. Sed reputans,

quod apud J. C. de Offic. praef. Urbi l. x. §. 4. legitur. Quare scribendum ajo, μέχρι πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίων σταδίων, hoc est, intra centesimum lapidem. Auctor ipse Dio ita emendandi. subdit enim, τήν τε Ἰταλίαν πᾶσαν τὴν ὑπὲρ πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίους ἀπὸ τῆς πόλεως σταδίους. Simile mendum obsidet hunc quoque locum e lib. LV. ubi inter remedia laborantis annonae refertur decretum Augusti: Τὰ τε ἀνδράποδα τὰ ὤνια ὑπὲρ πεντήκοντα καὶ ἑξακοσίους σταδίους ἐξωσθῆναι. scribi debet hic quoque ἑπτακοσίους, male enim χ' posuerunt pro ψ'. At Xiphilini codd. veram lectionem adhuc retinent. CASAUB. *Perpetuo* Cod. Hulf.

Cooptavit.] *Coaptavit* Codd. Copes. Harlem. Edd. Venetae tres, Junt. Ald. *coactavit* Hulf.

Morum legumque regimen] Hinc illud Horatii ad Augustum epistolae initium II. Ep. I.

> *Cum tot sustineas ac tanta negotia solus,*
> *Res Italas armis tuteris, moribus ornes,*
> *Legibus emendes.*

Et Carm. IV. Od. V.

> *Mos & lex maculosum edomuit nefas.*

Praefecturam autem morum suscepit Augustus A. U. C. DCCXXXIV. cum triennio ante censuram in perpetuum repudians, creari tunc censores curasset Paullum Aemilium Lepidum, & L. Munatium Plancum. Post quos nulli sub Caesaribus fuere censores. Inf. cap. XXXVII. TORR.

Quamquam sine censurae honore,] Vide ad lib. I. cap. LXXVI. CASAUB.

Censum tamen populi ter egit,] Habes in lapide Ancyrano. CASAUB. Quem & vid. in Exercit. in Baron. prima Diat. 28.

28. *De reddenda republica*] Quod ut faceret, suasisse Agrippam; Maecenatem vero dissuasisse, auctor est Dion, utriusque orationem referens. Sed regnandi avidissimus, Maecenatem secutus est. Donatus etiam Virgilium, si diis placet, huic consilio immiscuit. TORR. Intellige τὸ *cogitavit* cum effectu: nam alioquin & simulavit ipse semper se rempub. velle reddere: & tandem, ut posset, optavit non simulate, sed ex animo, si fides ulla ipsi habenda. verba ejus exstant apud Senecam in libro de Brevitate vitae cap. V. *Divus Augustus, cui dii plura quam ulli praestiterant, non desiit quietem sibi precari, vacationem a republ. petere. omnis ejus sermo ad hoc semper revolutus est, ut sibi pararet otium.* MOX: *In quadam ad senatum missa epistola, cum requiem suam non vacuam fore dignitatis, nec a priore gloria discrepantem pollicitus esset, haec verba inveni: Sed ista fieri speciosius quam promitti possunt: me tamen cupido temporis optatissimi mihi provexit, ut cum rerum laetitia moretur adhuc, perciperem aliquid voluptatis ex verborum dulcedine.* Suetonio *reddere remp.* est, quod pluribus Dio lib. LIII. dicit, ἀποδιδόναι τῷ δήμῳ καὶ τὰ ὅπλα, καὶ τὰ ἔθνη, καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰ χρήματα. Sic apud Senecam, *possidere rempubl.* CASAUB. Freinshemius conjicit legendum *dubitavit.* quomodo Tacitus lib. IV. 57 6. VI. 461. XIII. 50. 1. Hist. IV. 63. 1, & Curtius IV. 10. 16. BERNEC. sed *cogitavit* idem significat, & nostro hoc verbum familiare, ut Caes. II. & alibi. *rempublicam* vero hic cape, ut in Caes. LXXVII. *repete rempublicam.* & supr. cap. VIII. *solus tenuit remp.* BURM.

Taedio diuturnae valetudinis,] Septimo suo consulatu, ut narrat Dio initio lib. LIII. nisi aliquis malit ad ea referre, quae in XI. consulatu gessit, de quo quidem Dio in eodem libro extremo. CASAUB.

Magistratibus ac senatu] Liber unus *e senatu.* Nec male, mea quidem sententia, ut eos tamen qui magistratu fungebantur, non senatum omnem domum suam accersiverit. TORR. Dio lib. LIII. fin. Τὰς ἀρχὰς, τούς τε ἄλλους τοὺς πρώτους καὶ τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων ἀθροίσας. Errat igitur vir eruditus, cum emendat *magist. e senatu.*

tans, & ſe privatum non ſine periculo fore, & illam plurium arbitrio temere committi, in retinenda perſeveravit: dubium, eventu meliore an voluntate. Quam voluntatem quum prae ſe identidem ferret, quodam etiam edicto his verbis teſtatus

natu. Casaub. An totum ergo ſenatum juſſit in aedes ſuas convenire, & an ibi conclave capax tantae turbae? & quid opus, ſi univerſos vellet conſulere, domum vocare, quod de reddenda repb. cogitanti ſuperbum nimis, quum facile in Curiam poſſet ire? ſed ut inf. cap. xxxv. elegit e Senatu conſilia ſemeſtria; cum quibus domi tractaret, quae poſtea ad frequentem ſenatum referret, ita quoque hic feciſſe credendus, & Torrentio obſequendum puto legenti, *magiſtratibus e ſenatu*, id eſt, omnibus illis Senatoribus, qui magiſtratum gerebant, vel forte, etiam qui geſſerant, conſularibus, Praetoriis &c. & hanc libri Torrentiani lectionem exhibet Editio Romana, quam quum ante oculos haberet Caſaubonus, & ſimul Dionis verba, qui expreſſis verbis, dicit, convocaſſe τὰς ἀρχὰς, τούς τε ἄλλους πρώτους. &c. id eſt Magiſtratus, & qui primores erant ordinis Senatorii & equeſtris, tamen erroris Torrentium accuſat. quum clarum inde ſit, non totum ſenatum acciviſſe domum. ſic infr. cap. xxxix. *impetratis e ſenatu decem adjutoribus*, legi poſſe oſtendimus. Burm.

Rationarium] *Ratiocinarium* Cod. Copeſ.

Privatum non ſine periculo fore] Hinc de Periandro legimus apud Laertium lib. 1. Sect. 97. καί ποτε ἐρωτηθεὶς, διά τι τυραννεῖ, ἔφη, ὅτι καὶ τὸ ἑκουσίως ἀποστῆναι, καὶ τὸ ἀφαιρεθῆναι κίνδυνον φέρει. *Rogatus aliquando cur in Tyrannide perſiſteret, quia, inquit, & ſponte & invitum cedere, aeque periculoſum eſt.* Quae verba examinavimus penſius ad Quinctii illa ad Nabidem. *Dum liceret, dum occaſio eſſet; ſibi ac fortunis ſuis conſuleret. referre deinde nominatim Tyrannos civitatum finitimarum, qui depoſito imperio, reſtitutaque libertate ſuis, non tutam modo, ſed honoratam inter cives ſenectutem egiſſent.* Livius lib. xxxiv. cap. 12. Grut. *Reputans eſſe privatum* Exc. Cujac.

Illam plurimum arbitrio temere committi] In duobus optimis libris deeſt dictio *temere*, neque eam ego deſideraverim. ſenſus enim eſt, unius loco plures dominos remp. invaſuros, res enim Romana eo devenerat, ut aequabili ac civili more regi non poſſet tantum imperium. Torr. Illo quidem ſtatu reipublicae, de quo Seneca de M. Bruto lib. ii. de Benef. cap. 20. *Mihi cum vir magnus fuerit, in aliis, in hac re videtur vehementer erraſſe, nec ex inſtitutione Stoica ſe geſſiſſe: qui aut regis nomen extimuit, cum optimus civitatis ſtatus ſub rege juſto ſit, aut ibi ſperavit libertatem futuram, ubi tam magnum praemium erat & imperandi & ſerviendi: aut exiſtimavit civitatem in priorem formam poſſe revocari, amiſſis priſtinis moribus: futuramque ibi aequalitatem civilis juris, & ſtaturas ſuo loco leges, ubi viderat tot millia hominum pugnantia, non an ſervirent, ſed cui. Quanta vero illum aut rerum naturae, aut urbis ſuae tenuit oblivio, qui uno interempto, defuturum credidit alium, qui idem vellet, cum Tarquinius eſſet inventus poſt tot reges ferro ac fulminibus occiſos.* Grut. Propter hanc, quam allegavit Torrentius, cauſſam, vocem *temere* (Palatinis quoque codd. probatam) neceſſariam putem. Temerarium ſcilicet fuiſſet, rem Romanam, hoc ſtatu, plurium arbitrio committere. Unde quoque Seneca Benefic. ii. 20. Bruti conſilium de occidendo Caeſare damnat. Adde Tacit. i. 9. 10. & Hiſt. i. i. 2. Bernegg.

Perſeveravit:] *Perſeveraverit* Hulſ.

Eventu meliore] Hanc bigam verborum probabiliter eliminat Freinshemius in Indice Floriano, voce, *Dubium*. Nam hoc dubitabatur, an ſerio voluerit Rempub. reddere: an vero voluntatem illam (quod mox ſequitur) tantum *prae ſe tulerit*. Bernegg. Ejiciendam hanc verborum bigam cenſet Freinshemius, probante Berneggero, ſed egregie vindicat Gronov. ii. obſ. 24. vid. & Cl. Duker. ad Flor. ii. 14. & ad Caeſ. ſupr. cap. lviii. *Meliori* Cod. Periz. Burm.

Quam voluntatem cum praeſidens identidem prae ſe ferret,] Quam *voluntatem*, cum mox praeceſſerit *voluntate*, quod in Ruffino reprehendit Hieronymus. Erasm. Sic Pulmannus, & duo libri noſtri. Sed mira aliorum in legendo varietas, quae me adducit, ut omiſſis caeteris ſic legendum exiſtimem: *Quam voluntatem quodam etiam edicto.* ſic enim & Pulmanni codex unus. Saltem verbum *praeſident* omnino amovendum eſt, aut ſcribendum *praeſens*, ut edictum ſcilicet abſens propoſuerit. Torr.

tus est: *Ita mihi salvam ac sospitem rempublicam sistere in sua sede liceat, atque ejus rei fructum percipere, quem peto, ut optimi status auctor dicar: & moriens, ut feram mecum spem, mansura in vestigio fundamenta Reipublicae, quae jecero.* Fecitque ipse se compotem voti, nisus omni modo, ne quem novi status poeniteret. Urbem neque pro majestate imperii ornatam, & inundationibus incendiisque obnoxiam,

TORR. *Cum praesidens prae se ferret* Codd. Copes. Periz. Harlem. (nisi quod *per se*) Edd. Venet. tres, Lugd. Basil. Seb. Gryph. Colin & Doleti. & Plantin. *cum idem ferret* Cujac.

Ita mihi salvam ac sospitem rempublicam] Dignum Principe jusjurandum. Ammianus lib. XXIV. c. 10. *Animabat Julianus exercitum, cum non per charitates, sed per inchoatam negotiorum magnitudinem dejeraret assidue: Sic sub jugum* mitteret Persas: Ita quassatum recrearet orbem Romanum. *Ut Trajanus fertur aliquoties jurando dicta consuevisse firmare.* Sic in provinciarum speciem redactam videam Daciam: Sic pontibus Istrum, Euphratem superem: *& similia plurima.* Hactenus Ammianus. Tale illud Planci Imperatoris in epistola ad Ciceronem lib. x. fam. 9. *Ita ab imminentibus malis resp. me adjuvante liberetur.* At in Octavio, quando remp. primum capessebat, damnatum illud a bonis: *Ita mihi parentis honores consequi liceat.* CASAUB.

Sistere in sua sede] *Sedem* pro firmo ac stabili rerum statu dixit, sicut & Horat. Epod. XIII.

> - - - *Deus haec fortasse benigna*
> *Reducet in sedem vice.*

Nec multum dissimile illud pro Archia: *Sedem omnium rerum ac fortunarum Romae collocavit.* Hinc *sedere* pro firmiter placere Virgil. v. Aen. 418.

> *Idque pio sedet Aeneae.*

Et VII. 611.

> - - - *certa sedet Patribus sententia pugnae,*

TORR. *Sedes* est basis, κρηπίς. *Sistere*, ἀνορθοῦν, ἱδρύειν. Est enim (quod non advertunt interpretes) translatum e columnis vel colossis, qui magno nisu in suam basim (βωμὸν interdum Graeci vocant) restituuntur, ut in eo exemplo quod narrat Socrates lib. x. cap. xx. Ita loquitur Isocrates Archidamo: Ἐὰν κατορθώσωμεν καὶ τὴν πόλιν εἰς [illegible] ἀνορθώσωμεν, ἐν [illegible]. Eadem translatio in illis mox, *mansura in vestigio suo fundamenta reip.* Symmachus epist. XLVI. libro III. *Ita volvenda attulit dies, ut domini nostri Gratiani fortissima simul ac felicissima manu nutanti pondera fulciantur.* Sic obiter emendabis illum locum: nam vulgo *gratiam* pro *Gratiani*. CASAUB.

Dicar:] *Dicatur* Hulf.

Fecitque se compotem voti] Audax dictum. Statius IX. Thebaid. 551. de Capaneo:

> *Sic ait, & voti sese facit ipse potentem.*

Vetus dictum est Romanorum: *Sapiens ipse fingit fortunam sibi.* apud Plautum, Ciceronem, Sallustium, & Cornelium Nepot. Seneca epistola XXXI. *Quid votis opus est? fac te ipse felicem.* & ad hoc exemplum multa apud Stoicos impietati proxima. CASAUB.

Urbem namque] Sic omnia, quae vidimus, exemplaria, & tamen affirmare ausim legendum esse: *Urbem, neque* &c. TORR. Corruperant hunc locum, qui putabant a superioribus ista pendere. falso. nam si in capita secari debuit Suetonius, hinc erat ducendum principium eorum, quae vulgata divisione capitibus continentur XXIX. & XXX. More enim enim suo auctor, toti illi sermoni istud veluti caput & breve praeposuit. CASAUB. Miror scribere Torrentium, habere omnia ejus exemplaria calamo exarata *urbem namque pro maj.* quippe e tribus Palatinis sec. ac tert. adstipulantur nostro illi vulgato, & poscit id plane sententia auctoris. GRUT. *Namque* etiam Codd. Periz. Copes. Edd. Rom. Venetae tres, & Basil. Plant. Gryph. Colin. & omnes fere veteres praeter Bonon. Steph. Casaub. & Raphel.

Pro majestate imperii] Sic in veteri lapide posito in honorem Augusti ob munitas vias, PRO DIGNITATE IMPERII. CASAUB.

Inundationibus incendiisqae obnoxiam,] Tacitus de incendio Neroneo lib. XV. An. 38. *Ignis anteiit remedia velocitate mali, & obnoxia urbe arctis itineribus huc & illuc flexis atque enormibus vicis, qualis Roma fuit* Sed vide Strabonem lib. v. p. 162. De inundationibus subit mirari, cum ea res caussas naturales & manifestas

xiam, excoluit adeo, ut jure sit gloriatus, marmoream se relinquere, quam lateritiam adcepisset. Tutam vero, quantum provideri humana ratione potuit, etiam 29 in posterum praestitit. Publica opera plurima exstruxit: ex quibus vel praecipua, Forum cum aede Martis Ultoris, templum Apollinis in Palatio, aedem Tonantis Jo-

festas haberet, semper tamen Tiberim exundantem pro magno prodigio habitum, & in Acta relatum. CASAUB.

Excoluit] *Incoluit* Cujac.

Jure sit gloriatus, marmoream se relinquere, quam lateritiam accepisset] Alivorsum trahit Dio lib. LV. p. 676. Augusti dictum, quem morientem dixisse refert: ὅτι τὴν Ῥώμην γηΐνην παραλαβὼν, λιθίνην ὑμῖν καταλείπω. & addit suum interpretamentum, τοῦτο μὲν οὐ πρὸς τὸ τῶν οἰκοδομημάτων αὐτῆς ἀκριβὲς, ἀλλὰ πρὸς τὸ τῆς ἀρχῆς ἰσχυρὸν ἐνεδείξατο. At Suetonius non de imperii firmitudine, sed de publicis aedificiis accipit. Julianus in Caesaribus ad Dionis mentem accedit, qui sic gloriantem inducit Augustum, respiciens haut dubie illius hoc dictum: Ὑπὸ τῶν ἐμφυλίων στάσεων τὴν Ῥώμην ὁρῶν εἰς ἔσχατον ἐλαύνουσαν πολλάκις κίνδυνον, οὕτω διεθέμην τὰ περὶ αὐτὴν, ὥστε εἶναι δι' ὑμᾶς, ὦ θεοὶ, τὸ λοιπὸν ἀδαμαντίνην. Idem Julianus Augusti vocem spectasse videtur, cum diceret Antiochenis, velle se ipsorum urbem facere marmoream. Libanius legatione ad Julianum de Antiochia: Σὺ γάρ τι τῇ πόλει πρᾶον μεμφόμενος, Ἐγὼ δὲ, ἔφης, αὐτὴν δεινουμένην πηλίνην μαρμαρέαν· οὕτω γὰρ εἶπες τὸ ῥῆμα. Notabis, quomodo vertit illa Dio *latericiam & marmoream*: alii Graeci pro *latericiam* dixerunt πηλίνην. Allusit autem Augustus ad antiquissima Romanorum aedificia, de quibus Varro Ταφῇ Μενίππου. *Antiqui nostri domibus lateritiis paullulum modo lapidibus suffundatis, ut humorem effugerent, habitabant.* De iis Plinius libro XXXV. cap. XIV. CASAUB.

Lateritiam] *Latericiam* Mem. & Ed. Rom. adscripsit vero Vossius conferendum esse locum Prophetae Jesaiae IX. 9. & quae ibi Hieronymus.

Quantum provideri humana ratione potuit.] Ὅσον ἂν προσήκοι ἀνθρωπίνῃ προνοίᾳ, Xenophon. hoc autem ideo additum, quia fati necessitas humanis consiliis rumpi non potest, ut ait Livius. CASAUB. *Praevideri* Edd. Roman. Venet. tres, Bonon. Lugd. Junt. Ald. eadem varietas sup. cap. X.

Extruxit: ex quibus vel] *Extruxit, ex quibus praecipua* Periz. *vel* etiam deest Cod. Harl. & Edd. Rom. Venetis, Bon. Lug. Junt. Ald. Steph. sed & inf. XXXII. *vel praecipuam calumniandi materiam.* *ex* etiam abest Copesiano.

29. *Forum cum aede Martis Ultoris.*] Ut Divus Julius aedem Veneris Genitricis, sic foro suo Augustus aedem Martis Ultoris adjunxit.





Atque una cum foro Romano tria in Urbe fora fuere. Martial. III. Epig. 38.

Atque erit in triplici par mihi nemo foro.

Papin. IV. Silv. IX. 15.

Quae trino juvenis foro tonabas.

Martis autem Ultoris meminerunt Plin. lib. XXXIII. cap. XIV. Ovid. Fast. V. Juvenal. Satyr. XIV. Dion lib. LIV. Et ejus templi effigies in veteribus nummis cernitur, uti & Jovis Tonantis. de quo hic etiam Sueton. Verum de Marte Ultore, notandum etiam alterum in Capitolio signis a Parthis receptis ab Augusto instar Jovis Feretrii templum ei exstructum fuisse. Quae caussa est, quod non eadem in nummis omnibus ejus templi forma cernitur. TORR. De Augusti foro apud Ovidium in V. Fastorum 552. atque apud scriptores alios multa. Sed notanda verba Servii recens a Daniele editi, ad illa lib. I. Aen. 294.



—— Furor impius intus

Saeva sedens super arma, &c.

notat enim Servius: *In foro Augusti introeuntibus ad sinistram fuit Bellum pictum, & Furor sedens super arma aeneis vinctus, eo habitu, quo poeta dixit.* CASAUB.

Apollinis] *Apollonis* Memm. & ita supra cap. XVIII. & mox c. XXXI.

Festi-

Jovis in Capitolio. Fori exstruendi caussa fuit, hominum & judiciorum multitudo, quae videbatur, non sufficientibus duobus, etiam tertio indigere. Itaque festinantius, nec dum perfecta Martis aede, publicatum est, cautumque, ut separatim in eo publica judicia & sortitiones judicum fierent. Aedem Marti bello Philippensi pro ultione paterna susceptо voverat. Sanxit ergo, ut de bellis triumphisque hic consuleretur senatus: provincias cum imperio petituri, hinc deducerentur: quique victores redissent, huc insignia triumphorum inferrent. Templum Apollinis in ea parte Palatinae domus excitavit, quam fulmine ictam desiderari a Deo haruspices pronuntiarant. Addita porticus cum bibliotheca Latina Graecaque. quo loco jam senior saepe etiam senatum habuit, decuriasque judicum recognovit. Tonanti Jovi aedem consecravit, liberatus periculo, quum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam ejus fulgur praestrinxisset, servumque praelucentem exa-

Festinantius] *Festinatius* Codd. Periz. Hulf.

Separatim] *Seperatim* Cod. Periz.

Aedem Marti] *Martis* Memm. Cujac.

Pro ultione] *Pro visione* Copes. Hulf. & Cujac. *pro* deest Venet. pr. *noverat* duae aliae vitiose.

Ut de bellis triumphisque hic consuleretur senatus.] Ovidius de hoc templo v. Fast. 556.

Hinc fera Gradivum bella movere decet.

olim in Capitolio. Appianus, Punic. p. 42. Ἡ δὲ βουλὴ ἐξέφαινε τὴν γνώμην, καὶ ἐς τὸ Καπιτώλιον, ὅπη ἔθος αὐτοῖς περὶ πολέμων σκοπεῖν, συνελθοῦσα ἐψηφίσατο. CASAUB.

Hinc deducerentur:] Ab his, qui officii causa prosequebantur. De quo more Caes. cap. LXXI. TORR.

Redissent] Nostri scripti & editiones veteres *rediissent*.

Inferrent] *Conferrent* Memm. Hulf.

Templum Apollinis in ea parte Palatinae] Ad ejus templi dedicationem referendum illud Horatii lib. I. Od. XXXI. *Quid dedicatum poscit Apollinem Vates*, &c. Nam de bibliotheca ibidem ab Augusto instituta notissimus ejusdem poëtae versus: I. Ep. III. 16.

—— *tangere vitet*
Scripta, Palatinus quaecunque recepit Apollo.

Vide Dionem initio lib. LIII. TORR. V. C. pro verbo *excitavit* habet, *exertavit*. quod verbum, quia obscurius erat, a librariis mutatum est in *excitavit*. URSIN. Vir doctus, qui *exertavit* pro *excitavit* repertum in uno fortasse aut altero cod. amplectitur, non magis mihi sententiam suam probat, quam doctus alter ille, qui apud A. Gellium mavult legi in verbis Quadrigarii, lib. IX. cap. XIII. *lingua exerrare*, quam *linguam exertare*. quae lectio & elegantissima est, & omnium aliorum historicorum narratione confirmatur, qui in ea re usi plerique verbo *exerere*. nec aliter Plinius quoque lib. XXXV. Nec moveor, si in uno aut altero cod. sic scriptum exstat: nam in pluribus multo aliter est. Sic sane antiquissimum exemplar, quod ipsi vidimus. CASAUB. Cicer. I. Orat. 66. narrans eandem historiam, Gallum facit *distortum ejecta lingua*, ubi itidem malim *exerta*. BERNEGG.

Pronuntiarant.] *Pronuntiarent* Mem. Har. Periz. & Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Basil. Seb. Gryph.

Addita porticus] *Addidit* Mem. Copes. Ex. Cujac. Edd. Roman. Bonon. Lugd. Junt. Ald. Steph. Arg. *Addit* Hulf. *Aditus porticui* Venet. pr.

Graecaque] *Graeca* Ed. Venet. pr.

Senatum] *Cenas habuit* Harlem.

Expeditione] *In expeditione* Cod. Periz. Ant. Gryph. Plantin. vid. Calig. cap. X.

Lecticam ejus fulgur perstrinxisset] Vel ut alii libri, *praestrinxisset*. Fulgur autem pro fulmine, ut in Domitiano cap. XV. *tot fulgura facta auditaque sunt*. & ita semper in libris olim aruspicum: saepe etiam Plinius, & optimus quisque Latinitatis auctor. Glossarium: Κεραυνοβόλιον ἡμερινόν, *fulgurium*. Lege, *fulgur dium*. Festus: *Dium fulgur appellabant diurnum, quod putabant Jovis, ut nocturnum Summani*. Glossae: Κεραυνοβόλιον διὰ [illegible] νυκτερινόν, *fulgor submanum*. ita accipe vocem *fulgor*, in Constantini constitutione, Cod. Theodos. de Pa-

exanimasset. Quaedam etiam opera sub nomine alieno, nepotum scilicet & uxoris sororisque, fecit: ut porticum basilicamque Lucii & Caji: item porticus Liviae & Octaviae, theatrumque Marcelli. Sed & ceteros principes viros saepe hortatus est, ut pro facultate quisque monumentis vel novis, vel refectis & excultis, urbem adornarent. Multaque a multis exstructa sunt: sicut a Marcio Philippo, aedes

Paganis sacrificiis & templis: *Si quid de palatio nostro aut caeteris operibus publicis degustatum fulgore esse constiterit, retento more veteris observantiae, quod portendat, ab haruspicibus requiratur.* CASAUB. Pal. pr. ac tert. *praestrinxisset.* GRUT. I. e. Fulmen. Horat. *feriuntque summos fulgura montes.* A fulgur *fouldre* Gallice, pro *foulgre.* GUJET. *Praestrinxisset* Memm. & Cujac. sed editiones fere omnes *perstrinxissent.* illa varietas vero apud scriptores toties a Criticis notata, ut taedium faciat iterata saepe legentibus. *fulgor* etiam Ed. Plant. BURM.

Servumque praelucentem] Sup. Caes. cap. XXXI. *luminibus exstinctis.* TORR. *Perducentem* Codd. Periz. Harl. Cujac. Edd. Rom. Venet. tres. *praeducentem* Cujac. Lug. Junt. Ald. frustra: servus *praelucens*, est lumina, faces gerens. ut Statius Leandro natanti fingit id officii Cupidinem praestitisse; I. Silv. II. 89.

Vidi & Abydeni Juvenis certantia remis
Brachia, laudavique manus, & saepe natanti
Praeluxi.

ut recte legit Bernartius & Boxhorn. Epist. ad Gronovium pag. 80. pro *praelusi.* BURM.

Quaedam etiam] Omisit *etiam* Graevius in minore editione & Gronov. forte secuti Memm. codicem.

Sororisque] *Sororis* Memm. *ac sororis* Copes.

Lucii & Caji:] *Gaji & Lucii* Cujac. Exc. & Copes.

Liviae] *Juliae* Periz. *Lunae* Copes.

Theatrumque Marcelli.] Tarpejo monti accubans, eo nempe loco, quo Caesar dictator illud destinaverat. Caes. cap. XLIV. TORRENT.

Sed & caeteros viros principes saepe hortatus est] Notemus igitur in his Taciti verbis magnam μείωσιν. Annal. lib. III. cap. 72.: *Erat etiam tum in more publica munificentia: nec Augustus arcuerat Taurum, Philippum, Balbum, hostiles exuvias, aut exundantes opes, ornatum ad Urbis & posterum gloriam conferre.* CASAUB. Manus viri docti in ora Torrent. Ed. *adhortatus.*

Et excultis] Pal. pr. *vel excultis.* GRUTER. & ita Copes.

A multis] *A multis tunc* Cujac. Copes.

A Marcio Philippo aedes Herculis & Musarum.] Marcius Philippus Augusti vitricus fuit, ut ante vidimus cap. VIII. In optimo autem codice, *Herculis Musarum* legitur. Et aedem quidam hanc Herculi ac Musis communem fuisse, auctor est Plutarch. Probl. Rom. LIX. Διὰ τί κοινὸς ἦν βωμὸς Ἡρακλέους, καὶ Μουσῶν (βωμὸς enim eo loco pro aede, sive templo potius, quam pro ara interpretandum censeo) sed tamen sicut geminis fratribus aedes in foro constituta tantum Castoris vocabatur, sic ista Herculis. Neque absolute, verum Herculis Musarum dicta est, quo ad Musas quoque pertinere cognosceretur. Hanc vero M. Fulvius Nobilior, qui A. U. DLXVI. de Aetolis triumphavit, triennio post censor exstruxit, in eaque Musarum signa, quae capta Ambracia Romam transtulerat, posuit, ac fastos quoque populi Romani publicavit. Historiam refert Livius lib. XXXVIII. De Musis Plinius lib. XXXV. cap X. De fastis Macrobius lib. I. Saturn. cap. XII. ipse etiam aedem Herculis Musarum appellans. Sed omnium pulcherrime Eumenius Rhetor orat. de Scholis instituendis cap. VII. quae cum diversorum auctorum Panegyricis edita invenitur, his verbis: *Aedem Herculis Musarum in Circo Flaminio Fulvius ille Nobilior ex pecunia censoria fecit, non id modo secutus, quod ipse litteris, & summa poëtae amicitia duceretur; sed quod in Graecia cum esset Imperator, acceperat Herculem Musageten esse, id est, comitem ducemque Musarum. Idemque primus signa novem, hoc est, omnium Camoenarum, ex Ambraciensi oppido translata, sub tutela fortissimi Numinis consecravit, quia mutuis operis & praemiis juvari ornarique deberent, Musarum quies defensione Herculis, virtus Herculis voce Musarum.* Sic ille, haud dubie rectius quam Plutarchus, qui eam adfert causam

des Herculis Musarum: a L. Cornificio, aedes Dianae: ab Asinio Pollione, atrium Libertatis: a Munatio Planco, aedes Saturni: a Cornelio Balbo, theatrum: a Sta-
ti-

ſam, quod Hercules olim Evandrum litteras docuiſſet. Quaſi vero id tot poſt ſaeculis reſpexerit Fulvius, & non Ennii potius amicitiam, qui Fulvium expeditione illa comes fuit, & amici victoriam, per ſe magnificam, inſigni laude celebrarit. Auctor is, qui de Viris illuſtribus libellum ſcripſit cap. LII. Ennio, igitur, epicorum ante Virgilium principi, hoc pulcherrimum firmiſſimae inter doctos ac fortes viros amicitiae ſymbolum debemus. Atque hinc Ciceronis loco pro Archia lumen acceſſerit, ait: *Jam vero ille, qui cum Aetolis Ennio comite bellavit Fulvius, non dubitavit Martis manubias Muſis conſecrare.* At durus ille & ſeverus Cato huic Fulvio, ſi diis placet, ut crimen objecit, quod conſul in provinciam poëtas duxiſſet. Teſtis Cicero Tuſculana I. Denique veteres exſtant denarli Q. Pomponii Muſae, quales & ego ſervo, qui non modo ſingulas Muſas diverſo quamque habitu nobis repraeſentant, ſed & Herculem Μουσηγέτην, cum inſcriptione,

Tab. 273.



Hercules Musarum. Μουσηγέτης autem vel praecipuum Apollinis cognomen fuit, cujus Pauſanias in Atticis, & Plutarch. Quaeſt. Convival. meminere. Torr. Suſtulimus τὸ &, ſecuti libb. noſtros & hiſtoriam. Haec aedes in regione nona fuit. Vide Urbis deſcriptionem. Ovidius de ea VI. Faſt. 799.

—— clari monumenta Philippi

Aſpicis: unde trahit Martia caſta genus. Casaub. Sic & MSS. noſtri omnes, non, *aedes Herculis & Muſarum*, ut antea publicati, minus recte. Grut. *Marcium Philippum* hunc non fuiſſe vitricum Auguſti, ſed alium, cui matertera Auguſti nupta fuit, docet doctiſſimus Maſſonius in vita Ovidii ad A. U. C. DCCLXVII. male *Martio* Edd. Rom. Venet. & aliae antiquae. Male etiam *Herculis & Muſarum* Edd. Rom. Venet. ſec. & tert. Steph. Baſil. Gryph. Plant. & aliae. Burm.

Aedes Dianae] Multae tales Romae. haec videtur in Aventino fuiſſe, de qua Martial. VI. 64. & Plutarch. Problem. Rom. IV. Bernegg.

Pollione aedes] *Pollione aedes Saturni* omiſſis mediis, Periz. Atrium vero hoc refectum tantum, exſtructum antea a Graccho. vid. Neapol. ad Ovid. IV. Faſt. 623. Burm.

Atrium Libertatis.] Fuit in Aventino. Vide Livium & Ovidium in Idib. Aprilis. Eo docti tanquam ad λέσχην conveniebant. Ovidius III. Triſt. I. 71.

Nec me, quae doctis patuerunt prima libellis
Atria, Libertas tangere paſſa ſua eſt.

Ibidem fuit tabularium, in quo ſervata acta publica, Livius lib. XLIII. 16. *Cenſores ex templo in atrium Libertatis aſcenderunt, & ibi ſignatis tabellis publicis, clauſoque tabulario, & dimiſſis publicis ſervis*, &c. Hinc etiam intelligimus loci formam: erat enim ſimilis atriis aedium privatarum, quae habebant tablina & pinacothecas adjunctas. in medio erat area ſub dio columnis cincta: ideo is locus etiam *periſtylium* appellatus. idem quoque *impluvium* dicebatur. Atque hoc proprie atrium eſt, non atrii pars: nam *atrium* ab αἴθριον, ſignificat locum in aedibus ſub dio. Graeci ὕπαιθρον frequentius vocant: ſed αἴθριον pro atrio notavimus ſaepe apud LXX. & Joſephum. Tertullianus in loco Ezechiel. cap. IX. *ſubdival* vertit. Exſtat & apud Lucianum, neque dubium eſſe poteſt inde dictam vocem Latinam. Nam Varronis aliorumque veterum notationes quis non rideat? Etiam illi errant, qui atria fuiſſe tecta volunt, quia dixit Auſonius in Moſel. vſ. 49. *laqueata atria.* neque animadvertunt eam vocem, apud Graecos μέγαρον & αὐλὴ, pro palatiis procerum poni: at in iis quae proprie atria dicebantur, non aliud tectum erat, praeter alas aedificii, quae velut porticus circa medium ſubdival efficiebant. Ideo docte auctor Gloſſarum: *Atrium* αἴθριον, μέσαυλον. Casaub.

A Munatio Planco] Legendum ex. V. C. a *L. Munatio Planco*, de qua re exſtat veteris inſcriptionis fragmentum ad Clivum Tarpeji montis repertum, ex quo Saturni templum

30tilio Tauro, amphitheatrum: a M. vero Agrippa, complura, & egregia. Spatium urbis in regiones vicosque divisit: instituitque, ut illas annui magistratus sortito tuerentur, hos magistri e plebe cujusque viciniae lecti. Adversus incen-

& aerarium ibi fuisse intelligere possumus. L. PLANCVS. L. F. COS. IMP. ITER. DE MANIB. URSIN. *A Numatio* Copes. Lapis est apud Gruter. XXVII. sed ibi deest COS. alios titulos, ubi *L. Munatius Plancus* dicitur, Index Gruteri monstrabit. BURM.

30. *Spatium Urbis in regiones vicosque divisit*] Regiones quidem XIV. vicos vero CCCXXIV. si satis certa haec in fragmento Rufi lectio: nam Victor aperte vitiatus. Non assentior interpretibus, qui Augustum negant fuisse divisionis Urbis in regiones XIV. auctorem: nam si ea partitio Augusto antiquior, cur ejus non meminit Varro de Lingua Latina lib. IV. Dionis tamen ambigua verba lib. LV. p. 634. ex quibus expresse eam sententiam non elicias. Regiones autem ille μέρη vocat simpliciter. Socrates in Ecclesiast. hist. κλίματα. Alii Graeci ῥεγεῶνας, unde in Suida ῥεγεωνάρχης dicitur, & apud Hesych. ῥεγιονάρχος, *curator regionis*. nam male ipse interpretatur γειτονιάρχης: is enim est *vico-magister*. CASAUB.

Regiones vicosque] *Vicos regionesque* Hulf.

Annui magistratus] Si Suetonium recte intelligo, non novos ad id, de quo loquitur, magistratus instituit Augustus: sed ordinariis, ut puta praetoribus, tribunis, atque aedilibus, hanc quoque curam extra ordinem demandavit, facta sortitione, quam quisque regionem tueretur. Sicut neque urbem in regiones vicosque primus divisit, sed cum ante sic divisa esset, quis quamque regionem aut vicum curaret, constituit. Vide l. III. de Offic. Praef. vigilum. Inf. Claud. cap. XVIII. *Auxilio plebem per magistratus ex omnibus vicis convocavit.* De vicorum autem magistris Tib. capite ultimo. Victor *vico-magistros* vocat, Dion, στενωπάρχας lib. LV. quem vide. TORR. Viterb. *lecti*. Suetonium brevitas interdum reddit obscurum, ut hic: quod enim ait de annuis magistratibus, quibus commissae regiones urbis, tam de novis magistratibus in eam rem creatis potest intelligi, quam de ordinariis. quae sententia verior. neque enim novi magistratus creati ex institutione Augusti, qui curarent regiones, ut falso docti quidam tradunt: sed eam curam curavere aediles, tribuni, praetores. Idque ad Severi tempora servatum. Haec omnia Dio in actis anni DCCXLVII. clarissime docet, libro LV. p. 634. cujus verba sic scribenda: Καί τι καὶ ἐκείνων (nempe τῶν ἀγορανόμων, non, ut Xylander, τῶν στενωπάρχων) καὶ τῶν δημάρχων τῶν τε στρατηγῶν πᾶσαν τὴν πόλιν εἰς δεκατέσσαρα μέρη νεμηθεῖσαν, κλήρῳ προσετάχθη· ὃ καὶ νῦν ἔτι γίνεται). Legitur vulgo κλήρων mendose; nam vel κλήρῳ scribendum; vel sic, κλήρῳ σφίσι διῃρημένων προσετάχθη. In descriptionibus Urbis Victoris & Rufi, duo curatores Urbis regioni cuique assignantur: quod cujus principis sit inventum, nescio. Augusti non esse, hoc scio. Vicorum magistros autem, sive viocuros, jam inde ab antiquissimis temporibus Romae fuisse, certum est. Fuit & nova Roma in regiones XIV. divisa, habuitque suos curatores & vico-magistros. CASAUB. Etiam nostri tres *lecti*. GRUTER. Vide Marmor apud Boissard Tom. III. Antiq. pag. 98. qui & pag. 99. docet iniisse magisterium Kalendis Aug. BROUCKH. *Magistros* &c. *electos* Cod. Cujac. *magistri e. p. c. vicinia electi* Memm. Harl. Periz. & Edd. Rom. Venet. pr. *vicina electi* Venet. sec. & tert. Lugd. *viciniae electi* reliquae. sed legendum *cujusque viciniae lecti* cum Argent. Ald. Steph. & Salmasio: nam ex *viciniae* ultima litera adhaesit sequenti *lecti*, unde *electi*, ut apparet ex Memmiani & Perizon. lectione *vicinia electi*. & ita millies a librariis peccatum, licet vulgata se tueri possit aliis Suetonii locis, ut sup. XV. XXI. Cicer. pro Quinct. cap. II. *Viris electissimis civitatis*, ubi Lambin. *lectissimis*. sed I. Ver. 6. *meum factum viri lectissimi atque ornatissimi probarant*. sic Just. II. 7. *Legitur itaque Solon*, & centies alibi. & noster ipse *legere militem*, *Senatores* &c. dixit. *Hos* vero deerat in Ed. Rom. BURM.

Adversus incendia excubias nocturnas vigilesque commentus est.] Strabo lib. V. p. 162. Dio lib. LV. p. 648. in anno DCCLIX. & J. C. l. v. Dig. De offic. praef. vigil. Ante aediles incendiorum curam habuerunt, ut ex variis ejusdem Dionis & Appiani locis constat. Erant autem cohortes praefecti vigilum e libertinis conscriptae: propterea alii milites per contemptum eos vocabant *sparteolos*. Ut opinor, a funibus, quorum multus usus in re- stin-

cendia excubias nocturnas, vigilesque commentus est. Ad coërcendas inundationes, alveum Tiberis laxavit, ac repurgavit, completum olim ruderibus, & aedificiorum prolapsionibus coartatum. Quo autem facilius undique urbs adiretur, desumta sibi Flaminia via Arimino tenus munienda, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit. Aedes sacras vetustate collapsas, aut incen-

stinguendis incendiis; vel a sparteis tunicis, quibus erant amicti: vel etiam a genere calceamentorum. nam hujusmodi hominum soleae e sparteis funibus contexebantur interdum, ut docemus alibi. Sic eos nominat vetus Juven. Scholiastes ad haec verba ex lib. XIV. 505.

Dispositis praedives hamis.

notans, *per translationem disciplinae militaris sparteolorum Romae, quorum cohortes in tutelam urbis cum hamis & cum aqua vigilias curare consueverunt vicinis.* Sic accipio apud Tertullianum in Apologia: cap. XXXIX. *Ad fumum coenae Serapicae sparteoli excitabuntur: de solo triclinio Christianorum retractatur.* Innuit elegantissime scriptor Afer, tantum apparatum coenae Serapicae esse solitum, ut milites cohortium praefecti vigilum, illum locum ubi parabatur, observandum haberent: non enim magnum convivium sine magno igne paratur: inde incendii metus, quem ait excitare sparteolos. Nihil etiam vetat eam vocem ibi interpretari de gumiis, lurconibus, & parasitis, quos certum est omnes epularum occasiones sectari. Hujusmodi hominum proprium est *omnis fumi esse non imperitos*, ut ait Apulejus in Apologia; & nos ibi nuper exposuimus. itaque sparteoli venustissime dicentur: quia sparteoli, id est, vigiles dum intenti sunt ad omnem incendii casum, fumos caminorum sollicite observant. Seneca epistola LXVIII. *Intervenerunt quidam amici, propter quos major fumus fieret: non hic, qui erumpere e lautorum culinis & terrere vigiles solet; sed hic modicus, qui hospites venisse significaret.* CASAUB.

Excubias vigilesque] Recte haec distinguit, & *Excubias* hic non de ipsis excubitoribus expono, sed de certis stationibus per urbem dispositis, in quibus major pars excubitorum nocte manerent, & in quibus vigiles disponebantur per vices nocte urbem circumeuntes; cohortes enim vigilum erant VII. quae habebant XIV. *Excubitoria*, ut vocat Victor de regionibus Urbis, & hoc Notitia imperii & alia monumenta docent. Egit de his vigilibus Fabrett. in inscr. cap. IV. pag. 259. & Grotius in Florum sparsione ad L. 1. ff. de offic. praef. Vigil. Ceterum S. Petitus Miscell. III. 21. antea fuisse collegia fabrorum ad hoc adhibita, quibus Augustus vigiles addidit, censet. BURM.

Prolapsionibus] *Perlaxionibus* Exc. Cujac.

Quo autem facilius urbs adiretur.] Dio in anno U. C. DCCXXVII. lib LIII. pag. 585. & in anno DCCXXXIV. lib. LIV. Strabo lib. V. pag. 602. Exstant & nummi in memoriam ejus rei cusi, cum hac inscriptione S. P. Q. R. CAES. AUGUSTO QUOD VIAE MUN. SUNT. Fuerunt & statuae variis locis, cum in urbe, tum per provincias, ob eam curam eidem Augusto positae, ut Dio quoque testatur. Tale est illud monumentum, quod hodieque Emeritae in Hispania reperitur (Gruter. XLIX. 4.)

IMP. CAES. DIVI. F. AUGUSTUS. PONT. MAX. COS. XI. TRIBUNIC. POTEST. X. IMP. VIII. ORBE. MARI. ET. TERRA. PACATO. TEMPLO. JANI. CLUSO. ET. REP. P. R. OPTIMIS. LEGIBUS. ET. SANCTISSIMIS. INSTITUTIS. REFORMATA VIAM. SUPERIOR. COS. TEMPORE. INCHOATAM. ET MULTIS. LOCIS. INTERMISSAM. PRO. DIGNITATE IMPERII. P. R. LATIOREM. LONGIOREMQUE. GADEIS. USQU. PERDUXIT. CASAUB.

Reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia] Hoc verius quam, ut Dio ait, quibusdam e senatoribus: neque ex pecunia manubiali, sed propriis impensis. τοῖς ἄλλοις ἄλλας καὶ τῶν βουλευτῶν ἐπισκευάσαι οἰκείοις τέλεσι προσέταξε. CASAUB.

Flaminia] *Flamininia* Cod. Harl. *Flamminea* Venet. pr. *Flaminea* Lugd. & ita Junta videtur sensisse, qui compendio literarum edidit *Flāmea. flamini aula* Exc. Cujac. de dissensu, qui de reliquis viis, triumphalibus viris distributis, inter Dionem & Suetonium esse a Casaubono notatur, vide Broukhus. ad Tibul. I. VIII. 57. BURM.

Arimino tenus munienda,] Haec desunt Huls.

Aedes sacras vetustate collapsas, aut incendio absumptas, refecit] Vide inscriptionem Lapidis

cendio absumtas, refecit: easque & ceteras opulentissimis donis adornavit: utpote qui in cellam Capitolini Jovis sedecim milia pondo auri, gemmasque ac margaritas quingenties HS. una donatione contulerit. 31 Postquam vero pontificatum maximum, quem numquam vivo Lepido auferre sustinuerat, mortuo demum suscepit,

dis Ancyrani. Ovidius II. Fastorum 59.

Caetera ne simili caderent labefacta ruina,
Cavit sacrati provida cura ducis:
Sub quo delubris sentitur nulla senectus:
Nec satis est homines, obligat ille deos.
Templorum positor, templorum sancte repertor,
Sit superis opto mutua cura tui.

Versu penultimo puto legendum *refector*, non *repertor*. Livius Augustum IV. 20. *templorum omnium conditorem aut restitutorem* vocat. Imitatus est hunc locum ut alios multos ex hoc praesertim libro, Eginhartus de Vita Caroli Magni. *Praecipue tamen*, ait, *aedes sacras ubicunque in toto regno suo vetustate collapsas comperit, pontificibus & patribus, ad quorum curam pertinebant, ut restaurarentur, imperavit.* Casaub.

Utpote qui] *Ut qui* Copes. & Huls. & Mem. qui & *sedecim*.

Gemmasque & margaritas] Auctores fere his vocabulis sic utuntur, ut *gemma* omnis lapillus pretiosus sit, *margarita* concharum partus. JCti vero *gemmas* esse volunt, quae pellucidae sint materiae, velut smaragdi, chrysolithi, amethysti; lapillos vero contrariae superioribus naturae, ut Obsidiani, Vejentani. *Margaritas* autem nec gemmis, nec lapillis annumerant. l. XV. De auro, & argento legato. Sic Horat. Carm. III. Od. XXIV. *Gemmas & lapides, aurum & inutile.* & Plin. initio lib. XXXVII. *gemmas violari signis nefas ducebant.* id enim de pellucidis intelligo. Torr. Manilius lib. V. 509.

Hinc angusta nitent sacratis munera templis
Aurea phoebeis certantia lumina flammis,
Gemmarumque illi radiantes lucibus ignes.

Vide Macrobium Saturnal. lib. III. cap. XVII. & quae ad Manilii superiorem locum Josephus Scaliger de harum gemmarum & margaritarum usu adnotavit. Casaub.

Quingenties HS.] *Quingenties sestertii* Memm. quod recepit Jac. Gron. quum aliae editiones nota solita HS. exprimant, vel *sextertium* vel *sestertium* habeant.

31. *Pontificatum maximum suscepit,*] Hoc deerat ad implendum omni ex parte jus αὐτοκρατορίας. duobus enim continetur respub. omnis, religionum caerimoniis, & legibus humanis: quorum utriusque cura & potestas olim penes Reges fuit. estque is mos antiquissimus, ut ex Aristotelis lib. III. Polit. notare olim meminimus ad XIV. Strabonis. Vide eundem Philosophum lib. VI. cap. ult. & Synesium epist. CXXI. Postea cum rebus mutatis vetera regna defecissent, vestigium nihilominus ejus rei in plerisque rebuspub. servatum est: in quibus creati sunt reges sacrificuli, qui potestate caetera privati, religiones curabant: regium vero nomen ἱερὸν ὄνομα, ait Dionysius lib. IV. cap. 79. retentum est. Hi sunt, quos Graeci [illegible] & βασιλεῖς ἱερῶν vocant: quales diu fuisse in multis Graecorum civitatibus, certissimum est ex Aristotele & veteri historia. At barbarorum plerique, ait Clemens Alexand. VII. Strom. pag. 517. priscum institutum constanter retinuerunt. Ὅθεν, inquit, hoc ipsum intelligens, ἔτι καὶ νῦν παρὰ τοῖς λογιωτάτοις τῶν βαρβάρων [illegible], τὸ ἱερατικὸν γένος εἰς βασιλείαν προηγούμενον. Romani Graecos per omnia sunt secuti: nam & primi reges ipsorum augures, & postea privati sacerdotiis praediti rempub. religionum auctoritate rexerunt, ut scribit Cicero I. de Divinat. 40. Augustus ergo ne quid illi ad summam potestatem deesset, Pont. Max. anno DCCXI. prid. Non. Martii creatus est. Dio lib. LIV. pag. 619. & Ovidius in Martio III. Fast. 420. Permansit mos ab eo traditus ad Gratianum usque: qui primus ex Impp. Christianis descivit ab hoc majorum instituto, Constantini, Constantii & caeterorum exemplo neglecto. Auctor Zosimus lib. IV. Casaub.

31. *Nunquam vivo Lepido*] Quem tamen spoliatum exercitu Circejos in perpetuum relegaverat. Sup. cap. XVI. Verum quia pontificatus non nisi cum vitae munere ponebatur, Augustus (quod lib. I. de Clementia tradit Seneca) honorem illum vocari, non spolium voluit. Nec vero pontificatus tantum, sed & caetera sacerdotia perpetua fuere, ut ne exules quidem sacerdotio privarentur. quod de Arvalibus a Romulo institu-

tis

pit, quidquid fatidicorum librorum Graeci Latinique generis, nullis vel parum idoneis auctoribus vulgo ferebatur, supra duo milia contracta undique cremavit, ac solos retinuit Sibyllinos: hos quoque delectu habito: condiditque duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi. Annum a D. Julio ordinatum, sed postea negligentia conturbatum atque confusum, rursus ad pristinam rationem redegit: in cujus ordinatione Sextilem mensem e suo cognomine nuncupavit, magis quam Se-

tis tradit Plin. lib. XVIII. cap. II. Sed aliter ejus nepos Plin. Secundus epist. VIII. lib. IV. Mortuus autem Lepidus A. U. DCCXI. honoremque Augustus prid. Non. Martias ingressus est. TORR. Plutarchus Quaest. Rom. XCIX. auguribus hoc jus proprium esse ait, ut ne damnati quidem sacerdotio priventur: de reliquis vero negat diserte. quod miror. Cassiodorus in Patritiatus formula lib. VI. init. *Mox ut datus fuerit, in vitae tempus reliquum homini fit coaevus, ornatus individuus, cingulum fidele, quod nescit ante deserere quam de mundo homines contingat exire. credo ad similitudinem pontificatus, unde venerat, rem fuisse formatam: quia sacerdotium non deponunt, nisi quum vitae munera derelinquunt.* Eo alludunt Imperatores, cum scribunt sic: *Hi veluti dicati infulis mysterium perenne custodiant.* nam *dicati infulis* sunt pontifices leg. CXXII. de Decurionibus in Theodos. C. CASAUB. Vide Crenii Animad. Philol. T. IV. 83. BROUCKH.

Mortuo demum] *Mortuo deinde* Codd. Periz. Harlem. Edd. Venet. tres. & Campan.

Fatidicorum] *Fastidicorum* Cod. Copes.

Delectu] *Dilectu* Memm. Copes. Hulf. sed omnes fere editi *delectu*. vid. inf. LXXIV. Neron. XXXVII. Cal. XLIII. Vitel. XV. & alibi. & ad Ovid. X. Met. 324.

Condiditque] *Addiditque* Harlem. Cod. & Edd. Venet. sec. & tert. sine dubio pro *abdiditque*. ut Cod. Periz. a. m pr. & in marg. *condiditque*. BURM.

Sub Palatini Apollinis basi.] Recte ut fatidicorum librorum custos esset; qui & vatibus, & vaticiniis omnibus praefuit. De quo eleganter Macrob. Saturn. extremo lib. V. Sic porro Caesari dictatori decretos a senatu honores, literis aureis in columnas argenteas inscriptos, sub pedibus Jovis Capitolini collocatos fuisse, auctor est Dion lib. XLIV. *Fatidicos* autem *libros* vocat, ut *fatidicae vatis, fatidicae Mantus, fatidici oracula Fauni* dixit Virgil. Livius *vaticinos* lib. XXV. & XXXIX. male enim vulgati codices *vaticinios* scribunt. Sueton. Caes. cap. LXXIX. *fatales*, sicut & Vopiscus Aureliano, & *fatalia carmina* Ausonius, quod populi Romani fata continebant. Eos Claudian. intellexit de Bello Getico, cum ait: *Quid carmine poscat Fatidico custos Romani carbasus aevi.* TORR. Et hic *Apollonis* Memm. ut sup. c. XXIX.

Annum a D. Julio ordinatum] Quia anni ratio in potestate Pontificis fuit, propterea hic de emendatione anni agit. CASAUB. *Annum D. Julio Ord.* Exc. Cujac.

In cujus ordinatione] *Ordinationem* Codd. Copes. Harl. Periz. Edd. Rom. & omnes quas vidi, praeter Graevianam & Gronovii. Nam recentiores praeter Raphelengianam vix consulo. In margin. Torrentianae erat *ordinatione* editum, & Scriverius ita scribi jubet. BURM.

Sextilem mensem a suo cognomine] Tres libri optimi *e suo nomine*, ut non semel etiam Varro, & ipse Cicero nomen pro cognomine posuerunt. Non solum autem eodem mense, sed & die, quo capta fuit Alexandria, alia Augusto feliciter evenisse, testatur Horat. Carm. IV. Od. XIV. Sed & Dion lib. LI. inter alios post bellum Actiacum decretos ei honores recenset, ut dies quo capta est Alexandria, festus haberetur, & ab eo anni numerari inciperent. verum quo mense, aut die capta fuerit, non addit: tantum initio ejus libri pugnatum scribit apud Actium IV. Non. Septembris, a quo die Augusti imperium coeperit. TORR. Censorinus: *Qui autem ita Sextilis fuerat, C. Martio Censorino, C. Asinio Gallo coss: in Augusti honorem dictus est Augustus, anno Augustorum vicesimo.* CASAUB. Senatusconsultum in hanc rem extat apud Macrobium I. Satur. 12. vid. Jos. Castal. Decad. VIII. obs. I. BROUKH.

E suo cognomine] Sic Pal. sec. ac tert. nam pr. favet Torrentii libro, in quo, *e suo nomine*. antea editi, *e suo cognomine*. GRUT. Ego in omnibus inveni *e suo cognomine*. & hoc rectum puto. nomen enim Julius fuit, sed cognomen aut potius agnomen *Augustus* fuit. ut mensis sextilis dehinc dictus

Septembrem, quo erat natus: quia hoc ſibi & primus conſulatus & inſignes victoriae obtigiſſent. Sacerdotum & numerum & dignitatem, ſed & commoda, auxit: praecipue Veſtalium virginum. cumque in demortuae locum aliam capi oporteret, ambirentque multi, ne filias in ſortem darent: adjuravit, ſi cujuſquam neptium ſuarum competeret aetas, oblaturum ſe fuiſſe eam. Nonnulla etiam ex antiquis cerimoniis paullatim abolita reſtituit: ut Salutis augurium, Diale flaminium, ſacrum Lupercale, ludos Seculares & Compitalicios. Lupercalibus vetuit currere imberbes: item, Secularibus ludis juvenes utriuſque ſexus prohibuit ullum nocturnum ſpectaculum frequentare, niſi cum aliquo majore natu propinquorum. Compi-

ctus fuit. BURM.

Magis quam Septembrem, quo erat natus] Soliti veteres eum diem, qui ſibi ad honores aditum patefeciſſet, non minore aut etiam majore colere religione, quam illum, quo ſolem primum viderant. Ea cauſſa eſt, cur Sextilem menſem praeferat Octavius Septembri. Sic Cicero diem, quo redierat ab exilio, & prioribus honoribus fuerat reſtitutus, modo *παλιγγενεσίαν* ſuam vocat, ut ad Atticum VI. epiſt. VI. modo *natalem reditus ſui*, ut lib III. epiſt. XX. CASAUB.

Primus conſulatus] Vid. Caſtal. obſerv. Decad. VIII. cap. I. per *inſignes victorias* Velſerus Epiſt. II. ad Scaligerum & in rebus Auguſt. lib. II. Alexandrinam & Rhaeticam intelligit.

Sacerdotum] Hoc ad XV-viros ſacris faciendis & libris Sibyllinis inſpiciendis refert. Joſ. Caſtal. Decad. VI. obſ. 9. BROUKH.

Sed & commoda] *Sed* deeſt Cod. Periz. Longol. ad Plin. X. Ep. 66. ſubintelligi, *non modo numerum* &c. videtur velle.

Aliam capi] Libri duo *capi aliam*. Verbum autem pontificum eſt. proprie enim virgines Veſtales, uti & Flamines, *capi* dicebantur. De quo Gellius lib. I. cap. XII. quem vide. TORR. Κυριολογία, ut ex A. Gellio & aliis notum. ſic *dictus dictator*, *flamen proditus* dicuntur proprie, ut notat Curius Fortunatianus lib. III. etſi hoc non perpetuum. In gloſſis ſcriptum eſt: *Captam*, τὴν ἐπὶ στυγήσει οἰκίαν. mirum interpretamentum. ſcio, quid ſit in ritibus ſacris *captus locus*: hic magiſter quid ſibi voluerit, neſcio. Puto tamen ſcriptum ab eo non οἰκίαν, ſed φιλίαν. exiſtimavit captam dici eam, quae per parentes in ea cauſſa ſit, ut capi ſacerdos poſſit. Verum alia quoque multa ſpectata fuiſſe in legenda virgine Veſtali, liquet. Vide apud Gellium lib. I. cap. 12. Non igitur tam male quam parum dixerit Græcus ille magiſter. CASAUB. *Capi aliam*. etiam Codd. Periz. Harlem. Edd. Rom. & plures veteres.

Darent] *Dares* Cod. Hulſ.

Abolita] *Amboleta* Cod. Harlem.

Salutis augurium] Auguſtus poſt tres illos celeberrimos triumphos ſuos eodem tempore, quo Janum clauſit, etiam Salutis augurium fecit. neutrum enim niſi quieto imperio fieri poterat. Idem vero, intermiſſum annis quinque & viginti, placuiſſe continuari ſub Claudio, auctor eſt Tacit. lib. XII. Annal. 23. Meminit ejus Cicero lib. I. de Divinatione 47. Qui plura volet, Dionem videat lib. XXXVII. & Politianum Miſcellan. cap. XIII. De Diali quoque Flaminio idem Dion lib. LIV. TORR. Intermiſſum per annos XLIV. a Ciceronis & Antonii conſulatu, ad V conſulem Auguſtum & S. Apulejum. Auctor Dio, qui ſine ratione, ut arbitror, & lib. XXXVII. & LI. Ὑγιείας οἰώνισμα Graece vertit: nam *Salus* hic, vel ipſo teſte, non ὑγίεια, ſed σωτηρία. CASAUB.

Diale flaminium,] Vide inſcriptionem Ancyranam. CASAUB.

Flaminium] *Flamonium* Memm. & Hulſ. *Flamenium* Copeſ.

Sacrum Lupercale] Celebratum paucis diebus ante Julii Caeſaris necem, poſtea neglectum. CASAUB.

Ludos Saeculares] Hos celebravit Auguſtus A. U. DCCXXXVI. C. Furnio & C. Junio Silano coſs. Quo tempore Horat. Annos natus XLVIII. carmen, quod Seculare inſcribitur, in Auguſti gratiam fecit. Exſtant etiam ea de re Auguſti nummi complures, inter quos unus cum hac inſcriptione



IMP. CAES. AUG. LUD. SAEC. XV. S. F. id eſt XV-viri ſacris faciundis. TORR. Coſſ. C. Furnio C. F. & C. Junio C. F. Silano. CASAUB. Ita Cen-

pitales Lares ornare bis in anno instituit, vernis floribus, & aestivis. Proximum a Dis immortalibus honorem memoriae ducum praestitit, qui imperium populi Romani ex minimo maximum reddidissent. Itaque & opera cujusque, manentibus

Censorin. cap. XVII. circa finem. At Zosimus lib. II. Hos ludos L. Censorino & C. Sabino Coss. factos esse auctor est. BERNEGG.

Juvenes] Vide ad Phaedr. II. fab. 2.

Spectaculum] *Exspectaculum* Memm. & supr. Caes. XXXIX. & alibi.

Compitales lares] Sic dicti, quod, ut Ovid. cecinit II. Fast. 615.

- - - compita servant,
Et vigilant nostra semper in aede Lares.

Tertullian. de Spectaculis: *Ara Consi, qui Neptunus est, in Circo defossa est sub terra ad primas metas, cum inscriptione hujusmodi: Consus consilio, Mars duello, Lares comitio potentes.* Quo loco sunt, qui *compito* pro *comitio* legendum putent. Verum ut *compita*, sic *comitia*, quod plures in unum viae confluant, appellantur. Vide Macrobium lib. I. cap. VII. Varronem lib. IV. Ling. Lat. Festum in *Compitalia*, & in *Laneae*, item *Maniae*; Plinium extremo lib. XXXVI. Dionysium Antiquit. Roman. lib. IV. TORR. In V. C. est, *compitalitiis lares ornari bis anno.* URSIN. Veteres quidam *compitalitiis*, ut Ursini & editi quidam. Placet: repetendum enim ex superioribus *ludis*: & sic dictum est *lupercalibus* & *secularibus*. Mos Suetonii fere perpetuus, ut quae junctim proposuit, ea exsequatur sigillatim eodem ordine. sed an fuerunt gemina compitalia? in veteri Kalendario semel notata sunt sexto Non. Maj. in eodem tamen Larentinalia annotantur inter Decembris festos dies: & satis constat ex Dionys. Halicarnas. IV. 18. non longo intervallo a Saturnalibus acta quondam compitalia: Varro lib. V. de Lingua Lat. *Compitalia dies attributus Laribus: quotannis is dies concipitur.* unde discimus, aetate Varronis non fuisse nisi una compitalia: eorumque diem, ut fere conceptivarum omnium feriarum, fuisse incertum. Proprie autem *Lares ornare* dixit, vel *ornari*, ut in Viterb. aliisque scriptum lib. VI. cap. 46. *Kal. Janu. exornati lares in ipso sacrificii apparatu conciderunt*, quod interpretor de privato Larium cultu, non publico per compitalia. Festus: *Donaticae coronae dictae, quod his victores in ludis donabantur, quae postea magnificentiae caussa institutae sunt super modum aptarum capitibus, quali amplitudine fiunt, cum lares ornantur.* CASAUB. Pall. tres *ornari*, sed placet magis quod reperit in suo Ursinus, *compitalitiis lares ornari bis* &c. GRUT. Ita & Graevius. *compitales* vero servant omnes scripti nostri & editi, nec facile mutem, licet blandiri prima specie alia lectio possit: nam mihi quid scabri in ea esse videtur, nec probari video Compitalitios ludos bis in anno celebratos, aut eleganter dici, *compitalitiis ludis, bis in anno lares ornare instituit.* pro binos instituit in anno compitalitios ludos, in iisque ornari lares jussit, quum vulgata sensum faciliorem efficiat, nimir. bis ornari lares, licet forte non essent bini ludi in anno: recte vero huc advocant veterum interpretum verba ad Horatii II. Sat. III. 281.

Libertinus erat, qui circa compita siccus
Lautis mane senex manibus currebat.

ubi Acro adnotat, *Augustum jussisse in compitis Deos penates* (Porphyrion, *lares, id est deos domesticos*) *constitui, ut studiosius colerentur, erant autem libertini sacerdotes, qui Augustales dicebantur.* ubi certe de Augustalibus error est, qui post Augusti mortem demum instituti. vid. ad Petron. cap. XXX. *ornari* etiam Exc. Cujac. BURM.

Bis anno] *Bis in anno* Codd. Periz. Harlem. Editiones Rom. Venetae, Lugd. Junt. Ald. Bonon. Gryph. & aliae veteres. sic *in utroque anno* Caes. LXXVI. *bis in mense* inf. c. XXXV. vid. ad Caes. XXXVIII. BURM.

Vernis floribus & aestivis.] Plautus prologo Aulul. sub persona Laris de Euclionis filia: *Aut ture, aut vino, aut aliquo semper supplicat, Dat mihi coronas.* Horat. lib. II. Epist. ad Augustum: *Floribus, & vino Genium.* &c. Sueton. Ner. cap. XLVI. *Kal. Januariis exornati Lares.* Quamquam eum locum ad Augusti praescriptum non retulerim. TORR. Nam ver atque aestas floribus coronariis generandis aptissimae sunt tempestates. Ideo Theophrastus & alii sapientes στεφανωματικὰ ἄνθη distinguunt in ἐαρινὰ & θερινά, etsi certum in εὐδιεινοῖς praesertim locis, etiam autumno, etiam hieme flores nasci. CASAUB.

Imperium Populi] *Imperium R.* Copes.

Itaque & opera cujusque, manentibus titulis, ve-

bus titulis, restituit: & statuas omnium triumphali effigie in utraque Fori sui porticu dedicavit. Professus est edicto, *commentum id se, ut illorum velut ad exemplar & ipse dum viveret, & insequentium aetatum Principes exigerentur a civibus.* Pompeji quoque statuam contra theatri ejus regiam, marmoreo Jano supposuit, trans-

restituit:] De his titulis sentit Vellejus Paterculus lib. II. cap. 39. *D. Augustus, praeter Hispanias, aliasque gentes, quarum titulis forum ejus praenitet, paene idem facta Aegypto stipendiaria, quantum pater ejus Gallia, in aerarium reditus contulit.* CASAUB.

Statuas omnium] Ab ipso Aenea & Romulo. Ovid. lib. V. Fastorum, 563. de Marte Ultore loquens, cui aedes in foro Augusti:

Hinc videt Aenean oneratum pondere charo,
Et tot Iüleae nobilitatis avos.
Hinc videt Iliaden humeris ducis arma ferentem,
Claraque dispositis acta subesse viris.
CASAUB.

Lipsius suspicatur has esse disjectas a Caligula, de quibus cap. XXXIV. in ejus vita.

Professus est] Mallem abesse illud *est*, quo periodus haec penderet adhuc a superioribus. GRUT.

Ut illorum velut ad exemplar] Sic prima editio: Mss. plerique sic, *ut ad illorum velut ad exemplar.* scripserim, *ut ad illos velut ad exemplar.* CASAUB. Etiam nostri tres, *ut ad illorum velut ad exemplar.* sed sane alterutrum *ad* redundat. Ceterum factum istud Augusti non nisi sapiens videri queat. nam ut placet Sallustio in Jugurth. cap. 4. *saepe audivi ego Q. Maximum, P. Scipionem praeterea civitatis nostrae praeclaros viros solitos ita dicere: cum majorum imagines intuerentur, vehementissime animum sibi ad virtutem accendi. scilicet non ceram illam, neque figuram tantam vim in se habere: sed memoria rerum gestarum eam flammam egregiis viris in pectore crescere, neque prius sedari, quam virtus eorum famam, atque gloriam adaequaverit.* GRUT. *Ut ad illorum velut ad.* Memm. Copes. *ut ad illorum velut exemplar* Exc. Cujac. Edd. Bonon. Steph. Anton. Gryph. *ut illorum velut exemplar* Harlem. Edd. Venetae tres, Junt. Ald. Arg. Basil Plant. Seb. Gryph. Colin. & Doleti & aliae: vid. ad Caes. LXXXIV. ubi *adsimulacrum*, & etiam alii *ad* abjiciunt. *Exigere* vero recte exposuit Cl. Graevius. vide quae nos ad Ovid. XVII. Epist. 177. diximus. BURM.

Insequentum aetatum] *Aetatium* Memm. ita *Propinquitatium* Oth. I. vide Quinctil. II. 5. & quae adnotavimus ad Vell. Paterc. II. 89. ita *Hereditatium*, *optimatium* & similia passim apud nostrum & alios. BURM.

Contra theatri ejus regiam,] Pompejus post exstructum famosissimum illud theatrum, circircumdedit ei cum alia opera, quod Vellejus ait, tum etiam domum, ut illa erant tempora, admodum magnificam: ipso mortuo videtur, aut illa aut aliud quoddam aedificium ex iis, quae theatro adjuncta (quorum praeter Vellejum etiam Appianus meminit) *regiae* nomine affectum. Ait autem *regiam theatri Pompejani*, quia, ut Plutarchus in Pompej. cap. 65. ait, quasi appendix theatri fuit ea domus & ἐφόλκιον, ut ipse nominat. sic potius hunc locum interpreter, quam ut Torrentius, *theatri regia*, hoc est, *theatrum regale opus.* CASAUB.

Marmoreo Jano supposuit] Lib. unus *superposuit.* Hinc Scoppa Collectaneis, legendum putat *superimposuit*, sed male. *Janos* enim vocabant transitiones pervias, quales multas Domitianus tota Urbe exstruxit. Sub tali igitur Jano, aut fornice, si mavis, pervia Pompeji statuam Augustus posuit. Non satis autem intelligo, quam Pompeji regiam hic dicat Sueton. Sensus exigit, ut e regione theatri posita fuerit. Interpretes pro basilica exponunt, sed addere debebant, quae illa fuerit. nam de curia Pompeji certe non loquitur. Quare existimo theatrum ipsum, uti opus regale, vocari regiam. TORR. Legendum, *marmoreo Jano supposuit* &. & tum hic, tum infra *Ianus* accipiendus est pro arcu marmoreo & fornicata transitione. URSIN. Haec (*supposuit*) omnium veterum lectio. *Jani*, quos *transitiones pervias* Tullius II. de N. D. 27. interpretatur, magna hominum frequentia soliti celebrari, ut fora. Ammianus Marcellinus lib. XXVIII. cap. 4. *Potiores auctoritate longaeva, per Janos & fora clamitant saepe, Rempub. stare non posse*

translatam e curia, in qua C. Caesar fuerat occisus. Pleraque pessimi exempli 32 correxit, quae in perniciem publicam, aut ex consuetudine licentiaque bellorum civilium duraverant, aut per pacem etiam exstiterant. Nam & grassatorum plurimi palam se ferebant succincti ferro, quasi tuendi sui caussa: & rapti per agros

posse. Livius lib. XLI. 27. de colonia quadam loquens: *Fulvius Flaccus locavit forum porticibus tabernisque claudendum, & Janos tres faciendos.* Sunt codices non postremae notae, in quibus *Jano superposuit*, ut intelligamus, Jano superpositam Pompeji statuam tanquam arcui triumphali, vel alicui columnae: quod scimus & Romae & Constantinopoli saepe factum in Principum statuis. CASAUB. Secutus sum trigam Pall. utique cum ita etiam exstaret in aliorum membranis. Vulgo erat *marmoreo J.no suppofuit*. GRUT. *Superposuit* Codd. Periz. Copes. Edd. Bonon. & Steph. Vir doctus in ora Plantin. Ed. legebat, *statuam contra theatrum ejus, marmoreo* &c. ejecta voce *Regiam.* sed *Regiam* vindicarunt viri docti, quos Pitiscus laudat. BURM.

Quae in perniciem publicam duraverant] Sic Ulpianus l. 82. ad l. Falc. *Residua centum durabunt in obligationem.* GOESIUS. *Correxit quae* decrant Memmiano.

32. *Per pacem exstiterant.*] Id est, emerserant, exorta fuerant. Lucret. lib. III. *pallorem exsistere toto corpore.* & lib. VI. *Exsistit sacer ignis.* lib. I. Rhetoricor. ad Herennium: *Si furiosus exsistet, agnatorum, gentiliumque in eo, pecuniaque ejus potestas esto.* Quod Tuscul. III. veluti interpretans ipse Cicero: *Si furiosus* (inquit) *esse incipit.* TORR.

Grassatorum plurimi palam se ferebant succincti ferro,] Id suis temporibus Juvenal. conqueritur Sat. III. 302.

Interdum & ferro subitus grassator agit rem.
Adde Suetonium Tib. cap. XXXVII. Sunt autem *grassatores*, de quibus facete Plautus Amphit. *pugni dant ventri victum.* De iisdem Tibull. lib. I. El. II.

> *Nec sinit occurrat quisquam, qui corpora ferro*
> *Vulneret, aut rapta praemia veste petat.*

Unde & *praemiatores* dicti apud Nonium. Callistrat. l. XXVIII. de poenis: *Grassatores, qui praedae causa id faciunt, proximi latronibus habentur: & si cum ferro aggredi & spoliare instituerunt, capite puniuntur. utique si saepius, atque in itineribus id admiserunt. Grassari* ergo proprie est sine ferro aggredi, praedae plerumque, aut etiam lasciviae causa. Eleganter itaque Horat. lib. II. Sat. V. 93. *Obsequio grassare.* & Livius lib. XLV. *qui assentando multitudini grassantur.* Unde *grassari* pro adulari apud Festum. Et hoc est, quod *rixas* a *grassaturis* distinguit Saturnin. l. XVI. de poenis. TORR. Et Roma & circumjecta Italia perpetuo obnoxiae huic periculo, quo ne nunc quidem carent. Refero huc Appiani locum Ἐμφυλ. lib. V. pag. 746. Ἀνεδιδράσκε δὲ τῷ φανερῷ τῇ τε Ῥώμης αὐτῆς καὶ τῆς Ἰταλίας (vel τῆς ἄλλης Ἰταλίας) ἀδεῶς. In vulgatis editionibus scriptum est τῆς Σικελίας. eamque lectionem videntur confirmare, quae deinceps narrantur: sed qui attentius locum legerint, mihi assentientur. Juvenalis querela est de suis temporibus III. Sat. 303.

> - - - *nam qui spoliet te*
> *Non deerit, clausis domibus postquam omnis ubique*
> *Fixa catenatae siluit compago tabernae.*
> *Interdum & ferro subitus grassator agit rem.*
> *Armato quoties tutae custode tenentur*
> *Et Pomptina palus & Gallinaria pinus.*
> *Sic inde huc omnes tanquam ad vivaria currunt.*

Appianus alibi IV. Civil. p. 607. grassatorem hac periphrasi describit, ἄνδρα λῃστεύοντα τοὺς παροδεύοντας καὶ ἐπὶ ἔργῳ κατειλημμένον. Caeterum de hujusmodi latrunculatoribus, & eorum inhibitione, lege quae observata sunt Jacobo Cujacio libro XIX. cap. XI. CASAUB.

Rapti per agros viatores sine discrimine, liberi, servique, ergastulis possessorum supprimebantur:] Similis improbitas exstitit mancipum panis gradilis temporibus Theodosii, ut plures illorum temporum scriptores ostendunt. Auctor Historiae miscellae lib. XIII. 2.: *Horum panum mancipes tempore procedente pistrina publica latrocinia esse fecerunt. cum enim essent molae in locis subterraneis constitutae per singula latera earum domunum tabernas instituentes* Mox: *Arte mechanica in molam de taberna cadebant, & hoc patiebantur maxime peregrini: & ita la-*

gros viatores sine discrimine, liberique, servique, ergastulis possessorum supprimebantur: & plurimae factiones, titulo collegii novi, ad nullius non facinoris societatem coibant. Igitur grassatores, dispositis per opportuna loca stationibus, inhibuit: ergastula recognovit: collegia, praeter antiqua & legitima, dissolvit: tabulas veterum

tebant clausi, ut multi usque ad senectutis tempus laborantes, inde non permitterentur exire, existimantibus eorum propinquis esse defunctos. CASAUB. Petronius in fragmentis cap. cv. *Triphaena lacrimas effudit, decepta supplicio, vera enim stigmata credebat captivorum frontibus impressa, sciscitarique submissius coepit, quod ergastulum intercepisset errantes* &c. Verum de hisce viantium interceptoribus non poenitenda collegimus in Suspicionibus nostris, ut etiam de iis, qui lupanaria instituebant, ibidemque deprehensos inde traducebant ad operas subterraneas. GRUT. *Rapi* Harlem. Edd. Venet. sec. & tert.

Liberi servique] *Liberique servique* Codd. Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Basil.

Ergastulis possessorum] *Possessio* & jus possidendi, & rem ipsam quae possidetur, ut puta villam, aut fundum, significat. Hinc *possessiones* (inquit Festus) *appellantur agri late patentes, publici, privatique. Possessores* itaque vocat Sueton. dominos ipsos possessionum, ut sup. XIII. De ergastulis vero villarum Columella lib. I. cap. VIII. Adde locum Suetonii Tib. cap. VIII. Atque hinc commodius Juvenalem intelligemus Sat. XIV. 24.

> *Quem mire afficiunt inscripta ergastula, carcer*
> *Rusticus.*

& Sat. VIII. 180.

> *Nempe in Lucanos aut Tusca ergastula mittas.* TORR.

Ergastulum Graecae originis, non Graeca. illi ἐργάτωνας vocabant. Hesychius: Ἐργάτωνες οἱ ἐν τοῖς ἀγροῖς τόποι, ἔνθα οἱ οἰκέται κοιμῶνται. sed accommodatius mori Romano Scriptor Glossarum: *Ergastulorum*, ἐλευθέρων φυλακῶν. *Ergastula*, τόποι, ἐν οἷς πεδῆται ἐργάζονται, δεσμωτήριον, δεσμός. Vetustiores Graeci & usum horum notant & ἑρμῖνας appellabant. Athenaeus lib. VI. cap. 19. Ἀμερίας δὲ ἑρμῖνας φησὶ καλεῖσθαι τοὺς κατὰ τοὺς ἀγροὺς οἰκέτας. CASAUB.

Possessorum] An *obsessorum*? GUJET.

Plurimae] *Plures* Cod. Periz. Ed. Rom.

Collegii] *Collegi* Memm.

Nullius non facinoris] *Ad nullius facinoris* Ex. Cujac. & Harlem. sed hic *facinore*. vid. ad Caes. LXXVI. recte Erasmus exponit cujusvis.

Grassatores dispositis] *Grassatur ad dispositis* Memm. *Grassaturas* Salmas.

Dispositis per opportuna loca stationibus] Id est, stationariis militibus, & qui eis praeessent, latrunculatoribus. nam & *latrunculatores*, quos Graeci vocant λῃστοδιώκτας, ex illo instituto Augusti profectos opinor. Dispositae sunt etiam in provinciis. Tertullianus in Apol. *Latronibus vestigandis per universas provincias militaris statio sortitur.* Idem Augustus inhibendis latronibus, vel τῇ καθαιρέσει τῶν λῃστῶν, ut Strabo scribit lib. IV. constituendarum publicarum viarum curam suscepit, ne arctae essent, nec praeruptae, nec fallaces, & ponendis grassatorum subsessis accommodae. Illa quoque ratio inhibendorum grassatorum valde placet, quam Aristoteles notavit in Admirandis suis, ut qui loco, in quo latrocinium factum est, sunt proximiores oppidani, aut municipes, aut vicani, latrones exhibere, aut damnum sarcire compellantur: nam & simile quiddam apud Josephum legi de B. Jud. lib. II. cap. XX. CUJAC. XIX. Obs. II.

Ergastula recognovit:] Per Tiberium libro sequenti cap. VIII. sed quin saepius factum etiam per alios, non ambigo. CASAUB.

Collegia praeter antiqua & legitima,] Duae dictiones postremae, *& legitima*, absunt a duobus codicib. ut sensus sit, Augustum nova omnia collegia dissolvisse, quemadmodum & Caesar dictator sup. XLII. TORR. Absunt & ab Ed. Rom.

Tabulas veterum aerarii debitorum exussit.] Tres libri non habent verbum *aerarii.* quos non sequor. In omnibus autem MSS. quos viderim pro *exussit*, *excussit* reperi. Sed Hadriani & Gratiani Caesarum de exustis publicorum debitorum tabulis exempla, a Beroaldo hic relata, & Dionis auctoritas initio lib. LIII. receptam lectionem confirmant. *Excutere* autem minus magnificum, & laboriosum magis. TORR. *Calumniarum:* τοῦ ἐπηρεάζειν, non τοῦ συκοφαντεῖν. Sic in Domitiano IX. *fiscales calumniae.* & in

rum aerarii debitorum, vel praecipuam calumniandi materiam, excussit. Loca in urbe

in Julio xx. *calumniarum metum injecit.* Quid appellet *calumniandi materiam*, declarat eximie lex Impp. Theodos. & Valent. AA. in Cod. Theodos. titulo de Indulgentiis reliquorum. Reliqua hujus periodi paene ad verbum expressit Dio: Τὰ παλαιὰ συμβόλαια τῶν τῷ κοινῷ ὀφειλόντων ἔκαυσε. Unde merito probata eruditis. Torrentio quorundam libb. lectio *exussit*: cum in plerisque scriptum & nos invenerimus *excussit*. Confirmant illam scriptutam similia insequentium Principum exempla non pauca. Spartianus de Hadriano cap. VII. *Ex reliquiis ingentes summas remisit, syngraphis in foro divi Trajani, quo magis securitas omnibus roboraretur, incensis.* Flavius Vopiscus de Aureliano cap. XXXIX. *Tabulas publicas ad privatorum securitatem exuri in foro Trajani semel jussit.* Ausonius in Panegyrico: *Tu argumenta omnia flagitandi publicitus ardere jussisti. Videre in suis quaeque foris omnes civitates conflagrationem salubris incendii: ardebant stirpes fraudum veterum, ardebant seminaria futurarum.* Vide libro IV. ad cap. XV. Appiani narratio lib. V. Ἐμφυλ. utrique lectioni accommodari potest. In antiquis nonnullis est, ut dixi, *excussit.* Nobis placet *exussit*, quem scripturam praeter allata jam exempla stabilit lex Impp. Arcad. & Honor. AA. Cod. Theodos. De Indulgentiis debitorum. ea lege jubentur chartae istiusmodi cremari. Etiam Justini Imp. similem liberalitatem multis versibus decantat Corippus, antiquus & elegans poëta. In ejus verbis caute ista accipe, sub finem lib. II.

* * * *quod nullus avorum*
Augustos unquam cecinit fecisse priores.

Nam id, nisi commoda interpretatione mollias, falsissimum est. Casaub. Habent & nostri *excussit.* sed non male Torrentius, qui verbo illi literam detrahendo totum deplumavit. Sane astutissimum optimis quibusque imperatoribus, non tam *excutere*, quam *exurere* tabulas veteres, demonstravimus largiter ad Taciti illa: *Tabulae exustae sunt, quibus obliterata aerarii monimenta retrahebat Paetus.* lib. XIII. cap. 23. Grut. *Aerarii* deest etiam Copes. & Ed. Rom. *Velut praecip.* marg. Gryph. Praeterea *excussit* est in Memm. Harlem. Copes. Edd. Rom. Venet tribus. Lugd. Junt. & aliis in marg. pro varia lectione, quibus anctoribus *excussit* veram lectionem quis putaret; *exussit* vero ab emendatoribus natam, qui ex similibus exemplis hoc saepe factum fuisse memoriâ repetebant: nam minus vero simile videri posset, ita omnia debita remisisse, ut etiam justa non exegerit, sed illa tantum, in quibus erat calumniandi materia. *excussit* ergo tabulas, id est examinavit, quinam jure deberent, & dubii juris, unde calumnia posset nasci, remisit: non quae liquido patebat deberi: eodem modo ut non omnia collegia dissolvit, sed nova: non omnia loca publica adjudicavit possessoribus, sed tantum quae ambigui erant juris, quia hinc aerarii aut fisci praefecti vexandi materiam possent arripere. Si omnes vero tabulas exussisset, vires aerarii nimis debilitasset. tollere ergo calumnias & lites volebat, non jus certum. nec exempla aliorum Imperatorum efficiunt, ut idem de Augusto statuamus. Obstat tamen, ut fatear, Dionis auctoritas a Torrentio adducta, quare non nimis pugnabimus pro *excussit.* licet paullo ante narraverit Dion propter aerarii angustias, mutuam pecuniam sumsisse, ad spectacula edenda, cui levandae haec exustio non multum convenit, nisi has tabulas, (συμβόλαια vocat Dio) non multas fuisse credamus; & forte exactu difficiles, propter inopiam debitorum, & quia debita haec diu ante contracta erant. Si Dionem enim sequimur, hic non *tabulas veterum debitorum* sed *tabulas veteres*, τὰ παλαιὰ συμβόλαια, legendum esset. nova ergo nomina servavit & exigi non prohibuit, sed veteres tabulas debitorum exussit. quo maxime facit locus Taciti XIII. Ann. 23. a Grutero adductus. Burm.

Loca in urbe publica juris ambigui] Id est, quae publica esse dicebantur magis quam probabantur: alioquin vel ablata possessoribus, vel non nisi imposito solario essent concessa. Simile judicium Domitiani, ut narrat Suetonius in ejus vita cap. IX. Ad hoc controversiarum genus instituti sunt postea, quos *Curatores locorum publicorum judicandorum* nominabant. Vetus lapis (apud Gruter cc. 5.)

T. QUINCTIUS. CRISPINUS. VALERIANUS.
C. CALPETANUS. STATIUS RUFUS.
C. PONTIUS PELIGNUS.
C. PETRONIUS UMBRINUS.

urbe publica juris ambigui possessoribus adjudicavit. Diuturnorum reorum, & ex quorum sordibus nihil quam voluptas inimicis quaereretur, nomina abolevit: conditione proposita, ut si quem quis repetere vellet, par periculum poenae subiret. Ne quod autem maleficium negotiumve impunitate vel mora elaberetur, triginta am-

M. CRASSUS. FRUGI.
CURATORES.
LOCOR. PUBLICOR. JUDICAND.
EX. S. C. CAUSA. COGNITA.
EX PRIVATO. IN PUBLIC. RESTITUER.
Exstat memoria similium judiciorum in aliis inscriptionibus, quas missas facio. CASAUB.

Adjudicavit] *Abjudicavit* Copes.

Diuturnorum reorum,] Modestin. l. XXV. de Poenis: *Si diutino tempore aliquis in reatu fuit, aliquatenus poena ejus sublevanda erit.* Augustus, accedente accusantium malitia, diuturnos reos etiam liberos dimisit. TORR. Variis olim legibus ac S. C. accusantium temeritas & improbitas coercita fuit, ut lege Remmia & S. C. Turpilliano, de quibus habes apud J. C. in Pandect. Tandem vero prodiit saluberrima constitutio, quae anno terminari jussit quaestiones criminales. Exstat ea lex hodieque in Cod. Theodos. lib. IX. tit. XXXVI. Justinianus tempus ampliavit, & biennium praefiniit, leg. III. Cod. *Ut intra certum tempus criminalis quaestio terminetur.* CASAUB.

Si quem quis repetere vellet,] Post accusationis abolitionem vel ex S. C. vel indulgentia Principis, vel ob ferias laetitiamve aliquam aut quamcunque aliam ob caussam, repeti rei possunt intra dies XXX. de quibus vide J. C. Dig. ad S. C. Turpillianum leg. X. & seqq. Hujus juris auctorem facit hic Suetonius clare Augustum: obscure Paulus Juris consultus lege tertia Dig. de Accusat. & Inscript. *Si accusator decesserit aliave quae caussa impedierit, quo minus accusare possit, & si quid simile, nomen rei aboletur postulante reo: idque & lege Julia de vi, & senatusconsulto cautum est. ita ut liceat alii ex integro repetere reum. sed intra quod tempus, videbimus. Et utique triginta dies utiles observandi sunt.* Similem Domitiani constitutionem refert auctor in ejus vita capite nono. CASAUB.

Par periculum poenae subiret.] Vide in Domitiano, capite IX. Calumniatorum poena legitima talio, hoc est, similitudo supplicii: leg. ult. Cod. de Calumniatoribus. Olim lege Remmia calumniae damnatorum fronte inurebatur litera K. Cicero pro Roscio Amerino, & Plinius in Panegyr. unde apud Papinianum, *calumniae damnatus* & *homo integrae frontis* opponuntur, lege XIII. Dig. de Testibus. CASAUB.

Ne quod autem] *Ne quod aut malef.* Edd. Venet. tres, Lugd.

Elaberetur,] *Laberetur* Cod. Hulf. manus docta in ora Steph. Ed. *relaberetur.*

Triginta amplius dies, actui rerum accommodavit.] In multis olim rebus publicis, ut Atheniensi, Tarentina, aliisque, evenisse legimus, ut crescente variis occasionibus dierum festorum numero, tandem plures voluptatibus dicati reperirentur, quam negotiosi & juridici. Idem Romanis evenerat ante Augustum. quod non una Ciceronis in Verrinis querela declarat. Augustus primus, sicut hic narrat Suetonius, huic malo medicinam fecit: idem postea factum a Claudio, ut narrat idem libro quinto cap. XXIII. Simile est, quod in vita optimi principis Marci Antonini Philosophi refert Capitolinus cap. X. Judiciariae rei singularem diligentiam eum adhibuisse: fastis dies judiciarios addidisse, *ita ut ducentos triginta dies annos rebus agendis, litibusque disceptandis constitueret.* quod non temere ab eo historico notatum. vix enim ullo alio tempore, si antiquissima excipias, tot dies negotiosi in anno Romano fuerunt. Potest iniri ratio ex Kalendario veteri, quod hodieque exstat, & historiis. Quid? noster hodie annus quam procul ab eo numero abest? cum quidem jam inde a temporibus Justiniani, dies feriati in anno essent circiter CLX. clara res ex illius Codice, titulo de Feriis. quantum post illa numerus auxerit, videmus. Digna res animadversione alicujus Antonini, si minus Philosophi, saltem Pii. CASAUB. Accumulavimus haud paucos ad hos dies festos pertinentia ad Tacit. lib. XIII. cap. 41. *Cajus Cassius de ceteris honoribus assensus; si pro benignitate fortunae Diis gratiae agerentur, ne solum quidem annum supplicationi-bus*

amplius dies, qui honorariis ludis occupabantur, actui rerum adcommodavit. Ad tres judicum decurias quartam addidit, ex inferiore censu, quae ducenariorum vo-

bus sufficere, differnit, eoque oportere dividi sacros & negotiosos dies, queis divina colerentur, & humana non impedirent. GRUTER. *Ampliatos* pro *amplius* margo Basil. monet alios legere.

Qui honorariis ludis occupabatur] *Honorarii ludi* (inquit Festus) *quos & Liberalia dicebant. Liberalia autem Liberi festa, quae apud Graecos dicuntur* Διονύσια. Sed non existimo tot dies solis Liberalibus occupatos fuisse. Verius fortassis *honorarios* interpretabimur, honoris seu dicis causa sic dictos, non quod ludi vere ederentur; vel eos, quibus praetor praeerat. nam & jus praetorium (quod norunt omnes) *honorarium* appellatur. Prior sententia verior est. TORR. Festi verba sunt: *Honorarios ludos, quos, & Liberalia dicebant.* Ego vero hoc loco *honorarios ludos* interpretor, qui ad honorem edentium pertinerent. Triplex olim ludorum & agonum exhibendorum caussa: deorum religio, mortuorum ὅσια, & edentium honos. qui ex duabus prioribus caussis exhibebantur, sacri fere erant & inviolabiles, eorumque origo prior est & antiquior: *Sero enim transierunt ludi ab honoribus deorum & mortuorum ad honores viventium: quaesturas dico, magistratus, & flaminia ac sacerdotia*, inquit Tertullianus de Spect. cap. XXI. Postea autem ita res in frequenti usu fuit, ut temporibus Augusti nemo aliquem locum honestiorem in rep. sortiretur, quin magnam patrimonii partem in editione spectaculorum impenderet, aut impendisset. Merito igitur Augustus hos potius ludos coërcuit, qui ex ambitione prava originem habebant, quam illos priores. Ita hunc locum interpretor ex Tertulliani lib. de Spectaculis, ubi haec distinctio ludorum & agonum aperte explicatur. Potest & alia afferri ratio praeter superiorem, cur hi ludi a Suetonio *honorarii* cognominentur: nam quia Augusti temporibus plurimi magistratus praetores erant (sedecim enim ab eo constat fuisse aliquando creatos) a majori parte *honorarii ludi*, quasi praetorii, ita potuerunt dici, ut *jus honorarium*, κατ' ἐξοχὴν appellarunt jus praetorium: nam alioquin proprie loquendo, etiam jus aedilitium & aliorum magistratuum, qui honores obtinebant, jura honoraria dici potuerunt. Sic ipsos praetores *honoratum magistratum*, dixerit Ovidius I. Fastorum vs. 52.

Verbaque honoratus libera praetor habet.

etsi, ut ante diximus, non de solis praetorum ludis accipere debemus: sed eorum omnium, qui eo modo propriae ambitioni, & populi voluptatibus serviebant. Caeterum ad hos ludos refero & eorum plerosque, quos vocat Suetonius in Nerone cap. XXI. *privatos.* Intelligo enim ludos a magistratibus aut sacerdotibus propria pecunia honoris sui gratia edi solitos: nam *privati* omnes dicuntur, etiam summi magistratus, respectu Principis, & ita saepe accipiendum in Suetonio & Tacito. sed & eos ludos possumus, ni fallor, ad hoc genus referre, quos extra ordinem in honorem Principis ex ambitioso aliquo decreto senatus fuisse editos legimus: cujus rei exempla in historiis plurima. CASAUB. *Honoratis* Cod. Harlem. Ex. Cujac. Ed. Venet. pr. *honoris* duae reliquae. de honorariis ludis vide quae notat Berneggerus.

Actui rerum] Sic Claud. cap. XV. & XVII. Ner. XVII. Quibus omnibus locis *rerum actus* nihil aliud quam tempus ipsum significat, quo judicia exercentur, ac de rebus agitur, uti & apud Plin. lib. IX. epist. XXV. *Nunc me rerum actus modice, sed tamen distringit.* Idque apertissime sic esse ostendit Capitolin. M. Antonino. cap. X. *Fastis* (inquit) *dies judiciarios addidit, ita ut ducentos triginta dies annuos rebus agendis litibusque disceptandis constitueret. Dies judiciarios* vocat, quos *negotiosos* alicubi Tacitus, & *rerum actum* Suetonius. TORR. Erasmus explicat *actui rerum*, pro agendis rebus.

Quartam addixit,] Sic lib. MSS. omnes. Sunt tamen qui *addidit*, & qui *adduxit* legendum putent. *Addici* autem *judices arbitrique* dicebantur, cum vel a praetore dabantur, vel a litigantibus sumebantur. Exempla saepe obvia apud JCtos nostros, ut leg. XXXIX. XLVI. & LXXX. de judiciis, eosque qui de agrorum limitibus scripsere. Sueton. tamen Calig. cap. XVI. *Ut levior* (inquit) *judicantibus labor fieret, ad quatuor priores quintam decuriam addidit.* Neque eo loco dissentiunt codices. Item Galb. cap. XIV. *Judicibus sextam decuriam adji-*

vocaretur, judicaretque de levioribus summis. Judices a vicesimo aetatis anno adlegit: id est, quinquennio maturius quam solebant. At plerisque judicandi munus

adjici precantibus. Et sane aliud est judicem addicere, aliud decuriam novam judicum instituere. Non repugnabo igitur ei, qui *addidit* pro *addixit* legendum esse contendat. nam & ex illis tribus praetoris verbis *do*, *dico*, *addico*, non tam ultimum, quam primum ad judicis arbitrive dationem referimus. Illud potius inquirendum, quo modo tribus judicum decuriis quartam addidisse Augustum Sueton. scribat, cum Divus Julius judicia ad duo tantum judicum genera redegerit, equestris ordinis, ac senatorii, remotis tribunis aerarii. Sup. Caes. cap. XLII. Et Antonius quidem interfecto Caesare centuriones militesque legionis Alaudae duabus illis centuriis adjecit, quo nomine eum exagitat Cicero Philipp. I. magis tamen crediderim hoste judicato Antonio judicia ad tribunos rediisse. Illud etiam exponi velim, quae res Novembri, & Decembri mense agi solitae, deinceps omitterentur. An forte tunc cessabat rerum actus, neque judicia fiebant? Quod non existimo. quid enim proderat rerum actui adjecisse dies triginta, si adempti menses duo? Sed tamen hi duo menses paene toti feriis occupabantur. Torr. V. C. habet *addidit*, pro *addixit*. Ursin. Quae ratio Augustum impulit, ut tempora judiciorum amplificaret, eadem ut judicum numerum augeret. Quot & quales Romae mutationes in re judiciaria acciderint, quia ex Cicerone & Asconio diligenter docti viri exposuerunt, pluribus persequi non est operae. Tandem Octavius ad quatuor decurias omnem judicum numerum redegit. *Decuria* in hoc loquendi genere non est ἰδικῶς. nam singulae decuriae singula minimum millia continebant, quod ex Plinio constat. non est etiam ordo, ut quodam apud Ciceronem loco Asconium exponere memini. nam decuriae quatuor fuerunt, postea etiam plures: ordines in civitate non nisi tres, senatorius, plebejus, & qui illis maxime temporibus constitutus formatusque fuit, equester. Est vero decuria hac notione idem fere ac λεύκωμα, *album*. Quae fuerit differentia inter has decurias, & ut ita dicam, quae ἑλληνικὴ διαφορά, nondum inveni: nam censum solummodo spectatum non puto: de quo tamen alibi, si Deo placuerit, quaeremus. sed; quaecumque ea tandem fuerit, per illam quatuor τάξεις diversae judicum sunt constitutae: quae ea ratione decuriae dictae sunt, qua & equitum decuriae dicuntur apud Tacitum & Suetonium. Quod enim apud eos legimus, *ordinare decurias equitum*, id significat, omnes equites recensere, & eum cuique locum assignare, qui ei conveniebat. Erant quippe decuriae aliae aliis honestiores, cujusmodi decuria quaestoria erat, inter equestres vel honestissima: quam si quis erat nactus, ejus fuit sedere in quatuordecim inter primores. Scholiastes Juvenalis ad Satyram V. vs. 3. *Sarmentus natione Tuscus, e domo M. Favoni, incertum, libertus an servus, plurimis forma & urbanitate promeritis, eo fiduciae venit, ut equitem Romanum ageret: decuriam quoque quaestoriam compararet. Quare per ludos, quibus primus in quatuordecim ordinibus sedit, haec a populo in eum dicta sunt.* Casaub. Omnes constanter *addixit* retinent. praeter Steph. & recte Torrentius discrimen inter *addicere* judicem & *addere* ostendit. Offendit forte librarios *addere ad*, quum plerumque dativus sit in usu, *addere decuriae*. sed ita noster etiam Caes. XXIV. & XL. Aug. L. Vesp. IV. Cal. XL. & alibi. vid. ad Ovid. XVI. Ep. 92. & Drak. ad Liv. III. II. & ita *adjicere ad* vidimus ad Caes. XXXVIII. Burm.

Ducenariorum] Recte explicuit Cl. Graevius. & eo refero illa Martialis VIII. Ep. 16.

Nunc caussas agis, & ducena quaeris. Burm.

Judicaretque] *Judicarentque* Cod. Harl. Edd. Venet. tres, Bonon. Lugd. Junt. Ald. quod mihi videtur non negligendum.

Judices a tricesimo aetatis anno allegit.] Lego *a vicesimo*. nusquam enim reperio ante Augustum non allectos in decurias judicum minores annis XXXV. contra, annum XXV. legitimum ei muneri obeundo, ut plerisque aliis, fuisse finitum, persuadet mihi lex VIII. Dig. De muner. & honorib. Ita emendabat hunc locum etiam Jacobus Cujacius, Obs. XXI. 32. judicii vir acerrimi, aquila jurisconsultorum. Casaub. *Ac tricentesimo* Memm. *tricesimo* reliqui omnes scripti & editi. *vicesimo* est a Cu-

nus detrectantibus, vix concessit, ut singulis decuriis per vices annua vacatio esset: & ut solitae agi Novembri ac Decembri mense res omitterentur. Ipse jus dixit adsidue, & in noctem nonnumquam: si parum corpore valeret, 33 lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans. Dixit autem jus non diligentia modo summa, sed & lenitate: siquidem manifesti parricidii reum, ne culeo insueretur, quod non nisi confessi adficiuntur hac poena, ita fertur interrogas-

Cujacii & Casauboni emendatione, quam probat Amplissimus vir Bynkershoekius lib. VI. Observ. Juris cap. 17. ubi de aetate Judicum uberrime agit. BURM.

Id est] *Idem* Copes.

At plerisque] *Ac plerisque* Memm. Copes. Periz. Edd. Junt. Ald. Steph. *detractantibus* etiam Periz.

Ut solitae agi Novembri ac Decembri mense res omitterentur.] Hoc est, ut rerum actus, qui certis diebus mense Novembri & Decembri celebrari solebat, omitteretur, essentque omnes eorum mensium dies nefasti, nulli ἀγόραιοι. Docti viri, quia non animadvertebant, *res agi* sic dici hoc loco, ut paullo ante *rerum actus*, mentem Suetonii non videntes, inani quaestione sese fatigarunt, quaenam essent illae res mense Novembri & Decembri agi solitae: atqui ut ad Theophrasti Characteres notabamus, & *rerum actus* & *res agi* dicunt Romani de eo tempore, ὅτ᾽ αἱ δίκαι εἰσί. Quinam autem dies illis duobus mensibus essent utiles, qui feriati, ex Kalendario veteri & Cicerone, Asconio, caeterisque scriptoribus potest intelligi. December praecipue voluptatibus deputatus fuit. Senecam lege initio epist. XVIII. Videtur autem Octavius hoc instituto auctor fuisse ejus, quod in Claudio notat Suetonius cap. XXIII. ut rerum actus in menses aestivos & hibernos esset divisus: nam Octobrem fere cessisse feriis vindemialibus, vetus Kalendar. rusticum, & paullo post Tranquillus suadent. Quin & Septembrem pene totum ludis fuisse occupatum, ex altero Kalendario & Cicerone constat. CASAUB.

33. *Ipse jus dixit assidue*] Duravit hic mos admodum laudabilis & Romae & Constantinopoli per multa saecula: ut Imperatores non solum in curia senatorum cognitionibus interessent, verum etiam in foro praetorum judiciis intervenirent, ac saepe in eodem tribunali sederent. de Augusto observat Suetonius, de Tiberio Tacitus primo Annalium cap. 75. etsi non cum ejus laude: agit enim ibi de lege majestatis a Tiberio reducta. Sic ille: *Nec patrum cognitionibus satiatus, judiciis adsidebat in cornu tribunalis, ne praetorem curuli depelleret.* CASAUB. Hodie vel minoribus principibus indignum videtur jus dicere, aut adeo conspici pro tribunali. Veteres reges, Imperatoresque illo munere praecipue censeri volebant, ut infinitis Graecorum Latinorumque, nec non barbarorum exemplis deduxi ad Livii lib. I. cap. 40. ubi Tarquinius Priscus a pastoribus, quibus jus dicturus erat, occiditur. GRUT.

Et in noctem nonnunquam]. Contra consuetudinem veterum: nam & in curia & in foro servata lex XII. tabularum: SOL OCCASUS SUPREMA TEMPESTAS ESTO. Similem assiduitatem requirit a judicibus Imperator Justinianus, Novella LXXXII. Καθεδ.] οἱ δικασταὶ διηνεκῶς ἐπὶ τῆς βασιλείου στοᾶς, ἐν οἷς καὶ νῦν οἰκίσκοις δικάζοντες ὄρθριοί τε αὐθις καὶ εἰς δείλην ὀψίαν. Agathias Constantinopolitanus caussidicus lib. III. pr. Ἀλλ᾽ ἐγὼ ὄρθριος ἐν τῇ βασιλείῳ στοᾷ, βύβλους πολλὰς δικῶν ἀνάπλεως καὶ πραγμάτων, ἐξ ἑωθινοῦ μέχρι καὶ ἐς ἥλιον καταδύντα ἀμελητῶς καὶ ἀναλίσκω. Quin disertim testatur Augustinus Donatistis respondens, qui noctu prolatam a Marcellino adversus se sententiam calumniabantur, solitum saepe fieri, *ut judices usque ad multam partem noctis sederent.* CASAUB. *In nocte* Harlem. Periz. Edd. Rom. Venetae tres, Bon. Lugd. Junt. Ald. *innocentem* Exc. Cujac.

Collocata] *Locata* Periz. a manu pr. *Collata* Harlem.

Vel etiam domi cubans.] Reperio notatum a Dione in anno penultimo vitae Augusti lib. LVI. p. 674. ὅτι τὰ πλείω καὶ κατακείμενος ἦν, ὑπὸ ἰσχυρογηρίας. CASAUB.

Parricidii reum,] Similis in simili caussa clementia ejusdem Augusti, cum Tario affuit in cognitione de filio. Seneca narrat de Clementia lib. I. cap. XV. CASAUB. *Manifesto parricidii* Memm.

33. *Culeo insueretur,*] Liber opt. *culleo*, & mox.

gasse: *Certe patrem tuum non occidisti?* Et quum de falso testamento ageretur, omnesque signatores lege Cornelia tenerentur, non tantum duas tabellas, damnatoriam & absolutoriam, simul cognoscentibus dedit: sed tertiam quoque, qua ignosceretur iis, quos fraude ad signandum, vel errore inductos, constitisset. Adpellationes quot-

mox. *afficiuntur*, pro *afficiebantur*, & pro *patrem*, *parentem*. Nota autem parricidarum poena. TORR. In VV. CC. scriptum est constanter *Culleo*, geminata litera *l*. URSIN. Res nota: praeter caeteros vide Glossarii caput, cui index Ἀδριανοῦ διατάξεις, ubi fuse describitur. Isidorus vero non audiendus, qui in Glossis ait: *Culleum tunicam fuisse ex sparto in modum crumenae factam, & solitam liniri a populo pice & bitumine.* Imperite nimis confundit culleum cum tunica. Ille, quod certum est, corium fuit & ἀσκὸς, vel βύρσος, vel ὗπνος, in quem parricidae insuebantur. Tunica, ut ex ipsius descriptione apparet, ab eis induebatur, qui erant igne cremandi. Seneca epistola XIV. *Cogita illam tunicam alimentis ignium & illitam & intextam.* Juvenalis VIII. Sat. 235. *Tunica punire molesta.* De hac loquitur Tertullianus ad Martyras cap. V. *Jam & ad ignes quidam se auctoraverunt, ut certum spatium in tunica ardente conficerent.* CASAUB. Vide Menard. ad Cicer. Orat. pro S. Rosc. Amer. in prolegomenis. BROUCKH. *Culleo* Ed. Steph. vid. & Cren. XI. Anim. adv. p. 247.

Adficiuntur] Ita ex Torrentii codice edidit Raphel. deinde Graevius & J. Gronov. & sic Exc. Cujac. manus docta in ora Steph. Ed. *adficiantur*. Cod. Huls. qui ignorat *hac poena*, habet *adiciuntur* sed tunc legendum foret, *quo n. n. e. adficiuntur.* veteres omnes *adficiebantur*. BURM.

Ita fertur interrogasse:] Judiciorum criminalium pars non minima erat rei interrogatio. Multum autem intererat in peragendis interrogationibus, quo animo esset is, qui interrogabat. Exemplum illustre hic in Augusto, qui sua interrogatione tacite viam salutis reo aperuit. Haec enim interrogatio, *Certe patrem tuum non occidisti?* eandem vim habet, ac si ita esset concepta: *Nonne verum est, te patrem tuum non occidisse.* At legitima formula ita potius erat concipienda, *Parricidium, quod objicitur tibi, fecisti?* Simile est, quod narrat Livius lib. VIII. cap. 21. cum de Privernatibus tristes sententiae a senatoribus plerisque dicerentur, & legatus ipsorum ferociter responderet: *Consul*, inquit Livius, *benigna interrogatione mitius responsum elicere conatus est.* Simile idem, quod de Cincio Severo narrat Tertullianus ad Scapulam cap. IV. *Qui* (ait ille) *Thistri ipse dedit remedium, quomodo responderent Christiani, ut dimitti possent.* Contra qui perditum reum volebant, omnibus modis illum in fraudem suis interrogationibus inducere conabantur. CASAUB. Pependisse nonnunquam salutem exitiumve rei a benigna aut rigida interrogatione judicis ostendi florente diatriba ad Lib. VI. Annalium Taciti cap. 47. fine. ubi Arruntii inimicus notatur, tanquam *testium interrogationi, tormentisque servorum praesedisset.* GRUTER. *Parentem* marg. Basil.

Omnesque signatores lege Cornelia tenerentur,] Ut referuntur hujus legis verba in Pandect. & Instit. nemo ea teneri poterat, nisi qui sciens dolo malo signasset. nam ea verba legi adduntur, sed ut hic locus docet, ex interpretatione sapientum est illa adjectio: non minus quam haec altera in ejusdem legis recitatione apud Justinianum, *qui testamentum vel aliud instrumentum falsum scripserit.* nam lege Cornelia de falso tantum quod in testamentis & nummis esset admissum, cautum fuerat: unde appellatur ab antiquis *Cornelia testamentaria*, & *nummaria.* CASAUB.

Signatores] *Senatores* Codd. Men. Periz. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. & aliae. quod vitium irrepsisse puto, quia scriptum fuerat, ut in Harlemensi, *Segnatores.* BURM.

Et absolutoriam] Desunt Cod. Huls.

Fraude vel errore] De lege Cornelia de falsis, quae & testamentaria dicebatur, Pauli JCti leg. 2. verba sunt haec: *Qui testamentum falsum scripserit, signaverit, recitaverit, dolo malo, cujusve dolo malo id factum erit, lege Cornelia damnatur.* Si ergo dolus requiritur, quorsum tertia illa Augusti tabula? Sed Augusti tempore lex non tam aperte id ita caverat. TORR.

Vel errore] Lipsio nostro videbatur legendum ante annos aliquot triginta, vel *terrore:* sed

quotannis urbanorum quidem litigatorum Praetori delegavit urbano: aut provincialium consularibus viris, quos singulos cujusque provinciae negotiis praeposuisset. Leges retractavit, & quasdam ex integro sanxit: ut sumtuariam, & de adulteriis, 34 & de pudicitia, de ambitu, de maritandis ordinibus. Hanc quum aliquanto quam ce-

sed non dubito, quin hanc adfirmationem suam privatim revocaverit. GRUTER. *Vel errore* desunt Ed. Rom.

Appellationes quotannis] Appellationis usus ante Caesarum tempora Romae minus frequens fuit, postea vero magis ac magis, deficiente praetorum tam in sortiendis quam dandis judicibus potestate, provocandi licentia in in immensum crevit; praesertim ubi ex rescripto Principis peti, darique judices coepere. A quibus, uti & a magistratibus, ad Principem poterat appellari. Has ergo appellationes Augustus quotannis aut praetori urbano, si urbani erant litigatores; aut si provinciales, viris consularibus, quos ei curae praefecerat, delegavit. Cajus vero Caligula initio imperii magistratibus liberam jurisdictionem concessit. Testis Sueton. cap. XVI. Verum id non diu mansit. nam & ad Principem passim appellabatur. Sed cum ad Principem appellantibus certa, si succumberent, proposita esset poena, Nero statuit, ut ejusdem pecuniae periculum facerent & qui ad senatum appellassent, & qui ad Principem. De quo Ner. cap. XVII. A senatu vero ne appellaretur ad Principem, Hadriani oratione effectum esse, Ulpian. tradidit l. I. A quibus appell. non licet. Atque adeo ad vitandas appellationum ambages M. Antoninus multis cognitionibus ad se pertinentibus senatum judicem dedit. Testis Capitolin. cap. X. TORR.

Quotannis] *Quod annis* Memm. *quot annis* Ed. Rom. & ita saepe alibi veteres.

Praetori delegavit urbano:] Omnino doctis viris assentior scribentibus, PR. *delegavit* UR. interpretantibusque: *Praefecto delegavit Urbis*. nemo in historia versatus nesciat. Melius autem membranae *delegabat*, quam *delegavit*. CASAUB. Stabiliunt & hanc, scripturam (*Praetori Urb.*) Pall. nostri, non male tamen viri docti, *praefecto delegavit Urbis*, utpote ita volente omni historia. altera lectio nata ex compendio scribendi PR. *delegavit* UR. GRUT. *Delegabat* Copes. Periz. Hul. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Steph. *delegebat* Cod. Harl. *delegabat Urbano ac*, vel *ad prov*. Exc. Cujac. *Praefecto Urbis* jam dubitabat Lips. in Excurs. III. ad Tacit. lib. XIV. an scribendum foret, ubi pluribus agit de Appellationibus. *Ac prov.* Ed. Rom.

Retractavit] *Tractavit* Codd. Harl. Periz.

34. *Et de adulteriis & de pudicitia*] Deleo prius *&*, ut in vetusto codice, quo apertius lector intelligat unam eandemque esse legem, quae de adulteriis & de pudicitia inscribitur. additum enim *& de pudicitia*, quod lege Julia puniebantur etiam ii, qui cum masculis nefariam exercebant libidinem. Testis Justinian. Instit. lib. IV. tit. De publicis judiciis. Quanquam delictum hoc & alia peculiari lege, Scantinia, coercebatur, sed leniore poena, quam lex Julia capitalem statuit. Verum de Scantinia alibi. *Pudicitiae* certe *quaestionem* vocat Valerius lib. VI. cap. I. 7. quae de pueri stupro habebatur, & peculiariter *impudicitia* crimen ipsum dicitur; ut *impudici*, qui eo vitio laborant. Inf. cap. LXXI. *Infamiam impudicitiae facillime refutavit, circa libidines haesit.* & Vespas. cap. XIII. *Licinium Mucianum, notae impudicitiae*, &c. Catullus Epigr. in Caesarem: *Es impudicus, & vorax, & aleo.* Et notum est illud Catonis dictum in effeminatum quendam: *Et adversus, & aversus impudicus es.* Notum & illud Haterii oratoris apud Senecam lib. IV. Controvers. *Impudicitia in ingenuo crimen est, in servo necessitas, in liberto officium.* Augusti autem hanc legem fuisse, quanquam Julia inscribitur, & Ulpian. attestatur, & Sex. Aurelius probat, Augustum reprehendens, quod, cum esset luxuriae serviens, ejus tamen vitii acerrimus ultor erat. Adde, si lubet, Horat. Carm. IV. Od. V. ubi in Augusti laudem sic canit: *Nullis polluitur casta domus stupris*; & quae ad eundem poëtam annotavimus ejusdem libri Od. XV. *Edicta rumpent Julia.* sic enim Augusti leges vocat. TORR. *De impudicitia* Venet. sec. & tert. & Bonon. & manus viri docti in ora Ed. Steph.

De maritandis ordinibus.] Hanc quoque Augustus legem non ex integro sanxit, sed retractavit. nam orationis, quam Metellus Nu-

ceteras severius emendasset, prae tumultu recusantium perferre non potuit: nisi ademta demum lenitave parte poenarum: & vacatione triennii data, auctisque praemiis. Sic quoque abolitionem ejus, publico spectaculo pertinaciter postulante equi-

midicus censor de ducendis uxoribus, seu de prole augenda ad populum habuit A. U. DCLI. meminit Gellius lib. I. cap. VI. & Sueton. ipse inf. cap. LXXXIX. Diu autem multumque haec cura Augustum Caesarem exercuit. nam ab anno DCCXXXIV. quo praefecturam morum suscepit, ad annum usque DCCLXI. in quem M. Papii Mutili, & Q. Poppaei Secundi consulatus incidit, nunquam res perfici potuit. Tunc vero lex Papia Poppaea finem imposuit, eadem quidem, si materiam spectes, quae lex Julia de maritandis ordinibus, sed tempore diversa. Quod ita esse ex Tacito convincitur. is enim lib. III. Annal. cap. 25. *Relatum* (inquit) *deinde de moderanda Papia Poppaea, quam senior Augustus post Julias rogationes incitandis caelibum poenis*, & *augendo aerario sanxerat.* Convincitur & ex Horatio. is enim Carmine Saeculari, quod A. U. DCCXXXVI. cecinit, sic precatur:

Diva producas subolem, patrumque
Prosperes decreta super jugandis
Feminis, prolisque novae feraci
Lege marita.

Felici enim, ut solet, audacia *legem maritam*, & quidem novae prolis feracem, vocat, quam Augustus sobolis causa de maritandis ordinibus tulerat. Atqui idem Horatius diu ante Papium & Poppaeum coss. mortem obierat. Hinc porro factum, ut tot Jurisconsultorum libri hunc passim in Pandectis titulum praeferant: *Ad legem Juliam & Papiam.* Tertullian. quoque Apologetico eas distinguit, cum ait cap. IV. *Nonne vanissimas Papias leges, quae ante suscipi liberos cogunt, quam Juliae matrimonium contrahi, post tantae auctoritatis senectutem heri Severus, constantissimus Principum, exclusit?* Verum haec omnia peculiari de lege Julia, & Papia commentario declaravi.



Quod autem de Germanici liberis hic Sueton. scribit, declarat (ni fallor) Augusti nummus argenteus, qualis & apud me servatur, quem oculis subjicere volui. Sed, ut redeam ad superiora, Julia de maritandis ordinibus vocatur etiam ab Ulpiano l. 1. Unde vir & uxor, & Instit. tit. II. nec non a Paullo l. VI. de Jure patronatus. TORR. Vid. J. N. Loensis lib. IX. Epiph. 1. BROUCKH.

Hanc cum aliquanto quam caeteras severius emendasset,] Augustus igitur legem de maritandis ordinibus emendavit, non autem primus tulit, quod video doctos viros (Lips. ad Tacit. III. Ann. Exc. 3.) affirmare. reperio sane apud Dionys. Halicar. mentionem legis, quae cives Romanos caelibibus esse prohiberet. Locus est libro IX. 27. ubi futile illud [illegible] de exstincta gente Fabia ad Cremeram refellens: Ὁ ἀρχαῖος, inquit, αὐτῶν νόμος γαμεῖν τε ἀναγκάζων τοὺς ἐν ἡλικίᾳ, καὶ τὰ γεννώμενα ἅπαντα ἐκτρέφειν. CASAUB. *Severius quam ceteras* Periz. Cujac. Harlem. Copes. Edd. Rom. Venetae & priscae fere omnes, praeter Basil. & seq.

Lenitave] *Lenitate* Harlem.

Vacatione triennii] A die mortis defuncti conjugis. TORR. Hoc prius: postea biennii tantum. Testis ipse apud Dionem initio l. LVI. Utrum vero de viris, an de foeminis intelligi debet? an de utrisque? nam ex Suetonio quidem & Dione nihil colligas. Ex Ulpiano vero suspicari aliquis possit, foeminis tantum hanc vacationem datam. sic enim scribit titulo XIV. *Foeminis lex Julia a morte viri anni tribuit vacationem: a divortio sex mensium. Lex autem Papia a morte viri triennii*, (ita lego cum Cujacio, non *biennii*) *a repudio anni & sex mensium.* CASAUB. *Triennii* Ed. Lugd.

Sponsarum immaturitate] Dion lib. LIV. statutum refert, ne qua desponsatio rata esset, quam exacto biennio nuptiae non consequerentur. Ante Augustum vero nulla definita in contrahendis sponsalibus aetas, uti nec postea. quod de Modestino J. C. constat cap. XIV. de Sponsalibus. Cui adde cap. XVII. eod. tit. Pandectar. lib. XXIII. TORR. Dio lib. LIV. in actis anni DCCXXXVI. pag. 609. Ὡς δ᾽ ὅτι βρέφη τινὲς ἐγγυώμενοι τὰς μὲν τιμὰς τῶν γεγαμηκότων ἐκαρποῦντο, τὸ ἔργον δ᾽ αὐτῶν οὐ παρείχοντο, προσέταξε μηδεμίαν ἐγγύην ἰσχύειν, μεθ᾽ ἣν οὐδὲ δυοῖν ἐτοῖν διελθόν-

equite, adcitos Germanici liberos, receptosque partim ad se, partim in patris gremium, ostentavit: manu vultuque significans, ne gravarentur imitari juvenis exemplum. Quumque etiam immaturitate sponsarum, & matrimoniorum crebra mutatione vim legis eludi sentiret, tempus sponsas habendi coartavit: divortiis modum imposuit. Senatorum adfluentem numerum deformi & incondita turba, 35 (erant enim super mile, & quidam indignissimi, & post necem Caesaris per gratiam & praemium adlecti, quos Orcinos vulgus vocabat) ad modum pristinum & splen-

διέτους χωρίζεσθαι· τοῦτο δ' ἐστιν μέλλοντας τὴν γε ἀπ' αὐτῆς ἀπολαύσεσθαι· δώδεκα γὰρ ταῖς κόραις ἐς τὸν τοῦ γάμου ὥραν ἔτη πλήρη νομίζει]. Haec Dionis verba si contulissent Xylander & Leunclavius cum isto Suetonii loco, non tam procul abissent ab auctoris sui mente. saltem Zonaram consuluissent, qui Dionis locum sic refert, ut ejus sententiam explicet, ac finem legis manifeste aperiat. Mirum vero, Augustum, qui hanc licentiam ita coercuit, imputare tamen suis civibus indulgentiam suam apud Dionem, non secus ac si plane libera hujusce rei facultas ipsis esset ab eo relicta. Sic enim ait lib. LVI. p. 660. *Καί τοι καὶ μνηστεύειν ὑμῖν ἄπαιδας ἔτι κόρας καὶ μηδέπω γάμων ὡραίας ἐπέτρεψα, ἵνα τὸ ὄνομα τῶν μελλονύμφων ἔχοντες οἰκωφελῶς βιῶτε*. CASAUB. *Immaturitati* Ald. posterior, & Steph. Edd.

Tempus sponsas habendi coartavit:] Biennii spatio tempus illud Augustum definisse modo narrabat Dio. qua de re vide, quae observat Jacobus Cujacius Observationum libro XVI. cap. XXXV. CASAUB.

34. *Divortiis modum imposuit.*] Caput de divortiis in lege Papia Poppaea sanciebat, ut dotem amitteret, cujus culpa divortium factum esset. Eoque de dote multa in Comment. J. C. ad Papiam legem. LIPSIUS.

35. *Senatorum affluentem numerum*] Adi lib. LII. extremum & LIV. Dionis. Erant Romae senatorum omnium nomina in album relata, unde citati ordine suo quisque procedebant publicarum solennitatum diebus. Corippus lib. IV. vs. 142.

> *Inde senatorum sacro recitantur ab albo*
> *Nomina, conscripti Patres: qua voce citati*
> *Accedunt hilares.* CASAUB.

Albi senatoris meminit & Tacitus IV. Ann. 42. BERNEGG.

Deformi & incondita] Vid. ad Ovid. III. Amor. XIV. 6.

Erant enim super mille,] Cum a Tarquinii Prisci temporibus ad Syllam usque CCC. tantum senatores fuissent: post illa coepit augeri numerus, qui jam temporibus Julii ad DCCC. creverat, ut auctor est Dio. eo mortuo ducenti accessere, per factiones bellorum civilium admissis omnibus, qua dignis, qua indignis. Dio lib. LII. *Πολλοὶ μὲν γὰρ ἱππῆς, πολλοὶ δὲ καὶ πεζοὶ παρὰ τὴν ἀξίαν ἐκ τῶν ἐμφυλίων πολέμων ἐβούλευον. ὥστε καὶ ἐς χιλίους τὸ πλῆθος τῆς γερουσίας αὐξηθῆναι*. CASAUB.

Super mille,] *Super* sive *supra* pro plusquam. ERASM. Ita & Caes. XXVI. & inf. XXXVIII. & alibi passim.

Et quidam] *Et quidem* Cod. Periz. Edd. Bonon. Paris.

Post necem Caesaris] Antonius fuit, qui Caesaris tabulas nactus, hanc turpem nundinationem instituit & exercuit. Historia nota ex Cicerone, Appiano, Dione & Plutarcho in ejus vita. CASAUB. *Post mortem* Ex. Cujac.

Adlecti] *Electi* Cod. Periz. a man. pr. *aut allecti* Hulsf.

Quos abortivos] Codex unus *Orcinos*, alter *Orcivos*. quod postremum Victorius, Sigonius, & Turnebus probant, ut obscenos, velut Orco & Terra natos, intelligamus. Plutarchus sane *χαρωνίτας* vulgo dictos fuisse tradit, *Orcum* fortassis Latine vocari existimans, quem Graeci Charontem vocant. nam & *Χαρώνια* illi dicunt, quae nos *Orci* sive *Ditis*, ut Virgilii utar verbis, *ostia*. *Orcivus* autem dicitur, ut *internecivus* in MSS. Livii, Plinii, Festi, & Gellii codicibus reperias. Et *abortivos* quidem (ut vulgata habet lectio) magis Romanum est, quasi imperfecto partu editos dicas; sed Plutarchi auctoritas me movet, ut *Orcivos* praeferam, vel *Orcinos*. nam quare *Orcivos* potius quam *Orcinos* recipiamus, nescio. sic e-

nim

ſplendorem redegit, duabus lectionibus: prima, ipſorum arbitratu, quo vir virum legit: ſecunda ſuo & Agrippae, quo tempore exiſtimatur lorica ſub veſte munitus, ferroque cinctus praeſediſſe, decem valentiſſimis ſenatorii ordinis amicis ſellam

nim *Orcinus* libertus apud JCtos noſtros, qui domini teſtamento directo, ſive eo ipſo quod moritur dominus, libertatem adeptus eſt, haud dubie ab *Orco* ſic dictus, quaſi *Orci* libertus; cum is, quem fideicommiſſarium vocant, heredi obſtrictus maneat. Andreas tamen Alciatus ab ὀρθῆς deduci maluit, ut *orthinus* ſcribatur. Quaſi vero *Orcinus* tot Pandectarum locis mendoſe ſcriptum ſit. TORR. *Orcinos* ſcriptum eſt in quibuſdam MSS. ita omnino ſcribendum, vel per *v*, ut in Memmiano, *orcivos*, ſicut etiam in Ciceronis Oratore cap. 48. *orcivus* ſcribitur, non *orcinus*; licet ab *orcus* ita formandum videatur *orcinus*, ut *Paulinus* a *Paulus*, & ſimilia. Plutarchus in Antonio cap. 20. Χαρωνίτας expreſſit, ut *orcinum libertum* apud Juſtinianum lib. II. Theophilus Χαρωνιαίον dixit, uſus in voce Graeca formatione Latina. In vulgatis libris & pleriſque MSS. ſcribitur *abortivos*. quomodo Paulus I Corint. XV. 8. vocat ſe ἔκτρωμα, & Simeo ille Ἐπικίονος, vel Stelites in epiſtola ad Baſilium: Ἐγὼ ait, ὁ ταπεινὸς ἐγὼ ἄντικρυς τὸ ἔκτρωμα τῶν μοναχῶν. Sed non dubium illam priorem lectionem eſſe veram, hanc falſam. ortus error a veteri ſcriptura *horcinus* pro *orcinus*: nam veteres *horcus* ſcribebant pro *orcus*, teſte Mario Victorino: ſic iidem *ortus* & *hortus*, de quo antiqui Grammatici. Videtur ſane *horcus* eſſe Graecorum ἕρκος, *e* & *o* litterae permutabiles, ut loquuntur Hebraei magiſtri. Similiter mutatur *v* in *o*. ut cum *orcas* dixerunt, quas Graeci ὕρχας vulgo, Jones ὕρκας. Non clam me eſt ſcripſiſſe virum (Scal. ad Varr. de L. L. p. 194.) in omni genere literarum maximum, *orcum* eſſe a Graeco ὅρκος, prolato Menandri hoc loco:

Ὀυ πώποτ' ἐξήλωσε πολυτελῆ νεκρὸν
Εἰς τὸν ἴσον ὅρκον τῷ σφόδρ' ὀλίγ' ἀπολαῦ.

nec refragor: etſi ſuſpicor iſtum verſiculum bis corruptum eſſe, & ita ſcribendum:

Εἰς τὸν ἴσον ὀρχὸν τῷ σφόδρ' ὀρχεῖ ἀντλοῖς.

Ὀρχὸς, ut ſciunt Graece docti, eſt fovea, in qua conduntur mortui, quaſi ὀρυχὸς ab ὀρύσσω. inde potius eſt *orcus*. nam & *orchus* cum aſpiratione in medio Probus & plerique alii omnes e veteribus Criticis ſcribunt. Cicero quoque vocem *orcivus* inter eas ponit, quae aſpirationem ratione originis ſuae deſiderent; licet vulgo aliter pronuntiaretur. atque ita *orcam* & *orcham* τὴν ὄρχην vertentes dixerunt. CASAUB. Pall. tres, *quos abortivos vulg. voc.* alteram lectionem non negligenter adferunt Victorius lib. XVI. cap. 16. Variar. lect. Turnebus lib. XXV. Adv. c. 7. Sigonius lib. II. de jure Civium Rom. cap. 2. & commentatores ad hunc locum, qui conſulendi. GRUT. *Abortivos* ſcripti noſtri & olim editi omnes, uſque ad Caſaubonum. vide & Nicol. Loenſ. lib. IV. Epiphyl. cap. 3. *Orcivos* Mem. & Exc. Cujac.

Ad modum priſtinum] Non qui olim fuerat ante Sullam: ſed qui, ut videtur, ante bellum civile inter Caeſarem & Pompejum. Dio planius & melius: Ἐβουλεύσατο μὲν πρακτικὸς κατὰ τὸ ἀρχαῖον ποιῆσαι, ἀφιεμένων δὲ πάντων ὁμοίως τὰς ἐξαιρέσεις κατέλεξεν. CASAUB.

Duabus lectionibus:] Ter ſenatum ab Auguſto lectum ſuadet Ancyranus lapis, in quo verba ipſius Auguſti haec: *Conſul V. juſſu S. P. Q. ſenatum ter legi.* Notandumque priorem fuiſſe lectionem eam, quam Sueton. ſecundam vocat, ac decennio toto anteceſſiſſe. *Exiſtimatur* etiam pro *aeſtimatur* equidem reſcripſerim. TORR. In Ancyrano lapide ait Auguſtus, ter a ſe lectum ſenatum. Dio Nicaeus plurimas illius ἐξετάσεις commemorat. Suetonius abſque numeri adjectione lectum ab eo ſenatum refert. Nam qui ſic verba illius interpretantur, ut duas has lectiones diverſis temporibus factas autument, ii, niſi animi fallor, cum ea ſcriberent, τὸ κύλικα μὲν ὡς τὸ νῦν οὐκ ἴσασι. non enim indicare Suetonius voluit, quoties ſenatum Auguſtus recenſuerit, ſed quomodo: rationem, inquam, legendi ordinis ampliſſimi expreſſit. CASAUB.

Quo vir virum legit:] Quem maxime ſcilicet eo locum dignum judicaret, a Romanae militiae conſuetudine, de qua vir doctiſſimus P. Victorius Variar. Lection. lib. XVI. cap. XIX. Eleganter igitur Galba, apud Tacit. I. Hiſt. 18. In militum concione adoptari a ſe Piſonem dicit, more Divi Auguſti, & exemplo militari, quo vir virum legeret.

lam suam circumstantibus. Cordus Cremutius scribit, ne admissum quidem tunc quemquam senatorum, nisi solum, & praetentato sinu. Quosdam ad excusandi se verecundiam compulit: servavitque etiam excusantibus insigne vestis, & spectandi in orchestra epulandique publice jus. Quo autem lecti probatique & religiosius &

ret. Vide inf. cap. LIV. Late de hac re Dion lib. LIV. TORR.

Quo tempore existimatur lorica sub veste munitus,] Aliter Dio lib. LIV. p. 605. non enim hoc tempore, sed saepe alias lorica munitum fuisse illum, ob insidiantium vitae suae metum. Loricatum igitur saepe prodire solitum in publicum, & in senatum item loricatum ventitasse: Ὁ Αὔγουστος, ait, θώρακα ὑπὸ τῇ στολῇ πολλάκις καὶ ἐς αὐτὸ τὸ συνέδριον εἰσιὼν εἶχε. CASAUB.

Aestimatur] VV. CC. habent rectius *existimatur*, non *aestimatur*. URSIN. Sollemnis haec quoque in scriptis & editis variatio, in *estimatur*, *aestimatur* & *extimatur*, in quibus morari taedet. v. Arntz. ad Aur. Vict. Caes. XXVIII. & supr. cap. III. BURM.

Sellam suam circumstantibus] Liber opt. *sellam circumstantibus*, sine *suam*, & mox alio verborum ordine, *ne admissum quidem scribit Cordus Cremutius tunc quenquam*. De Cremutio Cordo Sueton. Calig. cap. XVI. & eundem intelligit Tib. cap. LXI. ut ibi ex Tacito ostendimus. TORR. *Suam* etiam non habet Venet. pr. vid. supr. cap. XIV. & alibi saepe.

Praesedisse] Lipsius corrigebat, *resedisse*. *ferroque cinctis praesedisse* Ed. Rom.

Valentissimis] *Valentissimi* Cod. Harl. Edd. Venet. tres, Lugd.

Cremutius] *Cretius* Cod. Huls. *Cremitius* Venet. tres.

Ne admissum quidem] Vox *quidem* non agnoscitur a Palat. pr. GRUT. Nec a Copes. in quo etiam *praetextato sinu*. *quidem* saepe omittunt scriptores. ita Petron. cap. XLVII. *hoc solum vetare ne Jovis potest*. ubi vide quae diximus, & ad Quinctil. VI. 1. ita & *quidem* ejiciendum censet Davis. apud Cicer. I. de Finib. 6. & ita etiam *nec*, pro *nec quidem*. Justin. III. 4. *itaque nec salutatis matribus proficiscuntur*. vid. & ad Valer. Fl. VII. 130. BURM.

Quosdam ad excusandi] Dio sub finem libri LII. CASAUB.

Etiam excusantibus] Vetus membrana, *etiam excusatis*. CASAUB. Admisi lectionem Pal. primi, *excusatis*: praesertim cum ei adstipularentur etiam authentici aliorum libri, & eidem praeterea adluderent Pal. sec. ac tert. in quibus *excusantes*. vulgo erat *excusantibus*. GRUT. *Excusatis* Huls. *excusantis* Copes.

Spectandi in orchestra] Hoc est, *in senatu*, ut alibi loquitur. Dio haec omnia lib. LIV. totidem verbis. CASAUB.

Epulandi publice jus] Ut puta cum Jovis epulo (quam *coenam Dialem* vocat alicubi Seneca) senatus in Capitolio coenabat, aut triumphali, & pontificali, vel augurali coena. Exempla apud Valerium lib. II. c. I. & lib. IV. cap. II. Gellium lib. XII. cap. VIII. Livium lib. XXXVIII. Quod vero de insigni vestis dicit, ad latum clavum & calceos lunatos referre licebit. qua de re ad Horat. lib. I. Sat. VI. TORR. V. P. Fab. I. Semest. 6.

Quo autem religiosius & minore molestia senatoria munera fungerentur,] Illud *minore molestia* cave referas ad proxime sequentia de suffitus institutione. quid enim hoc ad levandam senatoriorum munerum molestiam? sed more suo Suetonius simul proponit res diversas, quas deinceps sigillatim explicat. nam sequitur statim, *& ne plus quam bis in mense legitimus senatus ageretur*. Non annotassem ista, nisi vidissem, Dionis interpretes familiarem Tranquillo consuetudinem non observantes alivorsum haec traxisse, & ea propter pessimam pessime affecto Dionis loco medicinam fecisse. Verba Dionis sunt lib. LIV. pag. 621. in actis anni DCCXLII. Αὔγουστος ἐπιμελητής τε καὶ ἐπανορθωτὴς τῶν τρόπων ἐς ἔτη πέντε ἐπὶ αἱρεθεὶς θυμιᾶν τε τοὺς βουλευτὰς ἐν τῷ συνεδρίῳ, ὁσάκις ἂν ἴδρα αὐτό, καὶ τὴν ἄφιξιν πρὸς ἑαυτὸν ποιεῖσθαι, τὸ μὲν, ἵνα θεοσεβῶσι, τὸ δὲ, ἵνα ἀπονητὶ συνιῶσιν, ἐκέλευσεν. Locus corruptissimus: quid enim illud ἴδρα αὐτό. deinde ubi est alterum membrum, quod necessario postulat adjectum τε voce θυμιᾶν? plauissime instituit duo Augusti instituta referre, quorum alterum est τὸ θυμιᾶν, alterum in hac lectione non comparet. Neque hunc locum sanat illa nupera quorundam emendatio, ἴδει αὐτὸ ποιεῖν, ἢ καὶ τίν. neque corun-

 dem

& minore molestia senatoria munera fungerentur, sanxit, ut prius quam consideret

dem versio recta, quae haec est: *Jussit, ut senatores, quoties in curiam convenire, aut se accedere deberent, suffitum adolerent, partim ut se religiose gererent, partim ut eo minore cum molestia convenirent.* Existimarunt illi, in hoc Suetonii loco verba illa *minore molestia* ad institutum adolendi referri: & illam Tranquilli, vel suam potius sententiam, a Dione esse expressam adnotarunt. Sed neque ea est Suetonii mens, quam illi putarunt, ut ante monuimus; neque ad Suetonii verba oculos intendit Dio, cum haec scripsit. Similia quidem narrant, sed non eadem omnia. Voluit uterque, ut ex eorum verbis planum est, indicare, quomodo Augustus senatorum religioni & commodo consuluerit. de religione eadem ambo referunt: non item in altero faciunt. nec mirum: cum variis rationibus senatorum commodis sit ab Augusto consultum. scribo igitur in Dione: Θυμιᾶν τε τοὺς βουλευτὰς ἐν τῷ συνεδρίῳ ὁσάκις ἂν ἕδρα αὐτῶν ᾖ, καὶ τὴν ἄφιξιν ἀεὶ ἑαυτὸν ὁ ποιῆσαι. hoc est, *jussit senatores, quoties senatus ageretur, adolere in curia, neque ad se venire: illud, ut religiosius se gererent, hoc ut sine molestia convenirent.* Ex ἕδρα αὐτῶ ᾖ fecimus, ἕδρα αὐτῶν ᾖ certissima conjectura. Sic diem senatus solent exprimere Graeci. Idem Dio lib. LV. pag. 629. Τὰς δὲ γερουσίας ἕδρας ἐν ῥηταῖς ἡμέραις γίγνεσθαι ἐκέλευσε. lib. LVI. pag. 673. in simillimo isto loco: Τὸ μὲν γὰρ πλεῖστον ἄλλως τε καὶ ὁσάκις ἕδρα αὐτῶν ἐγίγνετο ἔν τε τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐν αὐτῷ γε ἔτι τῷ συνεδρίῳ, καὶ ἰόντας αὐτοὺς καὶ ἀπιόντας αὖθις ἠσπάζετο. ἤδη δὲ καὶ ἐν τῷ παλατίῳ καὶ κατακείμενός γε, ἵνα δή ἔτι, καὶ προσηκούσης οὐχ ὅτι ἡ γερουσία, ἀλλὰ καὶ οἱ ἱππεῖς, τοῦ τε δήμου πολλοί, & alibi multis locis. Jam habes orationis τὸ προσάπτον, hoc est, alterum membrum, quod in vulgata lectione & aliorum emendationibus non comparere ante diximus. Sed veram lectionem non habebimus, nisi negationem ante verbum ποιῆσαι adjecerimus: ita erunt omnia plana. Sensus enim est, Augustum ut laborem senatorum levaret, instituisse, ne die senatus, Ave matutini ferendi caussa, venire ipsius domum necesse haberent. Probamus ex modo allato Dionis loco, & ex Suetonio, qui hanc ipsam sententiam aliis verbis retulit infra cap. LIII. *Die senatus*, ait, *nunquam patres nisi in curia salutavit.* Tiberius in oratione funebri Augusti: Ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμέραις καὶ τὴν γερουσίαν ἐν αὐτῷ τῷ βουλευτηρίῳ ἠσπάζετο. Dion lib. LVI. CASAUB.

Molestia] *Modestia* Venet. sec. & tert. Lugd. vitiose. certe tunc *majore* edere debuissent; *minore vestigia molestia* Ex. Cujac. unde Lipsius, *minore fastidio ac molestia*, faciebat.

Fungerentur] *Fugerentur* Memm.

Ut prinsquam consideret quisque, thure ac mero supplicaret,] More eorum temporum, quoties serii quid aggrederentur. Ovidius praecipiens uxori suae, quomodo Liviam adiret III. ex Pont. I. 171.

Sed prius imposito sanctis altaribus igni,
Thura fer ad magnos vinaque pura deos.

Notemus vero duplicem circa introitum curiae Romanorum morem: nam & magistratus soliti rem divinam facere, atque exta consulere, priusquam ingrederentur. Appianus Ἐμφυλ. lib. II. pag. 501. Ἔθος ἐστὶ τοῖς ἄρχουσιν, ἐς τὴν βουλὴν ἰοῦσιν οἰωνίζεσθαι προϊοῦσιν. Eum morem servat Caesar, quando in curiam novissime ingreditur. Suetonius Caes. cap. 81. *Deinde pluribus hostiis caesis, cum litare non posset, introiit curiam spreta religione.* & in ea historia alii plures. Diversus ab hoc ritus est, cujus auctor isto loco dicitur Augustus: ut senatores, priusquam considerent, thure & mero supplicarent. Simile jam olim factitatum ab exterarum gentium legatis curiam introeuntibus reperio. Apud Polyb. lib. XV. pr. legati Romanorum Carthaginiensibus tumore vano se efferentibus, & rebellare parantibus in primis objiciunt, quod legati ipsorum paullo ante παρελθόντες εἰς τὸ συνέδριον, ὁ μόνον τοὺς θεοὺς ἀσπάσαιντο, καὶ τὴν γῆν προσκυνήσειαν, καθάπερ ἐστὶν ἔθος τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, ἀλλὰ & πεσόντες ἐπὶ τὴν γῆν ἀχρείως τοὺς πόδας καταφιλοῖεν τοῦ συνεδρίου. Ait plane morem esse omnium hominum (de exteris hoc audio & eorum legatis) in ingressu curiae diis libare & limen adorare. legatos autem Carthaginiensium, huic consuetudini, ipsius consessus adorationem adjecisse, foedam, & dimissi fractique animi indicem. Idem alibi de Prusia rege Bithyniae, qui Romam venerat: Τότε δὲ τὴν εἴσοδον τὴν εἰς τὸ συνέδριον ποιούμενος, στὰς κατὰ τὸ θύρετρον ἀντίος τοῦ συνεδρίου, καὶ καθεὶς τὰς χεῖρας ἀμφοτέρας προσεκύνησε τὸν οὐδὸν καὶ τοὺς καθημένους, ἐπιφθεγξάμενος, ΧΑΙΡΕΤΕ ΘΕΟΙ ΣΩΤΗΡΕΣ.

Quod

ret quisque, thure ac mero supplicaret apud aram ejus dei, in cujus templo coiretur: & ne plus quam bis in mense legitimus senatus ageretur, Kalendis & Idi-

Quod ad senatores, antiquissima Romae ea fuit consuetudo, ut de majore negotio, & in quo ipsorum animi essent suspecti. senatus juratus sententiam diceret. Exempla ex Livio & aliis possem proferre, nisi factum id jam esset a Lipsio ad IV. Annal. Taciti. Plinii locum non omitto, nec meo de eo conjecturam. Epist. lib. V. epist. 14. *Flavius interdicendum ei advocationibus in quinquennium censuit: & quamvis neminem auctoritate traxisset, constanter in sententia mansit: quin etiam Dextrum, qui primum diversum censuerat, perlata lege de senatu habendo jurare coegit, e Republ. esse quod censuisset.* Sic legitur vulgo hic locus: cum scribendum sit, nisi animi fallor, *prolata lege.* Nam hoc vult Plinius, Aprum in illa acri cum Dextro altercatione, repente adegisse illum jusjurandum: *Esse e repub. quod censuisset:* idque beneficio legis de senatu habendo, quae ideo ab ipso est prolata. ejus legis auctorem facit Lipsius Trajanum, argumento istius loci. Ego antiquiorem puto, atque adeo Augusti ipsius fortasse: nam de Trajano qui colligi ex hoc Plinii loco queat, nullus video. CASAUB.

Apud aram ejus dei, in cujus templo coiretur:] Quid si autem in curia, non in templo coiretur? sed puto & in singulis curiis fuisse aram alicujus numinis, ut in Julia Victoriae. de qua multa Dio lib. LI. pag. 526. & noster hoc ipso libro extremo. Appositus ad hanc rem Symmachi locus lib. X. Ep. 54. de illa ara ad tres Augg. qui tolli eam jusserant: *Illa ara concordiam tenet omnium: illa ara fidem convenit singulorum: nec aliud magis auctoritatem facit sententiis nostris, quam quod omnia quasi juratus ordo decernit.* CASAUB.

Ne plus quam bis in mense] Senatus legitimus est, cujus agendi stati dies ac solennes, olim plures, sed bini singulis mensibus, ex instituto Augusti, ut senatores minore molestia senatoria munera fungerentur. Quam ego rationem, a Suetonio adductam, speciosam magis, quam veram puto. Vera forte fuerit, quod minus expediret Principi saepius, ut in veteri repub. convenire senatum. Eadem de caussa *collegia omnia, praeter antiqua & legitima, dissolvit Augustus.* Id enim paullo ante dixit Suetonius. Speciosa ratio, quod non antiqua ea & legitima, id est, antiquioribus legibus approbata. Vera autem, quod plurimae factiones titulo collegii novi ad nullius non facinoris, praesertim in Principem, societatem coiturae tandem metuerentur. quod non obscure etiam indicat noster. Sic idem Augustus, praetextu oneris, laboris, ac discriminis maximi in se derivati, pacatas provincias senatui & populo dedit, sibi autem eas servavit, in quibus usus esset ac vis legionum. Revera autem, quia in his praecipuum erat Principis munimentum. Senatus legitimi multa mentio est in veteri kalendario Romano: in quod, paucis visum, cum incidissem nuper, operae pretium putavi ex eo ad hunc locum enotare fixos dies, quibus ea, qua id scriptum est, tempestate senatus legitimus ageretur, in gratiam Antiquitatis studiosorum. Menses igitur singulos videamus:

JANUARIUS.

Kal. Januar.	SENATUS LEGITIMUS.
V. *Id.*	SENATUS LEGITIMUS.
X. *Kal. Febr.*	SENATUS LEGITIMUS.

FEBRUARIUS.

III. *Non.*	SENATUS LEGITIMUS.
Idib.	SENATUS LEGITIMUS.

Deerant in Ms. quatuor menses, Martius, Aprilis, Majus, Junius. Reliquorum legitimi senatus dies isti sunt:

JULIUS.

Kal. Jul.	SENATUS LEGITIMUS.
XVI. *Kal. Aug.*	LUDI. SENAT. LEGIT.

AUGUSTUS.

III. *Non.*	SENATUS LEGITIMUS.
XVIII. *Kal. Sept.*	SENATUS LEGITIMUS.

SEPTEMBER.

Kal. Sept.	SENATUS LEGITIMUS.
Idib.	LUDI. SENAT. LEGIT.

OCTOBER.

V. *Non.*	SEN. LEGIT. DIES AEGYP.

NOVEMBER.

Prid. Id.	SENATUS LEGITIMUS.

DECEMBER

III. *Non.*	SENATUS LEGITIMUS.
Idib.	SENATUS LEGITIMUS.

Id Kalendarium sub Constantio, Constantini Magni filio, editum videtur, circa annum Christi

Idibus: neve Septembri Octobrive mense ullos adesse alios necesse esset, quam sorte ductos, per quorum numerum decreta confici possent: sibique instituit consilia sortiri semestria, cum quibus de negotiis ad frequentem senatum referendis ante

Christi vulgarem CCCLIV. Ex eo apparet, plerisque mensibus, ut instituerat Augustus, bis; quibusdam semel, ter etiam, legitimum senatum actum fuisse. Huic opponitur ille, qui extra ordinem ab iis, quibus ejus rei potestas, quoties necesse erat, indicebatur. Unde *indictus* dicitur, alius a legitimo. BOXHORN. *Bis in mense* omnes scripti & editi. Cl. Graev. *in* omiserat priore editione: sic supr. cap. XXXI. *bis in anno.* BURM.

Legitimus senatus ageretur,] Sic omnes vett. sic omnes editi, pro *haberetur.* dictum, ut *agere conventum.* *Senatus legitimus* opponitur ei, qui indicitur a consulibus, aliove cui competit id jus. Capitolinus in Gordianis: cap. XI. *Non legitimo, sed indicto senatus die cos. venit in curiam.* Haec proprie βουλὴ σύγκλητος Graecis dicitur: nam indicere dicunt συγκαλεῖν βουλὴν, vel ἀθροίζειν βουλὴν, ut Plutarchus in Bruto cap. XX. *Edicere senatum*, Suetonius in Julio cap. LXXX. At *senatus legitimus* Graecis est βουλὴ [illegible], νόμιμος aut ἔννομος, vel κυρία. Dio lib. IV. pag. 629. hoc ita narrat: βουλὰς κατὰ μῆνας κυρίας ἀπέδειξε. ubi puto scribendum ex Suetonio β' βουλὰς, sive δύο βουλάς. Sic accipiendum apud Spartianum in Adriano cap. VIII. *Senatui legitimo, cum in urbe vel juxta urbem esset, semper interfuit.* CASAUB. Vid. ad Caes. LXXXVIII. ubi *ageretur*, & *haberetur* variare vidimus.

Kalendis] *Scilicet kalendis* Codd. Periz. Harlem. & Edd. Venet. sec. ac tert. Lugd. Junt. Bon. Ald. & aliae. *Kalendis scilicet* & Edd. Rom. Venet. pr. Basil. Gryph. Plantin. & aliae.

Et Idibus] Martias excipe lib. super. cap. LXXXVIII. CASAUB.

Neve Septembri Octobrive mense] An forte ob vindemiam? nam quod ante cap. XXXIII. de Novembri, ac Decembri dixit, non satis assequor. TORR. Omnino propter vindemias hoc institutum, quarum gratia feriae menstruae conceduntur in Codice. *Justum autem vindemiae tempus*, inquit Plinius lib. XVIII. 31. *ab aequinoctio ad vergiliarum occasum dies XLIV.* In Italia fieri solitae vindemiae mense Octobri, aliquanto post aequinoctium autumnale: in frigidioribus locis, ut in climate, quod & ducitur & dicitur ὑπὸ Βυζαντίων, mense Novembri sub autumni exitum, non multo ante solstitium hibernum. Hoc ideo dicimus, ut obiter Agathiae locum emendemus e libro quinto. Verba ejus sunt haec: Ἤδη γὰρ ἀνήει τοῦ ἔτους ἡ φθινοπωρινὴ λήγουσα ὥρα, ὅτε τὰ ὑπὲρ τῶν οἰνοχύτων συμπόσια ἐπιτελεῖν ἦν τοῖς Ῥωμαίοις νενόμισται. Merito quaerunt eruditi, quaenam sint ista τῶν οἰνοχύτων συμπόσια. Caeterum ad Nominalia Romanorum hoc referre, aut ad Graecorum ἀμφιδρόμια, par & similis ratio, imo ἀλογεία, de publico enim festo, non privatorum solennitatibus sentire Agathiam constat: neque huc facit hilum locus Tertulliani, quem proferunt iidem. Legendum ajo, τὰ ὑπὲρ τῶν οἰνοτρύγων συμπόσια, id est, *festos vindemiarum dies.* de hoc festo, quae sunt pridem aliis observata, non reponam. CASAUB. Omnino propter vindemias hoc institutum, quarum gratia etiam feriae menstruae in codice conceduntur, ut observat Casaubonus. in Kalendario, cujus jam meminimus, non Septembri, sed Octobri, & Novembri, semel tantum agitur legitimus Senatus, eandem ob caussam, & quia, cum in Italia vindemiae fieri solitae sint mense Octobri, in frigidioribus locis eaedem fiant mense Novembri, sub autumni finem, ut Byzantii. Haec ea plane confirmant, quae ad hunc locum notat Casaubonus, quem vide. BOXHORN.

Per quorum numerum decreta confici possent:] Ante Augusti constitutionem SCtum a paucioribus quadringentis perfici non potuit. Dio lib. LIV. p. 624 Ὁρῶν ὅτι οὐκ ἀεὶ συχνοὶ συνελέγοντο, ἐπέτρεψε τὰ δόγματα αὐτοῖς καὶ ἐν ἐλάττοσιν ἢ τετρακοσίοις γίγνεσθαι· οὐ γὰρ ἐξῆν, πρὶν ἐν τῷ πρὶν ἄλλως κυροῦσθαι. Erat autem numerus necessarius alias alius pro vario genere rerum, de quibus decernebat senatus. Dio lib. LV. pag. 629. Τόν τε ἀριθμὸν τὸν ἐς τὴν κύρωσιν τῶν δογμάτων ἀναγκαῖον καθ' ἕκαστον εἶδος αὐτῶν ὥς γε ἐν κεφαλαίοις εἰπεῖν, διενομοθέτησε. Huc refero legem Constantini in Theodosiano Codice, cujus verba sunt: *Placet, ne minus quinquaginta clarissimi veniant in senatum: certum est namque, hoc numero large abundare substantiam virtutis honorandae.* CASAUB.

Consilia] *Consilia* pro consiliariis, ut *matrimonia*

ante tractaret. Sententias de majore negotio, non more, atque ordine, sed prout libuisset, perrogabat: ut perinde quisque animum intenderet, ac si censendum magis, quam adsentiendum esset. Auctor & aliarum rerum fuit: in quis, ne acta 36 **se-**

monia pro uxoribus, & alia multa. Dionem vide in actis anni DCCXXIX. lib. LIII. & lib. LXI in anno DCCLXVI. CASAUB.

Sortiri semestria,] Liber opt. *semenstria.* Augustus antem primum ex magistratibus (demptis tamen consulibus) singulos, & senatores XV. sorte legit, qui per senos menses sibi in consilio essent: senior vero, L. Munatio Planco & C. Silio Caecina coss. XX. sibi consiliarios annuos petivit, decretumque ut quaecunque cum his consulibusque, & qui designati essent consules, egisset, non minus rata essent, quam si in senatu acta fuissent. Dion. lib. LIII. & LVI. TORR. *Semenstria* Memm. & Copes.

Cum quibus de negotiis ad frequentem senatum referendis ante tractaret.] Hoc est, quod Graeci προβουλεύειν vocant. libera rep. hae erant senatus partes, deinde res in concionem ad populum deferebantur, quae quidem majoris momenti essent: ideo Graeci rerum Romanarum scriptores senatores aliquando προβούλους, & SCta προβουλεύματα nominant. Augustus vindicat sibi, quod erat senatus: illi tribuit, quod erat populi. plebis Rom. ut olim Megarensium, ἰδίως λόγῳ. Ex eo sub Impp. aut raro aut nulla plebiscita. CASAUB. In Tacito est, *praetractare*, in re prope simili, libello de Majorum nostrorum moribus, cap. XI. *De minoribus rebus principes consultant, de majoribus omnes, ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud principes praetractentur.* Ita enim legendum est, non *pertractentur*, ut vulgo; quod jam incomparabili Grotio est observatum, cujus emendationem etiam adstruit hic Suetonii locus. *Praetractare* est προβουλεύειν. Caeterum hoc quoque reponendum est inter callida illa consilia Augusti, quibus *munia senatus invasit*, ut loquitur Tacitus Annal. I. 2. Quae enim reliqua vis frequenti, legitimo, aut indicto senatui, ubi praecipuam ejus partem suarum partium jam ante fecerat Augustus? BOXHORN.

Non more neque ordine,] Melius lib. MSS. omnes, *non more atque ordine*, & mox *perrogabat*, non *praerogabat*. Sup. Caes. cap. XXI. TORR. Ordo, quem intelligit, ex lib. LIV. Dionis utcumque intelligi potest, ubi de Germanico & Druso Tiberii filiis. in Viterb. est *perrogabat*, ut in plerisque aliis MSS. CASAUB. Ita rursus omnes Pall. aliorumque membranae; melius sane quam quomodo prius publicabatur, *non more, neque ordine, sed prout libuisset, praerogabat.* GRUT. *Neque ordine* Cod. Periz. Edd. Venet. tres, Bonon. Lugd. Junt. Ald. Gryph. Plant. Basil. & aliae.

Praerogabat] VV. CC. habent *perrogabat*, non *praerogabat*. URSIN. *Prorogabat* Periz. Harl. Edd. Venet. tres. *praerogabat* Basil. Gryph. Plant. & ita variant MSS. Pulmanni. Sed recte Cl. Graevius, secutus optimos codices & editiones, praetulit *perrogabat*. & ex Tacit. IV. Hist. 9. *Quum perrogarent sententias Consules*, confirmavit. BURM.

Ac si censendum magis quam assentiendum esset.] Proprie igitur *censere* non dicitur, nisi qui novam sententiam in senatu dicit, eamque vel oratione, vel de scripto pluribus explicat: quod tamen *decernere* dici solet. Unde in faciendo SC. notari solitum, quo referente, quo decernente, & quo primum assentiente id sit factum. *Assentiendi* autem in senatu triplex modus, voce, manu, pede. Porro ad assentiendum alteri & mediocris attentio desideratur, & industria quoque mediocris: quum ad censendum oporteat venire meditatum, aut solerti ingenio esse praeditum, idoneo consilium in arena capere. Augustus vero, instituto more sententias praerogandi & quidem nullo certo ordine, singulos cogebat attendere, & ad dicendam sententiam se parare. Simile est, quod in re longe diversa Quintilianus scriptor optimus praecipit II. 5.: ut praeceptor suos frequenter interroget, & judicium discipulorum experiatur: caussam adjicit, quam & Augustus, eum hoc instituerct, est secutus: *Sic audientibus securitas aberit: nec quae dicentur, perfluent aures: simulque ad id perducentur, quod ex hoc quaeritur, ut inveniant ipsi & intelligant.* CASAUB.

36. *Ne acta senatus publicarentur:*] Quod initio consulatus sui Caesar statuerat. Sup. Caes. cap. XX. De actis autem senatus, non de senatus consultis loquitur Sueton. ut Be-

 rosl-

ſenatus publicarentur: ne magiſtratus depoſito honore ſtatim in provincias mitterentur: ut proconſulibus ad mulos, & tabernacula, quae publice locari ſolebant, certa pecunia conſtitueretur: ut cura aerarii a quaeſtoribus urbanis ad praetorios praetoresve tranſiret: ut centumviralem haſtam, quam quaeſtura functi conſuerant cc-

roaldus credidit. TORR.

36. *Ne magiſtratus depoſito honore ſtatim in provincias mitterentur:*] Dio lib. LIII. p. 578. Κοινῇ δὲ δὴ πᾶσιν αὐτοῖς ἀπηγόρευσε, μηδένα, πρὶν πέντε ἔτη μετὰ τὸ ἄρξαι, ἐν τῇ πόλει κληροῦσθαι. Cauſſam libro priore cap. XXX. indicavimus. CASAUB. *Diſpoſito* Memm. Hulſ. Copeſ.

Ne ſtatim in provincias mitterentur:] Ut eo nempe intervallo remitterent animos, quos continuata imperia extollere ſolent. Sic & Pompejus conſulatu, quem ſolus geſſit, ſi Dioni credimus lib. XL. inſtituit, ut qui magiſtratu abiſſent, intra quinquennium proximum exteras provincias ne ſortirentur. ſublata enim provinciarum ſpe, minus ambibant magiſtratus. TORR.

Ut proconſulibus ad mulos & tabernacula,] Num proconſulibus tantum? an potius omnibus provincias regentibus? Quod ſi recipimus, (nam omnium eadem ratio eſt) magis proprie loqueretur Sueton. ſi praeſides, non proconſules diceret. Proconſulis enim appellatio ſpecialis eſt, praeſidis vero generalis, qua & proconſules, & propraetores, & legati Caeſaris; & quicunque alii provincias regunt, continentur. l. I. de Officio Praeſidis. Et ſic quidem JCti. Alii vero auctores, ut olim praetoris, ſic proconſulis nomine generaliter uſi ſunt. Quod autem Auguſtus conſtituit, ut ituris in provinciam non res ipſae, ſed pro rebus pecunia daretur, id antea quoque ſaepius obſervatum fuiſſe, non ex uno Ciceronis loco colligitur, ſed Auguſtus perpetuum eſſe voluit. Poſtea tamen Alexander, ſi Lampridio cap. XLII. credimus, & ſumptum moderatus eſt, & res ipſas attribuit, vetuſto ſcilicet more. nam & Labeo originem *ſupellectilis* fuiſſe ait, quod olim his, qui in legationem proficiſcerentur, locari ſolerent, quae ſub pellibus uſui forent, l. VII. de Supell. leg. Eademque ratione *Vaſarium* appellat Cicero in Piſonem cap. 35. nam & hoc militare verbum eſt. Unde *vaſa colligere*, *conclamare vaſa*, & *referre vaſa*. Verba autem Ciceronis explicavimus Veſpaſ. cap. VIII. TORR. Vid Lipſ. Admir. II. 10. *Ad muros* Ed. Venet. pr. *ad mullos* Bonon. eadem varietas apud Cicer. XV. ad Att. 18. *petiique ab eo de mulis vecturae itineris.* ubi de hoc quoque Suetonii loco videndi commentatores. BURM.

Quae publice locari ſolebant,] M. Tullius paſſim. Vide Livium initio lib. XLII. in re nota erraſſe Dionis interpretes omnes miror, eoque monere obiter viſum. quare haec illius verba lib. LIII. pag. 580. Τὸ μὲν γὰρ πάλαι ἐργολαβοῦντές τινες παρὰ τοῦ δημοσίου, πάντα σφίσι τὰ πρὸς τὴν ἀρχὴν φέροντα παρεῖχον. ita verte: *Nam olim quidam erant, qui praebenda ituris in provincias publice redimerent, & quicquid iis muneris ſui cauſſa opus eſſet, exhiberent.* Notum de Ventidio Baſſo, qui fuit ἐργολάβος & praebendorum manceps. Ea veteris reip. conſuetudo non circa rectores tantum provinciarum ab Auguſto ſublata eſt, ſed reliquos quoque magiſtratus urbicos, quibus de publico data merces annua & cibaria. Circa eoſdem tamen ſervatus ex parte mos vetus in tabulis, chartis, caeteriſque aliis hujuſmodi. Exſtat S. C. de curatoribus aquarum publicarum Auguſto Principe factum, in quo ſcriptum: *Ut qui ita delati eſſent, iis praetores aerarii mercedem, cibaria, quanta praefecti frumento dando dare deferreque ſolent, annua darent & attribuerent. iiſque eas pecunias ſine fraude ſuas facere liceat: utique tabulas, chartas, caeteraque, quae ejus curationis cauſſa opus eſſet, iis curatoribus praebenda. Q. Aelius, P. Fabius coss. ambo, alterve ſi iis videbitur, adhibitis praetoribus, qui aerario praeſint, locent.* CASAUB.

Cura aerarii a quaeſtoribus] Claudius vero eam quaeſtoribus reddidit. Sueton. Claud. cap. XXIV. Qui etiam inde appellati ſunt, quod acquirendae & conſervandae pecuniae publicae praeeſſent, ut Pomponius tradidit l. II. de Orig. juris. Dion initio lib. LIII. TORR. Praepoſitio deeſt Cujac. Exc.

Ut centumviralem haſtam decemviri cogerent.] Lucanus Panegyrico ad Piſonem:

Seu trepidos ad jura decem citat haſta virorum,

Et

cogere, decemviri cogerent. Quoque plures partem administrandae Reipublicae 37 caperent, nova officia excogitavit: curam operum publicorum, viarum, aquarum, alvei

Et firmare jubet centeno judice caussas.
Vetus consuetudo Romae est, ut quotannis viginti sex viri populi suffragiis crearentur: e quibus constituebantur decemviri stlitibus judicandis, triumviri monetales, triumviri capitales, quatuorviri curatores viarum intra Urbem, duumviri curatores extra Urbem, & quatuor praefecti, qui in Campaniam mittebantur. quae vetus consuetudo sub Augusto partim servata, partim abolita est. Dio lib. LIV. fuse meminit eorundem viginti sex virorum, & Festus in *praefecturae*, cujus locum cum verbis Dionis confer. nam maximi viri in eorum expositione mihi non satisfaciunt. CASAUB.

Quaestura functi] *Quaesturam* Memm. Exc. Cujac. & Codd. nostri omnes, Edd. Venetae tres: ita capite proximo, *senatoria munera fungerentur. Consueverant*, omnes scripti & editi (praeter Memm. qui *consuerant*) & ita passim. sed Cl. Graevius veteres hanc syncopen amasse docet ad Cicer. VIII. ad Att. 15. BURM.

Decemviri cogerent.] Pomponius l. II. de Origine juris, decemviros litibus judicandis, qui hastae praeessent centumvirali, eodem ferme tempore constitutos tradit, quo praetor peregrinus primum factus est, quoque triumviri monetales, & capitales, circa annum DXII. ab U. C. An igitur alios creavit Augustus? Quod ego sane non existimo. iidem enim fuere, & quidem (ni fallor) ex corpore centumvirorum, quanquam alios vocandi jus habebant. Augusto enim priores fuisse, non solum Pomponii evincit auctoritas, sed ipsa nominis scribendi ratio, cum hodieque existent antiqua marmora, in quibus, X-VIRI STILITIBUS JUDICANDIS scribitur, ut *stlocum*, & *stlatum*, & *stritavum* dicebant veteres. Contigerat autem medio tempore, ut quaestura functi eorum muneri praeficerentur. Quod Augustus abrogavit. Vide inf. Vesp. cap. X. TORR.

37. *Quoque plures partem administrandae reipublicae caperent,*] Maecenatis prudens praeceptum est apud Dionem lib. LII. quod videtur secutus Augustus: Καλῶς ἔχει, inquit, διὰ πλειόνων πάνυ τὰ τῇ ἀρχῇ ἀνήκοντα ὅπως καὶ ὠφελῶνται μάλα συχνοὶ, καὶ ἔμπειροι τῶν πραγμάτων γίγνωνται. CASAUB.

Curam operum publicorum,] Eam L. Vitellius administravit. Sueton. Vitell. cap. V. Olim censorum erat, aut aedilium etiam, nisi cuipiam extra ordinem demandaretur. TORR. Pereunte censura simul cum libertate, in plures διοικήσεις καὶ ἐπιμελείας divisus est is magistratus, factique sunt curatores plures pro una censura. non infrequens in antiquis monumentis lapideis titulus, CURATOR OPERUM PUBLICORUM, & nonnunquam, CUR. SARTORUM. TECTORUM. OPERUM. PUBLICORUM. Hi, sicut caeteri omnes, qui curam aliquam publice curabant, non magistratus erant, sed *quasi magistratus*, sicut vocantur a Frontino: ex quo uno optime intelligimus, quo jure fuerint, & quae honorum insignia plerisque ipsorum concessa. CASAUB. *Scilicet curam* Exc. Cujac.

Viarum & aquarum & alvei Tiberis,] Melius MSS. duo, *viarum, aquarum, & alvei Tib.* Cujus officii, ac nominatim riparum, & alvei Tiberis, frequens in antiquis marmoribus mentio. Sed & Pompon. l. II. de Orig. juris, quatuorviros olim institutos fuisse tradit, qui curam viarum gererent. *Aquarum* autem, puta Marciae, Virgineae, &c. TORR. Ita legitur hic locus & interpungitur in V. C. deleta copula, &, ante vocem *aquarum*. URSIN. Haec ita ἀσυνδέτως in membranis & prim. edit. De curatoribus viarum ab Augusto constitutis, erudite Lipsius ad III. Taciti Annal. Exc. F. at ejusdem conjectura *riparum* pro *aquarum* substituentis, meo judicio non proba. Nam cui fiat verisimile, omissum a Suetonio in hoc albo curatorem aquarum? de quo officio vide in elegantissimo Frontini libello. CASAUB. Sic omnino etiam tres Pal'. non ut editi alii, *viarum, & aquarum, & alvei Tiberis.* neque ulla ratione mutandum illud *aquarum*, in *riparum*, ut conjectabat vir doctrinae exquisitissimae. GRUT. *Viarum variarum* in Mem. sed Salmasius notaverat vocem interpolatam esse, & aliud prius lectum fuisse. *Aquarum* deest Hulf. copula &. ante *aquarum* est in Codd. Harl. Periz. & Edd.

alvei Tiberis, frumenti populo dividundi, praefecturam urbis, triumviratum legendi fenatus, & alterum recognofcendi turmas equitum, quotiefcumque opus effet. Cenfores creari defitos longo intervallo creavit, numerum praetorum auxit. Exegit etiam, ut quoties confulatus fibi daretur, binos pro fingulis collegas haberet: nec obtinuit, reclamantibus cunctis, fatis majeftatem ejus imminui, quod honorem eum

Venetis, Bafil. & Gryph. in aliis deficit.

Alvei Tiberis] Repurgandi, & laxioris faciendi. Prifci locare folebant flumina *retanda*, (hoc enim verbum legitur in edicto praetorum) quod fignificat purganda. *Retas* enim arbores vocaverunt, quae aut ex ripis fluminis corruerent, aut in alveis eorum extarent. A retibus autem dicuntur, quod praetereuntes naves impedirent, & inftar retium retinerent, ut docet Gell. XI. 2. BEROALD.

Frumenti populo dividundi] *Dividundi* tantum? an emundi etiam? extant enim veteres denarii, in quorum parte altera Cereris effigies cum his verbis: PISO. CAEPIO. Q. in altero vero duo viri inter fpicas. Afferiptum, AD FRU. EMU. EX. S. C. Addam & hanc infcriptionem: L. CASURIO. L. F. CLU. SPECULATORI. AED. IV-VIR. I. D. Q. ARG. PUBL. ET. PEC. ALIMENTAR. DEFENSORI. REIP. CUR. ANN. POPULO. PRAEBITAE. COSCONIUS. SECUNDINUS. Sed Dion lib. LIV. praetorios ab Augufto conftitutos dicit tam eos, qui frumenti dividundi, quam qui viarum muniendarum curam gererent. TORR. Videtur, qui hanc curam fuftinebat, alio nomine dictus *Minutiae curator*. fic interpretor in lapide veteri, ubi fculptum: CURATOR. AQUARUM. ET. MINUTIAE. CUR. ALBEI. TIBERIS. ET. CLOACARUM. URBIS. De Minutia frumentaria alii monuerunt. CASAUB. *Dividendi* Periz. Harl. Copef. & Edd. Rom. Bafil. & aliae prifcae.



Praefecturam urbis,] Hanc non tam inftituit Auguftus, quam auxit atque ornavit, cujus poftea in immenfum crevit auctoritas. De qua, uti & de praetorum numero, vide Pomponium de Origine juris. Addam interim Eufebii locum Olymp. CLXXXVIII. *Meffala Corvinus primus praefectus Urbi factus, fexto die magiftratu fe abdicavit, incivilem poteftatem effe conteftans.* TORR.

Triumviratum legendi fenatus,] Et fenatum legere, & equitum turmas recognofcere, cenforum munus erat. Et Sueton. quidem cenfores creaffe Auguftum hic commemorat, verum hi, ut ante notavimus cap. XXVII. neque in cenfura quicquam memorabile gefferunt. neque poft ipfos creati alii. Sed Auguftus fufcepta morum praefectura triumviros, de quibus hic Sueton. in partem muneris cenforii adhibuit, veluti fubcenfores quofdam, idque ex confilio Maecenatis, apud Dionem. De equitum autem cenfione, quam recognitionem Tranquillus vocat, Plutarchus Pompejo, Gellius lib. IV. cap. XII. Feftus in *Cenfio*, & *Impolitias*. Differt etiam cenfio a tranfvectione, de qua cap. fequenti. TORR. Utrumque munus olim cenforium. Tacitus de Volufio Annal. lib. III. 30. *Cenforia etiam poteftate legendis equitum decuriis functus eft.* CASAUB.

Quotiefcumque] *Quotienfque* Copef. Hulf. Mem. & Exc. Cujac.

Reclamantibus] *Clamantibus* Cod. Periz. & Edd. prifcae, praeter Rom. Bonon. & Bafil. & recentiores.

Cum altero gereret.] Duo MSS. *ageret*. honorem fcilicet. TORR. *Ageret* Periz. Harl. & Edd. Rom. Venetae tres, quod non difplicet, ut ita *agere bella*, *pacem* & fimilia. *agere poteftatem* Flor. I. 7. v. Heinf. ad Ovid. II. Trift. 230. fic apud Cicer. IV. de Fin. c. 20. *alios, fi id egiffent, fapientiam confequi*, viri docti repofuerunt pro *geffiffent*. & apud Quinct. lib. X. cap. I. p. 908. *quam qui fic egerit*, pro *gerit* repofitum. vid. & ad Caef. XLV. & Tib. XXIV. BURM.

Satis majeftatem ejus imminui] Collegimus multa loco ifti ornando ad illud Tacit. III. Ann. 31. *Ejus anni principio Tiberius, quafi firmandae valetudini, in Campaniam fecefftt, longam & continuam abfentiam meditans, five, ut amoto patre, Drufus munia confulatus folus impleret.* Additur & illud Flori lib. I. cap. 9. *P. R. Imperium in eofdem libertatis fuae vindices*

eum non solus, sed cum altero gereret. Nec parcior in bellica virtute honoranda, super triginta ducibus justos triumphos, & aliquanto pluribus triumphalia ornamenta decernenda curavit. Liberis senatorum, quo celerius Reipublicae adsuesce- 38

ces transfert, mutato tamen & indice & nomine: quippe ex perpetuo annuum placuit, ex singulari duplex, ne potestas solitudine vel mora corrumperetur. GRUTER.

38 *Nec parcior in bellica virtute honoranda*,] Insigne est in hoc genere, quod de L. Tario Ruffo notat Plinius lib. XVIII. cap. VI. TORR.

Honoranda] *Hornanda* Cod. Hulf. forte pro *ornanda*: & mox *aliquanto plus*.

Super triginta ducibus justos triumphos] Velim, notent diligenter hunc locum Romanae historiae studiosi. Est enim res quaestione digna, quomodo ab eo tempore, quo rerum potitus est Augustus, ad annum DCCXL. (eo desiere triumphi; coepere ornamenta triumphalia decerni) triginta triumphi in Urbe acti sint. Et profecto aut valde negligenter scriptae eorum temporum res ad nos pervenerunt, aut hic aliquid mendi latet: sive alibi mentem habuit Suetonius, quum haec scriberet, eoque offendit, quod non facile putem, de tam accuratae diligentiae viro: sive hic aliquis descriptor cespitavit, de quo nihil pronuntio. Sane cum omnes veteres memorias excusseris, vix reperias ad dimidium numeri hujus, qui triumphum eo spatio egerint. Et tamen ait, non *triginta*, sed *super triginta ducibus*; nec simpliciter *triumphos*, sed *justos*: quae tam diligens asseveratio aegre permisit nobis, ut de *minutis* quibusdam *triumphis* hunc locum expunamus, quos saepe & facile ab Augusto solitos concedi, variis locis scribit Dio. lib. LIV. de Agrippae moderatione loquens in petendis honoribus: Τῶν δὲ δὴ ἄλλων τινὲς οὐχ ὅτι τὰ αὐτὰ ἔτι πράσσοντες, ἀλλ' οἱ μὲν λῃστὰς συλλαμβάνοντες, οἱ δὲ πόλεις στασιαζούσας καταλλάσσοντες, καὶ ἐπωρέγοντο τῶν νικητηρίων, καὶ ἔπεμπον αὐτά. ὁ γὰρ Αὔγουστος ταῦτα ἀφθόνως καὶ τισί γε πρότερον ἐχαρίζετο. Ex eodem optimo scriptore discimus, quod olim in Julio Caesare visum fuerat, cum Hispaniensis triumphi honorem ambitiose legatis suis, qui propriis auspiciis nihil gessissent, communicavit: id Augustum interdum esse imitatum, ut de Carinate narratur lib. LI qua fortasse ratione defendi hujus loci scriptura ac sententia possit. CASAUB. Haerent alii in salebris hujus loci, qui forte inde labuntur, *si justos triumphos* accipiant non de eis, quibus parta erat insignis aliqua victoria, multis hostibus caesis, sed ubi nihil deerat eorum, quae alioquin requirerentur ad pompam triumphalem: adeo ut nihil vetet arbitrari ex istis triumphatoribus aliquos fuisse, qui ne suis quidem auspiciis quidquam gesserant, immo qui ne gesserant quidem magnum quid, auspiciis aliorum, ambitione scilicet & gratia provecti: repugnat tamen utcumque huic interpretationi initium capitis, ubi est: *Nec parcior in bellica virtute honoranda*; sed repugnat tantum, si stricte sumatur; non etiam si *justi* triumphi opponantur *ornamentis triumphalibus*, quae auctor disertim hic distinguit. GRUTER. V. ad Claud. XVII: ubi triumphantem Claudium sequuntur triumphalia ornamenta adepti. vid. ibi Casaub. pro *super* MSS. Pulmanni *supra*. vid. supr. cap. XXXV. & alibi saepe.

Liberis senatorum, quo celerius reipublicae assuescerent, protinus virilem togam, latum clavum induere, & curia interesse permisit:] Jus veniendi in senatum habebant olim, primum ii, quos legerant censores, deinde ii, qui mandatos sibi a populo (cujus fuit proprium jus suffragiorum) magistratus curules obtinebant, postremo praetextati senatorum filii. licuit enim patribus, quoties in curiam venirent, suos secum filios adducere. Caussam ejus moris aperit Suetonius. Mansit ea consuetudo usque ad tempora Papyrii praetextati, cujus nota historia. Ab eo tempore intermissus mos longo intervallo ab Augusto restituitur. etsi Augustus non tam priorem morem revocasse, quam imitatione majorum novum jus invexisse in civitatem videtur: neque enim curiae aditum tantum liberis senatorum aperuit, sed etiam senatorum insignibus decoravit, ac quodammodo in senatorium ordinem allegit. Veteri jure tantum equites erant: Isidorus l. IX. c. 4. *Quamvis senatoria quis origine esset, usque ad legitimos annos eques Romanus erat: deinde accipiebat honorem senatoriae dignitatis.* Appellat *legitimos annos* aetatem senatoriam, quam illis temporibus fuisse XXV. annum, ex Dione pridem scimus. Non igitur poterant senatorum liberi tunicam lati clavi induere:

id.

ſcerent, protinus virilem togam, latum clavum induere, & curiae intereſſe permi-

id enim erat ſenatorii ordinis inſigne. Ex hoc vero Auguſti inſtituto tunica laticlavia cum virili toga ſumpta a liberis ſenatorum, quibus & curiae intereſſe permiſſum. An hoc ante Octavium Romae jus non fuit? Haut temere quaerat hoc aliquis: nam de veſte quidem palam eſt, quod ipſe aliis tribuit, id ei contigiſſe. manifeſto declarant haec Suetonii intra cap. XCIV. *Sumenti virilem togam, tunica lati clavi reſuta ex utraque parte ad pedes decidit.* quorſum enim iſto loco & tempore ea tunica, niſi vel cum virilis toga eſſet induenda, vel cum praetexta deponenda? Id aetatis vero ſenatorum liberos laticlavia tunica ornari ſolitos nuſquam iuvenio ita clare expreſſum, ut fuiſſe eum publicum morem omnium, poſſe inde colligi exiſtimem. ſunt, quae id ſuadeant loca nonnulla: ut haec apud Statium lib v. Sylvarum, in Protreptico ad Criſpinum Car. II. 27.

> *Sic te, clare puer, genitum ſibi curia ſenſit,*
> *Primaque patricia clauſit veſtigia luna:*
> *Mox Tyrios ex more ſinus, tunicamque potentem*
> *Agnovere humeri.*

Non igitur primus Auguſtus hoc inſtituit. Ego vero quod in Auguſto factum eſt, non jus commune fuiſſe, ſed privilegium puto. Videtur enim Julius Caeſar, qui tunc temporis in repub. pro libidine omnia gerebat, cum de nepote hoc ſuo (quod tradunt hiſtorici) maximam ſpem concepiſſet, & brevi eum ad rerum adminiſtrationem admoveri cuperet, ſuaque id putaret referre, hoc primus inſtituiſſe, & in eo uſurpaſſe: fortaſſe & in aliis idem facturus, ſi diutius rempubl. rexiſſet. quod ipſi non licuit, Auguſtus filius non tam majorum, ut ante dicebamus, quam patris veſtigia premens, ut in aliis pleriſque, hoc primus ſanxit, & in mores recepit. Fieri etiam poteſt, ut hic mos per confuſionem bellorum civilium inſtitutus, ad ea tempora duraverit, quibus ceſſit omne imperium Auguſto: qui quod licentia temporum fiebat, ut jure fieri liceret, inſtituerit: ut non male etiam ſic rei auctor dici queat. Magnum hujus rei argumentum quod de Julio Caeſare narratur, quem ſcribit noſter cap. XLV. *uſum lato clavo ad manus fimbriato: nec ut unquam aliter quam ſupra eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura.* unde manaſſe Syllae dictum conſtat, optimates ſaepius admonentis, *ut male praecinctum puerum caverent.* Ecce, puerum vocat Sylla, quem latum clavum geſtare dixit: ergo ante aetatem ſenatoriam geſtavit. Illud certum, quocunque tempore id coeperit, ſub initia principatus Auguſti ita fieri ſolitum in ſplendidiorum equitum liberis. arguit Ovidius de ſe minurriens Triſtium lib. IV. eleg. 10.

> *Interea tacito paſſu labentibus annis,*
> *Liberior fratri ſumpta mihique toga eſt:*
> *Induiturque humeris cum lato purpura clavo.*

Id quod factum eſſe certum eſt tertio vel quarto anno circiter poſt Auguſti in urbem reditum a victo Antonio. Hoc jus praeclare expreſſit Statius Sylvarum lib. IV. in carmine ad Julium Menecratem VIII. 59.

> *Quippe & opes & origo ſinunt hos lampade prima*
> *Patricias intrare fores: hos pube ſub ipſa*
> *(Si modo prima bonis invicti Caeſaris adſunt*
> *Numina) Romulei limen pulſare ſenatus.*

Ait tali protapia ortum, poſſe cum virili toga latum clavum ſumere, & intereſſe curiae: ſi tamen, inquit, ea fuerit voluntas Principis: quod non temere ab eo adjectum. ſive enim ex Auguſti conſtitutione, ſive ex alius Imperatoris innovatione, non ita fuit hoc jus promiſcuum, ut ſine cognitione Principis uſurpari poſſet: quin patres id ab eo liberis ſuis, quos deſtinabant reipubl. adminiſtrationi, petebant: propterea *munus* hoc vocat idem Statius alibi: *Notus adhuc tantum majoris munere clavi.* Saepeque evenit, ut fratrum alter beneficio Principis uteretur, abſtineret alter, pro patris voluntate, vel ingenii diverſitate. Suetonius in Veſpaſiano, cap. II I. *Sumpta toga virili latum clavum, quamquam fratre adepto, diu averſatus eſt, neque ut tandem appeteret, compelli niſi a matre potuit.* Saepe item accidit, ut quos vota parentum curiae deſtinaſſent, eos vel fortuna adverſa cogeret, vel propria voluntas impelleret retrocedere, & inferiore gradu ſubſidere: iis ponendus latus clavus erat elapſa aetate

misit: militiamque auspicantibus, non tribunatum modo legionum, sed & praefectu-

aetate senatoria. testis locuples Ovidius, qui, postquam latum clavum a se sumptum dixit, & vitam suam ad aetatem usque senatoriam descripsit, subdit:

Curia restabat: clavi mensura coacta est:
Majus erat nostris viribus illud onus.

Postea eo ventum, ut etiam eorum, qui equites tantum erant, quidam latum clavum retinerent, & veste senatoria decorarentur: quod ex Dione aliisque scriptoribus docti viri ante nos monuerunt. Ab hoc more manavit illa senatorum distinctio in juvenes, & honoribus persunctos. Tiberius apud Tacitum VI. Annal. cap. 2. de senatoribus loquens: *Sed quos emitti posse, quos diligi? semperne eosdem, an subinde alios? & honoribus perfunctos, an juvenes? privatos, an e magistratibus?* Idem lib. XIII. 25. *Julius quidam Montanus senatorii ordinis, sed qui nondum honorem capessisset.* Juvenem tum fuisse Montanum hunc suadet hoc ipsum, quod de eo narrat ibi Tacitus. talis fuit & Julius ille Calvaster, quem Suetonius in Domitiano vocat *tribunum laticlavium:* Dio quasi explicans, νεανίαν κεχιλιαρχηκότα ἐς βουλείας ἐλπίδα. *juvenem, qui in spem senatorii ordinis tribunatu militum fuerat functus.* Isti sunt, quos *juvenes secundi ordinis* appellabant: primo gradu iis concesso, qui domum Augustam, vel sanguine, vel affinitate, aut aliqua necessitudine contingerent. Statius praefatione lib. IV. Sylvarum: *Proximum est Lyricum carmen ad Septimium Severum juvenem (uti scis) inter ornatissimos secundi ordinis.* Caussam accipe ex ipso carmine ad Septimium misso, v. 41.

Hic parvus inter pignora curiae
Contentus arcto lumine purpurae
Crescis, sed immensos labores
Indole patricia secutus.

Ait inter juvenes senatorios adolevisse istum, etsi contentum angustiore purpura: recte enim *arcto lumine* emendavit magnus olim Turnebus in suis Adversariis, non *alto*. CASAUB.

Virilem togam,] Duo pervetusti codices, *virili togae lat. cla. inducere* quam lectionem etiam Hubert. Giranius affirmat, nec mihi displicet. Sunt qui *a virili toga latum clavum inducere* legant, sed prior lectio magis Suetonii dictionem sapit. Vespas. cap. II. *Sumpta virili toga latum clavum, quanquam fratre adepto, diu aversatus est.* & apertius Aug. cap. XCIV. *Sumenti virilem togam tunica lati clavi resuta ex utraque parte ad pedes decidit.* Distinguit autem tunica lati clavi senatum ab equite, ut annuli equestrem ordinem a plebe, Plin. lib. XXXIII. cap. II. TORR. V. C. habet, *protinus virili toga; latum.* URSIN. *Protinus virilem togam, latum clavum induere, curiae interesse*; Haec lectio cod. Viterb. scribo, *virilem togam ac latum clavum. Protinus* significat continue, eodem tempore. Virgilius VIII. Aen. 157.

Nam memini Hesiones visentem regna sororis
Laomedontiadem Priamum Salamina petentem,
Protinus Arcadiae gelidos invisere fontes.

Id est, uno eodemque tempore, ut recte Servius. Gallice, *tout d'une tire.* Id κυρίως est *protinus*, quod & *protelo* dicitur. Adi Varronem, Servium, Nonium. Non igitur sequimur alios codd. in quibus scriptum, vel *virili toga*, ut in Turonensi & Lisliaei: unde aliquis putet scribendum *protinus a virili toga*, vel *virili togae latum clavum inducere*, ut habent editiones quaedam veteres. CASAUB. *Virilem togam, i.e. induere*, ita prorsus & Pall. ferrique queat, haud tamen adsperner Torr. Codd. in quibus, *virili togae latum clavum inducere.* GRUTER. Senatorum, qui patritii erant, filii in puerili praetexta latum clavum portarunt, ut ostendetur infra ad cap. 94. Aliorum vero senatorum filii, qui non erant patritii, non fuerunt laticlavii, nisi postquam ad honores pervenerant. Isidorus lib. IX. 4. *Quamvis autem senatoria quisquam origine esset, usque ad legitimos annos eques Romanus erat: deinde accipiebat honorem senatoriae dignitatis.* Mutavit hoc Augustus, qui *liberis senatorum, quo celerius reipublicae assuescerent, protinus virilem togam, latum clavum induere & curiae interesse permisit.* Ubi cum in multis MSS. scriptum sit, quod Casaubonus notat, *virili toga*, mallim legere: *a virili toga.* Nec enim cum toga virili latum clavum simul accipiebant, sed tunicam rectam. Augustus autem permisit, ut statim post virilem togam sumtam ante gestos honores latum clavum gestarent. Latum

ctūras alarum dedit: ac ne quis expers castrorum esset, binos plerumque laticlavios praeposuit singulis alis. Equitum turmas frequenter recognovit, post longam intercapedinem reducto more transvectionis. Sed neque detrahi quemquam in transvehendo ab adcusatore passus est; quod fieri solebat: & senio vel aliqua corporis labe in-

tum clavum autem sumebant, cum se ad rempublicam gerendam, & honores capessendos accingerent. Plinius VIII. ep. 23. *Latum clavum in domo mea induerat: suffragio meo adjutus in petendis honoribus fuerat.* A. Rubenius de Lato clavo lib. I. c. 14. *protinus virilem togam, latum clavum induere* Harlem. Periz. Edd. Rom. Venet. tres, Bonon. Basil. Gryph. Colin. Doleti. *virili togae l. c. induere* Exc. Cujac. Steph. Lugd. sed alii, *virilem togam, l. c. induere*, quae vulgata satis placet, ut haec tria simul illis concesserit, virilem togam, laticlaviam tunicam induere, & curiae interesse. Jac. Gron. ex Memm. probat, *protinus virili toga l. c. induere.* Burm.

Militiam auspicantibus, non tribunatum modo legionum.] Libro III. de Tiberio: *Stipendia prima expeditione Cantabrica tribunus militum fecit.* Casaub. *Militiaque* Cod. Hulf.

Sed & praefecturas alarum] Ipsum loquendi genus indicat, praefecturas alarum honore tunc anteisse tribunatum militum: contra Claudii tempore. Suetonius lib. V. *Equestres militias ita ordinavit, ut post cohortem alam, post alam tribunatum legionis daret.* Casaub. *Sed etiam* Codd. Periz. Harlem. Edd. Rom. Venetae tres, Bonon. Lugd.

Praefecturas alarum] *Alae* in veteri republica dicebantur socii Latini nominis, tam equites quam pedites, postea auxiliaribus copiis hoc nomen cessit. Sub Imperatoribus vero alae dicebantur manus equitum ex sociis collectorum, quae legioni jungebantur loco triginta turmarum, quae ex equitibus Romanis olim conscriptae legionibus addebantur. Quoniam equestris ordinis viri tum temporis, non nisi splendidis curationibus praeficiebantur, priscusque ille mos turmas ex iis conficiendi plane exoleverat, ut multis docet Vir genere, ingenio, & doctrina magnus Rabodus Schellius, in cujus acerbo obitu ingentem jacturam fecerunt non solum omnes praeclarae artes, sed & ipsa respublica, in eruditissimis notis suis ad Hyginum de Castrametatione, quem omnino vide. Graev. Hoc & Pompejum fecisse ostendit Cicero II. de Off. 13. & notavit ibi Graevius. Broukh.

Ac ne quis] *Ne qui* Periz. Harl. Exc. Cujac. Edd. Venetae tres, Lugd. Ald. vid. Caes. LXXXIII. *At ne* Basil.

Binos plerumque laticlavios.] Sic *Tribunus laticlavius*, Domit. cap. X. & ad ejus differentiam *Tribunus angusticlavius.* Oth. cap. X. Vide Ner. cap. XXVI. *a quodam laticlavio*, & infra cap. XL. Torr. *Laticlavos* Codd. Hulf. Harlem. Copes. Periz. Edd. Venet. tres.

Equitum turmas frequenter recognovit] An una cum III-viris illis, de quibus paulo ante? an vero ita officia illa instituit, ut nihilominus cum vellet, interesset, atque praeesset etiam solus? Ac de prisco quidem transvectionis more Livius lib. IX. Dionys. VI. Valer. Maximus lib. II. cap. II. Plin. lib. XV. cap. IV. & auctor libri de Viris Illustribus cap. XXXII. satis multa tradidere omnibus obvia. Quod vero adjungit Sueton. non passum esse Augustum in transvehendo ab accusatore quemquam detrahi, id ita intelligo, ut e pompa illa solenni nemo equitum in jus vocari, aut rapi posset. *accusator* enim, teste ipso Cicerone lib. de Partition. pro omni actore & petitore accipitur. Idque Ulpianus voluit l. II. De in jus vocando, cum inter illos, quos in jus vocari non oportet, etiam eum, qui equo publico in Capitolium transvehebatur, annumerat. sic enim ibi legendum esse, Jacobo Raevardo, insigni nostrae aetatis Jurisconsulto, assentior, cum notarum errore pro *in Capitolium*, *in causa publica* nunc ibi scriptum sit. hae enim notae, CA. P. utrovis modo accipi possunt. Torr.

Transvectionis] *Travectionis*, & mox *travehendo* Memm.

Et senio] *Ex senio* Lugd. Junt. Arg.

Senio vel aliqua corporis labe insignibus] Puta, quibus nares praecisae, vel aures, aut aliud quod vulnus impositum ἀναίλιον, ut Poëtae vocant. Appianus in Mithridat. ἀχρήμονας ἀτιμὰς. ita affectos notat Augustus urbanis hominibus dictoriorum esse materiam. clarum exemplum in Horatio Coclite. Unde est illud ab ab eo dictum, cum ei in comitiis coxae vi-

tium

Insignibus permisit, praemisso in ordine equo, ad respondendum, quoties citarentur, pedibus venire: mox reddendi equi gratiam fecit eis, qui majores annorum quinque & triginta retinere eum nollent. Impetratisque a senatu decem adjutoribus, unum- 39 quem-

tium objiceretur: *Per singulos*, inquit, *gradus, admoneor triumphi mei.* item Sext. Tidio veniente ad Pompejum, cum esset silicernium, & utroque crure debilis: apud Plutarchum in Pompejo. Perversissimi moris est, debiles & aliqua corporis labe insignes deridere: cujus rei etiam in iis, quos vocant Apostolorum Canones, mentio est Canone LVII. CASAUB.

In ordine] Explicat Dionys. Halicar.: οἱ (intellige equites equo publico) κατὰ φυλάς τε καὶ λόχους κεκοσμημένοι πεζοὶ ἐπὶ ἵππων ὀχούμενοι πορεύονται. CASAUB.

Pedibus] *Pedites* Pal. pr. GRUT. Ita & Cod. Hul.

Majores annorum quinque & triginta] Non male de hac aetate cogitandum esse, monet Beroaldus. nam ad annum usque XLV. aut, ut alii volunt, XLVII. juniores vocabantur. Gellium lege Attic. Noct. X. cap. XXVIII. TORR. V. C. habet, *qui majores annorum quinque & quadraginta retinere eum vellent.* URSIN. *Mox reddendi equi gratiam fecit eis, qui majores annorum quinque & triginta retinere eum nollent*, sic scriptum in Virerb. & vetere Romana, aliisque multis: Lisiaei cod. *vellent* pro *nollent*, longe diversa sententia. Est vero hoc loco aliqua & rerum & verborum difficultas. Beroaldus intelligit factam potestatem equitibus senioribus reddendi equum, quem ex publico accepissent, si vellent: & ita ab equestris militiae munere solverentur. quae sententia ex his verbis elici non potest. Quid enim est *gratiam facere alicujus*, nisi permittere, ne aliquid fiat, quod alias necessum erat? sic ante dictus Augustus cap. XVII. *Bononiensibus gratiam fecisse conjurandi pro partibus suis*, id est, remisisse necessitatem, qua alioqui tenebantur: sic *gratiam facere jurisjurandi*, & alia similia his. Ita igitur *reddendi equi gratiam facere*, κατὰ τὸ ἀνάλογον, erit permittere, ne reddatur equus, sed retineatur. Plane manifesta *omnia*. Quare scribendum, ut ea sententia efficiatur, *retinendi equi gratiam fecit*. Id erit, liberare necessitate retinendi equi. Olim qui equites equo publico dicebantur, ii assignatum sibi equum a censore, dum viverent, retinebant; nisi idem qui assignaverat censor, vel praeteritione vel notatione adimeret; inde est, quod modo dictum de transvectione equitum senio insignium. Etsi autem alendo equo stipendium accepere hi equites, eratque res non parvi honoris: nihilominus tamen durum onus multis hoc fuisse, ex eo colligimus, quod populus in beneficii parte solitus est dare vacationem hujus muneris. Exemplum in Livii libro XXXIX. ubi P. Ebutio indici Bacchanaliorum inter alia praemia decretum narratur, *ne censor ei equum publicum assignaret.* Hoc vetus institutum princeps Augustus immutavit: quem constat plurimas partes militiae in mitiorem formam redegisse. Nemo autem miretur reddendi equi post annum XXXV. factam potestatem: cum eis annum illum potuerint equestria stipendia esse peracta. Quare non dubitem sequi eos codd. qui hanc lectionem habent. etsi testantur docti in aliis legi XLV. CASAUB. *Nollent* Pal. pr. ac tert. nam sec. *vellent.* idem pronuntio de scriptura ista, quod acutissimus Casaubonus. GRUT. Quum haec locutio *gratiam* facere, aliquando pro remittere aliquid, quod facere aliquis debeat, sumatur, posset Casauboni emendatio recipi, si MSS. confirmaretur. Sed & significat aliquando permittere, concedere aliquid alicui, ut hic sumi potest, pro permisit illis equum reddere. Plaut. Casin. II. VI. 20. *de istac Casina huic nostro Villico gratiam facias.* Trinum. II. II. 15. *Hisce ego te artibus gratiam facio, ne colas, ne imbuas ingenium.* ubi Taubmannus explicat, facile pari possum, & exemplis illustrat, in quibus tamen sunt, quae priorem sensum habent. clariora Livii verba lib. IV. 41. *Facta per Cornelium Valerio dicendi gratia, quae vellet.* concinnior vero hoc loco oratio videtur, quam si dixisset gratiam *retinendi* fecit iis, qui *retinere* nollent. *quinque de triginta* Harlem. *quinque & quadraginta* MS. Pulman. Ed. Bonon. *vellent* Exc. Cujac. pro Var. Lect. BURM.

A senatoribus] Legendum puto *a senatu*. solent enim hujusmodi voces non integre perscribi. Hinc mendum emanavit. Non repugnaverim tamen, si *e senatoribus* quis malit. TORR. V. C. habet a *Senatu*, non a *senato-ri-*

quemque equitum rationem vitae reddere coëgit: atque ex improbatis alios poena, alios ignominia notavit: plures admonitione, sed varia. Lenissimum genus admonitionis fuit traditio coram pugillarium, quos taciti, & ibidem statim legerent. Notavitque aliquos, quod pecunias levioribus usuris mutuati, graviore foenore col- 40 locassent. Comitiis tribunitiis, si deessent candidati senatores, ex equitibus Roma-

ribus. URSIN. A *senatu* praeter Ursini codicem Pall. tres, non ut retro editi, *a senatoribus*. GRUT. *A Senatoribus* Gryph. Plantin. sed Aldus & Basil. dubiam reliquerunt, edendo *a sen*. ego malim *e senatu*, ut in Exc. Cujac. vel *e senatoribus*, ut seq. cap. *ex equitibus*. vid. & supr. cap. XXVIII. BURM.

Adjutoribus,] An potius *adjuratoribus*? quae fuit aliquando summi viri conjectura. nam qui censori aderant censum agenti, *adjuratores* sive *juratores* e re dicebantur. Plautus Trinummo: *Census juratori si recte rationem dedi*. alludit obscure & in Poenuli prologo:

- - - *argumentum hoc hic censebitur*,
Vos juratores estis, quaeso operam date.

Sed quum omnes veteres aliter habeant, nihil mutandum. CASAUB.

Atque ex improbatis] Viterb. *In exprobatis*. Lissiei, *in exprobratis*. Cujacii, Pithoeique *ex improbratis*. fortasse, *atque ex improbratis*. νωματικῶς, pro *notatis probro*. CASAUB. Mirum est, quasi de compacto, exhibere Pal. pr. & tert. *atque in exprobratis*. sec. vero *in exprobatis*. GRUT. *In exprobatis*. Memm. Copes. & Huls. *in exprobratis* Periz. & Exc. Cujac.

Alios poena, alios ignominia] *Poena*, a puniendo dicta, generale quidem nomen, neque aliud quam noxiae vindicta, & quorumcunque delictorum coercitio est: sed vel damnum irrogat, & tunc proprie *multa* dicitur; vel dolorem infert, & *supplicium* quoque appellatur. *Ignominia* vero, ut inquit Nonius, nominis tantum nota est, quod honestatis nomen habere desinat, qui ignominia notatur. sic enim non malus auctor Isidorus lib. v. cap. XXVII. Pulchre apud Nonium Cicero lib. IV. de Republ. *Censoris judicium nihil fere damnato adfert praeter ruborem. Itaque, ut omnis ea judicatio versatur tantummodo in nomine, animadversio illa ignominia dicta est.* Adde, si lubet, JCtos l. CXXXI. & CCXLIV. de Verborum signif. TORR.

Lenissimum] *Levissimum* Cod. Periz. Edd. Rom. & omnes veteres ad Casaub. millies hae voces commutatae. vid. ad Vesp. XIII. & inf. LI. BURM.

Traditio coram pugillarium,] Liber unus e nostris, *tradito coram pugillari, quod taciti*, &c. & *lenissimum*, non *levissimum*. TORR. Longe praefero lectionem Torrentiani codicis: *tradito coram pugillari, quod taciti & ibidem statim legerent*. Ausonius: *Bipatens pugillar expedi*. GRONOV. Erasmus in margine notavit, alios legere *tradito coram pugillari quo*, unde Gryph. & Colin. orae suae adleverunt: in Huls. & Exc. Cujac. erat *tradito*, sed reliqua ut vulgatum. BURM.

Levioribus usuris] Et erat certe improbum genus quaestus, de quo non parca manu in libellis suspicionum nostrarum. ita & in Tib. capite 35. legimus. *Senatori latum clavum ademit, cum cognovisset sub Kal. Julii demigrasse in hortos, quo vilius post diem aedes in urbe conduceret.* item in Vesp. cap. 16. *Negotiationes quoque vel privato pudendas propalam exercuit, coëmendo quaedam tantum, ut pluris postea distraheret.* GRUT.

40. *Comitiis tribunitiis*,] Beroaldus comitia tribunorum militum, de quibus Caes. cap. v. intelligit: Dion autem tribunorum plebis, his verbis, de Augusto loquens, lib. XLV. Ἀλλὰ καὶ τοῖς ἱππεῦσιν δημαρχίαν αἰτῆσαι ἐπέτρεψε. Quod si recipimus, fatendum erit, eum, qui senator non sit, nec tribunum fieri posse. Beroaldum movit, quod tribunatus plebejus erat magistratus. Sed hoc nihil est. idem enim plebejus, si familiae originem, & si ordinem respicias, senator esse poterat. Dioni itaque assentior, cum ob ea quae ante diximus cap. x. tum quia tribuni militum haud dubie etiam alii, quam senatores populi suffragiis creabantur. nam is primus fuisse videtur honorum gradus, ut C. Marii, & M. Porcii Catonis, & C. Julii Caesaris exemplis jam docuimus. Caesar enim tribunus militum ante quam quaestor fuit. TORR. Nihil absurdius quam ad tribunos militares haec referre, contra Dionis auctoritatem, & rem ipsam. Tri-

manis creavit: ita ut potestate transacta, in utro vellent ordine, manerent. Quum autem plerique equitum, adtrito bellis civilibus patrimonio, spectare ludos e quatuordecim non auderent, metu poenae theatralis; pronuntiavit, non teneri ea, quibus ipsis parentibusve equester census umquam fuisset. Populi recensum vicatim egit: ac ne plebs frumentationum caussa frequentius a negotiis avocaretur, ter

Tribuni plebis quanta invidia apud optimates essent, satis notum est; unde factum videtur persaepe, ut eum magistratum plerique refugerent. Ideo lata vetus lex, quae populo libertatem concessit, si comitiis tribunitiis deessent candidati, ex omni populo & quocunque ordine, quos vellet tribunos creandi. Appianus lib. I. Ἐμφυλ. de C. Graccho iterum tribuno: Καὶ εὐθὺς ἐπὶ τῷδε, καὶ ἐς τὸ μέλλον ᾑρεῖτο δημαρχεῖν· καὶ γάρ τις ἤδη νόμος κεκύρωτο, εἰ δήμαρχος ἐνδέοι ταῖς παραγγελίαις, τὸν δῆμον ἐκ πάντων ἐπιλέγεσθαι. Interpretes Appiani longe aliter haec verba sunt interpretati: nos putamus eampse sententiam esse, quam ante expressimus. Postea vero, sive Sylla, sive alius, ait idem Appianus, tribunatum a plebejis ad senatores transtulit: ex quo tempore tribunus nemo fieri potuit nisi senator. ut merito notatum in Augusto ante fuerit, quod tribunatum petiisset, quamquam patritius, necdum senator. Sanctionem Augusti pluribus refert Dio lib. LIV. in anno DCCXLII. meminit & alibi. CASAUB. *Ac comitiis* Memm. & Exc. Cujac.

Senatores] Multi post hanc vocem distingunt, ut Salmasius ex Memm. sed pleraeque editiones, *Senatores ex equitibus creavit*. sed prior distinctio recta; si ex senatorio ordine deessent candidati, Tribunos creavit ex equestri. hoc vero tempore Tribunatum non potuisse petere, nisi senatores, notum. vid. supr. cap. X. BURM.

In utro vellent ordine, manerent] Nec dubium, multos equestri ordine contentos, altiorem gradum insuper habuisse: quod per Claudium postea non licuit. Suetonius lib. V. cap. 24. *Senatoriam dignitatem recusantibus, equestrem quoque ademit.* CASAUB.

Attrito bellis civilibus patrimonio,] Testor hanc esse lectionem & Turonensis, & MSS. omnium, non *matrimonio*. quam vocem, etsi doctissimis viris probatam, hic non agnoscimus: nec fortasse in tota lingua Latina eo sensu agnosci debet. quae proferuntur exempla ei asserendae, omnia mihi suspecta sunt: quaedam manifesto inania. cujusmodi est Valerii Max. locus ex libro VII. cap. VIII. §. 5. nam *patrimonio* scribi, non *matrimonio* discimus ex testimonio diligentissimorum virorum, qui vetera exemplaria contulerunt. cujusmodi item Augustini locus ex sermone CLXXXV. quem profert Cujacius: *Ibant ad passiones, obliviscentes facultates & affectiones, patrimonia ac matrimonia sua*: quo loco, mirum est, tantum virum non attendisse, *matrimonium* pro uxore poni, tritissimo loquendi genere. Suetonius lib. IV. cap. XXV. *edixisse, matrimonium sibi repertum exemplo Romuli*, id est, uxorem. Justini Trogus, lib. III. de Lycurgo: *Ut severius matrimonia sua viri coercerent.* aliquanto post: *Ut servis interfectorum matrimonia pollicerentur.* Sic etiam Impp. in Codice saepius. sic *clientelae*, pro clientibus, & id genus infinita. Ita autem interpretandum apud Augustinum arguunt praecedentes voces, *facultates & affectiones*, quibus istae *patrimonia ac matrimonia* sunt ἀντίστροφα. declarant magis adhuc sequentia, si quis locum perlegat. CASAUB. *Attrito bellis civilibus patrimonio*, est scriptura Pall. trium, ut minime auscultandum sit iis, qui adseverant perstare in libris suis *matrimonio*. GRUT.

Spectare ludos] *Ludos* deest Copes. & sane centies *spectare* ita absolute ponitur. sed inf. cap. LIII. dixit etiam *spectare ludos*. & Neron. XII. quare ob unum codicem, nihil novamus. BURM.

Metu poenae theatralis;] Lege, *poenae theatralis legis*. quis enim ita loquitur? CASAUB.

Teneri] *Tenere* Copes.

Populi recensum] *Populi R. censum* Memm. Harlem. Romana, & quaedam etiam veteres plenis literis, *Populi Romani*, aut, *Romani populi censum*, usque ad Casaub. & Rapheleng. *Populi censum* Periz.

Vicatim egit:] Uti & Divus Julius, cap. XLI. Idemque hic *census* quod illic *recensus*, ne quis justum aliquem censum ab Augusto actum

ter in annum, quaternûm mensium tesseras dare destinavit: sed desideranti consuetudinem veterem concessit rursus, ut sui cujusque mensis adciperet. Comitiorum quoque pristinum jus reduxit: ac multiplici poena coërcito ambitu, Fabianis & Scaptiensibus tribulibus suis die comitiorum, ne quid a quoquam candidato desiderarent, singula milia numûm a se dividebat. Magni praeterea existimans, sincerum, at-

actnm somniet. subjicit enim de frumentatione, cui rei hic, seu *census*, seu *recensus*, institutus. TORR.

Avocaretur] *Avocarentur* Copes. *evocaretur* a m. pr. Cod. Periz. *ab negotiis vocaretur* Memm. & Exc. Cujac.

Quaternum] *Quaternorum* Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres, Bon. & reliquae veteres. sed Basil. & aliae, *quaternûm*. *Quaternas* Codd. Hulf. & Perizon. Memm. pro *mensium*, habet *mensuum*. ut *mensum* inf. cap. LXV.

Sui cujusque mensis] Liber unus MSS. & nonnulli typis editi, *sui quisque mensis*. Memini Suidam in Νόναις, tradidisse dictas esse annonas quasi ἀνὰ τὰς νόνας διδομένας. Quod quanquam ridiculum est, (annona enim ab anno, quasi annalis alimonia, dicitur) ex eo tamen ostenditur nonis cujusque mensis frumentum populo dividi solere. Quare suspicor pro *sui cujusque mensis* legi debere: *Nonis cujusque mensis*. Natus inde error, quod dictionem *Nonis*, una tantum atque altera notatam litera, scriba non intellexerit. TORR. Conjectura docti viri ex Suida emendantis *Nonis cujusque mensis* ratione caret: neque enim quod ille vult, Suidas dicit, sed ut ariolus tantum conjectat. CASAUB. *Sui quisque* Ald. Arg. & Gryph. quod nihilo pejus. ut Caes. LXXX. *suo gens quaeque modo*. & inf. XLVI. *in sua quisque colonia*. nonas fuisse frumentationi dicatas nemo veterum tradit, sed quia hora nonae coenae erat, hinc quidam *annonam* derivarunt. sed & hoc lubricum: quum ab *anno* deducatur. Torrentium etiam refutavit, Schelius ad Hygin. pag. 23. qui & *sui cujusque* tuetur. BURM.

Pristinum jus] Intelligit, quod a Divo Julio institutum, cap. XLI. per civilia bella & triumviratum abolitum erat. TORR. Caute accipe illa *jus pristinum*: neque enim jus illud intelligit, quod stante rep. obtinuit: sed illud ipsum, quod libro superiore cap. XLI. a patre Augusti Julio Caesare docuit fuisse institutum. id jus per bella civilia & III-virorum tyrannidem omissum, reducit nunc Augustus. Dio clare explicat libro LIII. in octavo Augusti consulatu: Ὅ τε δῆμος ἐς τὰς ἀρχαιρεσίας καὶ τὸ πλῆθος αὖ συνελέγετο. οὐ μέντοι καὶ ἐπράττετό τι, ὃ μὴ καὶ ἐκείνῳ ἤρεσκε. τοὺς γοῦν ἄρξοντας, τοὺς μὲν αὐτὸς ἐκλεγόμενος προεβάλλετο, τοὺς δὲ καὶ ἐπὶ τῷ δήμῳ τῷ τε ὁμίλῳ κατὰ τὸ ἀρχαῖον ποιούμενος ἐπεμελεῖτο, ὅπως μήτ' ἀνεπιτήδειοι, μήτ' ἐκ παρακελεύσεως, μήτ' ἐκ δεκασμοῦ ἀποδεικνύωνται. *Populus & multitudo iterum ad comitia conveniebant: neque enim fiebat quicquam, nisi quod ipsi placebat. Igitur magistratus quosdam ipse electos a se creabat: quorundam delectum populo & plebi permittens, id curabat, ne vel parum digni renuntiarentur, vel per factionem vel ambitum.* CASAUB.

Fabianis & Scaptiensibus tribulibus suis] Duas ergo tribus habuit Augustus, alteram Octaviorum, in qua natus, Scaptiam, opinor; alteram Juliorum, Fabiam scilicet, per adoptionem. TORR. Prima edit. *Sabotinis &*. Nota tribus Sabatina ex Festo & lapidibus. sed alteram lectionem super MSS. confirmat vetus lapis: (apud Gruter CCXXVI. 3.)

C. JULIO C. F.
FAB. SCAPT.
CAESARI
AUGUSTO. CASAUB.

Fabianis & Scaptiensibus; Haud secus Pall. nostri. sed iidem tres statim pro *tribulibus suis* retinent, *tribubus suis*. GRUT. Pro *Fabianis* habet *Sabotinis* Ed. Rom. *Fabatinis* Periz. in margine. *Sabatinis* Lugd. *Scaptensibus* pleraeque Edd. sed *Scaptiensibus* Venet. sec. & tert. Bonon. Doleti. *Septensibus* Lugd. *Scapensibus* Basil. & Colin. *iscaptensibus* Venet. pr. *in scaptensibus* Harlem. & Periz. Potuisse vero aliquem in duabus tribubus censeri, & patris naturalis & adoptivi, ut Torrentius ait, docet etiam Cigalinus de Patria Plinii lect. 1. pag. 39. vid. & Chimentell. de Honore Bisellii cap. III. deinde *tribubus* Mem. omnes mei Codd. Edd. Rom. Venet. pr. Lugd. Junt. & al. BURM.

A se dividebat] Liber unus *asse dividebat*. Ve-

atque ab omni colluvione peregrini ac servilis sanguinis incorruptum servare populum: & civitatem Romanam parcissime dedit, & manumittendi modum terminavit. Tiberio pro cliente Graeco petenti rescripsit: *Non aliter se daturum, quam si praesens sibi persuasisset, quam justas petendi caussas haberet.* Et Liviae pro quodam tributario Gallo roganti, civitatem negavit, immunitatem obtulit: adfirmans, ***Se facilius passurum fisco detrahi aliquid, quam civitatis Romanae vulgari honorem.*** Servos non contentus multis difficultatibus a libertate, & multo pluribus a libertate justa, removisse: quum & de numero & de conditione ac differentia eorum, qui ma-

Verum qui sic scripsit, non intelligebat veterem loquendi formulam *a se solvere*, pro de suo solvere, ut a Sempronio, a Titio solvere. TORR. In V. C. est *a se asse dividebat* nam illud *a se* videtur omissum ob similitudinem sequentis verbi, *asse*. URSIN. Viterb. *asse dividebat*. mendose pro *a se*. hoc est, de suis nummis. sic loqui Plautum, Ciceronem, Jurisconsultos, aliosque, pueris notum. At vir doctus scribendum nuper censuit, *a se asse dividebat*. vellem planius sententiam suam interpretatus esset, & docuisset nos, quid sit *asse dividere*. tamen, ne quid dissimulemus, ineptum putamus. CASAUB. *Asse dividebat*. Codd. Hull. Copes. Ed. Bon. sed Terent Adelph. v. S. *de te largitor puer*. sic Caes. LXXXIV. *perpauca a se verba addidit. de suo* dicit noster inf. XLV. BURM.

Existimans] V. C. *Aestimans*, non ut in vulgatis *existimans*. URSIN.

Sincerum atque ab omni] Melius liber Tornacens. *sincerum ab omni*. Hinc pulcherrime Horatius quavis occasione Augustum laudans, lib. III. Od. VI.

> *Foecunda culpae saecula nuptias*
> *Primum inquinavere, & genus, & domos.*
> *Hoc fonte derivata clades*
> *In populum patriamque fluxit.* TORR.

Dionys. Hal. lib. IV. aperit caussam & necessitatem hujus legis Augusti: quam nondum latam desiderat ut plane necessariam. apud Dionem lib. LV. in narratione ejusdem legis scribo, πολλῶν τε πολλοὺς ἀκρίτως ἐλευθερούντων. non ἀκριβῶς. nisi si ἀκριβῶς ἐλευθεροῦν posuit pro donare libertate, non qualicumque, sed plena & justa. illud melius. CASAUB. *Aut servilis* legebat Lipsius.

Civitatem Romanam] *Civitates Romanas*. Mem. & nostri omnes. Edd. Roman. Venet. tres, Steph. vitiose.

Et manumittendi] *Et* deest Memm.

Se facilius] *Facilius se* Ex. Cuj. *fisco deberi aliquod*. Cod. Harlem. Edd. Venet. tres. an *deteri*. BURM.

A libertate justa,] Placet lectio, quae Pulmanno in veteribus aliquot libris inventa, *mult. difficult. a libertate, & multis pluribus a libertate justa removisse*, quo modo est in cod. Vaticano. Manumissionibus autem modum lex Julia imposuit, ab ipso, ut creditur Augusto lata. De qua Dion lib. LV. & Paulus J. C. l. XIV. De manumiss. Quam secuta est Furia, seu Fusia Caninia, nulli qui JCtos attigerit, ignota. Verum ut quam *justam libertatem* vocet Sueton. intelligamus, sciendum est libertinorum tria fuisse genera. Optimo jure erant, qui cives Romani efficiebantur, ita ut jus testamentorum, connubiorum, usucapionum, nexorum, tutelarum denique, ac jus patriae potestatis consequerentur: pessimo vero dedititii, ex lege Aelia Sentia, Sex. Aelio Cato, & C. Sentio Saturnino coss. auctore Augusto lata A. U. C. DCCLVI. Medii autem inter utrosque Latini. De dedititiis sic Ulpianus tit. de Libertis: *Deditiorum numero sunt, qui poenae causa vincti a domino, qui inscripti stigmata, qui propter noxam torti nocentes inventi sunt, aut traditi ad ferrum, aut ut cum bestiis depugnarent.* Hi omnes lege Aelia Sentia a vera libertate arcebantur. Ac ne Latini quidem, dicti postea Juniani, destituti ipsi jure civium plenam libertatem consequebantur; sed tamen eam consequi poterant, ut puta si inter amicos, vel in convivio, aut per epistolam quis manumissus; (his enim modis libertas data, Latina tantum vocabatur) postea vindicta, testamento, aut etiam censu, quae species justae libertatis sunt, jus Quiritium acciperet, aut id illi lege, vel Principis indulgentia contingeret, uti infr. Claud. cap. XIX. & epistolis Plinii ad Trajanum. Dedititii vero a plena libertate in perpetuum repellebantur, dicti ad co-

manumitterentur, curiose cavisset, hoc quoque adjecit, ne vinctus umquam tortusve quis, ullo libertatis genere, civitatem adipisceretur. Etiam habitum vestitumque pristinum reducere studuit. Ac visa quondam pro concione pullatorum turba indi-

eorum similitudinem, qui bello victi se suaque victori dedunt, quorum in foederibus pessima conditio est. Qua de re alibi plura. Nunc Zonarae de Josepho, nobili illo historico, locum adjecisse sufficiat. hunc enim scribit a Vespasiano emissum e vinculis, sed catena securi discissa, ut una cum vinculis ignominia solveretur. Qua de re Josephus ipse Belli Judaici libro v. Adde Suetonium Claud. cap. XIX. TORR. *Multis difficultatibus a libertate, & multo pluribus a libertate justa*; non aliter quoque Pall. tres, nisi quod tertius *difficultatibus a servitute*. antea deerat vulgatis, *& multo pluribus a libertate*. sed perperam. GRUTER. Desunt haec ultima in Codd. Periz. Harlem. Copes. & edit. priscis omnibus, praeter Steph. Casaub. & sequentes.

Et de numero] *Et* deest Harlem.

Manumitterentur] *Mann tenerentur* Codd. Periz. Harlem. Edd. Venet. tres.

Vestitumque] *Vestiumque* Periz. an *vestiumque pristinum usum*.

Pullatorum turba] Tres libri *bullatorum*. Sunt qui *palliatorum* legant, ut Romanos Graeco vestitos habitu intelligamus. non recte. *pullatos* enim sordidos neglectosque, atque adeo faecem plebis vocat, qui praeter Romani habitus dignitatem, sic in publicum veniebant, ut vel in reatu, vel in luctu esse videri possent. inf. cap. XLIV. *Sanxit, ne quis pullatorum in media cavea sederet*. Quinctilian. quoque lib. VI. cap. V. *Imperitis, ac saepe pullatae turbae relinquunt*. & lib. II. cap. XIII. *Collidere manus, terrae pedem incutere, femur, pectus, frontem caedere, mire ad pullatum circulum facit*. Plin. quoque Epist. lib. VII. *Illos quoque sordidos pullatosque reveremur*. *Tunicatum popellum* appellat Horat. epistol. lib. I. VI. 65. ut *vulgus imperitum, populumque tunicatum* Tacit. lib. de Oratorib. Denique Verrem non uno in loco accusat Cicero, quod tunica pulla, ac pallio in officina quadam sedere sit solitus. Erudite itaque Calpurnius VII. Ecl. 80.

> - - - *sed mihi sordes,*
> *Pullaque paupertas, & adunco fibula morsu*
> *Obsuerant*. TORR.

Reprehendit in aliis colorem vestis: in aliis colorem & genus vestis. *Pullati* dicuntur, & qui togam sordidam & coloris obsoleti gerunt: & qui penulas, quae pullo colore erant. Propria civium Romanorum vestis forensis toga fuit, eaque alba. contra hanc observationem majorum varie peccatum per illa tempora, & magis deinceps. tenuiores, posita toga in tunicis prodire non sunt veriti: inde apud Horatium, Tacitum, alios, *tunicatus populus* plebs infima idiotarum. alii penulam pro toga gestabant, vel togae superinjectam. multi togam retinebant, sed sordidam & obsoletam. & hi & illi pullati vocantur a scriptoribus. *Pullus* & φαιὸς ancipitis significationis voces sunt: nam & αὐτοφυὲς atque ingenuum colorem notant. qualis ferme penularum erat, inde φαιὰ μανδύη apud Dionem: & eum, quem vestis alba habendo contrahit. Talis Romae vestis reorum, qui Latinis scriptoribus *sordidati* & *esse in sordibus* dicuntur: Graecis φαιὰ ἐσθής. Plutarchus in Cicerone: Μίλωνος κόμην θρέψας καὶ μεταλαβόντος ἐσθῆτα φαιάν, ἀπαξιώσαντος. magis proprie dixisset ῥυπαρὰν, ut saepe Graeci: vel πιναρὰν & κοινήν. Diodorus Siculus de Saturnino reo: Πράξας κατέφυγεν ἐπὶ τὸν κοινὸν τῶν ἀκληρούντων ἔλεον, καὶ τὴν ἐσθῆτα τὴν πολυτελῆ κατέθετο, πιναρὰν δὲ μεταμφιασάμενος καὶ κοινὴν, καὶ πώγωνα τρέφων περιῄει. Falluntur qui pullatos dici putant solum ob pulli coloris vestem: nam etiam qui togam sordibus infectam gestabant, eo nomine comprehensi ob similitudinem albi coloris obsoleti, & pulli αὐτοφυοῦς. quare auctores modo *pullatos*, modo *sordidos* vocant: interdum *sordidos pullatosque*, ut Plinius septimo epistolarum, & Calpurnius ecloga VII. 26.

> *Venimus ad sedes, ubi pulla sordida veste*
> *Inter foemineas spectabat turba cathedras.*

Paullo post:

> - - - *sed mihi sordes,*
> *Pullaque paupertas & adunco fibula morsu*
> *Obsuerant.*

Simili ratione Julius Pollux vestimenta assignat calamitosis vel λόγῳ δυστυχοῦ, vel φαιὰ, aut μέλαινα. & qui Latinis dicitur *panis sordidus*, Graecis & φαιὸς appellatur & ῥυπαρὸς, ut in tertio Athenaei. CASAUB.

Eo

dignabundus & clamitans; En ait:

Romanos rerum dominos, gentemque togatam.

Negotium aedilibus dedit, ne quem posthac paterentur in Foro Circove, nisi positis la-

En ait:] Ejecit illud *ait* Jac. Gronov. ut ineptissimum, & certe deest Copes. & continuati debet oratio, *clamitans*, *en Romanos &c. negotium dedit*. BURM.

Posthac paterentur] *Posthac de cetero paterentur* Codd. Periz. Harlem. Edd. Venet. tres, Bon. Lugd. Junt. Ald. Arg. & aliae. sed aliter Basil. & reliquae.

Circove] *Circave* Mem. Copes. quod probat Cl. Perizon. ad Sanctii Minerv. IV. 15. n. 6. dubito, nam non tantum ambulantes, ut Torrentius, in circo jussos togatos consistere, sed in ludis spectantes voluisse Augustum togatos conspici credo. ita enim moris antiqui fuisse, ut togati in circo spectarent apparet ex Ovid. III. Amor. II. 37.

Sed enim revocate, Quirites,
Et date jactatis undique signa togis.

ubi adduxi Antiquarios de hoc more agentes. & hinc ad munera togatos etiam convenisse ex consuetudine docet locus Lampridii in commodo a Torrentio adductus. Si quis tamen Torrentio potius adsentiri velit, non pugnabo propter verbum *consistere*, quod de circulis, & inter se colloquentibus in locis illis publicis apte potest explicari. vid. ad Petron. XLVI. & Ovid. Nuc. 64. BURM.

Nisi positis lacernis togatum consistere.] Locus subdifficilis est. Quem ut declaremus, in memoriam revocabimus, quanta olim fuerit togae dignitas; & quam pudendum Romano, si alia quam Romani civis gestans insignia, palliatus puta, aut cum soccis & Gallicis maxime, in publico conspiceretur. Docet id Ciceronis oratio pro Rabirio, & quae Philipp. II. in Antonium scripsit, quaeque in Verrem Actione IV. & V. & inter alios Gellius lib. XIII. cap. XX. Permittebatur tamen, ut pluviae ac frigoris causa, praesertim in theatro, ludorumque spectaculis, ob repentinam saepe coeli injuriam, togae lacernam, quae non multum a paenula distabat, superinducerent, quo & togam conservarent, & se quoque tuerentur. Declarant id complura Martial. epigrammata, ut II. lib. IV. & VIII. lib. V. & elegans Juvenal. locus Sat. IX. cum lacernis *munimenta togae* vocat. Neque ineleganter Plin. lib. XVIII. cap. XXV. ubi de Vergiliarum sidere: *Quoniam id* (inquit) *etiam vestit institor est.* sic enim exemplar meum MS. non *institoris*. haud dubie melius. nam sidus illud, quo exoriente aestas, occidente hiems ostenditur, quia utroque tempore vestem mutamus, veluti institor est. Sequitur apud Plin. *Ergo ex occasu ejus de hieme augurantur, quibus est cura insidiandi negotiatoris avaritiae. Nubilo occasu pluviosam hiemem denunciant, statimque augent lacernarum pretia; sereno asperam, & reliquarum vestium accedunt.* sic namque in meo illo codice, pro *accendunt*. Sensus est, nubilo illius sideris occasu lacernarum pretia crescere, sereno autem etiam vestium aliarum. nam, ut ante dixi, lacernae adversus frigora quoque parabantur. Non tamen repugno, si quis forte *accendunt* malit. Loquitur autem de his, qui confectas a se vestes negotiatoribus vendunt. *Negotiator* vero cum significat, qui non minutim, sed, ut locupletiores solent, generatim mercaturam aliquam tractat. De quo Vespas. cap. XXVI. Sed ad Suetonium redeo. Augustus igitur lacernarum quidem usum non sustulit, ut ego quidem existimo, sed necessitati tantum servire voluit: vetuitque in foro, & in Circo alios quam togatos consistere. ad ea enim Urbis loca fere conveniebant Romani, ut de se ait Horat. Sat. VI. lib. I.

Fallacem Circum, vespertinumque pererro
Saepe forum.

& Livius lib. XXXIX. *Sacrificulos vatesque foro, Circo, Urbe prohiberent.* Foro & Circo nominatim dicit, quod ibi potissimum in hominum multitudine versarentur. *Consistere* autem eos in foro ac Circo intelligo etiam, qui obambulent. Verum si quis alio per forum, aut Circum inducta togae lacerna transiisset, id crediderim licuisse. Ad togae quoque honestatem spectat, quod refert Sueton. Claud. cap. VI. ei scilicet spectaculis advenienti equestrem ordinem depositis lacernis assurgere consuevisse. Spectat etiam quod tradit Spartian. Hadriano cap. XXII. jussisse eum senatores, & equites in publico semper togatos esse, nisi cum a coena reverterentur. Spectat & illud quod initio ejus libri cap. III. scribit, Ha-

41 lacernis, togatum consistere. Liberalitatem omnibus ordinibus per occasiones frequenter exhibuit. Nam & invecta urbi Alexandrino triumpho regia gaza, tantam copiam numariae rei effecit, ut foenore deminuto, plurimum agrorum pretiis adcesserit. Et postea, quoties ex damnatorum bonis pecunia superflueret, usum ejus gratuitum iis, qui cavere in duplum possent, ad certum tempus indulsit. Senatorum

Hadriano omen ad imperium fuisse, quod tribunus plebis effectus paenulas amiserat, quibus tribuni quidem pluviae tempore uti solebant, sed Imperatores nunquam. Addam & Lampridium Commodo cap. XVI. inter prodigia mortis ejus referentem, quod *contra consuetudinem paenulatos jussit spectatores, non togatos ad munus convenire, ipse in pullis vestimentis praesidens*, Adde locum Calig. cap. LII. TORR. Vide Lipf. 1. Elect. 13.

41. *Diminuto*] *Deminuto* Memm. & Ed. Basil. vid. ad Caes. XI.

Foenore deminuto plurimum agrorum pretiis accesserit.] Et quotidiana experientia, & vetus omnis historia hoc docet. Plinium lege ep. XIX. lib. VI. Auctor Dio, tunc temporis Romae tantam pecuniae copiam fuisse, ut agrorum pretia plurimum intenderentur, & usurae trienti sive trientali vix locus esset. sic debent accipi haec illius verba, in quibus caecutiunt interpretes: Τοσῦτον τὸ πλῆθος τῶν χρημάτων διὰ πάσης ὁμοίως τῆς πόλεως ἐχώρησεν, ὥστε τὰ μὲν κτήματα ἐπιτιμηθῆναι· τὰ δὲ δανείσματα ἀγαπητῶς, ἐπὶ δραχμῇ πρότερον ὄντα, τότε ἐπὶ τριτημορίῳ αὐτῆς γενέσθαι. Caeterum Tranquilli vocem *plurimum*, qua certi nihil definitur (& revera nihil potest definiri) circumscribit Paulus Orosius, cujus sunt verba lib. VI. cap. 19. *Roma in tantum opibus Alexandriae aucta est, ut propter abundantiam pecuniarum, duplicia, quam usque ad id fuerant, possessionum aliarumque rerum venalium pretia statuerentur.*

Iis qui cavere in duplum possent,] Explicat hunc locum Jurisconsultissimus Cujacius Observ. lib. V. cap. XXXVIII. CASAUB.

41. *Senatorum censum*] Ingenui, inquit ille, est hominis fateri. per quem didiceris, & herele hunc locum perobscurum, nec ulli, quod legerim cognitum, Budaeus, ex Gallia vir a secretis Regis primarius, feliciter attigit; cujus & libentius mentionem facio, quod annotationibus suis in Pandectas antea satis celebris, & tralationibus quibusdam Plutarchi, nuper editis quoque de asse & partibus ejus libris adeo clarus evasit, ut non possit non summopere ab omnibus commendari, qui *duodecies* LLS. & *centies* & *millies* plurimum differre a *duodecim* & *mille* docuerit: cujus sententiam eo libentius sequor, quod non minus doctrinae prae se fert, quam candoris. Erit hic igitur sensus; ut Augustus princeps ab octingentis LSS. quae summa ante census erat senatorii, ad mille ducenta reduxerit. EGNATIUS. Dio: Ἐκ δὲ τούτου, inquit, ἐξέτασιν αὖθις τῶν βουλευτῶν ἐποιήσατο· ἐπειδὴ γὰρ τὸ μὲν πρῶτον δέκα μυριάδων τὸ τίμημα αὐτοῖς ὥριστο διὰ τὸ συχνοὺς τῶν πατρῴων ὑπὸ τῶν πολέμων ἐστερῆσθαι· προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων οὐσίας κτωμένων ἐς πέντε καὶ εἴκοσι προήχθη, οὐκέτι οὐδεὶς ἐθελοντὴς βουλεύειν ηὑρίσκετο. En clare adfirmat de myriadibus viginti quinque (ita computatio Graeca est) atqui eae sane Latinis legitimum illud decies efficiunt, non duodecies, quod in Tranquilli libris. Plutarchum audi M. Antonio, pro te summas has aequante. Τὰς, inquit, πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας οἱ Ῥωμαῖοι δίκιες καλοῦσι. *viginti quinque myriadas Romani decies appellant & efferunt.* Igitur aut Dio in hac tota re turpiter falsus, aut scriptura in Suetonio, quod magis censeam, scribamque *decies*. Nam quod idem Dio dissentit etiam de quadringentis (in Suetonio enim duplo numero legis, octingenta antea fuisse) non moveor: aspexit enim mutationem post bella civica ab eodem Augusto factam, sed leviter nec in longum. Itaque subterhabuit eam Suetonius, quasi nec fuisset. Haud aliter concilio. LIPSIUS. Insignis de censu senatorio locus, sed qui Lipsius visus parum firmus Elector. II. cap. XVII. ex Dione lib. LIV. ubi duobus in locis XXV. myriadum censum hunc fuisse tradit, hoc est, (ut in vita Antonii testatur Plutarch.) quod Romani dicunt, decies HS. At noster duodecies edit. Ego tamen cum Budaeo a Tranquilli summa non recedo. nihil enim de censu hoc Plutarch. loco quem diximus, & Dion non satis rem explicat. Ac fieri potuit, ut Augustus plus una vice eum ampliaverit. Juvenalis certe tempore triplo majorem fuisse constat ex his ver-

rum censum ampliavit: ac pro octingentorum milium summa duodecies HS. taxavit, supplevitque non habentibus. Congiaria populo frequenter dedit, sed diversae fere summae: modo quadringenos, modo tricenos: nonnumquam ducenos quinquagenosque numos. ac ne minores quidem pueros praeteriit, quamvis non nisi ab undecimo aetatis anno adcipere consuessent. Frumentum quoque in annonae difficultatibus saepe levissimo, interdum nullo pretio, viritim admensus est, tesserasque numarias duplicavit. Sed ut salubrem magis, quam ambitiosum principem 42 sci-

versibus pulcherrimis Sat. XIV. 316

> - - - *mensura tamen quae*
> *Sufficiat census, si quis me consulat, edam.*

Et post paullum 323.

> - - - *effice summam*
> *Bis septem ordinibus quam lex dignatur Othonis.*
> *Hoc quoque si rugam trahit, extenditque labellum,*
> *Sume duos Equites, fac tertia quadringenta.*

En solidum tibi duodecies. Et nisi ad censum referas senatorium, perit sua poëtae gratia. TORR.

Ac pro octingentorum millium summa duodecies HS. taxavit:] Constans haec lectio est omnium librorum. Dio libro LIV. in utraque summa dissentit. Priore, quam facit δέκα μυριάδας. ea sunt HS. quadringenta millia. Posteriore, quam ait fuisse πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδων, hoc est, decies HS. In promptu sunt doctissimorum virorum super hac lauta, in re tanti momenti, diversitate sententiae non minus diversae: dum alii Graeco scriptori rerum Romanarum imperitiam ἀπειρίαν objiciunt: alii verecundius culpam in librarios declinant, & in Suetonio legunt *decies*. Ego adhuc ἐπέχω. CASAUB.

Quadringenos] *Quadragenos* Codd. Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres, Bonon. Lugd. Ald. & aliae. *Quadrigenos*. Junt. & Arg. vid. ad Caes. XXXIII. & inf. XCVIII.

Tricenos, nonnunquam ducenos quinquagenosque] Liber Ferrariens. quem sequor, *trecenos, nonnunquam ducenos quinquagenos*. Alioquin summa nimis fuisset exigua. Quanquam Quinctilian. lib. VI. cap. 3. refert, Fabium Maximum ea, quae donabat Augustus, *heminaria*, non *congiaria* vocare solitum, ob exiguitatem scilicet, quod heminae potius quam congii mensura darentur. Vide Caes. cap. XXXVIII. TORR. Legendum *Trecenos*. similis error in hoc eodem verbo apud Varronem de re Rustica & alios scriptores irrepsit. URSIN. Non placet lectio, quam proferunt quidam *ducenos quinquagenos*. Primum quia aliter optimi codd. deinde quia nihil in nostra lectione absurdi, quod inconsultius quidam pronuntiarunt: nam si Augustus amicis suis (diserte notat Quinctilianus) congiaria tam exigua dedit, ut ea ipsi vocarent *heminaria*, non *congiaria*; cur dubitemus in tanta largitionum frequentia plebeculae illi prope infinitae viritim deaisse aliquando nummos quinquagenos. Vide vero lapidem Ancyranum. CASAUB. *Nonn. ducenos quinquagenosque*, haec deerant Hulf.

Ne minores quidem pueros] Sic Trajanum prolixe laudat Plinius, quod ad congiaria sua infantes quoque admitteret. TORR.

Non nisi] *Nisi* deest Exc. Cujac.

Consuessent] *Consuescerent* Codd. Periz. Harlem. *Consuesceret* Ed. Venet. pr. *consuesset* duae reliquae. *consuescent* Lugd.

Tesserasque nummarias] *Tesseras frumentarias, olearias, & coenarias* quoque legisse memini, quas reddentibus frumentum, oleum, aut coena praeberetur. Sic igitur & *nummarias* interpretor, quibus allatis promissi pro congiario nummi praestarentur. Quas Augustus nonnunquam duplicavit. Atque ita intelligo Juvenal. locum Sat. VII. 147.

> *Summula ne pereat, qua vilis tessera venit.*

tessera enim nummis redimebatur ab eo, qui congiarium dabat. TORR.

42. *Salubrem*] J. F Gronovius ad Cicer. IX. ad fam. 12. opponi luxurioso censet. sed quum manifeste hic opponatur ambitioso, ego capio *salubrem*, non tam qui ipse luxuriae vitium defugit, & frugi esse vult, quam qui populum a luxuria & vitiis affinibus, quae ut morbi invaserant, sanare studet. *Ambitiosus* vero est, qui dum auram popularem captet, indulget etiam populi vitiis, & nutrit. Vid. sup. cap. XXV. Quare utilem reipb. ut medi- cum

fcires, querentem de inopia & caritate vini populum, feveriffima coërcuit voce: *Satis provifum a genero fuo Agrippa, perductis pluribus aquis, ne homines fitirent.* Eidem populo promiffum quidem congiarium repofcenti, *Bonae fe fidei effe* refpondit: non promiffum autem flagitanti, turpitudinem & impudentiam edicto exprobravit: adfirmavitque, non daturum fe, quamvis dare deftinarat. Nec minore gravitate atque conftantia, quum propofito congiario multos manumiffos, infertofque

cum falubrem aegrotis, interpretor. Vid. ad Gratil Cyneg. vf. 121. fic *pax parum falubris* in Tiber. cap. 11. Liv. 11. 41. *ut tribunitiae poteftatis vires falubres Reipb. vellent effe.* & 47. *nec ulla nifi falubri reipb. arte.* BURM.

Severiffima coercuit voce] Tres libri *oratione*, haud dubie melius. folebat enim Auguftus non folum orationes, fed & libros totos in fenatu recitare, vel populo per edictum notos facere. Inf. cap. LXXXIX. Simile autem, quod de Pefeennio Nigro tradit Spartianus cap. VII. cum enim milites limitanei Aegypti vinum peterent, refpondit, *Nilum habetis, & vinum quaeritis?* TORR. Mss. pr. ed. & aliae quaedam *oratione:* quod non male interpreteris de edicto, quo Auguftus populum increpuerit, ut folitum fieri a Principibus. Dio alteram lectionem potius confirmat. CASAUB. *Coercuit voce*, non abit ab hac fcriptura triga Codd. Pall. quare nihil mutandum videtur. *Vocem* enim fumo, pro caftigatione proxime infequenti. GRUT. *Oratione* Codd. Periz. Harle. & plurimae editiones veteres: dubito quid praeferam. fi enim ftatuamus in fpectaculis aut ludis Populum de vini caritate queftum, & poftulaffe fibi dari vel gratis, vel minori pretio, ut hoc fieri folitum, & mox facta eft congiarii petitio, & fupr. XXXIV. & aliis ex locis manifeftum eft, *voce* praeferrem, & ad populi querelas hoc ftatim refpondiffe crederem. fi hoc non placet, cum Cafaubono & Torrentio vel de *oratione* habita, vel potius de edicto increpatorio caperem. ut talia proponi folita apparet ex Claud. XLV. Neron. IV. Tacit. V. Ann. 5. & alibi: & paullo poft hoc capite *impudentiam edicto exprobrat. voce* vero natum a librariis crederem, qui τῷ *increpare* melius voci convenire exiftimabant. quare lectori liberum eligendi arbitrium relinquo. BURM.

Satis provifum] Loci fententia non conftat, nifi inferatur *dicens* quod verbi in vetuftiffima editione invenio, hoc modo, *fatis provifum, dicens.* Ea autem, quae proxime fequuntur voculis item duabus infertis aucta, *perductis in urbem pluribus aquis.* illud *in urbem* abeft a vulgo publicatis. BOXHORN. Nihil opus illo emblemate *dicens*, quod centies omitti folet. vide Periz. ad Sanct. Miner. IV. 4. p. 663. & 759. Cort. ad Sall. Jug. LIII. Drak. ad Liv. IV. 20. & quem non ? ita *ait, inquit, dixit* faepe intrufa vidimus ad Ovid. III. Amor. I. 15. & modo cap. praeced. *ait* ejiciendum cenfuimus. BURM.

Eidem populo] Verbum *populo* ex gloffematio irrepfit. TORR. Ex gloffemate irrepfiffe vocem *populo* credit Torrentius; fed vindicat Gronov. II. obf. 24. ut & fimili loco fupr. cap. XXVIII. fic modo cap. XL. *libertas* repetitur. BURM.

Populo promiffum congiarium repofcenti] Infolens factum & praeter confuetudinem. Cicero lib. IX. ad. Famil. Ep. 8. *Munus flagitare, quamvis quis oftenderit, ne populus quidem folet, nifi concitatus.* CASAUB.

Repofcenti] Vis particulae *re* in compofitis faepe notat vehementiam, & repetitis vocibus & clamoribus non femel pofcere. ut Cal. XXVII. vid. ad Valer. Flac. III. 596. & Phaedr. IV. 17. & fupr. cap. XVI. BURM.

Edicto] *Dicto* Marg. Ant. Gryph. quod nufquam inveni. quia fcilicet *voce* praecefferat. BURM.

Quamvis dare deftinarat.] Mss. *deftinaret.* hoc eft, quamvis in dandi voluntate nihilominus maneret. CASAUB. Pal. pr. & fec. *deftinaret.* tert. *deftinaffet.* GRUT. *Deftinaret* Codd. Harl. Copef. Periz. & Hulf. Edd. Venet. tres, *deftinaffet* Ald. & Steph. *deftinaret, ne minore* Exc. Cujac. fed hae omnes variationes ortae, quia non credebant *quamvis* poffe conftrui cum indicativo modo. quod fieri ad Ovidium docuimus Ep. VII. 29. XIII. 119. & alibi. & notavit etiam Cafaub. ad Claud. XXXII. BURM.

Gravitate] *Gratuitate* Mem.

Multos manumiffos infertofque civium numero,]

que civium numero, comperiffet, negavit adcepturos quibus promiffum non effet: ceterifque minus quam promiferat, dedit, ut deftinata fumma fufficeret. Magna vero quondam fterilitate, ac difficili remedio, quum venalitias & laniftarum fami-

mi-

ro,] Non ftatim ut aliquis manumiffus erat, ad congiarinm aliafve liberalitates admittebatur; fed in tribum prius defcribi oportuit. Benigniores patroni quos manu emiferant, iis tribum ftatim emebant, aut fi teftamento libertas daretur, emi mandabant, ut fcriptum eft in lege XXXV. Dig. de legat. III. emtionem tribus fignificat illis verbis Suetonius, *infertos civium numero.* Referri etiam poteft ad eos, qui fuis fibi pecuniis libertatem redimebant, aut ad gratos alias fuis heris: nam & hi & illi videntur de induftria appetente congiarii die fuiffe liberati. Similis fraus notata Dioni lib. XIX. in Pompejana divifione frumenti. ait enim πολλοὺς αὐτὸς τὰς ἀπ' αὐτοῦ ἐλπίδας ἐλευθερωθῆναι. Sed verum eft occafionem hujus emendationis praebuiffe Augufto illiberalem lucelli cupiditatem, quae multos temporibus illis impellebat, ut fervos fuos nullo difcrimine manumitterent. Hi in tribus divifi, ad frumentationem, congiaria, & id genus alia legitimorum civium commoda admittebantur: ac mox ad patronos fuos omnia deferebant. Non tunc primum Romanorum moribus ea macula adhaerere coepit. Dionyf. Hal. multos fua aetate libertate donatos queritur: Ἵνα τὸν δημοσίᾳ διδόμενον σῖτον λαμβάνοντες κτ̃ μῆνα, καὶ εἴ τις ἄλλη παρὰ τῶν ἡγεμόνων γίγνοιτο φιλανθρωπία, φέρωσι τοῖς δεδωκόσι τὴν ἐλευθερίαν. *Ut frumentum publice dari folitum, fingulis menfibus accipientes, aut fi quae alia largitio a principibus vel magiftratibus fuerit celebrata, auctoribus libertatis fuae id ftatim afferant.* locus eft libro IV. CASAUB.

Incertofque Codd. Harlem. Periz. Edd. Venet. fec. & tert. Lugd. Junt. Ald.

Ceterifque] *Ceteris* Copef.

Magna vero quondam fterilitate ac difficili remedio,] Eufebius in Chronico ad numerum MMXXII. *Fames Romae ita ingens facta, ut quinque modii venderentur denariis* XXVII. *femis.* nam haec verba ad hunc Suetonii locum pertinere, obfervat ibi doctiffimus Scaliger. TORR.

Magna vero quondam] *Quadam* Cod. Periz. Edd. Rom. Venet. tres, Bon. & omnes fere praeter Bafil. & recentiores. *quidam* Harlem. vid. ad Caef. LXXVII. & Dom. VII. & alibi. BURM.

Venalitias, ac laniftarum familias] *Familiam* vocant JCti, plures fimul perfonas fub unius poteftate, & quidem fervos fere. Qui fi publici fint, quales qui aedilibus aderant, ut aquarum curatoribus, *familia publica* dicitur. Alioqui *urbana*, & *ruftica*. *Laniftarum* ergo *familia* vocantur hi, qui ad ferrum atque arenam parati funt: *vaenalitia* mangonum eft, ipfi nempe vaenales. quanquam enim *vaenalia* multa funt, *vaenalium* tamen nomine ut Quinctilian. tradidit lib. VIII. cap. II. peculiariter fervi dicuntur, maxime novitii. Quos & veteratoribus opponunt l. XXVII. & l. ult. de Aedilitio edicto. Horat. Sat I. I. 46.

> - - - *ut fi*
> *Reticulum panis vaenales inter onufto*
> *Forte vehas humero.*

Cic. pro domo cap. XIX. *Ille novitius Ligur vaenalis, afscriptor, & fubfcriptor tuus.* Plin. Epift. XXI. lib. I. *Credo decentes effe fervos, qui mihi funt empti confilio tuo; fupereft ut frugi fint, quod de vaenalibus melius auribus quam oculis judicatur.* Hinc ergo *vaenalitius* non tantum adjective, ut dicunt Grammatici, ut cum *familiam*, aut *gregem vaenalitium* dicimus, fed pro ipfo mangone. Sueton. lib. de Claris Rhetor. cap. I. *Vaenalitii cum Brundifii gregem vaenalium navi educerent.* Cicero fragmento orationis Cornelianae, quod in oratore ad Brutum nunc legitur, atque exftat etiam apud Nonium, & Quinctilianum: *Neque me divitiae movent, quibus omnes Africanos, & Laelios multi vaenalitii, mercatoresque fuperarunt.* Quo tamen loco Dionyfius Lambinus *vaenalitiarii* legendum exiftimat. nam *vaenalitiarii* (inquit) mangones funt, *vaenalitii* fervi ipfi vaenales. Sed errat, & quidem infigniter. nam fi in illis verbis vel fyllabam immutes, quod ipfe affirmat Cicero, minus concinna, & numerofa erit oratio. Et *vaenalitiarios* quidem vocari a JCtis noftris mangones ipfos non diffiteor, fed *vaenalitios* abfolute pro fervis accipi, conftanter nego. Veteres certe non ita ufi funt. Et ut Suetonii, quem afscripfi, locum omittam, major profecto Quinctiliani & Nonii, quam Lambini effe debet auctoritas. *Vaenalitia* fane pro vaenalibus, ut *fervitia* pro fervis Ulpian.

milias, peregrinosque omnes, exceptis medicis & praeceptoribus, partemque servitiorum, urbe expulisset: ut tandem annona convaluit, *impetum se cepisse* scribit: *frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum cessaret: neque tamen perseverasse, quia certum haberet, posse per ambitionem quandoque restitui.* Atque ita post hanc rem temperavit, ut non minorem arato-43 rum ac negotiantium quam, populi rationem deduceret. Spectaculorum & ad-

dixit l. v. De jure deliberandi, & *e vaenalitio novitiorum emere* Venulejus l. ult. de Aedilit. edicto, pro ex corpore seu grege vaenalium. Sed hoc nihil Lambinum adjuvat. Egregie autem Cicero *vaenalitiis* mercatores adjungit. nam, ut l. CCVII. de Verborum signif. Africanus tradidit, mercis appellatione homines non continentur. Eamque ob rem mangones, non mercatores, sed *vaenalitiarii* appellantur. *Vaenalitiarios* igitur vocant J. C. quos alii *vaenalitios*. *Vaenalitiam* tamen *vitam exercere* dixit Ulpian. l. LXXIII. de Legat. & fideicom. lib. III. TORR. Dio lib. LV. τούς τε μονομαχοῦντας καὶ τὰ ἀνδράποδα τὰ ὤνια. CASAUB. *Venalicios* Steph. male. *venalicii* enim sunt mangones, qui non tanto numero, ut ejecti urbe annonam levarent: sed *venaliciae familiae*, sunt ipsi servi venales, quorum ingens Romae turba. BURM.

Partemque] *Partimque* Copes.

Urbe expulisset] Ultra centesimum lapidem. CASAUB.

Impetum se cepisse scribit; frumentationes publicas in perpetuum abolendi] Phrasis Suetonii, ut in Caligula cap. XLIII. *Expeditionis Germanicae impetum cepit.* in Othone cap. IX. *impetum cepit moriendi.* Seneca ad Helviam: *Saepe jam mater optima impetum cepi consolandi te.* CASAUB. Non modo Suetonio familiaris locutio, sed pluribus ostendit Gronov. ad Liv. XXII. 5. & Lips. ad Senec. consol. ad Helv. cap. I. BURM.

Frumentationes] *Frumentari*, unde *frumentator*, & *frumentatio*, castrense verbum est. Sueton. pro annona populo distributa passim utitur. TORR.

Cultura agrorum cessarat:] Libri MSS. *cesserat*, nec displicet. Nihil muto tamen. Verum ut hujus loci sententiam melius explicemus, lectorem obiter monebimus, consuevisse Romanos vectigalia sua publicanis, qui fere ex equestri erant ordine, per censores elocare. Qui si frumenti decumam conduxissent, *decumani*; si portoria, *portitores*; si pascua, *pecuarii* dicebantur. Et ea omnia, quoniam res immensa erat, aut per familias suas exercebant, aut aliis porro civibus concedebant. Qui & *aratores*, & *coloni*, & *agricolae*, & *pastores* saepe a Cicerone, atque aliis appellantur; non quod ipsi vel ararent, vel pascerent, sed quod obstricti publicanis circa eadem negotia versabantur, eo utiliores reipubl. quo in opere quisque suo diligentius negotiabantur. Sed quia res magni laboris erat, & incertum saepe lucrum, cum de honoribus contendentium ambitione, ac virorum principum largitione annona publica, quam *frumentationem* vocat Sueton. cotidie cresceret, multi eo confisi beneficio, nec labore quaerendum rati, quod otiosis quoque de publico praestabatur, agrorum culturam negligebant. Augustus vero rem sic temperavit, ut & plebi urbanae satisfieret, & negotiantium quoque ratio haberetur. *Negotiantium* autem verbo omnes quos diximus, continentur, *aratorum* non ita. Hinc *arationes*, & *aratiuncula* apud Plautum Trucul. I. II. 46. TORR. *Cesserat* Codd. Periz. Hulf. Copes. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. *Cesserit* Harlem. *cessaverat* Bonon. Paris. *cessarat* Basil. Gryph. Colin. Dolet. Plantin. & Torr. proprie vero *cessare* de agris, qui non coluntur, dici notatum ad Ovid. III. Am. X. 35. & III. Trist. VII. 26. BURM.

Perseverasse] *Perseverasset* Copes. *perseveverasse, scribit, & quia* Exc. Cujac.

Posse] Omiserunt hanc vocem Junt. Ald. Arg. *quoque restitui* Venet. pr.

Ita post hanc rem temperasse] V. C. habet, *atque ita posthac rem temperavit.* URSIN. Placet magis, quod in aliis exstat, ut in edit. Rob. Steph. *Atque ita posthac rem temperavit.* CASAUB. *Post hanc temperavit*, omisso *rem* Ald. *temptavit* Harlem. Venet. sec. & tert. Bonon. forte, *atque ita potius rem temperavit.* Ne ambigua sit sententia, an *post*, sim-

adsiduitate, & varietate, atque magnificentia, omnes antecessit. Fecisse ludos se ait suo nomine quater: pro aliis magistratibus, qui aut abessent, aut non suffice-

simpliciter pro *postea*, an *post hanc rem*, sit capiendum, & tunc *temperavit* absolute ponatur. ut saepe quidem factum. vid. supr. ad cap. XIII. BURM.

Aratorum] *Aratrorum* Codd. Periz. Harlem. Ed. Venet. pr. *Arantium* Marg. Basil. & Gryph.

Populi rationem deduceret.] Liber unus, *duceret.* quod interpretes sequi videntur. TORR. V. C. habet *duceret*, non *deduceret*. URSIN. Nove dictum, ut alia multa in Suet. *rationem deducere*, pro habere, ducere. Compositum loco simplicis, ut apud Columell. *deputare vites* pro putare, & lib. superiore, *rebus decedentibus* pro cedentibus. Mox *crus effregerat*, pro fregerat; quod tamen in membranis reperi, non compositum. hic quoque *duceret*, non *deduceret* habetur in quibusdam libris. cap. XLIII *tensas deducere* pro ducere. sensus est, Augustum in divisione frumenti non minus aratorum ac negotiantium commodis consuluisse, quam plebis otiosae, quae in urbe morabatur. *Populum* appellat, ut saepe alibi, plebem, quae Romae frumento publico alebatur. haec fere otiosorum hominum fuit, & magna ex parte functorum militia: cives enim Romani artes *βαναύσους* plerique a se spernebant, & solis servis dignas judicabant, ipsi bellis vacabant: unde peractis stipendiis egeni plerumque quod supererat vitae, degebant. Quod ut caveret Augustus, commoda missionum & militiae tempora definiit, *ne aut aetate aut inopia post missionem sollicitari ad res novas possent*, ut est infra cap. XLIX. scriptum. Haec vel praecipua olim caussa excogitandarum legum Agrariarum: ita enim exhauriebatur famelica illa multitudo, vere sentina urbis. Alterum mali remedium fuit, publica frumenti largitio. Sed praeclarum hoc institutum secuta sunt non levia incommoda. Plerique enim de plebe in re facienda omissiores [illegible] facti sunt, neglectum negotiandi studium, spreta agrorum cura & servis vinctisque commissa. ex quo illa Livii gravis querela libro sexto cap. 12. *Olim multitudinem innumerabilem liberorum capitum in eis fuisse locis, quae nunc vix seminario exiguo militum relicto, servitia Romana ab solitudine vindicant.* vide etiam Appianum libro primo de Bellis civilibus. Haec ratio est, cur Augustus & tollendi primo omnem frumentationem ceperit impetum: & cum postea e re non fore id judicasset, τὸ δεύτερον πλοῦν, quod ajunt, ut vulgi socordiam excitaret, ad frumentationem non minus eos admiserit, qui agros colerent & mercimonia exercerent, quam pauperes illos urbicos, qui soli, ut videtur, ante Augustum publico frumento ali soliti. *Negotiantes* sunt, non quos putat Torrentius; sed quicunque aliquam negotiationem exercerent, cujusmodi erant centonaria, sagaria, lignaria, carbonaria, coenacularia, & similes his aliae in veterum libris & antiquis lapidibus nominatae. Hi sunt qui Imperatoribus in Codice dicuntur *negotium gerere*, vel *in negotiis pecuniam tractare*, aut *mercimonia agitare*. CASAUB. Agnoscit hanc lectionem *deduceret* Pall. trias. GRUT. Miror, cur magnus interpres hoc observet nove dictum. Nam & ante sic Manilius libro III. 435.

Sic erit ad summam ratio deducta priorem. Imperator in §. XXIII. de Action. *In qua actione earum etiam rerum, quas fugiendo servus abstulerit, aestimatio deducitur.* Id est, fit vel ducitur. Nempe compositum pro simplici *ducere* accipiunt. Quod verbum Arithmetices & ratiocinii proprium. Prosper de promiss. & praedict. *Ter enim quadragies ducta centum viginti faciunt.* Hinc illa tralatio in phrasi sane frequenti, *rationem ducere*. Et alias *deducere* quid sit in ratiociniis, notum ex formula, *Sine deductione*. Ex his credo patet, quomodo phrasibus illis, quibus domicilium proprium in ratiociniis, migrationes in alienum multae contingant. GRONOVIUS. II. Obs. 10. *duceret* Steph. *deducerent* Ed. Rom.

43. *Atque magnificentia*,] *Et magn.* Codd. Periz. Harl. & Edd. Roman. Venet. tres, Bon. & aliae veteres. copulam omisit Lugd. *Et magnificentia o. a. fecisse se ludos ait* Ex. Cujac.

Fecisse ludos se ait] In breviario, ni fallor, rerum suarum. CASAUB.

Suo nomine quater:] Non immerito displicet Lipsio Elector. II. cap. XVII. hoc tantum *quater*. quomodo enim non saepius, ter decies consul? Ut aliae omittantur occasiones, quibus more ac lege ludos dare cogebantur.

ficerent, ter & vicies. Fecitque nonnumquam vicatim, ac pluribus ſcenis per omnium linguarum hiſtriones: non in Foro modo, nec in Amphitheatro, ſed in Circo & in Septis, & aliquando nihil praeter venationem edidit: Athletas exſtructis in campo Martio ſedilibus ligneis: item navale praelium circa Tiberim cavato

tur. Itaque legendum putat *quater & vicies*, repetita hac dictione ex linea ſequente, vel etiam *quadragies*. Ego non auſim tam liberalis eſſe. nec quiſquam (puto) qui quae de Auguſti conſulatibus ſcribit Tranquill. cap. XXVI. penitius expenderit, quam varie ſcilicet, quantoque intervallo, plerumque abſens, nec toto anno eos geſſerit. Adde, quod ambitioſus cum eſſet, videri tamen noluit, alienae praetextu gloriae quaerens ac ſtabiliens ſuam. Neque a conſulibus munera, ac ludi flagitabantur, ſed a quaeſtoribus, aedilibuſque. At Auguſtus a conſulatu per vim paene contra leges incepit. TORR. Mihi quoque ſuſpectus hic numerus, etſi omnium libb. conſenſu confirmatus: & quod majus eſt, inter legendum Dionis hiſtoriam, ludos ab Auguſto ſuo nomine editos non adeo multos obſervare viſus ſum. nam alii potius ejus nomine edebant. Sed verius eſt, repetendum ex ſequenti periodo verbum *vicies*. quae βραχυλογία Graecis Latiniſque uſitata eſt: verum ita fere, ut major numerus in priore commate poſitus etiam ſequenti ſerviat, contra quam hic fit. Plinius lib. XVIII. cap. 7. *In Transpadana Italia ſcio vicenas quinas libras farris modios penderet, circa Cluſium & ſenas.* Repete *vicenas*. Ariſtoteles in libello de Miraculis auditis: Τὸ δ' ἐν τῇ Λιπάρᾳ πυρὶ καὶ ὀπλαῖσιν φησὶ Ξενοφάνης ἐπὶ ἑκκαιδεκέτη, τῷ δ' ἑβδόμῳ ἐπανελθεῖν. *ſeptimo* id eſt, decimo ſeptimo. Sive igitur quater ſuo nomine ludos Auguſtus edidit, ſive, quod potius puto, ſaepius, nihil hic mutandum cenſemus. CASAUB. Dubito de hac βραχυλογίᾳ, quum exemplis deſtituor, & in Plinii loco major numerus praecedat *vicenas quinas*, & ſubſequatur *ſenas*, ubi recte repetitur *vicenas*. & ita in Athenaei verbis. Sic ubi *milia* in priori numero praecedunt, recte ſequente minore numero *milia* repetitum intelligi poteſt. ut apud Livium XXXI. 34. *ipſe cum viginti milibus peditum, quatuor equitum.* &c. ubi male *quatuor milibus* olim edebatur. ut ibi egregie oſtendit J. Fr. Gronovius. & ita apud Curt. III. II. 4. *Perſarum erant centum milia, in quis eques triginta implebat.* ita MSS. vulgo *triginta milia*. Flor. II. 18. *quatuor milibus Celtiberorum quadraginta milium exercitum ſuſtinuit.* & ibi in MSS. deeſt *milium*, ut notavit Cl. Dukerus. hinc efficitur, ſi Suetonius dixiſſet ludos feciſſe *quater & vicies*, & in ſequentibus eſſet *ter*, recte potuiſſe repeti, *ter & vicies*: non vero contra. BURM.

Ter & vicies] *Ter aut vicies*. Harlem. Venet. tres.

Vicatim] *Etiam vicatim* Copeſ. Hulſ. Exc. Cujac.

In foro modo] *Modo* deeſt Periz. deinde omnes ſcripti & editi *nec in amphitheatro*, uſque ad Plantinianas, quas ſecuti Raphel. & Cl. Graevius. vid. Caeſ XXXV.

Sed in Circo & in Septis,] Libri MSS mire variant. Omnium optimus ſic: *ſed & in Circo. In Septis nihil unquam praeter venationes edidit, athletaſque, exſtructis*, &c. Notum autem theatra proprie ludis ſcenicis dedicata fuiſſe, quos Auguſtus in foro quoque, & amphitheatro, & circo edidit. Similis locus Calig. cap. XVIII. TORR. *Sed & in Circo* Exc. Cujac. contra & deeſt Copeſ. *ſed in Cerco & in ſeptis edidit, & aliq. n. p. venationem. Athletas* &c. Junt. Arg.

Edidit] *Dedit* Codd. Periz. Harlem. & quidam Regii. Edd. Roman. Venet. tres, Bonon. Lugd. Baſil. poſter. ſed prior in margine. ita *munus dare* Neron. XII. & alibi dixit *gladiatores, ludos* &c. *dare*. BURM.

Athletas exſtructis in campo Martio ſedilibus ligneis:] Factum ſexto Auguſti conſulatu. Dio: Καὶ γυμνικὸς δὲ τότε ἀγὼν, σταδίου τινὸς ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ ξυλίνου κατασκευασθέντος, ἐποιήθη. Ex collatione horum locorum apparet, quae fuerit ſtadiorum Graeciae forma. CASAUB. *Athletas quoque* Copeſ. Et Exc. Cujac. ſed *quoque* ignorant omnes, quas vidi, uſque ad Graevianam primam & Pitiſci.

Sedilibus] *Sedibus* Copeſ.

Tiberim cavato ſolo, in quo nunc Caeſarum nemus eſt] Eadem verba in breviario Ancyrano, unde ſumſit Suetonius, quod moneo, ne

vato solo: in quo nunc Caesarum nemus est. Quibus diebus custodes in urbe disposuit, ne raritate remanentium grassatoribus obnoxia esset. In circo aurigas cursoresque & confectores ferarum, & nonnumquam ex nobilissima juventute, produxit. Sed & Trojae ludum edidit frequentissime, majorum minorumque puerorum delectu: prisci decorique moris existimans, clarae stirpis indolem sic notescere. In hoc ludicro C. Nonium Asprenatem lapsu debilitatum, aureo torque donavit: passusque est ipsum posterosque Torquati ferre cognomen. Mox finem fecit talia edendi, Asinio Pollione oratore graviter invidioseque in curia questo Aeserni nepotis sui casum, qui & ipse crus effregerat. Ad scenicas quoque & gladiato-

ne quis τὸ *nunc* restringat ad tempora auctoris. Tacitus Annal. lib. XII. cap. 56. *Lacu in ipso navale praelium adornatur, ut quondam Augustus structo cis Tiberim stagno, sed levibus navigiis & minore copia ediderat.* Frontinus de aqua Alsietina loquens: *Augustus, cum opus naumachiae aggrederetur, ne quid salubrioribus aquis detraheret, hanc proprio opere perduxit: & quod naumachiae coeperat superesse, hortis subjacentibus & privatorum usibus ad irrigandum concessit.* CASAUB.

Et nonnunquam ex nobilissima] Mallem abesse &. TORR.

Trojae ludum] *Lusum* Codd. Hulf. Memm. & Ed. Steph. & ita vocat in Claud. XXI. vid. ad Phaedr. III. 14. huc pertinent illa apud Servium ad Virg. v. Aen. 556. ut recte Casaubonus. BURM.

Magnorum minorumve] Lego, ut in vetustissimo codice, *majorum minorumque*. sic enim Caes. cap. XXXIX. & Tib. cap. VI. Mallem etiam *frequentissimo* pro *frequentissime*, modo libri suffragarentur. TORRENT. *Magnorum*, Codd. Harlem. Periz. Copes. & Edd. Rom. Venetae. Basil. Gryph. Torr. & veteres fere omnes. deinde Junt. Ald. & Steph. *minorumque*; rectius. nam utriusque aetatis delectum egit, vid. Caes. XXXIX. fragmentum Suetonii quod huc facere credebat Brouckhusius, habet Servius ad Virg. v. Aen. 102. *Minores* sunt annis XIV. minores, inde ad XVII. sunt *majores*: tunc enim pueritiam finiunt. l. 1. §. 3. ff. de Postul. & plenam pubertatem octo & decem annis definit JCtus in l. XL. §. 1. ff. de Adopt. *delectu* Copes. *delectu* omisit Hulf. & Exc. Cujac. BURM.

Indolem sic notescere] Duo libri *enitescere*. quod probo TORR. Torrentius probat *enitescere*, nec, si plures libri agnoscerent, repudiarem: sic apud Plin. II. Ep. 10. *Enotuerunt quidam tui versus.* ubi in Cod. Medic. est *enituerunt*. sed & *enotescere* noster in Oth. III. & *innotescere* hoc sensu dixit in Neron. XLII. & ita hic *enotescere* posset legi, vel *innotescere*. vid. ad Phaedr. I. fab. 10. BURM.

Ludicro] *Judicio* Harlem. *lubrico* Ed. Rom. ut sit *lubrico lapsu*.

C. Nonium Asprenatem] Libri MSS. *Nonium Aspr.* sine praenomine, unus vero *Sex.* pro *C.* Iuf. cap. LVI. *Cum Asprenas Nonius arctius ei junctus*, &c. TORR. Praenomen etiam deest Copesiano codici: hunc memorari in l. 1. §. 5. ff. de postulando, & ejus patrem Publium Caecum censet Jacob. Curtius conject. tom. I. lib. III. cap. 40. BURM.

Aureo torque donavit] In solatium debilitatis honos hic eximius Nonio habitus: nam caeteri pueri, qui Trojam luserant, galeis, hastilibus, talibusque solum praemiis affecti. Baebius Macer: *Caesar Augustus pueris, qui luserunt Trojam, donavit galeas & bina hastilia.* Virgilius libro quinto obiter ad hanc historiam allusit: ut alibi passim ad Julii Caesaris & Augusti res gestas. CASAUB.

Est ipsum] *Ipsum* deest Memm. *ipsum Asprenatem* Codd. Harl. Periz. Edd. Venet. tres, Bonon. & veteres reliquae. sed Basil. & recentiores ejecerunt.

Talia] *Alia* Exc. Cujac. pro var. lect.

Aeserni nepotis sui] Aeserni nepotis Asinii Pollionis meminit Seneca IV. Declam. & in Controversiis. Vitam ejus incorruptam, & facundiam laudat Tacit. Annal. XI. TORR. *Aserini* Memm. Ed. Rom. *Asserini* Codd. Periz. Harlem. Edd. Venet. sec. & tert. Junt. Lug. Gryph. Basil. *Asservinii* Venet. pr. *Esernini* Bon. Basil. poster. Ald. Steph. Plantin. & aliae.

Qui

torias, operas, etiam equitibus Romanis aliquando usus est: verum prius quam senatusconsulto interdiceretur. Postea nihil sane, praeterquam adolescentulum Lucium, honeste natum, exhibuit: tantum ut ostenderet, quod erat bipedali minor, librarum septemdecim, ac vocis immensae. Quodam autem muneris die, Parthorum

Qui & ipse crus effregerat.]. Memmianus & quidam alii, *crus fregerat*, idque melius. initio libelli de Grammaticis: *Quum in regione palatii prolapsus in cloacae foramen, crus fregisset.* CASAUB. *Fregerat* Copes. Senec. Ep. CIV. *fregit aliquis crus, aut extorsit articulum.* vid. inf. LXVII. & Tib. XLIV. BURM.

Ad scenicas quoque & gladiatorias operas,] De scenicis reperio notatum a Dione ludis Marcelli lib. LIII. de gladiatoriis lib. LVI. CASAUB.

Etiam equitibus] *Et* Memm. Periz. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venetae, Basil. & aliae veteres. *etiam* in Basil. poster. Gryphianis & Plant. & recentioribus. omittunt hanc particulam Codd. Copes. & Harlem.

Usus est] *Visus est* Cod. Harl. Ed. Venet. pr. *est* deest Copes.

Senatus consulto interdiceretur.] Auctorem hujus rei facit Augustum historia Dionis lib. LIV. initio. CASAUB.

Adolescentulum Lucium,] Certum est subesse mendum. Duo codd. habent *Lytium*, unus *Licitum*, optimus *Litium*. Scribo igitur *L. Itium*. Itia enim gens Romana, ut ex nummo veteri videre licet, quem apud me servo. Apud Horatium quoque, tam in Odis quam Epistolis, male *Iccius* pro *Itius* scribitur. I. Od. 29.



Iti, beatis nunc Arabum
invides Gazis.

Et: I. Epist. XII. I.

Fructibus Agrippae Siculis, quos collegis,
Iti.

Simile, ut suspicor, mendum in Macrobio lib. Saturn. II. cap. IV. *Lucius, gravis tragoediarum scriptor.* Est & *C. Iccius* apud Plin. inter auctores libri XXXVI. pro *C. Itius*, ut arbitror. Non male igitur, qui lib. V. de bello Gallico *portum Itium* pro *Iccio* restituunt. TORR. Varias γραφὰς hujus loci annotavit Torrentius: ecce autem novam praeter illas omnes ex cod. Viterb. *Adol. Hirtium.* Ego rectum puto *Lycium*, non *Lucium*. nam quae haec esset designatio solo praenomine? est vero nomen ἐθνικόν. neque aliter membranae regiae & Memmianus. CASAUB. Pal pri. *Licium*. Adscriptumque orae *Hircum*. erat in sec. *Lycium*. GRUT. *Litium* Cod. Harlem. & Ed. Venet. pr. unde facile *L. Itium* exit. vid. ad Caes. LXXVII. *L. Itium* etiam Broukh. probabat. *Lusium* Edd. Rom. Lugd. Junt. ultima Torrentii verba de portu Itio spectant Ursinum in famil. Rom. in Gente *Itia*. sed nos in vero nomine hujus adolescentuli, non aliunde noti, temere & frustra nos laborare credo. BURM.

Bipedali minor,] Ad hunc Augusti nanum videri potest respexisse Horat. lib. II. Sat. III. 309.

Aedificas, hoc est, longos imitaris, ab
imo
Ad summum moduli bipedalis.

Plinius quoque lib. VII. cap. XVI. ex Varrone Manium Maximum & M. Tullium equites Rom. binûm cubitorum fuisse auctor est. TORR. Mira levitas, nec pro illa ipsa magnitudine ejus corpusculi. Usitata statura, ut alibi notamus, erat pedum fere sex; pondus librarum Romanarum centum plus minus. Plaut. Asin. II. II. 35. *Nudus vinctus centum pondo es.* locum vide. Hac proportione homo bipedalis alterum fere tantum pendere debuit: non igitur nanus solum hic fuit, sed & monstrose gracilis ac levis: tertii miraculi loco vox stentorea in tantulo homuncione. De gracilitate ne nimis miremur, faciunt quae Athenaeus lib. XII. & Aelianus lib. X. Ποικίλης de Archestrato narrant. At quae in Graecis epigrammatis lib. II. titulo. Εἰς λεπτοὺς leguntur, non solum poëtica, sed pleraque inepta sunt, paucis exceptis; cujusmodi hoc Lucilii sane venustissimum:

Ἐξ ἀτόμων Ἐπίκουρος ὅλον τὸν κόσμον ἔγραψεν
Εἶναι, τοῦτο δοκῶν, Ἄλκιμε, λεπτότατον.
Εἰ δὲ τότ' ἦν Διόφαντος, ἔγραψεν ἂν ἐκ Διοφάντου,
Τοῦ καὶ τῶν ἀτόμων πολὺ τι λεπτοτέρου.

*H

rum obsides tunc primum missos, per arenam mediam ad spectaculum induxit: superque se subsellio secundo collocavit. Solebat etiam citra spectaculorum dies, si quando quid invisitatum dignumque cognitu advectum esset, id extra ordinem quolibet loco publicare: ut rhinocerotem, apud Septa: tigrim, in scena: anguem quinquaginta cubitorum, pro Comitio. Adcidit votivis Circensibus, ut correptus va-

Ἢ τὸ πᾶν ἀλλ' ἔγραψε συνεστάναι ἐξ ἀτόμων ἄν,
Ἐκ τούτου δ' αὐτοῖς, Ἄλκιμε, τοῖς ἀτόμους.

Quae obiter ita vertebamus:

Mundum omnem ex atomis Epicurus credidit ortum.
Cur? atomis credens nil magis exiguum.
Tunc, Diophante, fores: atque omnia de Diophanto
Orta forent, vincis qui brevitate atomos.
Aut si cuncta alia ex atomis conflata putaret:
Certe atomis ortum tu, Diophante, dares. CASAUB.

Decem septem Copes. pro *decem & septem.*

Per arenam mediam] Ut spectarentur prins a populi corona. θεατρίζειν Graeci hoc vocant: ac quia in supplicio afficiendis potissimum id fiebat, verbum alias μέσον in malam partem tantum coepit accipi. CASAUB. *Per mediam arenam* Exc. Cujac.

Superque se subsellio secundo collocavit.] Interpretes secundo supra Augustum cuneo sedisse intelligunt, ego eodem quidem cuneo, sed secundo a latere sedili collocatos fuisse arbitror, ut ad illum Horatii locum notasse me memini lib. II. Sat. VIII.

Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra.

sic enim cap. proximo *primus subselliorum ordo*, pro primo cuneo, & Plautus Prol. Amphit. *Ut conquisitores singula in subsellia Eant per totam caveam.* subsellia enim pro cuneis dixisse videtur. TORR. Orchestram sedem senatorum in theatro Romano, (nam aliter in Graeco) Suetonius *primum subselliorum ordinem* vocat paullo post. Ea vero pluribus constitit subselliis, sed uni ordini dicatis. Id appellat auctor *ordinem subselliorum*, item *ordines.* sequitur statim, *maritis e plebe proprios ordines assignavit.* id est, propria subsellia, sive proprium subselliorum ordinem. subsellium est sedes sive lignea, sive lapidea κύκλῳ τοῦ θεάτρου, in orbem extensa. Graece subsellium ex Pausania dixeris θρόνον συνεχῆ πολλὰς ἔχοντα καθέδρας. In Heronis mathematici libello, quem habemus Ms. ubi problemata quaedam de theatris explicantur, βαθμοὶ & βαθμίδες τοῦ θεάτρου appellantur. Scenae & podio proximum subsellium, Principum & magistratuum: secundum & reliqua, quibus constitit orchestra, senatorum. in primo sedit Augustus: in secundo legatos collocavit. *super se* ait Suetonius: quia ratio subselliorum ea fuit, ut imo sive primo secundum esset altius, secundo tertium & sic deinceps. Vel simpliciter accipe *super se*, pro pone se & ὑπὲρ αὑτόν. Alio sensu in triclinio dicitur aliquis alium *super se* collocare, quando in eodem scamno ambo sedent, aut in eodem lecto discumbunt, ut in XIV. Annal. Taciti. cap. 4. Quid hoc loco planius? Interpretes tamen omnes mire turbant, aliud nihil. CASAUB. Alios *supra* legere Erasmus in marg. notavit.

Citra] Potest, pro praeter, vel extra explicari. vid. Cl. Duker. ad Flor. III. 1. vel ante dies. vid. ad Ovid. VIII. Met. 365. *Ita spectaculorum* Exc. Cujac. BURM.

Inusitatum] Recte Cl. Graevius ex Memmiano resripsit *invisitatum* in priore editione, quod cur deinde mutaverit nescio. Saepe viri docti hunc lapsum librariorum correxerunt. vid. Colv. ad Apulej. p. 43. Meurs. Critic. Arnob. I. 1. Salmas. ad Flor. I. 18. Gronov. ad Liv. XLV. 22. & ita restituendum puto apud Valer. Max. V. IV. 7. *Quid tam invisitatum, quid tam inauditum? videre* enim & *audire* hic jungi debent; & *inusitatum* non tam bene congruit *inaudito*. BURM.

Quolibet loco publicare:] Ἐκθεῖναι vel προθεῖναι εἰς ἐπίδειξιν, & ut loquitur statim, spectandum publice edere. Ex eo more est, quod notat Solinus de muliere tricies enixa, a Pompejo publicata cum XX. liberis: quodque Tacitus libro XII. Annal. cap. 21. de Mithridate Armeniae rege captivo: *Rostra juxta custodibus circumdatus visui populo praebetur* quod idem postea de Caractaco narrat. CASAUB.

 Ti-

valetudine, lectica cubans, thensas deduceret: rursus commissione ludorum, quibus theatrum Marcelli dedicabat, evenit, ut laxatis sellae curulis compagibus caderet supinus. Nepotum quoque suorum munere, quum consternatum ruinae metu populum retinere, & confirmare nullo modo posset, transiit e loco suo, atque in ea parte consedit, quae suspecta maxime erat. 44 Spectandi confusissimum atque solutissimum morem correxit ordinavitque: motus injuria senatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos consessu frequenti nemo receperat. Facto igitur decreto patrum, ut quoties quid spectaculi usquam publice ederetur, primus subselliorum ordo.

Tigrim] *Tigrin* Ed. Rom. *Tygrum* Venet. corrupte: reliquae fere *Tygrim*.

Votivis] *Ut votivis Circ. correptus* Huls.

Lectica cubans thensas deduceret:] Thensas deducere est pompam Circensem in ludis solennibus ducere. quod qui faciebant, induti erant vestitu triumphali, vehebanturque curru triumphali aurato; ideo hic tanquam insolitum notatur a Suetonio, quod Augustus lectica cubans thensas duxerit, ut erudite docet *γνησιώτατος* RUBENIUS de Re Vestiaria lib. 1. cap. 21. quem vide. *Tensas* Memm. vid. ad Caes. LXVI.

Laxatis sellae curulis compagibus] Non displicet quidem, sed nec *luxatis* male rescribetur, si cui libido ita legere. Inf. Ner. cap. XXXIV. TORR. Bene *laxatis*, non *luxatis*, ut quibusdam visum. Sella curulis quatuor lignis pluribusve constabat incurvis, in modum fere literae S productae & minus curvatae ab utraque parte. Haec funibus ita compacta erat, ut aperiri claudique posset. in aperta sedebatur super loris & linteis. Martialis 11. Ep. 57. *Recensque sella linteisque lorisque.* meminit & Quintilianus alicubi. Lignorum formam egregie explicant Graeci cum δίφροι ἀγκυλόποδες nominant, ut Plutarchus in Mario bis, & alibi, & ita in Glossario. Hujusmodi sellarum fabrica hodieque in usu est. Similis autem artificii fuisse videntur illae, quibus olim tanquam laqueis usi, qui alienae vitae insidiabantur. Pausanias in Atticis vocat θρόνον ἀφανεῖς δεσμοὺς ἔχοντα. Res hodie non incognita. Reperio & σιδηρᾶν καθέδραν in cruciatibus Christianorum usurpatam. Eusebius Historiarum lib. quinto. CASAUB. Similes fuere illae sellae, quas olim nostrates mulieres in templa plicatas secum portare solebant, quibus apertis & explicitis insidebant. quales & me puerum vidisse memini, & adhue in quibusdam Nordhollandiae locis superesse audio. *Luxatis* nihil opus est, quum *laxare vincula* & similia siut obvia. Ceterum hinc patet etiam editores ludorum sellis curulibus insedisse, ut docet Noris. in dissert. de nummo Diocleti. cap. 16. videndns etiam Schefferus lib. 11. de Re vehic. cap. 16. qui de structura sellae agens in quibusdam a Casaubono dissentit. BURM.

44. *Ac solutissimum*] *Atque* Cod. Periz. Harlem. & ita Roman. & omnes fere priores editiones.

Per celeberrimos ludos] Hos fuisse, qui memorantur in Epistola Tyriorum, qui Puteolis commorabantur, ad senatum populumque Tyriorum, & qui dicuntur ἀγὼν τῆς Βουλαίας apud Gruter. pag. MCV., censet Petrus de La Sena de Gymnatio Neapolitano pag. 52. alii memorantur *Ludi selastici* Puteolis apud Gruter CCLIV. 4. de quibus idem agit Sena p. 114. BURM.

Quoties quid spectandum] Tres libri *quoties quid spectaculi*, duo *quoties spectandi*, sine *quid*. quod monitum lectorem volui. TORR. Spectacula olim edebantur in Urbe, Italia & in provinciis: & in Urbe quidem, alia in theatro, alia in circo, alia in amphitheatro, quaedam in foro aliisque locis publicis. Quod ergo ait *uspiam*, quomodo accipiemus? puto de Urbe, Italia, & provinciis intelligendum: id enim arguere manifesto videtur, quod modo dictum est de occasione facti decreti hujus, quae Puteolis data fuit: & quod dicit, *quoties quid spectandum publice ederetur*, de theatro & scenicis gymnicisque ludis aut rebus admirandis, quae spectandae proponebantur, maxime interpretor: nam ea aetate extra Romam rarae venationes, rari circenses, ut pluribus alibi docemus. Nihil ergo Augusti temporibus de circi, nihil de ampitheatri sedibus decretum? de hoc quidem, quod sciam, nihil: de sessione in circo refert Dio lib. LV. anni

ordo vacaret ſenatoribus. Romae legatos liberarum ſociarumque gentium vetuit in orcheſtra conſidere: quum quoſdam etiam libertini generis mitti deprehendiſſet. Militem ſecrevit a populo. Maritis e plebe proprios ordines adſignavit: praetextatis cuneum ſuum, & proximum paedagogis: ſanxitque, ne quis pullatorum media ca-

anni Urbis DCCLVIII. coepiſſe χωρὶς μὲν τοὺς βουλευτὰς, χωρὶς δὲ τοὺς ἱππέας ἀπὸ τοῦ λοιποῦ πλήθους circenſes ſpectare: quod in Claudio & Nerone qui ſit intelligendum, dicemus. verum arbitror Suetonium hoc loco inſtitutum illud non reſpicere. Simile eſt, quod narrat Dio lib. LIII. de Polemone rege, ſocio pop. Rom. appellato: Καὶ προεδρίαν, inquit, τοῖς βουλευταῖς ἐν πάσῃ τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ ἐς πάντα τὰ θέατρα ἔδωκε. CASAUB. *Spectacnli* Copeſ. Exc. Cujac. & Memm. Edd. Junt. Ald. Arg. Steph. *ſpectandi* Codd. Periz. Harlem. Edd. Venetae tres, Bonon. Baſil. *quoties ſpectandi*, ſine *quid*, Ed. Rom.

Conſidere] *Sedere* Codd. Copeſ. Hulſ. *conſiſtere* Exc. Cujac. ſed *conſidere* videtur proprium verbum, unde paullo ante *conſedit* & *conſeſſum* dixit. & ita Virgilio v. Aen. 340. & VIII. 636. *conſeſſus caveae*. BURM.

Militem ſecrevit a populo.] Ad legis hujus ſimilitudinem exeogitata illa a Junio Gallione, nobili adulatore, qui anno Urbis DCCLXXXV. *cenſuit*, inquit Tacitus ſexto Annal. 3. *ut praetoriani, actis ſtipendiis, jus apiſcerentur in quatuordecim ordinibus ſedendi.* quem virum increpans Tiberius, ait, *reperiſſe prorſus, quod divus Auguſtus non providerit.* Ubi non dubium, alludi ad hanc ordinationem Augusti, quae hic commemoratur. CASAUB.

Maritis e plebe] Id honoris cauſa fecit Auguſtus, & fortaſſe ex lege Papia Poppaea, de qua ſup. c. XXXIV. TORR. Martialis L. V. 42.

> *Sedere in equitum an tibi liceat ſcamnis,*
> *Videbo, Dindyme: non licet maritorum.*

Olim haec diſtinctio ignorabatur. poſt legem Papiam Poppaeam multa, quae ſenibus honoris cauſſa deferri ſolebant, ad maritos ſunt tranſlata. A. Gellius lib. II. cap. XV. & paſſim in hiſtoria. CASAUB.

Praetextatis cuneum ſuum & proprium paedagogis:] Scio, quid ſit cuneus in theatro, neque hanc lectionem improbo. tamen videtur Auguſtus facturus fuiſſe commodius, ſi ſcamnum ſuum praetextatis aſſignaſſet, & proximum paedagogis: ita potuiſſent illi mores diſcipulorum ſuorum obſervare, quod fuit ipſorum munus. ſed quia paedagogi ſervi fere erant, propterea ſeparatim illis ſuus cuneus aſſignatus. Cuneum theatri Graecus magiſter vertit φυλὴν θεάτρου, quia certis perſonis certi cunei ſoliti aſſignari. Quanta petulantia verſaretur in theatris, omnis Graeca Latinaque hiſtoria loquitur: propterea qui ſeverius juventutem inſtituebant, a theatris arcebant. Julianus in Miſopogone: Ἐμὲ ὁ παιδαγωγὸς ἐδίδασκεν ἐς τὴν γῆν βλέπειν ἐς διδασκάλους φοιτῶντα, θέατρον οὐκ ἰδεῖν, πρὶν μᾶλλον κομῆσαι τῆς κεφαλῆς τὸ γένειον. negat ſibi per paedagogum licuiſſe prius theatris intereſſe, quam pilorum plus in mento, quam in capite haberet. Cur ita loquatur, norunt qui ſciunt, quid ſit exoletum eſſe in nequitiis veterum. Sic autem ille locus emendandus: nam vulgo κομᾶται ſcriptum eſt. neque dubito noſtram emendationem, C. Cantoclaro ejus libri interpreti, probatum iri, quae eſt ampliſſimi illius & mihi amiciſſimi Viri in ſumma dignitate doctrina, candore & probitate admirabili condita. Porro lege trium Auguſtorum, qui ſtudiis liberalibus operam dant, non illi quidem theatris penitus arcentur, ſed tamen vetantur ſpectacula frequentius adire. exſtat lex in Cod. Theodoſiano, titulo VIII. Quando autem in theatrum veniebant praetextati, paedagogos ſuos habebant comites, ut hic dicitur. Theophraſtus in Charact. *Solet*, inquit, *ad ſpectandum* ἄγειν τοὺς υἱοὺς καὶ τὸν παιδαγωγόν. ſoliti etiam adeſſe educatores ſive τροφεῖς, quos cum paedagogis Julianus in Caeſaribus, & Juſtinianus in Inſtitut. conjungunt. Graeci etiam βαιούλους vocant. CASAUB.

Ne quis pullatorum] Libri duo *bullatorum*. vide Sup. cap. XL. Sed quare pullatos media cavea ſedere vetuit? Ut orcheſtra ſenatorum, & equeſtria equitum, ſic cavea, ſi Servio credimus in VIII. Aeneid. 636. populi ſeu plebis potius conſeſſus dicebatur. Et ea quidem ſic diſtincta, ut alii in prima, alii in media, alii in ſumma cavea conſidere dicerentur, idque pro ſpe-

cavea ſederet. Feminis ne gladiatores quidem, quos promiſcue ſpectari ſollemne, olim erat, niſi ex ſuperiore loco ſpectare conceſſit ſolis. Virginibus Veſtalibus locum in theatro ſeparatim, & contra praetoris tribunal, dedit. Athletarum vero ſpectaculo muliebrem ſexum omnem adeo ſubmovit, ut Pontificalibus ludis pugilum

ſpectatorum e populo vel dignitate, vel gratia. Auguſtus igitur non niſi in ſumma, ſive ultima cavea pullatos ſpectare permiſit. Hinc porro Senecae locum intelligo lib. de Tranquill. vitae cap. XI. *Mimicas* enim, *ineptias, & verba ad ſummam caveam ſpectantia* appellat, quae viliſſimae tantum plebis ſumma cavea ſpectantis auribus conveniant. Plura ad Horat. Epiſt. I. I. 67.

Ut propius ſpectes lacrymoſa poëmata Puppi. TORR.

Bullatorum Cod. Periz. Ed. Rom. cujus lectionis etiam meminit Beroaldus, quae ſi placet, debent pueri ingenui, quos bullas geſſiſſe notum eſt, intelligi. vid. Lipſ. I. Elect. 13. BURM.

Foeminis ne gladiatores quidem,] Nedum ludos ſcenicos: quibus tamen & ipſis interfuiſſe jam olim foeminas conſtat, ſed non ſine eorum permiſſu, in quorum poteſtate erant. Valer. Max. VI. III. 13. *Pub. Sempronius Sophus conjugem repudii nota affecit, nihil aliud quam ſe ignorante ludos auſam ſpectare.* Per leges Auguſti ad omnia ſpectacula Romani moris admiſſae mulieres, ſed non promiſcue. Quod ſubjicit de athletis, non mirum: id enim ludicri genus Graecum fuit, non Romanum. CASAUB.

Solenne olim erat] Cic. ad Atticum lib. VII. Ep. 6. *Tantum illud noſtrum ſolenne ſervemus, ut ne quem iſtuc euntem ſine litteris dimittamus.* Male igitur, qui legunt, *ſolenni die olim mos erat.* Plura ad Horat. Ep. I. I. 101. *Inſanire putas ſolennia me.* TORR.

Niſi ex ſuperiore loco] Neroni ὁ ἄνω βαθμός. Ea extrema cavea & ſedes pullatorum erat. Calpurnius Ecl. VII. 26.

Venimus ad ſedes, ubi pulla ſordida veſte
Inter foemineas ſpectabat turba cathedras.

Ex his verſibus apparet, ſpectaſſe promiſcue plebem & foeminas. An ita inſtituit Auguſtus? videtur ex hoc loco poſſe colligi. Sed hoc quam alienum a gravitate & prudentia Auguſti? itene qui militibus, maritis e plebe, praetextatiſque ſuos cuneos aſſignavit, foeminis permiſerit cum ſordida plebe promiſcue ſpectare? nunquam putem. Lego igitur in Suetonio *ſpectare conceſſit ſolis. Virginibus Veſt.* ita duplici ratione pudori mulierum conſulitur: nam & in extremam caveam ſummotae, paene theatro ejectae videri poterant; & ibi quoque ſolae ſeorſim a viris collocatae. CASAUB. *Conceſſit Solis. Virginibus* &c. Ita etiam interpungunt Pall. neque facile admiſerim aliam diſtinctionem, ob rationes depromtas mihi in libellis ſuſpicionum. GRUT. *Superiorem locum*, in quo haeſiſſe Goldaſtus videtur, Seghetus Epiſtola ad eum CLXXXII. capiebat de ſummis Amphitheatri gradibus, & cauſſam hujus rei fuiſſe, quod quum promiſcue ſpectarent viri feminaeque, pateſieret occaſio corrumpendae pudicitiae, ut ex Ovidii libris de Arte Am. conſtat, quos libellos cauſſam Auguſto praebuiſſe hoc conſtituendi putat. vid. & Epiſt. CLXXX. ſed apud Ovidium de Circo, non de Amphitheatro agitur. ſic in theatro Pompejano *ſuperiores aedes* occurrunt In Claud. XXI. diſtinctionem vero Caſaubono & Grutero probatam recepi, quia *ſolis* opponitur τῷ *promiſcue*, id eſt ſolitis ſpectare mixtis viris. BURM.

Contra praetoris tribunal,] Proxime ſcenam & podium; atque ut Prudentius ait, *podii meliore in parte ſedebant.* Vide amplius Tacitum lib. IV. CASAUB.

Athletarum vero ſpectaculo] Infamis Nero contra, *ad athletarum ſpectaculum invitavit & virgines veſtales.* lib. VI. CASAUB.

Muliebrem ſexum omnem] Turnebus Adverſar. XIV. cap. XV. *muliebre ſexus omne*, ex veteri, inquit, codice. Et ſane ſic locutos veteres tradunt Priſcianus & Cariſius. TORR. Lectionem a Turnebo inventam & annotatam *muliebre ſexus omne*, inveni notatam in ſchedis Liſlaei: in libro optimo Turonenſi & Pithoei, *muliebre ſecus*, quam vocem pridem explicarunt viri doctiſſimi; ſed quae huic loco non convenit. CASAUB. *Muliebrem ſexum omnem*; ſic & tres Pall. non *muliebre ſecus*, aut *muliebre ſexus omne*, ut repererunt in MSS. ſuis alii. GRUTER. *Muliebre ſecus omne* Memm. *Muliebre ſexus omne* Exc. Cujac.

Pon-

lum par postulatum distulerit in sequentis diei matutinum tempus: edixeritque, *Mulieres ante horam quintam venire in theatrum non placere.* Ipse Circenses ex amicorum fere libertorumque coenaculis spectabat; interdum e pulvinari, & quidem cum conjuge ac liberis sedens. Spectaculo plurimas horas, aliquando totos dies ab- 45

' *Pontificalibus ludis*] Quos, ut videtur, edidit pontificatu maximo suscepto. CASAUB.

In sequentis] *In insequentis* Memm. Hulf. & Exc. Cujac. vid. infr. cap. LIII. sic apud Liv. III. I. *anno deinde insequenti.* ubi vid. Cl. Drakenb. & Gebhard. & IV. 30. ubi v. Gronov. vid. & ad Caes. XXIX. & inf. XCIV. & alibi. BURM.

Edixeritque] *Edixerit, quo mulieres.* Exc. Cujac.

Mulieres ante horam] Ipsa sunt edicti verba: MULIERES ANTE HORAM QUINTAM VENIRE IN THEATRUM NON PLACET. familiaris Principi illi sermo: sic in epistola ad Liviam de Claudio cap. IV. *Spectare enim Circenses ex pulvinari non placet nobis.* CASAUB.

Venire in theatrum] Non aliter quoque Pall. nostri. male igitur recentissimae Edd. *venirent.* GRUTER. In nulla editione, nisi in Rapheleng. vidi *venirent*, sed vitio operarum accidisse ex Scriverii nota conjici potest. ita tamen exc. Cujac. BURM.

45. *Ipse Circenses ex amicorum fere libertorumque coenaculis spectabat;*] In Circo sedes separatas neque senatus ante Claudium, neque equites ante Neronem habuerunt: propterea ne principi quidem certa sedes fuisse videtur, utique Augusti tempore, nascente adhuc imperio. Is igitur, ut majestatis suae rationem haberet, e pulvinari spectavit, hoc est, ex Circi loco, ubi simulacra deorum magna pompa inferri & circum metas gestari solita, collocabantur. quae pars Circi ea esset, mirum non explicasse Dionys. Hal. in eo sermone: sed dubium non est, quin ut in theatro honestissimus locus erat ad podium, sic in Circo ad euripum, qui medium stadium cingebat. Augustus in epist. ad Liviam super Claudio, cap. IV. *primam frontem spectaculorum* eum locum vocat: *Spectare enim Circenses ex pulvinari non placet nobis: expositus enim in prima fronte spectaculorum conspicietur.* Inde spectavit Augustus *sedens*, ait Suetonius: non ut Nero postea accubans, ceu deus aliquis vivus inter simulacra mortua. Et, *cum uxore & liberis*, non inter imagines ipsas deorum. Interdum, ut Suetonius hic notat, solitus idem Princeps, invidiae, ut arbitror, declinandae caussa, non e pulvinari, sed e coenaculis amicorum aut libertorum eos ludos spectare. idem factitatum Tiberio docet Dio lib. LVII. Καὶ τούς γε τῶν ἵππων ἀγῶνας ἐξ οἰκίας καὶ αὐτὸς τῶν ἀπελευθέρων τινὸς πολλάκις ἑώρα. cum dicit καὶ αὐτὸς, innuit eis verbis idem ante se scripsisse de Augusto: sed locus hodie non exstat. Coenacula fuisse in supremis aedium partibus, imo, ut loquitur Livius lib. XXXIX. supra aedes, ex Martiale aliisque notum. An autem ex coenaculis Circo vicinarum domorum commode satis spectari Circenses poterant? an ista potius, de quibus sentit Suetonius, in ipso Circo erant? siquidem super illa porticus, quae ab exteriore Circi Romani parte adstructa illi fuit, & officinae & coenacula erant: quae ut arbitror CESS. soliti locare coenaculariam facientibus: a quibus postea inquilini & qui sine laribus erant. Dionys. Hal. lib. III. Ἐπὶ δὲ καὶ κύκλῳ τοῦ ἱπποδρόμου ἔξωθεν ἑτέρα στοὰ μονόστεγος, ἐργαστήρια ἔχουσα ἐν αὐτῇ καὶ οἰκήσεις ὑπὲρ αὐτῶν. CASAUB.

45. *E pulvinari,*] Sabellico assentior, qui *pulvinar* locum fuisse vult, ad quem Circensibus deferebantur sacra. Festus: *Tensam vocari ait Sinnius Capito vehiculum, quo exuviae Deorum ludicris Circensibus in circum ad pulvinar vehuntur.* Huc spectare videtur, quod sup. cap. XLIII. dixit, *tensas deducere*, nempe ad pulvinar. Qui locus obscurus est. Aliquid cap. IV. TORR. *Ex pulvinari* Memm.

Cum conjuge] *Cum* deest Exc. Cujac.

Spectaculo plurimas horas, aliquando totos dies aberat:] Lego, membranis reclamantibus, *aberat.* scio Augustum spectaculis deditum vel fuisse, vel videri voluisse, ut hac civilitate gratior esset vulgo: sed id profecto non est, quod his verbis Suetonius significare voluit: quod manifestissime arguunt sequentia. Postquam enim dixit auctor, unde ludos spectaret Augustus, commode subjicit, saepe solitum illum abesse alio substituto, qui vice ipsius praesideret. quod & Dio variis locis notat.

aberat: petita venia, commendatisque, qui suam vicem praesidendo fungerentur. Verum quoties adesset, nihil praeterea agebat: seu vitandi rumoris caussa, quo patrem Caesarem vulgo reprehensum commemorabat, quod inter spectandum, epistolis, libellisque legendis, ac rescribendis vacaret: seu studio spectandi, ac voluptate, qua teneri se neque dissimulavit umquam, & saepe ingenue professus est. Itaque corollaria & praemia alienis quoque muneribus ac ludis & crebra & grandia

deinde subdit, *verum quoties adesset.* quae verba ita clare nostram emendationem astruunt, ut mirer non solum interpretes, sed & eruditissimum Lipsium, aliosque viros doctos, qui hunc locum tractarunt, mendum non animadvertisse. CASAUB. Adsentior amicissimo Casaubono reponenti *aberat*, quomodo & ante triginta annos pro lectione publica emendabat Lipsius noster: mirum interim non discrepare libros autographos. GRUT. Sed mirum magis viros eruditos non consulere editiones priores. sed hoc plenum taedii & molestiae opus saepe refugiunt, & tamen editori diligenti necessario subeundum puto. reperissent ergo in Basileensibus posterioribus & Frellonii majoris formae A. 1549. clare *aberat* editum: quod & in codice Nonii Scriverius invenit: & hoc poscit sequens *petita venia*, qua non opus esset, si totos dies adfuisset, & praeterea subjicitur *quoties adesset.* Deinde *per plurimos & per totos dies* marg. Basil. Gryph. & aliarum Edd. *spectacula plurimas* Memm. praeterea multae Edd. non distinguunt post *sedens*, sed continuant periodum usque ad *fungerentur.* BURM.

Suam vicem fungerentur.] Duo cod. *sua vice*, sed nihil muto. TORR. In vita Galbae cap. VI. *A C. Caesare ludis substitutus postridie quam ad legiones venit.* Sed quam parum vulgo probaretur, si Princeps alium substitueret, qui suam vicem ludis praeesset, declarat egregius Taciti locus lib. I. 76. quem libet adscribere: *Edendis gladiatoribus, quos Germanici fratris ac suo nomine obtulerat, Drusus praesedit, quanquam vili sanguine nimis gaudens, quod vulgus formidolosum & pater arguisse dicebatur. Cur abstinuerit spectaculo ipse, varie trahebant: alii taedio coetus, quidam tristitia ingenii, & metu comparationis, quia Augustus comiter interfuisset.* Julianus quoque Misopogone, parum se vulgo gratum fuisse indicat, quod ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις διημερεύειν non soleret, more priorum Principum. Ideo Impp. in Codice assiduitatem in spectandis ludis, nominant *popularitatem*, lege 11. Cod. Theodos. de Officio Rectoris prov. Contra eos, qui spectacula aversabantur, βαρεῖς vocabant, *tristes & severos*, ut ait Simplicius. CASAUB. *Sua vice* Codd. Copes. & Hulss. vid. supr. XXXV. & XXXVI.

Nihil praeterea agebat] Hoc est, quod modo vocabat Tacitus, *comiter interesse.* CASAUB. *Nihil* abest Memm. *praeter ea* Hulss.

Patrem Caesarem] Idem de M. Antonino Capitolinus cap. XV. *Fuit consuetudo Marco, ut in Circensium spectaculo legeret, audiretque, ac subscriberet. Ex quo quidem saepe jocis popularibus dicitur lacessitus.* TORR. More, qui etiam in senatu a patribus servatus: nam ibi & libros lectitare, quod de Catone est notissimum, & epistolas scribere ac rescribere fuit nonnullorum consuetudo, ut vel ex M. Tullii epistolis satis liquet. CASAUB.

Ac rescribendis] *Aut* Codd. Copes. Huls. Exc. Cujac.

Seu studio spectandi, ac voluptate, qua teneri se] Tacitus lib. I. 54. *Indulserat ei ludicro Augustus, dum Maecenati obtemperat, effuso in amorem Bathylli; neque ipse abhorrebat talibus studiis, & civile rebatur misceri voluptatibus vulgi.* quam vocat hoc loco Tacitus civilitatem, Graeci συμπεριφοράν. ut cum Simplicius in Epictetum inter caussas, quae possunt sapientem impellere, ut ludos aliquando spectatum veniat, hanc refert, τὴν πρὸς τοὺς πολλοὺς συμπεριφοράν. Βαρεῖς γὰρ, inquit, φαίνονται αὐτοῖς οἱ τὴν συνήθη ἀγωγὴν ὑπερτρέχειν δοκοῦντες, *graves & odiosi vulgo habentur, qui vitae communis consuetudinem subterfugere videntur.* CASAUB. *Exspectandi* Memm.

45. *Corollaria*] Vocabulum *corollarii* est a corollis, quod eae, cum placuerant actores in scena, dari solitae sint: unde & corollaria dicuntur ipsae coronae. Plinius lib. XXI. cap. 2. sic scribit: *Paulatim & Romae subrepsit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis; mox & corollariis, postquam e lamina aerea tenui inaurata aut inargentata dabantur.*

dia de ſuo offerebat: nullique Graeco certamini interfuit, quo non pro merito certantium quemque honorarit. Spectavit autem ſtudioſiſſime pugiles, & maxime Latinos: non legitimos atque ordinarios modo, quos etiam committere cum Graecis ſolebat: ſed & catervarios oppidanos, inter anguſtias vicorum pugnantes temere ac ſine arte. Univerſum denique genus, operas aliquas publico ſpectaculo praebentium, etiam cura ſua dignatus eſt. Athletis & conſervavit privilegia, & ampliavit. Gladiatores ſine miſſione edi prohibuit. Coercitionem in hiſtriones, magiſtra-

tur. Senſus eſt Tranquilli, Auguſtum etiam in alienis ſpectaculis dediſſe grandia & crebra corollaria ſcenicis & hiſtrionibus, id eſt, ea munera, quae ultra legitima praemia illis dono dari ſolebant, de quibus Cicero in Frumentaria III. Verr. 79. *Noli hos colligere, qui nummulis corrogatis de nepotum bonis, ac de ſcenicorum corollariis decumam emerunt.* Haec autem, cum pretii haud magni forent, factum eſt, ut *corollarium* pro re leviori, &, ut ita dicam, ſupernumeraria accipiatur. BEROALDUS. *itaque & Corollaria* Hulſ.

Alienis] *In alienis* Memm. Exc. Cujac. Ed. Rom. Bonon. & Steph.

Graeco certamini] Non in Graecia, ut vult Beroaldus, ſed Romae Graecorum more edito. qualia fere omnia ſcenica, muſica, gymnica, exceptis gladiatoribus. Quae *Graeca* vero vocat Sueton. etiam *ſacra* appellabantur. Vide Ulpianum l. IV. De his qui not. infamia. TORR. Quod vel in Graecia celebraretur, aut Graecis Italiae urbibus, ut Neapoli; vel Romae, Graeco more & per Graecos ſcenicos. Utro modo accipiat aliquis, non intereſt pili. quin illud prius, quod damnat adeo Torrentius, melius convenire menti Suetonii putem: nam hoc tantum probare vult, Auguſtum fuiſſe natura φιλοθεάμονα. Quis dubitat autem illum in peragranda Graecia, Aſia, aliiſque provinciis, ludis praeſertim ſacris interfuiſſe, quoties occaſio eſſet? CASAUB.

Certantium quemque honorarit.] *Quemque certantium honoraret* Memm. *quemque certantium honoraverit* Harl. Periz. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venetae, & omnes fere vetuſtiores, ſed Baſil. prior & ſequentes eum ordinem mutaverunt. *pro merito quandoque cert. honorarit* Copeſ.

Spectavit autem ſtudioſiſſime pugiles,] Quod apud Romanos gladiatores, id fere apud Graecos pugiles ſive πυκτομάχοι. In Hiſtoria Eccleſiaſt. fit aliquoties mentio damnatorum εἰς τὸ πυκμῇ μονομαχεῖν. ut in VIII. Euſebii. CASAUB.

Committere cum Graecis] An ergo huc reſpicit Horat. Epiſt. lib. II. I. 32. ad Auguſtum, cum ait:

Venimus ad ſummum fortunae: pingimus, atque
Pſallimus, & luctamur Achivis doctius unctis? TORR.

Catervarios] Quos *catervarios* vocet, ipſe exprimit. Similis autem Senecae locus lib. de Brev. vitae cap. XII. ubi deſidioſam divitis occupationem deſcribens: *Qui ſpectator* (inquit) *puerorum rixantium ſedet, qui vinctorum ſuorum greges metatur, & colonorum paria deducit, qui athletas noviſſimos poſcit.* ſic enim Senecam reſtituo, cum in vulgatis exemplaribus *vicorum* pro *vinctorum*, & *paſcit* pro *poſcit* legatur. Paulatim autem Seneca a puerorum rixantium lucta ad ſervorum, & colonorum paria, demum ad athletas uſque, tanquam legitimos ordinarioſque, ut hic loquitur Suetonius, progreditur. Male igitur qui pro *vinctorum*, *victorum*, *vicinorum*, aut *jugorum* etiam ſubſtituunt. TORR. *Catervarios* hos videmus in inſcriptione Gudiana Pag. CVI. I. ubi A. Clodius duumvir primo duumviratu Apollinaribus dedit inter alios PUGILES CATERVARIOS, & PYCTAS. & ſecundo duumviratu iterum PUGILES CATERVARIOS. & eos intelligere Senecam Ep. LXXX. *ſi corpus perduci exercitatione ad hanc patientiam poteſt, qua & pugnos pariter & calces non unius hominis ferat*, recte notavit Lipſius. BURM.

Coërcitionem in hiſtrionem] Recte ſic Pulmannus, ut in vetuſtiſſimis quibuſque libris, & in Pand. Florentinis, *coercitio capitalis*, *coërcitio levis*, *modica*. TORR. Hoc eſt, *jus virgarum*. Tacitus lib. I. Annal. cap. 77. *Actum de ea ſeditione apud patres: dicebanturque ſententiae, ut praetoribus jus virgarum in hiſtriones eſſet: interceſſit Haterius Agrippa tribunus plebis: increpituſque eſt Aſinii Galli oratione, ſilente Tiberio, qui ea ſimulacra libertatis ſena-*

ſtratibus in omni tempore & loco lege vetere permiſſam, ademit: praeterquam ludis & ſcena. Nec tamen eo minus aut xyſticorum certationes, aut gladiatorum pugnas ſeveriſſime ſemper exegit. Nam hiſtrionum licentiam adeo compeſcuit, ut Stephanionem togatarium, cui in puerilem habitum circumtonſam matronam mi-

ſenatui praebebat. Valuit tamen interceſſio, quia divus Auguſtus immunes verberum hiſtriones quondam reſponderat. Casaub. *Coërcionem* vel *Coërtionem*, Codd. Harlem. Periz. Memm. Exc. Cujac. Edd. Roman. & omnes veteres, etiam Baſil. praeter Steph. ortum ex compendio ſcribendi. vid. inf. Claud. xxxviii. & ad Vellej. Paterc. ii. 121. *in Hiſtrionibus* etiam Hulſ. deinde mox *omni tempore & loco* ſine *in* Mem. Exc. Cujac. Praeterea in mss. Periz. & Copeſ. erat & *longo*, quam vitioſam lectionem in plurimis fuiſſe codicibus oportet, quum Edd. Rom. Venetae, Bonon. Baſil. & plures, etiam Seb. Gryph. & Ald. eam exhibeant. Burm.

Praeterquam ludos, & ſcenam.] Liber unus *praeterquam in ludos, & ſcenam.* Mallem *praeterquam ludis, & ſcena*, ut ſenſus ſit, coercitionem eorum tantum, quae ludis & in ſcena committerentur, permiſſam magiſtratibus, praetoribus puta, & aedilibus. Torr. Scribendum ex V. C. *praeterquam ludis & ſcena.* Ursin. Refer *ludos* ad *tempore: ſcenam* ad *loco.* Omnino autem legendum, vel *praeterquam ludis & ſcena*, ut in quibuſdam mss. oſtendiſſe teſtantur docti: vel, *praeter ludos & ſcenam.* Ita loqui memini Impp lege iii. Cod. de Spectaculis & ſcenicis & len. *Eos qui agitandi munus exercent, illuſtris auctoritas tua nullis praeter Circenſe certamen affici noverit oportere ſuppliciis.* Non parum legem hanc illuſtrabit collatio iſtorum Suetonii verborum. Casaub. Secutus ſum auctoritatem Codicis Urſiniani. nam noſtri Pall. firmant vulgatos, *praeterquam ludos & ſcenam.* Grut. Jac. Gron. qui ſuſpectum habet Cod. Urſin. legit, *praeter quae in ludos & ſcenam.* Sed ſubintelligi vult, haec enim illis erat permiſſa. duriſſima, & quam neſcio an quis probet, ellipſi & locutione; nam quum praecedat *in tempore & loco*, neceſſario *ludis* tempus, *ſcena* locum reſpiciunt. commodius poſſet legi *praeterquam per ludos & ſcenam*, ut *per* omiſſum fuerit, & ita *per ludos* modo cap. xliv. & *per ſpectacula* Claud. xxvii. *per occaſiones* ſup. xli. *per pacem* xxxii. & ſaepius: ſed *ludis* dicitur, pro tempore ludorum, ut *Gladiatoribus*, & ſimilia, de quibus Gronov. ad Liv. ii. 36. & de Pecun. Veter. iv. 1. & ita *ludis* dixit noſter in Caeſare xxxix. Burm.

Xyſticorum] Quid *xyſtus*, & *xyſtum*, & hinc dicti, *xyſtici* athletae, qui in *xyſto*, hiberno praeſertim tempore, exercebantur, vide Vitruvium lib. v. cap. xi. & lib. vi. cap. x. Sueton. Galb. cap. xv. *Si quid ſcenici, aut xyſtici donatum olim vendidiſſent.* Vetus item inſcriptio: ATHENODORUS XYSTICUS PARIDI THYMELICO BENE MERENTI FECIT. Torr. Lapis, quem Torrentius adducit, eſt apud Gruter. cccxxxiii. 6. in quo *L. Thenodorus* legit ad Vitruvii lib. v. 11. Philander, ut notat Crenius xi. Animad. p. 251. ſed & ita ante eum Onuphrius de Circ. lib. ii. cap. 1. vitioſe ſine dubio. Burm.

Nam Hiſtriones] *Jam* manus docta in ora Plantin.

Stephanionem togatarium,] Vide ne multo melius *togatarum* legas, & intelligas *actorem*, uſitata loquendi figura & Latina. Egnatius. De hoc Plin. lib. vii. cap. xlviii. *Qui primus* (inquit) *togatas ſaltari inſtituit.* ſic enim legendum, non *togatus.* Unde hic quoque *togatarum*, actorem ſcilicet, quam *togatarium* legere malim, ut *primarum*, & *ſecundarum* dicimus, non addito actoris nomine. Sueton. Calig. cap. lvii. Vide Feſtum in *Praetexta.* Legendum etiam *cui*, pro *cum.* Torr. Ita omnes libb. nec placet emendatio non neceſſaria *togatarum.* Ut actorem ſecundarum Tullius in Bruto *ſecundarium* dixit, tertiarum actorem Valerius Max. *tertiarium* (ſic enim veteres Codd. habent lib. ix. cap. xiv.) ita noſter actorem togatarum, *togatarium.* Sic dicuntur *exodiarius*, *embolarius*, unde *embolaria mulier* Plinio libro vii. 47. *utricularius:* & uno verbo, nomina [illegible] hoc typo Latini efferunt. vel Plautum adi in Aulul. Casaub. *Togatarum* Ald. & Steph. & ita volebat Torrent. ut *Hiſtrionem*, ſcil. repetatur, togatarum fabularum. nam *togatarius* quis dixerit neminem novi. & ea forma an di-

ministrasse comperat, per trina theatra virgis caesum relegaverit: Hylam pan-

ci posset *palliatarius*, *praetextatarius* & *trabeatarius* dubito. *Togatarum novum genus* dixit noster in Gramm. cap. XXI. & *Togatas* Horatius & alii. si Casauboni expositionem sequamur, esset *togatarius*, qui *togatas* fecit. BURM.

Cui in puerilem] *Cum* Harlem. Periz. (sed in marg. *cui*) Edd. Venet. tres, Lugd. Junt. Arg. Basil. Colin. & aliae. quae vitiosa lectio, quia in quibusdam erat *quum*, induxit Petrum Avellanum, ut cap. III. Locor. Restitut. famae suae periculo admoneret, legendum esse, *quum in puerilem habitum circumtonsam matronam monstrasse comperat*, quia mox *digito demonstrasset* sequitur. Atqui si non laude, certe poena minus dignus fuisset, si matronam, quae sexum ejurasset, & foedum in modum coma circumtonsa pueri ad Cyathum vices esset functa, demonstrasset. sed non intellexit ille Avellanus, magnificus magis, quam felix conjector, *ministrare* hic proprie dici de eo, qui ad Cyathum stat. vide ad Petron. cap. XXXI. BURM.

In puerilem habitum circumtonsam matronam] Pueri delicati olim soliti circumtonderi, hoc est, περικείρεσθαι. Dio Chrysostomus de regno, oratione II. Μόνους αὐτοὺς τῶν Ἑλλήνων περιέκειρεν, ἀρχῆς κομᾶν ὄπισθεν ἀφείς, ὥσπερ οἱ νῦν παῖδας τοὺς ἁπαλούς. item meretrices: quod diserte testatur Hesychius: Σκαφίον, εἶδος κουρᾶς τῆς κεφαλῆς, ὃ κείρεσθαί φασι τὰς ἑταιρευούσας. εἶναι δὲ περιτρόχαλον. Varro: *Alii sunt circumtonsi & torti atque unctuli, ut mangonis videantur esse servi.* Inde apud Senecam epistola CXV. *Oratio circumtonsa & fucata*, de effoeminata & molli. videtur id esse tonsurae genus, quod Graeci περίτροχον vel περιτρόχαλον vocant: nam ita tonderi solitos ephebos attendentibus liquebit ex his Plutarchi de Aristodemo tyranno Cumanorum: Ἱστορεῖται, ait, ὅτι τοὺς μὲν ἄρρενας παῖδας ἤσκει κομᾶν καὶ χρυσοφορεῖν. τὰς δὲ θηλείας ἠνάγκαζε περιτρόχαλα κείρεσθαι, καὶ φορεῖν ἐφηβικὰς χλαμύδας καὶ τῶν ἀνακώλων χιτωνίσκων. Extant haec verba in libello de mulierum virtutibus: ea nos explicamus alibi fusius. Quaecunque autem foeminis a tyranno imperata ait Plutarchus, ea intelligere debemus ephebofum fuisse propria. simile factum a Stephanione, ut merito in eum Augusti ira exarserit. Apud veteres vero Francos non ejus aetatis propria, sed omnium fuit ea ton-

sura communis: nam praeter regem omnes erant ita circumtonsi. Agathias lib. I. Τοῖς δὲ ὥσπερ τι γνώρισμα, καὶ γέρας ἐξαίρετον τῷ βασιλείῳ γένει ἀνεῖται κομᾶν· ὑπὸ τούς γε ὑπηκόους περιτρόχαλα κείρονται, καὶ κομᾶν αὐτοῖς περαιτέρω οὐ μάλα ἐφεῖται. Puto & alias pleraque gentes, quae per ea tempora Romanum imperium lacerarunt, eam tonsuram usurpasse. Sane in exercitu Guilielmi regis Siciliae, qui temporibus Andronici Comneni in Thessalonicenses flamma & ferro grassatus est, plerosque ἀπολεπιζομένους περιτρόχαλα Nicetas auctor est. Lege Dei prohibita res olim Judaeis, quos Choerilus vetus poëta appellat αὐχμαλέους, κεφαλὰς τροχοκουράδας. Moses refert Levitici cap. XIX. commate XXVII. ex interpretatione veteri Latina: *Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam.* LXX. interpretes longe aliter acceperunt priora ejus commatis verba Hebraea, & ita verterunt: Οὐ δὲ ποιήσετε σισόην ἐκ τῆς κόμης τῆς κεφαλῆς ὑμῶν. Suidas σισόην interpretatur τὸ πλεξίδιον. Sic vocat certam comae complicationem, aut fortasse in spiras collectionem & colligationem. Beatus Cyprianus *circum* vertit. lib. III. Testimoniorum. Vox illa Graecorum non est, sed Alexandrinorum, ut alia multa in interpretatione Bibliorum Graeca: vel Cilicum Phaselitarum. Collige ex Hesychio, cujus verba ita emendabis: Σισόη κουρὰ ποιά, Φασηλῖται. i. ineptissime hodie in omnibus libb. Σισόκουρα ἰοιὰ Φασηλῖται. CASAUB. Locum hunc habebam in memoria, cum interpretarer in suspicionibus meis praeter criticorum omnium sententiam versum Plautinum ex Mostell. Act. I. sc. III. 67.

> *Si tibi sat acceptum est, fore amicum tibi sempiternum,*
> *Atque illum amatorem tibi proprium futurum in vita,*
> *Soli gerendum censeo morem, & capiendos crines.*

nimirum e meretriculis multae erant, quae capillis circumtonsis, eae videlicet, quae se non modo exhiberae habitu feminarum, sed etiam habitu puerorum, non modo partes Laidis subire promtae, sed & Ganymedis. GRUT. Videntur duo fuisse genera & modi circumtondendi capilli, unum barbaricum, alterum antiquis Graecis usurpatum, & inter delicias cultus habitum. Hinc *circumtonsi mangonum pueri.*

pantomimum, querente praetore, in atrio domus suae, nemine exclufo, **flagellis** verberarit: & Pyladem urbe atque Italia fubmoverit, quod fpectatorem, a quo 46 exfibilabatur, demonftraffet digito, confpicuumque feciffet. Ad hunc modum urbe urbanifque rebus adminiftratis, ITALIAM duodetriginta coloniarum numero deducta-

ri. Hinc *oratio circumtonfa* pro elegante ac venufta, ac concinna, beneque depexa. Haec tonfura formam alveoli referebat inverfi, hoc eft, σκαφίον. Unde & σκαφιοκαρεῖς, qui fic tonfi. Crines in eo genere undique aequaliter defcendentes in orbem ibant. Ea ufi funt inter Graecos veteres qui elegantiae ftudebant, ephebi, viri & apud Romanos etiam miniftri lautiores. Teftis & praefens Suetonii locus. Meretrices etiam eo habitu crinium faepe ornabantur, ut ex Hefychio conftat, in voce σκαφίον. Haec eft circumtonfio, quam, exceptis regii generis hominibus qui intonfi erant, Francos noftros olim ufurpaffe vulgo, teftatur Agathias. Alia fuit βαρβαροκουρία, quam Phoenices, Arabes, Thraces & plures barbarae nationes frequentarunt: de qua diximus in Epiftola de Coma. Salmasius. Quem vid. ad Tertul. Pall. p. 266. & feq. & Gruter. apud Taubman. ad Plauti Moftel. I. III. 69.

Per trina theatra] Pompeji, Balbi, & Marcelli, ut puto. ea enim Augufti tempore fuerunt, praeter amphitheatrum Statilii Tauri. Strabo lib. V. & Ovid. lib. III. de arte amandi: *Vifite confpicuis terna theatra locis.* Torr. Hoc proprie θεατρίζειν dicunt Graeci & παραδειγματίζειν, ut fupra monebamus. Moris hujus & in Graecis & Latinis fcriptoribus multa mentio. Apud Lucianum imperitus & vanus citharoedus ὑπὸ τῶν μαστιγοφόρων σύρῃ διὰ πάσης τ᾽ σκηνῆς. Philo περιάγειν & εἰσάγειν εἰς τὸ θέατρον dixit, hoc intelligens contra Flaccum. Non praetermittam egregium locum fuper hac confuetudine, qui in eodem Philonis lib. habetur: Τὰ μὲν πρῶτα, inquit, τῶν θεαμάτων ἄχρι τρίτης ὥρας ἢ τετάρτης ἐξ ἑωθινοῦ ταῦτα ἦν, Ἰουδαῖοι μαστιγούμενοι, κρεμάμενοι, τροχιζόμενοι, καταδικαζόμενοι, διὰ μέσης τ᾽ ὀρχήστρας ἀπαγόμενοι τὴν ἐπὶ θανάτῳ· τὰ δὲ μετὰ τὴν καλὴν ταύτην ἐπίδειξιν, καὶ ὀρχησταὶ καὶ μῖμοι καὶ αὐληταὶ, καὶ ὅσα ἄλλα σκηνικῶν ἀθύρματα καὶ ἀγώνων. Ait matutina fpectacula a Flacco exhiberi folita, fuiffe caedes & cruces varias Judaeorum: meridiana, ludos fcenicos. Casaub.

Hylam] *Ylam* & mox *Pyladen* Memm. *Bathyllum* vero hic & apud Macrob. II. Sat. 7. refcribendum effe contendit Nic. Loenf. Epiph. IV. 9. vid. & Pontan. ad Macrobii locum. Burm.

Querente praetore,] Hylas forte fibi confcius ad domus Augufti atrium concefferat. Cum vero praetor qui ludis praerat, de eo conquereretur, Auguftus palam, exclufo nemine, quo major effet fpectantium frequentia, flagellis eum caedi juffit. Hylae autem hujus, uti & Pyladis, meminit Macrob. lib. II. cap. VII. & Seneca lib. III. Controverf. *Pylades in comoedia, Bathyllus in tragoedia multum a fe aberant.* Pyladem autem poftea reftituit Auguftus. Vide Dionem lib. LIV. Torr. Scripti quidam, *quaerente*. non probo. tale illud in Julio cap. XLVIII. *Libertum quamvis nullo querente capitali poena affecit.* Casaub. *Quaerente* Edd. Venet. tres, Bonon. Lugd. Arg. Parif.

Verberarit] *Verberavit* Periz. Harl. Edd. Venet. Lugd. Junt. *verberaverit* Edd. Rom. Bon. & multae aliae.

Exfibilabatur] *Exhilarabatur* Cod. Copef. *exclamabatur* Hulf.

Demonftraffet digito confpicuumque feciffet.] Graecis κατωδακτυλίζειν, σκιμαλίζειν, σιφνάζειν. Casaub. Apud Ovid. III. Am. I. 19.

Saepe aliquis digito vatem defignat euntem.

ubi Palat. optimus, *demonftrat*. fed ibi non tantum, ut hic, opprobrio. de quo vide Salmaf. ad Tertul. Pall. p. 337. & Cafaub. ad Calig. LVI. Burm.

46. Italiam *duodetriginta*] Imperium Romanum triplici hominum genere Augufti temporibus conftabat, civium, Italicorum populorum, & provincialium. horum diverfa longe conditio erat. alio enim jure utebantur cives, alio Itali, alio qui in provinciis erant. Hac diftinctione ufus Suetonius in hac vita fcribenda: dixit hactenus de iis, quae circa jura Italicorum populorum fanxit idem, mox de inftitutis illius circa provinciarum jura pauca dicturus. Casaub. Tentaverunt viri docti has omnes nomine fuo enumerare, fed tantum tres & viginti potuerunt reperire. vide egre-

ctarum ab se frequentavit, operibusque ac vectigalibus publicis plurifariam instruxit: etiam jure ac dignatione urbi quodam modo pro parte aliqua adaequavit: exco-

gregie doctissimum Fontanin. de Antiq. Horrae. lib. I. cap. II. §. 3. BURM.

Deductarum ab se] Solone, an etiam cum aliis? nam & multas Augustus colonias triumvir deduxit suo & collegarum suorum nomine: plures postea solus. Utrum igitur has tantum intelligit Suetonius, an etiam illas? probabile est de iis tantum illum loqui, quas rerum potitus Augustus suis unius auspiciis deduxit: has tamen, qui nominent aut numerent, ex antiquis scriptoribus nullus est. CASAUB.

Ab se frequentavit] *Deductarum refrequentavit* nostri scripti omnes, & Edd. Venet. tres. *abs se refrequentavit* Lugd. Junt. Arg. Ald. quod ostendit, quam negligenter excusserint priores editiones viri docti, nam a nemine notatam video hanc varietatem: Quum tamen, si auctoritate alterius scriptoris hoc verbum posset vindicari Latinitati, recipiendum foret: nam exhaustae bellis civilibus proscriptionibus, & delectibus jam a Caesaris tempore erat Italia. vid. Caes. cap. LXIX. *Ab* deest Exc. Cujac. quaedam etiam Edd. ut Basil. distinguunt post *deductarum*, sed jungunt *ab se frequentavit*, quod dictum esset ut cap. XL. *a se dividebat.* puto tamen perperam sic distingui. BURM.

Operibusque] Testes antiqui lapides passim in Italiae municipiis olim positi in honorem Augusti: quorum hodie non pauci exstant, quos huc afferre nihil necesse. CASAUB. *Operibus* Copes.

Vectigalibus publicis] Absque his nullum commune poterat constitui. In lapidibus non rara eorum mentio, qui publica vectigalia municipiorum constituerunt, auxerunt, vindicarunt. Non solum autem in suis agris Italici populi vectigalia sua habuerunt, sed etiam in remotissimis interdum. Cicero de Arpinatibus municipibus in epistolis ad D. Brutum Galliae Cisalpinae propraetorem, XIII. ad. fam. Ep. II. *Arpinatium omnia commoda omnesque facultates, quibus & sacra conficere, & sarta tecta aedium sacrarum locorumque communium tueri possint, consistunt in his vectigalibus, quae habent in provincia Gallia.* Atellam item municipii Campani agrum vectigalem fuisse in Gallia eadem, ex alia ejusdem epistola intelligimus. Campanae coloniae reditus publici in Creta, ait Vellejus Paterculus. lib. II. cap. 81. CASAUB.

Plurifariam] Pro multis modis. ERASM. Immo multis in locis, ut passim noster hac voce uti solet.

Quodammodo pro parte.] Verbum *quodammodo* ut glossematium ejectum Lipsio Elector. II. cap. XVII. neque, si abesset, ego id advocarem. Mentem tamen scriptoris nostri fuisse credo, ut in ea quidem parte, in qua videri poterat praestitisse aliquid, id consecutum Augustum quod voluit. respectu enim pop. Rom. reliqui omnes privatorum loco habebantur, scitumque illud Virgilii, Eclog. I.

Urbem, quam dicunt Romam, Meliboee, putavi
Stultus ego huic nostrae similem.

& quae sequuntur. TORR. *Coloniae*, ut ait Gellius lib. XVI. cap. XIII. *quasi effigies parvae simulacraque erant populi Romani.* Beroaldus ad colonias Augusteas hoc refert. Non probo, nec verum est. de tota Italia potius accipiendum facile assentietur mihi, qui diligentius mentem auctoris exquisiverit. An autem Italiae datum jus suffragiorum ab Augusto? nequaquam: longeque ab ea mente mens Suetonii est. Civitas & jus suffragiorum sic ἄμφω, ut definitio & definitum. Civis enim Romanus pleno jure is est, qui vel in urbe vel in agro Rom. habitans, tribum cum honorum petitione, aut saltem suffragiis habet. Universa Italia ante Augustum civitatis jus habuit, ergo & suffragiorum: sed quia propter rei difficultatem, & molestiam veniendi Romam singulis comitiis, paene inane id jus fuit, nullique usui populis Italicis; propterea Augustus solerter genus hoc suffragiorum colonicorum excogitavit. *Quodammodo pro parte aliqua.* Dictum ὡς ἐπανόδ-ω, ut multa alia: nam consensu librorum firmata haec lectio non videtur sollicitanda. CASAUB. Ejiciunt alii, ceu glossematium, *quodam modo.* At mihi videtur potius resecandum, *pro parte aliqua.* Retinent tamen utrumque Pall. omnes. GRUT. Et nostri omnes exhibent, ideoque mutilandus locus non videtur.

cogitato genere suffragiorum, quae de magistratibus urbicis decuriones colonici, in sua quisque colonia ferrent, & sub diem comitiorum obsignata Romam mitterent. Ac necubi aut honestorum deficeret copia, aut multitudinis soboles, equestrem militiam petentes etiam ex commendatione publica cujusque oppidi ordinabat:

Genere suffragiorum] Verba haec obscuriora mihi videntur, & tantum indicare, quasi non omnes coloni, sed soli decuriones habuissent jus suffragii in magistratibus urbicis creandis. Quod si fuisset, deterioris conditionis fuissent hac novae coloniae veteribus, quum jam omnes Latinae coloniae jure civitatis donatae essent. Egerunt de hoc loco praeter commentatores Noris. ad Cenotaph. Pisan. dissert. I. cap. 3. pag. 45. & Spanhem. in Orbe Romano Exerc. cap. IX. pag. 78. qui hunc scrupulum non eximuut. Norisius etiam probat in Coloniis, quae imagines erant Urbis Romae, ordinem & Populum, eodem jure fuisse, quo senatus & Populus in urbe. sed quod diss. III. cap. IX. p. 417. dicit Augustum ea lege colonias deduxisse, ut graviora quaeque a decurionibus decreta libello transmisso significarentur, hoc loco minime probari posse puto, qui de solis suffragiis agit in creandis Urbis Romae magistratibus. Ego vero haec Suetonii verba ita capienda esse puto, ac si dixisset, Decuriones sub tempus comitiorum urbanorum, speciem quoque comitiorum habuisse in coloniis suis, in quibus, quum & ordo & populus suffragia tulissent, Decuriones illa obsignata misisse Romam, ut ibi suffragiis tribuum addita numerum facerent. & verba ita intelligenda, quasi scripsisset, *Excogitato genere suffragiorum, quae de magistratibus urbicis in sua quisque Colonia ferrent, & Decuriones colonici sub diem comitiorum obsignata Romam mitterent.* & forte hae voces *Decuriones colonici* locum suum olim obtinuerunt, sed negligentia librariorum mutaverunt. *in suam quisque coloniam* Codd. Periz. Harlem & Huls. & Exc. Cujac. Edd. Rom. Venetae tres, Bonon. & reliquae praeter Steph. Basil. & recentiores. vid. supr. cap. XL. *magistratibus publicis* Periz. a manu prima. sed in marg. *Urbicis. sub die* Memm. Copes. Harlem. & Edd. Rom. & omnes fere veteres. sed Basilienses & recentiores *sub diem*. parum referre dixi ad Aug. XVI. *assignata* etiam Harlem. Edd. Venet. tres. BURM.

Decuriones colonici.] Dictio *colonici*, ut urbicis respondeat, & per se insolens, & hoc loco minime necessaria est. Relinqui tamen poterit, ut apertius quemadmodum in urbe Roma, sic & in coloniis suos cuique magistratus fuisse videamus. Quos inter decuriones cum duumviris id ferme erant, quod Romae senatores cum consulibus, inde dicti, ut scribit Pompon. l. CCXXIX. de Verb. signif. quod initio cum coloniae deducerentur, decima pars eorum, qui deducerentur, consilii publici causa conscribi solita sit. Hos in coloniis suis Augustus per jus suffragii Romanis paene exaequavit. siquidem & tribum habebant, & suffragia. Ceterum ut hic *decuriones colonici*, sic *colonicae leges* dictae Varroni, *colonicae cohortes* Caesari, *colonicum pecus* Plinio. TORR.

In sua quisque colonia ferrent,] Liber opt. *in suam quisque coloniam*, & mox *assignata* pro *obsignata*. Sed recepta lectio apertior est. TORR.

Ac necubi aut honestorum] Ita libri MSS. nostri, & sic recte Pulmannus, cum in aliis *aut* desideretur. Sed idem non bene distinxit: interpungendum enim post dictionem *soboles*, & *petentes* accusandi casu legendum, sublata dictione *etiam*. TORR. *At necubi* Copes.

Multitudinis] Quum in Memmiano & aliis Edd. ut Basil. esset *petentis*, eo referentes hanc vocem, *multitudinis* ediderunt: sed ego literam *s* adhaesisse ex initio sequentis *soboles* credens, rescribere malim, *multitudini. honestos* enim opponit non vitiis inquinatis, sed cuicumque plebejae & viliori multitudini. vid. ad Petron. I.V. BURM.

Equestrem militiam petentes] Sic recte prima editio & membranae. vulgo *petentis*, ex veteri consuetudine eos casus plurales scribendi. Multa ad illustrationem hujus loci & totius militiae veteris Romanae dicemus, si Deus volet, in editione Polybii. CASAUB.

Etiam ex] *Etiam* delet Lipsius.

Cujusque oppidi] Non male membranae nostrae *cujuscumque*, hoc sensu: tam patuisse adi-

bat: at iis, qui e plebe regiones sibi revisenti filios filiasve adprobarent, singula nummorum milia pro singulis dividebat. Provincias validiores, & quas annuis ma- 47 gistratuum imperiis regi nec facile nec tutum erat, ipse suscepit: ceteras proconsulibus sortito permisit: & tamen nonnullas commutavit interdum; atque ex utroque

aditum ad equestrem militiam ei, qui Ulubris aut Gabiis publice commendatus venisset: quam illi, quem florentissima quaevis colonia vel municipium commendasset. CASAUB. Sed *cujusque* idem est ac *cujuscumque*. vid. Aug. CLXIX. Vitel. XIV. sic Claud. III. *experimenta cujusque*, sc. disciplinae, pro *cujuscumque*. vid. Gronov. & Drak. ad Liv. I. 24. & 32. & IV. 21. BURM.

At iis, qui] Malim abesse, *at:* & natum videtur ex praecedentis dictionis fine. ac nota trajectionem verborum pro *iis e plebe qui*. CASAUB. *Iis* deest Harlem. & Edd. Venetis tribus. *at his qui* Memm. & Ed. Bonon. ego facile abesse patiar. BURM.

Per singulos dividebat.] Duo libri *pro singulis*, sed utrumque rejiciendum esse nemo paulo doctior negaverit. TORR. Hoc dicit: data fuisse cuique patri tot millia nummum, quot ille haberet liberos. sine caussa hanc veterum & MSS. editionem quidam improbant. CASAUB. *Pro singulis*; haud aliter Pall. nostri melius, quam publicati, *per singulos*. vult enim pro numero liberorum numerasse parentibus singula numorum millia. GRUTER. *Per singulos* habent Codd. Periz. Harl. & Edd. Venetae tres, Bonon. Lugd. Junt. Ald. Basil. Gryph. & Plant. & aliae. sensum eumdem redire puto, sive *per singulos*, id est filios & filias, sive *pro singulis* legas. nam in divisionibus multus usus hujus praepositionis *per*, & etiam *in* ut vidimus ad Caes. LIV. nec, si codices non omnes refragarentur, Torrentium hanc *pro singulis* abjicientem, & pro glossatoris expositione habentem, sequi recusarem. nam ita nostrum & alios saepissime locutos esse constat, ut noster sup. cap. XL. & Tib. XLVIII. vid. ad Vellej. Pater. II. 10. BURM.

47. *Provincias*] De provinciarum distributione Augusti Strabo lib. XVII. sub finem, & Dion lib. LIII. Adde Sueton. Tib. cap. XXI & Claud. cap. XXV. Inventum id autem specie quidem, ut imperium defenderet, sed re ipsa, ut exercitus omnes in sua haberet potestate. TORR.

Caeteras proconsulibus sortito permisit] Consulares, qui populi provincias administrabant, dicebantur proconsules, & sortito in eas proficiscebantur, antiquo scilicet more, qui stante Republica obtinebat; qui vero provincias Caesaris, legati consulares vel consulares simpliciter, nec illos proconsules dici moris erat, ne confunderentur cum populi proconsulibus: alias nihil prohibebat & eos appellari legatos Caesaris pro consule, ut legati pro praetore dicebantur praetorii viri, quos provinciis suis nomine ac jure praetorio gubernandis praeficiebat Caesar. Hinc quoties leges in veteribus monumentis consularem provinciae, semper de legato Caesaris consulari intelligas licebit. Strabo ὑπατικοὺς ἡγεμόνας eos vocat, & ὑπατικοὺς διοικητάς, lib. IV. Atque hi originem habent, non ab Hadriano vel Constantino, ut volunt, sed ab Augusto ipso. SALMASIUS ad Spart. Hadrian. cap. XXII.

Commutavit interdum:] Sic M. Antoninus provincias ex proconsularibus consulares, aut ex consularibus proconsulares, vel praetorias, pro belli necessitate, fecit. Alexander quoque Severus praetorias praesidiales provincias multas fecit, proconsules vero ex senatus voluntate ordinavit. Adde Sueton. Claud. cap. XXV. Et nomina quidem haec confusa saepe reperias; fere tamen praesidiales vocarunt eas, quae Principi attributae fuerunt, reliquas proconsulares, aut praetorias. Vide omnino Dionem. TORR. Ut Cyprum & Galliam Narbonensem, quas populo tradidit, recepta Dalmatica. Dio lib. LIII. & lib. LIV. item Strabo libro ultimo. CASAUB. Pro arbitrio suo Imperatores provinciarum jura & administrationem saepe mutarunt, & quae populi erant, suas esse voluerunt, suas autem populo transcripserunt. & sic de consularibus proconsulares, & contra de praesidialibus praetorias, & de praetoriis praesidiales fecerunt. Quarum mutationum exempla tam multa reperiuntur, in antiquis praesertim inscriptionibus, ut ea huc afferre nihil sit necesse. SALM. Ibid. & ad Anton. Philos. cap. XXII.

que genere plerasque saepius adiit. Urbium quasdam foederatas, sed ad exitium licentia praecipites, libertate privavit: alias, aut aere alieno laborantes levavit, aut terrae motu subversas denuo condidit: aut merita erga populum Romanum adlegantes Latinitate, vel civitate donavit. Nec est, ut opinor, provincia, excepta dumtaxat Africa & Sardinia, quam non adierit. In has, fugato Sexto Pompejo, trajicere ex Sicilia adparantem, continuae & immodicae tempestates inhibuerunt, 48 nec mox occasio aut caussa trajiciendi fuit. Regna, quibus belli jure potitus est, praeter pauca, aut iisdem, quibus ademerat, reddidit, aut alienigenis contribuit. Re-

Ad exitium licentia praecipites, libertate privavit:] Ut Cyzicum, Sidonem, Tyrum, alias: Dio & Strabo. CASAUB. *Ad exitium* Ed. Rom. ita & inf. XCIV. Dom. XV. & alibi variatum.

Licentia praecipites] Nimirum libertatem omnes cupimus, pauci ferimus. *Neque quisquam satis cautus est ad bona sua*, ut alibi loquitur Curtius: ac plerique Sardanapalo Vellejano similes nimium sumus felices nostro malo. Caute igitur Galba adoptaturus Pisonem apud Tacitum, *Fortunam tantum adhuc adversam tulisti, secundae res acrioribus stimulis animum explorant. quia miseriae tolerantur, felicitate corrumpimur:* lib. I. Hist. cap. 15. ubi nos plura. GRUTER.

Libertate privavit:] Ut Cyzicenos, quod in seditione cives quosdam Rom. flagris caesos necassent. Dion lib. LIV. Quibus tamen postea libertatem restituit. Auctor idem lib. LIV. Sed eam Tiberius iterum ademit. Sueton. cap. XXXVII. Quod vero contra urbes bene meritas vel Latinitate, vel civitate donavit, ut nempe vel Latinorum, vel civium Romanorum jure censerentur, id ante Augusti tempora in provinciis aut nunquam, aut raro admodum factitatum fuisse reperias. Augustus, quique eum secuti sunt, plus satis liberales fuere. TORR.

Aut aere alieno laborantes levavit] Haec desunt Exc. Cujac. & deinde, *ac terrae.*

Terrae motu subversas] Ut Tralleis, de qua vide Agathiam lib. II. fuse. CASAUB.

Erga Populum Romanum] *Erga rem P. R.* Periz. *erga rempublicam* Harlem. Edd. Venetae tres, Bonon. Lugd. Junt. Ald. Arg. Steph. multae *erga P. R.*

Non est] *Nec est* Memm. Copes. Edd. Junt. Ald. Arg.

Trajicere ex Sicilia apparantem,] Notat Dio lib. XLIX. CASAUB.

Nec mox] *Mox* pro deinde, aut postea, ut cum alibi, tum Oth. c. X. Atque ita, ni fallor, Cic. extrema orat. ad Quirites post red. suum, his verbis: *Postremo qui in ulciscendo remissior fuit, mox aperte laudatur.* Quem locum Dion. Lambinus ignoratione hujus vocabuli corrupit. TORR. Vid. ad Tiber. XXVI.

48. *Regna, quibus belli jure potitus est,*] Haec oratio non longe abest, quin tantundem valeat, ac si diceret, omnia quae tum fuerunt regna in orbe Romano: nam omnibus πολέμου νόμῳ potitus est. Bello quippe Actiaco reges omnes, paucissimis exceptis, stetisse ab Antonio, Plutarchus, Dio, Appianus, caeteri historici docent. CASAUB. *Regnorum* Memm. Copes. & Exc. Cujac. quod placuit Gronovio. & sane defendi poterit. non dissimilis constructio inf. cap. XCIII. *Peregrinarum cerimoniarum, sicut veteres coluit, ita ceteras contemtui habuit.* Plin. IX. 42. *Piscium, qui securi supernatantes obtorpuere, corripiens.* Plaut. Casin. prol. 15. *Nam juniorum qui sunt non norunt scio.* in quibus omnibus ellipsis est pronominis. *Illa regnorum*, pro *illa ex regnis praeter pauca* &c. & ita facile potuere librarii locutionem, a vulgi communi formula loquendi abhorrentem, mutare in ordinariam, & quam melius canonibus grammaticis respondere sibi persuadebant. Similis fere varietas in Caes. LV. *Oratorum quem*, vel *Oratorem*. praecessit etiam *Urbium quasdam foederatas*. BURM.

Potitus est] *Est* deest Memm. ut & mox *iisdem*, & deinde habet *contribuit.*

Aut iisdem quibus ademit &c.] Quo ipso probabat ad eam magnitudinem venisse imperium Romanum, ut gloria sola contentum se teneret. Justin. lib. XXXI. c. ult. *Antiocho pacem petenti, nihil ad superiores conditiones additum, Africano praedicante, neque Romanis, si vincantur, animos minui, neque si vin-*

Reges socios etiam inter semetipsos necessitudinibus junxit mutuis, promtissimus adfinitatis cujusque atque amicitiae conciliator & fautor: nec aliter universos, quam membra partesque imperii, curae habuit, rectorem quoque solitus adponere aetate parvis, aut mente lapsis, donec adolescerent aut resipiscerent: ac plurimorum liberos & educavit simul cum suis & instituit. Ex militaribus copiis legiones & auxilia provinciatim distribuit: classem Miseni, & alteram Ravennae, ad 49

vincant, secundis rebus insolescere &c. Verum voces istae ore potius pronuntiabantur a Romanis, quam animo, ut pluribus explicui ad Taciti Agricolam cap. 14. *Quaedam civitates Brittanniae Cogiduno regi donatae: vetere ac jam pridem P. R. consuetudine, ut haberent instrumenta servitutis & reges.* Quos enim rebus partis praeponebant, erant procuratores, erant liberti, immo erant mancipia. GRUTER.

Reges, socios etiam, inter semetipsos] Ego sine interpunctione lego, *Reges socios etiam inter semetipsos*: sensus enim est Reges, qui socii P. R. erant, inter sese eum conjunxisse. TORR.

Mutuis junxit] *Junxit mutuis*, hunc ordinem servant Harlem. Edd. Roman. Venetae tres, Bon. Lug. Junt. Ald. mutarunt Basileenses, Stephanus & recentiores. BURM.

Promptissimus affinitatis conciliator] Exempli gratia: Salome soror Herodis Magni, auctoribus, suasoribus, & impulsoribus Augusto & Livia, Alexae nupsit, non ut cupiebat, Arabi Syllaeo. Josephus lib. XVIII. cap. II. CASAUB.

Atque amicitiae] Grande documentum pii affectus lis inter Herodem & filios ab Augusto disceptata. Josephus lib. XVI. cap. VII. CASAUB.

Fautor] Lipsius in marg. Plantin. *Auctor*. sed qui conciliat adfinitates *auctor* est, *fautor* qui contractas sine se amicitias, aut per alios, fovet. & *fautor* deest Exc. Cujac. BURM.

Nec aliter universos,] Ecquid hanc vocem ad cunctos Imperii Romani cives, aut alios subditos extendere debemus? ita erit egregia conclusio totius tractatus, quo illa recensuit, quae ab Augusto gesta in administratione politica rerum urbanarum, Italiae, provinciarum, & sociorum. Sed & strictius accipere possumus de regibus sociis, de quibus proxime actum. CASAUB. Scilicet alius quis nihil potius habuisset, quam eosdem inter se committere, ut advocatus deinde auxilio, in praesens quidem hanc partem sublevaret, mox tamen utramque subverteret: quale consilium suppeditabat Persarum Regi Alcibiades apud Trogi abbreviatorem lib. v. cap. 3. qui legatur. de hac quoque re non pauca & nos lib. XII. Annal. Taciti cap. 11. ubi infit Claudius Imp. *Rem Romanam huc satietate gloriae provectam, ut externis quoque gentibus quietem velit.* GRUTER. *Membra partemque* Copes.

Rectorem quoque] Sic & Virg. Aeneid IX. 173.

Rectores juvenum, & rerum dedit esse magistros.

JCti *curatorem* vocant. TORR.

Solitus] Ita codices & Edd. antiquae: additum *est* vidi in Gryph Casaubon. Plantin. & recentissimis. BURM.

Parvis ac mente lapsis,] Nempe e filiis vel filiabus regum: neque enim de civibus loquitur. CASAUB. *Ac mente lapsis* Basil. Casaub. Gryph. & recentiores. priores *aut mente*.

Repsipiscerent] *Respicerent* Hulf. & a manu pr. Periz.

Educavit simul cum suis & instituit] In his Agrippam Aristobulo Herodis filio natum, Josephus lib. XVIII. cap. VIII. Ἀχθέντος ἐν τῇ Ῥώμῃ Ἀγρίππα, καὶ ὁμοτροφίας καὶ συνηθείας αὐτῷ πολλῆς γενομένης πρὸς Δροῦσον τὸν Τιβερίου τοῦ αὐτοκράτορος υἱόν. Vide ejusdem magni scriptoris lib. XV. cap. XIII. Sed & cives quidam cum Augusti liberis & nepotibus educati: etsi eum honorem non temere cuivis ille detulit. Suetonius libro de Illustribus Grammaticis cap. XVII. *Verrius Flaccus ab Augusto nepotibus suis praeceptor electus, transiit in palatium cum tota schola: verum ut ne quem amplius posthac reciperet.* CASAUB. *Educavit, & cum suis simul instituit* Periz. *simul, & cum suis inst.* Ed. Rom.

49. *Ex militaribus copiis*] Haec quoque omnia explicamus ad Polybii tractatum de Militia Romana. CASAUB.

Ai-

ad tutelam superi & inferi maris, collocavit. Certum numerum partim in urbis, partim in sui custodiam adlegit: dimissa Calagurritanorum manu, quam usque ad devictum Antonium: item Germanorum, quam usque ad cladem Varianam, inter armigeros circa se habuerat. Neque tamen umquam plures, quam tres, cohortes in urbe esse passus est, easque sine castris. reliquas in hiberna & aestiva, circa finitima oppida dimittere adsuerat. Quidquid autem ubique militum esset, ad certam stipendiorum praemiorumque formulam adstrinxit: definitis pro gradu cujusque, & temporibus militiae, & commodis missionum: ne aut aetate aut inopia post missionem solicitari ad res novas possent. Utque perpetuo ac sine difficultate sumtus ad tuendos eos prosequendosque suppeteret, aerarium militare cum vectigalibus novis constituit. Et quo celerius, ac sub manum adnuntiari cognoscique posset, quid

Alteram Ravennae] Loco opportunissimo. Prae caeteris describit accuratus Jordanus in Gothicis: qui locus sumptus ab eo ex Dione, hodie in libris nobilissimi ejus historici non exstat. CASAUB.

Certum numerum] *Ceterum* Memm. Hulf. *caeterum certum numerum* Lugd. Junt. Ald. Arg. *certum* & *ceterum* iterum variarunt inf. cap. LVII. & ita in l. XXV. ff. Depositi, *quum salva sanave venero, restitues mihi, certe, si aliquid mihi humanum contigerit, filio meo.* ita vulgo. sed Charondas & Pacius in margine habent, *ceterum si aliquid.* BURM.

Partim in Urbis, partim in sui] In duob. libb. desiderantur illa verba, *partim in Urbis*; in alio legitur *in Urbis partim, partim in sui custodiam.* TORR. Dio: Οἱ τῆς πόλεως φρουροὶ ἑξακισχίλιοί τε ὄντες καὶ τετραχῇ νενεμημένοι. Tacitus Annal. lib. IV. cap. 5. *Tres urbanae cohortes.* CASAUB. *Partim in urbis* defuit Edd. Rom. & Venet. pr. *in suam etiam* Hulf.

Partim in sui custodiam] Dio: Οἱ σωματοφύλακες μύριοι ὄντες καὶ δεκαχῇ τεταγμένοι. Tacit. dicto loco: *Praetoriae cohortes novem.* CASAUB.

Calagurritanorum] Sic & D. Julius Hispanorum custodia usus. cap. LXXXVI. TORR. Id est, cohorte. Sic cohors Germanorum. In Galba cap. XII. *Germanorum cohortem a Caesaribus olim ad custodiam corporis institutam dissolvit.* CASAUB. *Allegatorum* Hulf.

In urbe esse] *Esse* deest Hulf.

Circa finitima oppida] Egregie huc facit lapis a Donio prolatus pag. 48. *n.* 136. ubi C. IVNIVS. IVSTVS MIL. COH. VI. PRAETOR. STATION. TIBVR. quem doctissimus Gorius illustravit hoc Suetonii loco. BURM.

Formulam] Vid. Lips. 1. Elect. 2. BROUKH.

Et commodis missionum:] *Commoda emeritae militiae* vocat Calig. cap. XLIV. Quae sub Augusto (si Dioni credimus lib. LV.) fuere pro praetorianis post stipendia XVI. annorum, drachmarum quinque millia; pro reliquis vero post annos X. tria, hoc est, illis XX. M. nummorum, his XII. Quam summam Caligula ad VI. M. reduxit. Auctor Sueton. loco citato. TORR.

Novas possent] *Posset* Periz. & Harlem.

Tuendos prosequendosque] Sic cap. LXVI. *virtutes ac merita cujusque prosecutus*, absolute, cum *prosequi amore, benevolentia, officio*, dicamus. TORR.

Aerarium militare] Sic Tacitum intelligo, cum legem Papiam Poppaeam incitandis caelibum poenis, & augendo aerario sanxisse Augustum scribit. sup. cap. XXXIV. Sic Zonaram quoque, cum Agrippae abdicati & relegati in insulam pecuniam ad aerarium militare relatam narrat. Exstant & inscriptiones antiquae, quibus hujus aerarii memoria conservatur. Praefectorum quoque ejus fit mentio, ut P. Vitellii apud Tacitum lib. v. Annal. 8. TORR. Dio refert in anno U. C. DCCLIX. lib. LV. Vectigalia novi hujus aerarii fuere ducentesima rerum venalium bona damnatorum, quinquagesima venalium: Tacitus, Dio, Zonaras. CASAUB. Id factum anno DC. LIX. Zonaras Agrippae Posthumi damnati bona in aerarium militare relata ait. Propriique huic aerario praefecti. Lapis in Samnio, L. NERATIO C. F. VOL. PROCULO. PRAEF. AERARI MILITARIS. *LIPSIUS.*

Novis instituit.] *Constituit* Cod. Periz. a manu sec. Edd. Roman. Venet. tres, Lug. Junt. Ald. Steph. Basil. Gryph. & omnes ad Ca-

quid in provincia quaque gereretur, juvenes primo modicis intervallis per militares vias, dehinc vehicula, disposuit. commodius id visum est, ut, qui a loco perfe-

Casaubon. usque. De his vectigalibus, & inprimis vicesima Hereditatium, & de aerario militari, egi ubertim in dissertatione de vectigalibus P. R. cap. XI. BURM.

Celerius ac sub manum] Liber unus *sub manu*. Seneca lib. X. Epist. ad Lucil. *Consilium nasci sub die debet. Et hoc quoque tardum est nimis, sub manu, ut ajunt, consilium nascatur.* TORR. Ὑπογύως vel ὑπὸ χεῖρα, ut LXX. Interpret. bis cap. XXI. I. Sam. simile genus loquendi Hebraicum exprimunt. Vitruvius: *Non solum laudes aut vitia animorum ad manum aspicerentur.* CASAUB. Palat. prim. accedit Torrentii libro, habetque *sub manu*. GRUT. *Sub manu* Periz. Harl. & Hulf. Edd. Rom. & veteres omnes praeter Bonon. Steph. & Basil. poster. & sequentes. rarior est locutio, quocumque modo legas. Cortius cum hoc loco componit illa Ciceronis ex Lib. X. ad Famil. 23. *Vocontii sub manu ut essent.* magis convenire videntur illa Hirtii de Bel. Afric. XXXVI. *delectus quot die libertorum*, &c. *hominum qui modo per aetatem arma ferre poterant, habere, atque sub manum Scipionis in castra submittere.* ubi & *sub manu* Ed. Romana. similia exempla, *de sub* & *in manu*, quae praesentia, & in re praesenti sunt, dat Gronov. ad Senec. Epist. XCIV. Erasmus explicat promte. *ad manum* vidimus ad Caesar. LXXXIV. BURM.

Quid in provincia quaque gereretur,] Hinc manavit ille mos, quem notat Euseb. lib. II. Historia Ecclef. referens, Pilatum de Christi Servatoris nostri resurrectione Tiberium fecisse certiorem. Παλαιοῦ, inquit, κεκρατηκότος ἔθους τοῖς τῶν ἐθνῶν ἄρχουσι τὰ παρ' αὐτοῖς καινοτομούμενα τῷ τὴν βασίλειον ἀρχὴν ἐπικρατοῦντι σημαίνειν, ὡς ἂν μηδὲν αὐτὸν διαδιδράσκοι τῶν γινομένων. Haec sunt, quorum meminerunt Justinus Martyr & Epiphanius lib. II. adversus Tessarescaidecatitas, Πιλάτου ἄκτα. Posterioribus temporibus, cum Roma ut plurimum abessent Principes, institutum est, ut quotlibet mensibus senatus & populi acta ad Imperatorem mitterentur ex urbe. Auctor Symmachus lib. X. epist. XXXVII. CASAUB.

Juvenes primo modicis intervallis] Res antiquissimae originis, nedum ab Augusto primo excogitata. Nam hi sunt Persarum *angari* & *astandae*, & Graecorum *hemerodromi*. CASAUB.

Per militares vias,] Cum viae aut publicae sint aut privatae: publicae, nunc *militares*, nunc *consulares*, nunc *praetoriae* vocantur. Graece βασιλικαί. Siculus Flaccus de Condit. agrorum, *regales* vertit. Et dictae publicae, vel quod in solo publico sunt, vel quod publice muniuntur, & curatores accipiunt. l. III. De loc. & itiner. publ. l. II. Ne quid in loco publ. vel itin. TORR.

Dehinc vehicula,] Hinc *cursus vehicularis*, & *cura rei vehicularis* l. I. & l. ult. de Muner. & honor. Usi etiam equis sine vehiculo. Quos Cassiodorus lib. IV. Variarum, *cursuales* vocat, ad differentiam scilicet eorum, qui juncti redae *veredi* inde appellantur. Spart. Severo cap. XIV. *Cum se vellet commendare hominibus, vehicularium munus a privatis ad fiscum traduxit.* Capit. Pertinace cap. I. *A praeside Syriae; quod sine diplomatibus cursum usurpaverat, pedibus iter facere coactus.* Qui plura velit, JCtos adeat lib. XII Cod. de cursu publico. TORR. Cyrus Rex Persarum primus hoc excogitavit, auctore Xenophonte lib. VIII. Augustus hoc adinvenit, ne in singulis mansionibus veredarii mutarentur cum veredis: cujus inventi manifesta utilitas ea est, quam statim Suetonius explicat. CASAUB. Videtur eo tantum vehicularium illum cursum instituisse, ut quid in provinciis gereretur, cognoscere celerius posset: non ut etiam magistratibus aliisque passim hominibus exhiberetur: quod postea factum est, ex instituto Adriani, quemadmodum ostendit in ejus vita Spartianus, qui ejusmodi cursum publicum *cursum fiscalem* appellavit. SALMASIUS. Vid. Scheffer. de Re. vehic. I. cap. ult. & Stewech ad Veget. I. 3. & multos alios.

Ut qui a loco eidem] Alii libb. *iidem*. nove autem *a loco* pro alicunde, & fortasse scriptum fuerat *a loco coque*, id est, *quoque* pro quocunque. vel *alicunde ei*. deinde scriptum in Mss. *si quid res exigant, possint*. CASAUB. Maximus vir Casaubonus nove dictum putat *a loco*, pro alicunde, & fortasse scriptum *a loco coque* id est *quoque*, pro *quocumque*. vel *alicunde*. Sed neque illa vulgatae lectionis

50 ferunt literas, iidem interrogari quoque, si quid res exigant, possent. In diploma-

explicatio, neque illae conjecturae verae sunt. *A loco* hic interpretor celerrime, statim, sub manum, diciturque ea forma, qua *e vestigio*, *extemplo*, quae idem significant. Neque aliter apud Plaut. Amphit. *e loco aliquem convenire*, id est statim. sed & inde natum est *illico*, μάλ' αὐτῷ. Cum autem libb. alii habeant *iidem*, id vulgato *eidem* libenter praetulerim. Sic igitur lege, *commodius id visum, ut qui a loco* (vel *e loco*) *iidem perferrent litteras, & interrogari quoque, si quid res exigerent, possent.* Juvenibus & vehiculis, modicis intervallis, per militares vias dispositis, duo haec obtinere & voluit & potuit Augustus, ut, nempe, quae in Provinciis gesta, & celeriter *annuntiari*, & propius *cognosci* possent. Annuntiandi celeritatem juvere juvenes & vehicula disposita, cognoscendi facilitatem, quod quae litteris non satis expressa, aut in iis ut saepe fit, omissa, ex iisdem & litterarum gerulis, & rerum Provinciae gnaris, haurire promptius certiusque liceret. Boxhorn. Varias lectiones quasdam adduxit Cl. Graevius. *Qui a loco idem perferunt* Copes. Harlem. Ex. Cujac. & ita Edd. veteres fere omnes, nisi quod in quibusdam coaluerit in unum *quia*. & *perferrent* Ed. Rom. *iidem* Periz. a m. sec. deinde *si quid res exigant*, *possint*, itidem Codd. Copes. Periz. Harl. & Edd. Veteres. *exigat* Steph. & Salmas. an, ut Gronovius, *exigeret*, ut inf. c. LXXXIX. Heinsius legebat, *ut qui alicunde ei perferrent literas, interrogari quoque, si quidem id res exigerent, possint*: a quo non multum dissentio, nisi quod *a loco* mutari nollem. quum notet illum quemcumque locum, unde juvenes hi Romam ad Augustum mittebantur. Nam centies *loco* ita simpliciter de certo & definito dicitur. sic noster Tib. LXIV. *loco movit*, id est illo, ubi tunc erant. Prop. I. XVI. 39.

Quae solet iratus dicere tuta loco.

Sic *loco esse*, *stare*, *ponere* & similia, de quibus vide ad Ovid. XII. Met. 144. Valer. Flac. VI. 23. & Cort. ad Cicer. lib. IX. ad Fam. Ep. 16. *si quid res exigeret* etiam non opus in *siquidem* mutare ob locum in hac vita LXXXIX. a Gronovio adductum. *e loco* pro statim dici, ut Boxhornius explicat ex Plauti loco, qui est ex suppositis sc. *Di vostram fidem* vs. 41. alia auctoritate esset probandum. deinde *a loco iidem perferant* praefert etiam Ed. Basil. Burm.

50. *In diplomatibus libellisque & epistolis signandis*,] Superioribus subjicitur hic sermo occasione diplomatum. *Diplomata* ab eo, qui tenet rempub. maxime propter publicum cursum, dari petique solita. Libera republ. consulum & senatus ea fuit potestas: cum omnia in unius manum cessere, Principis hoc quoque fuit, aut ejus, qui ab eo dandarum evectionum, ut loquuntur Impp. potestatem accepisset. Imp. Fredericus regalia pleraque omnia recensens constitutione quadam, ponit inter alia angariarum, parangariarumque, & plaustrorum & navium praestationes. Apud Plutarchum in Galba Nymphidius candidatus Imperatoriae majestatis, diplomata dara esse a consulibus fert iniquissime, tanquam partes Imperatorias illis occupantibus. Falsum est, quod doctissimos viros sentire video, *diplomata* sola illa dici, quae dantur ad cursum publicum. Ἀγωνιζόμενος, inquit eo loco Plutarchus, οἱ δὲ πάλιν ἄρχοντες ἐν ταῖς τῶν δογμάτων ἀναγνώσεσιν ἐπισχόντες τὰ σφραγίσματα τῶν γραμματοφόρων. Fecit haec persuasio, ut acutissimus doctissimusque Bosius locum Ciceronis ad Atticum male interpretaretur lib. X. quem alibi explicamus. At *diplomata* dici etiam alias literas indices ac testes concessi beneficii ab eo, qui praeest reip. vel unus Suetonii locus doceat, qui *diplomata civitatis Romanae* libro sexto cap. 12. appellat codicillos, quibus delatum erat jus civitatis. Sunt autem a forma *diplomata* appellata: nam formabantur in modum tabellarum duplicium. quare etiam διπλᾶς Graeci vocant. Apollonius Tyanaeus in Epist. ad Euphratem: Ἐπειδὰν ἴδῃς τὰ μεταξὺ τῆς Ἰταλίας ὑπὸ Συρίας ἀρξάμενος ἐπιδεικνὺς σαυτὸν ἐν ταῖς τοῦ βασιλέως λεγομέναις διπλαῖς. Intelligit diplomata ab Imperatore Euphrati data, quibus commendabatur regionum & urbium praefectis. de iisdem in alia epistola sic scribit: Εἰ δὲ ἀνελέγων σφραγισμοὺς τοὺς Χρυσίππου χολὴν καὶ ἔγκειται, γέγραπταί τι καὶ ἐν τοῖς βασιλικοῖς γράμμασιν, Εὐφράτης ἦλθε, καὶ πάλιν, ἦλθε. vocat γράμματα, quas prius vocaverat διπλᾶς. atque ex illius verbis intelligimus solitum annotari in hujusmodi literis, quicquid occasione illarum acciperetur. At literae aliae Principum, quibus aliquid jubebatur aut vetabatur, ἁπλᾶ vo-

matibus, libellisque & epistolis signandis, initio Sphinge usus est: mox imagine Magni Alexandri: novissime sua, Dioscoridis manu sculpta, qua signare insecuti quoque Principes perseveraverunt. Ad epistolas omnes, horarum quoque momenta, nec diei modo, sed & noctis, quibus datae significarentur, addebat. Clementiae civilitatisque ejus multa & magna documenta sunt. Ne enumerem, quot & quos

51

vocabantur, ut videtur innuere Eusebius lib. VIII. scribens: Ἤπλωτο πανταχόσε βασιλικὰ γράμματα, τὰς ἐκκλησίας εἰς ἔδαφος φέρειν: & iterum, ἥπλωτο κατὰ πόλεις βασιλικὰ διαγράμματα. Prioris generis epistolas principales Themistius oratione quarta vocat, δέλτους σφυρηλάτους. Οὐ ταῦτα μόνα, inquit, ἐξὸν τοῖς βασιλεῦσι κρατεῖν, ἀλλ' ἐκεῖνα τὰ μακρὰ καταλόγου τῆς τρυφῆς, καὶ τῆς ἀπειροκαλίας, ὁπόσα ταῖς δέλτοις ἀκολουθεῖ ταῖς σφυρηλάτοις. Unde apparet, non encausto solum decoratas Imperatorias literas, sed etiam ex solida materia factas: puta, argento vel auro. unde appellata χρυσόβουλλα. Idem Themistius orat. sexta: Ἐγὼ μέντοι οὐκ ἐπ' ἐκείνῃ τῇ δέλτῳ, ἀλλ' ἐπ' ἄλλῃ μείζονι καὶ τελειοτέρᾳ, ἣ καὶ τὰς δέλτους ἐκείνας ἤδη ἔχει ἐπ' ἐξουσίας· ἣν οὐκ ἐποίησαν ἐλεφαντουργοὶ οὐδὲ χρυσοχόοι CASAUB.



Sphinge usus est:] De hoc Plin. lib. XXXVII. cap. I. Et eodem fortassis referendum quod T. Carisii, qui sub Augusto III-vir monetalis fuit, numismata Sphingem praeferunt. Pro *Dioscoridis* autem libri duo *Dioscuridis*. Adde Dionem initio lib. LI. TORR. *Dioscuridis* Memm. Ed. Rom. *Dioscordis* Periz. *Dioscoris* Harle. Edd. Venetae tres, Lugd. Hujus sculptoris mentionem fieri in gemma Fauni juvenis ridentis, censet doctissimus Gorius ad gemmas Musei Medicei tom. II. pag. 13. Insculptum erat ΥΛΛΟΣ ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΟΥ ΕΠΟΙΕΙ. qui Hyllus fuerit Dioscoridis filius, vel discipulus in hac arte. BURM.

Perseverarunt] *Perseveraverunt* fere in omnibus vidi.

Ad epistolas omnes,] Intellige, quae de publicis rebus essent. CASAUB.

Horarum quoque momenta] Pitiscus *horarum* explicat *dierum*. sed quia nemo diem omittere solet, ut singulare addit, *horarum* quoque: sequitur etiam *diei*. dixisset ergo, *momenta quoque dierum, nec diei modo, sed & noctis*, quo nihil absurdius. nec *momenta* etiam capienda de partibus illis horarum exiguis, quae nobis *minuta* dicuntur; nam tum talia horologia, quae ista monstrarent, fuisse nondum puto. sed *momenta horarum* sunt ipsae horae, illud spatium, quo hora definitur. & proprie respectu longioris temporis, *momentum* adtribuitur *horae*. vide ad Phaedr. prol. lib. III. ubi etiam hoc loco *horarum quaeque momenta* posse legi dixi, ut nimirum numerum intelligat, & subscriptum fuerit *hora prima*, *tertia* &c. *diei momentum* dixit etiam JCtus l. 15. ff. de divers. & temporal. praescr. BURM.

51. *Civilitatisque*] Caes. cap. LXXV. Adde, si lubet, Lampridium Alexandro: *Cum & mater & uxor nimiam illi civilitatem objicerent, & saepe dicerent, Molliorem tibi potestatem & contemptibiliorem imperii fecisti, ille respondit, Sed firmiorem & diuturniorem.* TORR. Hactenus expositum Suetonio, quid in administranda repub. pace belloque Augustus gesserit: nunc quasdam ejus, ut sic dicam, publicas virtutes enarrat, alias in privata illius vita expositurus. Eae, de quibus hic tractat, sunt *clementia & civilitas*: de priore agit ad finem cap. LII. de posteriore ad finem cap. LVI. More enim suo, quod interpretes non observant, conjungit in propositione, quae deinde separatim exsequitur. Etsi autem affines virtutes sunt hae duae, longe tamen differunt. Ac *clementia* quidem nota virtus: *civilitas* vero, quam Graece dixeris ἰσονομίαν, virtus est quae civi convenit, qua civis est. Cum enim civitas aequo jure constet, civis qua civis virtus est, aequabilitatem juris tueri cum caeteris. Plato videtur πολιτικὴν appellare, cum ita definit: Ἡ πολιτική ἐστιν ἐπιστήμη ποιητικὴ δικαιοσύνης ἐν πόλει: tamen πολιτικὴ vulgo apud philosophos & rhetores, itemque *civilitas* apud Quintilianum alius generis virtus est. Hanc qua de agimus, Antoninus Imp. lib. I. appellat πολιτείαν ἰσόνομον καὶ ἰσότητα καὶ ἰσηγορίαν διοικουμένην. de hac enim sentiebat, cum scriberet, didicisse se a fratre Φιλο-

quos diverſarum partium venia & incolumitate donatos, principem etiam in civitate locum tenere paſſus ſit: Junium Novatum & Caſſium Patavinum, e plebe homines, alterum pecunia, alterum levi exſilio punire ſatis habuit: quum ille Agrippae juvenis nomine, aſperrimam de ſe epiſtolam in vulgus edidiſſet: hic convivio pleno proclamaſſet: *Neque votum ſibi, neque animum deeſſe confodiendi eum.* Quadam vero cognitione, quum Aemilio Aeliano Cordubenſi inter cetera crimina vel maxime objiceretur, quod male opinari de Caeſare ſoleret: converſus ad adcu-

φαντασίαν λαβεῖν πολιτείας ἰσονόμου κατ' ἰσότητα καὶ ἰσηγορίαν διοικουμένης, καὶ βασιλείας τιμώσης πάντων μάλιστα τὴν ἐλευθερίαν τῶν ἀρχομένων. Dio civilitatem hanc ἰσομοιρίαν ἐξ ἰσονομίας appellat, & alibi τὸ δημοκρατικὸν, egregia voce. ſimili ratione Theophraſtus in fragmento Characterum nondum edito ὀλιγαρχικὸν vocat hominem non civilem: de quo apte dixeris, quod de Julio Caeſare Lucanus II. 446.

Conceſſa pudet ire via civemque videri.

Dio idem lib. XLIII. elegantiſſime ἀδημοκράτητα vocat honores inciviles, id eſt, qui excedunt faſtigium civis ἰσονόμου, ſive ut loquitur Vellejus lib. II. cap. 7. *civilis dignitatis modum.* Latini interdum *aequalitatem* indigitant: vel *aequalitatem civilis juris*, ut Seneca. Juvenalis, *ſenſum communem*, acute: nam de hac virtute accipi debet hic locus Satyrae VIII. 76.

Rarus enim ferme ſenſus communis in illa Fortuna.

Virtutem hanc, fuere qui negarent, Imperatori convenire: & refert Lampridius cap. XX. objectam Alexandro Mamneae nimiam civilitatem. jure quidem, ſi nimia fuit: caeterum ἁπλῶς civilitatem in Principe damnare, eſt negare civem eum eſſe. Quo poſito ſequitur, quemadmodum docet Ariſtoteles, ut ſit vel deus vel fera: quare nullum erit jus commune Principi cum ſubditis. Melius Plinius, qui in laudatione Trajani aliquoties eum *civem* appellat, & in Novell. ipſi ſe Impp. πολίτας. CASAUB.

Ne numerem, quot & quos diverſarum partium] Seneca de Clementia, de Nerone lib. I. cap. 10. *Ignovit abavus tuus victis: nam ſi non ignoviſſet, quibus imperaſſet? Salluſtios, & Coccejos, & Dellios, & totam cohortem primam interioris admiſſionis ex adverſariorum caſtris conſcripſit.* & quae ſequuntur. CASAUB. *Et ne* Codd. Hulſ. Copeſ. Edd. Junt. Ald. Arg. Steph. in cujus ora *nec enumerem* manus docta.

Caſſium] *Caſium* Ed. Veneta pr. vide de eo Torrent. ad Horat. I. Sat. X. 61.

Alterum levi exſilio punire ſatis habuit:] Vir doctus emendat *leni*, ſine applauſu meo. Non enim *exſilium lene* ita dici poteſt, ut *vinum* Horatio dicitur *lene tormentum*, ſed *leve* potius; ſicut *levis jactura*, *levis poena*, aliaque facilius feram. infra cap. LXV. *Ex inſula in continentem lenioribusque, paullo conditionibus tranſtulit eam.* quanquam ibi quoque malim *levioribus*. Quod affertur libro III. *Nihilo lenior in convictores Graeculos fuit*, totum aliud eſt plane. CASAUB. Vir doctus apud Caſaubonum *leni*. ut ſolent hae voces ſemper fere confundi. mirum tamen hic nihil variare codices, ut ſup. XXXIX. infra LXV. LXXXIX. & alibi Ovidius ſaepe *mollius*, & *mitius* exſilium precatur, & *durum* etiam vocat, ita & hic non in aſperam aliquam inſulam aut regionem deſertam, ſed in locum ſatis amoenum, aut Italiae, Graeciae vel Aſiae potuit eſſe relegatus. ſed ſequamur codices, quum tale exſilium etiam *leve* dici poſſit. BURM.

Aſperrimam de ſe] Sic MSS. omnes, uno dempto, qui *de eo* habet, idque ſequuntur interpretes. Simile Auguſti clementiae exemplum apud Senecam lib. III. de Ira cap. XXIII. TORR. *De eo* Codd. Periz. Harlem. & Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. Bonon. & aliae in marg. ſed eſt ex gloſſa natum. vid. ſup. ad cap. X. BURM.

Aemilio Aeliano] *Heliano* Ed. Rom. *Eliano* Venetae. Baſil. & aliae.

Quod male opinari de Caeſare ſoleret:] *Opinari* eſt δοξάζειν, intra ſe aliquid ſentire: *opinio* enim ſive δόξα ſapientibus definitur λόγος ὃν αὐτὴ πρὸς αὐτὴν ἡ ψυχὴ διεξέρχεται περὶ ὧν ἂν σκοπῇ; ut docemur in Theaeteto. Sed ut *opinio* Latine loquentibus pro fama paſſim capitur: ſic hoc loco

cuſatorem, commotoque ſimilis: *Velim*, inquit, *hoc mihi probes: faciam, ſciat Aelianus & me linguam habere: plura enim de eo loquar*. Nec quidquam ultra, aut ſtatim aut poſtea inquiſivit. Tiberio quoque de eadem re, ſed violentius apud ſe per epiſtolam conquerenti, ita reſcripſit: *Aetati tuae, mi Tiberi, noli in hac re indul-*

loco *male opinari*, maledicere ſignificat, & ad λόγον ἀποφαντικὸν referri debet, non ad ἐνδιάθετον. niſi malis utrumque: ut in Julio cap. LXXV. *Si qua aut cogitarentur gravius adverſus ſe, aut dicerentur*. Sic junguntur alibi *opinio* & *ſermo*, ut libro III. cap. XXXIX. item *mens* & *lingua*, ut lib. eodem cap. XXXVIII. Ita autem alibi verbum *opinari* uſurpat Suetonius. infra cap. LXVII. *Servum graviſſime de ſe opinantem non ultra quam compedibus coercuit.* In Caligula cap. XXVII. *Nec omnes gravibus ex cauſſis, verum male de ſuo munere opinatos.* Alibi pro eodem dixit, *exiſtimatione aliqua laedere.* libro III. cap. LVIII. capitale erat, dictum ullum factumve ejus *exiſtimatione aliqua laeſiſſe.* ſed & *exiſtimare* pro loqui obſervamus poſitum. Macrobius lib. II. cap. IV. *Venit forte Auguſtus in domum, in qua Cato habitaverat: deinde Strabone in adulationem Caeſaris male exiſtimante de Catonis pervicacia*: hoc eſt: λοιδοροῦντος. ſic fortaſſe accipiendum apud Senecam, & ſcribendum de Ira lib. III. cap. 22. *Quid facilius fuit Antigono, quam duos manipulares duci jubere, qui excubantes regio tabernaculo, faciebant, quod homines & periculoſiſſime & libentiſſime faciunt, ut de rege ſuo male exiſtiment?* Idem ſcriptor epiſtola XXXI. *Nemo novit Deum: multi de illo male exiſtimant & impune.* In epiſtola LXVIII. clare *loqui* & *exiſtimare* pro eodem ponuntur. & in fine epiſt. CVII. Hieronymus contra Luciferianos: *Cogor de beato Lucifero ſecus quicquam, quam & ipſius meritum & mea humanitas poſcit, exiſtimare.* id eſt, loqui. ſequitur enim: *Quid faciam? veritas os referat & invitam linguam conſcium ad eloquendum pectus impellit.* CASAUB.

Soleret] *Solebat* Edd. Venetae tres. Pariſ.

Plura enim de eo] *Plura de eo enim* Codd. Periz. Harl. Edd. Venetae tres.

Nec quicquam ultra aut ſtatim, aut poſtea inquiſivit.] Domitius Afer olim vere: (apud Quinct. VIII. de Inſt. Or. 5.) *Princeps, qui vult omnia ſcire, neceſſe habet multa ignoſcere.* Caſſiodorus in Formulis: *Nulla poteſtas eſt, quae qualitatem famae ſuae de ore hominum poſſit auferre.* CASAUB. Prudentiſſime: quis enim moverit Camerinam, niſi ſuo malo? Ita & de Tiberio legimus cum occupaſſet Pſeudoagrippam. *Et quamquam multi e domo principes, equiteſque ac ſenatores ſuſtentaſſe opibus, juviſſe conſiliis, dicerentur, haud quaeſitum.* ita lib. II. cap. 40. Tacitus, ubi nos non protrita ex optimis quibuſque ſcriptorum latifundiis corrogavimus. GRUT. *Inquiſiit* Memm.

Sedulo violentius] Turnebus *lentius* legit, ego utrumque rejiciendum cenſeo. Si *lentius* retines, pro pertinacius interpreteris licet. Sueton. Tib. cap. LVII. *ſaeva ac lenta natura.* TORR. V. C. habet, ut videtur rectius, *de eadem re, ſed violentius.* URSIN. *Sedulo* Viterb. Liſlaei, & prima editio, aliique codd. *ſedulo* ſignificat non ſolum ſine dolo, ſed etiam aſſidue: ita hic accipiendum. ſed in Turnebi libris *lentius* ſcriptum eſt, non *violentius.* Petrus quoque Pithoeus ex ſuo hanc lectionem annotarat *ſedulo lentius*, & conjecturam ſuam adjecerat: Forte legendum, *ſed violentius.* εὐστόχως, prorſuſque bene. Sic enim in vett. libb. exſtare teſtatur Urſinus. CASAUB. Non abſtinui a ſcriptura libri Urſiniani, praeſertim cum ei fere accederet codex Pithoei. nam vulgatis conſentiunt Pall. in quibus, *ſedulo violentius.* GRUT. Forte vitium huic loco factum, ex omiſſa voce *ſed*, propter primam ſyllabam in *ſedulo*, ut ſimilia jam ſaepe vidimus, & legendum, *ſedulo, ſed violentius. ſedulo lentius* Exc. Cujac. BURM.

Aetati tuae, mi Tiberi,] Quaſi ſaevitia, quae tum in Tiberio ſe prodebat, vitium eſſet aetatis, non naturae, ut in Claudio LXVIII. noſter ait. Ac videtur Auguſtus faciens de ſe conjecturam, ita opinatus de Tiberio: fore, ut quandoque matureſceret ſimul & miteſceret ejus ingenium. ſed quam falleretur ille in hoc ſuo judicio, eventus demum docuit. *Aetati* autem ſcribitur in omnibus MSS. uno excepto F. Pithoei, ubi *pietati tuae.* CASAUB. *Indulgere* illuſtravimus ad Quinctil. VIII. de Inſt. Orat. 5. pag. 724.

dulgere, & nimium indignari quemquam esse, qui de me male loquatur. Satis est enim, 52 *si hoc habemus, ne quis nobis male facere possit.* Templa, quamvis sciret etiam proconsulibus decerni solere, in nulla tamen provincia, nisi communi suo Romaeque no-

Male loquatur] *Loquatur male* Cod. Harlem. Edd. Rom. Venetae & veteres, praeter Basil. Gryph. & sequentes.

52. *Templa quamvis sciret*] Hinc orditur de civilitate Augusti memorare: cujus hoc primum documentum ponit, quod honores a civibus suis supra humanum fastigium non admiserit. dico a civibus: nam quod in provinciis aras & templa sibi poni siverit, non putavit Suetonius id esse incivile. adeo Quirites isti caeteros mortales ne hominum quidem loco habuerunt. Melius Tacitus, qui generaliter illud in Augusto culpatum notat, *quod templis coli voluerit.* CASAUB. Vid. Gruter. LVIII. 5. LXXX. 6. LXXXIII. 4. CCCXX. 7. CCCCXIII. 9. CCCCLXXVII. 2. BROUKH.

Etiam proconsulibus decerni solere,] In optimo cod. desideratur verbum *solere*, nec male. TORR. Fidem fecerit vel illud Hadriani Imperatoris de Pompejo mortuo jactatum: *Τῷ ναοῖς βρίθοντι πόσην σπάνις ἔπλετο τύμβου!* Jam olim invaluerat haec *ἀρέσκεια*, ut vocat Polyb. lib. V. apud Asiaticos, Graecos, Syros, & alios, honorandi *τοῖς ἰσοθέοις θυσίαις καὶ βωμοῖς.* Cicero ad Atticum: *Nullos honores mihi nisi verborum decerni sino: statuas, fana, τέθριππα prohibeo.* quod vere nec sine caussa & Cicero gloriatur, & in Augusto hic a Suetonio laudatur: nam legibus Romanorum cautum erat diserte, ut proconsulibus jus esset permittendi, quo templa sibi & monumenta ponerentur. M. Tullius ad Q. fratrem: *In Asia*, inquit, *nescio quonam modo, Romae quidem non mediocri cum admiratione laudatur, quod cum ad templum monumentumque nostrum civitates pecunias decrevissent: cumque id & pro meis magnis meritis, & pro tuis maximis beneficiis, summa sua voluntate fecissent: nominatimque lex exciperet, ut ad templum monimentumque capere liceret,* &c. Sed provinciales cum suis proconsulibus templa erigebant, non ipsos, verum illorum virtutes consecrabant: quod longe aliud est. Hic honos & Q. Ciceroni Asiam administranti est habitus. M. Tullius ad Fratrem: *In illis urbibus cum summo imperio & potestate versaris, in quibus tuas virtutes consecratas, & in deorum numero collocatas vides.* CASAUB.

Solere deest Exc. Cujacii.

Communi suo Romaeque nomine] Hinc numismatum inscriptio, ROM. ET. AUG. marmorum quoque, SACERDOS ROM. ET AUG. Sed & apud Sex. Rufum templum Romae & Augusti regione templi Pacis. Augusti vero solius apud eundem regione fori Rom. cujus & Plin. meminit lib. XXXV. cap. IV. in fine. Idem lib. XII. cap. XIX. *In palatii* (inquit) *templo, quod fecerat Divo Augusto conjux Augusta.* Exstat & Antonini Pii apud me nummus cum templo, atque inscriptione, TEMPLUM DIV. AUG. REST. id est, Augusto restituit. Omitto, quae in provinciis, & peculiariter in Asia Pergami, in Bithynia Nicomediae, viventi, & consentienti etiam, ut tradit Dion lib. LI. exstructa fuere, quorum memoriam nummi servant. Templi, quod Nolae ipsi dedicavit Tiberius, meminit Sueton. Tib. cap. XL. Alterum Tarracone Hadrianus collapsum restituit. Quod cum rursus se restituere missus ante imperium in Hispaniam Severus somniasset, pro felici augurio habitum fuit. Auctor Spartian. De statuis vero argenteis Augusto positis Plin. lib. XXXIII. cap. XII. Merito igitur Horat. III. Od. V. I.

Coelo tonantem credidimus Jovem
Regnare, praesens divus habebitur
Augustus.

& iterum II. Epist. I. 15.

Praesenti tibi maturos largimur honores.

Adde Odam V. lib. IV. TORR. Quod olim Bibulus de templo Castoris & Pollucis dixit, idem istis Romae & Augusto evenisse videtur: ut duobus sacra de unius nomine appellarentur. Josephus certe Caesaris templum nominat, in quo Romae etiam erat simulacrum, Originum libro XV. cap. XIII. & alibi quoque. Ejus magni scriptoris locum ex libro primo Ἁλώσεως, cap. XVI. apponam, ut utriusque simulacri forma intelligatur. loquitur autem de condita ab Herode Magno Caesarea: Τȣ̃ σόματος ἀντικρὺς ναὸς Καίσαρος ἐπὶ γηλόφου κάλλει καὶ μεγέθει διάφορος. ἐν δ' αὐτῷ κολοσσὸς Καίσαρος οὐκ ἀποδέων τȣ̃ Ὀλυμπιάσι Διὸς, ᾧ καὶ ἀπείκασται. Ῥώμης δ' ἴσος Ἥρᾳ τῇ κατ' Ἄργος. Ex quibus verbis intelligitur, moris fuisse, ut qui simulacrum Im-

nomine recepit: nam in urbe quidem pertinacissime abstinuit hoc honore. Atque etiam argenteas statuas olim sibi positas conflavit omnes: exque iis aureas cortinas Apol-

Imperatori consecrare vellent, in exemplar sumerent nobile aliquod alicujus dei signum. Nihil autem per ea tempora illustrius apud Graecos Olympiaco Jovis colosso & Junonis Argivae statua. Quare Caesarem ad illius, Romam ad hujus similitudinem formarunt. Fuisse autem in multis urbibus templa Augusto & Romae communia, ex historicis veteribusque inscriptionibus notae. CASAUB. Templum Romae dicatum apud Alabandenses memorat jam Livius lib. XLIII. 5. BURM.

Nam in Urbe quidem pertinacissime abstinuit hoc honore.] Lege Dionis historias. Victor in August: *Hinc uti deo Romae provinciisque omnibus per urbes celeberrimas vivo mortuoque templa, sacerdotes, & collegia sacravere.* sed templa vivo Augusto fuisse in urbe exstructa, falsum est: arae tantum ei genioque ejus positae. CASAUB. De Urbe ait: Dio etiam de Italia. Tacitus auctor est, *effigie numinum* coli eum voluisse; id valet in eam mentem, ut signa adposita Augusti statuis sint, quae solent deorum, puta radius, hasta, fulmen. Itaque nummi etiam hodie, in quibus Augusti caput radiatum. LIPSIUS. Errare Dionem, qui nec in Italia passum esse Augustum narrat, ostendit Noris. ad Cenotaph. Pisana. I. Diss. IV. pag. 54. Vide & Chimentel. de Honor. Bisel. cap. VII. BURM.

Argenteas statuas olim sibi positas conflavit omnes:] Olim igitur ab istiusmodi adulatione non fuerat aversus, quod videtur magnam illi invidiam confisse: vulgo enim jactatum, *argenti usum in statuas primum ad honorem illius, in adulationem temporum transisse,* inquit Plinius: quem lege lib. XXXIII. cap. XII. Merito igitur eas conflavit, secutus Maecenatis consilium, quod narrat Dio lib. LII. De his statuis loquitur ipse breviario rerum suarum, quod est Ancyrae, STATUAE ---QUADRAGENIS. ARGENTEIS. QUA. DE. PECUNIA. DONA. AUREA. IN. AEDEM. APOLLINIS. MEO. NOMINE. ET. FILIORUM. QUAE. MIHI. STATUERUNT. HONOREM. HABUERUNT. POSUI. Dio tamen lib. LIII. in alios usus has statuas conflatas scribit. CASAUB.

Exque iis aureas cortinas Apollini Palatino dedicavit.] Cortinarum frequentissimus olim usus in ornandis deorum templis, Apollinis praesertim, ut Plinius scribit lib. XXXIV. & Bacchi. In plerisque enim certaminibus (Baccho potissimum sacris, ut notat lib. II. Athenaeus) praemium fuit τρίπους, quem victor non auferebat domum, sed ei deo consecrabat; in cujus honorem celebrabatur id ludicrum. Herodot. Clio lib. I. cap. 144. Ἐν τῷ ἀγῶνι τοῦ Τριοπίου Ἀπόλλωνος ἐτίθεσαν τὸ πάλαι τρίποδας χαλκέους τοῖσι νικῶσι. καὶ τούτους χρῆν λαμβάνοντας ἐκ τοῦ ἱροῦ μὴ ἐκφέρειν, ἀλλ' αὐτοῦ ἀνατιθέναι τῷ θεῷ. In epitaphio Simonidis Cei legimus: Ἓξ ἐπὶ πεντήκοντα Σιμωνίδη ἤραο νίκας καὶ τρίποδας. hos omnes ille diis consecravit, quorum ludis vicerat. Similiter iis, qui ludorum impensas faciebant, praemii loco data cortina deo consecranda. Hi sunt τρίποδες χορηγικοὶ, quorum mentione Graeca omnis historia, maxime autem Attica, refertissima est. Vide praecipue Isaei orationem de Hereditate Dicaeogenis, Lysiam in Apologia δωροδοκίας, Demosthenem in Midiana & in eandem Ulpianum, ac Plutarchum Andocide. Grammatici veteres: Πύθιον ἱερὸν Ἀπόλλωνος Ἀθήνησιν ὑπὸ Πεισιστράτου γεγονὸς, εἰς ὃ τοὺς τρίποδας ἐτίθεσαν οἱ τῷ κυκλίῳ χορῷ νικήσαντες τὰ Θαργήλια. In his varia argumenta caelabant, quae ad honorem dantis, aut dei cui dabantur, pertinerent: quales aliquot tripodum inscriptiones apud Herodotum & Pausaniam hodieque exstant, & ex Latinis apud A. Gellium lib. III. cap. XI. & Priscianum lib. I. ac lib. VI. Aristides Sacrarum orationum IV. Προσετέθη δὲ τούτων ἰδίᾳ χρῆναι ἀναθεῖναι τρίποδα ἀργυροῦν, ὅπερ μὲν τῷ θεῷ χαριστήριον, ὅπερ δὲ μνημεῖον τῶν χορῶν ὧν ἐνικῶμεν. Perlege totum locum: multa enim eo loci Sophista de inscriptione ejus tripodis. Est & epigramma istud Theocriti tripodis χορηγικοῦ inscriptio:

> Δαμοτέλης ὁ χορηγὸς ὁ τὸν τρίποδ', ὦ Διόνυσε,
> Καὶ σὲ τὸν ἥδιστον θεῶν μακάρων ἀναθεὶς,
> Μέτριος ἦν ἐν πᾶσι, χοροῦ δ' ἐκτήσατο νίκην
> Ἀνδρῶν, καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ προσῆκον ὁρῶν.

Brevior haec apud Plutarchum initio Aristidis: ΑΝΤΙΟΧΙΣ ΕΝΙΚΑ. ΑΡΙΣΤΕΙΔΗΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ. ΑΡΧΕΣΤΡΑΤΟΣ ΕΔΙΔΑΣΚΕ. De his accipiendus est alius ejusdem locus initio Niciae: quem per se subobscurum, interpretes obscurarunt amplius, cum non intelligerent, quid esset

τρί-

Apollini Palatino dedicavit. Dictaturam magna vi offerente populo, genu
53 nixus, dejecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus est. Domini adpellationem, ut maledictum & opprobrium semper exhorruit. Cum spectante eo ludos, pronuntiatum esset in mimo, *O dominum aequum & bonum!* & universi quasi de ipso dictum exsultantes comprobassent: & statim manu vultuque indecoras adulationes repressit, & insequenti die gravissimo corripuit edicto, dominumque se posthac adpellari, ne a liberis quidem aut nepotibus suis, vel serio vel joco, passus est: atque hujusmodi blanditias etiam inter ipsos prohibuit. Non temere urbe

τελῶνται χρηματικοί. eum nos alibi fuse tractamus. CASAUB. *Ex quibus* omnes scripti & editi usque ad Raphelengianam editionem, in qua Scriverius *exque iis* exhibuit, quem Graevius & Gronovius secuti, nihil de Memmiano monentes. *ex quis* Exc. Cujac. & Marg. Basil. & Gryph. *ex queis* forte scriptum, unde *exque iis* natum, nam in Copes. *ex ques*. intelligendum autem ex pretio venditarum aureas fieri jussisse. nam ex conflato argento, non potuerunt aureae cortinae fieri. & ita in Ancyrano monumento, *ex qua de pecunia dona aurea in aedem Apollinis posui:* sic Plin. III. Ep. 6. *ex hereditate, quae mihi obvenit, emi Corinthium signum*. id est ex pecunia hereditaria. ita infra c. LVII. de strena addit, *ex qua summa deorum simulacra mercatus*. ubi *summa* suspecta est. BURM.

Apollini] *Apolloni* Memm. ut alibi.

Dictaturam magna vi offerente populo,] Anno Urbis DCCXXXII. Dio Lib. LIII. CASAUB.

Genu nixus,] Sic Gordianus, cum Imperator salutaretur, reclamans se terrae affigebat. Capitolinus cap. VIII. CASAUB.

Dejecta ab humeris toga, nudo pectore] Hebraeorum, Graecorum, & Romanorum mos *τῇ γυμνώσει τοῦ στήθους ἑαυτῶν*, ut loquitur Plutarchus. Quare in omni graviore commotione vestes lacerabant, ut passim in omnibus scriptoribus. Augustus vero etiam dejicit vestem & nudat pectus, ut significet, malle se occidi, quam eum titulum recipere. CASAUB. *Rejecta* praestare vidimus ad Caes. cap. IX. vide & Ferrar. I. de Re vest. 26. BURM.

Domini adpellationem,] Alia species civilitatis Augusti: cujus moderati animi haec est, inquit Philo: *πάνυ ἐναργέστατον, τὸ μὴ δεσπότην μήτε θεὸν ἑαυτὸν ἐθελῆσαι προσειπεῖν, ἀλλὰ κἂν εἴ τις λέγοιτο, δυσχεραίνειν*. Insecutos Principes etiam bonos, & *domini*, & *rerum domini*, & *heri* appellationem admisisse palam est. Sero Julianus Augusti & Tiberii consuetudinem revocare conatus est, & dominum se appellari vetuit: quae ejus *εἰρωνεία* a plerisque est irrisa, ut ipse testatur. CASAUB. Sic Justin. XXII. 3. Agathoclem *Dominum & Tyrannum* vocat. erravit Macrobius II. Saturn. 4. BROUCKH.

Exhorruit.] *Exorruit* Periz. *abhorruit* marg. Basil. Gryph. & Torrent.

53. *Spectante*] *Exspectante* Memm.

Pronunciatum esset a mimo,] Libri MSS. omnes *in mimo*. quod malim, vel *e mimo*, ut verba sint e mimo petita. TORR. *A mimo* Junt. Ald. Basil. Gryph. & Plant. vitiose quaedam Edit. *mimmo*. *minimo* Harl.

Et statim] *Et* deest Harlem. Perez. Edd. Rom. Venetis, Bon. Basil. & aliis priscis praeter Casaub. & Raphel. & recentiores.

Insequenti] *In sequenti* Periz. & Edit. veteres multae. vid. ad cap. XLIV. Isidorus etiam *atque in sequenti*.

Gravissimo] *Gravissime* Periz. & ita omnes editiones usque ad Casaubonianam. sed inf. LVI. *gravissime questus est*. in margine Torrentianae legitur, Isido, IX. Orig. 3. in *Augusto*, citatum *gravissimo*. qui & *manu vultuque averso* dat.

Ne a liberis] *Nec* Periz. Edd. Venet. tres, Lug. Junt. Ald. & aliae priscae.

Atque ejusmodi blanditias] Domini igitur appellatione varie usi sunt Romani. De imperio quidem adeo id nomen apud ipsos odiosum fuit, ut (quod Macrobius & Seneca tradiderunt) etiam in re domestica, quo omnem dominis invidiam, omnem servis contumeliam detraherent, dominum patrem familias, servos familiares appellare consueverint. Et hoc est quod Tiberius dominus ab quodam appellatus, denunciavit ne se amplius contumeliae causa nominaret. Sueton. Tib. cap. XXVII. Ad blanditias vero etiam referri solere cum ex hoc loco manifestum est, tum ex eo, quod amicas suas ii, qui amant, dominas vocant.

Adde

urbe oppidove ullo egressus, aut quoquam ingressus est, nisi vespere aut noctu: ne quem officii caussa inquietaret. In consulatu, pedibus fere; extra consulatum, saepe adaperta sella per publicum incessit. Promiscuis salutationibus admittebat & ple-

Adde Sueton. Claud. XXI. *Hortando rogandoque ad hilaritatem homines provocans, dominos identidem appellabat.* Atque hinc natum arbitror, ut, si occurrerent, quorum quis nomina vel ignorabat, vel non meminerat, dominos eos vocarent. Auctor Seneca lib. I. Epistol. Quo referendum Martial. epigramma lib. I. 113.

> *Cum te non nossem, dominum regemque vocabam.*

Alterum vero illud lib. V. 58.

> *Cum voco te dominum, noli tibi, Cinna, placere:*
> *Saepe etiam servum sic resaluto meum..*

Irrisio est. TORR. Inter fratres sunt blanditiae, adversum potestates merae sunt adulationes. Sic recte modo vocavit Suetonius, proprietatis sermonum diligentissimus. Alibi monemus has voces, ut apud Graecos ἀρέσκεια & κολακεία, saepe confundi. Martialis lib. X. 72.

> *Frustra blanditiae venitis ad me,*
> *Attritis miserabiles labellis;*
> *Dicturus dominum deumque non sum.*

B. Hieronymus vocat *officia, quibus nos invicem palpare solemus.* Hujusmodi autem blanditiis nulla lingua venustius aut frequentius usa, quam vetustissima Hebraeorum, ut sacrarum literarum lectio docet: & recentior quoque, ut passim in Rabbinorum libris. CASAUB. *Ejusmodi* Hulf. & Exc. Cujacii.

Aut quoquam ingressus] Duo codices non habent haec verba. Sed omnino retinenda sunt. sic enim non pessimus auctor Zonaras: *Reversus ex Graecia Augustus noctu ingressus est, ne obviam venire volentibus molestus esset. Idque deinceps saepius fecit tam ingrediendo, quam egrediendo.* TORR. Desunt & Ed. Rom.

Nisi vespere aut noctu:] Ita Romam sunt ingressi Octavius & Autonius pace orbi reddita DCCV. τὸ φρόνημα ἐκκλίνοντες, ait Appianus V. Ἐμφυλ. quod Suetonius dicit *officii caussa inquietare.* de Pompejo simile narrat Plutarchus. Refert Dio libr. LI. inter alios honores Augusto decretos fuisse, ut quo die Urbem ingrederetur, festum esset: quo honore tamen usum eum non esse, lib. LIV. eidem notatum: Τὴν ἐπάνοδον, inquit, οὐ δήμῳ καὶ τῶν ἠξίου. νυκτὸς γὰρ ἐς τὴν πόλιν ἐσεκομίσθη. ὅπερ που καὶ ἀεὶ, ὡς εἰπεῖν, ἔπρασσεν, εἴτε ἐς τὰ προάστεια, εἴτε καὶ ἄλλοσέ ποι ἐκδημοίη, καὶ ἀφορμώμενος, καὶ ἐπανιὼν ὁμοίως ἐποίει, ἵνα μηδενὶ αὐτῶν ὀχληρὸς εἴη. CASAUB. *Vespera* Codd. Memm. Copef. Hulf. Exc. Cujac.

Inquietaret.] Lib. vetustissimus *solicitaret*, pro solicitum redderet. Et sane mira fuit veterum hac in re solicitudo, quam exagitat Juvenal. Sat. V. 19.

> *— habet Trebius propter quod rumpere somnum*
> *Debeat.* TORR.

In uno Torrent. est *sollicitaret*, quod non est temere, id est commoveret, cogeret discurrere ad salutandum &c. cujus interpretatio forte est *inquietaret.* ita Terent. Heaut. III. I. 52. *omnes habui sollicitos.* de somno rupto capi non potest, quia ideo noctu intrabat, ne impediret somnum, aut excitaret eos & commoveret sedibus. nam si voluisset *inquietare*, debuisset die pleno ingredi. quamquam nil necesse est proprie *inquietare*, si hoc retinendum, de somno rupto interpretari. vid. ad Petron. cap. I. BURM.

Saepe adoperta sella] Placet *adaperta*, ut conjiciunt eruditissimi quidem viri. Hoc est, aliqua ex parte aperta. nam *adaperire* est ὑπανοίγειν, sicut nuper ad Aeneam nostrum dicebamus. CASAUB. *Adoperta sella* etiam retinent Codd. nostri. sed videtur sane legendum, *adaperta*, aut certe *haud operta.* voluit enim non videri solum, sed & patere adeuntibus, neque enim ulla virtus, qua sibi populum magis demereatur Princeps, quam si libenter & obvie excipiat desideria suorum. ut eleganti exemplorum serie ostendimus ad illa Livii de Hieronymo Siciliae Rege. Lib. XXIV. 5. *Hunc tam superbum apparatum* &c. GRUT. *Adaperta* est in Bonon. reliquae omnes *adoperta.* nisi quod Basil. & quaedam aliae in marg. habeant *adaperta.* Ovid. I. Am. V. 3.

> *Pars adaperta fuit, pars altera clausa fenestrae.*

Schefferus de re Vehic. II. cap. 4. totam apertam fuisse censet. sed suffecit, credo, proposito Augusti, qui ut infra narrabit, erat in-

 firmâ

plebem : tanta comitate adeuntium desideria excipiens , ut quemdam joco corripuerit, quod *sic sibi libellum porrigere dubitaret* , *quasi elephanto stipem*. Die senatus numquam patres , nisi in curia, salutavit, & quidem sedentes , ac nominatim singulos , nullo submonente : & discedens eo modo sedentibus singulis valere dicebat. Offi-

firmi corporis, & ideo sella operta vulgo uti solebat, si *adaperta* esset, id est, ut Casaubonus recte, parte aliqua aperta, ut videri & adiri posset; & recte ita Gruterum cepisse puto ; nam quae praecedunt de egressu & ingressu urbium clandestino & nocturno , ne inquietaret homines, civilitatis erat in ipsis itineribus egregium exemplum, cui adjungit aliud , quod in ipsa urbe praebebat, ubi se praebere omnibus, qui ejus ope egerent, studebat: absurde enim aliter praemitteret, eum consulem pedibus incessisse, & mox, admisisse etiam plebem in salutationibus, si inter haec duo civilitatis eximiae specimina, interponeret, illum in clausa sella, ita ut nemini copiam suam faceret, circumvectum fuisse. quare sine dubio *adaperta* legendum. vid. Tib. XXVII. & Oth. XI. BURM.

Promiscuis salutationibus admittebat & plebem:] Dies festos intelligit. Dio de salutationibus Augusti lib. LVI. *Ἐν ταῖς ἑορταῖς καὶ τὸν δῆμον οἴκαδε ἐσεδέχετο*. CASAUB. *Et promiscuis* Exc. Cujac.

Tanta comitate] Simile huic illud Ausonii de Gratiano. *Laudabile est imperatorem faciles interpellantibus praebere aditus, nec de occupatione caussari, Tu confirmas adire cunctantes, & jam querimoniis explicatis, ne quid adhuc sileatur, interrogas*. GRUT.

Quemdam] *Quandam* vidi in una editione. Sed militem fuisse dicit Quinctil. VI. 3. qui *assem* pro *stipem* , habet. BURM.

Elephanto stipem.] Hoc lepidissimum Augusti dictum refert Quinctilian. lib. VI. cap. 3. & Macrob. lib. II. 4. Addam Plinium lib. VIII. cap. V. ubi amatorem quendam elephantum narrat stipes, quas populus dederat, servasse, & in amicae sinum effudisse. TORR. Mos agyrtarum, & eorum omnium, qui ejusmodi bellnas ostentant. Aelianus de Animalibus lib. VI. cap. X. appellat *stipem* , quae Galenus *σμικρότατον νόμισμα* initio Ἐπῳδοῦ, sive postremi libri de Usu partium: Ὁ ἐλέφας, ait, *ἐσχάτῳ τῷ μορίῳ κατὰ τὸ πέρας ἁπάντων μεταχειρίζεται, περιπτυσσομένῳ τοῖς λαμβανομένοις ἄχρι τῶν σμικροτάτων νομισμάτων, ἃ καὶ τοῖς ἐπιβεβηκόσιν αὐτῷ δίδωσι. Elephas extrema proboscide omnia tanquam manu contrectat, res acceptas involvens ea parte, etiam minima aera: quae solet sessoribus suis porrigere.* CASAUB.

Die senatus] Vide notata ad cap. XXXV. CASAUB.

Salutavit] Id est noluit, ut ad se salutandum in Palatium eo die venirent, ut solebant quotidie: sed idem hic notat quod salutantes excepit in ipso senatu, & ibi illis reddidit officium. vid. Casaub. supr. ad cap. XXXV. Sedentes capio, non ut intrante Augusto non surrexerint, hic enim semper, etiam consulibus, honor habebatur, sed ut mox, salutato ab illis Imperatore, jusserit sedere, quum eos resalutaret, & verba ad eos faceret. sic fere de Trajano Plinius Paneg. cap. XXIII. BURM.

Et quidem sedentes,] Ingrediebatur curiam novissimus, egrediebatur primus. Sedentes igitur senatores ingrediens & exiens, dum ipsorum praeterit subsellia, salutat. Sed an vetuit sibi senatores assurgere? an potius sedens ipse sedentes salutavit? Mihi non satis de hoc more liquet, neque apud alios quicquam observo, quod eum mihi penitus aperiat. CASAUB.

Nullo submonente :] Nihil muto. tamen in Pithoei codd. *nullo se movente. etiam dis.* CASAUB. *Ac nominatim singulos, nullo submonente.* diserte Pal. pr. nam sec. *submovente*. quod alibi locum habere posset, heic minime. tert. servat, *nullo se movente*. sed retinenda scriptura prima, ut innuat sine nomenclatore singulos atque universos salutasse nomine. GRUT. In Pithoeano codice erat, *nullo se movente*, quod ineptum. Quis enim hoc factum eredat a senatoribus, cum tam comiter eos salutaret Augustus? nihil minus. *nullo submonente* referendum est ad praecedens *nominatim*. ut mens Suetonii sit, Augustum die senatus quoslibet nominatim salutasse , nullo eorum nomina suggerente. BOXHORN. *Submovente* Periz. male. Terent. Eun. III. v. 22. *Submonuit Parmeno* , ubi Donat. *leniter monuit*. BURM.

Etiam

Officia cum multis mutua exercuit: nec prius dies cujusque sollemnes frequen-

Etiam discedens] Sic erat in tribus Pall. nam antea cum, *& discedens*, non tam sonore aut venuste. GRUT. *Etiam* in nulla inveni, nisi Gronoviana editione. quae & *eodem modo*, ut & in Copes. *Sedentibus* etiam retinet Gronovius & *singulis* ejecit, quod nec habent Copes. nec Edd. Venet. pr. Lugd. Junt. Ald. Arg. Steph. nec opus esse puto. *valere* ex Memm. etiam Gron. qui Salmas. *vale redicebat* adscripsisse notavit, ut esset ea forma, qua *remaledicere* Vesp. IX. *Valere* in Exc. Cujac. & in sola Stephani ed. vidi. BURM.

Sedentibus singulis valedicebat] Viterb. & Memmii, *sedentibus valere dicebat*, sine voce *singulis*. CASAUB.

Officia cum multis mutua exercuit:] Lib. III. cap. XI. *Mutua cum Graecis officia exercens prope ex aequo.* Et iterum cap. XV. *Totum se ad quietem contulit, privata modo officia obiens.* Symmachus, *familiaria officia* nominat. Auctor paullo post, *cujusque solemnitates.* A graviore significatu translata haec vox post Ciceronem. Apud Aristotelem IV. Nicomachaeorum, τὰ ἔντιμα de his officiis interpretor: quo loco ait χαρακτηρίζων virum, qui magnos gerat spiritus, eum εἰς τὰ ἔντιμα μὴ ἰέναι, ἢ οὗ πρωτεύουσιν οἱ ἄλλοι. Tertulliani appositus locus huic Suetonii explicando in lib. de Idololatria: *Circa officia privatorum & communium solemnitatum, ut togae purae, ut sponsalium, ut nominalium, nullum putem periculum.* Paulo post eidem *officii titulus* dicitur pro caussa, ut apud Juvenalem II. Sat. 132.

---officium cras
Primo sole mihi peragendum in valle Quirini.
Quae caussa officii? quid quaeris? nubit amicus.

Sunt autem celeberrimae illae officiorum caussae, quae verbis superioribus Tertulliani continentur: erant tamen & aliae multae, ut deductio magistratuum, candidatorum, & funeris, salutationes, recitationes, & aliae, quarum libro eodem cap. X. Tertullianus meminit. Horum officiorum pleraque noctu vel prima luce solita celebrari observavimus: cujus rei testimonia de pluribus pauca proferemus lib. V. cap. II. *Togae virilis die circa mediam noctem sine solemni officio lectica in Capitolium latus est.* Non enim ut insolens notat ratione temporis, sed quod officii solemnitate caruit. Festus: *Prima aut secunda diei hora dicata sponsalibus.* Lucianus Nigrino de salutatoribus Romae: Πολὺ δὲ τούτων οἱ ἀσπαζόμενοι αὐτοὶ καὶ θεραπεύοντες γελοιότεροι, νυκτὸς μὲν ἐξανιστάμενοι μέσης, περιθέοντες δὲ ἐν κύκλῳ τὴν πόλιν. Symmachus lib. VIII. *Nondum ante januam eminentium potestatum vigilem noctem salutator expertus.* Juvenalis, aliorumque poëtarum locos praetermitto. Martialis vero etiam deserendae Romae caussam hanc sibi ait fuisse lib. XII. Epig. 61.

Otia me somnusque juvant, quae magna negavit
Roma mihi: redeo, si vigilatur & hic.

Jam funeris officium noctu fuisse celebratum, vel ipsum nomen indicio sit. Vide vero Juliani constitutionem, quae habetur in Cod. Theodos. lib. nono tit. XVII. lege V. Atque haec sunt, quae vocat Plinius *officia antelucana* epist. XII. lib. III. propter ista erant Romae antipodes, qui noctu vigilarent, stertcrent interdiu: de quibus Seneca epist. CCXXII. talis vita *Petronii*, *cui*, auctore Tacito lib. XVI. 18. *dies per somnum, nox officiis & oblectamentis vitae transigebatur.* Ex hac observatione intelligimus, quod infra hoc libro de Augusto narratur cap. LXXVII. *Matutina vigilia offendebatur: ac si vel officii vel sacri caussa maturius evigilandum esset, ne id contra commodum faceret, in proximo cujuscunque domesticorum cubiculo manebat.* CASAUB. Vid. Ravii notas ad Corn. Nepot. Miltiad 2. BROUKH.

Mutuo exercuit:] Haud dubie *mutua*. Ut apud Justinum XVII. 2. *Naves mutuas petit.* non *mutuo*. Deinde *grandi jam natu*, ex Torrentiano. ut Cornelius Nepos & Livius *magno natu* dicere solent. Liv. lib. II. *Magno natu quidam cum omnium malorum suorum insignibus se in forum projecit.* Lib. XXI. *Magno natu principes castellorum oratores ad Poenum veniunt.* Varro lib. I. de Re rust. 17. *Qui praesint, esse oportere aetate majore quam operarios: facilius enim his, quam minori natu, sunt dicto audientes.* Sic enim Mss. & Fruterius Scaligerque probarunt. Intellige, qui sunt minores natu. Neque aliter accipio nostri cap. 31. *nisi cum aliquo majore natu propinquorum.* nempe cum aliquo propinquorum, qui

quentare desiit, quam grandi jam natu, & in turba quondam sponsaliorum die vexatus. Gallum Terrinium senatorem, minus sibi familiarem, sed captum repente oculis, & ob id inedia mori destinantem, praesens consolando revocavit 54 ad vitam. In senatu verba facienti dictum est, *Non intellexi:* & ab alio, *Contradicerem tibi, si locum haberem.* Interdum ob immodicas altercationes disceptantium e curia per iram se proripienti, quidam ingesserunt, *Licere oportere senatoribus de Republica loqui.* Antistius Labeo senatus lectione, quum vir virum legeret, M. Le-

esset major natu. Neque ignoro, alibi apud Suetonium etiam *grandis natu* legi. GRONOVIUS. de Pecun. vet. III. I. *Mutuo* omnes exhibent editi, nisi, quod nihil in contextu mutans, notis suis *mutua* Casaubonus praescripserit. quod Graevius jure recepit, aliud enim vix Latinum est: ut Gronovius docet. vid. & Muncker. ad Hygin. fab. XLVI. BURM.

Dies cujusque solemnes] Tibul. lib. IV.

Est qui te, Cerinthe, dies dedit: hic mihi sanctus,

Atque inter festos semper habendus erit. TORR.

Grandior jam natu,] Liber unus *grandi jam natu*, alter *ornatu*, & pro *sponsaliorum*, *sponsalitiorum*. TORR. *Grandior jam natu* Edd. Rom. Lug. Junt. Ald. Basil. & aliae. *grandi jam ornatu* Copes. Huls. transpositis syllabis pro *grandior jam natu*. aliae *grandi jam natu*. utraque lectio habeat quo se tueatur. *Grandis natu* inf. LXXXIX. BURM.

Quondam sponsaliorum die] Forte: *quodam sponsaliorum die*. GOESIUS. Vid. supr. XLII. & Caes. LXXVII. & alibi.

Gallum Terrinium] Notiores mihi *Tetinnii*, atque id fortasse hic praestet rescribere. TORR. *Terrinum* Periz. Edd. Rom. Venet. pr. Junt. Seb. Gryph. Ald. Arg. *Tertium* Huls. Venet. sec. & tert. *Terrinium* Lugd. Basil. & aliae. *Tetrinium* Bonon. Paris. & ita Glandorpius in Onomastico pag. 838. *Telinium* manus docta in ora Plantin. Ed. BURM.

Ob id inedia mori destinantem,] More, qui per illa tempora vigebat, ut debilitatem vel morbum immedicabilem ἀποκαρτερήσει effugerent: sic Atticus obiit, de quo Cornelius Nepos: sic Corellius Rufus, de quo Plinius epist. lib. I. & alii multi. Hic fructus Stoicae doctrinae tum maxime florentis. quanquam & aliae sectae nonnullae, & quidem voluptuariae, impellebant homines ad mortem. exemplo sit Hegesias secta Cyrenaicus, e re Πεισιθάνατος dictus, quod vulgo hominibus mortem suaderet, cujus olim liber de eo argumento exstabat Ἀποκαρτερῶν inscriptus: de quo M. Tullius in primo Tusculanarum. CASAUB. *Ob inediam* Exc. Cujac. & quatuor Codd. scripti, quos vidi. & Edd. Rom. & Venet. tres. *ob id* sine & Bonon.

Ad vitam] Vid. Gronov. ad Senec. Hippol. 264. BROUKH.

54. *In senatu*] desunt Hulsiano.

Contradicerem tibi, si locum haberem.] Objicit occupatam rempub. sive, quod idem est, omnia in rep. loca. *Locus* apud scriptores Romanos ita interdum accipitur. sic in Vespasiano cap. II. *Praeturae sextus locus.* Livius lib. VI. 37. *Duobusne in locis sua voluntate impertituros plebi honorem, qui octona loca tribunis militum creandis occupare soliti sint?* lib. VII. 5. *Cum eo anno primum placuisset tribunos militum ad legiones suffragio fieri, secundum in sex locis tenuit.* lib. IX. 30. *Ut tribuni militum seni deni in IV. legiones a populo crearentur. quae antea perquam paucis suffragio populi relictis locis dictatorum & consulum ferme fuerant beneficia.* lib. X. 15. *Vir acer & ambitiosus non sui magis honoris caussa, quam ut patritii recuperarent duo consularia loca, cum suis, tum totius nobilitatis viribus incubuit.* Sic apud Lampridium Alex. Sever. cap. XLVI. *praepositurae locorum civilium*, & apud Dionem, lib. LIV. χώρα eodem sensu. Qui acumen hujus dicti exponeret, hactenus neminem vidi. CASAUB. Adde Gronov. ad Liv. IV. 16.

Altercationes disceptantium] *Disceptantium altercationes* Exc. Cujac.

Licere oportere senatoribus de republica loqui.] Frequens formula in ejusmodi contentionibus: ut apud Livium libro IV. *Oportet licere populo Rom. si velit, jubere legem.* In actis senatus apud Caelium: *Omnes oportere senatui dicto audientes esse.* CASAUB. *De republica* illustravimus ad Caes. cap. XXVIII.

54. *Antistius Labeo*] De hoc (ut opinor) in

Lepidum, hostem olim ejus, & tunc exsulantem, legit: interrogatusque ab eo, ***an essent alii digniores, Suum quemque judicium habere***, respondit. Nec ideo libertas, aut contumacia fraudi cuiquam fuit. Etiam sparsos de se in curia famosos 55 libellos, nec expavit, nec magna cura redarguit. Ac ne requisitis quidem auctoribus, id modo censuit, cognoscendum posthac de iis, qui libellos aut carmina ad in-

in Augusti gratiam Horat. Sat. I. *Labeone insanior.* Plura Dion lib. LIV. Atejus Capito epistola quadam de hoc ipso Labeone: *Sed agitabat* (inquit) *hominem libertas quaedam nimia & vecors*, &c. Citat Gell. lib. XIII. cap. XII. Antistiae autem gentis cognomina *Vetus*, & *Reginus*. TORR.

Cum triumvirum legeret,] Non puto, quemquam negaturum me monente, quin *cum vir virum legeret* scribendum sit. accidit enim ea senatus lectione, de qua ante cap. XXXV. TORR. Videtur legendum ex V. C. *quum vir virum legeret.* &c. URSIN. Ita malunt Torrentius & Ursinus. recte quidem, sed praeter libros, in quibus pertinaciter, *cum Triumvirum legeret*, prorsus inepte: loquitur enim de ea senatus lectione, cujus meminit ante cap. XXXV. GRUTER. *Triumvirum* etiam nostri scripti & editi ante Torrentium.

Exulantem] *Exsultantem* Exc. Cujac.

Interrogatusque] *Interrogantibusque* Cod. Harlem. tolerari posset *interrogantique an essent.*

An essent] *An non essent* Steph. Edit. quod & Scriverius probare videtur.

Libertas &c. huc] Nescio an omnino verum dicat Suetonius, nisi de graviore poena, aut supplicio sentiat: Nam Labeonem consulatu privavit. vid. Bertrand vitas JCtorum. in Labeone. *ne ideo* Exc. Cujac. BURM.

Contumacia] *Contumaciam* vocat indomabilem illam jactationem libertatis, quae inanis est principe obluctante, sub pessimo etiam exitiosa. eam *abruptam* vocat Tacitus lib. IV. Ann. 20., eique opponit *obsequium deforme*. Inter illa media est *modestia*, qua multi magni sapientesque viri sub principibus, opprimentibus libertatem, iter ingressi sunt, periculis vacuum. Faciunt huc illa divina Taciti in Agricola. cap. XLI. *Domitiani natura praeceps in iram, moderatione tamen prudentiaque Agricolae leniebatur: quia non contumacia, neque inani jactatione libertatis, famam fatumque provocabat. Sciant quibus moris illicita mirari, posse etiam sub malis principibus magnos viros esse; obsequium ac modestiam, si industria ac vigor adsint, eo laudis excedere, quo plerique per abrupta, sed in nullum reipb. usum, ambitiosa morte inclaruere.* BOXHORN.

Fraudi cuiquam fuit.] Ulpianus l. 32. §. 2. D. de Aedilitiis edict. *Capitalem fraudem admittere, est tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus sit. Veteres enim fraudem pro poena ponere solebant.* GOES.

55. *Sparsos de se in curia famosos libellos*] Famosi libelli, qui qualesve sunt, quave afficiendi poena, qui eos factitant, Jurisconsulti libro digestorum XLVI. Illud ex eorum lectione non praetermiserim. verba Ulpiani sunt ex eodem libello, *Haec autem sunt fere, quae ad infamiam alicujus fiunt, ut puta, si quis ad invidiam alicujus veste lugubri utatur, aut squalida, aut si barbam demittat, vel capillum submittat, aut si carmen conscribat, vel proponat, vel cantet aliquid, quod pudorem alicujus laedat.* sed & Pauli verba ad hanc rem spectantia, quia digna memorata sunt, subnectam. *Eum, qui innocentem infamat, non est bonum & aequum infamari; peccata enim nocentium nota esse, & oportere, & expedire.* Primus autem Augustus hanc sub specie legis ejus, quae de laesa majestate quaerit, exercuit. EGNATIUS.

Neque expavit & magna cura] Liber Ferrar. *neque expavit, nec magna cura redarguit, ne requisitis quidem auctoribus. Id modo*, &c. quam lectionem sequor. Inquisitionis autem de famosis libellis per Augustum factae meminit Dion lib. LVI. Vide apud eundem hac de re Maecenatis consilium lib. LII. TORR. Per edictum, ut opinor: sic mox, *jocis lacessitus contradixit edicto.* haec est lectio plerorumque codd. in nonnullis: *Nec magna cura red.* cui videntur favere sequentia. CASAUB. Antea legebatur *& magna.* forte *aut magna.* ut saepe hae particulae permutatae. *nec* etiam Lipsius notavit. BURM.

Id modo censuit, cognoscendum posthac de iis, qui] Tacitus, Annal. I. cap. 72. de lege majestatis a Tiberio reducta: *Apud veteres facta arguebantur, dicta impune erant. Primus Au-*

56 infamiam cujuſpiam ſub alieno nomine edant. Jocis quoque quorumdam invidioſis aut petulantibus laceſſitus, contradixit edicto. Et tamen de inhibenda teſtamento-

guſtus cognitionem de famoſis libellis ſpecie legis ejus tractavit, commotus Caſſii Severi libidine, qua viros foeminaſque illuſtres procacibus dictis diffamaverat. Adi, ſi libido eſt, Dionem libro LVI. & J. C. quorum haec propria cognitio eſt. CASAUB.

Sub alieno nomine edant] Quid ſi ſuo nomine edant? an minus tenebuntur? Lego igitur, *ſuo alienove nomine*, quanquam nullo adjutus codice, ſed ſola ratione. ſive enim ſuo, ſive alieno, vel etiam ſine nomine (dummodo de auctore conſtet) famoſum quis carmen ediderit, inteſtabilis ex lege eſſe jubetur. Sic Ulpian. l. v. §. 9. De injuriis & famoſis libellis. Idque etiam XII. tabulis vetitum fuit, ne quod condere carmen liceret ad alterius injuriam. Cic. Tuſcul. IV. & Horat. Epiſt. ad Auguſtum II. I. 153.

> *Poenaque lata, malo quae nollet carmine quemquam*
> *Deſcribi.*

Ad novum vero Auguſti hac de re edictum reſpexit haud dubie Horat. lib. II. Sat. I. ad Trebatium:

> *Si mala condiderit in quem quis carmina, jus eſt*
> *Judiciumque.* TORR.

V. C. habet *Ederent.* URSIN. Melius *ederent*, ut ex ſcriptis prodit Urſinus. CASAUB. Vocem ultimam repraeſentavi, ut erat in codice Urſini: nam aliorum MSS. ſtabiliunt vulgatam *edant*. Torrentius, cur heic malit, *ſuo alienove nomine*, non video: neque enim protervum illud hominum genus tantis fuit cervicibus, ut nomen adponeret. non. ſed abutebantur magnis nominibus, ſub quibus exercebant effrenem ſuam petulantiam: ſic apud Tacitum lib. V. cap. 4. *Ferebantur etiam ſub nominibus conſularium fictae in Sejanum ſententiae, exercentibus pleriſque per occultum, atque eo procacius libidinem ingeniorum.* Ita ſub Publii Rufi nomine multa in vulgus ſparſa, auctor Dio Caſſius lib. LV. GRUTER. Torrentii conjectura a Lipſio manavit. *Edant* omnes fere ſcripti & editi praeter Steph. ceterum Horatium, a Torrentio adductum huc non ſpectare, docuit Baylius in diſſertatione de libellis famoſis poſt lexicon. pag. 15. ut notavit Broukhuſius. de locutione *ſub nomine* vid. ad Ovid. II. Triſt. 551. ſupr. cap. XXIX. *quaedam opera ſub alieno nomine fecit*, id eſt ſumptus de ſuo fecit, titulum aliis conceſſit, ita hic libros conſcripſerat, alius titulum tulerat, inſcripto nomine viri alicujus, aut illuſtris, ut Gruterus, aut etiam cujuſcumque. libellos autem famoſos ad crimen majeſtatis non pertinuiſſe credibile eſt, niſi Auguſtum ejuſque domum tangerent. & ita in poſterum obſervatum. Ex leg. v. de Injuriis a Torrentio adducta, poſſet quis conjicere legendum, *ſine, ſeu alieno nomine.* ſed ſequamur codices. BURM.

56. *De inhibenda teſtamentorum licentia,*] *Scommatorum* pro *teſtamentorum* legit Car. Sigonius lib. I. Diſputat. Patavinarum. Cui tamen non aſſentior. nam *licentiam teſtamentorum* pro teſtandi quoquo modo poteſtate, ſeu permiſſione poſuit. Qua cum ſenatus eos privare vellet, qui aut famoſos libellos ſcriberent, aut jocis quoque petulantibus ad invidiam Auguſto faciendam uterentur, ipſe interceſſit. Exiſtimo autem hujus capitis principium uſque ad verba *Quoties magiſtratuum*, ſuperiori capiti annectendum eſſe; ut ſenſus ſit, Auguſtum quidem quaeſtionem de famoſis libellis permiſiſſe, & jocis quoque petulantioribus contradixiſſe edicto, verum obſtitiſſe, quo minus hi, qui deliquiſſent, ſenatuſconſulto inteſtabiles fierent, hoc eſt, teſtamenti factionem non haberent. Dion certe lib. LVI. ea de re ſcribens, conquiſitos tantum, combuſtoſque libellos refert, & in auctores quoſdam animadverſum; ſed qua poena, non addit. Quod ergo paulo ante ex Ulpiano attulimus, ad Auguſtum auctorem referri nequit: quemadmodum nec ſenatuſconſultum illud, de quo idem Ulpian. l. XVIII. De teſtamentis, cum ait: *Si quis ob carmen famoſum damnetur, ſenatuſconſulto expreſſum eſt, ut inteſtabilis ſit. Ergo nec teſtamentum facere poterit, nec teſtamentis adhiberi.* Si quis tamen Auguſti id temporibus tribuat, neceſſe eſt, ut adverſus Auguſti interceſſionem latum eſſe fateamur. Adi quae ad Horat. notamus lib. II. Sat. I. ne ſit neceſſe cum *licentiam* Sueton. dicit, pro petulanti quadam teſtamentaria libertate capere, quam inhibitum ierit ſena-

torum licentia, ne senatus quidquam constitueret, intercessit. Quoties magistratuum comitiis interesset, tribus cum candidatis suis circuibat: supplicabatque more solemni. Ferebat & ipse suffragium in tribubus, ut unus e populo. Testem se in judiciis & interrogari & refelli aequissimo animo patiebatur. Forum angustius fecit, non ausus extorquere possessoribus proximas domos. Numquam filios suos populo commendavit, ut non adjiceret: *Si merebuntur.* Eisdem praetextatis adhuc

senatus. Cujus non sum nescius exstare apud Tacitum aliquod exempla: sed nec haec nostra quidem poenitenda mens & expositio, intercessisse Augustum, ne S. C. intestabiles essent, qui eum liberius incessissent. TORR. Romanorum mos fuit in testamentis increpare alios, maledicere aliis, & liberam de quibuscunque vellent, vocem edere. Ideo dicebat Nigrinus apud Lucianum: *Μίαν φωνὴν οἱ Ῥωμαίων παῖδες ἀληθῆ παρ' ὅλον τὸν βίον προΐενται* (*τὴν ἐν ταῖς διαθήκαις λέγω*) *ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι τῆς σφετέρας ἀληθείας.* Per hanc licentiam factum saepe, ut in testamentis suis multi Augustum jocis lacesserent. Senatus in gratiam Augusti voluit decreto inhibere hanc petulantiam: Augustus intercessit. Haec est vera sententia hujus loci, quam viderunt ante nos docti viri. At Torrentius, qui aliter interpretatur, non satis attendisse videtur, quid interfit inter libertatem testamentorum, & eorundem licentiam. Scio, in quibusdam codd. pro *testamentorum*, legi *jocorum*: verum illam scripturam meliorum librorum auctoritas confutat. CASAUB. Quae licentia adeo recepta, ut plerique ingeniorum petulantiam non alio velo exercerent. Ita *Fulcinius Trio supremis tabulis multa & atrocia in Macronem composuit*, ait Tacitus Annal. VI. cap. 38. Ab hac mente Suetonius: nec virum doctum C. Sigonium quisquam audiat corrigentem, *de inhibenda scommatorum licentia.* Enimvero exempla hujus libertatis in extrema tabula regulaque habes in Tacito plura. LIPSIUS ad Tacit. VI. Annal. c. 38. Nulla ratione locum heic habere potest interpretatio Torrentii: intelligit enim procul dubio illa probrosa, quae petulantibus vocibus jaciebantur in potentissimum quemque, etiam ipsum principem, supremis testamenti tabulis. quemadmodum dexterrime interpretatus est Lipsius commentariis ad Lib. VI. Annal. Taciti cap. 38. GRUTER. Errant qui *scommatorum* volunt. SCRIVERIUS. Ita & Sigonium voluisse notavit Pulmannus. respicit exhaeredationes cum elogio, de quibus. vid. ad Petron. cap. LIII. *ne de inhib. licentia quidquam constituatur* Codd. Hulf. & Copes. qui tamen in marg. habebat *senatus constitueret.* pro *intercessit* Hulf. etiam *edixit.* BURM.

Circumibat] *Circuibat* Periz. Copes. Harl. & Edd. Rom. Venetae & aliae antiquae.

Suffragium in tribubus] Duo codd. *in tribus*; lego itaque *in tribu sua.* TORR. Lege *tribubus* vel *tribus*, ut in membranis. Nam Augustus duabus in tribubus suffragium tulit. CASAUB. *In tribubus* plane Pal. pt. nam sec. & tert. *tribus.* vulgati prius *tribu*; non bene: nam duabus in tribubus suffragia ferre poterant, liquet supr. cap. XL. GRUTER. *In tribus* Codd. Periz. Copes. Harlem. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet tres, Bonon. Lugd. Junt. Ald. sed Steph. Basil. & aliae, *in tribu.*

Populo] *Populo suo* Venet. pr.

Adjiceret] *Adiceret* Hulf.

Si merebuntur.] Plancus lib. X. ad Famil. 17. *Fac valeas, meque mutuo diligas, dignitatemque meam, si mereor, tuearis.* inf. Neron. X. BROUKH.

Eisdem praetextatis adhuc assurrectum] Caussam disce ex verbis Taciti Annal lib. IV. 17. *Tiberius in senatu oratione monuit in posterum, ne quis mobiles adolescentium animos praematuris honoribus ad superbiam extolleret.* sed de theatro quod ait Suetonius & querela Augusti, quia populus ejus liberis plausum dederat, referendum ad historiam de Cajo filio ejus, quae narratur Dioni lib. LIV. *Τῷ Τιβερίῳ ἐπετίμησεν, ὅτι τὸν Γάιον ἐν τῇ πανηγύρει τῇ Αὐγουστείᾳ, ἣν ἐπὶ τῇ ἐπανόδῳ αὐτοῦ ἐπετέλει, παρεκαθίσατο, καὶ τῷ δήμῳ, ὅτι καὶ κρότοις καὶ ἐπαίνοις αὐτὸν ἐτίμησαν.* Suspecta autem fuisse & Caji & Lucii ingenia patri Augusto, docet Idem lib. LV. CASAUB.

Et a stantibus] In Cod. Periz. & Edd. Rom. & Venet. & Basil. & aliis antiquis, vitio scribentium praepositio adhaesit verbo, & legitur, *& astantibus*; sed poster. Basil. Do-

huc adsurrectum ab universis in theatro, & a stantibus plausum, gravissime questus est. Amicos ita magnos & potentes in civitate esse voluit, ut tamen pari jure essent, quo ceteri, legibusque judiciariis aeque tenerentur. Quum Asprenas Nonius artius ei junctus, caussam veneficii, adcusante Cassio Severo, diceret: consuluit senatum, quid officii sui putaret: *Cunctari enim se, ne, si superesset, eriperet legibus reum: sin deesset, destituere ac praedamnare amicum existimaretur.* Et consentientibus universis, sedit in subselliis per aliquot horas: verum tacitus, & ne laudatione quidem judiciali data. Adfuit & clientibus: sicut Scutario cuidam, evo-

letus Torr. & alii recte distinxerunt. vide etiam Lips. II. Elect. 10. BURM.

Asprenas Nonius] Hoc judicio, ut tradit Plin. lib. XXXV. cap. XII. Asprenati reo Cassius Severus accusator objiciebat, una ejus patina interiisse CXXX. convivas. Ipsum vero Cassium celebrem oratorem vocat lib. VII. cap. XII. Ejusdem meminere Seneca, Quinctilian. Macrob. & Sueton. Calig. cap. XVI. Vitell. cap. II. Plura nostris in Horat. commentariis Epod. VI. quod carmen in hunc Cassium scripsisse Poëtam tradunt. TORR. *Novius* Ed. Steph.

Ei junctus] *Ei vinctus* Ed. Rom. vid. ad Neron. cap. III.

Quid officii] *Quod* Copes. Memm. Harlem. Edd. Venetae, Lugd. Junt.

Ne si superesset,] *Superesse* pro adesse & defendere dixit, contra Gellium lib. I. cap. XXII. TORR. *Ne* deest Copes.

Sin deesset,] *Deesse* hic nihil valet aliud quam *abesse*, ut in l. LV. ff. de Evict. *Si ideo contra emptorem judicatum est, quod defuit, non committitur stipulatio: magis enim propter absentiam victus videtur, quam quod malam caussam habuit.* Sed & *condito defuisse* dicitur Paulo l. VI. ff. de Naut. foen. quae tempore, quo debebat, aberat. GOESIUS. Sicut *adesse* reis dicebantur advocati, qui eis praesentiam suam commodabant, sic *deesse*, qui eam non commodabant. Atque haec est hoc loco istius verbi vera significatio. GRAEV.

Existimaretur] *Estimaretur* Cod. Harlem. Edd. Rom. Venet. & aliae. ut saepe alibi.

Sedit in subselliis] Judicum, ait Beroaldus: imo vero rei & patronorum ejus. A me stat Dio, si verba ejus attente legantur, breviter hanc historiam sic narrantis: Φίλῳ καὶ ἄλλο φεύγοντι συνεξετάσθη, ἀπολογησάμενος αὐτὸ τοῦτο τῇ γερουσίᾳ. Nec moveor altero ejusdem Principis facto, qui ut amicis opem ferret, venit in forum, & in sella praetoris consedit, ut narrat idem lib. LIV. nam in ea historia omnia diversa: ibi Principem, hic amicum agit. De laudatione judiciali Cicero lib. V. in Verrem, & Plutarchus in Pompejo. CASAUB.

Ac ne] *Et ne* codd. nostri & Edd. Rom. & veteres fere omnes usque ad Basil.

Laudatione judiciali] Cum rei saepe propinquorum amicorumque, qui illis aderant in judicio, laudatione ac precibus liberarentur, Pompejus tertio suo consulatu instituit, ne quis laudator aut deprecator accederet. At cum ipsemet postea laudaturus Munatium Plancum in judicium venisset, Cato caussae judex aures oppositis manibus obturavit. Auctor Dion lib. XL. & ejus vita Plutarchus. TORR.

Adfuit & clientibus:] Dio lib. LIV. Ἐν τοῖς ἄλλοις ἐμετρίαζεν, ὥστε καὶ φίλοις δικαζομένοις συνηγόρει. CASAUB. *Affuitque cl.* Exc. Cujac.

Sicut scrutario cuidam] Mihi liquet *scutario* legendum. Militum autem genus fuisse, quos *scutarios* vocabant, & Ammianus Marcellinus non uno in loco ostendit, & Paulus Diaconus initio Supplementi in Eutropium probat, cum ait Valentinianum *ex tribuno scutariorum* Augustum factum fuisse. TORR. Non consentiunt hic libri. Membranae quaedam *scrutario.* id esset perinde ac si diceret, homini cuidam infimae sortis. *Scrutarius*, qui popello scruta vendit, γρυτοπώλης. sed princeps editio legit aliter, *Scutario evocato quondam suo*, cum litera majuscula, ut videatur esse proprium nomen. in Glossario *scutarius* exponitur ἀξίωμα στρατιωτικὸν φέρων, *qui dignitate militari est praeditus.* quo modo hodie in hoc regno *Escuier*, gradus est nobilitatis, originem habens a re militari. Dio simpliciter, τινὰ τῶν συστρατευσαμένων ποτὲ αὐτῷ. Evocato suo dixit, ut in lapidum monumentis non raro, EVOK. AUG. Hyginus lib. II. *Nuper quidam evocatus Augusti, cum in Pannonia agros veteres ex* ve-

evocato quondam suo, qui postulabatur injuriarum. Unum omnino e reorum numero, ac ne eum quidem, nisi precibus, eripuit, exorato coram judicibus accusatore, Castricium, per quem de conjuratione Murenae cognoverat. Pro quibus 57 meritis quanto opere dilectus sit, facile est aestimare. Omitto senatusconsulta, quae possunt videri vel necessitate expressa, vel verecundia. Equites Romani natalem ejus sponte atque consensu, biduo semper celebrarunt. Omnes ordines in lacum Curtii

voluntate & liberalitate Imp. Trajani assignaret in aere. Alii ab istis *evocati* Galbae, de quibus Suetonius cap. X. CASAUB. Haud aliter Palat. tres, non *scrutario*, ut vulgo editi. GRUT. *Scutario* vidi ego in omnibus scriptis, & Edd. antiquis, praeter Lugd. in quo *scrutario*, quod deinde Plantin. & Torrentiana exhibent. cum littera majori dant *Scutario* Rom. Steph. Raphel. & paucae aliae. *Scutario* Doleti. dubito an non rectius capiatur pro nomine proprio, quia ponitur inter alios nomine suo vocatos, Asprenatem Nonium, & Castricium. nam *scutarios* dictos hoc tempore certum militum genus, non constat, & loca a Torrentio adducta inferiora Imperii R. tempora respiciunt. praeterea *scutarius* proprie notat artificem, qui scuta facit, vel vendit, ut artificum fere nomina in *arius* exire notavit supra Casaub. ad cap. XLV. in *togatarius*. & ita explicat Baptista Pius ad Plaut. Epid. I. I. 35. qui se exemplum hujus nominis proprii ignorare fatetur. sed apud Fabretti inscr. p. 429. occurrit SEX. SCVTARIVS. SVCCESSVS. & sub Augusto in tabella magistratuum Capuanorum apud Pigh. in Annal. ad A. U. C. DCCXVII. & Gruter. pag. CCXIX. memoratur L. SCVTARIVS. *Cuidam* omittit Ed. Rom. ut recte vidit Casaubon. sed caecutivit Pulmannus, qui ex ea *scrutario* teste Scriverio produxerat. De *Evocatis Aug.* obvia omnia, & nota ex lapidibus antiquis. BURM.

Castricium,] Meminit Castricii cujusdam Cicero III. Verr. 80. & XII. ad At. 28. cujus hic potuit esse filius, vel agnatus. *Castricum* Ed. Venet. pr. *Castritium* Rom. Venetae reliquae, Bon. & aliae. BURM.

57. *Pro quibus meritis quantopere*] Egregium colophonem imponit parti libri hujus, quae est de publice gestis ab Augusto. Bene autem, quod ultimo loco de his agit. nam hoc est superius expositarum virtutum [Greek]. Utinam ita bene cum rebus humanis ageretur, ut magni Principes, qui se gaudent appellari Augustos, haec legerent & meditarentur. CASAUB.

Quae possunt] *Quia* Codd. Mem. Copes. Exc. Cujac. Edd. Juni. Arg. Ald. Steph.

Equites Romani] Qui Liviam similirer postea coluerunt. Tacitus III. Annal. 7. 11. *Donum pro valetudine Augustae equites Rom. voverant.* CASAUB.

Natalem ejus sponte atque consensu biduo semper celebrarunt.] Augusti natalem & circensibus & venatione fuisse celebratum quotannis per unum aliquem e praetoribus narrat Dio lib. LIV. extremo. Idem libri sequentis initio decretos in eam rem annuos circenses αἰδίως auctor est. meminit & alibi. non solum autem equester ordo, sed etiam collegia pleraque eum diem festivum habere solita: eratque arca ipsis communis ad festivitatis ejus impensas. Declarat vetus inscriptio Romae: (Gruter. CLXXV. 4.)

COLLEGIO.
CENTONARIORUM.

CUM. BASI. MARMOREA. ET. CERIOLARIB' DUOBUS. AEREIS. HABENTIBUS. EFFIGIEM. CUPIDINIS. TENENTES. CALATHOS. L. SEXTILIUS. SELEUCUS. DECURIO. D. D. HOC. AMPLIUS. ARK. RET. P. COLLEGI. SS. DONUM. DEDIT. X. V. UT. EX. USURIS. CENTESIMIS. EJUS. QUANTITATIS. QUAE. EFFICIT. ANNUOS. X. DC. DIE. VIII. KAL. OCTOB. NATALI. DIVI. AUGUSTI. EROGENTUR. EX. ARK.

CASAUB. Vid. sup. ad cap. V.

Consensu] *Concessu* Memm. Cod. Copes. Ed. Venet. pr. etiam *celebrare* Cod. Huls. pro *celebravere*.

In lacum Curtii] Septum intelligit in medio foro Romano, ubi olim fuit lacus Curtius: nam tunc quidem lacus nullus erat, teste Dionys. Halicar. lib. II. De septo docuit nos Varro lib. IV. Quod autem stipem in lacum jaciunt Romani, veteris superstitionis ritus

Curtii quotannis ex voto pro salute ejus stipem jaciebant: item Kalendis Januariis strenam in Capitolio, etiam absenti: ex qua summa pretiosissima deorum simulacra mercatus, vicatim dedicabat: ut Apollinem Sandaliarium, & Jovem Tragoedum,

ritus fuit. Sic enim solebant loca hominum opinione sacra, ut lacus, puteos, venerari. Pausanias Atticis de fonte quodam apud Oropios lib. I. cap. 34. Νόσου δὲ ἀκεσθείσης ἀνδρὶ μαντεύματι γενομένου, καθέστηκεν ἄργυρον ἀφεῖναι καὶ χρυσὸν ἐπίσημον ἐς τὴν πηγήν. Similia narrat & alibi. item Plinius VIII. epist. 8. de Clitumno fonte. Notat hunc gentium morem Sozomenus lib. II. ubi de quercu Mamre loquitur, & puteo ad eam olim effosso ab Abrahamo. Verba ejus sunt: Περὶ δὲ τὸν καιρὸν τῆς πανηγύρεως οὐδεὶς ἐντεῦθεν ὑδρεύετο. Νόμῳ γὰρ Ἑλληνικῷ οἱ μὲν λύχνους ἡμμένους ἐνθάδε ἐπετίθεσαν, οἱ δὲ οἶνον ἐπέχεον ἢ πόπανα ἔῤῥιπτον· ἄλλοι δὲ νομίσματα, ἢ μύρον, ἢ θυμιάματα. νομίσματα sunt stipes. Eadem fuit & gentium Gothicarum consuetudo. Arguit Ladislai regis Ungariae decretum de synodi sententia ante annos quingentos factum: *Quicunque ritu gentilium juxta puteos sacrificaverint, vel ad arbores & fontes & lapides oblationes obtulerint, reatum suum bene luant.* CASAUB.

Ex voto pro salute ejus stipem] Stipem pro salute Caesaris in lacum Curtii jaciebant, ut eo loci, quo hiatus ad Inferos patuerat, dii Manes propitii redderentur. De stipe vero kal. Januarii collata exstat vetusti marmoris Romae, non procul ab arcu Septimii Severi eruti, inscriptio: (Grut. LXI. I.)

IMP. DIVI. F. AUGUSTUS.
PONTIFEX MAXIMUS.
IMP. XIII. COS. XI. TRIB. POTEST. XV. EX
STIPE QUAM POPULUS ROMANUS ANNO
NOVO APSENTI CONTULIT.
NERONE CLAUDIO DRUSO
T. QUINCTIO CRISPINO COSS.
VOLCANO. TORR.

Kalendis Januarii strenam] Mos sub Augusto institutus, sub Tiberio intermissus, restitutus sub Cajo, sublatus per Claudium. Auctores Suetonius, Dio. CASAUB. Vid. Castal. Decur. IV. Obs. 8. Gruter pag. LXI. insc. 2. inibi Pighium. BROUKH.

Strenam] *Strennam* Codd. Memm. Copes. *strennam* Edd. Roman. in Lapide a Torrentio adducto consulis alterius cognomen videtur esse corruptum, & pro VVLCANO legendum F. QUINCTIO CRISPINO VALERIANO. qui CONSUL fuit A. 745. nam ita apud eumdem Gruter. pag. CLXXXVII. 4. & 12. vocatur. suffectus A. U. C. 759. & CC. 6. quem Gudius filium prioris putat fuisse. Nescio vero unde Almelov. in Fastis T. II. pag. 83. arcessiverit ejus cognomen *Sulpiciani*, ubi ipsam Gruteri inscriptionem adducit: memoratur & T. Quinctius Crispinus consul apud Frontin. de Aquaed. Art. CXXIX. quem recte vir doctissimus Polenus ostendit esse illum consulem in primo Gruteri lapide memoratum. Ceterum recte Cl. Dukerus ad Flor. II. 7. vidit hic defectum verbi esse. non enim *strenam* potest dicere *jaci*, ut *stipem*. sed ille supplet per *conferebant*. nam hoc verbo lapides, a Torrentio & Casaubono adducti, etiam de stipe utuntur: de his autem lapidibus egit etiam Castal. Decur. IV. obs. 4. & VI. I. qui, ut & alii viri docti, Vulcano consecratum hoc monumentum existimant, ut & Fontej. de Gente Caesia lib. I. cap. XVI. & eo refert nummum, quem Ursinus in gente Caesia protulit. vid. & Jacob. in Append. cap. XIII. p. 184. & inf. cap. XCI. BURM.

Ex qua summa pretiosissima deorum simulacra mercatus, vicatim dedicabat:] Exempli caussa ex ea stipe, quae conlata est anno DCCXIV. Vulcano positum donum, aut aedes ei facta est, vel refecta, teste veteri inscriptione, quam profert Torrentius: ea, quam contulit populus an. DCCL. Laribus publicis consecrata est. Vetus lapis: (Gruter CVI. 4.)

LARIBUS. PUBLICIS. SACRUM.
IMP. CAESAR. AUGUSTUS.
PONTIFEX. MAXIMUS.
TRIBUNIC. POTEST. XVIII.
EX. STIPE. QUAM. POPULUS. EI.
CONTULIT. K. JANVAR. APSENTI.
C. CALVISIO. SABINO.
L. PASSIENO. RUFO. COSS. CASAUB.

Inconcinne hic *summa* juncta legitur τῷ *pretiosissima*: ego abesse vocem malim, nam in lapidibus simpliciter *ex stipe* legitur: & ita cap. LII. de statuis conflatis, dixit *ex quibus*. illud *summa* addidit glossator. BURM.

Apollinem Sandaliarium, & Jovem Tragoedum,] Sex. Rufus regione templi Pacis vicum

dum, aliaque. In restitutionem Palatinae domus incendio absumtae, veterani, decuriae, tribus, atque etiam singulatim e cetero genere hominum, libentes ac pro facultate quisque pecunias contulerunt: delibante tantummodo eo summarum acervos, neque ex quoquam plus denario auferente. Revertentem ex provincia, non solum faustis ominibus, sed & modulatis carminibus prosequebantur. Observatum

cum *Sandaliarium*, & regione Esquilina vicum *Tragoedum* commemorat. Hinc Apollinis, Jovisque cognomina. Sed & in antiquo marmore sic legitur: MAGISTRI VICI SANDALIARI REG. IV. TORR. *Apollo Sandaliarius* potest videri dictus, quod Sandaliis indutus erat. Sic *Jovem Tragoedum* apud Plautum in Amphitrione, quod Histrionicam fecerit. *Apollo Sandaliarius* In Regione IV. ponitur a P. Victore, & item vicus Sandaliarius in hac inscriptione Gruter.

GERMANICO CAESARE
C. FONTEIO. CAPITONE COS.
KAL. IAN.
STATAE FORTVNAE. AVG.
SACR.
SEX. POMPEIVS Ↄ L. TROPHIMVS.
CN. POMPEIVS CN. L. NICETOR.
MAG. VICI
SANDALIARI REG.
IIII. ANIVI. XVIII.
D. D.

URSIN. Paullo aliter haec inscriptio apud Gruter. pag. LXXIX. 5. exhibetur, ubi vide & notas. hujus vici & meminit inscriptio Gudiana pag. XXXI. 11. & *vici Apollinis* ibid. p. XXIV. & Grut. CCL. & MCVI. 7. *Sandalarium* vero habet Cod. Periz. *Sandaliorum* Cod. Harl. *Sandaliatum* Steph. quod confirmatur MS. Corsend. Pulmanni, si etiam pluribus, lubens praeferrem: ut esset Sandaliatus Apollo Sandalio subnixus, sicut Jupiter Tragoedus, palla & cothurnis indutus; ut Tragoedi erant: nam *Sandaliarii* sunt artifices, qui faciunt Sandalia, ut modo *scutarium* videmus, & illa nomina *σανδάλων* in *arius* exire docuit Casaub. supr. ad cap. XLV. & vicus *Sandaliarius* vel *Sandalarius*, ubi habitabant Sandaliarii. De his vero jam monuerunt Nic. Misc. Epiph. IV. cap. ult. & Meurs. III. Attic. Lect. 26. BURM.

Aliaque. In restitutionem] Male haec distincta. Lego igitur hoc modo: *& Jovem Tragoedum, aliaque. In restitutionem. Pal. dom. inc. absumptae veterani, dec. &c.* TORR. Narrat Dio pluribus LV. CASAUB. *Restitutione* Memm. An hoc incendio etiam Cereris aedes conflagravit? posset hoc conjici, quia fuit in regione Palatina. & Strabo lib. VIII. p. 831. dicit nuper fuisse crematam, & cum ea perisse picturam, quae Bacchum referebat, pulcherrimam. quam tabulam puto esse Aristidae, quam primam externam esse, publicatam a Mummio, & in Cereris delubro positam narrat Plin. XXXV. 4 & 9. *Abruptae* habent Codd. Copes. & Huls. distinctio illa vitiosa est in multis editis. BURM.

Decuriae] Decuriae hic sunt operae magistratuum, sive collegia, in quibus scribae, lictores, viatores, nomenclatores, & accensi magistratuum censebantur, ut multis docet Vir summus H. VALLESIUS ad Amm. Marcell. lib. XXVIII. 6. ubi male Casaubonum superius ad caput XXXII. in Juvenalis Scholiaste *decuriam quaestoriam* exposuisse ostendit, decuriam equestrem, cum sit decuria, in quam scribae quaestorii referantur. GRAEVIUS.

Singulatim] & hic variant codices ut supr. cap. IX. ubi vide.

E caetero] *E certo* Codd. Periz. Harlem. Ed. Venetae. vide supr. cap. XLVII.

Auferente] *Auferentem* Cod. Huls.

Faustis ominibus,] Εὐφημίαις, quam vocem hoc loco per *fausta nomina* vel *omina* vertere possis eodem sensu. nihil igitur hic muto, neque lib. IV. c. 13. ubi *fausta nomina* antiqui libb. habent. CASAUB. *Hominibus* Periz. *omnibus* Harl. (qui *prosequantur*) Ed. Basil. & *revertentem* etiam Exc. Cujac.

Sed & modulatis carminibus] Qualia ante deorum effigies canebantur. Sueton. Calig. cap. XVI. *Nobilibus pueris, ac puellis carmine modulato laudes virtutum ejus canentibus.* De absentis Augusti desiderio elegantissima Horatii Oda V. lib. IV. *Faustis* etiam *nominibus* pro *ominibus* legere malim, ut Calig. cap. XIII. TORR.

Supplicium de quoquam sumeretur] Diem reditus Augusti in urbem ἱερὰν in perpetuum factum decreto senatus narrat Dio. festis autem

tum etiam eſt, ne, quoties introiret urbem, ſupplicium de quoquam ſumeretur.
58 Patris patriae cognomen univerſi repentino maximoque conſenſu detulerunt ei. Prima plebs, legatione Antium miſſa: dein quia non recipiebat, ineunti Romae ſpectacula frequens & laureata: mox in curia ſenatus: neque decreto, neque adclamatione, ſed per Valerium Meſſalam id mandantibus cunctis: *Quod bonum*, inquit, *fauſtumque ſit tibi, domuique tuae, Caeſar Auguſte* (*ſic enim nos perpetuam felicitatem Reipublicae & laeta huic precari exiſtimamus*) *Senatus te conſentiens cum populo Ro-*

tem diebus ſupplicio abſtinuerunt veteres Graeci & Romani. Philo contra Flaccum: Τοῖς γὰρ ὀρθῶς πολιτευομένοις τῶν ἀρχόντων, καὶ μὴ σχηματιζομένοις τὸ τιμᾷν (ita lego, non τολμᾷν) ἀλλ' ὄντως τιμῶσι εὐεργέτας, ἔθος ἐστὶ μηδένα κολάζειν τῶν κατακριθέντων, ἄχρις ἂν αἱ ἐπιφανεῖς γενέθλιοι καὶ πανηγύρεις αὐτῶν τῶν ἐπιφανῶν Σεβαστῶν διεξέλθωσιν. CASAUB. Ita in Graecia, cum legati aut Delon, aut Epheſon, aut in alias urbes, religionum nomine celebres, adveniſſent, mos erat, nulla ſupplicia de ſontibus ſumi: nec quenquam fas tum fuit etiam capitis condemnare. Ceſſabant tum judicia publica, eorumque exſecutiones: ac, cum hic mos violaretur, ἡ θεωρία λύεται dicebatur. SALMASIUS.

58. *Patris patriae cognomen*] Dies, quo hic honos Auguſto delatus, certus ex Ovidio, qui Non. Febr. id factum canit II. Faſtorum. De anno quaeri poteſt. Doctiſſimi viri, qui faſtos concinnarunt, referunt ad DCCLVIII. quippe eo anno conſul Valerius Meſſalla, de quo hic Suetonius. Id ſi certum, quî conſtare poterit fides vetuſtiſſimae inſcriptioni, quae Seduni in Valleſia hodieque viſitur, ad majorem ſummi templi portam: (Gruter. CCXXVI. 6.)

P. CAESARI DIVI J.
UGUSTO. COS. XI.
RIBUNICA POTESTATE XV.
PATRI PATRIAE.
TIFICI MAXIMO
* AS. SEDUNORUM
* * PATRONO.

Sed puto numeros in hac inſcriptione eſſe corruptos & ex fide hiſtoriae emendandos: nam male ſuppleverunt viri docti, prorſuſque in Auctario veterum inſcriptionum corrupte hoc egregium vetuſtatis monumentum eſt deſcriptum: non enim minus falſum, fuiſſe Auguſtum Pont. Max. undecimo ſuo conſulatu, quam fuiſſe tum Patrem Patriae ſalutatum. quare ita potius emendandum:

IMP. CAESARI. DIVI. JULI. F.
AUGUSTO. COS. XIII.
TRIBUNICIA POTESTATE XXVIII.
PATRI PATRIAE.
PONTIFICI. MAXIMO.
CIVITAS. SEDUNORUM.
* PATRONO.

Scio exſtare lapides, qui vulgatam iſtius ſculpturam firmare videantur: ſed plus apud me hiſtoricorum in veritate valet conſenſus, quam paucorum lapidum in errore συγγνώμη. CASAUB. Vide Rupert. Epiſt. XXVIII. ad Reineſium. BROUKH.

Univerſi] *Univerſo*. Exc. Cujac. illud *ei* vellem abeſſe. forte, *detulerunt. Et prima plebs*, ut alibi *ei* atque *&* vidimus permutata: ut infr. cap. XCV. BURM.

Quia non] *Quod non*. Codd. Periz. Harl. Edd. Venet. prior, Lugd. Junt. Ald. *deindeque non* Venet. reliquae duae.

Neque acclamatione] Saepe honores maximi ita tributi impetu magis quam conſilio. expreſſit Livius lib. I. cap. 16. hanc conſuetudinem in conſecratione Romuli: *Romana pubes ſedato tandem pavore, poſtquam ex tam turbido die ſerena lux rediit, ubi vacuam ſedem regiam vidit, moeſtum aliquamdiu ſilentium obtinuit: deinde a paucis initio facto, deum deo natum, regem parentemque urbis Romae ſalvere univerſi Romulum jubent.* Et exempla pluria in hiſtoria Auguſtorum. CASAUB.

Meſſalam id mandantibus] *Meſſalam: is mandantibus* ex Memm. Graevius & Gronov.

Quod bonum fauſtumque ſit] Solennis conſulum in relationibus faciendis praefatio. Inf. Calig. cap. XV. Ner. cap. XXXVII. Claud. cap. VII. Domit. cap. XV. TORR.

Sic enim nos perpetuam felicitatem] Plinius in Panegyrico cap. 23. *Ut in unius ſalutem collata omnium vota? cum ſibi ſe ac liberis ſuis intelligerent precari quae pro te precarentur*. cap. 72.

Romano consalutat PATRIAE PATREM. Cui lacrimans respondit Augustus, his verbis (ipsa enim, sicut Messalae, posui) *Compos factus votorum meorum, Patres conscripti, quid habeo aliud deos immortales precari, quam ut hunc consensum vestrum ad ultimum vitae finem mihi perferre liceat.* Medico Antonio Musae, cujus opera 59. ex ancipiti morbo convaluerat, statuam, aere collato, juxta signum Aesculapii statuerunt. Nonnulli patrum familiarum, testamento caverunt, ut ab heredibus suis, prae-

72. *Debemus obsecrare, ut omnia quae facis quaeque facies, prospere cedant tibi, reip. nobis: vel, si brevius sit optandum, ut uni tibi, in quo & resp. & nos sumus.* CASAUB.

Et laeta huic] Reipub. scilicet, quanquam hoc duriusculum est. Aut expungendae igitur tres illae voces, aut addendum *ordini*. quod notatum tantum, neque intellectum, scriba omisit. TORR. Trajectio Suetonii, ut ante monebamus, pro *felicitatem & laeta reip. huic.* sic statim, *ut praelato victimae titulo in Capitolium ducerentur*; pro *praelato titulo victimae in Cap.* Nihil ergo mutemus. CASAUB. Durum hic intelligere Reipb. aut etiam *domui*: nam interpretatur Messala quod antea dixerat de Augusto ac domo, idem hoc esse quod reipubl. & senatui. & durius trajectionem cum Casaubono fingere, quia satis manifestum de qua republ. ageret, ideoque non opus addere *huic*. quare facile Torrentio assentire possem excidisse vocem *Ordini* vel *senatui*. nisi potius abjecta voce *huic* legendum sit, *& laeta apprecari. Lipsium* hic etiam haesisse patet, qui *imprecari*, in meliorem partem accepto verbo, volebat legere pro *apprecari*. recte vero huc Horatii verba refert Torrentius, ex lib. I. Ep. XVI. 27. qui & ibi videndus. BURM.

Te consentiens] *Tecum sentiens* Hulf. *senatusque cons.* Exc. Cujac.

Cui lacrymans respondit Augustus,] Repente exortum gaudium ingens lacrymae saepe consequuntur. Multa passim exempla, ut dicebamus ad Athenaeum libro quinto cap. XIX. Sed non possum praetermittere simillimum exemplum, de lacrymis magni principis Ptolemaei Philadelphi. Hic cum allata recens e Judaea Legis Dei sacra volumina venerabundus tractaret, eoque nomine DEO OPT. MAX. gratias ageret: fausta omnium qui aderant acclamatione dilaudatus, lacrymas non tenuit. Joseph. XI. 2. eleganter: Ἐκβοησάντων δ' ἐφ' οἷς τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν συμπαρόντων, γένοιτο τὰ ἀγαθὰ τῷ βασιλεῖ, δι' ὑπερβολὴν αὐτοῖς εἰς δάκρυα προὔπεσε φύσει τῆς μεγάλης χαρᾶς πάσχοντος καὶ τὰ τῶν λυπηρῶν σύμβολα. Idem aliis verbis Aristeas & antiquus & non inelegans scriptor: Ὁμοθυμαδὸν δὲ πάντων ἐκφώνησαν ὑπὸ μίαν φωνὴν τῶν τε παραγεγονότων καὶ τῶν συμπαρόντων, Εὖ βασιλεῦ! προήχθη δακρῦσαι, τῇ χαρᾷ πεπληρωμένος· ἡ γὰρ τῆς ψυχῆς ἔντασις καὶ τὸ τῆς τιμῆς ὑπερβάλλον δακρύειν ἀναγκάζει κατὰ τὰς ἐπιτυχίας. Sic Trajanus ad voces dilaudantis populi & fausta comprecantis *lacrymis etiam & multo pudore suffundebatur*, inquit Plinius. Lege si lubet, quae de hujusmodi lacrymis ex laetitia fluentibus disputat Philo Judaeus in lib. Περὶ [illegible]. CASAUB. Vide Comm. ad Petron. cap. LXXXIX. & XCI. & Barth. ad Rutil. Iter. I. 578.

Ipsa] *Ipse* Harlem.

Sicut Messalla posui] Longe melius MSS. duo *sicut Messallae, apposui.* ante enim Messallae verba posuerat, nunc Augusti ponit. TORR. *Messala apposuit* Codd. Petiz. Harl. *Messalae apposui* Edd. Rom. Venet. sec. & tert. *posuit* Hulf. *verbis (ipsa sicut Messala) apposuit* Venet. pr. *sicut Messalae posui* Plantin. Torrent. scribendum vero unico *l*, *Messala*, ut & *Messalinus*, quod probat Jac. Gron. ad Tacit. III. Ann. & Daulquejus. & alii. BURM.

59. *Antonio Musae*,] Musa Pomponiorum cognomen. Nummi veteres. Huic vero Antonio manumissio ex servitute adhaeserat. Meminit ejusdem Suetonius inf. cap. LXXXI. Plin. lib. IX. cap. VIII. & lib. XXIX. cap. I. Horat. Epistol. ad Vahalam. Dion lib. LIV. Fratrem habuit Euphorbum, regis Jubae medicum, a quo Euphorbiae herbae nomen. Plinius lib. XXV. cap. VII. TORR.

Statuam aere collato,] Formula non infrequens in lapidibus antiquis: qua declaratur populi affectio & consensus: Graeci ἀνδριάντα ἐκ συντελείας vertunt. De statua Musae decreta nihil Dio lib. LIII. Naufragio eum periisse, testis Euseb. in Chronico. CASAUB. Quod Casaubonus notet, Musam hanc naufragio periisse, idem de Artorio scribere Eusebium observavit nuper vir doctus Crellius, in dissertatione eleganti de

praelato titulo, victumae in Capitolium ducerentur, votumque pro se solveretur, QUOD SUPERSTITEM AUGUSTUM RELIQUISSENT. Quaedam Italiae civitates diem, quo primum ad se venisset, initium anni fecerunt. Provinciarum pleraeque super templa & aras, ludos quoque quinquennales paene oppidatim 60 constituerunt. Reges amici atque socii, & singuli in suo quisque regno, Caesareas urbes condiderunt: & cuncti simul aedem Jovis Olympii, Athenis antiquitus in-

de Antonio Musa §. 2. pag. 8. BURM.

Familiarum] *Familiarium* Cod. Harl. Edd. Venet. sec. & tert. Bonon. & Paris. qualis varietas etiam est apud Tacit. III. Ann. 8, ubi *filiifamiliarum* & *familiarium*. vid. ibi comment. & inf. in Calig. XXVI. & Vesp. XI. BURM.

Praelato victimae titulo,] Libri MSS. *praelato tit. victimae in Capit. ducer.* qui veterum ordo sensum magis aperit. TORR. Pall. tres, *praelato titulo victimae*, ordine minus intricato. GRUT. Et ita Mem. & Hulf. & Ed. Steph. *Victumae* etiam Memm.

Votumque solveretur,] Magna optimi Principis laus, de quo quis merito dubitet, ipsumne populus, an populum magis ipse salvum esse voluerit. Quod suo more ostendit Horat. Epistol. ad Quinctium: I. XVI. 24.

Si quis bella tibi terra pugnata marique
Dicat, & his verbis vacuas permulceat aures:
Tene magis salvum populus velit, an populum tu,
Servet in ambiguo, qui consulit & tibi & Urbi,
Jupiter: Augusti laudes agnoscere possis?

Sic enim Horatio ex historia lumen accedit. TORR.

Provinciarum pleraeque super templa & aras,] Aliaque omnis generis monumenta, quae in honorem εὐεργετῶν solita exstrui. Mirum hunc populorum in Augustum amorem exprimit eleganter Philo Legatione ad Cajum: Augusto, inquit ille, πᾶσα ἡ οἰκουμένη τὰς ἰσολυμπίους τιμὰς ἐψηφίσατο, καὶ ναούς, προπύλαια, προτεμενίσματα, στοάς· ὡς ὅσαι τῶν πόλεων ἢ νέα ἢ παλαιά, τῷ κάλλει καὶ μεγέθει ὑπὸ τῶν Καισαρείων παρευημερεῖσθαι. Arae ante alias nobiles fuere, quae Lugduni positae, quaeque Narbone. cujus exstat hodieque consecratio. CASAUB.

Ludos quoque quinquennales oppidatim constituerunt.] Tanquam Heroi, ut de Julio Caesare notat Dio lib. XLIV. Augusto autem constituerunt ἀγῶνας πενταετηρικούς: & in Italia quidam, ut Neapolitani, Suetonius infra, capite XCVIII. & in provinciis multi, ut Pergameni, Dio lib. LI. aliique multi. quos imitatus Herodes Magnus, Hierosolymis tale ludicrum instituit. Josephus libro XV. Originum XI. Πρῶτον μὲν ἀγῶνα πενταετηρικὸν ἀθλημάτων κατεστήσατο Καίσαρι, καὶ θέατρον ἐν Ἱεροσολύμοις ᾠκοδόμησεν. Item Caesareae, lib. XVI. ejusdem operis cap. X. Ἀπέδειξε δὲ καὶ τοῦτον τὸν ἀγῶνα Καίσαρι κατὰ πενταετηρίδα παρασκευασάμενος ἄγειν αὐτόν. Ego vero etiam in Urbe quinquennales ludos decretos in Augusti honorem post victoriam Actiacam, apud Dionem lego lib. LI. καὶ πανήγυριν οἱ πενταετηρίδα ἄγεσθαι ἔγνωσαν. Propter hunc quinquennalium ludorum frequentiam, qui ad Olympici agonis imitationem inventi, etiam ὀλυμπιάδες dicebantur, factum tandem ut ὀλυμπικὸς pro qualicumque victoria, aut adorea & gloria quocumque modo parta poneretur. Philostratus de vita Apollonii lib. IV. Παρεκαλεῖτο δὲ καὶ κατήγορος ἐς αὐτόν, πολλοὺς ἀπολωλεκὼς ἤδη, καὶ τοιούτων ὀλυμπιάδων μεστός. Idem lib. V. Τοῦτό σοι πολλῶν μὲν τυράννων, πολλῶν δὲ ὀλυμπιάδων μεῖζον· καὶ πανδεχθῇ μὲν γεγράψῃ τῆς πόλεως, παναχθῇ δὲ εἰκόνες χαλκαῖς. Nicephorus Gregoras lib. IV. Καὶ οὐδεὶς ὅστις ἄλλον ἱκανὸς ἦν ἀντεπεξάγειν στρατηγὸν ἄνδρα, καὶ πολλῶν ὀλυμπιάδων τοιούτων μεστόν. CASAUB. De his vide Comment. ad Marm. Oxon. p. 71. & Petrum de la Seua de Gymnasio Neapolitano pag. 25.

60. *Caesareas urbes*] Qualis Caesarea Palaestinae, & altera Mauritaniae, illa ab Herode, haec a Juba condita. Josephus, Egesippus, Stephanus, Plinius. Hinc & Seballa, & Sebastopolis. TORR. Notemus vocem *quisque*: nam apud Geographos tot Caesareas vel Sebastas, eo tempore conditas non invenias. Eutropius duo tantum exempla ponit lib. VII. cap. 10. *Sicut*, inquit, *in Mauritania a rege Juba, & in Palaestina, quae nunc urbs est clarissima.* CASAUB.

Aedem Jovis Olympici,] Jupiter *Olympius*, seu

inchoatam, perficere communi sumptu destinaverunt, Genioque ejus dedicare: ac saepe regnis relictis, non Romae modo, sed provincias peragranti quotidiana officia togati, ac sine regio insigni, more clientium praestiterunt. 61 Quoniam qualis in imperiis ac magistratibus, regendaque per terrarum orbem pace belloque Republica fuerit, exposui: referam nunc interiorem ac familiarem ejus vitam, quibusque moribus atque fortuna domi & inter suos egerit, a juventa usque ad supremum vitae diem. Matrem amisit in primo consulatu, sororem Octaviam quinquage-

seu *Olympicus* mavis, (vel ab Olympio, a quo eruditus atque institutus fuit, ut Diod. Siculus l. IV. Biblioth. tradit, vel ab Olympo monte, in quo versabatur, ut vult Lactantius, sic dictus) plura tota Graecia, praesertim Lacedaemone & in Elide, templa arasque habuit, sed Athenis praecipuum. De quo Thucyd. l. II. & Plin. l. XXXVI. c. 6. inchoatum olim dicens, uti & Sueton. reges non perfecisse, sed destinasse perficere hoc loco scribit. Perfectum vero, dedicatumque ab Hadriano apud nos Spartian. tradidit, apud Graecos Pausanias in Atticis, addens a singulis Graeciae urbibus positas in eo Hadriano statuas. Quas omnes postea Athenienses superarunt mirandi operis colosso. TORR. *Olympii* Graevius & Gronov. quum esset in Memm. *Olympbii*. jure quidem: nam ita frequenter veteres hac forma usos hac voce, docuit Cuningham. Animad. Horati. cap. XV. in Calig. XXII. plures codices huic lectioni favent. BURM.

Inchoatam] Hoc loco utitur Diomedes Grammat. p. 362. ubi disputat de hoc verbo, adductus a Casaubon. ad Caes. XLVI. BURM.

Perficere communi sumptu destinaverunt] Aptius ad fidem historiae *destinaverant*: nam hoc consilium exitum non habuit. De Jovis Olympici aede apud Athenienses videndi Strabo & Pausanias, & quae notamus ad Spartiani Hadrianum cap. XIII. CASAUB.

Genioque] Vid. Barth. ad Stat. I. Silv. I. I. BROUKH.

Quotidiana officia togati,] Eutropius lib. VIII. cap. 10. *Multi reges ex regnis suis venerunt, ut ei obsequerentur: & habitu Romano, togati scilicet, ad vehiculum vel equum ipsius cucurrerunt*. CASAUB.

Regio] *Regno* Harlem. qui & *Clientum*, ut & Cod. Periz. Edd. Rom. Venetae. Bonon. Lugd. Junt. Ald. Gryph. & aliae priscae, praeter Basil. vid. Tib. I. ubi eadem varietas, ut & apud Tacit. II. Ann. 45. ubi Jac. Gronov. *Clientium* praefert. BURM.

61. *Regendaque per terrarum orbem* &c.] Ita omnes scripti & veteres Edd. sed Lugd. Junt. Ald. Steph. quae editiones in pretio haberi solent, *regenda* ediderunt, quarum curatores crediderunt construendum esse, *in regenda repb. imperiis & magistratibus*, id est per imperia & magistratus. Sed in imperiis & magistratibus ipse Augustus fuit, dum potestates civiles & militares habuit, ideoque additur *regendaque repub.* vid. ad Caes. XXV. nec eo minus intricata haec periodus mihi videtur, nec eleganter dici puto, *regere rempb. per terrarum orbem pace belloque*, & metuo ne illa verba *per terrarum orbem* adscripta fuerint a sciolo, qui rempublicam Romanam millies *orbem terrarum* vocari noverat. certe aliquid scabri & ulceris subest, aut Suetonio peculiare dari debet dicendi genus. BURM.

Referam nunc interiorem ac familiarem ejus vitam,] Τὰ ἔνδον. Julianus in Misopogone: Τὰ μὲν ἔξω ταῦτα· καί τοι πόσον εἴρηταί μοι μέρος τῶν ἐμῶν εἰς ὑμᾶς ἀδικημάτων; τὰ δὲ ἔνδον, ἄγρυπνοι νύκτες ἐν στιβάδι, καὶ τροφὴ παντὸς ἧττον κόρου. Sic apud Lucianum Ῥητόρων διδασκάλῳ: Τὰ φανερὰ καὶ τὰ ἔξω, pro *vita palam acta*. Imitatus est nunc locum Eginhardus in Caroli Magni vita: *Talem eum in tuendo & amplificando simulque ornando regno fuisse constat: cujus animi dotes & summam in qualicunque & prospero & adverso eventu constantiam, caeteraque ad interiorem atque domesticam vitam pertinentia, hinc dicere exordiar.* videtur & disertissimus scriptor Sulpitius in vita beati Martini: *Interiorem vitam illius & quotidianam conversationem nulla unquam explicabit oratio*. CASAUB.

Matrem amisit] Atiam scilicet, de qua sup. c. 4. Dion lib. XLVII. fervente triumvirorum saevitia exstinctam, & publico funere honoratam scribit. De Octavia vide eundem extremo

quagesimum & quartum agens aetatis annum. Utrique quum praecipua officia vi-
62 vae praestitisset, etiam defunctae honores maximos tribuit. Sponsam habuit adolescens P. Servilii Isaurici filiam: sed reconciliatus post primam discordiam Antonio, expostulantibus utriusque militibus, ut & necessitudine aliqua jungerentur, privignam ejus Claudiam, Fulviae ex P. Clodio filiam, duxit uxorem, vix dum nubilem. Ac simultate cum Fulvia socru exorta, dimisit intactam adhuc, & virginem. Mox Scribo-

mo lib. LIV. TORR.

62. *Sponsam habuerat*] Tres libb. *Sponsam habuit*. TORR. *Habuit* Codd. Petiz. & Harlem. Edd. a Romana reliquae veteres omnes. sed Basileenses, Gryph. & recentiores mutaverunt. quod cur factum sit ignoro, & Torrentius ipse in suis *habuit* invenit, & Lipsium id praetulisse scire potuit. BURM.

P. Servilii Isaurici] Veneta pr. *Servilii & Isaurici*. forte scripserat, *Serviliam Isaurici filiam*. ut mox *Claudiam Fulviae*, & *Scribonia*. sic *Cornelia Cinnae* Cael. I. & ita *Servilia* Caes. L. Bruti mater, quae ex alia familia fuit, sc. Caepionum, & ita fere semper. fuisse autem hunc Isauricum, sub quo meruit Caesar cap. III. notavit Lipsius; sed potuit & esse ejus neptis, filia Servilii Isaurici P. f. qui Caesaris, II. Consulis, collega fuit An. 706. prior enim extrema jam senectute obiit eo anno, quo Caesar occisus fuit, teste Dione lib. XLV. nec videtur ille habuisse adolescentulam, quae posset Octaviano *adolescenti despondere*. vide Sigon. ad Fastos ff. 712. quis vero intelligatur, & quem consularem vocet noster in Rhetor. cap. IV. non audeo decernere. BURM.

Et postulantibus] *Expostulantibus* Memmii, Copes. Harlem. & Periz. Codd. Editiones vero a Romana omnes, usque ad Torrentium, qui ex sola conjectura *& postulantibus* voluit, quod Casaubonus primus in contextum recepit; an crediderunt viri docti *expostulare* tantum dici de acri contentione, & conviciis? atqui & pro etiam atque etiam rogare, vehementer postulare poni notum, quod hoc ipso Suetonii loco probavit olim, in initiis renascentium literarum, non indoctus, Gulielm Insulanus in Observ. Ling. Latin. p. 64. & ita noster Tib. XIII. *reditum precibus expostulans*. Domit. ult. *expostulatis ad poenam pertinacissime caedis ultoribus*. & ita Tacitus aliique frequenter. BURM.

Ut ex necessitudine] Lib. unus. *ut & necess.* quod probo. Sed & pro *expostulantibus* legendum arbitror *& postulantibus*. De Clodiae vero sponsalib. Dion extremo l. XLVI. de repudio autem sub initium l. XLVII. Fulvia igitur illa (ut hoc quoque obiter addam) ante Antonium alios duos maritos habuit, P. Clodium, Ciceronis inimicum, & eo defuncto Curionem, qui in Africa periit. Proinde quod tribus perniciosissimis maritis nupserat, acerbe quidem, sed eleganter Cic. Philipp. II. *Etenim* (inquit) *ista tua minime avara conjux, quam ego sine contumelia describo, nimium debet diu populo Romano pensionem tertiam*. TORR. Fere solemne principum discordias sopiri interveniente affinitate. Justin. lib. XXXVI. 5. *Per idem tempis Rex Cyrenarum Agas decedit, qui ante infirmitatem, Beronicem unicam filiam, ad finienda cum Ptolemaeo fratre certamina, filio ejus desponderat*. Sed de eo nos plura ad Livium, ad Tacitum, ut noster Rhodus & saltus. GRUT. *Ut ex necessitudine* Codd. Periz. Harlem. Edit. Rom. Venetae & reliquae veteres, etiam Basil. Gryph. & Colin. & Plant. praeter Bonon. Steph. Doleti & recentiores, quae &. in Copesiano a m. pr. erat etiam *unirentur*, sed correctum *jungerentur*.

Privignam ejus Claudiam,] Fulviae & Pub. Clodii filiam, Antonii privignam. Nam Fulvia tres habuit maritos, P. Clodium illum Ciceronis inimicum, ex quo erat haec Claudia, secundum Curionem: tertium Marcum Antonium. Unde ait Cicero in secunda Antoniana cap. 44. *Etenim ista tua minime avara conjux, quam ego sine contumelia describo, nimium debet diu populo Romano pensionem tertiam* BEROALD.

Ac simultate cum Fulvia] Exstat epigramma Augusti Caesaris, quo causa simultatis inter ipsum & Fulviam exortae obscoena refertur. Sic enim ait:

> *Quod futuit Glaphyram Antonius, hanc mihi poenam*
> *Fulvia constituit, se quoque uti futuam:*
> *Aut futue, aut pugnemus ait: quid? quod mihi vita*

Ca-

boniam in matrimonium adcepit, nuptam ante duobus consularibus, & ex altero etiam matrem. Cum hac etiam divortium fecit, pertaesus, ut scribit, morum perversitatem ejus: ac statim Liviam Drusillam matrimonio Tiberii Neronis, & quidem praegnantem, abduxit, dilexitque & probavit unice ac perseveranter. Ex 63 Scribonia Juliam, ex Livia nihil liberorum tulit, quum maxime cuperet. Infans, qui

Carior est ipsa mentula, signa canunt. BEROALD. ' *Ac* deest Ed. Bonon. *Orta* Cod. Copes.

Mox Scriboniam] L. Scribonii Libonis, qui Sex. Pompeji socer erat, filiam, ut ea affinitate Pompejum sibi adjungeret. Dion. TORR.

62. *Nuptam ante duobus consularibus,*] Unum teneo, Scipionem illum Corneliae ejus patrem, quam mortuam extremo lib. IV. deflet Properrius: alterum adhuc quaero. CASAUB. Primum etiam fuisse P. Cornelium Scipionem Nasicam, Patrem Corneliae, cujus mortem celebrat Propert. lib. IV. Eleg. ult. censet etiam hic Beroaldus, & Glandorp. in Onom. in gente Cornelia. p. 262. Fabret. insc. cap. I. pag. 43. profert inscriptionem

LIBERTORUM. ET. FAMILIAE
SCRIBONIAE. CAESAR.
ET. CORNELI MARCELLI.

Unde alterum maritum ex gente Cornelia fuisse conjicit, & ejus filium *Cornelium Marcellum*; sed *Cornelios Marcellos* vix repperi. *Cornelius Marcellus* est apud Tacit. XVI. 8. & I. Hist. 37. Quem nescio unde *Marcellinum* vocet Glandorpius. Ryckius cum inter procuratores a Galba occisos, de quibus Suet. in Galb. IX. & XII. refert; sed si senator fuit, nec procurator, nec numularius fuisse videtur. *Cornelius* etiam *Marcellus* memoratur, ut dócet Fabret. in lapide apud Gruter. c. 10. quem & laudat Oct. Cajet. in Isagoge ad Histor. Siculam pag. 9. Thes. Ital. tom. X. p. 2. ubi *Cornelio* omittitur, sed p. 219. iterum adducens, dat, *L. Cornelio Marcello Q. PR. PR.* & interpretatur *praefecto Proconsuli*, quod ineptum, quum praecedat Halerius Candidus Procons. sed est Quaestor pro praetore, vel *proconsule*, ut modo ante ipse Quaestorem dixit, & deinde ex alio lapide mutilo Halerio proconsuli successisse ait. an ex eadem gente sit etiam ille, qui apud Grut. CLXVIII. 2. dicitur M. CORNELIUS M. F. GAL. MARCELLUS nescio. quisquis sit ille a Tacito memoratus, potest filius fuisse istius, qui maritus Scriboniae fingitur. sed haec incertiora mittamus. pro *accepit* est *assumpsit* in Huls. & deinde sine copula, *consularibus, ex altero e. m.* Copes. BURM.

Ac statim Liviam Drusillam] Dio in anno DCCXVI. qui fuit aetatis Augusti XXV. lib. XLVIII. CASAUB.

Tiberii Neronis] De hoc viro videatur Manutius ad Cicer. XIII. ad fam. 69. BROUCKH.

Et quidem praegnantem abduxit,] Idque ex responso Apollinis. Prudentius I. contr. Symmach. 260.

— *mox editur inter*
Fescennina novo proles aliena marito:
Idque deum sortes & Apollinis antra dederunt
Consilium: nunquam melius nam cedere taedas
Responsum est, quam cum praegnans nova nupta jugatur.

Tacitus & Dio non Apollinem, sed *pontifices consultos* scribunt. CASAUB. *Praegnatem* volebat Lipsius, sed & seq. capite intactum reliquit *praegnantem*. At *praegnas* seculi esse vitium censet Gujet. ad Terent. Hecyr. IV. 4. ubi de hac voce agit. vid. Dausque Orth. in hac voce. Saepe in Pandectis Florentinis occurrit *praegnas*. *praegnatem adduxit* etiam Huls. BURM.

Abduxit,] *Abducere* proprie est per vim, sicut etiam *perducere* interdum significat: inde *perductores* a Cicerone in Verrinis dicti, qui, ut inquit Asconius, in hoc differunt a lenonibus, quod *lenones* sunt scortorum, *perductores* etiam invitarum personarum, & in quibus stupra exercitata legibus vindicantur. BEROALD.

63. *Ex Livia nihil liberorum*] Plin. lib. VII. cap. XIII. *Est quaedam privatim dissociatio corporum, & inter se steriles, ubi cum aliis junxere, gignunt, sicut Augustus & Livia.* Qua de re etiam Lucret. lib. 5. TORR.

Infans qui conceptus erat] Manus viri docti in ora Casaubonianae editionis, quam habeo, no-

qui conceptus erat, immaturus est editus. Juliam primum Marcello Octaviae sororis suae filio, tantum quod pueritiam egresso: deinde, ut is obiit, M. Agrippae nuptum dedit: exorata sorore, ut sibi genero cederet. Nam tunc Agrippa alteram

notavit hoc videri pugnare iis, quae tradit in Claud. c. I. ubi dicitur ille infans natus post tertium mensem, quam Liviam duxit, & fuisse Drusum Germanici & Claudii patrem, unde haec adsuta esse credebat. sed potuit post editum Drusum, ex Augusto concepisse infantem, qui per abortum immaturus est editus: non enim Suetonius dat indicium, se de infante concepto, dum nupta esset Tib. Druso, loqui. immo contra ex eo, quod Augustus *quam maxime cuperet* ex Livia liberos, patet hic agi de foetu ex Augusto, non Tib. Druso concepto. vide quae notamus ad Claud. d. l. notandum vero hic *infantem* vocari foetum in utero conceptum. ut apud Ovid. Epist. XI. 43.

Ab nimium vivax admotis restitit infans
Artibus. BURM.

Tantumque pueritiam egresso] Liber unus *tantum puer. egresso.* Sed legendum, *tantum quod puer. egresso*, ut inf. cap. XCVIII. *quae tantum quod appulerat.* & Vespas. cap. V. *tantum quod exemptum*, &c. & Ner. cap. VI. *tantum quod exoriente sole.* Turneb. Adversar. XXVII. cap. XVIII. Memini & Senecam ita loqui etsi corruptum. Nec mirum sane, cum quatuor hisce locis idem passus sit Sueton. At vero integer Paterculus lib. II. 117. *Tantum quod ultimam imposuerat Pannonico ac Dalmatico bello Caesar manum.* & Corn. Nepos, Datame: *Qui tantum quod ad hostes pervenerat.* TORR. Ita & nostri. Glossarium: *Tantum quod*, ἀρτίως. M. Tullius ad Atticum lib. IX. *Haec cum scriberem, tantum quod existimabam ad te orationem esse perlatam.* CASAUB. *Tantum quod* aliorum MSS. nam Pall. *tantumque puer.* sic inquam pr. ac tert. nam in sec. tantum visitur, *tamen pueritia egr.* GRUT. *Tantumque* Codd. Harl. Hulf. Edd. Rom. & veteres fere omnes. in Cod. Harl. & Venetis etiam *pueritia.* sed ex perpetua Suetonii scribendi consuetudine *tantum quod* recte a Stephano & aliis restitutum: & ita Exc. Cujac. vid. & ad Petron. LXXVI. BURM.

Ut is obiit,] Propertius contra receptam opinionem, atque adeo contra verum scribit lib. III. Marcellum in aquis Bajanis submersum interiisse, quum constet ab Antonio Musa medico aquarum frigidarum lotionibus enectum fuisse. Nam Musae & ejus fratris Euphorbi inventum fuit *a balneis frigida multa corpora astringi*, inquit Plinius lib. XXV. cap. VII. Quare credibile, iisdem frigidis Marcellum, quum curare vellet, occidisse. Nempe gratificari Poëta voluit ei, quae de ejus morte suspecta fuit, Liviae Augustae. quae quum videret Marcellum ita omnibus carum esse, ut describitur a Virgilio VI. Aen. muliebriter atque impotenter ζηλοτυποῦσα, curavit eum clandestino mortis genere de medio tollendum. JOS. SCALIGER.

Nuptui dedit] Duo codices, *nuptum dedit*, ut Terent. loquitur. TORR. *Nuptui* Cod. Periz. Edd. Rom. Venet. & reliquae veteres, etiam Basil. Plant. & Gryph. praeter Steph. *nupsi dedit* Harlem. *Agrippa nuptum* Exc. Cujac.

Exorata sorore,] Imo Octavia ultro id suasit, si Plutarcho credimus. TORR.

Nam tum Agrippa alteram Marcellarum habebat, & ex ea liberos.] M. Agrippae tres uxores fuerunt. Prima Pomponia Attici filia, conciliante eas nuptias M. Antonio triumviro: ex ea genuit Vipsaniam Drusi matrem. Altera, Marcella Octaviae filiae: ex ea quoque liberi, si Suetonio fides, diserte id in Augusto tradenti, etsi nihil de iis postea reperias, & videtur ea proles non vitalis fuisse. Tertia uxor Julia: ex ea nati Cajus & Lucius Caesares, Postumus Agrippa, Agrippina, & Julia. In his plerisque verum, quod Tacitus notat Ann. III. cap. 19. *Una omnium Agrippae liberorum Vipsania miti obitu.* Cajus enim & Lucius veneno crediti periisse, Agrippina fame, Postumus ferro. Juliam excipio, cujus mortem lib. IV. cap. 71. ita narrat ipse Tacitus, ut ex natura videatur, ferri aut veneni nulla mentione. LIPSIUS. Ad Tacit. IV. 19. *Liberos*; utrum plures? ita vir doctus & amicus ad Tacitum accipit, & Suetonium μνημονικοῦ ἁμαρτήματος insimulat: neque enim ullam ex hoc conjugio, nisi forte unam aliquam prolem natam. Utri potius credemus? Suetonio, me auctore: quem adversus hanc reprehensionem valide tuemur nos. nam quod de brevitate ejus conjugii affertur, somnium merum. Clarum ex

ram Marcellarum habebat, & ex ea liberos. Hoc quoque defuncto, multis ac diu, etiam ex equestri ordine, circumspectis conditionibus, Tiberium privignum suum legit: coëgitque praegnantem uxorem, & ex qua jam pater erat, dimittere. M. Antonius scribit, *Primum eum Antonio filio suo despondisse Juliam: dein Cotisoni Getarum regi: quo tempore sibi quoque invicem filiam regis in matrimonium petiisset.*

ex historia Dionis, qui sexto consulatu Augusti nuptias Agrippae cum Marcella refert: a quo tempore ad Marcelli mortem anni minimum quinque inveniuntur. At laudatur Plutarchus ejus sententiae auctor & fundus. Videamus ejus verba, quae in extremo Antonio, ubi de Octavia loquitur, haec sunt: Ἐκ δὲ Μαρκέλλου δυοῖν αὐτῇ θυγατέρων ὄντων, ἑνὸς δὲ υἱοῦ Μαρκέλλου, τοῦτον μὲν ἅμα παῖδα καὶ γαμβρὸν ἐποιήσατο Καῖσαρ, τῶν δὲ θυγατέρων Ἀγρίππᾳ τὴν ἑτέραν ἔδωκεν. ἐπεὶ δὲ Μάρκελλος ἐτελεύτησε νεόγαμος κομιδῆ, καὶ Καίσαρι γαμβρὸν ἔχοντα πιστὸν οὐκ εὔπορον ἦν ἐκ τῶν ἄλλων φίλων ἑλέσθαι. lege, relege totum locum. nego esse in eo quicquam, unde conjectura ulla fieri de brevitate earum nuptiarum possit. sed manifesto lapsus Vir eruditissimus in voce νεόγαμος, quam ad Agrippam retulit contra auctoris clarissimam mentem. Quid quod ne tum quidem reprehensioni isti esset locus, si quod de una prole dicitur, certum esset. Quare enim Suetonio non idem jus, quod caeteris Quiritibus, quos vocem *liberos* etiam sic usurpare certum est? CASAUB.

Alteram Marcellarum] Filiae igitur paternis quoque cognominibus vocabantur, ut Faustae, Faustinae, Agrippinae. Interdum a nomine ac cognomine simul, ut Vipsania Agrippina, Tib. cap. VII. Livia Drusilla hic, Munatia Plancina apud Dionem. Interdum duarum gentium nomine, ut Junia Claudia, Ennia Naevia, Caji Caesaris conjuges, Calig. cap. XII. Quos autem Agrippae ex Marcella liberos hic dicat Sueton. ignoro. TORR.

Multis ac diu,] Tres codices *multis diu circumsp.* sine copulatione. TORR. Edd. quaedam &; sed copulam omittunt Codd. Harlem. Periz. & Edd. Rom. Venetae tres, Bonon. & omnes veteres. sed Basil. & recentiores *ac*, & recte ex perpetua in simili locutionis formula. sic. Ovid. II. Amor. XIX. 47. & III. Am. II. I. *multa diuque tuli.* ubi vide quae diximus. BURM.

Etiam ex equestri ordine,] Sejanus apud Tacitum lib. IV. Annal. 39. in codicillis ad Tiberium: *Audivi in conlocanda filia non nihil etiam de equitibus Romanis consultavisse Augustum.* Quibus ita respondet Tiberius: *At enim Augustus filiam suam equiti Romano tradere meditatus est. Mirum hercle, si cum in omnes curas distraheretur, immensumque attolli provideret, quem conjunctione tali super alios extulisset, C. Proculejum & quosdam in sermonibus habuit, insigni tranquillitate vitae, nullis reipub. negotiis permixtos.* CASAUB.

Elegit] In posterioribus editionibus Cl. Graevii & deinde Gronovii *legit*, nec unde habeant monuerunt: nam constanter omnes scripti & editi *elegit*. si ex Memmiano; praeferrem *legit*. vid. ad cap. XXX. supr. BURM.

Praegnantem uxorem,] Agrippinam. Inf. Tib. cap. VII. TORR.

Cotisoni Getarum regi] Horat. lib. III. Od VIII. *Occidit Daci Cotisonis agmen*, vel, ut in MSS. codicibus, *Cotisontis*. iidem igitur Daci, qui Getae. Quod autem primum Antonio filio desponsam fuisse traditur, hoc tunc factum narrat Zonaras, cum Antonius pater mortua jam Fulvia Octaviam duxit. Graeci Antyllum appellant. Vide sup. cap. XVII. TORR. Magna librorum varietas in hoc nomine: quidam corrupti palam, *Marco Tisoni*. Turonensis, *deinde Cosoni*. CASAUB. Ex Memm. Graevius *Cosoni*. Gron. *Cosini* profert. *Cosmigenitarum* Copef. *deinde* etiam Codd. nostri & Edd. Rom. & aliae veteres.

Quo tempore sibi quoque invicem filiam regis in matrimonium petisse.] Male in quibusdam libris *petiisset*. Haec enim verba de Antonio sunt, non de Augusto accipienda. nam falsum est Augustum ullam unquam regis filiam in uxorem petiisse: semel enim ductam Liviam unice ac perseveranter amavit. Antonii igitur haec sunt, suis & Cleopatrae nuptiis caussam praetexentis factum Caesaris modo expositum, quod Cotisoni Getarum regi Juliam despondisset. Possumus etiam ad historiam de Jotapa Medi regis Armeniae filia referre, quam narrat Dio lib. XLIX. petitam ab An-

64 tiisset. Nepotes ex Agrippa & Julia tres habuit, Cajum, Lucium, & Agrippam: neptes duas, Juliam & Agrippinam. Juliam L. Paullo censoris filio, Agrippinam Germanico sororis suae nepoti collocavit. Cajum & Lucium adoptavit domi per assem

Antonio in uxorem filio suo. atque hoc, nisi fallor, rectius. Casaub. Cod. Salmas. *petiisset*. Haec enim verba de Augusto potius, quam de Antonio sunt interpretanda, cum *τὸ invicem* ad Cotisonem commodissime referatur, ut, cui filiam desponderat Caesar, ejus eodem tempore filiam ambiisse intelligatur. Obduci potest, Augustum nullam unquam regis filiam in uxorem petiisse: semel enim ductam Liviam unice ac perseveranter amasse. At non id quaeritur, quam vera sint, quae inimicus Octavio impegit Antonius. Schildius, Sic & alii libri plerique omnes, quod non fuit mutandum. Graev. *Petisset* Copes. Mem. Harlem. Edd. Rom. Venetae. Bonon. Lugd. Junt. *Petiisse* Casaub. Raphel. & recentissimae. Scriverius vero, ut verum sit haec de Antonio posse accipi, quia Augustus unice dilexit Liviam, censet tamen, Antonium non potuisse Augusto falsa objicere. Burm.

64. *Agrippinam*] *Agrippam* hic Harlem. utroque loco.

Juliam L. Paullo censoris filio,] Hinc natam Aemiliam, Claudii postea Principis sponsam. Augusti proneptem vocat Sueton. Claud. cap. xix. minoris scilicet Juliae, neptis ejus, filiam. Vide sup. cap. xix. Torr. Praenomen deest Exc. Cujac.

Germanico sororis suae nepoti] Libri a Frobenio in Germania editi *uxoris suae nep*. Utrumque verum est. Germanicus enim Drusi, & junioris Antoniae filius fuit. Atqui Drusus matrem habuit Liviam, Augusti uxorem. Antonia vero Octaviam sororem Augusti. Et libri quidem MSS. omnes *sororis* habent: mallem tamen *uxoris*, ut ad paternum Germanici genus referatur. Torr. Prior Basileensis Erasmi habet *sororis*, ut aliae veteres.

Adoptavit domi per assem & libram] Sic omnes libri, quos ego quidem viderim; nec tamen dubito, quin per *aes & libram* Jurisconsultorum more, scripserit Sueton. ut enim Boethius nos docuit, is qui rem aliquam mancipio accipiebat aes tenens ita dicebat: HUNC EGO HOMINEM EX JURE QUIRITIUM MEUM ESSE AIO, ISQUE MIHI EMPTUS EST HOC AERE AENEAQUE LIBRA. Deinde aere percutiens libram, aes alteri dabat. Unde eleganter Horat. lib. II. ad Florum Epist. II. 158.

Si proprium est, quod quis libra mercatur & aere.

Illud magis observandum, quod Cajum & Lucium domi adoptatos dicit, & quidem per aes & libram a patre emptos; sequenti vero cap. tertium nepotem Agrippam, & privignum Tiberium in foro, idque lege Curiata. Cujus diversitatis ratio est, quod illi, cum adhuc in patris essent potestate, solo ejus consensu per mancipationem rite factam Augusto tradi poterant, quae proprie adoptio est: hi vero, morte parentum suorum jam patres familias effecti, non nisi in foro, consensu populi, coram pontificibus, lege Curiata, in alterius transire potestatem permittebantur. homo liber enim caput mutare nequit, nisi populo consentiente; cives quippe ipsius reip. sunt. Qua ratione Aristot. lib. v. De moribus, eum qui sibi vim infert, non sibi ipsi facere injuriam tradidit, sed civitati, cujus pars est. Simile autem exemplum apud Tacitum lib. XII. Annal. cap. 26. de adoptione Domitii: *Rogata*, inquit, *lex est, qua in familiam Claudiam, & nomen Neronis transiret*. & de Pisonis adoptione per Galbam lib. I. Hist. cap. 15. Atque haec quidem proprie *arrogatio* appellatur. De qua JCti nostri, praesertim Ulpian. tit. VIII. & tit. X. Cajus Institut. cap. v. Cic. orat. pro Domo sua ad Pontifices, Gellius lib. v. cap. XIX. De familiae vero mutatione per testamentum alibi diximus. Torr. An *domi*, id est, *in domum*? sicut dici solet *adoptare in domum & familiam*: ita *humi* saepe valet in humum. an potius haec vox a Tranquillo adjecta, ut id praeter consuetudinem factum indicaret. Cajus J. C. titulo VI. *Quae tamen mancipatio solebat ante praesidem fieri, modo ante curiam facienda est*. Casaub.

Per assem & libram] Libb. omnes & scripti & editi hanc lectionem habent. At docti viri affirmant legendum *per aes*, non *per assem*: quibus non assentior. quid enim? non ergo aliter loqui licet, quam *per aes & libram*?

Er-

assem & libram emtos a patre Agrippa: tenerosque adhuc ad curam Reipublicae admovit: & consules designatos circum provincias exercitusque dimisit. Filiam & neptes ita instituit, ut etiam lanificio adsuefaceret: vetaretque loqui, aut agere quidquam, nisi propalam, & quod in diurnos commentarios referretur. Extra-

Errarint igitur Graeci, qui ζωὰ καὶ ἀκρόδρυα vertunt. Neutiquam vero. Sed & illi & hic rem potius quam verba expresserunt: nam *aes* in hac formula vere assem notabat, ut Varro declarat lib. VIII. & Festus in *Rodus*. Atque hic est qui dicebatur in veteribus mancupiis *assis Cajanus*. Statius: IV. Sil. IX. 22.

Emptum plus minus asse Caiano.

Cajus JC. pro eo dixit, *unum aut duos nummos*. Casaub. *Per aes* Edd. Ald. & Steph. parum referre arbitror. sed, *per aes & libram* formulam usitatum magis sapit. Ovid. IV. ex Pont. XV. 42.

Meque tuum libra, novit, & aere minus.

ubi vide adnotata viris doctis. Burm.

Ad curam] Desunt Hulsiano. *Curae reipb. admovit* Copes. sed solet noster repetere praepositionem verbi ex ea compositi. sic *addere ad* Caes. XXIV. Aug. L. *adjicere ad* Caes. XXXVIII. & centies alibi. ita mox, *ad lanificium adsuefaceret* Codd. Torr. & Ed. Romana. Tib. I. *admotus ad munera*. Burm.

Et consules designatos] Tacitus I. A. 3. 3. *Genitos Agrippa Cajum ac Lucium, in familiam Caesarum induxerat: necdum posita puerili praetexta, Principes juventutis appellari, destinare consules specie recusantis flagrantissime cupiverat.* Casaub.

Lanificio adsuefaceret:] Duo MSS. *ad lanificium*. Torr. Egregium & in primis laudabile Graecorum & Romanorum institutum: cujus testes tot ferme sunt, quot scriptores in utraque lingua. Nos vero plura aliquando de his in accuratissimis rei vestiariae commentariis, si Deo visum, ut pridem inchoatum & prope affectum opus detexamus. Hanc porro Augusti disciplinam domesticam Carolus Magnus, Princeps aeterna memoria dignus, imitatus est: nisi Suetonium Eginhardus nimis imitatur. Sic ille: *Filias lanificio assuescere, coloque ac fuso, ne per otium torperent, operam impendere, atque ad omnem honestatem erudiri jussit.* Casaub. Quid mirum? usitatissimum olim Graecarum, Romanarum, Barbararum, trahere lanam. Neque tenuioribus tantum, sed & regiuis principibus, ut infinitis paene exemplis ostendimus ad Livii lib. I. cap. 57. Verosimile tamen est, post luxum & magnificentiam publicam privatamque istud quoque institutum migrasse ex atriis nobilium in casas tenuiorum, quemadmodum non uno quoque testimonio probavi in Suspicionibus nostris. Grut.

64. *Nisi propalam & quod in diurnos*] Sic & inter Nicostrati praecepta apud Stobaeum legimus: Ἀλλὰ καὶ περὶ σωφροσύνης πάλιν τοὺς οἰκέτας ἐθιστέον ὅπως ὅπως ὁμιλεῖν μηδενὶ ἐξέσται αὐτῶν πρὸς τὸ οὖς αὐτῇ διαλέγεσθαι λάθρα. οὐκοῦν δὲ καὶ σοῦ βλέποντος. ὃ γὰρ ἀκούειν οὐκ ἄγει τὸν ἄνδρα λυσιτελεῖ, αὐτοῦ καὶ ἄδικον, ἀλλ' ἐκείνῃ ταῦτα οὐ συμφέρει. ὁπότε δὲ ἐν οἰκίᾳ τὸ λάθρα διαλέγεσθαι ἀπήλασεν, πολλὰ ἐλπὶς ἐστι μὴ ἄν τινα τολμῆσαι τῶν θεραπόντων, μοιχικόν τινα τῇ δεσποίνῃ διακονήσασθαι. ἀκοῦσαι γὰρ ἀνάγκη τῆς δεσπότης, ὁ νόμος ἐστὶ πάντως φανερῶς διαλέγεσθαι. οὐδὲν γὰρ ἂν καὶ τοιῷδε ἅπασαι ἰσχύοιεν πρὸς τὸ ποιῆσαί τινα βίου σωφρόνως. *Quin etiam domesticos omnes hoc pacto sunt ad temperantiam assuefaciendi, ut nulli ipsorum confabulari, aut in aurem clam aliquis dicere concedatur, praesertim te vidente. Injustum enim & iniquum quidpiam, quod virum audire inutile est, id ne uxori quidem emolumento erit. Ubi vero clancularias collocutiones non locum habent in aedibus, bona spes est nullum ex famulis tam audacem fore, ut adulterum aliquem dominae conciliet. Omnino enim a domino audietur, si nefas sit aliter quam aperte loqui. Profecto in omnibus istis vim inesse scio ad efficiendum, ut aliqua honeste vivas.* Gruter. *Palam* Cod. Harlem. Edd. Venet. tres.

Et quod in diurnos commentarios referretur.] O virum! Stupeo enim ad hanc tam exactam domus Augustae disciplinam. Qui haec non mirantur, quid miraturi sunt ἐν τοῖς ὑπομνήμασι, equidem non video. *Diurni* illi *commentarii* sunt privatae domus Augustae ephemerides, quas servus vel libertus aliquis curabat; qui a memoria vel a commentariis dicebatur. At *diurni* illi *actus*, quos ipse quotidie in lecticula sua lucubratoria solitus conficere, alterius generis erant: continebant enim, quae ad imperii rationarium pertinebant. Mos iste

trancorum quidem coetu adeo prohibuit, ut L. Vinicio, claro decoroque juveni, fcripferit quondam, *Parum modefte feciffe eum, quod filiam fuam Bajas falutatum veniffet.* Nepotes, & literas, & natare, aliaque rudimenta per fe plerumque docuit: ac

a Graecis ortus: quorum tamen folutior femper quam Romanorum difciplina fuit. Exftat apud Lucianum in Demofthenis encomio Philippi regis Macedonum cum Antipatro familiare colloquium, quod defcripfiffe ait ille ex commentariis domus regiae Macedonum, in quae forte fortuna inciderat. Habetur etiam apud Plutarchum in Alexandro pars noviffima diurnorum commentariorum magni illius Principis. Lege etiam Aelianum libro tertio, cap. XXIII. Ephemeridas Alexandri quinque libris olim perfecutus erat Strattis Olynthius. vide & Philoft. in Ariftide Adrianenfi. CASAUB. *Quod* deeft Memm. *in diuturnos* Edd. Copef. & Harl. Exc. Cujac. Ed. Venet. pr.

Coetu] *Coetum* Hulf.

L. Tunicio,] Sic Beroaldi editio, & pleraeque aliae, uti & in uno exemplari noftro MS. Alii codd. *Vicinio*, & *Vicino* habent, unde *Vinicio* fecit Frobenius. Sunt etiam qui *L. Titinio* reperiri affirment. Et Titinia quidem gens Romana eft, ut ex nummo C. Titinii cujufdam oftenditur: verum cum Sueton. juvenem hunc clarum, decorumque appellet, mallem Vinicii nomen ipfi tribuere. Vinicii enim, quanquam Calibus orti, & equeftri tantum familia, ut Vellejus tradit, fub Augufto plurimum floruerunt. nam M. & P. Vinicii confules fuere, Marco vero etiam decreta ornamenta triumphalia ex Germania. De Publio celebre Augufti dictum, ingenium eum in numerato habere. Vinicii etiam Augufti convivae mentio inf.



cap. LXXI. Exftat & Augufti a L. Vinicio III-viro monetali percuffus nummus cum hac infcriptione: S. P. Q. R. IMP. CAE. QUOD. V. M. S. EX. EA. P. Q. IS. AD. A. D. hoc eft, *quod viae munitae funt ex ea pecunia, quam is ad aerarium detulit.* TORR. V. C. habet *ut L. Vicinio.* fed fortaffe *L. Vinicio* fcribendum, de quo exftat memoria in Augufti denariis argenteis. URSIN. *L. Ticinio*, vetus editio Romana. In Viterb. *Lucinio*, fine praenomine. Liflaei, *Turinio.* Memmii & Pithoei, *Vicinio.* In tanta conftantia non invitus cum Torrentio fcribam *T.* vel *L. Vinicio.* CASAUB. Pal. pr. *ut Linicinio.* fec. *ut Lucinio.* tert. *ut Licinio.* Cum reftet in Torrentii Urfiniique libris, *Vinicio.* adfentiar & iifdem fcribentibus, *ut Lucio Vinicio.* GRUT. *Vicinio* vel *Lucinio* Memm. *Vicinio* Codd. Periz. Harl. Ed. Venet. pr. *Turinio* Exc. Cujac. *Licinio* Copef. *L. Tucinio* Edd. Rom. Venet. fec. & tert. Bonon. Lugd. Junt. Ald. Steph. Bafil. & reliquae recentiores praeter Bafil. pofter. quae *L. Vinicio*; quod rectum puto. *Vinicio* Confuli infcripfit libros fuos Vellejus Paterc. ubi vide notas doctorum virorum. & inf. LXXI. BURM.

Et litteras & natare,] Notum omnibus proverbium, μήτε νεῖν, μήτε γράμματα, non minus Romanis quam Graecis ufurpatum: altera enim pars animi, altera corporis curam cultumque refpicit. nandi enim vocabulo cetera id genus exercitia continentur. Utrumque igitur nepotes fuos, quos ad tanti fpem alebat imperii, ipfe per fe docuit Auguftus, nec majus ullum bonum. Sic autem per fe docuit, ut aliis etiam magiftris uterentur. Qualis tunc Lollius ille, ad quem non una Horatii epiftola. Quae fane ratio me movet, ut Jufto Lipfio non affentiar, Elect. II. cap. XVII. & libello de recta pronunciat. ling. Lat. cap. II. (& Cent. I. Epift. ad Belg. 27.) pro *natare* hic *notare* reponenti, hoc eft, notas intelligere, aut notis fcribere. Quod verbum eo fenfu mihi quidem peregrinum eft. Et notis fcribere, ut Augufti aetate fuerit receptum, litterarum ftudio comprehenditur. Jungatur Suetonii de Caligula locus cap. LIV. *Hic tam docilis ad cetera, natare nefciit.* nempe enim turpe hoc in Romano Principe. Et peregregie Terent. Eun. III. II. 23. *Fac periculum in litteris, fac in palaeftra, in muficis: Quae liberum fcire aequum eft, folertem dabo.* Ad palaeftram porro fpecta: & natatio. TORR. Conftantiffime omnes antiqui praeferunt hanc fcripturam: *natare*, inquam, non *notare.* quae tamen lectio non ita abfurda, ut quibufdam eft vifa. Prudentius: II. περὶ στεφ. 21.

Ra-

ac nihil aeque elaboravit, quam ut imitarentur chirographum suum. Neque coenavit una, nisi ut in imo lecto adsiderent: neque iter fecit, nisi ut vehiculo antei-

Raptimque punctis dicta praepetibus sequi, & 36.

Fictis notare verba signis imbuens.

Quod autem pueri ludum frequentarent, ut notis scribere discerent, quod indicat hic Suetonius, declarant ejusdem Prudentii verba ibid. vs. 22.

—— magister literarum sederat,

Verba notis brevibus comprendere cuncta peritus. CASAUB.

Haud aliter Pall. tres. adeo ut nequeam accedere Lipsianae conjecturae, *notare*, ob caussas productas Torrentio in commentariis. GRUT. *Notare* maxime ex Lipsii conjectura fluxit, qui tamen lib. v. de milit. Rom. Dial. XIV. quia Cato idem fecisse narratur, vacillat, & ,ut videtur, obloquentibus cedens *natare* tolerat. sed tamen invitus conjecturam dimittit. At mihi prorsus indignum majestate Augusti videtur, ut per se doceret in Tiberi publice natare nepotes; ibi enim se natando exercuisse notum est. nec usquam de Augusti studio natandi aliquid legitur; nec de piscinis hic aliquis somniet, in quibus doceret nepotes natare. praeterea quum corpore esset imbecilli, & coxendice, & femore & crure sinistro tam parum valeret, ut saepe inde claudicaret, an verosimile est illum natandi studio fuisse delectatum? domi vero, ut vacabat erudiendis nepotibus & formandis, ita non dedignabatur ad ipsa rudimenta descendere, in quibus etiam singularia multa adfectabat, ut de studio ejus scribendi, Orthographia & notis noster infr. cap. LXXXVIII. multis agit: & hoc sequens mentio *Rudimentorum* & *Chirographi* exigit. *literas* ergo notat communem scribendi formam; *notare* per notas scribendi notitiam. Propugnavit *vi natare* Boxhorn. in Epistola longa & erudita ad Blaespilium pag. 248. & seq. ubi, si quid mutandum esset, mallet, *nepotes & literas, ut natare, aliaque rudimenta per se plerumque docuit.* sed non video quid novae sententiae hinc Suetonii accedat; sed id factum, ut eluderet vim argumenti ex Chirographo, quod pro *notare* inde deducitur. quod vero *notare* hoc sensu peregrinum Torrentio videatur, exempla alia produxit Turnebus lib. v. Adv. 5. ex Quinctiliano & ex nostro in Galb. cap. v. BURM.

Nihil aeque laboravit] *Elaboravit* habent tres codd. *Chirographum* autem *imitari* dixit, quod Cicero *manum se Alexis amare*. Sic *chirographum Augusti* inf. cap. LXXXVII. Adde locum Ner. cap. LII. TORR. Non debuit fastidiri trium Torrentianorum, *elaboravit*. Est enim Ciceroni frequens *elaborare* pro laborare. GRONOVIUS. *Elaboravit* Codd. Memm. Periz. Harl. Copes. & Exc. Cujac. Edd. Roman. & omnes veteres. praeter Basil. poster. Ant. Gryph. & recentiores. *e* absorptum ab ultima litera in *aeque*: nihil vero attinet hic de *vi elaborare* multa congerere, obvia & nota. BURM.

Quam ut imitarentur chirographum suum.] Credo, quia eorum opera in scribendis secretioribus epistolis uti destinabat; non enim legimus Augustum eorum ministerio usum, qui e re appellabantur *a cura epistolarum*, vel *ab epistolis*: etsi habuit *a manu*, ut Thallum. Vide etiam Horatii vitam a Suetonio scriptam. CASAUB. *Cyrographum* Memm. qui tamen codex inf. cap. LXXXVIII. nihil differt a vulgatis.

In imo lecto] Libb. MSS. quatuor *in uno lecto*, male: unus vero *nisi imo lecto* sine praepositione *in*. Probaverim legi, *nisi ut imo*, ut mox, *nisi ut vehiculo anteirent.* Iterum Claud. cap. XXXV. *Nisi ut speculatores cum lanceis circumstarent.* Valer. Max. lib. II. cap. II. *Feminae cubantibus viris sedentes coenitabant.* Hoc ergo est, quod *assidendi* verbo utitur Sueton. Nam quod *imo lecto* adjecit, de eo sic idem Claud. cap. XXXII. *Cum pueris, puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes vescerentur.* Vide, quae ad Horat. notavi lib. II. Sat. ult. *secutis omnibus imis.* TORR. Eginhardus: *Filiorum & filiarum tantam in educando curam habuit, ut nunquam domi positus sine ipsis coenaret, nunquam iter sine illis faceret.* CASAUB. *Ut* deest Edd. Roman. Doleti. Basil. Plant. & Torr. *in uno* Periz. Copes. Harl. Edd. Rom. Venetae tres, Bonon. Lugd. *Nisi ut imo* corrigebat olim Lips. ad Tacit. XIII. 16. hic adsidendi vero modus optime conspicitur in marmore Oxoniensi part. I. ins. 76. p. 129. BURM.

Lae-

65 teirent, aut circa adequitarent. Sed laetum eum atque fidentem, & sobole & disciplina domus, Fortuna destituit. Julias, filiam & neptem, omnibus probris contaminatas, relegavit. Cajum & Lucium in duodeviginti mensium spatio amisit ambos, Cajo in Lycia, Lucio Massiliae defunctis. Tertium nepotem Agrippam, simulque privignum Tiberium adoptavit in foro, lege Curiata. Ex quibus Agrippam, brevi, ob ingenium sordidum ac ferox, abdicavit, seposuitque Surrentum. Ali-

Laetum eum] Et hic *eum* abesse malim, natum ex ultimis literis vocis antecedentis. vid. inf. LXVIII.

65. *Julias, filiam & neptem*,] Liber opt. *& filiam & neptem.* Torr. Filiam quidem in insulam Pandateriam. Dio in anno DCCLVIII. neptem vero in insulam Trimerum, haut procul Apulis littoribus. Tacitus lib. IV. Annal. 71. 5. Casaub.

Amisit ambos,] De his optime Zonaras, addens Liviam & Tiberium non caruisse suspicione. Unde Plin. lib. VII. cap. XLV. *Accusatae liberorum mortes, luctusque non tantum orbitate tristes. liberos* enim Cajum & Lucium intelligit. Torr. Adi historicos, imprimis Vellejum II. 102. In definitione temporis nonnullus mihi scrupulus, quem evelli cupio magis quam possum evellere. Casaub. *Mensum* Exc. Cujac. ita apud Censorin. cap. XXII. & alibi, Codd. Lindenbrogii. supr. *mensuum* cap. XL. *in Massilia* etiam Hulsianus. Burm.

Lege Curiata] Parco libenter viventium nominibus, libentius autem mortuorum. Citantur namque a commentatoribus passim auctores, qui Curiatae legis meminerint. nec tamen quid illa sit explicatur. Tu ex selectis nostris in Ciceronis Epistolas, quae primus ipse, quod sciam ediderim, pete, nec enim injucunda fuerint. Egnatius.

Ob ingenium ferox abdicavit,] Quinctilian. Declamat. institutam tradit abdicationem contra filiorum ferociam, qua vivo scilicet adhuc patre & bonis paternis privantur, & ab omni filiorum jure repelluntur. Dion & Zonaras abdicatum prius ob morum pertinaciam, in insulam quoque relegatum tradunt, pecunia ejus relata in aerarium militare, de quo sup. cap. XLIX. Torr. Suspicor legendum, *stolidum ac ferox*, vel *horridum ac f.* Nam quae tantae sordes esse potuerint, ut propter eas pater in filium tantas iras conciperet? Tacitus I. A. III. 6. *Nepotem unicum Agrippam Postumum in insulam Planasiam projecit: rudem sane bonarum artium, & robore corporis stolide ferocem, nullius tamen flagitii compertum.* Sic apud Livium libro VII. duae illae voces junguntur, & apud veterem Juvenalis Scholiasten bis. Caussam abdicati Agrippae omnium optime declarat Dio in anno DCCLX. Casaub. *Sordidum* Pall. tres. Gruter. Casaubonus mallet *horridum*. At si ejusmodi Agrippae huic ingenium, quare de illo Tacitus Ann. I. 3. *nullius eum flagitii fuisse compertum*? Ergo receptam lectionem ne muta. Sordidius & abjectius, ac principalis domus magnitudine interius simulque ferox ingenium fecere, ut abdicatus ab Augusto Surrentum seponeretur. *Sordidi* dicuntur etiam, qui ex maximis nati, & ad maxima destinati, ab inferioribus atteri sese patiuntur. *Atteri sordidum* arbitrabatur Tacit. vid. Agric. cap. IX. Boxhorn. Codex Salmas. *scordalum & ferox.* atque ita legendum judicabat Salmas. Gloss. Isidori: *Scordalus, ferox.* Seneca Epist. LV. *Adjice nunc scordalum & furem deprehensum.* Petronius: *Nactus occasionem vindictae, Eumolpum excludo, redditaque scordalo vice.* Non potest autem deduci a σκόρ: est enim σκόροδον, a Graeco σκόροδα vel σκόροδον. Gallis gallinaceis, ut magis audaces & pugnaces redderentur, rostra allii succo ungebantur, qui & vocabantur ex eo *scordali*. Inde pro audace haec vox vulgo trita est. Schildius. *Scordalum* non ex Memmiano, sed ex conjectura Salmasii profluxisse censet Gronovius, nec ideo admisit, & certe non praeteriisset Casaubonus, si in codice reperisset sed vellem ingenium *sordidum* convenisse Agrippae ostendisset, & ideo mereri potuisse abdicationem: certe rectius tunc cum Casaubono legeretur *horridum*, quod & Heinsius probabat: ut ita Caligulae cap. L. dat vultum *horridum*, & hae voces saepe commutatae inter se fuerunt. vid. ad

Aliquanto autem patientius mortem, quam dedecora, suorum tulit. Nam Caji Luciique casu non adeo fractus, de filia, absens, ac libello per quaestorem recitato, notum senatui fecit: abstinuitque congressu hominum diu, prae pudore: etiam de necanda deliberavit. Certe quum sub idem tempus una ex consciis liberta, Phoebe nomine, suspendio vitam finisset: *Maluisse se*, ait, *Phoebes patrem fuisse.*

ad Ovid. IV. Fast. 847. de Scordalo vide Scriver. ad Senec. epist. LVII. & commentatores ad Petron. cap. XCV. *Sordidum* posset exponi, quale fuit Claudio ingenium, qui in hominum *sordidorum contubernio* familiariter vivebat, & in popinis & tabernis adsiduus erat. vid. Claud. V. & XL. & ideo nihil hic facile mutarem. BURM.

- *Aliquanto*] *Aliquando* Cod. Harl.

Fractus] *Factus de filia* Exc. Cujac.

Per quaestorem] Sic Ner. cap. XV. *Orationes ad senatum missas, praeterito quaestoris officio, per coss. plerumque recitabat.* & Tit. cap. VI. *Orationesque in senatu recitaret etiam quaestoris vice.* Tacit. lib. XVI. 27. *Oratio Principis per quaestorem ejus audita est.* Vellejus etiam Paterculus lib. II. 124. se fratremque suum eo functos officio scribit. Sed & *candidati Principis* vocabantur, Ulpian. l. I. De officio Quaest. Dion lib. LIV. & LV. communi nomine ταμίας appellat. Quia vero Augustum scribit hic Sueton. filiae suae probra etiam senatui peculiari libello indicasse, omittere non possum, quin Plinio eadem de re loquenti, sed corrupto, ni fallor, opem feram. Igitur lib. XXI. cap. III. *Apud nos* (inquit) *exemplum licentiae hujus non est aliud, quam filia Divi Augusti, cujus luxuria noctibus coronatum Marsyam litterae illius dei gemunt.* cum ex codice meo MS. legendum sit *litterae illius describunt.* Augusti nimirum, sive hunc ad senatum libellum, sive ad alios amicos litteras intelligit, quibus ille conquerebatur de illata Marsyae per filiam injuria, quod non eloquentiae, ut alii, sed libidinis suae coronas ei contulisset. nam ad Marsyae statuam judicia fere exercebantur. Rem autem omnem apertissime narrat Seneca lib. de Beneficiis VI. cap. 32. Ac scio equidem amicissimo M. Antonio Mureto ad hunc ipsum Senecae locum probatum, & expositum *illius Dei*, quod nec me quidem, qua mente dictum scriptumque, fugerat; sed parum hic mihi quadrare visa ambitiosa ea nomenclatura, maxime cum praecedat, & paucis adeo ante verbis, *filia Divi Augusti.* Neque eum juverit, quod ex ejusdem Plinii lib. VII. cap. XLV. advocatur, *Deus ille, coelumque nescio adeptus magis, an meritus*, &c. non enim hoc agitur, ut Augustus Deus audisse approbetur, quod latere potest neminem, sed quid quoque loco, inquam, conveniat. Alius est autem Pliniani hujus loci Genius, ut sic dixerim, quam prioris. TORR.

Notum fecit,] Pro significavit, ἐδήλωσε, sive ἐγνώρισε. ERASM. Simile fere Virgil. III. 179. *Anchisen facio certum.* ita noster & inf. LXXXIX. & Gram. II. & *notum facere* & *habere*, in l. XXIII. & XXVIII. ff. depositi, & ita saepe JCti. *Certum habere* etiam noster supr. XLII. deinde *diu* aberat Harlem. codici. BURM.

Notum senatui fecit:] Et poenituit: ut fere in iis accidit, quae suadente ira facimus. narrat Senec. VI. Benefic. CASAUB.

Etiam de necanda deliberavit.] Obscure innuit Tacitus I. A. 6. his verbis: *Augustus in nullius unquam suorum necem duravit.* CASAUB.

Liberta Phoebe] Recte sic Pulman. cum plures libri aut *Fede*, aut *Foede* habeant. Phoeben vocat etiam Dion. Sed & Phoebus liberti Neronis nomen apud Tacitum lib. XVI. & in antiquo quodam marmore. TORR. Ex Dione scribendum videtur, *Phoebe* hic, & paulo post *Phoebes*, quae Juliae liberta fuit. URSIN. Constanter MSS. *Foede*, & *Foedes* mox: placet tamen *Phoebe*, ut apud Dionem. CASAUB. Constanter & nostrae membranae *Fedae*, aut *Foedae*: iisdem omnibus cum abesset *nomine*, id abjeci, quamvis de eo tacerent commentatores, extaretque in Edd. prioribus. GRUT. *Foede*, & *Foedes* Mem. Periz. & alii Codd. & Edd. Veter. quae vel *Foedes*, & *Fedes*, vel secunda manu etiam *Foede* habent, ut Exc. Cujac. & mox *Fedes*, quae & *nomine* omittunt. in Copes. *Foede* & superscriptum *Poene.* sed recte Basileenses posteriores, & aliae *Phoebe:* quo nomine, ut solebant ex antiquitate repetito, plures ancillae & libertae, & *Phoebi* servi dicti fuere. vid. ad Ovid. VIII. Ep. 77. talis erat ministra Ecclesiae primae, me-

fuisse. Relegatae, usum vini, omnemque delicatiorem cultum ademit: neque adiri a quopiam liberto servove, nisi se consulto, permisit: & ita ut certior fieret, qua is aetate, qua statuta, quo colore esset, etiam quibus corporis notis vel cicatricibus. Post quinquennium demum ex insula in continentem, lenioribusque paullo conditionibus, transtulit eam: nam ut omnino revocaret, exorari nullo modo potuit, deprecanti saepe populo Romano & pertinacius instanti, *tales filias talesque conjuges* pro concione imprecatus. Ex nepte Julia, post damnationem, editum infantem agnosci alique vetuit. Agrippam nihilo tractabiliorem, immo in dies amentiorem, in insulam transportavit, sepsitque insuper custodia militum. Cavit etiam senatusconsulto, ut eodem loci in perpetuum contineretur: atque ad omnem & ejus & Juliarum mentionem ingemiscens, proclamare etiam solebat:

Αἴθ' ὄφελον ἄγαμός τ' ἔμεναι, ἄγονός τ' ἀπολέσθαι!

nec

memorata Epist. ad Roman. XVI. I. quae forte etiam libertinae conditionis fuit, ut alios eodem capite ex illo ordine fuisse puto. forte etiam cogitandum, an haec *Phoebe* memoretur in lapide apud Gruter. DXCV. 2.

SECVRITATI SACR.
IVLIA. PHOEBE. SIBI. ET.
TI CLAVDIO NARDO
ET ARPOCRAE AVG. LI
BERTIS. PROCVRATOR.
CONIVGIBVS. SVIS.

Nisi sit vel filia ejus, vel alia sub Claudio vivens, quia inf. in Claud. c. XXVIII. inter ejus libertos *Arpocras* memoratur, de quo vide Castal. Decur. VII. Obs. I. *nomine* deest Venetis tribus. Junt. & Arg. BURM.

A quopiam] *A quoquam* Codd. Periz. Harl. Copel. & Edd. a Romana usque ad Casaub. *servoque* etiam omnes praeter recentiores, ut Plantin. & alias.

Etiam quibus corporis notis] Quorsum? an ut inde forte adulterinos postea partus cognosceret? Atqui Agrippae omnes dum vixit, similes fuere, quamvis illa tum quoque vulgo corporis sui potestatem faceret, quod, ut de ea re mirantibus respondebat, non nisi navi plena tolleret vectorem. Macrob. lib. II. cap. V. TORR. Quorsum? an ut inde forte adulterinos postea partus cognosceret? quaerit vir doctus. ridicule prorsus, mea quidem sententia, quam pluribus & ostendi & stabilivi in Suspicionum libellis. GRUT.

Ex insula in continentem] Tacit. lib. I. Pandataria primum insula, mox oppido Rheginorum, qui Siculum fretum accolunt, clausam scribit. TORR.

Lenioribusque] *Levioribusque* Cod. Hulf. Edd. Rom. Bonon. Lugd. Junt. Ald. Steph. Arg. Paris. vid. sup. cap. LI.

Deprecanti populo] Factum illud putaverim in theatro, in circo, in ludis publicis, ut alibi ostendi in notulis nostris ad Tacitum. GRUT. *Pertinantius* Ed. Rom.

Imprecatus est] Tres codd. non habent *est*, nec displicet puncto post *potuit* in sectionem commutato, & *deprecanti* minusculo *d.* & mox *eodem loci*, pro *eodem loco*. TORR. *Est* addiderunt Junr. Ald. Basil. Steph. & recentiores.

Agnosci] *Adcognosci* Cod. Memm. quod placuit Gronovio. & ita idem Cod. in Claud. cap. X. & occurrit hoc verbum apud Petron. cap. LXIX. & Quinctil. Declam. CCCXXXIX. ubi vide notas. *adagnosceret* notandum ex codice Schefferi monet Gronovius ad Gell. XII. 2. juris vero speciem inde arcessit Aurelius ad Tacit. I. Ann. pag. 25. quia ex Agrippa fratre erat partus incestuosus. BURM.

Nihilo] *Nihilo minus* Copel.

Cavit etiam Senatusconsulto,] Cujus etiam exstat apud Tacitum mentio. CASAUB.

Eodem loci] *Loco* Codd. Periz. Harlem. Edd. Roman. & veteres omnes fere ad Casaubon. quem secutus & Gronovius, quasi in Memmiano exstaret. ita & Calig. LIII.

Ἄγαμός τε μένειν,] Sic vulgati libri, & unus MS. Pulm. ἔμμεναι, edit. Frobeniana μένειν, ut in trib. MSS. Scribendum ἄγαμός τ' ἔμμεναι. Versus est ex III. Iliad. 40. TORR.

Neque

nec aliter eos adpellare, quam tres vomicas, aut tria carcinomata sua. Amicitias 66 neque facile admisit, & constantissime retinuit: non tantum virtutes ac merita cujusque digne prosecutus, sed vitia quoque & delicta dumtaxat modica perpessus. Neque enim temere, ex omni numero, in amicitia ejus adflicti reperientur, praeter Salvidienum Rufum, quem ad consulatum usque; & Cornelium Gallum, quem

Neque aliter eas appellare,] Melius MSS. tres, *eos*. nam & Agrippam comprehendit. Item, *ac tria carcinomata* pro *aut*. TORR. *Eos* Cod. Memm. Ed. Bonon. *Eas* Codd. Harl. Periz. & Edd. Roman. & veteres omnes: sed Agrippa praevalet duabus feminis, in genere exprimendo. quare *eos* reduxi. *illos* ex Casaub. videtur fluxisse in Raphelengianam, & sequentes: *tris* etiam Memm. *ac tria carcinomata* Copes. Ed. Rom.

Tres vomicas & carcinomata sua.] Agnosce magni Principis frontem non philosophicam: nam sapientius Stilpo, qui cum filiae impudicitiam loco probri audiret objici: *Illa vero*, inquit, *non magis dehonestamento mibi est, quam ego illi honestamento.* Graeci melius: Τῆς θυγατρὸς δ' αὐτῷ πρώτως βιούσης, εἶπέ τις αὐτῷ τὸν Στίλπωνα, ὡς καταισχύνοι. ὁ δὲ, οὐ μᾶλλον, εἶπεν, ἢ ἐγὼ ταύτην κοσμῶ. CASAUB.

66. *Et constantissime*] Pal. pr. *sed constantissime*. GRUTER.

Et non tantum virtutes] Dele &. sic enim plures MSS. Ad hunc vero Augusti morem respexit haud dubie Horat. Sat. III. lib. I. *Amicus dulcis, ut aequum est.* CASAUB. *Et non tantum* Codd. Periz. Harlem. Hulf. & Edd. a Romana omnes veteres. ignorant novitiae post Casaubonum. *virtutem* Harl. & Edd. eaedem, usque ad Basil. quas secuti Gryphii, Colin. & reliqui. *virtutis* Doleti.

Sed vitia quoque & delicta duntaxat modica perpessus.] Glossographus: *Dumtaxat*, μόνον καὶ μέχρι τούτου. ἀλλαδή. Postremam interpretationem huic loco aptaverim. In membr. scriptum erat, *sed vitia quoque duntaxat, & modica delicta perpessus.* ex eo adducor, ut ita censeam legendum, *nec vitia quoque duntaxat, sed & delicta modica perpessus.* CASAUB. Idem Pal. transpositione, *sed vitia quoque duntaxat, & delicta m. p.* At est in tert. *quam vitia quoque, & delicta duntaxat.* GRUTER. Adducor ut ita censeam legendum, *nec vitia quoque duntaxat, sed & d licta m. p.* SCRIVER. Hoc est, delicta si non omnia, certe modica. Sic sane ἀλλαδή & Graecis, per quam vocem interpretatur particulam *duntaxat* Glossarium. In quo acquiescendum, nec cum summo viro de mutatione hic cogitandum. GRONOVIUS, quem vide ad Senec. V. de Benef. cap. 2.

Reperientur] *Reperirentur* Codd. Harl. Hulf. & Periz. Edd. Rom. Venetae tres, Lugd. Junt. Basil. Gryph. Arg. Plant. vid. ad Caes. LXXV.

Salvidenium Rufum,] Sic libri MSS. aut *Salvidenum*, sed perperam, pro *Salvidienum*, ut Allienus, Nasidienus, Pupienus, Gallienus, a Salvidius, Allius, Nasidius, Pupius, Gallius, & similia. Hujus vero Salvidieni, praeter alios illorum temporum scriptores meminit etiam Seneca lib. de Clementia. Refert Dion. lib. XLVIII. cum obscurissimo genere natus esset, pascenti gregem flammam e vertice emicuisse, ac proinde ad tantam venisse dignitatem, ut necdum senator consul ab Augusto designaretur, utque fratris ejus funus ponte in Tiberi structo efferretur. Tandem vero accusatum in senatu tanquam Caesaris, & populi Rom. hostem, jugulatum fuisse. Adde, si lubet, epitomen Livii lib. CXXVII. Sed & Brutus, sua illa praeclara ad Atticum epistola, quam obnoxius etiam tunc temporis Octaviano fuerit, ostendit. male tamen ibi quoque *Salvidenus* scribitur. Cornelius vero Gallus, primus Aegypti praefectus, neque ipse fortunam ferens, similem ferme exitum sortitus est. De quo Dion. lib. LIII. & Euseb. Chronicis, & Ecl. X. Virgilius. TORR. *Salvidenium* Codd. omnes nostri, Edd. Venet. & omnes fere. etiam Basil. & Ant. Gryph. *Salvidenum* Roman. *Salvidenum* Seb. Gryph. *Ruffum* Rom. Venetae, & Bonon. vide similes variationes in hoc nomine apud Vellej. Paterc. II. 59. & apud Senec. I. de Clement. 9. *Salvidienus Orfitus* infra in Neron. XXXVII. & Domit. X. *M. Salvidienus* apud Vopisc. in Saturn. cap. X. BURM.

Et Cornelium Gallum,] Cui praenomen alii tri-

quem ad praefecturam Aegypti, ex infima utrumque fortuna, provexerat. Quorum alterum res novas molientem, damnandum senatui tradidit: alteri ob ingratum & malevolum animum, domo & provinciis suis interdixit. Sed Gallo quoque & adcusatorum denuntiationibus & senatusconsultis ad necem compulso, laudavit quidem pietatem tanto opere pro se indignantium: ceterum & illacrimavit, & vicem suam conquestus est, *quod sibi soli non liceret amicis, quatenus vellet,*

tribuunt *Cnaeus*, ut Eutropius: alii *Cajus*, ut Eusebius in Chronic. & Paeanius apud Eutropium: alii *Aelius:* sic enim Straboni nominatur, & Josepho quoque Γάλλος Αἴλιος Orig. XV. Hoc verius: neque aliter magnus Galenus in libris de Antidotis: ubi de hoc Gallo plura. CASAUB. Fallitur Casaubonus, scribens hunc etiam dictum Aelium Gallum. Nam ita res comparata fuit. Cornelius Gallus Poëta primus fuit Aegypti praefectus, Cornelio Gallo successit Petronius, Petronium excepit Aelius Gallus. Consule Vales. ad Ammianum Marcellinum p. 159. Vossium de natura Rhetorices p. 188. ORTWYNIUS. Vide etiam Serv. ad Virg. IV. Georg. 1. BROUCKH. diximus de Gallo ad Ovid. II. Amor. IX. 73. recte vero Cl. Graevius docuit confundi a Casaubono Corn. Gallum & Aelium. vid. & Vales. ad Amm. Marc. XVII. 4. multa quoque de hoc Poëta collegit nuper vir doctus Michelangelus Zorza Vicentinus in Epistolis eruditis Patavii A. 1726. editis pag. 244. & seq. Dacierius in novis ad Massoni vitam Horatii animadversionibus p. 100. & seq. male in Ovidii loco *amicum* Galli Augustum esse censet, quod nos satis refutasse credimus. in collectione Historica Anonymi apud Canis. tom. II. Var. lect. p. 819. Ed. novae legitur, *ab Augusto Aegyptus fit Romana provincia, quam primus tenuit Consul Cornelius.* BURM.

Alterum res novas molientem damnandum senatui tradidit:] Dio libro XLVIII. & Appianus Ἐμφυλ. V. CASAUB.

Ob ingratum & malevolum animum,] Non ergo satis ad fidem historiae Ammianus Marcell. lib. XVII. eum lege. Ovidius propter linguae petulantiam periisse vult videri, cum per ebrietatem de Augusto temere quaedam effutisset:

> *Nec fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo:*
> *Sed linguam nimio non tenuisse mero.*

Nec abhorrent verba Dionis: Πολλὰ καὶ μάταια ἐς τὸν Αὔγουστον ἀπελήρει. Usque adeo verum est, quod dixit scenicus Philosophus: Ἀχαλίνων στομάτων τὸ τέλος δυστυχία. Et quod magnus Plato bis inculcat: Κούφου πράγματος, λόγου, βαρυτάτη ζημία.. *Verba, rem levissimam, poena sequitur gravissima.* CASAUB. *Alterum ob* Cod. Huls. *malivolum* Codd. Memm. Periz. Harlem.

Domo & provinciis suis interdixit.] Dignus mos generositate Romana, palam indicere inimicitias & domo interdicere. Livius, Cicero, Seneca, alii, testes. Eo more Augustus adversus Gallum usus, non ut Imperator, sed ut privatus, nisi quod ad provinciarum interdictionem: nam istud quidem jam non amplius civile. Dio lib. LII. sic vertit: Ἠτιμώθη ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου, ὥστε καὶ ἐν ταῖς ἐκείνου αὐτοῦ κωλυθῆναι διαιτᾶσθαι. Omisit Graecus scriptor *domo:* incogitantia fortasse prisci moris. CASAUB. Menard. ad Cicer. Divinat. cap. ult. putat mendum esse in voce *provinciis*, & *congressibus* vel *salutationibus*, vel simile quid desiderari. sed quum diviserit cum populo provincias Augustus, ut cap. XLVII. dicitur, *suis* provinciis interdixit, non populi, quasi in illas jus non haberet. erravit quoque Menardus secutus Beroaldum & Sabellicum, qui haec de Salvidieno acceperant, quum ex Dionis loco pateat de Gallo hoc dici. caussa erroris fuit, quod bis *alterum* hic positum perverse ceperint, ut saepe factum: vid. ad Quinctil. IX 2. & alibi saepe. hunc errorem jam Calvinus in commentario ad Senec. I. de Clement. cap. IX. refutaverat. BURM.

Laudavit quidem pietatem] Maledicere Principi crimen *impietatis*, contrarium affectum *pietatem* nominant historici. Tacitus in simili Tiberii mimo Annal. lib. III. 51. *Id Tiberius solitis sibi ambagibus apud senatum incusavit, cum extolleret pietatem quamvis modicas Principis injurias acriter ulciscentium, deprecaretur tam praecipites verborum poenas.* CASAUB.

Quatenus] *Quoties.* Cod. Periz. a manu prima, sed in marg. *quatenus.*

let, *irasci*. Reliqui potentia atque opibus ad finem vitae, sui quisque ordinis principes, floruerunt: quamquam & offensis intervenientibus. Desideravit enim nonnumquam, ne de pluribus referam, & M. Agrippae patientiam, & Maecenatis taciturnitatem: quum ille ex levi rigoris suspicione, & quod Marcellus sibi anteferretur,

Ad finem vitae suae cujusque ordinis] Melius MSS. duo, & edit. Frobeniana, *sui quisque ordinis principes*. TORR. *Reliqui potentia atque opibus ad finem vitae, sui quisque ordinis principes floruerunt.* ita legendus & interpungendus hic locus ex V. C. URSIN. *Vitae suae cujusque* omnes veteres ad Basileenses posteriores, quas secuti, Casaubonus, Scriverius & alii, qui *quisque:* & jure. sic supr. cap. LX. *in suo quisque regno*. cap. XLVI. *in sua quique colonia ferrent*, & alibi. *floruerunt principes* Copes. BURM.

M. Agrippae patientiam,] Plin. lib. VII. cap. VIII. & XLV. illic inter Agrippae incommoda praegrave soceri servitium, hic vero inter Augusti adversitates suspecta Marcelli vota, ac pudendam Agrippae ablegationem enumerat. Et Sueton. quidem hoc loco, cum ex levi suspicione rigoris abiisse Agrippam Mitylenas scribit, satis cum Plinio consentit, *rigorem* vocans quod alter *servitium*, sed in eo dissentit, quod ultro abiisse narrat, quem Plin. *ablegatum* ab Augusto significat. Dion extremo lib. LIII. sic historiam recenset, ut neque sponte abierit, neque ab Augusto ablegatus fuerit; sed orta inter Marcellum atque ipsum simultate, ne, si uno ambo manerent loco, contentio cresceret, in Syriam missus, Lesbi permanserit. Cum itaque, sive Suetonium, sive Dionem sequimur, nulla Augusti ne levissima quidem culpa id factum fuerit, cumque Plin. Augusti illic, non Agrippae infortunia commemoret, locus mihi de mendo suspectus est, ut pro *ablegatio*, *alienatio* legendum esse existimem. Quam propterea pudendam vocat, quod pudorem Agrippae attulerit, Augusto nihil tale de ipso merente. Occasionem fortassis errori dedit, quod non prorsus imperitus aliquis Plinium de Postumo Agrippa relegato illic quoque loqui existimans, cum *alienatio* scriptum repperisset, *ablegatio* scribendum esse crediderit. Adde Suetonium Tib. cap. X. TORR. *Impatientiam* Codd. Mem. & Cujac. sed alii omnes scripti & editi *patientiam*; recte: non enim desideramus in aliquo vitia, sed virtutes, quae desunt. vid. etiam. ad Aur. Vict. Epit. cap. I. §. 16. *potentiam* Copes. *Maecenati* etiam Exc. Cujac.

Maecenatis taciturnitatem:] Atqui Horat. Maecenatis sui taciturnitatem commendare videtur, cum negat de aliis secum ipsum colloqui II. Sat. VI. 46. *quam quae rimosa bene deponuntur in aure*. TORR.

Rigoris suspicione] Quod attinet ad *rigoris suspicionem*, nescio an non *frigoris* praestet legere, quod Lipsio visum Notis ad Vellejum Paterculum II. 83. Favent tum quod e Seneca advocatur Epist. CXXIII. *Votienus Montanus & amicitia Tiberii notus, & frigore.* tum quod Ulpiano l. XXXII. De donat. inter virum & uxorem, *fribusculum*, seu emendatius *friguseulum*, discessiuncula est conjugum non diuturna, & languor quidam in amore & caritate mutua. TORR. *Rigorem* vocat, quod in Julio cap. LXVIII. *vultu minus familiari respicere:* cui opponitur salutatio cum quibusdam familiaritatis notis. Plinius in Panegyrico: *Gratum, quod tantum non ultro clientibus salutatis quasdam familiaritatis notas adderet*. Galenus hoc dicit, φιλικῶς ἰδεῖν ὄμμασιν, initio libri ad Pisonem de Theriaca. Jam rigoris suspicionem interpretor conceptam ab Agrippa opinionem, quasi se Augustus minus familiari vultu respexisset. Est autem effectus pro caussa. non enim suspicio oritur de rigore, qui in oculos incurrit: sed de animi mutatione, cujus effectus est rigor & vultus adductus. Sic multa dicuntur: ut cum *opinio* pro sermone ponitur: nam ex opinione, hoc est, ἐκ τοῦ πληρώματος τῆς καρδίας nascitur sermo. Praeter exempla quae supra attulimus, sic loquitur Suetonius etiam in Nerone cap. LIII. *Exiit opinio, post scenicas coronas proximo lustro descensurum eum ad Olympia inter athletas*. Quid est *exiit opinio*? quod Graeci dicere solent λόγος ἐξῆλθεν. nam docti viri, qui vocem illam censent eo loco amovendam, prorsus errant. Sic *fama exiit*, apud Cornelium Nepotem in Agesilao & Annibale. Contra apud Plinium initio lib. XVII. *affectare diligentiam*, pro affectare laudem ex diligentia.

tur, Mitylenas se relictis omnibus contulisset: & hic, secretum de comperta Murenae conjuratione uxori Terentiae prodidisset. Exegit & ipse invicem ab amicis benevolentiam mutuam, tam a defunctis, quam a vivis. Nam quamvis minime adpeteret hereditates, ut qui numquam ex ignoti testamento capere quidquam sustinuerit: amicorum tamen suprema judicia morosissime pensitavit: neque dolore dissimulato, si parcius, aut citra honorem verborum: neque gaudio, si gra-

Caussam posuit pro effectu. Mitto poëtas, qui has sermonum vices plurimum amant. Ita interpretamur hunc locum, quia sedet nobis, librorum omnium consensum omni ope & opere, modo ne contra rationem, tueri. Alioquin placeat nimis acutissima Lipsii, conjectura, *ex levi frigoris suspicione.* Nam *frigora* sive *friguscula* amicorum vel amantium offensiones dici eruditis pridem notum. Ptolemaeus frigus cula hujusmodi appellare solet ψυχρονομίας. elegantissime. quam illius vocem explicat locus Chrysostomi ex Homilia XIV. ad populum Antiochenum: Ὃ φίλοι πρὸς φίλους ποιοῦσιν, ἐπειδὰν ὑβρισθῶσι, τοῦτο πρὸς τὸν δοῦλον ὁ δεσπότης ἐποίησε. παρεσιώπησε μόνον διὰ τῆς σιγῆς φθεγγόμενος, καὶ πᾶσαν ἐνδεικνύμενος αὐτῷ τὴν ὀργήν. Observabamus & in voce ψύγμα eandem elegantiam in sermone Graeco. Josephus Ἁλώσεως, lib. I. cap. XVI. loquens de alienato Herodis animo a filiis: Οὐδὲν ὁ πατὴρ φανερῶς ἀπεμέμφετο τοῖς υἱέσι (intelligit τὰ μειράκια) κατὰ μικρὸν ἐκ τοῦ ψύγματος, καὶ ὅτι πρὸς τὸ λυπεῖν (sic est scribendum) μᾶλλον ἐτραχύνετο. *Pater de nemine aperte conquestus erat: sed adolescentes ex illius frigore paullatim rem intellexerant, & ex eo quod ad omnem molestiam magis exasperabatur.* In Sacris literis & apud Patres ψυγῆναι τὴν ἀγάπην, & ψῦξις vel ψυγμὸς passim. CASAUB. Non dubitavi recipere contra codicem antiquorum fidem emendationem ingeniosissimi Lipsii, quam praeter alios confirmat etiam Muretus, sibi illam vindicans ad Taciti I. Annal. 3. Quid sit, inquit, *levis* illa *rigoris suspicio*, nunquam quisquam recte explicarit. Neque enim recte explicari depravata possunt. Legendum addita una littera *frigoris. Frigere* enim dicuntur, qui apud alium minus valent quam solebant, minusque ab eo magni fiunt, qui negliguntur. Terentius: *Nimirum hicce homines frigent.* cum Phaedria, qui Thaidi omnia fuerat, admisso Thrasone excluderetur. Idem: *Ubi friget, huc evasit.* Hoc vocabant *frigus.* Horat. II. Sat. I. 78.

> —— *O puer, ut sis*
> *Vitalis metuo & majorum ne quis amicus*
> *Frigore te feriat.*

Hoc igitur dicit Suetonius, Agrippam, qui semper apud Augustum primus fuerat, cum levi suspicione tactus esset Marcellum sibi anteferri, ejus rei impatientia Mitylenas se contulisse. Haec MURETUS. *Rigoris* etiam Pall. tres, ingeniose Lipsius ad Vellej. Pater. II. *frigoris.* GRUT. Ita & Muret. ad Tacit. Ann. I. 3. uter prior? BROUCKH.

Mitylenas se relictis omnibus contulisset:] Longe aliter Dio lib. LIII. Ἐς τὴν Συρίαν εὐθὺς τὸν Ἀγρίππαν ἔστειλε. καὶ ὃς ἐκ μὲν τῆς πόλεως εὐθὺς ἐξώρμησεν, οὐ μέντοι καὶ ἐς τὴν Συρίαν ἀφίκετο· ἀλλ᾽ ἔτι καὶ μᾶλλον μετριάζων, ἐκεῖσε μὲν τοὺς ὑποστρατήγους ἔπεμψεν, αὐτὸς δὲ ἐν Λέσβῳ διέτριψε. Vult in Syriam missum Agrippam, ut ei provinciae praeesset: ipsum per legatos illam rexisse, in Lesbo insula remanentem, moderationis caussa. Vide Josephum lib. XVI. cap. II. & III. CASAUB.

Et hic secretum] Lego *hic secretum* sine &. TORR. Maecenas enim quondam *praecipuus fuit, cui secreta Imperatoris inniterentur.* Tacitus lib. III. A. 30. Qui, contra quam Suetonius scribit, frigore tandem perculsum Maecenatem tradit, & *aetate provecta speciem magis in amicitia Principis, quam vim obtinuisse.* Dio idem narrat, sed aliter: caussam enim imminutae amicitiae fuisse certamen de forma inter Liviam & Terentiam. lib. LIV. CASAUB. *Et hic* Codd. Memm. Periz. & Edd. veteres fere omnes.

Uxori Terentiae] Cujus frater erat Murena, si Dioni credimus initio lib. LIV. TORR.

Invicem ab amicis benevolentiam mutuam,] Dictio *invicem* non est in optimo cod. nec male. mutuam enim cum dicit, rem satis exprimit. TORR. Et hic *benivolentia* Memm. Periz. & Edd. veteres plurimae; mutarunt Ald. Steph. Basil. & seq.

Amicorum suprema judicia] Vid. Pricae. ad Apulej. Apolog. p. 213. BROUKH.

Quis

grate pieque quis se profecutus fuisset. Legata, vel partes hereditatum, a quibuscumque parentibus relicta sibi, aut statim liberis eorum concedere, aut, si pupillari aetate essent, die virilis togae, vel nuptiarum, cum incremento restituere consueverat. Patronus dominusque non minus severus, quam facilis & clemens, multos libertorum in honore & usu maximo habuit: ut Licinium, Enceladum, 67

Quis se] *Quisque* Copes.
Partes] *Partem* Copes. *hereditatium* Exc. Cujac.
A quibuscunque] *Et a quibuscunque* Cod. Periz. Edd. Rom. & aliae veteres praeter Bonon. Ald. & seq. de aequitate Augusti in testamentis, vide Valer. M. lib. VII. cap. VII. ex 3. & 4. BURM.
Relicta sibi] Lib. unus *relictas*. Quo retento sic lego, *Legata, vel partes hereditatum a quibuscumque parentibus relictas sibi*, deleta scilicet *&* particula, quae sensum pervertit. TORR. Nihil hic muta. nam exempla, ubi adjectivum priori substantivo convenit, dedimus ad Jul. Caes. LXXV. & ad Ovid. IV. Met. 177. & II. Trist. 315. sic JCtus Gajus l. II. §. I. de pericul. & comm. rei. *puto eam diligentiam venditorem debere, ut fatale damnum & vis sit excusatum*. ubi perperam & contra Florent. Cod. *excusata* alii rescribunt. sic & in l. XVII. §. 9. de Action. Emti. *Sigilla, columnas quoque & personas, ex quorum rostris aqua salire solet, villae esse*. contra in Tib. XLIX. *immunitates & jus adempta*. vid & inf. c. LXXIII. BURM.
Die virilis togae, vel nuptiarum] Dio in testamento Augusti haec verba ponit, ex quibus mos illius intelligitur: Τοῖς παισὶν, ὧν μειρακιῶν ἐκ τοὺς πατέρας τῶν ἑαυτῶν ἐκληρονομήθησαν, προσέταξε πάντα μετὰ τῆς προσόδου, ἐπειδὰν ἀνδρωθῶσιν, ἀποδοθῆναι. ὅπερ που καὶ ζῶν ἐποίει. Idem refert etiam Tiberius in laudatione funebri Augusti libro eodem. CASAUB.
Consueverat] *Constituerat* Exc. Cujac.
Licinium Enceladum,] Sic quidem libri omnes; lego tamen, *Licinum, Enceladum, aliosque*, ut duo sint. nam *&* *Celadum* mendose, ni fallor, pro *Enceladum*. Augusti libertum commemorat Joseph. sub finem lib. XVII. Antiq. & de Licino simile in Macrobio mendum lib. II. cap. IV. & in vulgatis Ciceronis exemplaribus ad Q. fratrem lib. I. epist. II. *Licinus Aesopi servus, tibi notus*. & lib. III. de Orat. *Licinum servum sibi Gracchus habuit ad manum*. non *Licinium*. De Licino autem Augusti liberto Horat. de Arte vs. 301. *Tonsori Licino* &c. Adde Helenum, Marathum, Thyrsum, Epaphroditum, Polybium, Augusto carissimos. Fuit & Licinnius, aut, ut ego scribendum puto, Lycimnius, C. Caesaris dictatoris libertus, qui sub Augusto Galliae procurator provinciam eam spoliavit, ut narrat Dion lib. LIV. Ejusdem meminit & Seneca de morte Claudii; *Licinium* tamen vocat, sed, ut puto, mendose. Verum hic Augusto utilior quam honestior, aut carior. Vide Dionem. TORR. Mss. & prima editio *Lucinium*. probo *Licinium*. Licinius Enceladus ejusdem liberti sunt appellationes. ut Tullius Laurea, & qui in veteri lapide nominantur Augusti liberti, C. Julius Hilarus, ac C. Julius Elainus. qui fortasse Ἕλενος ille est, quem Dio lib. XLVIII. nominat ἐξελεύθερον Καίσαρος. Nominantur eidem vel aliis liberti Augusti, Thyrsos, Eros, Proculus, Epaphroditus, Polybius, Julius Marathus, & apud Josephum Orig. lib. XVII. Celadus. unde non absurde suspicetur aliquis, legendum hic esse, *ut Licinium & Celadum aliosque*. CASAUB. *Licinum Enceladum* ut unius hominis duo nomina, Cod. Periz. & Edd. Venetae. Lugd. Junt. Ald. Gryph. Plant. & ipsa cum multis aliis Graevii pr. & Pitisci quoque. *Lucinium Encheladum* Rom. conjectura Casauboni *Licinium & Celadum* non absurda. quia liberti reliqui uno nomine vocantur, ut solet, & si alterum addendum foret, a patrono Julii vocari deberent. ut *Julius Marathus* inf. LXXIX. *Julius Hyginus* & alii. Pignor. de serv. pag. 71. censet hunc Celadum fuisse medicum chirurgum Drusi, qui legitur in Lapide apud Gruter. p. M. XXXIV. I. in alia inscriptione, quam ex codice Foucalthii descripserat Cl. Graevius, est

C. IVLIVS CELADII.
IVCVNDVS ANTEROS
LIBERTVS FRATER.

ubi ex nomine Iulii, posset credi Libertus domus Augustae fuisse. & CELADI L. legi. Et a Celado

ladum, aliosque. Cosmum servum gravissime de se opinantem, non ultra quam compedibus coercuit. Diomedem dispensatorem, a quo, simul ambulante, incurrenti repente fero apro per metum objectus est, maluit timiditatis arguere quam noxae; remque non minimi periculi, quia tamen fraus aberat, in jocum vertit. Idem Proculum ex adceptissimis libertis mori coëgit, compertum adulterare matronas: Thal-

lado illo chirurgo, alter servus Tiberii, TIBERIUS CELADIANUS medicus ocularius apud Gruter. MCXCI. 6. dictus Gudio videtur. alii *Celadi* passim in lapidibus occurrunt. Ut CELADI D. Augusti lib. p. MXXXIV. 1. cujus uxor OCTAVIA P. F. CATULLIA, quae ab Octavia Caesaris sorore forte nomen, vel certe pater ejus habuit. In monumento Libertorum Liviae & Juliae nuper reperto & illustrato a viro doctissimo Gorio n. CLXXII. pag. 179. CELADUS LIVIAE LIBERT. quem & n. CCLXXX. reperisse putat. alius C. IULIUS CELADUS apud Fabret. pag. 744. & Malvas. marm. Felss. p. 307. *Enceladum* nullum reperi. BURM.

Cosmum] *Cosinium* Codd. Harlem. Periz. Venet. Bonon. Steph. Ald. Basil. Gryph. & aliae. *Cosmium* Lugd. Arg. *Consinium* Paris. sed recte *Cosmum* Romana & emendatiores. notum satis & obvium nomen, eadem varietas in lapide apud Gruter. DXIII. 1. ubi COSINUS Aug. Lib. memoratur, quem *Cosmum* Scaliger jubet vocari. & ita editum in Donianis Insc. p. 83. In monumento Livianorum *Cosmus* occurrit lapid. CCXXXVIII. p. 202. BURM.

Diomedem] *Diomeden* Memm. in eodem monumento DIOMEDES occurrit n. DCCXL. p. 203.

Dispensatorem] *Dispensatores* dicebantur, quibus familiae rationes commissae erant, quique domini pecuniam collocabant. Cicero apud Nonium in *Aera: Quid? tu (inquam) soles, cum rationem a dispensatore accipis, si aera singula probasti, summam, quae ex his confecta est, non probare?* Adde Pomponium J. C. l. CLXVI. de Verb. signif. Sed & Macrob. lib. II. cap. III. de Augusto loquens: *Dispensatorem* (inquit) *vocavit, & centum sestertia Graeculo numerari jussit.* & Juven. Sat. I. 91.

Praelia quanta illic dispensatore videbis Armigero?

Sueton. ipse Ner. cap. XLIV. Galb. cap. XII. Vespas. cap. XXII. Unde *dispensatio* pro dispensatoris functione, seu officio. Inf. Oth. cap. V. Ibi vide, & Vespas. cap. XXIII. Adde Festum. TORR.

Incurrenti repente fero apro] Duo libri non habent *repente*. Ego *fero* abesse malim. Quanquam & *ferus* absolute pro apro interdum ponitur, ut apud Ovidium Metamorph. VIII. 382.

Fixa sub aure feri summum perstrinxit arundo Corpus.

sicut & pro cervo apud Virgilium Aeneid. VII. 489. *Pectebatque ferum.* pro equo etiam, & quidem Durateo illo II. 51.

- - - inque feri curvam compagibus alvum Contorsit.

Sed haec Poëtis licent. TORR. *Fero apro*, quoque Pall. & miror, cur Torrentius illud *fero* abesse maluerit. GRUTER. *Repente* abest Codd. Periz. Harlem. & Edd. Rom. Venetia tribus; *Fero* omnes habent. neque puto alterutram abesse posse vocem, quia periculum ingens & duplex fuit, & ex *repentino* incursu (sic *subitam incursionem* hostium dixit Caes. LV.) & ab apro *fero*. & ita Poëtae saepe hoc epitheton addunt. Ovid. I. Amor. X. 140.

Et ferus in silvis farra metebat aper.

III. IX. 16.

Quam juveni rupit cum ferus inguen aper.

III. Met. 213.

Hylaeusque fero nuper percussus ab apro.

& ita alii. BURM.

Idem Proculum] Turnebi liber *Polum*, unus e nostris *Procillum*, quod magis libertum sapit. nam Proculus Romanorum, & quidem Plautiorum, ni fallor, cognomen est. Ad Procillum quendam notum Epigramma Martial. XXVII. lib. II. & alibi alia. Posset etiam *Pholum* legi. TORR. Memmianus & alii quidam *Polum*. Graecum est nomen Πῶλος. CASAUB. Palat. tres *Polum* volunt. GRUTER. Et ita Mem. & Hulf. *Item* pro *idem* Codd. Periz. Harl. Edd. Venet. tres. Harduinus huc trahit, illa Plin. VII. 45. *jam in navali fuga, urguente hostium manu, preces Proculejo mortis admotae*; quum ille Proculejus minime libertus fuerit,

Thallo a manu, quod pro epiſtola prodita denarios quingentos adcepiſſet, crura effregit. Paedagogum miniſtroſque Caji filii, per occaſionem valetudinis mortiſque ejus, ſuperbe avareque in provincia graſſatos, oneratis gravi pondere cervicibus, praecipitavit in flumen. Prima juventa variorum dedecorum infamiam 68 ſubiit.

rit, ſed eques Romanus. vid. comm. ad Horat. II. ad II. 5. neque *mors admota* ibi eſt vicina, ſed *preces mortis* (id eſt Auguſti mori cupientis) *admotae* fuere Proculejo, ut inferret ſcilicet deſperanti. *admovere preces* obvium eſſe docebunt notae ad Phaed. I. 19. & IV. 25. *Proculi* vero infiniti inter ſervos in lapidibus reperiuntur. & M. JULIUS PROCULUS AUG. L. in monumento Livianorum n. CXVI. p. 15. BURM.

Thallo a manu,] Membr. *Tallo.* id eſſet nomen Sabinum: Feſtus. Melius *Thallus*, ut in Apologia Apuleji, & in veteri lapide Thalluſa libertae nomen. CASAUB. *Gallo* Codd. Periz. Harlem. Edd. Venet. tres, Bonon. *Talbo* Edd. Rom. Lugd. Neſtor in vocabular. initio in *a.* dat nobis etiam *Talbo*; ſed *Thallus* obvium inter ejus ſortis homines nomen. Sic *Thallus Aug. verna*, apud Fabret. pag. 249. *Thallus* Libertus, genere Samaritanus, Caeſaris Tiberii libertus, qui memoratur apud Gruter DXCIX. 7. & quem *Hallum* vocari cenſet apud Joſeph. Antiq. lib. XVIII. 6. Gudius. unde copias ſuas inſtruxit nuperus editor, qui *Thallus* apud Joſephum reſcribi vult. *M. Ulpius Thallus* Trajani libertus apud Gruter. DXCV. 10 & alii innumeri. BURM.

Crura effregit.] Minus recte in MSS. *ei fregit.* Crurifragium olim ſervorum & ancillarum poena erat. Meminit iterum Suetonius lib. III. cap. XLIV. Fuit publicum maleficorum hominum ſupplicium: ut delatorum ſub Commodo. Euſebius lib. V. Ὁ δείλαιος παρὰ καιρὸν τῆς δίκης εἰσελθὼν αὐτίκα κατεάγνυται τὰ σκέλη. de crurifragio etiam Agathias ſentit lib. IV. ſcribens: Πολλαχοῦ γὰρ τῆς πόλεως ἀγύρτας τινὰς τυχὸν ἢ καὶ λωποδύτας, ἢ καὶ ἄλλο τι τῶν ἀνοσίων πεπλημμεληκότας, ὁρῶντες, νῦν μὲν τῆς κεφαλῆς ἀφαιρουμένους, νῦν δὲ τὼ πόδε διατεμνομένους. Sed exempla in Martyrologiis & apud alios etiam ſcriptores paſſim. CASAUB. *Ei effregit* Memm. quod recepit Gronov. & vera eſt obſervatio de pronominis hujus uſu. vid. Jac. Gronov. ad Gel. XI. 1. Daviſ. ad Cicer. Tuſc. III. 8. Cort. ad Sall. Catil. 37. & neſcio quos. Ipſe etiam ad Quinct. VIII. de Inſt. 3. pag. 706. & X. 1. aliquid notavi, & alios idem docentes laudavi. vid. & ad Domit. III. *crus frangere* ſupr. c. XLIII. vidimus, & hic *ei fregit* Exc. Cujac. BURM.

Mortisque] *Morſque* Harlem.

Graſſantes oneratos] Melius MSS. duo *graſſatos, oneratis gravi pondere cervicibus*, &c. TORR. V. C. habet *oneratis gr. p. cervicibus* URSIN. Viterb. *in flumen jactavit. Graſſantes* autem quam *graſſatos* maluimus cum melioribus libb. ex ipſo enim genere ſupplicii conjicio, iſtos in provincia Syria vel Lycia (nam inter auctores non convenit) ubi C. jus obiit, poenas rapinarum dediſſe: permittente hoc illis Auguſto, pro caetera ſua lenitate, ut ſuis legibus atque moribus in eos animadverterent. Fuit autem hoc ſupplicii genus Romanis parum in uſu, etſi ejus iterum mentio habetur lib. IV. cap. XIX. Graecis fuiſſe non incognitum, teſtes Polybius, Diodorus, Plutarchus. De Syris ex Euangelio & Hieronymo cuivis liquet. Matthaei cap. XVIII. καταποντισμοῦ (ita Graece hoc ſupplicium vocant) modus is deſcribitur, quo Thallus iſte periit: Συμφέρει αὐτῷ, ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης. Graeci aliter, qui ſontes in ſaccum, vel plumbeum dolium, ceu in culleum conjiciebant, ut ex Athenaei X. & XIV. palam eſt. Similia in Martyrologiis multa. Nec diſſimilis modus apud Aegyptios. Lyſimachus: Τοὺς λεπροὺς εἰς μολυβδίνους χάρτας ἐνδῆσαι, ἵνα καθῶσιν εἰς τὸ πέλαγος. Alibi gravia pondera non cervicibus, ſed pedibus appendebantur. Euſebius lib. VIII. Τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ λίθων αὐτοῦ ἀποκρεμασθέντων τοῖς ποσί, μέσῳ πελάγει καταποντοῦ) CASAUB. Noſtri adſtipulantur lectioni nuper vulgatae *Graſſatos.* GRUTER. *Graſſatos oneratos.* Memm. Copcſ. Exc. Cujac. Ed. Steph. *Graſſantes oneratos* Harlem. Edd. Rom. Venetae tres, Bon. Baſil. & omnes, donec Caſaub. *graſſantes oneratis* reponeret, quod Raphel. & alii receperunt. *Graſſatos oneratis* Doleti Ed. & Graevii noviſſimae; Baſil. Gryph. & alii in margine. BURM.

Praecipitavit] *Jactavit* Hulſ.

68. *Dedecorum infamiam*] *Dedecorum* pro [illegible]

fubiit. Sex. Pompejus ut effeminatum infectatus eft. M. Antonius adoptionem avunculi ftupro meritum. Item Lucius Marci frater, quafi pudicitiam delibatam a Caefare, Aulo etiam Hirtio in Hifpania trecentis milibus numum fubftraverit: folitufque fit crura fuburere nuce ardenti, quo mollior pilus furgeret. Sed & populus quondam univerfus ludorum die, & accepit in contumeliam ejus, & adfenfu maximo comprobavit verfum, in fcena pronuntiatum de Gallo matris Deum tympanizante,

Viden', cinaedus orbem digito temperet?

Adul-

impudicitiae dixiffe videtur etiam Horat. lib. III. Od. VI. *Dedecorum pretiofus emptor.* TORR. Vindicat Auguftum ab his criminationibus Cicer. III. Philip. 6. & XIII. 9. BROUCKH.

Eum ut effeminatum] Tres libri non habent *eum*. TORR. *Eum* non habent Exc. Cujac. Edd. Rom. Steph. Bafil. Plant. Cafaub. Raph. & recentiores. vid. fupr. LXV.

Marcus Antonius adoptionem avunculi ftupro meritum.] In epiftola ad Octavium, quae Ciceronis effe dicitur: *Cui nulla dignitas majorum conciliaffet eam potentiam, fed forma per dedecus pecuniam, nomen nobile confceleratum impudicitia dediffet.* CASAUB. *Meritam* Hulf.

Lucius] Deeft Copef. *Lucii Marci* var. lect. in marg. Torrent.

Quafi pudicitiam] Durior vifa locutio Nic. Heinfio, *pudicitiam fubfternere alicui* qui volebat, *quafi fe, pudicitia delibata a Caefare, &c. fubftraverit.* quae lectio etiam Graevio placuit. fed contra codices talia tentare temerarium; praefertim quum peculiares fibi habuerit Suetonius locutiones. *proftatam pudicitiam* dixit Caef. cap. II. & Tib. XXXV. *fubtraverit* Copef. Torrentius in fequentibus fcribit *folitus* fine *que*. fed tunc etiam *fit* abjiciendum, ut omnia facilius cohaereant inter fe. *Hircio* Edd. Rom. Venetae, Bonon. & aliae. Bafil. pofter. demum *Hirtio*. BURM.

Solitufque fit] Scribe *folitus*, fine *que*, & mox pro *verfum pronunciatum*, *verfu pronunciato*, ex duob. MSS. & *Viden'* pro *Videfne*. TORR.

Crura fuburere nuce ardenti] Pilos antiqui fuburere foliti, vel metu, ut olim Dionyfius tyrannus, de quo eft apud Tullium: & Commodus, de quo Lampridius cap. XVII. *Adurebat comam & barbam timore tonforis*; vel deliciarum cauffa, ut hic de Augufto dicitur. Tertullianus lib. de Pallio cap. IV. *uftriculas* vocat mulieres, quarum opera in hanc rem uti moris erat: *Achilles*, inquit, *patiens jam uftriculas, jam virum alicujus clanculo functus.* tamen illum locum docti viri aliter accipiunt: quod, ut puto, non oportuit. CASAUB. *Ardente* Copef. a m. pr.

Verfum in fcena pronunciatum] *Verfu i. f. pronuntiato.* Cod. Mem. & Marg. Bafil. fed fine *in* Periz. Harle. Edd. Venetae tres, ut fupra XLV. *Ludis & fcena.*

Videfne,] Rectius Torrentii Codices *viden'*. fed in editione exhibet *videfne Cynaedus*, cum debuiffet, *viden'? Cinaedus orbem digito temperat*; ut fenarius fuis pedibus exiret. *orbem die temperat* Periz. a m. pr. Ed. Rom. *temperat* vero omnes ufque ad Cafaubon. qui *temperet*. aculeus vero in ambignitate τȣ̃ *orbem temperat*, quod proprie de tympano dictum, populus accepit de imperio orbis, quem digito, id eft facile & quafi nutu fuo, regebat. vid. Victor. Var. lect. XII. II. Barth. IV. ad. 5. Grangraeus explicabat obfceniore fenfu, ad illa Juvenalis Sat. XI. 173. *Lacedaemonium pityfmate lubricat orbem*, quae huc nihil faciunt. Salmaf. ad Spartian. Sept. Sever. cap. XXII. ad orbem vel fphaeram, quam manibus geftabant Imperatores. fed hoc, de quo fupr. ad cap. XXIV. pofteriorum eft temporum. tympanum intelligendum patet ex Plaut. Poen. V. V. 28.

Cur non adhibuifti, dum iftaec loqueris,
Tympanum?
Nam te Cinaedum effe arbitror magis, quam
virum.

forte ex hoc loco poffet defendi vulgata lectio apud Lactant. de Opific. Dei cap. V. *In homine manus, quae non ad ambulandum, fed ad faciendum, temperandum funt natae.* ubi alii *operandum*. nuper vir doctus *tenendum* volebat. BURM.

69. *Adul-*

Adulteria quidem exercuisse, ne amici quidem negant: excusantes sane, non libidine, sed ratione commissa, quo facilius consilia adversariorum per cujusque mulieres exquireret. M. Antonius super festinatas Liviae nuptias objecit, & feminam consularem e triclinio, viro coram, in cubiculum abductam, rursus in convivium rubentibus auriculis, incomtiore capillo reductam: & dimissam Scriboniam, quia liberius doluisset nimiam potentiam pellicis: & conditiones quaesitas per amicos, qui matres familias & adultas aetate virgines denudarent, atque perspice- 69

69. *Adulteria quidem exercuisse,*] Ita est: multis simulatus amor mulierum conjugatarum, cum aliud eo quaererent. id ipsum non tralatitiis exemplis ostendimus ad Tacitum, ubi sic meminit Sejani, & Liviae uxoris Drusi Caesaris, *Hanc mit amore incensus, adulterio pellexit* &c. lib. IV. Annal. cap. 3. GRUT. Incommode admodum bis hic occurrit *quidem.* legerem, *adulteria quaedam exercuisse:* non libidine enim, sed ratione committebat, non cum qualibet muliere, sed cum tali, unde aliquid exquirere poterat. pauca ergo fuere, & selecta. BURM.

Excusantes sane non libidine, sed ratione commissa] Apage istam rationem contra rationem. Ita quondam Alcibiades factum excusabat scelestissimum cognita sibi per adulterium Agidis Spartae regis uxore: Athenaeus libro XII. Ἐν Σπάρτῃ ὢν ἔφθειρε τὴν Ἄγιδος τοῦ βασιλέως γυναῖκα Τίμαιαν. ἐπιπληττόμενος δ' αὐτῷ τινῶν, οὐκ ἀκρασίας ἕνεκεν συνελθεῖν ἔφη, ἀλλ' ἵνα ὁ γεννηθεὶς ἐξ αὐτοῦ βασιλεύσῃ τῆς Σπάρτης. CASAUB.

Quo facilius consilia adversariorum per cujusque mulieres exquireret.] Scelus pridem notum hominibus facerrimis, notat Aristoteles V. Politicorum: & exempla apud historicos non desunt. CASAUB.

Per cujusque] *Per cujus* Exc. Cujac. vid. sup. ad cap. XLVII. deinde *insuper* Edd. Venet. sec. & tert. pro *super*.

E Triclinio viri coram] Interpretes *viro coram*, recte. Horat. lib. III. Od. VI. *Sed jussa coram non sine conscio Surgit marito.* TORR. Haec omnium libb. lectio: docti emendant *viro coram.* si placeat nihil mutare, intelligimus convivium in aedibus illius ipsius celebratum fuisse, cujus uxor abducta. CASAUB. Videtur Beroaldus legisse *viro coram.* Ita enim in notis ejus exhibetur, & ita in marg. Basil. & sic Lipsius volebat, quod cum Torrentio probo. verosimilius enim puto coenasse virum cum uxore apud Augustum, quod exemplo Calig. cap. XXXVI. firmatur. neque eleganter dici puto *triclinium viri.* ad similem libidinem spectant verba Catonis apud Gell. X. 13. *Iti pro scorto fuit, in cubiculum surrectitavit e convivio, quum partim illorum jam saepe ad eumdem modum erat. Consularem* feminam dicit pro consularis viri uxorem. ut apud Cicer. II. ad Att. I. *sed ego illam odi male consularem.* ubi vid. interpretes. & l. I. ff. de Senatoribus. *adductam* Periz. *adductam* Venet. tres. BURM.

In convivium] *In convivio.* Codd. Periz. Harlem. Edd. Rom. Venetae tres, Lugd. Junt. Ald.

Rubentibus auriculis] Istiusmodi recentis lasciviae notas refert etiam Juven. Sat. XI. 187.

Vexatasque comas, vultumque, auremque calentem.

Adde Suet. Calig. c. 36. TORR. Theocritus Idyll. II.

—— ποτὶ τὰ κύματα.
Θερμότερ' ἦ ἡ ἀοιδά. CASAUB.

Et dimissam] *Et* deest Memm. ut & mox ante *conditiones*, & ibi ignorant Exc. Cujac.

Pellicis &] *Poelicis* Memm. *Pelicis* Copes. vid. ad Caesar XLIX.

Conditiones] Id est stupra, ut supra. GUJET. Vid. Manut. ad Cicer. II. Philip. 38. BROUCKH. *Conditione* Basil.

Denudarent atque perspicerent,] Libro IV. capite XXXVI. *Illustriores feminas plerumque diligenter ad coenam vocatas, praeterque pedes suos transeuntes, diligenter ac lente mercatorum more considerabat.* Vaenales olim, cum emebantur de mangone, denudare mos fuit. Seneca pater Controversiarum libro primo, de sacerdote prostituta: *Nuda in littore stetit: ad fastidium emtoris omnes partes corporis & inspectae & contrectatae sunt.* Lucianus Βίων πρᾶσις, consuetudinem hanc solens more suo expressit: inducit enim mercatorem, qui Pythagoram empturus erat, sic loquentem, Ἀλλ' ἀπόδυθι· καὶ

cerent, tamquam Thoranio mangone vendente. Scribit etiam ad ipsum hoc familiariter adhuc, nec dum plane inimicus, aut hostis: *Quid te mutavit? quod reginam ineo? uxor mea est. Nunc coepi, an abhinc annos novem? tu deinde solam Drusillam inis? ita valeas, uti tu hanc epistolam quum leges, non inieris Tertullam, aut Terentillam, aut Rufillam, aut Salviam Titisceniam, aut omnes. Anne refert,* 70 *ubi & in quam arrigas?* Coena quoque ejus secretior in fabulis fuit, quae vulgo δωδεκάθεος vocabatur: in qua deorum dearumque habitu discubuisse convivas, & ipsum pro

καὶ γυμνὸν χαίρειν σε ἰδεῖν βούλομαι. Menander Ἐφεσίῳ:

Ἐγὼ μὲν ἤδη μοι δοκῶ, νὴ τοὺς θεοὺς,
Ἐν τοῖς κύκλοις ἐμαυτὸν ἐκδεδυκότα
Ὁρᾷν, κύκλῳ τρέχοντα καὶ πωλούμενον.

Male vulgo in secundo versiculo ἐκδεδυκότα apud Harpocrationem scribitur. unde hunc locum descripsimus. In tertio quid sit κύκλῳ τρέχοντα declarat Lucianus eodem loco. sic enim praeco mancipium quod vaenibat, alloquitur, Ἐλθὲ καὶ περίελθε ἐν κύκλῳ τὸ συνέδριον. Experiebantur & saltu. Propertius IV. v. 52.

Caelati medio cum saliere foro. CASAUB.

Thoranio mangone] Meminit hujus Plin. lib. VII. c. 12. Macrob. quoque lib. II. cap. 4. Sup. cap. 27. TORR. *Toranio* Periz. *Thorannio* Ed. Rom. in Lapide Gudiano pag. CII. 9. memoratur, *M. Thoranius Albinus*, & *Thorania Iocunda* ejus uxor: ita & unus & alter apud Gruterum. *Toronius Flaccus* editur apud Macrob. II. 4. & supra cap. XXVII. tutor Augusti *Toranius* vocatur. BURM.

Ad ipsum hoc] *Haec* Mem. Copes. Ed. Steph.

Necdum plene inimicus,] Liber unus *necdum plane*. TORR. *Plene* Exc. Cujac. Edd. Basil. Gryph. & recentiores.

Ineo] *Inneo*, & mox *innis* Periz. *quid regina mea*, Cod. Huls.

Ita valeas] *Ita vales* Harlem.

Tertullam aut Terentillam aut Rufillam,] Amantium ὑποκορισμός: nam vera nomina fuere. *Tertia*, *Terentia*, *Rufa*. *Tertulla* ὑποκοριστικῶς a Tertia, sicut a Mario fit Marullus, a Lucio Lucullus, a Catio Catullus. CASAUB. *Tertullae* Cassii uxoris & Bruti sororis meminit Cicer. XIV. ad Att. 20. ubi vid. comm. cujus matrem Serviliam corrupit J. Caesar. sed an haec intelligenda sit nescio, quum plures Tertiae potuerint fuisse, ex diversis familiis. BURM.

Rufillam] *Drusillam* Codd. Periz. Harlem. Edd. Venet. tres, & aliae veteres praeter Rom. quae *Rusillam*. Ald. Basil. & aliae *Ruffillam* Steph. *Rufilam*. in Huls. deerant, *aut Terentillam, aut Rufillam*.

Salviam Titisceniam] Sic Turneb. & Pulmannus, & duo e nostris codicibus. Alii *Cirisceniam*, unus etiam *Titiseniam*. Saenia certe gens Romana est. Unde legendum quidam existimant, *Salviam Titi*, *Saeniam*, *aut omnes*, sed non placet. Dion lib. XLIX. Τεννίλιον quendam Gallum memorat, qui, cum aliarum esset partium, ad Augustum transfugerit. Hujus fortassis filiam corruperit Augustus, ut proinde legamus, *aut Salviam*, *aut Titisienam*. Terentillam vero Maecenatis intelligit, de qua ante ex Dione. TORR. *Titisceniam* Pall. tres. sed a secunda manu. primus *Titi Seniam*. GRRT. *Titiseniam* Memm. *titiseniam* Exc. Cujac. *Cirisceniam* Edd. Rom. Lugd. Junt. Arg. *Citisceniam* Venet. tres, Bon. Ald. Steph. Basil. Gryph. & aliae plures. *L. Saenius* consul suffectus sub Augusto apud Gruter. pag. CCXCIX. ubi & *C. Salvius Bubulcus* Quaestor, quorum filias vel sorores *Salviam* & *Saeniam* potuit Augustus corrupisse. BURM.

Ubi & in quam] Sic libri tres, unus *in qua*, alius *ubi*, & *qua arrigas*, sine praepositione. TORR. *An refert ubi & in qua* Memm. & Copes. *in qua* etiam Edd. Venet. tres, Lugd. Jun. Ald. Arg. Colin. Basil. *anteferet u. c. in qua*, vel *in tua* Exc. Cujac. sed praefero, *in quam*, ut *ad vetulas arrigere* dixit Martial. lib. III. 76. & IV. 5. BURM.

70. *Secretior*] Vide Ramirez ad Martial. Spectac. Epigr. VI.

Quae vulgo δωδεκάθεος] Nempe a duodecim illis diis majoribus, quos in versus duos Ennius coartavit.

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Lau-

pro Apolline ornatum, non Antonii modo epistolae singulorum nomina amarissime adnumerantis, exprobrant, sed & sine auctore notissimi versus:

Quum primum istorum conduxit mensa choragum,
Sexque deos vidit Mallia, sexque deas:
Impia dum Phoebi Caesar mendacia ludit,

Dum

Laudat Apulejus de Deo Socratis. BOXHORN.

Ipsum pro Apolline ornatum] Augustus enim satus Apolline existimatus est: infra cap. XCIV. Propterea etiam factum illi simulacrum est cum Apollinis cunctis insignibus, si satis vera Servii nota ad illud Virgilii Ecl. IV. 10.

Casta fave Lucina, tuus jam regnat Apollo. CASAUB. Vid. Acronem ad Horat. I. Epist. 3. *Caesar sibi in bibliotheca statuam posuerat ad habitum & staturam Apollinis*, unde id saepe affectasse apparet. BROUCKH. Haec egregie illustrat Tristan. Tom. I. Comm. pag. 79. pro *ornatum Oaenatum* Ed. Venet. pr. BURM.

Annumerantis] Liber unus *enumerantis*, alter *enumerantes*, epistolae scilicet, tertius *nominantis*. TORR. *Enumerantis* Memm. Harlem. Edd. Venet. pr. Bonon. Steph. Doleti. *Enumerantes* Periz. sed correctum *enumerantis*, & in marg. *nominantis*. *nominantis* Roman. *Annumerantes* Cod. Hulf. (sed correcti *annumerantis*) Edd. Venet. sec. & ter. *numerantis* Lugd. Junt. Ald. in hac varietate *enumerantis* placuit Davisio ad Cicer I. de Divin. I. ego *annumerantis* non repudio. vid. ad Ovid. XVI. Epist. 328. ubi itidem variant Codices. BURM.

Cum primum istorum] Non existimo epigramma hoc integrum exstare. Quae causa est, quod primum distichon non satis commode intelligimus. *Choragum* autem, ni fallor, Caesarem appellat, aut alium quemcumque ejus epuli inventorem, qui deos non aliter in convivium, quam in scenam choragi solent, induxerit. *Mallia* vero, seu *Manlia*, alii mulieris esse nomen volunt, quae, ut Postumia illa apud Catullum, magistra fuerit, alii pro arce Capitolina accipiunt. non quod in Capitolio coena haec data fuerit, sed (ut ego interpretor) quod locus, in quo coenabant, Capitolii simulacrum expresserit. Jam *coenare* etiam *adulteria* eleganter dictum, quando non tam ad epulas, quam ad stupra convenerant. sic enim & Tertull. Apologet. cap. XXXIX. *Non tam coenam coenaverunt, quam disciplinam.* Ipse Cicero Topicis cap. V. *Sed quoniam avidum hominem ad has discendi epulas recepi, sic accipiam, ut reliquiarum sit potius aliquid, quam te hinc patiar non satiatum discedere.* & libro I. de Divinat. cap. 29. *Bonarum cogitationum epulis saturari.* *Phoebi* quoque *mendacia ludere* Caesarem non minus venuste dixit, quod Caesar illudens hominibus nunc Phoebus, nunc Phoebi filius videri voluit. Postremo pro *thronos*, quamquam sic habent omnia exemplaria, *toros* legendum puto, cum alterum illud Latinum non sit, & de Jove Capitolino loquatur, qui inductis aliis numinibus sua lectisternia ac pulvinaria iratus fugerit. Neque improbaverim, si quis *tholos* praeferat, ab ea quidem mente, qua coenationem ad Capitolii simulacrum effictam diximus. *Tholi* autem quid sint, nulli dubium. TORR. Id est, ubi primum pacti sunt isti cum chorago, de ornamentis praebendis ad coenam δειπνίζειν. In historiis Graecorum χορηγὸς honestissimum nomen est, quod de eo dicitur, qui sumptus de suo praebet ad ludos sacros. Plauto aliisque Latinis *choragus* is dicitur, qui scenicis histrionibus locat ornamenta fabulae docendae necessaria. Inde apud Ciceronem IV. ad Herenn. 50. *choragium falsae gloriae*, supellex & reliquum instrumentum ad pompam solitum comparari. Ita igitur hic quoque accipiendum: ac fortasse etiam *choragium* scribi melius, ut sit in postremo p.de συνίζησιν. nam quod eruditissimus Torrentius choragum interpretatur Augustum, tam est a ratione alienum, quam parum meo judicio verum, quod idem ait, quia desit aliquid initio horum versuum, propterea vix posse eorum mentem percipi. *Malliam* in secundo versu unam e sex illis foeminis fuisse, quae dearum habitu convivio interfuerunt, neque ajo neque nego: tamen quin pro uxore choragi queat accipi, non dubito. Beroaldus Capitolium ea voce putat significari, sed ut J. C. sine lege, ita nos sine auctoritate erubescimus loqui. CASAUB. *I-*

Dum nova divorum coenat adulteria :
Omnia se a terris tunc Numina declinarunt :
Fugit & auratos Juppiter ipse thronos.

Auxit coenae rumorem summa tunc in civitate penuria ac fames. Adclamatumque est postridie, *frumentum omne deos comedisse ;* & *Caesarem esse plane Apollinem*, *sed*

florum sine dubio corrupta vox. in margine Copenani & in Exc. Cujac. erat *justum*, unde sensus non malus oritur, quum mensa in unum duxit justum choragum: sed tunc *choragum* pro *choragia* deberet cap. cum Casaubono. quod *justum* erat, plenum, cui nihil deerat ad hunc mimum duodecim deorum agendum. si nec hoc placet, exspectabo meliores conjectores. *chorengium* etiam Exc. Cujac. *coragum* Copes. Heins. ad Prop. IV. VIII. 23. legebat, *Cum mimum Histrionum conduxit mensa choragi. Malia* Cod. Harlem. *Manlia* Ed. Bonon. Burm.

Coenat adulteria:] Coenando exprimit & repraesentat, atque adeo imitatur. Vox praegnans, ut loquuntur γραμματικῶν παῖδες. Non dissimile est, *epulari impunitatem* apud beatissimum Augustinum in libris Confessionum, & *magna vivere* apud Minutium Felicem: *Nos non eloquimur magna, sed vivimus.* Sic πηδᾶν πηγὰς apud Justinum, de Achille, qui saltu vehementiore aquam salientem e terra expressit. Ita etiam dicuntur Servio Heliades *flevisse succina.* Casaub. Id est in hac caena, sub figura divorum, adulteria committit. sic apud Pers. Sat. V. 8. *Si quibus olla Thyestae*
- - - *Fervebit, saepe insulso coenanda Glyconi.*

Casaubonus exponit, quam tragoediam, in qua Thyestes liberos devorat, saepe sit acturus Glyco. addit cupiditate coenae vel mercedis, unde se ipse alat, quod omissum vellem. nam prior explicatio sufficit: Histrio coenat ollam Thyestae, ut hic personati divi coenant adulteria. *divarum* manus docta in Ed. Plantin. *Ludit mendacia* dictum fere, *ut ludere caussas, imperia* &c. de quibus vide ad Calpurn. Ecl. I. 45. Burm.

Fugit & auratos Juppiter ipse thronos.] In MSS. utrumque invenimus & *toros* & *thronos:* quae posterior lectio plurium consensu & in his Memmiani confirmata jure placuit. In Pervigilio Veneris:
Cras Dione jura dicet fulta sublimi throno.
etsi malim ibi *toro.* At isto loco qui *thori* vel *tholi* legi debere contendunt, unde obsecro habent fuisse tum in Capitolio lectisternium, quando haec coena coenata? Casaub. *Thronos* duo Palatini. At primus retinet *thoros.* qui bonitate alioqui binos alios antecellit. Grut. Quum omnes scripti & editi ita habeant, tamen *toros* vel *thoros* malunt viri docti, quia *thronos* Latine dici non putant. atqui Plinius lib. XXXV. 9. de ipso Jove. *Magnificus est Jupiter Zeuxidis in throno, adstantibus diis.* ubi interpretes locum Albrici ex cap. II. adducunt, ubi Jovis *Eburneus thronus* memoratur. quo & usus sum in Jovis Regis throno adserendo Dissert. de Jove Fulgeratore, cap. XIV. & ubi in Capitolio, quod instar Olympi vel coeli erat terrestre ejus domicilium, ut Cicer. IV. Verr. 58. ait, fuisse thronum ostendi. & ad ejus aemulationem Caesar sibi *auream sedem*, ut thronum, in curia & pro tribunali passus est decerni. vid. in Caes. cap. L. Virgilius & alii Poëtae *solium aureum* dant, Jovi. hunc Thronum jam fugisse dicit Jovem, & in coelum se recepisse, ne scelera illa videret, id est in verum thronum, ab hac terrestri sede cum aliis numinibus abiisse. sic jam throno insidentem Homerus descripsit, Il. A. 536. & Plin. II. Hist. 70. dicit sidus quoddam sub Augusto vocatum *Caesaris Thronon*, de quo vide Tristan. Tom. I. Comm. pag. 36. quare nihil mutandum reor. nec *Tori* huc faciunt, quos in lectisterniis parabant Diis, quae hic nulla. Quamquam Amm. Marc. XXI. I. Themidem dicit a veteribus Theologis *in Cubili solioque Jovis collocatam.* sed haec huc non pertinent. *Tholos* tolerabilius legeretur, nisi omnibus diis tholi essent in templis suis, sed *thronus* soli Jovi erat positus, ut Regi deorum & hominum. Burm.

Rumorem] *Tumorem* Harlem.

Frumentum omne] *Omne frum.* Exc. Cujac. & Copes.

Esse Apollinem, sed & Tortorem.] Vetus cod. *Caesarem esse plane Apollinem, sed Tortorem.* optime. perit enim dicti gratia retento &.

Apollo

sed & *Tortorem*. quo cognomine is Deus quadam in parte urbis colebatur. Notatus est & ut pretiosae supellectilis Corinthiorumque praecupidus, & aleae indulgens. Nam & proscriptionis tempore ad statuam ejus adscriptum est:

Pater argentarius, ego Corinthiarius:

quum existimaretur, quosdam propter vasa Corinthia inter proscriptos curasse refe-

Apollo autem *Tortor*, ut *Apollo Sandaliarius*, & *Jupiter Tragoedus*, supra cap. LVII. cognomine a vicis indito. Martial. lib. II. Epigr. 17.

Toustrix Suburrae faucibus sedet primis,
Cruenta pendent qua flagella tortorum.

Ego autem dictum illud acerbius, quod divinitatem sibi Caesar arrogabat. De quo inf. cap. XCIV. TORR. *Esse hominem*, sed in marg. *Apollinem* Copes. *sed & tortorem* Harlem. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Basil. Gryph. Plant. Colin. reliquae fere omitunt; ut saepe fieri alibi notavimus. hic vero malim retinere & legere *esse plane* (forte *sane*) *Apollinem, sed & tortorem*, esse deum perdentem & interficientem, (ad nomen Apollinis respicientes) verum non simplici morte tantum, sed & tortorem, per tormenta excruciantem. sic ergo non perit gratia dicti, sed augetur & intenditur, per illud *&*: sic apud Petron. cap. XX. *non enim tam magnum facinus admisimus, ut debeamus torti perire*. Curt. IV. VIII. III. *quos illi e muris ob injurias tortos necaverunt*. & VIII. VIII. 2. *Callisthenes quoque tortus interiit*. ita in Tiber. LXII. ante *torqueri* jubet hospitem, deinde *occidi*. & Augustus supr. XIV. & XXVII. & ita centies apud alios scriptores. si ergo pestilentia, aut morte simplici perdidisset, esset sane Apollo, sed nunc fame, qua tormentum nullum majus, populum conficiens, ipse laute coenans, ut lenta morte consumens, etiam erat tortor. ita ut vere in eum posset dici, quod Phaedr. I. fab. 26. de Ciconia,

Satiatur ipsa, torquet convivam fame.

ubi Axenius ex Martialis I. Ep. 79. adducit commode

Aut torsit lenta tristia fata fame. BURM.

Quadam in parte urbis] adscripserat Lipsius ut & Torr. fecit Martial. lib. II. 17. ubi legitur

Toustrix Suburrae faucibus sedet primis
Cruenta pendent qua flagella tortorum.

Unde conjicio eam regionem indicari ubi Apollo tortor colebatur. quem. locum Berneccerus ad Suet. Aug. cap. V. de insigni loci, quod erant *flagella*, explicat. ego de flagellis potius venalibus mallem. & ex verbo *pendere*, quod de rebus venalibus dicitur, apud Phaedr. III. 4. & quia sequitur. *Sutor*. *cruenta* vero dicit, non quum pendent, sed quia adhibita ad tormenta fiunt cruenta. sed quum apud neminem, qui de urbe Romana scripserunt, hunc Apollinem reperiam, non admodum nobilem fuisse conjicio, nec si in *Subura*, celebri parte urbis, fuisset, dixisset *quadam in parte*, sibi etiam non cognitam illam indicans. *eis deus* Basil. BURM.

Colebatur.] Liber unus *celebratur*. TORR. Ita & Ed. Roman.

Est & ut pretiose] Sic & Pall. duo, sed tert. non habet voculam *ut*, non male. GRUTER. *Et* omiserunt Plant. Casaub. & Raph. & recentiores. In marg. Torrent. Ed. legitur *percupidus*, quod nusquam repperi. sed *praecupidus*, ut *praedulcis*, *praeferox*, *praedives*, & alia apud nostrum obvia, licet librarii saepe in his vocibus aberrent: *suppellectili scilicet Cor.* Exc. Cujac. BURM.

Adscriptum] *Ascriptum* Memm. Edd. Rom. Venetae, Bonon. Lugd. Junt. Ald. Steph. Basil. poster. vid. Tib. LI. Huls. *scriptum*.

Ego Corinthiarius:] Hic nomen est artificii, postea fuit ministerii in familia Principum. Vetus Lapis: (apud Grut. DCXXXIX. 7.)

CALLITYCHE ZOILI.
CORINT. AGRIPP. CASAUB.

In Indice Gruteri *Corinthiaria* explicatur. in lapide sequenti est *a Corinthis* pro *a Corinthiis*, sc. vasibus. nam *Corinthia* dixit etiam Petron. cap. L. ubi vide notas. BURM.

Vasa Corinthia] Criticorum veterum placitum est, ut *Corinthiaca vasa*, non *Corinthia* dicatur: cui observationi MSS. libri multorum scriptorum non consentiunt. CASAUB.

Inter proscriptos] *Inter Corinthios* Periz. a m. pr. & *proferendos* Exc. Cujac.

Ali-

ferendos. Et deinde bello Siciliensi epigramma vulgatum est,

Postquam bis classe victus naves perdidit,
Aliquando ut vincat, ludit adsidue aleam.

71 Ex quibus, sive criminibus, sive maledictis, infamiam impudicitiae facillime refutavit, & praesentis & posterae vitae castitate. Item lautitiarum invidiam, quum & Alexandria capta, nihil sibi praeter unum murrhinum calicem, ex instrumento regio, retinuerit, & mox vasa aurea adsiduissimi usus conflaverit omnia. Circa libidines haesit, postea quoque, ut ferunt, ad vitiandas virgines promptior, quae sibi undique, etiam ab uxore, conquirerentur. Aleae rumorem nullo modo expavit: lusitque simpliciter & palam oblectamenti caussa, etiam senex: ac praeterquam Decembri mense, aliis quoque festis profestisque diebus. Nec id dubium est:

Aliquando ut vincat, ludit assidue aleam.] Vetus versus est apud Aristotelem: Ἂν πολλὰ βάλλῃς ἄλλοτ' ἄλλον ἂν βαλεῖς. Nec minus vere quam eleganter Galienus Imperator apud Pollion. cap. XII. *Taurum toties non ferire difficile est.* CASAUB.

Aleam] *Alea* Junt. Ald. Basil. Arg. Colin. Seb. Gryph. vid. Claud. cap. XXXIII. & Neron. XXX. ubi eadem diversitas lectionis. ut & in l. XXVI. ff. de Injuriis. BURM.

71. *Infamiam impudicitiae*,] Vide sup. cap. XXXIV. TORR.

Invidiam] *Invidia* Exc. Cujac.

Et Alexandria] *Ex* Basil.

Murrhinum calicem] Nihil verius quam antiqua murrhina esse *porcellanea* nostra, quocunque modo hodie fiant. quod enim ex luto quodam albo & in fornacibus cocto apud Chinas procellanea vasa fieri contendunt, hoc nihil prohibet, quin veterum murrhina fuerint. quod enim veteres quidam lapidem *murrham* scripserunt, alii humorem sub terra densatum, certe ex eo patet ignorasse illos, quid essent aut quomodo fierent murrhina. Non recte porro inde colligitur, diversa esse porcellanea & murrhina. SALMASIUS. Exer. Plin. pag. 143. *Myrrinum* Codd. Memm. Copes. Harlem. Ed. Venet. pr. reliquae vero *Myrrhinum*. sed Steph. *Murrhynum*.

Ex instrumento] *In instrumento* Exe. Cujac.

Assiduissimi usus] Nescio cur haec de usu ad obscoeniora intelligere malit Durandus ad Plin. XXXIII. 3. quum magis assiduus sit usus ad ministerium mensae. BURM.

Circa libidines haesit:] Ductum a re nautica, ut apud M. Tullium, *ad columnam adhaerescere*, pro Sextio cap. VIII. *Ne Scyllaeo illo aeris alieni in freto, ad columnam adhaeresceret, in tribunatus portum perfugerat.* CASAUB. *Libidines* recte opponit impudicitiae. sic Valer. Max. VIII. 1. Ex. Absol. 12. *Crimen libidinis confessio intemperantiae liberavit*, ut legit ibi & *intemperantiam*, [illegible] explicat, Vorstius. BURM.

Ut ferunt] *Ut referunt* in sola Paris. Gourmon. 1509. reperi.

Aleae rumorem] Pro rumore de alea, & aleam ipsam lusus genus dixit. ERASM.

Et palam] Pal. pr. & *pilam*. GRUT.

Praeterquam Decembri mense,] Quo, ut quadam ad Lucilium epistola scribit Seneca, *jus luxuriae publice datum est, ingenti apparatu sonant omnia.* Macrob. Saturnal. I. cap. V. *Vultisne diem, quem omnes plerique abaco & latrunculis conterunt*, &c. Saturnalia enim XIV. Cal. Jan. Romani summa animi remissione celebrabant, ut & aliae nationes, de quibus Athenaeus lib. XIV. Plura ad Horat. lib. II. Sat. VII.

— *age libertate Decembri,*
Quando ita majores voluerunt, utere, narra.

Pulchre Juvenal. Sat. VII. 90.

— *tunc utile multis.*
Pallere, & vinum toto nescire Decembri.

tunc enim *Invitat genialis hiems, curasque resolvit.* Adde locum Suetonii Calig. cap. VI. *Duravitque etiam per festos mensis Decembris dies.* Loquitur de luctu ob Germanici mortem. TORR.

Profestisque] *Et profestis* Exc. Cujac.

Nec id dubium] *Id* ignorant Codd. Copes. & Hulf.

An-

est: autographa quadam epistola, *Coenavi*, ait, *mi Tiberi*, *cum iisdem. Adcesserunt convivae Vinicius & Silvius pater. Inter coenam lusimus* γεροντικῶς *& heri & hodie. Talis enim jactatis, ut quisque canem, aut senionem miserat, in singulos talos singulos de-*

Autographa] quam Suetonius *autographam* epistolam dicit, Plutarchus in Apophthegm. Antigoni secundi *Antigrapham* dixit (si modo ea vox mendo vacat) quae esset proprii Chirographi. URSIN. *Antigrapha* Edd. Venet. tres, *autographa* Lugd. aberrationes operarum.

Coenavi cum iisdem.] Liber pervetustus superscriptum habet, *alias cum Iside.* An forte cum Iside Augustus, ut cum Cithaeride Cicero apud Volumnium Eutrapelum accubuit. lib. Famil. IX. epist. ult. TORR. *Coenavi a. M. Tiberi. Quum iidem accesserunt*, vel *cum*, Codd. Periz. Harl. Edd. Rom. Venetae tres, Bonon. Lugd. & vitiose *quum isdem* Junt. & Arg.

Convivae Vinicius & Silvius] De *Vinicio*, seu *Vinucio*, (nam utroque modo scribitur) sup. cap. LXIV. Pro *Silvius* autem *Salvius* scribendum puto, quandoquidem M. Salvius Otho, Othonis Principis avus, cujus uti III-viri monetalis exstant nummi aerei, sub Augusto Liviae familiaritate floruit. Et alioqui frequens mendum est, ut Othones fere Silvii in vulgatis exemplarib. vocentur. Codex tamen Patavin. *Silius* habet. Est & alius Augusti III-viri R. P. C. nummus, in quo a parte altera legitur. Q. SALVIUS IMP. COS. DE. qualem servo. Sed alii Q. Salvidieno Rufo, de quo paulo ante, illum nummum attribuunt, an recte, necdum compertum habeo. Lector cogitet, nam & Silia gens Romana est. TORR. Scribo *Silius* ut in Cod. Viterb. & Lislaei, vel *Salvius*: nam Silvia gens Romana mihi nulla cognita. CASAUB. *Et Silius pater*, sic diserte pal. pr. nam sec. *& filius pater*. tert. *& Consitius pater*. olim editi, *& Silvius pater*. GRUT. *Vinitius* Harlem. *Unitius* Venet. pr. *Vinitius* plurimae antiquarum, & etiam Steph. & ita marmor apud Gud. XXVIII. 4. vid. supr. cap. LXIV. *Vinitius & Silius* Exc. Cujac. *Silius* Steph. reliquae *Silvius* vel *Sylvius*. *& ipsius* Copcf. Voss. ad Vell. Pater. II. 83. *P. Silium* ibi memoratum eumdem esse putat. an *Silius* ille consul, qui cap. CII. memoratur? Cren. XI. Anim. p. 253. *Silviam* gentem adgnosci a Streinio, Ant. Augustino & aliis docet. vid. inf. ad Galb. XVII. & Othon. I. BURM.

Inter coenam lusimus γεροντικῶς] Liberaliores potationes talorum infinitis lusionibus distinguebant. Plautus, Propertius, alii. Ideo inter alia apophoreta dati etiam tali: Martialis & Athenaeus. Ait autem lusisse γεροντικῶς, hoc est, ut faciunt senes otio redditi. Non omnes qui alea ludunt, aleatores sunt, quod pessimum hominum genus esse inter sapientes convenit. Ludunt pueri, ludunt & senes: sed simpliciter & oblectamenti caussa, non cupiditate lucri. CASAUB. Vid. ad Petron. cap. XXXIII.

Talis enim jactatis, ut quisque canem aut senionem miserat,] Lusus, quem describit Augustus, is est, quem Graeci πλειστοβολίνδα nominarunt. Ludebatur & talis & tesseris. Pollux, lib. IX. n. 117. Ἡ πλειστοβολίνδα ὁ μέν τι ἢ διὰ τῶν κύβων, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἀστραγάλων, ἐπὶ τὸ πλεῖστον βαλεῖν ἀριθμόν. Talis ita ludebant: quatuor talos vel ex auro factos, aut argento, aut ebore, vel revera talos alicujus animalis, in fritillum conjiciebant, eoque concusso super tabulam fundebant. Talorum πλάσεις, hoc est, varietates quas jactu casuque exhiberent, erant numero triginta quinque: id enim observatum est a veteribus aleae magistris, non posse ultra eum numerum diversas species exhiberi jactu quocumque quatuor talorum. Dico talorum: nam in tesseris plures conspectus diversi reperiri possunt. Ratio diversitatis est, quia plures sunt πλευραὶ tesserae, quam tali. hic quatuor tantum habet partes, quibus insistat & incumbat: cum ab utraque longitudinis suae extremitate rotundetur: illa sex. hoc optime doceat αὐτοψία. Quin, etsi talus habere quatuor πτώσεις dici potest, fere tamen cum jacias, non aliter cadere videas quam duobus modis: vel in eam faciem e duabus, quas habet latiores, quae cava est: vel in oppositam, quae eminet & protuberat. Has talorum πτώσεις Graeci ajunt, ἐξ ἰνδάλματος κατ' ἀντίθεσιν συγκειμένας fuisse: hoc est, puncta vel numeros habuisse sic dispositos, ut qui in oppositis duobus lateribus essent, juncti semper efficerent septem hoc modo. * Ἀντικρὺ γὰρ, ajunt, μονὰς καὶ ἑξὰς, οὕτω τριὰς

* 1-6
3-4

72 *denarios in medium conferebat: quos tollebat universos, qui Venerem jecerat.* Et rursus aliis literis: *Nos, mi Tiberi, Quinquatrus satis jucunde egimus. Lusimus enim per omnes dies, forumque aleatorium calfecimus. Frater tuus magnis clamoribus rem*

τρίας καὶ τετράς In tesseris amplius fuerunt δυὰς καὶ πεντάς. Qui πλειστοβολίνδα ludebant, singulis jactibus infelicibus certam pecuniam, prout convenerat, in medium conferebant: aliquando in singulos talos singulos nummos, ut hic Augustus ait: aliquando in singulas unitates, quas jactus ostendebat, sive in punctum, ut loquitur Suetonius in Nerone, c. XXX. singulos nummos. hoc innuit Pollux in descriptione istius lusus, verbis hisce, ibid. n. 95. Ἀργύριον τὸν ἀριθμὸν ὑποθεμένους καθ᾽ ἑκάστην μονάδα ἀστραγάλου, δραχμὴν, ἢ στατῆρα ἢ ὁποσονοῦν. Sic ille locus scribi debet. Atque istae sunt *manus*, quas vocat Augustus, cum ait in sequenti epistola: *Si quas manus remisi cuique, exegissem, aut retinuissem quod cuique donavi, vicissem vel quinquaginta millia.* Duplicem suam benignitatem refert: alteram, quod collusoribus suis, qui ex jactu infeliciore tenebantur pecuniam in medium conferre, remiserit conferendi necessitatem: alteram, quod iisdem pecunia destitutis ad conferendum de suo sit largitus. Porro vincebat is; qui Venerem jaciebat: ita vocabant jactum, qui talos omnes diversa figura ostendebat. Lucianus in Amoribus: Ὅτε ποτὲ τὴν θεὸν αὐτὴν, Venerem intellige, διευλύχησαν, μηδενὸς ἀστραγάλου πεσόντος ἴσῳ σχήματι, προσεκύνει, τὸ ἐπιθυμίας τεύξεσθαι νομίζων. Vincendi rationem paullo aliter explicare Pollucem video: Ὁ ὑποβαλλόμενος τὸ πλῆθος τῶν μονάδων, ἔμελλεν ἀναιρεῖσθαι τὸ ἐπιδεδεγμένον ἀργύριον. Sic cum non in pecuniam facta erat conventio, sed in aliam conditionem, semper vincebatur ὁ ἐλάττω βάλλων τοῖς ἀστραγάλοις, ut loquitur Athenaeus lib. X. Sed non dubium πλειστοβολίνδα & similes lusiones variis modis solitas exerceri. CASAUB. Pluribus videntur veteres lusisse talis, quam tesseris: tribus enim tesseris, quatuor talis lusitabant, cum Martialis scribat. lib. XIV. Ep. 15.

Non sim talorum numero par tessera.

In tessera sex latera, quatuor in talo erant. itaque in talo neque binio, neque quinio erat, sed tantum ternio & quaternio & senio & canis: id est, unitas. Ternionem & quaternionem etiam *suppum* & *planum* vocatos esse legimus. TURNEBUS. De talorum ludo vide Ferrarii lib. Elect. 16.

Jactatis ut quisque] *Jactis ut quique* Periz. *Jactatus ut quique* Harle. Ed. Venet. pr. *jactatis ut quinque* reliquae duae. *Jactatis* mutari non debet. jactabantur in fritillo, tunc mittebantur, tali.

Tollebat universos] Pollux modo: Ἔμελλεν ἀναιρεῖσθαι τὸ ἐπιδεδεγμένον ἀργύριον. CASAUB.

Venerem jecerat.] Jactus felicissimus, qualis & ille Graecorum proverbio celebratus, τρὶς ἓξ βάλλειν, *ter sex jacere:* De quo, ne quem sua defraudem gloria, Petr. Victorius Variar. Lect. XXV. cap. XIV. & Hadr. Junius Adag. LXII. cent. V. TORR. Venus erat jactus, cum tali quatuor diverso erant omnes numero, id est, cum jacti erant omnes talorum numeri. Martialis lib. XIV. 14.

Cum steterit nullus vultu tibi talus eodem,
Munera me dices magna dedisse tibi.

TURNEBUS.

Nos, mi Tiberi, Quinquatribus] Liber opt. *Quinquatris, mi Tiberi, satis jucunde egimus,* veteri more pro *quinquatriis*. Dictae autem *Quinquatrus*, seu *Quinquatria*, quod erant post diem quintum Idus Martii. Varro lib. V. Ling. Lat. Gellius lib. II. cap. XXI. Inf. Ner. cap. XXXIV. Plura ad Horat. Epist. II. ad Florum: *Puer & festis Quinquatribus olim.* TORR. Videtur legendum *Quinquatribus*. URSIN. Placet Memmii & Lissaei codd. lectio *Quinquatrus*. CASAUB. *Quinquatriis* quoque Pall. GRUT. *Quinquatrus* ex Memm. Gronov. *Quinquatris* Harlem. Edd. Venetae tres, Bonon. Lugd. Junt. sed Roman. & reliquae *Quinquatriis*. *Quinquatrus s. jocunde*. Exc. Cujac. Lambinus ad Horat. II. Epist. II. 197. ubi legit *festis quinquatribus*, negat *quinquatria* dici casu recto, sed *quinquatriis*, & hic legendum: ergo male *quinquatribus*, ut Ursinus voluit, & Graevius in prima editione, & Pitiscus. Sed Torrent. ad Neron. XXXIV. docet utrumque dici, & in veteribus Kalendariis, quae sunt in tom. VIII. Antiq. Rom. legitur *Quinquatria* ad XIII. vel XIV. Kal. April. quod si quis suppositum pro contracta voce, ut olim fuit notatum, hoc modo, *Quinq.*, credit, sciat

rem gessit. Ad summam tamen perdidit non multum: sed ex magnis detrimentis praeter spem paullatim retractus est. Ego perdidi viginti milia numum, meo nomine: sed quum effuse in lusu liberalis fuissem, ut soleo plerumque. Nam si, quas manus

sciat & in Kal. Farnesiano apud Ursin. pag. 195. legi *Quinquatria*, quamquam & ille ita edidisse plene credi potest, quum seq. vocem LAVATIO exhibeat, & fateatur literas vetustate corrosas non legi. vid. & Neapol. ad Ovid. III. Fast. 809. BURM.

Forum aleatorium] Quo nimirum tanquam ad celebrem aliquem conventum lusuri alea confluebant. Similis, ni fallor, Senecae locus consolatione ad Polybium cap. XXXVI. corruptus tamen. nam de Caji Caesaris amissa sorore Drusilla dolore loquens: *In Albano* (inquit) *secessit, ac foro & advocatis & hujusmodi aliis occupationibus acerbissimi funeris levabat mala. Proh pudor imperii! Principis Romani lugentis sororem alea solatium animi fuit.* His in verbis quispiam, quid forum aleatorium esset non intelligens, foro advocatos adjunxit. Lego igitur, conjectura paene necessaria, *ac foro aleatorio, & hujusm.* sic enim quod de alea sequitur, optime convenit. TORR. In plerisque urbibus inter loca aedilem metuentia fuit is, quo convenire soliti aleatores: quem Cicero I. de off. 42. *ludum talarium*, Quinctilianus I. 3. *ludum talarem*, Augustus *forum aleatorium* vocat. Forum enim dicitur locus omnis concursu negotiantium celebris. ubicumque autem conveniatur aleae caussa, ibi erit forum aleatorium, non in foro tantum: etsi ibi quoque alea solita exerceri, sed non nisi ab hominibus perditis & profligatis, qui omnem existimationis suae curam posuissent. Cicero Philipp. II. cap. 23. *Hominem omnium nequissimum, qui non dubitaret vel in foro alea ludere, lege, quae est de alea, condemnatum, qui in integrum restituit, is non apertissime studium suum ipse profitetur?* Ex his apparet, quam grave flagitium censeretur Romae alea in foro ludere. Quare Augusti verba non ita accipio, quasi ille in foro lusisset: sed ita locutum arbitror, ad declarandum suum in ludendo studium, & eorum qui non parvo numero festi celebrandi gratia ad ipsum convenerant. ideo ait *forum calfecimus*, venustissima translatione, qua exprimitur ἐμφαντικῶς & studium simul & frequentia ludentium. Cicero ad Atticum lib. I. Ep. I. *Cum Romae a judiciis forum refrixerit, excurremus mense Septembri legati ad Pisonem.* Sic dixit Tertullianus, *aestuare carcerem*, pro plenum esse. Apologetici cap. XLIV. CASAUB. *Forus* aleatorius est alveus lusorius. Nam forus & tabula idem. Unde *fori navium* sunt tabulata, & *fori torcularium*. qui forum ibi aleatorium τὴν ἀγορὰν κυβευτικὴν interpretantur, misere falluntur. SALMASIUS ad Flav. Vopisc. Proculum cap. XIII. *Aleatorum* Mem. Periz. Ex. Cujac. Harlem. & Edd. Rom. Venet. pr. *calefacimus* Lug. Junt. Arg. *Calfecimus* Basil. Gryph. Colin. Doleti, Plant. & Jac. Gronovii. Et ego forum aleatorium, a *forus* unde *fori*, alveum intelligi debere cum Salmasio credo. vide egregie Gronov. ad Senecae Consol. ad Polyb. XXXVI. quem non intellexit Torrentius. BURM.

Retractus est] *Retractatum est* Memm.

Si quas manus remisi] *Remittere manum* (inquit Beroaldus) est condonare collusoribus jactum, quem damnosum fecerint. Sabellicus vero *manus* exponit pecuniarum grumos in aleam conjectos. Vulgari quoque sermone *bonam* vocamus *manum*, cum feliciter jaciendo multum a colludentibus auferimus. Nec dissimili ratione Martial. Apophoretis *alea parva nuces*, & paulo ante de tessera, *alea major* dixit, prout minore, majoreve ludentium damno agitur. & JCti *aleam emere*, & *vendere aleam*, quoties incertum aliquid, quid quantumve futurum sit, nundinamur, ut puta jactum retis, capturam aucupis, aut missilium jactum, l. VIII. De contrah. emptione, l. VII. & l. XI. De hered. vel actio. vend. De talis autem tesserisque Turneb. lib. I. Adverf. cap. VI. TORR. Exposuimus jam haec verba: nempe *manum* vocat, quam conferebat quisque pecuniam post jactum infelicem. Proprie tamen manus est jactus ipse: nam in alea singuli jactus sic dicuntur manus, ut in re gladiatoria singulae manus & singuli ictus. Quintilianus lib. IX. cap. I. *In armorum certamine adversos ictus & rectas manus, cum videre, tum etiam propulsare facile est, aversae tectaeque minus sunt observabiles.* Et apud eundem lib. V. cap. 13. *manus gladiatorum secundae, tertiae, quartae.* Cave confundas, ut quidam, manum cum

nus remisi cuique, exegissem, aut retinuissem quod cuique donavi, vicissem vel quinquaginta milia. Sed hoc malo. Benignitas enim mea me ad coelestem gloriam efferet. Scribit ad filiam: *Misi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos singulis convivis dederam, si vellent inter se inter coenam, vel talis, vel par impar, ludere.* In partibus ceteris 72 vitae continentissimum fuisse constat, ac sine suspicione ullius vitii. Habitavit primo juxta Romanum forum supra Scalas anularias, in domo, quae Calvi oratoris fuerat: postea in Palatio, sed nihilominus aedibus modicis Hortensianis, & neque

cum universa illa pecunia, quam singulis commissionibus victor auferebat, quamque vocari diximus Polluci τὸ ἐπιδιαχειριζόμενον ἀργύριον. Haec est opinor pecunia, quam A. Gellius *aes manuarium* vocat, quasi ex pluribus manibus collectum, lib. XVIII. cap. XIII. quamque συνήθειαν Imperator lege prima Cod. de Aleatoribus: Οἱ σφόδρα, inquit, πλέονας νομίσματος ἐνὸς ἐφ' ἑκάστῃ συνήθειαν παίζοντες: nam si συνήθειαν ibi *manum* interpreteris, erit immensa summa, quam poterit aliquis una commissione, quae pluribus jactibus absolvitur, perdere. CASAUB. Inter alios, quos more suo citat Pitiscus, est Meursius de Ludis Graecor. sed quem debuisset notare, in κυβείᾳ legere, *quos manes*, quia Graeca Lingua μάνης dicitur infelix jactus; quam infelicem conjecturam esse credo, & recte *manus* de ipso damnoso jactu, explicare viros doctos. adi etiam Vales. ad Amm. Marcell. XXIV. 4. qui & a Gladiatoribus desumtam locutionem notat. *exegisse* etiam Harlem. ut sit *remisi exegisse*, sc. quod mihi victori debebat cedere. *si* hic deest Exc. Cujac. BURM.

Benignitas enim mea] Sic Horat. diligens verborum Augusti imitator, Epod. I. ad Maecenatem: *Satis superque me benignitas tua Ditavit.* TORR.

Efferet] *Effert* Harlem. Edd Roman. Venet. tres, Bonon. Steph. & antiquae fere omnes. Basil. vero *efferet*, & hanc sequentes.

Scribit ad filiam] Haec desunt Exc. Cujac. dein *misit tibi* eadem.

Quos singulis] *Quot* manus docta in ora Plantini, sed hoc a Lipsio fluxit, & inde Torrentius.

Convivis] *Conviviis* Codd. Periz. Harlem. sic Caes. XLVIII. & Cal. XXXVIII.

Inter se inter coenam:] Duo priora verba *inter se*, ut supervacanea rejicienda censeo. nam & paulo ante, *inter coenam lusimus γεροντικῶς.* Hinc porro colligimus, Romanos coenam diutius protrahentes ferculis hujusmodi intermiscuisse voluptates. Adde mox Suetonii locum c. 74. *Quot* etiam, non *quos* equidem legerim. TORR. Offendunt haec Torrentium, sed vindicat Gronov. ad Liv. IX. 2. paullo aliter geminavit noster in Caes. XXXIX. *inter vicos aut inter vias manerent.* de qua geminatione vid. Cuningam. Animadv. in Horat. Bentleji cap. XIII. pag. 245. ex Vavassore. *inter se coenam* Harlem. Edd. Venet. pr. Lugd. Junt. Ald. Arg.

Vel talis, vel par impar ludere.] Non quin & talis par impar luderetur: nam ἀρτιασμοῦ per talos exemplum habes in Platonis Lyside, & notat Pollux lib. IX. Sed & tesseris, & ipsis nummis, & nucibus etiam, ut apud Ovidium, & Aristophanis Scholiasten, legere memini. Similis lusio erat, quando quaerebant *caput aut navim.* Auctor libri de Origine urbis Romae, & Macrob. I. Saturnal. cap. VII. sic apud Graecos ζυγὰ ἢ ἄζυγα. scholia Aristophanis ad Plutum. CASAUB. *Vel par vel impar.* Cod. Harlem. Edd. Venetae tres. *vel par imparque* Junt. *vel par ludere.* Hulf.

Fuisse constat,] *Fuisse* deest Memm. *in partibus ceteris* etiam Harlem. & Edd. Rom. Venetae, Bon. & aliae antiquae usque ad Basil.

Ullius vitii] *Ullius officiis* Copes. a manu pr. sed corr. *vitiis.*

72. *Juxta Romanum forum supra scalas anularias*] Mallem *juxta forum.* nam eum forum dicimus absolute, Romanum intelligimus; hoc praesertim loco, quo de Scalis anulariis additur, quas regione fori Rom. etiam Onufrius Panvinius collocat. TORR. *Romanorum* Codd. Hulf. & Copes. a m. pr. Torrentius *Romanum* abesse malebat, sed non Gronovius, quem vide II. Obs. 24.

Quae Calvi] *Quae Clavi* vel *Flavii* Exc. Cujac.

Postea in Palatio,] Vide Suetonii Gramma-

que laxitate neque cultu conspicuis: ut in quibus porticus breves essent Albanarum columnarum, & sine marmore ullo aut insigni pavimento conclavia. Ac per annos amplius quadraginta eodem cubiculo hieme & aestate mansit: quamvis pa-

maticos in Verrio Flacco, & Dionis notam lib. LIII. itemque libro LV. Refert & Servius, Augustum aedificatam a se domum publicam fecisse. caussa est apud Dionem; quia pontificem maximum in aliis, quam publicis aedibus habitare fas non erat. ideo Palatii publicationem Nerva quoque fecit renovato Augusti exemplo: quod alii Principes neglexerant. Docet subobscure Plinius in Panegyrico cap. XLVII. *Magno*, inquit, *animo parens tuus hanc ante vos Principes arcem, publicarum aedium nomine inscripserat.* CASAUB.

Sed nihilominus aedibus modicis Hortensianis] Palatium & regionem in urbe interdum designat, & saepius domum principalem. Haec ex pluribus domibus minoribus in unius maximae speciem fuerat constructa. Itaque Palatii pars fuit vetus Hortensii domus: ut hinc liquet. Pars alia fuit Catilinae domus, quae tamen postea separata est a Palatio, ut indicat Suetonii locus in Verrio Flacco. CASAUB. *In aedibus* Ed. Graev. pr. quod nusquam alibi reperi.

Per annos amplius quadraginta] Ellipsis, quae & nostris Juris consultis non infrequens. Utitur enim ea Julianus l. LXXXI. §. 4. D. de Legat. I. *Titius non amplius quincunccem in servis vindicare posse.* & Javolenus l. XXX. §. 4. D. de Legat. 3. *Negavi amplius partem deberi.* GOESIUS.

Eodem cubiculo hieme & aestate mansit:] Contra consuetudinem hominum ejus temporis, qui in aedibus suis alia habebant hiberna, alia aestiva cubicula & triclinia. Varro de lingua Latina lib. VII. & Plinius in epistolis lib. II. & Columella in descriptione villae. De triclinio hiberno Juvenalis loquitur Satyra VII. 183.

— *algentem rapiat coenatio solem.*

Mos antiquissimus, cujus inventores delicati & principes in Asia viri: nam de regibus Persarum nihil dicam, etiam in Sacris literis ejus consuetudinis fit mentio, lib. Judicum, cap. III. commate XX. & propheta Amos, has populi Israëlitici delicias graviter objurgat cap. III. comm. XV. Tandem fuisse hominibus luxuriosis, praesertim Romanis, non triclinia solum pro tempore diversa: sed & supellectilem totam, & ea maxime quae auro argentoque constabant, etiam anulos alios aestivos, alios hibernos, testis Juvenalis Satyra I. & de Graecis Alexis in Hippisco apud Athenaeum lib. VI. CASAUB. *Permansit* Cod. Hulf. sed *mansit* est noctem transegit, ut mox cap. LXXIV. & hoc Tyronibus jam notum.

Parum salubrem valetudini suae urbem] Praeter medicinae auctores Graecos & Latinos, qui hoc testantur, Frontini verba sunt in lib. de Aquaeduct. *Ne pereuntes quidem aquae otiosae sunt: nam immunditiarum facies & impurior spiritus, & caussae gravioris coeli, quibus apud veteres urbis infamis aër fuit, sunt remotae.* Adulatur vero Imperatori Nervae Frontinus, cum illa scribit. CASAUB. *Valetudinem* Harlem.

Hiemaret] Pro affligi incommodo hyemis, quod perperam interpretatus est Beroaldus. Hanc vocem in Sallustio notavit Seneca. ERASM. *Hiemare* exponit Erasmus pro affligi hiemis incommodo, non recte. sensus enim est, Augustum, quamvis parum salubrem hieme sibi Urbem experiretur, nihilominus tamen hiemem illic peregisse assiduo, & ne mutato quidem unquam cubiculo. Itaque legerim, *assidue quoque in Urbe hiemans.* nam alioqui verborum structura luxa est. Quae sane admiranda tanti Principis continentia est. nam & pauper, quod ridere nos jubet Horatius, I. Epist. I. 91.

— *mutat coenacula, lectos,*
Balnea, tonsores. TORR.

Varie exponunt interpretes, sed Cl. Graevii interpretationi vix est ut accedam, quum non minus me offendat hac repetitio *hiemis* bis praecedentis, & *hiemaret* sensu illo, quo vir magnus exponit, diverso. quare assentior Beroaldo & Torrentio. qui *hiemaret* de Augusto capiunt, ut passim milites *hiemare* dicuntur, qui in hybernis agunt: & hoc requirunt sequentia; eidem *cubiculo* opponit loca, in quibus *secretum* agebat, vel aeger cubabat, *urbi, secessus*, qui non impediunt, quo minus per annos tot in eodem cubiculo mansisse dicitur, quia illi excursus aestate rari & breves erant.

parum salubrem valetudini suae urbem hieme experiretur, adsidueque in urbe hiemaret. Si quando quid secreto aut sine interpellatione agere proposuisset, erat illi locus in edito singularis, quem Syracusas & τεχνόφυον vocabat: huc transibat, aut in alicujus libertorum suburbanum: aeger autem in domo Maecenatis cubabat. Ex secessibus praecipue frequentavit maritima insulasque Campaniae, aut

& ideo ut exceptiones a dicto generatim subjiciuntur. & *assidue* capiendum pro frequentissime, ut mox LXXIV. *convivabatur assidue.* & cap. LXXI. *vasa assiduissimi usus.* totam ergo hiemem in urbe manebat, aestate secessibus utebatur. nec offendit repetitio *urbem* & *urbe*, quia sollemnis nostro, ut supr. XXVIII. XLI. & XLII. & alibi, ineptus fuit librarius Copeliani, qui *extra urbem hiemaret* scripsit. nec credo alicui sano placituram J. Gronovii correctionem, qui legit, *assidueque muccide hiemaret.* haeccine, quaeso, est minima mutatio, τ *in urbe*, in *muccide*? & cur non produxit locum veteris alicujus. non ubi *muccidus* occurrit, sed *muccide hiemare*? BURM.

Quid secreto] *Quod* Memm. *secrete* Harlem. Edd. Venet. Bonon. Lugd.

Erat illi locus in edito] Ita solebant veteres. vid. Bosii notas ad Corn. Nep. Dion. cap. IX. BROUCKH. Male, *in edicto* Copes.

Quem Syracusas, & τεχνόφυον vocabat] *Syracusas*, quod locus ipsi, cum solus esset, non minus arrideret, quam delicato cuipiam Syracusae, urbs Siciliae amoenissima: τεχνόφυον vero, quod ad artes excogitandas, excolendasque conduceret. Locum autem hunc *singularem* vocat, quod solus, & undique ab aliis separatus esset. TORR. Hoc illud est, quod Varro notat in sui temporis hominibus: quos ait suis villis delicata nomina usque inde e Graecia petita imponere. Sic *Pausilypum*, *Academia*, aliaque villarum celebria nomina. CASAUB. *Technophion* Codd. Memm. Harl. Copes. Edd. Rom. Lugd. Junt. *Techophion* Venet. sec. & tert. *Tegnotion* Exc. Cujac.

Libertinorum] Meliores codices *libertorum*. Sed Suetonii aetas, uti & JCti nostri, promiscue his verbis usa est. TORR. In V.C. est, *aut in alicujus libertorum suburbanum.* URSIN. Ita lego cum Lisiaei cod. & edit. Lugdun. veteri, non *libertinorum*, ut in vulgatis codd. habetur, similis locus cap. XLV. CASAUB. Conspirant in vitiosam Lectionem *libertinorum* Codd. Periz. Harl. & omnes praeter Cod. Copes. & Edd. Casaub. Raphel. & recentiores quasdam. nec recte parum referre adfirmat Torrentius, quum falsum sit promiscue usos his verbis veteres, nisi diverso respectu: *libertinus* enim dicitur, si statum & conditionem spectes, *libertus* si ad patronum referas. *libertorum*, Augusti scil. vel suorum, legendum omnino, de quibus egit supr. cap. LXVII. sic Donat. ad Terent. Andr. I. I. *feci ut esses libertus mihi.* notat *libertus ad aliquem dicitur.* si *mihi* non additum fuisset, potuisset dicere *libertinus*, ut esset non servilis, sed libertinae conditionis. sed haec latius excutere notarum angustiae non sinunt. sic infr. cap. LXXIV. recte dixit *neminem libertinorum*, tam suorum, quam aliorum, qui manumissi numero libertinorum habebantur. & tamen licet Casaubonus & Graevius rectam lectionem reduxerint, egregius ille Lexici Antiquitatum contextor Pitiscus *Libertinorum* recepit, qui ex ipso lexico, si non totum sine mente compilasset, hoc discere potuisset. BURM.

Aeger in domo Maecenatis] Turrem (opinor) Maecenatis, hortosque in Esquiliis intelligit. Unde Horat. quavis occasione Augusto blandiens I. Sat. VIII. 14.

Nunc licet Esquiliis habitare salubribus.

Infr. Tib. cap. XV. TORR. Mira consuetudo. Plinius epistolarum lib. VII. ep. XVI. *Ego in villas ejus saepe secessi, ille in domo mea saepe convaluit.* Lege etiam de Ptolemaeo Lagi F. simile quid: notat enim Plutarchus in Apophtheg. solitum illum, τὰ πολλὰ παρὰ τοῖς φίλοις δειπνεῖν καὶ καθεύδειν. CASAUB.

Ex secessibus praecipue frequentavit maritima] Romani proceres, quod ex Cicerone aliisque notum, soliti Roma per aestatem exire, & in aliquod Campaniae oppidum secedere, in quo tractu sua praetoria habebant: praecipue vero frequentabant oram maritimam. quare etiam *amoena* hujusmodi loci κατ' ἐξοχὴν dicti. Glossarium: *Amoenia*, αἱ ἀκταί. Scribe, *Amoena*: & ἀκτὴ accipe non pro quovis littore, sed quo modo a Latinis usurpatur, ut Ci-

aut proxima urbi oppida, Lanuvium, Praeneste, Tibur: ubi etiam in porticibus Herculis templi persaepe jus dixit. Ampla & operosa praetoria gravabatur. Et neptis quidem suae Juliae, profuse ab ea exstructa, etiam diruit ad solum: sua vero quamvis modica, non tam statuarum tabularumque pictarum ornatu, quam xystis & nemoribus excoluit, rebusque vetustate ac raritate notabilibus: quali a sunt Ca-

Cicerone in Verrinis. Veteres Glossae Turnebo descriptae: *Actae, littora amoena.* Servius ad Virg. v. 734. *Amoena sunt loca solius voluptatis plena, quasi amunia.* Tacitus III. Historiarum 76. *Noctu dieque fluxi & amoena littorum personantes.* Victor in Aurelio Antonino: *Quae in tantum petulantiae proruperat, ut in Campania sedens, amoena littorum obsideret.* Propter hanc littoralem amoenitatem conqueritur Horatius submoveri maria: quod & Themistius oratione quadam novae Romae civibus objicit, qui amore deliciarum hoc genus veteribus Romanis nihil cesserunt. Pro Campaniae ora fuit iis Propontis vicina, & Princeps, Prota aliaeque adjacentes insulae. In ora illa aestivabant Imperatores in magnificentissimis praetoriis: quorum amorem & desiderium rebus magnis saepe impedimento fuisse queritur Nicetas. Observat autem Hesychius, ab hoc principio obtinuisse, ut omnes loci, in quibus genio indulgetur, *actae* vulgo dicantur, licet a mari procul: Ἡ συνήθεια τοὺς ἐπ' εὐωχίαις ἀφωρισμένους τόπους ἀκτὰς καλεῖ, κἂν τύχωσι μὴ παραθαλάσσιοι ὄντες: CASAUB. Debent haec de Campaniae maritimis & insulis intelligi, ac si dixisset, *maritima Campaniae & insulas.* nam, Etruriae & Latii prope urbem litora insalubriora. vid. Plin. lib. v. Epist. 6. *frequenter* Cod. Harlem. BURM.

Lanuvium] Lislaei cod. *Lavinium.* CASAUB. *Lavinium* Periz. & Harlem. Ex. Cujac. & Edd. Veteres fere omnes usque ad Basil. quarum pr. *Lanuvium. Lavinum* Ed. Roman. de quo agit Heinsius ad Virgilium, I. Aen. pr. *Lanuvinum* Cod. Copes. perpetua vero harum urbium est confusio. vid. ad Liv. III. 28. VIII. 13. & 18. Val. Max. I. VI. 7. Brouk. ad Propert. IV. VIII. 3. & notas ad Ovid. VI. Fast. 60, ubi etiam junctas videbis *Lanuvium, Tibur & Praeneste. Secessus Praenestinus* ut Gronov. pro *recessus* emendat, est apud Gell. XI. 3. BURM.

In porticibus Herculis templi] Tibur in tutela Herculis erat. Inf. Calig. cap. VIII. Unde Herculeum vocant Strabo, Martialis, & alii. Templi pulchritudinem ostendit Juvenalis, cum ait, *vincent Fortunae atque Herculis aedem.* TORR. Herculi sacrum fuisse Tibur nemo ignorat. Sed vide de hoc loco Fr. Martii Histor. Tiburt. lib. II. cap. 19. in Tom. VIII. Thesaur. Italiae. quod autem ibi jus dixerit, videtur incivile fuisse, & durum, Romanos coactos in secessus sequi jus dicentem, qui Romae debebat se litigantibus praebere. Sed hoc illustrat egregie l. XXI. §. 10. de Recept. qui Arbitr. ubi JCtus dicit, non posse arbitrum jubere, aliquem adesse extra urbem Romam, *nisi sit ejus auctoritatis, ut in secessibus soleat agere, & litigatores facile eo loco venire possint:* Sed hoc de arbitro, qui a litigantibus capitur, & ideo ille ubique poterat caussam cognoscere; Sed hic auctoritas, immo majestas Augusti extrahebat litigantes. nam inter Tiburtinos solos jus persaepe dixisse non verosimile videtur, quum de Lanuvinis & Praenestinis nihil dicat auctor. Sed porticum illam Herculis aptum tribunali locum credebat Augustus. Ita videtur hoc exemplo posse excusari Domitianus, qui Pontifices de incestu vestali judicaturos in Villam Albanam convocavit. Plin. IV. Epist. 11. Ita & fecit Trajanus, VIII. Ep. 31. & Sept. Severus apud Herod. III. XIII. I. & alii. *in portibus* Exc. Cujac. BURM.

Instructa] *Structa.* Huls.

Non tam] *Non tamen* Harl.

Xystis & nemoribus] *Xysta* Romanorum more ambulationes sub divo vocat, quas Graeci παραδρομίδας, non porticus illas spatiosas. Unde *xystici* athletae dicti, quod ante notavimus. *Nemora* autem (inquit Festus) *silvas amoenas significant.* qualia etiam intra domorum septa veteres habuerunt. Horat. lib. III. Od. X.

> *Audis, quo strepitu janua, quo nemus*
> *Inter pulchra situm tecta remugiat*
> *Ventis?*

& Epist. ad Fuscum I. X. 22.

> *Nempe inter varias nutritur silva columnas.*

Tibul. quoque lib. III. Eleg. III.

> *Et nemora in domibus sacros imitantia lucos,*
> *Aurataeque fores, (trabes) marmoreumque solum.* TORR.

Capreis immanium belluarum ferarumque membra praegrandia; quae dicuntur 73 Gigantum ossa, & arma Heroum. Instrumenti ejus & supellectilis parcimonia adparet etiam nunc, residuis lectis atque mensis, quorum pleraque vix privatae elegantiae sint. Ne toro quidem cubuisse ajunt, nisi humili & modice instrato. Ve-

Quae ad usum & feria magis commodarent, quam ad voluptatem & elegantiam. in xystis per hibernum solem de rebus gravibus, vel inter ambulandum, vel sedentes tractabant: in nemoribus per aestatem umbram & opacitatem captabant. Adeo autem nemoribus capiebantur vulgo elegantiores Romani & φιλόκαλοι, ut etiam in urbanis aedibus, si alio loco nequirent, saltem in tectis haberent. Seneca testis est variis locis. CASAUB.

Vetustate ac raritate notabilibus:] Liber opt. *vetustate, ac venustate, ac raritate nobilibus.* TORR. *Nobilibus* Ed. Rom. *nobilitabilibus* Hulf.

Qualia sunt Capreis] V. C. *qualia sunt capita immanium belluarum* &c. non ut vulgo legitur, *qualia sunt capreis.* URSIN. In Augusti praetorio, quod in ea insula exstruxit. Mss. nostri habent, *in Capreis.* Ursini, *Capita.* CASAUB. *Capreis immanium* Pal. pr. & sec. uterque notae non vulgaris, nisi quod restet in pr. *in manu.* tertius solum stat a scriptura Codicis Ursiniani, habetque *quae sunt capita immanium.* Sed non placet. GRUT. *Capita* etiam Periz. in margine habebat.

Quae dicuntur gigantum ossa] Idem liber *gigantium.* Bellum autem adversus gigantes campis Phlegraeis in Campania, si Straboni & Diodoro credimus, confecit Hercules. Hinc de eorum ossibus fabula ad nostrum usque saeculum dimanavit. TORR. In Mss. sine distinctione ita legitur, *ferarumque membra praegrandia quae dicuntur gigantum ossa.* Quae de gigantibus prodita sunt ab antiquis poëtis & λογογράφοις, ea sunt ita fabulosa, ut merito Suetonius iis nullam fidem habuerit. Sed quod propterea gigantes nullos fuisse, aut nulla eorum ossa reperiri existimasse videtur, in eo fugit eum ratio. Illud manifesto Sacrae literae arguunt, hoc αὐτοψία multorum: suntque etiam nobis aliquando visa. Vide Augustin. de Civitat. Dei libro XV. cap. XXIII. CASAUB. Hinc recte colligit Casaubonus Suetonium nullam fidem habuisse fabulis de Gigantibus, & noluisse sibi ossa belluarum pro Gigantum obtrusa fuisse, licet de Gigantibus non omnia fabulosa credat. At mihi vero simile fit in Sicilia & Italia, omnia illa ossa fuisse reliquias elephantorum ex Bellis Pyrrhi & Carthaginiensium cum Romanis: nusquam enim credula magis & ostentatrix horum prodigiorum gens in orbe fuit. ut in praefationibus ad scriptores Siculos saepe ostendi, inter quos eminet Fazellus, quem minime ob eruditionem huic errori populari obnoxium crediderim, nisi ille hoc maxime egisset. vid. praefat. ad Tom. I. Thesaur. Siciliae pag. XVII. saniorem fuisse vidimus Valguarneram; praef. ad Tom. XI. & seq. pag. X. BURM.

Et arma Heroum.] Qualia multa recensentur a Pausania, quae ejus adhuc aetate inter donaria templorum Graeciae visebantur. CASAUB. Aerea nim. ut Homericis versibus celebrantur. vide Fabret. Syntag. de Column. Trajana cap. IV. pag. 108. *eorum* Exc. Cujac. BURM.

73. *Instrumenti*] *Indumenti* Periz. Cod. in marg.

Parcimonia] *Parsimonia* Codd. Mem. Periz. Harlem. Edd. Rom. Basil. & pleraeque antiquae usque ad Plantin.

Residuis lectis atque mensis] Lectos triclinares intelligit, postquam mensas adjungit; ut de toro quod sequitur ad cubicularem lectum referatur. Plura in Horatium notavi, Epist. ad Torquatum. I. V. I.

Si potes Archiacis conviva recumbere lectis. TORR.

Quarum] *Quorum* ita primum vidi in Basil. sed reliquae, ut & Codd. nostri, *quarum.* in Memm. fuisse *quorum* credo, quia nihil monuit Gronovius. sed jam centies observatum neutrum sequi diversi generis substantiva. Sic Quinct. IX. 4. post *vites* & *rubos.* *Terra & haec generat.* ubi non opus *hos* legere, vel *hoc.* Curt. VI. XI. 29. *Asiam & totum Orientem interfectoribus esse cessura.* non *cessuram* ut alii. vid. ad Caes. LXXV. & ad Ovidium & Quinctilianum saepe ita veteres locutos meminimus nos monuisse. praeterea editores admonere debebat vocem *pleraque* non convenire τῷ *quarum.* posset quidem *quorum* ad lectos referri, nisi *pleraque* sequeretur, ut vidimus supr. cap. LXXIII. BURM.

Nec toro quidem cubuisse ajunt nisi humili] Ve-

Veste non temere alia quam domestica usus est, ab uxore, & sorore, & filia nepti-

Veteres lecti alii erant non alti, in quos scansione simplici & scamno ascendebant: alii altiores, in quos subselliis conscendere oportebat: in alios duplicata scansione, hoc est, gradibus veniebatur. In lectis erant tori, quos alte suffultos habere & sublimes elegantiae erat: prorsus ut hodie in quibusdam locis fieri cernimus, ubi culcitae plumeae tantum paleae supponitur, ut in altitudinem magnam assurgat torus. Tales Augustus gravabatur, humiles probabat. In quo fuisse aliquod specimen morum declarant ea, quae alibi cum cura disputamus de lectis veterum. CASAUB. Et hoc antiqui moris studio & aemulatione. vid. Torr. ad Horat. I. od 27. & Bernard. ad Stat. I. Theb. 518. Regale erat altis toris uti, ut Aeneas apud Didon. II. Aen. 2. hinc Senec. de Tranq. an. cap. I. *placet non in ambitionem cubile compositum:* quod de alto toro & veste aurata instrato &c. recte Lipsius exponit. BURM.

Veste non temere alia quam domestica] Malim transpositis verbis ita legere: *Veste non temere alia domestica usus est, quam ab uxore, & sorore*, vel, ut in MS. legitur, *ab sorore, & uxore & filia, neptibusque confecta.* Atque ita *domesticam* vocabit vestem, qua domi utebatur, ad *forensium* differentiam. Infra Vitell. cap. IX. *Ita ut erat, in veste domestica Imperator est consalutatus.* Cicero II. de Finibus: *Aut etiam ut vestitum, sic sententiam habeam aliam domesticam, aliam forensem.* Seneca de Tranquill. vitae: *Placet vestis domestica, & vilis, nec servanda sollicite.* ut enim inquit Cato, *vestiri in foro honeste mos erat, domi quod esset satis.* Inter domestica autem vestimenta coenatoria habenda sunt. de quibus Martial. Apophor. CXXXV. De forensibus vero Sueton. hic, & iterum Calig. cap. XVII. Columella quoque lib. XII. cap. 45. *Quales* (inquit) *sunt arculae, in quibus vestimenta forensia conduntur.* Inter forensia vel praecipue toga est. Quod si quis forte nihil immutari hic patiatur, *domesticam* vocari vestem dicemus, quae domi confecta sit, qualiscunque illa fuerit. Quod sane de forensibus non crediderim; quamquam prisci illi Heroës, si poëtis credimus, non temere aliis utebantur, quam feminarum manu confectis. TORR. Nihil mutandum. Frustra est vir doctus, cui mirum adeo videtur vestes forenses a foeminis fuisse contextas. non meminerat tot veterum testimoniorum, quibus hoc de facili probari potest. Mitto Alexandri exemplum, qui apud Curtium libro V. vestem, qua indutus erat, *sororum non donum solum, sed etiam opus esse*, serio affirmat. Apud Statium IV. Sylvarum I. 49. optat Roma Imperatori Domitiano:

> - - - *Da gaudia fastis*
> *Continua: hos humeros multo sinus ambiat ostro,*
> *Et properata tuae manibus praetexta Minervae.*

Ecce optat, ut quotannis fiat consul, & semper consulari praetexta manibus uxoris confecta decoretur. Ex hoc more interpretandum, quod refert Tacitus lib. II. Annal. 14. Germanicum *per quietem vidisse se operatum, & sanguine sacro respersa praetexta, pulchriorem aliam manibus aviae Augusti accepisse.* non enim sine re hoc somniavit, sed caussam habuit ex eo, quod Augustus & filii tam ipsius, quam Liviae, togas, praetextas, & id genus vestes forenses confectas Liviae, Octaviae, & Juliarum manibus gestare essent soliti. Verum de his affatim alibi. CASAUB. Torrentii lectionem pluribus refutamus in Suspicionum libellis, non Poëtarum modo, sed Historicorum, innumerabilibus fere testimoniis. quippe nulla fere pagina classicorum auctorum, quin prodat vestes regum principumque, non domesticas tantum, sed & forenses, opus fuisse conjugum, sororum filiarumque eorumdem. GRUT. *Non temeralia* Exc. Cujac. Ex his colligeretur etiam in publicum saepe domestica veste indutum prodiisse Augustum. quod quum indignum sit, legam, verbis transpositis, *veste domestica non temere alia usus est, quam ab uxore* &c. nam huic statim Togam laticlaviam subjungit, quae forensis erat. & hinc erravit Nadalius, qui in dissertatione, inserta commentariis Parisiensis Academiae humaniorum literarum, tom. V. p. 298. dicit, *Auguste, selon Suetoine, estoit presque toûjours en robe de chambre.* Nec movent tot loca quae Gruterus & alii producunt. quum hoc tempore, in summam luxuriam lapsis etiam matronis & earum filiis, rarae essent Lucretiae

ptibusque confecta: togis, neque restrictis neque fusis: clavo, nec lato nec angusto: calceamentis altiusculis, ut procerior, quam erat, videretur. Et forensia autem, & calceos numquam non intra cubiculum habuit, ad subitos repentinosque casus parata. Convivabatur & adsidue, nec umquam nisi recta: non sine magno

74

in urbe, quae lanificio attenderent. quod ut singulare & huic seculo insuetum in Augusti disciplina notavit cap. LXIV. & ita de domestica veste tantum hic egisse verosimile est, quia forenses pretiosiores erant, & majori artificio factae. vid. Senec. de Tranq. Anim. cap. I. ubi *vilis* dicitur domestica. In loco Statii a Casaubono adducto, nullam uxoris operam reperio; sed arte tanta praetextam factam, ac si Minerva confecisset, non vulgaris lanifica. Minervae enim omnia artificiose facta adscripta notum, ut Argo navis, Minervae opus esse jactabatur, & similia passim obvia. & nota Palatina Pallas Domitiani. V. Gevart. IV. Lect. Pap. I. BURM.

Togis neque restrictis nec fusis:] Illae erant praeparcorum & μικρολόγων, hae discinctorum & nepotum. CASAUB.

Clavo nec lato nec angusto:] Caute accipe. an non enim lato clavo usus Augustus? Sane. sed ita ut purpuram, ex qua clavus fiebat, supra modum non dilataret quorundam more, qui τῷ πλάτει τῆς πορφύρας, ut Lucianus ait, sese apud vulgus venditabant. Horum respectu angusticlavius Augustus appellari potuit, qui tamen ratione inferioris ordinis laticlavius erat. In vita Alexandri Severi cap. XXXIII legere memini, mitissimum illum Principem *tunicis asemis vel macrocheris ex purpura non magna usum.* CASAUB. Qua latitudine purpura illa fuerit, quae vesti laticlaviae inserebatur, haut bene definiri potest. Quidam enim, qui modestiam affectabant, quamvis laticlavii essent, tamen purpura non magna utebantur. ut h. l. Augustus, & Spartianus de Severo: *Hic tam exiguis vestibus usus est, ut vix tunica ejus aliquid purpurae haberet. Chlamydes hirtas Severi, & tunicas asemas, vel macrocheras ex purpura non magna ad usum revocavit suum.* Errant, qui hinc credunt Severum angusticlavias tunicas portasse. Contra alii ambitiosiores purpuram suam admodum dilatabant, ut ex Luciani Demonacte ostendit A. RUBENIUS de Re Vestiaria lib. I. c. II.

Calceamentis] *Calciamentis* Codd. Mem. Periz. Harlem. Edd. veteres omnes fere praeter Ant. Gryph. & ita mox LXXVIII. Cal. LII. Neron. LI. & Vesp. XXIII. & fere ubique, ut & *calciare*, quod reperi apud Veget. lib. I. de Mulomedic. 26. & in L. III. §. 3. de offic. Praef. Vigil. vide Dausq. in *calcio.* BURM.

Ut procerior quam erat, videretur] Mos antiquissimus Graecorum & Romanorum, sed magis foeminarum, staturam adjuvare subere in calceos infarto: cujus rei testimonia multa. Norat magnus Princeps formae amplitudinem apud stultum vulgus gratiae & auctoritatis plurimum mereri: quam stultitiam elegantissime philosophus scenicus increpat in Electra vs. 383.

Οὐ μὴ φρονήσεθ' οἱ κενῶν δοξασμάτων
Πλήρεις πλανᾶσθε, τῇ δ' ὁμιλίᾳ βροτοὺς
Κρινεῖτε, καὶ τοῖς ἤθεσιν τοὺς εὐγενεῖς;
Οὐ γὰρ τοιοῦτοι τὰς πόλεις οἰκοῦσιν εὖ
Καὶ δώματ'. αἱ δὲ σάρκες αἱ κεναὶ φρενῶν,
Ἀγάλματ' ἀγορᾶς εἰσιν. CASAUB.

Et forensia autem & calceos numquam non intra cubiculum habuit,] Intra aedes, inque omni remissione raro togati calceative erant Romani. Antoninus Philosophus de se testatur libro I. non solitum se ἐν στολῇ κατ' οἶκον περιπατεῖν. quod de toga accipio. Calceorum loco sumebantur soleae viris, foeminis sandalia. Propterea σανδάλια olim in nuptiis adhibita σύμβολον οἰκουρίας, ut docet Plutarchus in Quaest. Rom. CASAUB. Molesta alicui critico posset videri illa cumulatio particularum *&* *autem*; sed reliquendas docebit Giphan. Ind. Lucret. in *autem.* ita noster in Vespas. XXII. *Et super coenam autem* &c. Gell. X. 24. *Et historiam autem & verbum hoc sumsit Coelius.* apud Ciceronem in quintum locum rejectum invenitur. pro Cluent cap. LX. *Cur non de integro autem datum?* talia notanda, ne quis audacior Criticus loca sana vulneret. BURM.

74. *Convivabatur assidue,*] Duo libri, *& assidue, neque umquam nisi recta.* Sic Vespas. cap. XIX. *& convivabatur assidue, & saepius recta, ac dapsile, ut macellarios adjuvaret. Coena*

magno ordinum hominumque delectu. Valerius Messalla tradit, neminem umquam libertinorum adhibitum ab eo coenae, excepto Mena, sed adserto in ingenuitatem, post proditam Sex. Pompeji classem. Ipse scribit invitasse se quemdam, in cujus villa maneret, qui speculator suus olim fuisset. Convivia nonnumquam & serius inibat, & maturius relinquebat: quum convivae & coenare inciperent, prius quam ille discumberet, & permanerent digresso eo. Coenam ternis ferculis, aut, quum abun-

na autem *recta* inde dicta, quod ordine discumbentibus praeberetur, cum sportulae sine ordine ac splendore promiscue clientibus auferendae praestarentur. Budaeus in Pandectas, Turneb. Adversar. XVIII. cap. XI. TORR. *Et* ignorat Copes. & Edd. Bonon. Ald. Lugd. Junt. Steph. Basil. & aliae.

Nec umquam nisi recta] Sic ἀπλῶς δεῖπνον Luciano, cui opponitur sportula, seu δεῖπνον ἀπὸ σπυρίδος. CASAUB.

Non sine] *Nota sine* Harlem.

Delectu] *Dilectu* Memm. de quo supr. cap. XXXI.

Valerius Messalla] Hujus (ut opinor) commentarii citantur aliquoties a Plinio. Meminit etiam scriptorum ejus Quinctilian. lib. X. Vide sup. cap. LVIII. TORR.

Excepto Mena] De Mena, Sex. Pompeji liberto, plura ad Horatium Epod. IV. Male autem hic interpungitur. scribendum enim: *excepto Mena, sed asserto in ingenuitatem post proditam Sex. Pompeji classem. Ipse scribit*, &c. hoc enim proditionis praemium tulerat Menas, ut donatus anulis aureis inter ingenuos haberetur. Dion, & alii. TORR. Ante Justinianum & editam ab eo Novellam LXXVIII. assertis in libertatem ac manumissis alio actu legitimo opus fuit, quo jura ingenuitatis consequerentur, & natalibus restituerentur. Lege tit. Cod. De jure aureorum anulorum, & De natalibus restituendis. At dicta Novella conceditur omnibus Libertinis, & jus aureorum anulorum & restitutio natalium. Menam ab Augusto in ingenuitatem fuisse assertum refert Appianus lib. Ἐμφυλ. V. sed obscuriuscule: Μηνόδωρον ἐλεύθερον ἐλεύθερον ἀντὶ ἀπελευθέρου ἐξ ἀπελευθέρου. Dio lib. XLVIII. jure aureorum anulorum fuisse donatum scribit, quod minus erat quam restitui natalibus, ut continetur in disciplina juris. CASAUB. *Metia* Cod. Harlem. Edd. Venet. tres.

In ingenuitatem, post] *Et in ingen.* Edd. Junt. Arg. *in* deest Ed. Rom. Praeterea ita distingunt, *ingenuitatem. Post pr. S. P. classem ipse scribit* Junt. Arg. Ald. Basil. Gryph. sed perperam. *post perditam* etiam Exc. Cujac. Venetae tres, & Harlem. Cod. & marg. Basil.

Ipse scribit] De vita sua scripsisse Augustum videbimus cap. LXXXV. TORR.

Invitasse se quemdam] Repete ex superioribus *libertinum:* nam de eo agit. Emendavimus sic corruptissimam priorum libb. lectionem, quae hoc cum superioribus confundebat. CASAUB. *Quondam* Memm. non vero hunc puto libertinum fuisse, quum libertino milite raro usum scribat noster cap. XV. Speculatores vero milites erant, de quibus satis viri docti egerunt. *fuisset olim suus* Hulf. *suus* ut supr. LVI. *Evocatus quondam suus.* male vero *spiculator* in Venet. sec. & tert. Bonon. Basil. poster. & aliis. BURM.

In cujus villa maneret] Supra cap. LXXII. *Huc transibat aut in alicujus libertorum suburbanum.* CASAUB.

Speculator] Sic omnes MSS. De quo vocabulo inf. Calig. cap. LII. & Oth. cap. V. Vulgati *spiculator*. TORR.

Cum convivae] *Cum* deest Exc. Cujac.

Ternis ferculis,] Liber opt. *trinis*, & mox *summissim*, pro *submissim*. Et sane magna tanti Principis abstinentia, qui ternis tantum, aut, cum abundantissime, senis ferculis coenabat, cum Juvenal. Sat. I. 94. aetatis suae divites notaverit, quod etiam privatis epulis septem sibi fercula apponerent. sic enim locum illum interpretor, *quis fercula septem Secreto coenavit avus?* TORR. Eginhardus: *Coena quotidiana quaternis tantum ferculis praebebatur, praeter assam, quam venatores verubus afferre solebant.* Ferculum esse τράπεζαν, mensam unam, omnes norunt: sed rationem nominis non omnes observarunt. Proprie ferculum est πίναξ, cujus forma nota ex nummis & historia. His similia erant mensarum fercula. non enim lances mensis imponebant elegantiores: sed machinulis quibusdam venusto artificio elaboratis partim imponebant, partim appendebant. In Satyrico Petronii coe-

abundantissime, fenis praebebat, ut non nimio sumtu, ita summa comitate. Nam & ad communionem sermonis tacentes vel submissim fabulantes provocabat, & aut acroamata, & histriones, aut etiam triviales ex circo ludios interponebat, ac 75 frequentius aretalogos. Festos & sollemnes dies profusissime, nonnumquam jocula-

coena lautissima describitur, cujus gustatio, sive promulsis mensae, ita fuerat exhibita: cap. XXXI. *In promulsidari* (mensam intellige, quam & *gustatoriam* vocant) *asellus erat Corinthius cum bissaceio positus, qui habebat olivas in altera parte albas, in altera nigras. Tegebant asellum duae lances, in quarum marginibus nomen Trimalcionis inscriptum erat & argenti pondus. Ponticuli etiam ferruminati sustinebant glires melle & papavere sparsos: fuerunt & tomacula supra craticulam ferventia argenteam posita: infra craticulam Syriaca pruna cum granis punici mali.* Deinde remota gustatoria sequitur ferculum, quod ita exhibetur: *Repositorium rotundum duodecim habebat signa in orbem disposita: super quae proprium convenientemque materiae structor imposuerat cibum: super Arietem cicer arietinum, super Taurum bubale frustum.* similia apud Graecos legas. CASAUB. *Ternis ferculis*, omnes scripti & antiquae editiones praeter Roman. Basil. poster. & sequentes. parum refert. vid. ad Ovid. IX. Epist. 38. & III. Art. Amat. 394. & inf. Neron. cap. I. BURM.

Nimio] *Minimo* Memm.

Ad communionem sermonis tacentes provocabat,] Invitatus ad mensam Imperatoris modestissimus quisque reverentia linguam tenebat. ideo soliti Principes benigni & comes ad loquendum convivas provocare. De Augusto testatur hic Suetonius: de Trajano Plinius Paneg. 49. *Non tibi semper in medio cibus semperque mensa communis? non ex convictu nostro mutua voluptas? non provocas reddisque sermones?* CASAUB. *Tacentes, etiam subm.* Codd. Periz. & Harlem. Edd. Rom Venet. tres. *privati* enim inter duos saepe sermones, & *publici* inter omnes, ad quos hic provocat Augustus, ut hilaritas augeretur. hos *publicatos sermones* vocat Petron. cap. XXXIX. ut recte cepit Schefferus. BURM.

Acroamata,] Frequens Ciceroni verbum. Significare autem pueros symphoniacos ostendit lepidissimum Turonii, seu (ut ego illic lego) Toranii mangonis in Augustum dictum apud Macrob. lib. II. Saturnal. cap. IV. TORR. Plutarchus Galba: Κάνον αὐλήσαντ⊕ αὐτῷ παρ' δεῖπνον (ἀκρόαμα δὲ ἦν ὁ Κάν⊕ εὐδοκιμούμενον) ἐπῄνεσε. Passim ita accipi vocem ἀκρόαμα notum est: sed ἄκουσμα pro eo dixerunt, ut Lucianus Ῥητόρων διδασκάλῳ. Eginhardus & istud imitatus est: *Inter coenandum, aut aliquod acroama aut lectorem audiebat: legebantur ei historiae & antiquorum regum gesta.* CASAUB. Codex Salmas. *cromata. Acroma* dicitur pro *acroama*, ut ἀκρατήριον pro ἀκροατήριον. Sed & apud Plutarch. Sympos. I. κρόματα dici invenies ἀντὶ τῶν αὐλημάτων. SALM. Ad Lamp. Sever. cap. XXXIV. *Acromata* Harl. Copes. Edd. Venet. pr. Lugd. Junt. Steph. Ald. *achromata* Ed. Rom. *Cromata aut Hist.* Memm. vide de his Vorst. ad Valer. Max. I. VII. 4. BURM.

Triviales ex circo ludos] Tale illud ante cap. XLV. *Pugiles non legitimos atque ordinarios modo, sed & catervarios*, &c. *Ex circo* autem dicit, quod eo loci maxime versabantur ludiones, astrologi, sortilegi, aretalogi. Quare fallacem Circum vocat Horat. lib. I. Sat. VI. Ibi vide commentarios nostros. Mallem etiam *ludios* rescribi, pro *ludos*. TORR. Vilissimi homines & ἄτιμοι, ut ludii, astrologi, conjectores, fanatici, popae, & similes, in circo morabantur. Inde est apud Ciceronem *de circo*, pro *vilis* & *abjectus*. Sic in nova Roma. Nicetas: ὁ δὲ ὁ Ζωτζιφίτλης ἀνδράσιν εἰλχθέντων τοῖς τῶν σταδιοδρόμων ἵππων ἀμφιστρεφομένων ἄντυξι. CASAUB. *Ludos* Codd. Harl. Copes. & Periz. Ed. Rom. Venet. pr. Junt. Steph. Ant. Gryph. & aliae.

Interponebat,] Non super coenam, sed inter coenam istos adhibebant. Plinius de Spurinna lib. III. Epistol. *Frequenter comoedis coena distinguitur, ut voluptates quoque studiis condiantur.* Vide ejusdem epistolam XXXVI. lib. IX. CASAUB.

Frequentissime aretalogos.] Libb. quatuor *frequentius*. Dicti autem *aretalogi* non tam a virtute, quae Graecis ἀρετὴ dicitur, quam ab ἀρεστὸν, hoc est, gratum ac placens, quod auditoribus grata loquantur. Turneb. Adversar. cap.

culariter tantum, celebrabat. Saturnalibus, & si quando alias libuisset, modo munera dividebat, vestem, & aurum, & argentum: modo numos omnis notae, etiam veteres regios ac peregrinos: interdum nihil praeter cilicia, & spongias, & ruta-

cap. XII. Juvenal. Sat. VI.

- - - *risum fortasse quibusdam*
Moverat, ut mendax aretalogus. TORR.

Aretalogos videtur dixisse quasi ἀρετὴν λέγοντας, quos Latini *Circulatores* appellant, quod delectabili garrulitate populares aures caperent. URSIN. Lislaei, & prima edit. *frequentius.* alii *frequentissime* cum vulgat. Aretalogos censeo appellatos, miseros quosdam philosophos, mera hominum mendicabula, sectae fere Cynicae, vel Stoicae, qui cum scholam & sectatores non haberent, convivia beatorum frequentabant, & Romulidas saturos variis de virtute & vitio disputationibus oblectabant. Ita multos vixisse philosophos ex Laërtii & Luciani scriptis aliorumque apparet. Seneca in epistola XXIX. *circulatores philosophos* nominat. Vox est Romae nata: & ni fallor, Crispino illi primum attributa haec appellatio, de quo Horatius satyra prima: post illa in usu remansit & res & nomen, sed apud Romanos tantum, quod sciam: etsi vocis origo Graeca est, & forma. Sic apud Aristotelem ἀνθρωπολόγος, qui multus est in hominum laudibus, Nicomacheorum lib. IV. & *Chrestologus* apud Spartianum in Pertinace. Hesychius: Ἠθολόγος, θεατρικός. Videtur designare philosophos, qui de virtute ad ravim usque declamare soliti in theatris, quorum meminit Philo, περὶ δικαιοσύνης. Narrat vero idem disertissimus scriptor, Legatione ad Cajum, morem sibi habuisse Augustum, super coenam viris doctis operam dare, ut simul cum corpore animum quoque convenientibus pasceret cibis: Κατὰ τὰς ἐν δείπνῳ συνουσίας, inquit, ὁ πλεῖστος χρόνος ἀπενέμετο τοῖς ἀπὸ παιδείας, ἵνα μὴ τὸ σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ψυχὴ τοῖς οἰκείοις ἀνατρέφοιτο. quos Suetonius voce minus honesta *aretalogos* nominat, Philo τοὺς ἀπὸ παιδείας: nisi potius intelligit Philo eruditos & philologos, quibuscum solitus Augustus inter coenandum de literis disceptare, vel inter se disceptantes audire. Ptolemaeus Hephestionis filius τῆς εἰς πολυμάθειαν καινῆς ἱστορίας libro quinto: Ὅτι τὸ Ὁμηρικὸν παρῴδησε, μέλλοντος τοῦ Μενελάου, Οὐδέ σε θεῖον, Μενέλαε, θεοὶ μάκαρες λελάθοντο· ἀπεστάλη δὲ τὸ ζήτημα παρὰ δεῖπνον Αὐγούστου τοῦ βασιλέως, τὸν στίχον παρῳδήσαντος ὁ χειρισμός. καὶ τίς ἐστιν ὁ ἐν τῷ χρυσῷ ἱστορημένος. CASAUB. Quod multa falsa de virtutibus suis praedicarent ad risum tollendum, sic scurrarum quoddam genus appellatum. Tales & Ὁμηρισταὶ in veteribus Glossis. nam ὁμηρίζειν ἀντὶ τοῦ ψεύδεσθαι ponebant veteres, ut & ὑποδίζειν. παιγνιολόγοι iidem, qui ἀρεταλόγοι. quid παίγνιον Graeci appellent, notum est Graece peritis. *Paradoxos* etiam & *paradoxologos* ejusmodi mortales vocat Scholiastes Juvenalis. SALMASIUS. ad Tertul. Pall. p. 334. *Frequentius* Pal. sec. ac tertius. nam pr. adhaeret vulgatis, in quibus *frequentissime*. GRUTER. *Aut frequentius* Cod. Harl. *aut frequentissime* Periz. Edd. Venet. tres. *aut frequentissime areatalogos* Copes. a. m. pr. correctum ac *frequentius aretalogos. Aretagolos* Ed. Rom.

75. *Festos & solennes dies profusissime, nonnunquam jocalariter tantum celebrabat.*] Sententia imperfecta, meo quidem animo: expleo, inserta voce quae excidit, & lego, *profusissime nonnunquam, nonnunquam joc. tan. cel.* CASAUB. Repeti hic debere *nonnumquam*, non exprimi, ac si dixisset, *nonnunquam profusissime, nonnumquam jocalariter*, notat Gronov. ad Liv. III. 39. *tantum jocalariter* Memm. Huls. Ed. Rom.

Celebrabat] *Exercebat* Cod. Huls.

Omnis notae] *Notae* deerat Huls.

75. *Veteres regios, ac peregrinos:*] *Regios*, qui Romanorum regum fuerint intelligo, sola vetustate, non pretio aestimandos. siquidem, ut Plin. tradidit lib. XXXIII. cap. 3. Servius rex primus aes signavit, cum rudi antea uterentur. Argentum vero signatum A. U. C. DLXXXV. aurum post argentum annis LXII. Quin & ligneos, scorteosque nummos a Numa Pompilio divisos fuisse populo Romano pro congiario legimus: peregrini autem, quales Darii, Philippi. Sicli, Tetradrachmum, Victoriatus, ex Illyrico advectus, necdum lege Clodia percussus, de quo Plin. jam dicto cap. 3. lib. XXXIII. Hujusmodi autem nummi loco mercis interdum vendebantur, ut nunc quoque vetusta numismata, qua de re Ulp. l. 9. Ad leg. Corn. de falsis, & titulus De veteribus numismatis potestate. Cod. Justin. lib.

re: incertoque casu spem mercantium vel frustrari, vel explere: ita ut per singulos lectos licitatio fieret, & seu jactura seu lucrum communicaretur. Cibi (nam ne 76 hoc quidem omiserim) minimi erat, atque vulgaris fere. Secundarium panem, & pisciculos minutos, & caseum bubulum manu pressum, & ficos virides biferas maxime adpetebat: vescebaturque & ante coenam, quocumque tempore & loco, quo stomachus desideraffet. Verba ipsius ex epistolis sunt: *Nos in essedo panem &*

Per singulos lectos] Liber non malus *lotros*, adscriptumque, Alias *lectos*; & mox pro *communicaretur*, *comitaretur*. quod monere tantum volui, non mutare quicquam. At Justus Lipsius, II. Elect. 17. ingenio juxta ac doctrina admirabili, semigraecam illam vocem *lotros* retinet, nisi qui *lotus* mallet, eo sensu, ut quoties mutarentur fercula, & de more manus lavarent, licitatio illa ex intervallo fieret, & sua quemque sors comitaretur. Lector cogitet, & acumen laudet, tametsi forte dissentiat. TORR. *Ita ut per singulos lectos*; non abit ab hac scriptura triga Palatinorum, neque opus ulla emendatione, immo illud Lipsii *lotros* aut *lotus* oppugnatur a voce *communicaretur*, quae sequitur. GRUT.

76. *Nam ne hoc*] *Haec* Codd. Mem. Copes. *erant* etiam Memm. credidit librarius *cibi* positum primo casu numeri pluralis. Sed Augustus erat cibi minimi, ut apud Horat. I. od 36. *Damalis multi meri*, & similia multa obvia. BURM.

Manu pressum] Placet *mane pressum*, ut recentiusculo delectatus sit. TORR. Memb. *Caseum bubalum & m. p.* alii corruptius *bibulum*. Scripserim cum prima edit. *cas. bub. manupressum.* Erat autem caseus manupressus non multum diversus, ut videtur, ab eo, quem minima forma conficiunt apud Gallos Allobrogas, & *tomas* vocant veteri voce pro *τόμους*. Columella lib. VII. cap. VIII. CASAUB. *Bubulum & manu* Hulf. *bibulum* Copes. & Exc. Cujac. illud *mane*, quod a Lipsio habet Torrentius, posset confirmari illis Calpurnii Ecl. V. 34.

Rursusque premetur
Mane, quod occiduae mulsura redegerit horae.

Sed *manu pressum*, capio leviter, non vehementer, aut tormentis quibusdam & ponderibus impositis, pressum, ut solent casei, qui in diuturnum usum servantur. sed Augustus recentem & manu modo pressum, amabat. *Molles* vocat Columella II. cap. II. *Quum molles sunt, magis alibiles, in corpore non resides. veteres & aridi contra.* & haec est *pressi copia lactis* apud Virgil. I. Ecl. fin. vid. ad Nemes. II. Ecl. 34. & III. ult. BURM.

Ficos virides, biferas] Adeundus Plinius lib. XVI. cap. XXVI. & XXVII. Et ficus quidem inter biferas est, vel Columella teste, cum ait: lib. X. 403. *Tum praecox bifera descendit ab arbore ficus.* *biferas* tamen hoc loco pro certo ejus pomi genere accipere malim. nam & Macrob. II. Sat. 16. biferam ficum ceteris generibus annumerat. Atque ita, ut arbitror, intelligendus Horatii locus lib. II. Sat. II.

—— tum fertilis uva secundas,
Et nux ornabat mensas, cum duplice ficu.

Adde quod refert Dion, Liviam in suspicionem venisse, quasi infecisset ficus, quibus Augustus oblectabatur, cum videret reconciliatum ei Agrippam nepotem. Mox ubi legitur, *loco quo stom.* &c. emendem *loco stom.* &c. deleto *quo.* Quod ego, parum abest, quin ex diversa seu scriptura seu pronunciatione syllabae *eo* remansisse arbitrer. ita enim passim *coquus* ac *cocus*, *quotidie* ac *cotidie*, & similia. TORR. *Ficus* Copes. *biferas* dixisse, pro ex arbore bifera fructu, notat. Erasmus.

Et ante coenam] *Et* deest Codd. Harl. Periz. Edd. Rom. Venetis tribus, Bon. Lugd.

Quocunque tempore & loco] In Claudio cap. XXXIII. *Cibi vinique quocunque & tempore & loco appetentissimus.* In memb. paullo aliter. *& ante coenam quocumque tempore & quo loco stomachus desideraffet.* Ita autem olim multi, quibus curae valetudo sua erat, etiam inter urbis vicos cibum sumere, si stomachus desideraffet; quod de Antiocho medico testatur Galenus. CASAUB. *Quo stomachus* omnes fere scripti & editi praeter Ald. Steph. & Graevii primam, qui omiserunt *quo*: & Lipsius delebat. *quod stomachus* Edd. Venet. sec. & tert.

In Essedo] *In vescendo* Codd. Periz. Harl. Edd. Rom. Venet. tres. *in escendo* Cod. Copes. Ed. Lugd.

Pa-

& palmulas gustavimus. Et iterum: *Dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uvae duracinae comedi.* Et rursus: *Ne Judaeus quidem, mi Tiberi,* *tam*

Panem & palmulas] Cariotas vocat Plin. lib. XIII. cap. IV. & quidem peculiari nomine *Nicolaos*, ab ejusdem nominis philosopho, patria Damasceno, Augusto Caesari gratissimas. Plutarch. Convival. & Athenaeus lib. XIV. Adde Suidam, qui tamen non tam palmulas, quam placentae, aut crustuli genus fuisse tradit. *Nicolai* vero hujus frequens apud Josephum mentio. CASAUB. Palmulae sunt palmae fructus, qui Graecis βάλανοι dicuntur. Isidorus nomen generale statuit *dactylos*, quorum tres differentias nominibus distinctas exponit, *palmulas* myrobalanis similes, *Thebaicos*, & *nucales*, sive καρυωτὰς. *Palmulas* vocat, quas Plinius *palmas*. Dioscorides φοίνικα, id est, palmulam in Aegypto nasci tradit, & esse παρεμφερῆ τῷ μυροβαλάνῳ. SALMASIUS. Exerc. Plin. p. 927. & seq.

Ex regia domum] Regiam Numae intelligit Beroald. Sabellicus regis sacrorum, seu sacrificuli domum. Ego, cum eadem sit, utrique assentior. Sed & de regia Numae loquitur Horat. lib. I. Od. II. cum ait: *Ire dejectum monumenta regis, Templaque Vestae.* Eadem curia Pompiliana dicta, apud templum Vestae regione Urbis VIII. In ea Pontifex Maximus, ut in loco publico, habitabat. Probat hoc Sueton. Caes. cap. XLVI. & Dion lib. LIV. cum de Augusto Pontificatum morte Lepidi adepto, *Nec domum*, inquit, *publicam accepit, sed cum omnino necesse esset in publico habitare pontificem, partem domus suae publicavit, ac regis sacrorum domum virginibus Vestalibus, quibus erat contigua, donavit.* Postea vero, ut idem libro sequente refert, Augustus universam suam in Palatio domum, quam incendio absumptam refecerat, publicavit. TORR.

Cum paucis acinis uvae duracinae] Non solum *uvas*, sed & *cerasa*, & *persica duracina* legimus apud Plinium lib. XIV. cap. I. & lib. XV. cap. XI. & cap. XXV. Ut non ab acini duritia, quod vulgo putant, sed a callo ipso, ac fructus firmitate, quam gustu maxime percipimus, nomen acceperint, sic enim & ficus duricorias habebant. Alfenus J. C. l. CCV. De verb. signif. *duracinas* vocare videtur, quas non vini causa habemus, sed *edules*, sive *escarias*, aut *cibarias* mavis, quas (inquit ille) Graeci τρωξίμους appellant. Eas Plin. lib. XIV. cap. III. in pergulis servari scribit. Et haec quidem recte. Sed cur acinos uvae duracinae comedit Augustus? Mihi sane locus iste Suetonii admodum suspectus est, cum uva ipsa duracina, non acini ejus, edundo sit. Quam sane ob causam *cum paucis duracinis uvis*, pro *cum paucis acinis uvae duracinae*, legendum existimo, atque eo quidem confidentius, quod simile mendum in Plinium irrepserat dicto cap. I. lib. XIV. *Uva non alibi gratior callo, ut inde possit invenisse nomen Duracina.* nam antea ibi legebatur, *ut inde possit invenisse nomen duracin. durus acinus.* Erat quidem & vinum *acinatitium*, de quo Cassiodor. lib. XII. Variar. & Ulpian. l. IX. De trit. vin. & ol. legato, sed non ideo acini edules. TORR. Quis non miretur virum doctissimum hanc integerrimam lectionem sollicitasse, & legendum censuisse *cum paucis uvis duracinis.* Putavit homo linguae Latinae adeo peritus, acinos in uva esse τὸν πυρῆνα, nucleum, neque edendo esse, ut ipse loquitur: absurde prorsus. *Uva* & βότρυς totius fructus nomina sunt; qui partibus constat *scapo*, *pediculo*, *acino* sive *grano*, ut vocatur ab Ovidio, Columella, Scribonio. *Racemum*, qui idem est cum uva, male quidam docti putant esse scapum: quos facile sit refellere infinitis Latine loquentium χρήσεσι, qui aliter nunquam eam vocem accipiunt, sive de fructu vitis, sive de hedera loquantur. Nam & uva & βότρυς & racemus ἀναλόγως dici solent de aliis quoque multis: ut & *acinus* pro baccis & corymbis hederae vel sambuci saepe usurpatur. *Acini* partes sunt *folliculus*, *succus*, *caro* (qui & *callus* Plinio in uvis duracinis) *fibrae* sive ἶνες & quaedam veluti filamenta (veteres, opinor, *floces* vocabant) *nucleus*. Folliculum Graeci σύμφυλον nominant; Plinius modo *corium*, modo *corticem*, interdum *cutem*. Succum quidam e veteribus, ἱδρῶτα Βρομιάδος πηγῆς, ut est apud Athenaeum: alii *sanguinem terrae* appellarunt, (nam *sanguis* appellatur ἀναλόγως plantarum succus. Manilius lib. V. 212. *Et viridis nemori sanguis decedit & herbis*) ut Andocydes in epistola ad Alexandrum.

tam diligenter sabbatis jejunium servat, quam ego hodie servavi: qui, in balineo demum

drum. Plin. lib. XIV. cap. V. multi auctores *sanguinem uvae*. Cassiodorus lib. XII. *Hiemale mustum uvarum, frigidus sanguis, in rigore vindemia, cruentus liquor, purpura potabilis, violeum nectar*. Nemesianus Ecloga II. 50.

Nam dum Pallas amet turgentes sanguine baccas.

Auctor Sophiae Sirach: Καὶ ἔπιεν ἐξ αἵματος σταφυλῆς. Maccab. lib. I. Καὶ τοῖς ἐλέφασιν ἔδειξαν αἷμα σταφυλῆς καὶ μόρων. Eustathius explicans vocem μελανιπέπλος apud Poëtam Ἰλιάδ. β. Καὶ αἷμα ἡ σταφυλῆς τὸν οἶνον λέγων ἐντεῦθεν ἤρτηται. Sed fallitur Eustathius, quod eo gravius in eo homine, qui episcopus fuit: debuit enim meminisse sic locutum esse longe ante Homerum, optimum Jacobum, Genesews cap. XLIX. commate XI. Hesiodus ὄρπιον αἱματόεντα vocavit versiculo quodam, a Fulgentio prolato in sermone de Bellerophonte, Mythologiarum lib. III. cap. I. Sic ille: *Proetos Pamphyla lingua sordidus dicitur, sicut Hesiodus in Bucolico scribit.* ——— *id est, sordibus* (lege *sordidus*) *uvarum bene calcatarum sanguineo rore.* Versum Hesiodi, qui excidit, ita restituendum censeo:

Προῖτος δ᾽ ὤλεσεν βοτρύων ὄρπον αἱματόεντα.

Et nota sis rarum vocis ὄρπιος interpretamentum, quod alibi non memini legere: nam Graeci Critici, quorum libri ad nos pervenerunt, aliter tradunt. Simile est, quod oleum poëtae αἷμα ἐλαίας, vel quod idem significat, δάκρυ dixerunt. Nicander. Alexiph. vs. 88.

Τῷ καὶ στεμφυλίοις ἢ ἐγχαλῶν εἶαρ ἐλαίης.

Scholiastes ibi: Εἶαρ νῦν τὸ ποτιμον τὸ αἷμα. καὶ Καλλίμαχος, ἐλαίας αἷμα τὸ ἔλαιον εἶπε. Πολλάκις δ᾽ ἐν λόγῳ τῷ ἔλαιον ἐξάρ. Sic legendum: cum pessime vulgo scriptum sit, ἐλαίας τὸ αἷμα τὸ ἐλαίου εἶπε. *Nucleum*, non autem *acinum*, appellari in uvis τὸ γίγαρτον, & quod in olea πυρὴν, *sansa*, miror in Plinio non observasse virum eruditissimum, & illius auctoris adeo studiosum, ut in eum scripsisse profiteatur. Columella & eum secutus Palladius nucleos etiam *vinacia* vocant nove: nam *vinacia* potius sunt στέμφυλα. Notabis tamen *acinum* etiam pro nucleo usurpatum; sed mutata vetere Latinitate. Hieronymus in Isaiae caput primum: *Pro scoria, quod interpretatus est Symmachus, & Aquila στέμφυλα, id est, vinacia: Theodotion* τὸ γιγαρτῶδες, *id est, acinum uvae interpretatus est.* Haec obiter explicare visum, quia in propriis harum vocum usurpationibus etiam doctissimos viros errare observavimus. CASAUB.

Cum paucis acinis uvae duracinae: Non est sollicitanda haec lectio, confirmata quoque auctoritate codicum Palatinorum, quamvis alioquin & ratio, loco omnis erat auctoritatis. GRUT. Hic iterum Lipsium, qui legebat *cum paucis uvis duracinis*, sequitur Torrentius. in ora Plant. Edit. manus docta *cum paucis racemis.* nihil movendum. vid. ad Petron. cap. XLI. & *acina* a *nucleis* differre docuit etiam Meibomius de Cerevisia cap. I. §. 37. & seq. BURM.

Sabbatis jejunium servat,] *Sabbatum*, id est, septimum quemque diem, Judaei religiose colebant. Unde *Sabbatarii* vocantur a Martiale, & Sabbata ipsa *recutita* a Persio, quod a *curtis* (ut Horatiano verbo utar) Judaeis servabantur. Non tamen diem illum sollemnem ac laetum jejunio contristabant, sed quia statis diebus jejunabant, praesertim ante magnum illud Sabbatum, quo Pascha suum celebrabant, qui religionem ipsorum detestabantur, tanquam singulis Sabbatis jejunantes irridebant. Sic igitur intelligo locum Suetonii hic, & Martialem IV. Epig 4. *Quod jejunia Sabbatariorum.* Nec dissimile illud, quod licet non Sabbatis ipsis, sed diebus tantum, quibus jejunabant, nudis pedibus incedebant, Juvenalis tamen Sat. VI. 159. perinde ac si Sabbatis id facerent, ita scribit:

Observant ubi festa mero pede Sabbata reges,
Et vetus indulget senibus clementia porcis.

Rem vero propius attigit Horat. lib. I. Sat. IX.

——— *hodie tricesima Sabbata:*
Vin'tu curtis Judaeis oppedere.

Nam si, ut Judaei faciunt, annum a Septembri incipiamus, circa tricesima Sabbata magnum illud Pascha incidet. Pulchre admodum Juvenal. Sat. XIV. 96.

Quidam sortiti metuentem Sabbata patrem, &c. TORR.

Sabbatis jejunasse Judaeos verum est, si Sabbatum pro hebdomade accipiamus. Publicanus Pharisaici fermenti plenus apud Lucam XVIII. 12. Νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου. Sin, ut solet,

mum post horam primam noctis duas bucceas manducavi prius, quam ungui inciperem. Ex hac inobservantia nonnumquam vel ante initum, vel post dimissum con-77 vivium solus coenitabat, quum pleno convivio nihil tangeret. Vini quoque natura

let, de septimo die hebdomadis (quae dies etiam ἑβδομὰς dicitur Philoni & Josepho) intelligamus, falsum omnino est. Neque enim aut in Sacris literis, aut in Judaeorum commentariis ullum hujus moris exstat, quod quidem sciamus, vestigium. At Romani, qui norant crebra ab iis usurpari jejunia, cum praecipua castimonia sabbatum ab iisdem celebrari viderent, ignari morum ejus gentis, istud sibi temere persuaserunt: non enim solus Augustus in hoc est hallucinatus, sed omnium ea fuisse opinio videtur: Justinus lib. XXXVI. 2. *Moses septem dierum jejunio per deserta Arabiae cum populo suo fatigatus, cum tandem venisset, septimum diem, more gentis Sabbatum appellatum, in omne aevum jejunio sacravit: quoniam illa dies famem illis erroremque finierat.* Tacitus V. H. 4. paullo consideratius, hac quidem in re: *Longam famem crebris adhuc jejuniis fatentur.* Meminerunt & poëtae: sed Petronii unius epigramma recitabimus, ut obiter emendemus: nam vulgo non sine errore editur:

Judaeus licet & porcinum numen adoret,
Et coeli (vel *cilli*) *summas advocet auriculas:*
Ni tamen & ferro succiderit inguinis oram,
Et nisi nodatum solverit arte caput,
Exemptus populo grata migrabit ab urbe,
Et non jejuna Sabbata lege premet.
Una est nobilitas argumentumque coloris
Ingenui, timidas non habuisse manus CASAUB.

In balneo] Liber opt. *balineo*, & mox *ungui*, pro *ungi*. TORR.

Duas bucceas] *Bucceas* pro bolo. ERASM. Panes in quadras, quadras in bucceas secabant. Inde *buccellatus* panis, qui ante *nauticus* vocabatur: vulgo *biscoctus*: Graeci interpretantur ξηρὸν ἄρτον. Et videntur eo usi Christiani in suis *Xerophagiis*, ut Tertullianus nominat: etsi scio non inde tantum dictas esse τὰς ξηροφαγίας. A *buccea* Graeci vocem duxerunt βουκίζειν, quam de jentaculo usurparunt. Glossarium: Βουκισμὸς, *Jentaculum*. Alterum Glossarium: *Jantare*, βουκίζω. Ibidem scriptum est: *Jantaculum*, ἀκράτισμα, ἀκρατίζομαι, scribendum, καὶ γεύομαι. CASAUB. *Buccas* Codd. Mem. Copel. *Buccias* Exc. Cujac. vid. ad Petron. cap. XLIV.

Manducavi] Propemodum pro edere positum videtur: nisi forte comesas exspuit. ERASM.

Priusquam ungi inciperem.] Postquam exierant e balineis, ante unctionem aliquid esitabant: ea dicebatur gustatio. Plinius lib. III. Epist. 5. *Post solem plerumque frigida lavabatur, deinde gustabat, dormiebatque minimum: mox quasi alio die studebat in coenae tempus.* Seneca de Consolatione ad Martiam in narranda morte Cremutii. CASAUB.

Ex hac observantia] Codex unus e nostris *inobservantia.* quam lectionem Beroaldus & agnoscit & probat, eandemque asserit Obertus Giphanius, nec mihi displicet. sic enim Caes. cap. LXXXVII. *Circa victum C. Oppius adeo indifferentem docet*, &c. TORR. Videtur legendum, ut est in V. C. *ex hac inobservantia.* URSIN. Probavi olim hanc scripturam, omnium nostrorum tunc Mss. & editorum consensu firmatam. *Ex hac observantia* est ἐκ ταύτης τῆς συνηθείας. *Observantia*, consuetudo, quae longo usu & observatione in habitum vertit. Sed docti viri laudant ex suis Mss. *inobservantia.* quod nec nos in Turonensi inventum repudiare possumus. interpretamur autem *inobservantiam*, indifferentem circa rationem victus animum; quae contraria est morositati certis legibus adstrictae. CASAUB. Pal. sec. *ex hac inobservantia.* GRUT. In nullo ego scripto vel edito antiquitus *inobservantia* vidi. potest tamen admitti. vide Gronov. ad Plin. XXVIII. 5. Sic apud Quinctil. IV. de Inst. Orat. 2. pag. 345. in Cod. Almel. legitur, *quae ne fecisse inobservantia quadam videatur.* BURM.

Initum] *Initium* Plantin.

Solus coenitabat, cum pleno convivio nihil tangeret.] *Interdum*, inquit Vellejus II. 31. *persona invidiam auget, aut levat.* Sic est: saepe non tam interest, quid aliquis agat, quam quis sit qui agat. Augustus ecce sine invidia idem facit, quod postea Domitiano usurpatum magnam ei conflavit invidiam. Plinius in Laudatione, cap. 49. *Non enim ante medium diem distentus solitaria coena, spectator adnotatorque con-*

ra parcissimus erat. Non amplius ter bibere eum solitum super coenam in castris apud Mutinam Cornelius Nepos tradit. Postea, quoties largissime se invitaret, senos sextantes non excessit, aut, si excessisset, rejiciebat. Et maxime delectatus est Rhaetico, neque temere interdiu bibit. Pro potione sumebat perfusum aqua frigida panem, aut cucumeris frustum, vel lactuculae thyrsum, aut recens acidumve po-

convivis tuis immines: nec jejunis & inanibus plenus ipse & ructans non tam apponis, quam objicis cibos, quos dedigneris attingere. Similis arrogantiae nota in Theophrasteis Characteribus capite nondum edito: Περὶ ὑπερηφανίας. Ὅταν δ' αὐτῷ δόξῃ ἑστιᾶν τοὺς φίλους, αὐτὸς μὲν συνδειπνεῖν, ἀλλὰ τῶν ὑφ' αὐτὸν τινὶ συντάξαι αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι. CASAUB. *Cimitabat* Memm.

77. *Non amplius ter bibere*] Eustathius de Ismeniae ac Ismenes amoribus lib. IV. καὶ μετὰ τρίτην πόσιν καὶ τετάρτην, καὶ πολυτελῶς τὰς τροφὰς λύεται τὸ συμπόσιον. Id est, interprete eruditissimo Gaulmino. *Interim post multiplices epulas, tertiumque & quartum, quod alternavimus poculum, convivium finem habuit.* BOXHORN.

Largissime] Invitavit se largiter, pro multum bibit. ERASM. Confirmant & hanc (*se invitaret*) scripturam, Palatini, in quibus illa aliorum, *se invitarent* plane conspiciuntur; neque forsan male. GRUT. Desunt Edit. Romanae *se invitaret*.

Senos sextantes] Sextarius inde dictus, quod sexta esset pars congii, ut congius octava amphorae. (amphora autem, sive quandrantal, pondo XXC.) ea erat vini mensura, quae honeste bibenti in coenam sufficeret, quod Horat. ostendit Sa. I. I. 74. cum ait: *Panis ematur, olus, vini sextarius.* Cum autem, quod prolixe lib. V. de Asse Budaeus docet, sextarius, cujus dimidium hemina, XII. cyathos contineat, sextans vero duos, seni sextantes, quos vel largissime sese invitans Augustus non excedebat, sextarium tantum faciebant. Similis Vopisci de Tacito Imperatore locus cap. XI: *Fuit vita parcissimus, ita ut sextarium vini tota die nunquam potaverit.* Porro *sextantes* dixit Sueton. *ut trientes, quadrantes, quincunces, septunces, besses* quoque, & *deunces* de potatione Martialis & alii, quasi tot cyathos dicas. Omittere autem non possum, quin admoneam, duo illa verba *se invitaret*, abesse a duobus codd. MSS. TORR. Vid. Mercur. I. Var. lect. 22. *rejicere* est hic evomere. ita apud Senec. de Constant. Sapient. cap. VI. *Aliquis mihi venenum dedit, sed vim suam remixtum cibo perdidit*: ex Ortelii Cod. profert, & paene probat, Gruterus, *rejecto cibo*, quod nec ego a librario profectum credo. Plin. XXI. 15. *adjicitis inflationes, ob id stomacho utilis, bilemque & sanguinem rejicientibus.* cap. XXI. vid. ibi Humelbergium. In loco Vopisci de Tacito legitur vulgo, *ipse fuit vitae parcissimae.* An forte, *fuit vini parcissimus, ita ut sextarium tota die numquam potaverit.* BURM.

Delectatus est Rhaetico,] Atqui Plin. lib. XIV. cap. VI. *Divus Augustus* (inquit) *Setinum praetulit cunctis, & fere secuti Principes.* Sed ita praetulit fortassis, ut Rhaetico tamen magis delectaretur. Recte igitur in Augusti gratiam Virgil. II. Georg. 96. *nam quo te carmine dicam Rhaetica?* Verum quo veritatem afferat, subjungit poëta ingeniosus, *nec cellis ideo contende Falernis.* TORR.

Interdiu bibit.] Lips. mallet *interbibit.* Sed interdiu, id est ante coenam. Unde *de die* convivia, quae *tempestiva.* de quibus omnia jam nota.

Pro potione] *Pro positione sumabat* Cod. Memm. vitiose. *pro portione* Paris. Ed.

Cucumeris frustum vel lactuculae thyrsum] Ratio est: nam cucumeris & lactucae natura refrigeratrix. Lactucae thyrsum cave cum scapo vel caule confundas: est enim in lactuca, quod cyma in brassica. Qui veteris thyrsi Bacchici formam noverint, & in lectione Plinii non oscitanter sunt versati, hoc satis intelligunt. Scio tamen etiam pro caule interdum usurpari: & ita hic quoque videtur accipiendum. nam, ut ait Diphilus apud Athenaeum, lactucae pars ad sitim tollendam apta est caulis. Sic ille lib. II. Ὁ καυλὸς τῆς θριδακίνης ἄδιψος ἐστὶ δοκεῖ. Quod alii tamen medici generalius de lactuca tota pronuntiant, ut Aegineta: Ὁ θρίδαξ, ὑγρὸν ἐστι λάχανον. ἔστι δὲ καὶ ἄδιψος. CASAUB. *Lactuculam aut tyrsum* Copes. in ora Edit. Steph. manus docta, *lactuculas & thyrsum.* an

78 pomum ſuci vinoſioris. Poſt cibum meridianum, ita ut veſtitus calceatuſque erat, rete-

ex Memm. Cod. neſcio, licet ſaepe illius libri lectiones notet: ſic ſaepe *&* eliſum fuiſſe docuimus ad Phaedr. IV. 4. vid. & inf. Tit. IV. Sic infr. Tit. 14. *modeſtia & fama*, alii *modeſtiae fama*. Sic mox cap. LXXXII. *ſubucula & thorace*, pro *ſubuculae thorace*. Sed ſequamur codices. BURM.

Recens acidumve pomum] Sic tres libri MSS. & Sabellicus. & ſane inter pomorum ſapores etiam *acidum* enumerat Plin. XV. cap. 15. mihi tamen *aridum* magis placet, ut recenti opponatur. ſaporem enim ſatis exprimit, cum *ſucci vinoſioris* dicit, qui acido & jucundior & ſalubrior eſt. Plin. lib. XV. cap. XXVIII. *Succorum vinoſus pyro, moro, myrto.* Quod ſi *acidum* quis malit, *acidumque* rectius legat. Arida ſane ſuo illo in convivio laudat Juvenal. XI. Sat. 74.

> —— *nec odoris mala recentis,*
> *Nec metuenda tibi, ſiccatum frigore poſtquam*
> *Autumnum, & crudi poſuere pericula ſucci.*

Auguſtus promiſcue uſus eſt. TORR. *Acidum* probat editio vetus Romana. membranae *aridum*. utramque lectionem poſſis non ineptis rationibus tueri. Senſus eſt, Auguſtum autumno, quando eorum eſt *ſuccus vinoſiſſimus*, ut loquitur Tertullianus libro de Anima, uti ſolitum nullo diſcrimine pomo aliquo recenti cujuſcumque ſaporis: reliquis vero anni temporibus, cum arida ſunt poma & ſiccata frigore, non aliis quam ſucci vinoſi. Quare & *aridum* recte ſcribes pro condito & ſervato: & *acidum*. erit autem [illegible] acidum pomum & ſucci vinoſi: nam apud Plinium *acida* poma & *vinoſa* eadem nominantur. Quare etiam ex his fructibus, qui acidi ſaporis ſunt, ut pomis, pyris, ſorbis, aliiſque, ſubditituim quoddam vinum conficitur. Virgilius III. Georg. 380.

> —— *Atque acidis imitantur vitea ſorbis.*

Acida ſunt, quae Graeci τὸ οἰνῶδες ἔχειν dicunt, vel ὀξίζειν τὴν γεῦσιν: quo ſenſu *acidae aquae* ac *fontes* a Latinis nominantur. Ex his intelligimus, quis ſit Latinis *ſapor acidus*. Verum iſta, quia difficultates non paucas habent, ſubtilius alibi tractanda, propitio numine. Poma acida etiam *uvida* & ſunt & dicuntur. Arnobius lib. V. p. 164. *Addite huc etiam idcirco eſſe uvida poma, idcirco vinoſa, quod ex ſanguine ſaburrato genus ducunt.* His abſtinebant veteres quidam Chriſtiani in ſtationibus jejuniorum. Tertullianus adverſus Pſychicos: *Arguunt, quod xerophagias obſervemus, ſiccantes cibum ab omni carne & omni jurulentia, & uvidioribus quibuſque pomis, ne quid vinoſitatis vel edamus vel potemus.* Operae pretium eſt videre, quam ingenioſe hunc locum Eginhardus imitatione expreſſerit: *Aeſtate poſt cibum meridianum pomorum aliquid ſumens ac ſemel bibens, depoſitis veſtibus ac calceamentis, velut noctu ſolitus erat, duabus aut tribus horis quieſcebat.* Negligenter legerat verba haec Suetonii, quae cum ſequentibus cohaerere credidit: ita res alieniſſimas inepta aemulatione hujus ſcriptoris in unam periodum commiſcuit. CASAUB. *Acidumve* videtur primo fuiſſe in Pal. pr. ſed deinde mutatum in *aridum*, quod retinent duae reliquae membranae; utraque lectio habet, quo ſe tueatur. GRUT. *Acidum* eſt in Edd. Rom. Lugd. & Doleti, Gryph. Baſil. Colin. & recentioribus. ſcripti noſtri & alii editi *aridum* retinent: ut & Exc. Cujac. mihi ſibi obſtare videntur, *recens*, *aridum* & *ſuci vinoſioris*. & quomodo *aridum* pomum vice potionis fungi poſſet non video, quum acidum ad levandam ſitim ſit aptiſſimum. ſic apud Petron. cap. XXXI. *Aridum* & *acidum* commutant interpretes. ubi vide quae notavi: ſic *acidi Bacchi latices* Nemeſ. Cyneg. 206. *aridum* vero ſuco caret, unde in Priapej.

> *Uvis aridior puella paſſis.*

quomodo & *junceae puellae* apud Terent. Eun. II. 3. *ſuci plena* opponitur. Lipſius *flacidumve* conjiciebat. BURM.

Succi] *Suci* Copeſ. & ita ſcribendum ſemper, docuimus alibi. unde & paſſim *ſucus* & *fucus* commutari ſolent. vid. ad Seren. Sammon. cap. IV. qui & cap. XXIX. *ſucum amineae vitis* dixit, ipſum vinum. BURM.

Poſt cibum meridianum,] Atqui Feſtus in *Prandium*, *Meridianum* (inquit) *cibum coenam vocabant*, cum Sueton. mox etiam coenam ponat. Credendum igitur prandium, quo ſobrie admodum ac parce utebantur Romani, Auguſtum tardius ſumere conſueviſſe. Horat. lib. I. Sat. VI. 127.

Pran-

retectis pedibus paullisper conquiescebat, opposita ad oculos manu. A coena lu-

Pransus non avide, quantum interpellet inani
Ventre diem durare.

Optime Plinius XXVI. 8. *Venter instat ut creditor, & saepius die appellat.* Appellanti igitur incertis horis alii alias obsequebantur. ut Persae, quibus, si Ammiano XXIII. 6. credimus, *nulla praestituta prandii hora, unicuique venter solarium est, eoque monente, quod inciderit, editur. Nec quisquam post satietatem superfluos sibi ingerit cibos.* Domitianus prandebat ad satietatem, coenans parcissime. Domit. cap. XXI. Contra Seneca Epist. LXXXIII. *Panis deinde siccus, & sine mensa prandium, post quod non sint lavandae manus.* TORR. Antiquorum alii *diem inter otium & curas dividebant*, ut Seneca testatur, de Tranquillitate vitae lib. I. Hi sex septem horas negotiis tribuebant, reliquas otio & curae corporis. Plutarchus in Quaestionibus Roman. Ἡ μεσημβρία πέρας ἐπὶ τοῖς πολλοῖς τῶν δημοσίων καὶ σπουδαίων πράξεων: negatque idem Romanos post meridiem solitos σπονδὰς συνθέσθαι μηδὲ ὁμολογίας, *foedera aut pactiones contrahere.* Propterea dixit Poëta Epigrammatarius:

Ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται· αἱ δὲ μετ' αὐτὰς
Γράμμασι δεικνύμεναι ΖΗΘΙ λέγουσι βροτοῖς.

Alii, inquit idem Seneca, *medio die interjungebant.* Isti peractis negotiis majoris momenti, circa meridiem cibum sumebant, sed leviter: deinde meridiabantur, ac paulisper conquiescebant, quod Graecis quoque μεσημβριάζειν dicitur: postmodum ad negotia redibant, sc. *quae levioris fere operae erant*, ut idem Seneca loquitur. Alii diem totum curis impendebant: ut philosophi, & qui occupatiorem vitam vivebant. Horatius II. Sat. III. 257.

Impransi correptus voce magistri.

Persius Sat. III. 85.

Hoc est quod palles, cur quis non prandeat, hoc est.

Quod ait Suetonius, *ita ut vestitus calceatusque erat.* indicat ita leviter prandere solitum, ut non accumberet, aut certe non ita solebant ad coenam: ideo calceos non ponebat, soleas non sumebat. Addit: *retectis pedibus*, quod nos interpretamur bene tectis & diligenter. sic solent meridiaturi pedes, ut sint bene tecti, curare. Ita autem habent membr. nostrae, non *rectis pedibus*, ut prima editio: quod esset, stans, & capite tantum ac corporis trunco in lectum reclinato. In aliis scribitur *rejectis pedibus*: id erit, quod apud Graecos, ἀφεικὼς τοὺς πόδας, vel καθεύδειν ἐκταθεὶς, *dormire extensus*, vel *extensis membris*, quae dici solent ad declarandam securitatem ἀμερίμνου hominis καὶ ἀφροντίστου. Lucianus de parasito: Οὐδενὸς αὐτῷ τοιούτου παρενοχλοῦντος, ἐσθίει καὶ κοιμᾶται ὕπτιος, ἀφεικὼς τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας, ὥσπερ Ὀδυσσεὺς ἐπὶ Σχερίας ἀποπλέων οἴκαδε. Idem in de Mercede servientibus, ἀποτείνοντα τὰ πόδε καθεύδειν. Philostratus de Apoll. lib. II. Ἔστι δὲ φάρμακον ὕπνου μεμηχανημένον τοῖς ἀνθρώποις, ὃ πίνοντες, καὶ ἀλειψάμενοι καθεύδουσιν ἐκτείναντες αὑτοὺς ὥσπερ ἀποθανόντες. Idem in Heroicis de Protesilao: Κατὰ μεσημβρίαν ἀφικνεῖται καὶ καθεύδει ἐκταθείς. Illi simile apud Menandrum & Terentium, *in aurem utramvis dormire*, ἐπ' ἀμφότερα τὰ ὦτα καθεύδειν. Reperi etiam in quibusdam codicibus *retractis pedibus*. non male, si de jacente intelligas. Cornelius Celsus pro eo dixit, *paullum reductis* (Hippocrates dixit, τὰ σκέλεα ὀλίγον ἐπικεκαμμένα ἔχειν) & addit ex eodem Hippocrate, *qui fere sani jacentis habitus est.* Nos *retectis* probamus cum Turonensi: et videntur mutasse eam lectionem, qui non observabant τὸ *re* in hac voce intendere, non autem negare, ut vulgo solet accipi verbum *retegere*. Id vero mirum videri non debuit, in hoc praesertim scriptore, qui dictionibus non paucis aliter utitur quam vulgo solent. Sic autem in multis τὸ *re* modo est ἐπιτατικὸν μόριον, modo στερητικόν, ut *recondere* apud Propertium II. XXIII. 50 ἀντὶ τοῦ ἀνοίγειν, *promere*, cum alias sit τιθέναι: *restringere* apud Lucretium II. 408. pro aperire, ut legit & interpretatur doctissimus Turnebus. Sic apud Propertium II. XXV. 70. *impressa ubera*, pro non pressis recte nobilissimus Scaliger exposuit: & nos apud Persium docemus *expertem* Latine dici & τὸν πεῖραν ἔχοντα, & τὸν μὴ ἔχοντα. ejusmodi sunt voces ancipites *inauratus*, *edurus*, *egelidus*, aliaeque veteribus criticis notatae. CASAUB.

Calceatus] Et hic *calciatus* Memm. & Copes. & Hulf. & Editiones veteres, vid. cap. LXXIII.

Retectis pedibus] Sic libri omnes, & tamen qui calciatus sit, retectis pedibus esse nequit. Interpretes & *rejectis*, & *rectis*, & *retractis* etiam legi affirmant, ac *retractis* magis probant. Ego *rejectis* malim, ut exporrectis pe-

 dibus

lucubratoriam se in lecticulam recipiebat. Ibi, donec residua diurni actus, aut omnia,

dibus conquieverit. Nisi forte detexerit tantum pedes, non etiam exuerit. TORR. *Retectis pedibus* sic etiam Pall. nostri. GRUTER. *Rejectis* nostri codices & Edd. pleraeque. *rectis* Rom. Lugd. Junt. Ald. Steph. Arg. quod contrarium esset certe *retractis*. Casaub. *retectis* interpretatur diligenter tectis, & id sequuntur Schulting. ad Senec. suasor. I. Cortius ad Cicer. V. ad famil. Ep. 4. sed nullum exemplum video produci; tantum ab aliis verbis, in quibus illud *re* videtur intendere significationem simplicis verbi, argumenta duci. *rejectis* quid notet non video, si *projectis* dixisset, idem esset quod *rectis*. quare *retectis* si retinendum sit, solita significatione capiendum, pro non tectis veste stragula, ut aliter solebant. & hoc *retegere* semper notat. Ovid. VIII. de Lucifero,

Jam nitidum retegente diem,

XIII. 433.

Jugulumque simul pectusque retexit.

Stat. III. 174.

Tunc ferro retegunt silvas.

vid. ad Seren. Samon. cap. XIII. apud Plin. XXVIII. 7. *ire per media arva retectis super clunes vestibus.* ubi alii etiam *rejectis*. Lucan. VIII. 787.

Ne levis aura retectos Auferret cineres.

ubi alii *rejectos*. sed *retecti* sunt disjecti vento, & in humo nudi cineres. nam quod hic *re* in compositis esse [illegible] dicant, licet in quibusdam possit admitti verbis, in hoc non puto exemplum dari. imposuit tamen haec explicatio viris doctis, ut modo vidimus, auctoritati cedentibus nimis temere. in Propertii loco, ubi *Quum subito Triton ore recondit aquas*, omnes fere secuti Scaligerum explicant promit, quia ejectare aquam Tritonem norunt. sed quam facili negotio posset illud *recondit* mutari in *refundit*? antea enim sorbere fingitur aquam, quam deinde refundit. Nic. Heins. hic malebat *praetectis*, de quo verbo vid. Brouck. ad Propert. III. XII. 12. & hoc notat velat; ut in figurato usu Virgil. IV. Aen. 172. *praetexit nomine culpam*, ubi Servius pro *praetegit*, id est *velat*, *celat* explicat, ut passim in hac re alii, his verbis utuntur: ut in sensus, reliquo corpore veste solita tectus cubabat, sed pedes praetegebat assumpta stragula veste. si codices addicerent, ab hoc non alienus essem. *intectos pedes* solea, non calceo, tectos capiunt viri docti apud Tacit. II. Ann. 59. BURM.

Opposita] Mirum hic nihil variare codices, qui apud alios in simili re, saepe *apposita* habent. sed *opposita* vindicavimus ad Ovid. II. Art. Amat. 584. & alibi. simili modo Curtius VIII. 7. dixit. *ad os objecta manu.* BURM.

Lecticulam lucubratoriam] Lectica igitur apud veteres aliud etiam, quam qua per publicum deferebantur, significat, ut puta conclave aliquod angustius, quo se subducebant. quale illud, de quo Juvenal. Sat. VII. 28.

Qui facis in parva sublimia carmina cella.

TORR. Inobservantia prisci moris coegit doctos viros quaerere, quid esset *lecticula* hoc loco. Et est in promptu expositio eruditissimi Torrentii, lecticam pro cella capientis. absit ut tanto viro juveniliter insultemus: fallitur tamen & ipse, & qui *cellulam* vel zeteculam putant esse legendum. nihil enim mutari debet: sed mos potius observandus antiquorum, qui meditationi aut scriptioni operam daturi, in lectulis suis se componebant: cui rei parata erat haec, quam vocat Suetonius *lecticulam lucubratoriam*. Cicero de Oratore, lib. III. cap. 5. *Cum dedita opera quiescentibus aliis in eam exhedram venisset, in qua Crassus lectulo posito recubuisset: cumque eum in cogitatione defixum esse sensisset, statim recessisse.* Seneca epistola LXXII. *Quaedam sunt, quae possis & in cisio scribere; quaedam lectum & otium & secretum desiderant.* Plinius Epistolarum lib. V. epist. V. *C. quidem Fannius, quod accidit, multo ante praesensit. Visus est sibi per nocturnam quietem jacere in lectulo suo, compositus in habitum studentis, habere ante se scrinium (ita solebat) mox imaginatus est venisse Neronem, in toro sedisse, prompsisse primum librum, quem de sceleribus ejus ediderat, eumque ad extremum revolvisse: idem in secundo ac tertio fecisse, tunc abiisse.* Ovidius Trist. lib. I. X. 37.

Non haec in nostris, ut quondam, scribimus hortis:
Nec consuete meum lectule corpus habes.

Persius: Sat. I. 13.

— *Non*

mnia; aut ex maxima parte, conficeret, ad multam noctem permanebat. In lectum inde transgressus, non amplius, quum plurimum, quam septem horas dormiebat: ac ne eas quidem continuas, sed ut in illo temporis spatio ter aut

—— *Non quicquid denique lectis Scribitur in citreis.*
Juvenalis de Poetis & Historicis Satyr. VII. 105.
Est genus ignavum, quod lecto gaudet & umbra.
Themistius Oratione prima: Ἐάν τις ὑπὸ φιλολογίας καὶ ἄκρα οὐκ ἔχων ὕπνον τι σχολάζη, ... Eundem morem Graecis nominibus fuisse in scribendo & commentando, non mihi, sed Aristophani credi par est. ejus verba sunt Vespis, de formulariis & caussidicis, vs. 1055
Κατακλινόμενοι τ' ἐπὶ ταῖς κοίταις, ἐπὶ ταῖσιν ἀπεράγμοσιν ὑμῶν
Αντωμοσίας καὶ προσκλήσεις καὶ μαρτυρίας συνεκύκων.
In eadem paullo post, Βδελυκλέων magistrum fungens, Philocleonem sic alloquitur. vs. 1203.
Πλὴν ἀλλὰ δευρὶ κατακλινεὶς, προσμάνθανε.
Jubet bonus magister discipulum recumbere in lectulo, nempe alludit ad morem servari solitum in scholis quorundam philosophorum; qui discipulos suos studentes continebant in hujusmodi lectulis, qui ipsis erant instar scamnorum. In Nebulis Socrates Strepsiadem μαθητιῶντα ita componit ad discendum, & vs. 253.
Κάθιζε τοίνυν ἐπὶ τὸν ἱερὸν σκίμποδα.
Scio Suidam interpretari σκίμποδα, σκάμνον: sed de vero grabato, quod erat lecti genus, quin sit accipiendum, dubitabit nemo, qui sequentes locos consideraverit. sequitur enim non longe vs. 633.
—— —— Σω. ἔξει τὸν ἀσκάντην λαβών.
Ἀσκάντης est grabatus, non δίφρος, ut dubitat Scholiastes: nam vel cimicum proxima mentio de lecto accipiendum docet. respondet siquidem Strepsiades:
Ἀλλ' οὐκ ἐῶσί μ' ἐξενεγκεῖν οἱ κόρεις.
In eadem mox vs. 614.
Σω. Ἀλλὰ κατακλινεὶς δευρί. Στρ. τί δρῶ;
Σω. Ἐκφρόντισόν τι τῶν σαυτοῦ πραγμάτων.
Στρ. μὴ δῆθ' ἱκετεύω σ' ἐνθάδ'. ἀλλ' εἴπερ γε χρή
Χαμαί μ' ἔασον αὐτὰ ταῦτ' ἐκφροντίσαι.
Alibi in eadem re σκιμπόδιον & φορμάτων meminit, ut nemini dubium esse possit, quid appellet σκίμποδα in superioribus. Quod autem veteres scriptioni operam daturi in hujusmodi lecticulas se reciperent, caussam aperit Galenus lib. III. de Usu partium non uno loco, significans scriptitasse illos non super mensis vel pluteis, ut nos hodie: sed super femore collocata charta, atque ut ejus verbis dicam, ἐπιτιθέντας τῷ τοῦ μηροῦ τὸ βιβλίον. Nec solum scripturi ad lecticulas se recipiebant; sed etiam audituri recitantem & scholam habentem magistrum. itaque in Platonis Protagora pars illius consessus ἀνακεκλιμένοι τῶν βάθρων, pars τῶν κλινῶν. CASAUB. Non fuit portatilis, sed fixa eodem stabat loco, nec a lecto differebat alio, unde & lectus dicitur Plinio lib. V. cap. 5. vide Scheffer. de Re vehiculari, lib. II. p. 113. & Buchner. ad Plin. V. Ep. 5. ORTWYN. *In lecticulam se lucubr.* Codd. Memm. Harl. Copes. & Periz. (nisi quod *lugubratoriam* habeat) & ita veteres editiones, licet in hac vel illa alius sit verborum ordo. Defendit etiam Casaubonus ad Persii locum Sat. I. vs. 13. & 53. quem de hac lecticula explicuit, in notis ad Persium: Vide & Valesiana pag. 181. ubi locum insignem Zosimi Episcopi Romani Vilesius profert, in quo dicuntur *accusatores sive teste, in cubilibus & lectulis suis literis abuti.* & in loco Juvenalis legit,
Qui facis in parva sublimia carmina sella. BURM.
Ex Maxima] *E maxima* Memm. *ex magna* Copes.
Cum plurimum] *Quam plurimum* Cod. Periz. sed desunt Ed. Rom. Erasm. exponit ad summum.
Sed ut in illo temporis spatio ter aut quater expergisceretur.] Eginhardus: *Noctibus sic dormiebat, ut somnum quater aut quinquies non solum expergiscendo, sed etiam desurgendo interrumperet.* Quis neget aut Magnum Carolum Augusti genium atque ingenium in plerisque expressisse, aut scriptorem illum, dum inepte Suetonii vestigia premit, multa affinxisse illi Principi insulse, & ἀπὸ τοῦ ἔω? CASAUB. *In illo*

aut quater expergifceretur. Si interruptum fomnum recuperare, ut evenit, non poffet: lectoribus, aut fabulatoribus arceffitis, refumebat, producebatque ultra primam faepe lucem. Nec in tenebris vigilavit umquam, nifi adfidente aliquo. Matutina vigilia offendebatur: ac fi vel officii, vel facri cauffa maturius evigilandum

illo Ed. Rom. *expergefceretur* Bafil.

Interruptum] *Interemtum* Cod. Hulf.

Recuperare] *Recsperare* Cod. Mem. fic *recipere fomnos* Claud. II. in Rufin. 139.

Ultra primam] Placet, quamvis fine duobus libris, *ultra plurimam*, &c. TORR. Viri docti emendatio *plurimam* pro *primam* refcribentis, nec fatis Latina eft, nec ullius cod. auctoritate fulta: & omnino vera non eft. CASAUB. *Ultra primam:* habent & hanc lectionem Pall. neque admitti debet aliorum *plurimam*. GRUTER. Licet quoque *primam* probem, quum, quia obvium hoc matutini temporis epithetum; vid. Caef. LII. Claud. XXXIV. & ita Plautus, Terentius & alii plurimi, tum quia magis tempus definit, quam *plurimam*, & hoc falutationibus matutinis & aliis officiis obftare videtur: non tamen auderem cum Cafaubono, ut parum Latinum profcribere. nam fi licet *ad multam noctem* dicere, cur non *ultra plurimam lucem*. fic *fole multo* mox dixit cap. LXXXII. & Ovid. XIV. Met. 53. *medio cum plurimus orbe Sol erat*. Tibul. I. X. 42.

Ipfe comes multa lumina nocte tuli.

Valer. Fl. II. 664.

Has inter variis nox plurima dictis
Rapta vices.

multo die Caef. bell. Gal. I. cap. 22. & 26. & ita paffim alii. BURM.

Vel officii, vel facri caufa] *Officia* fere amicorum, *facra* deorum erant. Juvenal. Sat. III. 259. inter divitum commoditates ponit, quod, cum aliis luctandum effet in turba, ipfi lectica ad officia deferebantur:

Si vocat officium, turba cedente feretur Dives.

iterumque de lecticae ufu vf. 241.

Atque aliquid leget, aut fcribet, vel dormiet intus
Namque facit fomnum claufa lectica feneftra.

quibus verfibus Sueton. explicatur. TORR.

Maturius evigilandum effet,] Vulgata lectio *vigilandum* non eft Latina: quare fcripfimus & hic, & duobus aliis locis, *evigilandum*, quantumvis reclamantibus plerifque libris. Fuiffe officii cauffa mature evigilandum notavimus ante ad cap. LIII. Fuit vero & facrorum cauffa publicorum. Cenforinus cap. XXIII. *Romani a media nocte ad mediam noctem diem effe exiftimaverunt: indicio funt facra publica, & aufpicia etiam magiftratuum, quorum fi quid ante medium noctis actum, diei qui praeteriit afcribitur: fi quid autem poft mediam noctem & ante lucem factum eft, eo die geftum dicitur, qui eam fequitur noctem.* Plautus Poenulo I. II. 104.

AN. *Nimia nos focordia hodie tenuit* AD. *Qua de re obfecro?*
AN. *Qui non jam dudum ante lucem ad aedem Veneris venimus,*
Primae ut inferremus ignem in aram. AD. *Ah non facto eft opus.*
Quae habent nocturna ora, noctu facrificatum ire occupant.
Prinfquam Venus expergifcatur, prius deproperant fedulo
Sacrificare.

Sic accipe fequentia poft paullo verba de Atia matre Augufti cap. XCIV. qui locus cum ifto collatus & dabit & accipiet mutuam lucem. *Lego*, inquit, *Atiam, cum ad folemne Apollinis facrum media nocte veniffet, pofita in templo lectica, dum ceterae matronae dormirent, obdormiffe.* CASAUB. *Vigilandum* rectum effet, fi de pervigilio ageretur. fed cum de matutina vigilia agatur optime mihi Cafaubonus *evigilandum* reftituiffe videtur, quod placuit Scriverio, Graevio & Gronovio, licet codices non addicant. & Lipfius etiam orae codicis fui olim adfcripfit, ita legendum effe. obloquitur tamen Guther. lib. IV. de Jur. Pontif. cap. I. *evigilare* vero eft ex fomno excitari, & maturius folito furgere, ad facra vel officia antelucana. fic & apud Lucret. V. 1404. Voffius legebat, *Evigilantibus hinc aderant folatia fomno.* *Somno* pro *e fomno*. & hoc probat Nic. Heinfius, & firmatur imitatione Sulpit. Sever. lib. I. cap. 43. *clamate vehementer ut fomno, quo tenetur, evigilet.* Amm. Marc. XVI. 5. *Julianus vero abfque inftrumento quoties voluit evigilavit: & nocte dimidiata femper exfurgens.* &c. vid. & Claud. XXXIII. & Galb. IV.

dum esset, ne id contra commodum faceret, in proximo cujuscumque domesticorum coenaculo manebat. Sic quoque saepe indigens somni, & dum per vicos deportaretur, deposita lectica inter aliquas moras condormiebat. Forma fuit eximia, & per omnes aetatis gradus venustissima: quamquam & omnis lenocinii negligens, & in capite comendo tam incuriosus, ut raptim compluribus simul tonsoribus operam daret: ac modo tonderet, modo raderet barbam: eoque ipso tempore aut legeret aliquid, aut etiam scriberet. Vultu erat, vel in sermone, vel tacitus, adeo tranquillo serenoque, ut quidam e primoribus Galliarum confessus sit inter suos, eo se inhibitum ac remollitum, quo minus, ut destinarat, in transitu Alpium per simulationem colloquii propius admissus, in praecipitium propelleret. Oculos habuit claros ac nitidos: quibus etiam existimari volebat inesse quiddam 79

IV. adscripserat Lipsius illa Horat. I. Sat. VI. 119. *Deinde eo dormitum, non sollicitus, mihi quod cras Surgendum sit mane* &c. deinde *Ad quartam jaceo.* vide tamen Malasp. ad Cicer. II. ad Q. Fr. Ep. 15. qui *vigilare* etiam pro *evigilare* posse sumi contendit: quamquam in illo Ciceronis loco ego etiam *evigilassent* praeferrem; prima litera *e*, absorpta fuit a praecedenti *nocte*. & hoc sequentia *indormivi*, & *excitant* poscunt. vid. ad Vesp. XX. BURM.

Ne id contra commodum faceret,] Hoc est, contra valetudinem, ut loquitur auctor Rhetoricorum ad Herennium lib. IV. *contra valetudinem suam se ad multam noctem exspectasse.* CASAUB.

Sic quoque saepe indigens somni,] Legerat negligenter haec verba Victor Aurelius, qui inter Augusti vitia *somni intemperantiam ponit.* Non ea unquam Suetonio mens ὐδ' ἐν ὀνείροις fuit. CASAUB.

Inter aliquas moras] Quaenam hae *aliquae morae* sint, non capere se Heinsius ostendit, & legebat *inter oblatas moras.* sed multae poterant morae intervenire, vel lecticariis deponentibus lecticam, ut interquiescerent lassi, vel ut alii succollarent, ut in Claud. X. & Oth. VI. vel si viae impeditae, ut Romae saepe erant, per angustias & vicorum flexuras, ut in Neron. cap. XXXVIII. vel denique, ut ipse Augustus jusserit lecticarios consistere, obdormiscere cupiens, vel quaecumque demum morae intercederent. *inter moras* dixit & in Oth. XI. *inter mores* Cod. Harl. BURM.

79. *Ut raptim*] *Ut & raptim* Ed. Rom.

Modo raderet] *Ac raderet* Copes.

Vultu tranquillo serenoque] Hoc quidem ex multis nummis & gemmis colligi potest, sed nusquam vidi magis ad Tranquilli descriptionem congruentem, quam in quibusdam gemmis Mediceis, quas nuper digno illa domo splendore edidit doctissimus Gorius tab. I. & II. BURM.

Inhibitum ac remollitum,] *Remolitus* vel *remollitus* ex vetusto exemplari, pro placatus. ERASM. Liber opt. *remolitum*, a *remolior*, quo utitur Seneca Hercule Furente 503.

—— nullus eripiet Deus
Te mihi, nec orbe si remolito queat
Ad supera victor numina Alcides vehi.

sic enim legendum, non *revoluto.* Sed nihil muto. TORR. Ὑγρανθεῖσα, πυχθεῖσα, ἢ μαλθα-ξ. Livius lib. I. cap. 9. *Mollirent modo iras, & quibus sors corpora dedisset, darent animos.* CASAUB. *Remolitum* Edd. Venetae, Bon. Lugd. Junt. Ald. Arg. sed a scribarum hoc manu, ut *mille* & *mile*, & sexcenta talia. BURM.

Propius admissus,] Idem liber *admissus*, sine *propius.* TORR. *Propius* deest Ed. Rom.

Oculos habuit] De Augusti oculis idem Sex. Aurelius, quod Sueton. hic, & Serv. lib. I. Aeneid. At Plin. lib. XI. cap. XXXVII. *Divo Augusto* (inquit) *equorum more glauci fuerunt, supraque hominem albicantis magnitudinis. Quam ob causam diligentius spectari eos iracunde ferebat.* Ego Suetonio idcirco libentius assentior, quod Virgilium sub Aeneae persona Augusto placere voluisse arbitror, cum ita scripsit I. 589.

- - - - namque ipsa decoram
Caesariem nato genitrix, lumenque juventae
Purpureum, & laetos oculis afflarat honores.

Neque sic tamen ab aliis dissentit Plin. quin haec

dam divini vigoris : gaudebatque, si quis sibi acrius contuenti, quasi ad fulgorem Solis, vultum submitteret : sed in senecta sinistro minus vidit. Dentes raros & exiguos, & scabros : capillum leviter inflexum & subflavum, supercilia conjuncta, mediocres aures : nasum & a summo eminentiorem, & ab imo deductiorem : colo-
rem

haec controversia facile componatur. glaucis enim oculis, sive caeruleis, quales Minervae tribuuntur, inesse fulgor potest. Neque spectari eos, sed diligentius spectari, & non statim submitti intuentium vultus, aegre ferebat Augustus. Juven. Sat. XIII. 164. *caerula lumina* Germanis dat. At Florus lib. III. Cimbris *horrendos oculos* asscribit. Atqui & hi Germani sunt. TORR. Philosopho oculi γλαυκοὶ sunt indicium λαγνείας. Ἀναφέρεται, inquit, ἐπὶ τὰς ἀλεκτρυόνας καὶ κόρακας. Plinius Augusto tribuit oculos *glaucos & supra hominem albicantis magnitudinis:* quos timiditatis esse indices, Aristoteles ait. CASAUB. Mirifice hunc locum dilatavit Servius ad Virgil. VIII. Aen. 681. non pugnare vero de Cimbrorum oculis Juvenalem & Florum ostendit Crenius tom. XI. Animad. pag. 255. BROUCKH. Qui simul notat apud Florum horrendos illos Cimbrorum oculos non occurrere.

Quibus etiam existimari volebat inesse quiddam divini vigoris] Eidem scabies Caesarem titillavit, quem ait Dio voluisse, ut homines existimarent, ὅτι καὶ ἄνθος ὥρας ἀπ' Ἀφροδίτης ἔχοι. CASAUB. *Etiam* deest Codd. Periz. Harlem. Copes. & Ed. Venet. pr. *aestimari* etiam Harlem.

Divini vigoris] Vox ultima videtur abjici posse sine ullo damno sententiae. GRUTER.

Gaudebat, si quis sibi acrius contuenti quasi ad fulgorem solis vultum submitteret:] Julianus Caesaribus: Εἶτα δὲ ὥσπερ τὰς βολὰς τῶν ὀμμάτων, ὁποῖός ἐστιν ὁ μέγας Ἥλιος. ἐδίδου γὰρ οἱ τῶν πάντων ἀντιβλέπειν ἀξίν. paene ad verbum Suetonii sententiam expressit. CASAUB. *Si qui* Codd. Memm. Periz. Harlem. Edd. Rom. Venetae & priscae fere omnes usque ad Basil. poster. sic & alibi vidimus variatum. *s* adhaesit ex seq. *sibi*. vid. ad Caes. LXXXIII. supr. XXXVIII. BURM.

Ad fulgorem solis] Haec illustrat. Ill. Spanhemius ad locum Juliani a Casaubono adductum. conferenda & illa, quae in Schol. Apollon. Rhodii I. 172. de Augea dicuntur. BURM.

Et scabros:] Scabrities inter vitia dentium. Martianus Capella lib. III. *Protulit quoque limam, ex qua scabros dentes, vitiliginesque linguarum & sordes purgabat.* CASAUB. *Et scabros* omnes codices. at manus docta in ora Steph. Ed. *asperos.* sed id potius explicationem esse, quam variam lectionem puto. quamvis magis rubigine obsiti, quam asperi sint dicendi. vid. Heins. ad Ovid. VIII. Met. 802. ubi & *raros dentes* videbis. BURM.

Capillum leviter inflexum] Est, quem probant physiognomonici inter εὐθύτριχα & οὐλότριχα. *Leniter* autem scribi debet, ut in omnibus melioribus libb. Graecum fuerit πρᾴως vel ἠρέμα. in hujusmodi descriptionibus frequentes, & apud Sallustium, *clemens rumor.* non vehemens, ac mediocris. CASAUB. *Leniter* Edd. Roman. Bonon. sic & supr. LI. & alibi variatum.

Subflavum,] Polemo: Τὸ σφόδρα ὑπόξανθον εἰς εὐμάθειαν καὶ ἡμερότητα καὶ εὐτυχίαν τείνει. omnia Augusto competunt eximie: *docilitas, mansuetudo, felicitas.* CASAUB.

Supercilia conjuncta,] Qui carent intercilio, Graecis σύνοφρυες dicuntur. Latini eam partem etiam *glabellam* vocant. Martianus Capella lib. II. *Quarum una deosculata Philologiae frontem illic, ubi pubem ciliorum discriminat glabellae medietas.* Aristoteles ista forma hominos pronuntiat δυσκόλους. CASAUB.

Nasum & a summo eminentiorem,] Hoc initium est nasi aquilini. talem Graeci intelligunt, cum dicunt τῆς ῥινὸς τὸ ἀπὸ τοῦ μετώπου διηρθρῶσθαι. Brevius Aristoteles, unde caeteri : Οἱ γρυπὴν ἔχοντες καὶ τοῦ μετώπου (malim ἀπὸ τοῦ μετώπου) διηρθρωμένην, μεγαλόψυχοι. ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἀετούς. CASAUB.

Et ab imo deductiorem:] Tenuem, λεπτήν, male interpretes *depressum.* Aristoteles : Οἱ τὴν ῥῖνα ἄκραν λεπτὴν ἔχοντες ὀρνιθώδεις. CASAUB. *Deductiorem* Cod. Huls. Cl. Graev. depressiorem, demissiorem interpretatur : sed rectior videtur Casauboni expositio, ut sit tenuis, in acutum fere desinens, ut fere in nummis apparet. ita *deducta frons* est brevior apud Ovid. XXI. Epist. 165. ubi vide notas. BURM.

Inter

rem inter aquilum candidumque: staturam brevem, (quam tamen Julius Marathus libertus etiam in memoriam ejus quinque pedum & dodrantis fuisse tradit) sed quae commoditate & aequitate membrorum occuleretur: ut nonnisi ex comparatione

Inter aquilum candidumque:] De aquilo colore pulchre Festus. ab aqua enim, cujus incertus est color, sic dictus, nec albo, nec nigro similis est; ut tamen ab utroque proprietatem trahat. TORR. Aquilus color in Glossis exponitur μέλας. si ita esset, poterat parcere verbis & subnigrum colorem dicere. sed non ita est: neque *aquilus color* proprie est niger (non enim nigrae sunt aquilae) accedit tamen ad nigredinem, ut is qui veteribus Graecis πέλλος dicebatur, unde πέλεια & πελιδνός. talis fere color aquae praesertim concitatae; quae poëtis μέλαν ὕδωρ dicitur. Color, quem intelligit Suetonius, est, nisi fallor, qualis in iis apparet, quos solis aestus torruit: quos lingua vernacula vocat *bassanez*. Marcellino, *color oblividus*. CASAUB.

Quam tamen] Nihil variant MSS. Pall. nisi quod restet in pr. *quam tum*, aut vero *quantum*. GRUTER.

Libertus etiam in memoriam ejus] Justo Lipsio Elector. I. cap. XII. visum emendare, *libertus, & a memoria ejus*. Et notum quidem aulae officium *a memoria*. sed an eo functus hic Marathus? Mihi non liquet. facilius crederem a studiis, vel a libellis, vel a literis eum fuisse, qui Augusti historiam magno (ut videtur) favore ad aeternam ejus memoriam diligentissime scripserit. Qualis & Polybius. Ejusdem mentio & inf. cap. XCIV. TORR. Omnes libb. hic corrupti. non displicet Lipsii conjectura, *& libertus & a memoria ejus. A memoria*, nomen officii vel ministerii in aulis Principum & magnatum, etiam Judaeorum olim, qui videntur vocasse *bammazkir*, etsi LXX. vertunt ὑπομνηματογράφος, & Hieronymus *a commentariis*. Magis tamen aliquanto placet nobis nostra, *J. Marathus libertus in memoria vitae ejus*. Non dubitamus Julium Marathum de Augusti rebus aliquos scripsisse commentarios, quos auctor vocat *memoriam*: sic fere lib. V. cap. I. *Nec contentus elogium tumulo ejus versibus compositis a se insculpsisse, etiam vitae memoriam prosa oratione composuit.* Bacbius Macer apud Servium: *Hoc etiam Augustus in libro secundo memoriae vitae suae complexus est.* CASAUB. Quia *in* deest Memmian. & Exc. Cujac. jubet nos cogitare Gronovius, an scribi oporteat, *Libertus Atiae in memoria ejus*. Sed non cogitabat vir doctus, hunc libertum dici *Julium*, quum si Atiae libertus fuisset, vel ab ipsa, ut multi a *Livia* dicti *Livii*, vel certe a marito ejus *Octavius* dictus fuisset. in *memoria ejus* non facile rejicerem, & de libro, quo vitam & res gestas Augusti descripserat desumta haec esse crederem. ita de *memoria vitae* ex Augusti libro citat Serv. ad Virg. Eclog. IX. 47. vid. Fabricii Fragm. Augusti, sectione XV. *Marathi* nomen ostendit originem Phoeniciam, ut ex altero Maratho ostendit egregie Broukh. ad Tibul. I. IV. 81. Merebatur doctus hic libertus Augusti referri in censum, a Falstero obscurioris memoriae virorum nuper auctum. BURM.

Quinque pedum & dodrantis] Non igitur brevi statura fuit, sed prope justa. Vide ad librum sequentem cap. LXVIII. Verum falso hoc scriptum a Maratho fuisse, innuit Suetonii oratio. CASAUB.

Sed quae commoditate & aequitate membrorum occuleretur:] Lego, *aequalitate*. Eginhardus: *Tamen haec caeterorum membrorum celabat aequalitas*. lib. III. de Tiberio cap. 68. *Caeteris membris usque ad imos pedes aequalis & congruens*. Ita exprimit auctor Graecas voces συμμέλεια & σύμμελος. Vitruvius Graecos propius imitatus συμμετρίαν, *commensum* dicit: A. Gellius aptissime, lib I. cap. I. *membrorum omnium competentiam*. CASAUB. Et sic (*aequitate*) quoque nostri Pal. tres. GRUTER. Nescio quare mutari debeat, quum millies *aequus* pro aequali ponatur. sic de hac ipsa re Pompon. Mela III. 9. *pulchri forma, aequi corporis*. vide Gron. diatr. Stat. cap. ult. pag. 397. sic apud Quinctil. XI. de Inst. Orat. 3. *status sit rectus, aequi & diducti paullum pedes, vel procedens minimo sinister*. id est aequales, non, ut claudicantis vel saltantis, vel currentis, inaequales; sed ut ad lineam quasi rectam stent: nam mox inter vitia refert, *pedem alterum longe proferre*. BURM.

Comparatione] *Conspiratione* Ex. Cujac. dein *alius*. Copes.

Genitivis notis,] Σημείοις συμφύτοις, ut exponebamus ad Theophrasteos Characteres. Sic ge-

ꝫo ctione adstantis alicujus procerioris intelligi posset. Corpore traditur maculoso, dispersis per pectus atque alvum genitivis notis, in modum & ordinem ac numerum stellarum coelestis Ursae: sed & callis quibusdam ex prurigine corporis, adsiduoque & vehementi strigilis usu, plurifariam concretis, ad impetiginis formam. Coxendice, & femore, & crure sinistro, non perinde valebat, ut saepe etiam inde claudicaret: sed remedio harenarum atque arundinum confirmabatur. Dextrae quoque ma-

genitiva imago apud Ovidium. CASAUB. *Genetivis* Cod. Memm. Bouchetus, qui scripsit antiquitates Aquitanicas Edit. 1555. fol. pag. 180. totam hanc descriptionem corporis maculosi refert ad Julium Caesarem, quem dicit Suetonium descripsisse, ut in corpore habentem cicatrices plurimas, positas in figuram stellarum rubicundarum. & inde conjicit laborasse illa lue, quae postea Neapolitana & Gallica dicta fuit. Sed ridicule ineptus ille scriptor & in hoc, & aliis plurimis. BURM.

In modum & ordinem ac numerum stellarum coelestis Ursae:] Sidonius Apollinaris in Anthemii panegyrico, has notas draconem potius repraesentasse auctor est Carm. II. 121.

> *Magnus Alexander, nec non Augustus, habentur*
> *Concepti serpente deo, Phoebumque Jovemque*
> *Divisere sibi: namque horum quaesiit unus*
> *Cinyphia sub Syrte patrem maculis genetricis:*
> *Alter Phoebigenam sese gaudebat haberi*
> *Poeonii jactans Epidauria signa draconis.*

CASAUB.

Plurifariam contractis,] Libri quatuor *concretis*. TORR. *Contractis* Codd. Periz. Harlem. Edd. Roman. Venet. tres. Bonon. Basil. & Gryphii & recentiores. similem variationem videbis apud Ovid. VI. Fast. 495. non absimili modo, *diutino squalore concretam faciem* dixit Quinctil. declam. VIII. 8. *vehenti* pro *vehementi* ex compendio scribentis est in Exc. Cujac. BURM.

Coxendice] *Coxa indice* Codd. Memm. Copes. Edd. Rom. Venet. tres. *Coxindice* Exc. Cujac.

Inde claudicaret] *Inclauderet* Cod. Hulsii. *iter inclaudicaret* Copes. *inclaudicaret* Exc. Cujac.

Remedio arenarum, atque arundinum] Libb. vetustissimi *harenarum*, & *harundinum*, unus etiam *herenarum*. Porro os illud, quod femoris caput excipit, & coxa vel coxendix Latine dicitur, Graeci ἰσχίον vocant. Unde ἰσχιὰς coxendicis dolor, arthritidis nempe species coxam invadentis. Quo malo qui laborant, Ischiadici etiam a Gellio appellantur lib. IV. cap. XIII. Augustus igitur & ipse id patiens, arenarum atque arundinum remedio utebatur. Sic nimirum & apud Gellium lib. XIX. cap. VIII. vir quidam eruditus ab aquae intercutis morbo liberatus dicitur, quod arenis calentibus esset usus. utrumque enim malum cruditates progenerant, ac proinde calida remedia sunt adhibenda. Et de arena quidem Celsus lib. IV. cap. XXII. *Siccus* (inquit) *calor & arenae calidae, & Laconici, & clibani.* Plin. quoque lib. XXXI. cap. VI. *Spuma aquae affrictu verrucas tollit, nec non arena litorum maris, praecipue tenuis, & solibus candens, in medicina est siccandis corporibus hydropicorum, & rheumatismos sentientium.* Plura Aetius lib. III. cap. IX. De arundine vero, quod eundem in medicina usum praestat, & Dioscorid. lib. I. cap. XCVII. Galen. lib. VII. Simpl. medicam. tradiderunt, praesertim de cortice ejus combusto. Quibus adde Plinium lib. XXIV. cap. XI. Sed de his medicos consulamus. TORR. Remedium harenarum varie accipi potest. Vel enim de fomentis calidis affectae parti admotis. *Sunt autem*, ait Celsus lib. II. *fomenta calida, milium, sal, harena, quodlibet eorum calefactum, & in linteum conjectum.* Vel de ambulatione in alta harena. Hanc interpretationem amplectuntur eruditissimi viri, etiam medici. Possimus tamen & de volutatione in harena calida, vel etiam litorali aut fluviali accipere. Hujus remedii plurima in libris veterum medicorum mentio: in multis enim morbis eo utebantur. Serenus Samonicus de Hydropisi cap. XXVII.

> *Nec non & tepidis convolves corpus harenis.*

Symmachus contra podagram eo se usum scribit: ita enim accipi debent haec illius verba lib. VIII. epist. XLV. *Sed valetudo saucia obstrepit*

manus digitum salutarem, tam imbecillum interdum sentiebat, ut torpentem contra-

pit voluntati. Humor enim noxius articulis illapsus, etiam nunc me tenet lectulo, & vix litorali siccitate tenuatur. Apud Graecos medicos Aëtium, Æginetam, alios, legas multa περὶ ψαμμισμοῦ καὶ ψαμμοχωσίας. Talem aliquam vim inesse pulveri palaestrico existimavit Lucanus: videtur enim allusisse ad hoc genus remedii, cum de fabuloso Antaeo caneret lib. IV. 616.

Auxilium membris calidas infudit harenas.

Observavimus veteres in exercendo corpore etiam extra morbi necessitatem volutasse se super candente harena, ut corpus ferendo calori assuefacerent: contra ut ad tolerandum frigus praepararent, vel in nive se versabant, vel statuas nive obductas nudi amplexabantur. Laërtius de Diogene Cane lib. VI. Sect. 23. Καὶ θέρους μὲν ἐπὶ ψάμμου ζεστῆς ἐκυλινδεῖτο· χειμῶνος δὲ ἀνδριάντας κεχιονισμένους περιελάμβανε, πανταχόθεν ἑαυτὸν συνασκῶν. Suidas de Antiocho Cilice philosopho Cynico, qui castra Severi Imp. aliquando est secutus: Ἐπαλγύνας τοὺς στρατιώτας ὑπὸ τοῦ πολλοῦ ῥίγους, ἐπεχώννυεν εἰς τε τὴν χιόνα ῥιπτῶν καὶ ἐν αὐτῇ κυλινδούμενος. Hanc stultam consuetudinem reprehendit gravissimus auctor Epictetus apud Arianum lib. III. Dissertationum cap. XII. Τοῦτο ἴσως δεῖ καὶ ἡμᾶς μελετᾶν ἐπὶ χιόνος περιπατεῖν, ἢ φοίνικας ἱστάναι, ἢ ἀνδριάντας περιλαμβάνειν; οὐδαμῶς. *Remedium arundinum*, quid appellet hoc loco Suetonius, ne medicos quidem, viros eruditione praestantissimos, satis exploratum habere scimus. Equidem non aliud remedium fuisse suspicor, quam cujus Cato meminit cap. CLX. & ex Catone Plinius extremo libro XVII. Casaub. ψαμμισμοὺς vocat P. Aegin. l. 3. c. 48. alii ἀμμοχωσίαν, cum aegroti vel super arenam litoralem marinam fluvialemve sive a sole calentem sive ignitam decumbere, vel in eadem profunda deambulare jubebantur: vel cum corporibus eorum in arena defossis obrutisque novam subinde calentem adaggerabant; quod remedii genus hydropicis ad exsorbendas aquositates adhibuerunt Celsus l. III. c. 21. Dioscor l. V. c. 167. Aët. t. 3 s. 2. c. 28. & t. 1. s. 3. c. 9. Gariop. l. V. c. 11. Plin. l. XXXI. c. 6. *Arena litorum maris, praecipue tenuis & solibus ardens, in medicina est siccandis corporibus hydropicorum & rheumatismos sentientium.* Augusto, quia rheumatismo ad coxam sinistram tentaretur familiariter, tam ad epotandam fluxionis materiam, quam ad roborandum articulum, laxitate ejus per arenae vim siccatoriam correcta, arenationem conduxisse oportuit. Et hoc recte a Perliis animadversum est; sed in *harundinum* remedio ἀλλοτρίων est Lynceorum. Quod enim ad Plinium l. 17. extr. & Catonem c. 160. ubi contra luxata membra carmen, ἐπῳδὴ verborum barbaricorum, jungendum fissurae harundinum, *luxum uti excantantes*, nos remittunt, quod *remedium harundinum* fuerit, non videntur percepisse. Excantatio quippe proprie non est remedium, sed magica vi verborum potius apud male credulos, quam naturali potestate simplicium experientia ac ratione cognitâ conficitur. Satius igitur fuerit de radice harundinis, quam luxatis & spinae doloribus ob vim extractoriam mederi, si trita cum aceto illinatur, tradidere Diosc. l. 1. c. 115. & Plin. XXIV. c. 11. intelligere. Cum enim destillationes anniversarias & certo tempore recurrentes valetudines expertus sit Augustus, Plinio, Suetonio, Dione, Solino testibus; ob crebriores autem catarrhi ad coxam decubitus & dolorum ὑποτροπασμοὺς articulos adeo debilitari, ut luxetur & excidat os femoris mucoribus supervenientibus, Hipp. 6. aph. 59. constet, medicinam ex arundine trita adplicare locis oblaesis & minitantibus ἐξαρθρήσει non inconveniebat. Potuit etiam subclaudo ex imbecilli & luxo crure arundo ea ratione remedium expeti, quod σωλῆνες seu assulae ejus fissae manu repositum in sedem suam caput femoris continere aptae natae essent, si commode per habenas additas alligarentur; quod corticibus arborum vel lignis excavatis aliis praestiterunt. Sane materies harundinum gratissima fabricis, & sectiles earum laminae ad quaecunque liberet aptissimae fuerunt: Plin. l. XVI. c. 36. Thomas. Reinesius Var. Lect. II. cap. 18. *Haranearum* Cod. Periz. in marg. *aranearum* Junt. pro *arundinum* Heins. tentabat *hirundinum.*

Digitum salutarem] Quem & indicem vocamus pollici proximum. Tertium vero medium, infamem, impudicum, Quartum medicum, & anularem. Sequitur minimus. Torr. Vide Reines. Epist. XXV. ad Hofmannum. pag. 96. Broukh.

tractumque frigore vix cornei circuli supplemento scripturae admoveret. Questus 81 est & de vesica, cujus dolore, calculis demum per urinam ejectis, levabatur. Graves & periculosas valetudines per omnem vitam aliquot expertus est: praecipue Cantabria domita, quum etiam distillationibus jecinore vitiato, ad desperationem redactus, contrariam & ancipitem rationem medendi necessario subiit: quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus, auctore Antonio Musa. Quasdam & anniversarias, ac tempore certo recurrentes, experiebatur. Nam sub natalem suum plerumque languebat: & initio veris praecordiorum inflatione ten-

Admoveret] *Admoveretur* Ed. Rom.

Questus est & de] *Est* omisit Graevius, in prima editione, sed nemo alius.

Cujus dolore] *Dolor* Cod. Periz. parum refert. nam sic *amor*, *poena* levari dicitur, & *homines* iis levari. sic noster, Tib. LXXII. *languore levatus*. BURM.

Aliquot] *Aliquod* Cod. Memm.

Jecinore] *Jocinere* Cod. Memm. Ed. Rom. Bon. Steph. *jocinore* Copes. Junt. Ald. Arg. Plantin. Graevii prima & aliae. vide Dausq. orth. in *jecinoris*. & infr. eadem varietas c. XCV.

Auctore Antonio Musa.] De hoc aute cap. LIX. Corruptus autem est Plinii locus lib. XXIX. cap. I. ubi hanc Musae curationem refert. Notandumque, quod, cum lib. XIX. cap. VIII. lactuca conservatum Augustum Antonii Musae prudentia scribat, lib. XVIII. cap. XV. *per ervum* (inquit) *curatum D. Augustum epistolis ipsius memoria exstat.* Ervum tamen eodem loco gravedinosum appellat. Ac morbi omnes Augusti ex destillationibus, & gravedine provenisse videntur. TORR.

Tempore certo recurrentes,] Περιοδικὰς νόσους Graeci. Aegineta ad verbum ἀποδιζόμενα κατὰ τὰς ὥρας. Philo vero Judaeus, simpliciter περιοδιζούσας νόσους. CASAUB.

Initio veris praecordiorum inflatione tenebatur:] Invenio medicos, qui prodiderunt memoriae Augustum doloribus laterum & thoracis tentatum; mitioris cujusdam theriacae usu convaluisse, quam Damocrates apud Galenum in secundo de Antidotis describit: qui postea addit:

> Ταύτῃ λέγουσι τ̃ Σεβαστὸν ἰδίως
> Χρησάμενον ὑγιᾶ γεγονέναι τὸ βραχὺ χεῖρον,
> Πλευρίσεως τε καὶ θώρακος δυσχερανόμενον.

CASAUB. *Initio vernis* Cod. Harlem. an pro *vernis* quasi esset ut *austrinis* tempestatibus, vel scripserit librarius hoc pro *verni:* nam *vernum* saepe pro verno tempore occurrit; ita *aestivum*, *hibernum* &c. apud Plinium & alios. quod exquisitum loquendi genus dicit Gronov. III. obs. 24. & ad Plaut Mostel. I. III. 3. vid. ad Ovid. III. Amor. III. II. & ad Quinctil. XII. de Inst. Orat. 8. ubi & ita dici *matutinum*, *vespertinum*, *hesternum* & similia videbis. non tamen velim talia, ut fit, quia a vulgari usu remotiora, ubique intrudi, sine codicum auctoritate. quare nolim apud Terent. Heaut. IV. V. 7. pro

> *Verum ubi videbit tantos sibi sumptus domi,*
> *Quotidianos fieri.*

reponere *cotidiano*, ideo solum, quia *quotidianos* non placet. Offendit scilicet delicatas aures duplex adjectivum: sed cur ergo Andr. IV. V. 35. reliquit *mirando hoc tanto tam repentino bono.* ubi sunt tria epitheta, & cur non interposita copula legit *tanto & tam repentino bono:* cur tolerare potuit Heaut. II. III. 48. *nulla mala re interpolatam muliebri*? cur in Eunucho. III. V. 33. concoquere potuit *paucas novitias puellas*, quum Hecyr. I. II. fastidierit *paucos fideles amatores*, quod tamen praeferendum. quid miri enim, si uni meretrici plures eveniant amatores? & licet hoc in votis esset prostitutis, inter illos plures dicebat tamen, *paucos fideles evenere meretricibus amatores.* in Adelph. I. I. 7. *clementem vitam urbanamque atque otium* mutat in *clementem vitam, urbanum otium.* quia scilicet in Thesauro Stephani ex Cicerone *urbanum otium* producitur: atqui & Ovidius dixit *Urbana commoda vitae* lib. I. de Pont. VIII. 29. incertas ergo has conjecturas verius est abjicere, quae infinitis veterum locis refutari possunt. deinde codex Periz. *inflatione tenebatur*, sed multo elegantius vulgata lectio. nam *tentari morbo*, *valetudine* &c. locutio obvia & popularis. vid. ad Seren. Samon. cap. II. simpliciter *ten-*

tentabatur: austrinis autem tempestatibus gravedine. Quare quassato corpore, neque frigora neque aestus facile tolerabat. Hieme quaternis cum pingui 82 toga tunicis, & subucula & thorace laneo, & feminalibus, & tibialibus muniebatur: aesta-

tentare dixit Plinius XVI. 6. *Iligna tentari fues: nisi paullatim detur.* pro *tempestatibus* Edd. Junt. Ald. Arg. habent *temporibus*, quo nihil opus. *Gravidine* Memm. BURM.

82. *Quaternis cum pingui toga tunicis*,] Pingue pro crasso dixit: quomodo Cicero de Divinat. *Pingue & concretum est coelum.* Martialis XIV. 143.

Et pingues tunicas ferra secare potest.

Et Juvenalis IX. 28. *pingues lacernas* munimenta togae dixit. Hujusmodi autem pinguiorem togam fuisse eam, quam laenam Romani appellavere, credibile est. Varro: *Lena, quod de lana multa. duarum enim togarum instar.* MARC. DONATUS. *Pinguem togam* vocat, ut *pingues tunicas* Martial. & *pingues lacernas* Juvenal. hibernas scilicet crassioresque, quae frigori melius resistant. Horat. lib. I. Sat. III.

- - - *toga, quae defendere frigus*
Quamvis crassa queat.

Seneca lib. I. de Benef. cap. 3. de Gratiis loquens, quos Hesiodus veste pellucida depingit: *Inveniam* (inquit) *alium poëtam, apud quem praecingantur, ac spissis & Phrygianis prodeant.* TORR. Et Graeci παχὺ ἱμάτιον hibernum vocant, & non multo aliter παχύ. Porro *pingue* hic opponitur λεπτῷ. nam si in propria significatione accipias, ἱματισμὰ vestimenta aestate gestari vult Hippocrates, παχέα vero hieme, contra apud Trebellium Pollionem Saturninus in XXX. Tyr. cap. XXIII. *Discumbere milites cum sagis jubet, hieme gravibus, aestate perlucidis.* CASAUB.

Et subuculae thorace laneo,] *Subucula*, viris femnisque communis, sic dicta est, quod subtus gestetur. Varro. Idem exprimit Horat. Epist. I. I. 95.

- - - *si forte subucula pexae*
Trita subest tunicae.

Varro item apud Nonium: *Postquam duas tunicas habere coeperunt, instituerunt vocare subuculam, & indusium. Thoracem* autem *subuculae* intelligo, quatenus ea pectus tegitur. Male igitur, qui *subucula & thorace* legunt. TORR. Lege: *Subucula, & thorace laneo.* Thorax tunc non inter munimenta pectoris ad ictus repellendos, & ex aere, ferro, & corio, ut lorica. Hoc ergo peculiare in Augusto notavit Tranquillus, quod thorace laneo uteretur praeter subuculam & tunicas. Frustra Torrentius subuculae thoracem explicat, quia subucula pectus tegebat. quod ut verum sit, tamen a thorace erat distincta. OCTAV. FERRARIUS. *Subucula & thorace* Edd. Bonon. Paris. & ita volebat Ferrarius III. de Rer. vest. 3. referente Cl. Graevio, qui prima editione dedit, *subuculae thoracis.* vid. sup. cap. LXXVII. *Femoralibus* etiam Copes. de verbo *munire*. vid. ad Phaedr. II. 6. BURM.

Feminalibus, & tibialibus] Cum Augustum hieme tantum his usum scribit, clare indicat, reliqua anni parte abstinuisse. Nudis ergo cruribus feminibusque incedebant Romani. Quod etiam ex C. Caesaris facto constat, quem scribit Sueton. togae sinum ad ima crura deduxisse, quo honestius caderet. TORR. In vestitu veterum Judaeorum, Graecorum & Romanorum nihil tam alienum fuit a nostris moribus, quam quod eorum usum ignoraverint, quae hodie appellamus *femoralia* & *tibialia*. Quod etsi certissimum est, reperias tamen doctos viros, qui aliter sentiant scribantque. Sunt enim qui femoralia cum legunt in libris veterum, & tibialia, non alia fuisse illa putent ab iis, quae nos ita indigitamus. falso & imperite. nam illis vocibus non intelligunt veteres Latini id, quod ipsi putant: sed fascias, quibus antiqui pedes, tibias, crura & femora sive femina involvebant. Nostras *braccas* non fuisse Graecis Latinisque in usu, eo probamus, quod nulla apud ullum Graecum aut Latinum scriptorem vetustiorem exstet eorum mentio, ac ne appellatio quidem nisi barbara. Alterum validissimum est argumentum: quod in cultu Graecorum & Romanorum, breviore veste amicti eas partes ostenderent, quae honeste nominari non possunt: Theophrastus in descriptione hominis inepti: Καὶ ἀναβεβλημένος ἄνω τοῦ γόνατος καθίζειν, ὥστε τὰ γυμνὰ αὐτοῦ φαίνεσθαι. Similis ἀσχημοσύνη eorum, qui vestem vel consulto consilio adducebant, quod ἀνασύρεσθαι & ἀνέλκειν Graecis dicitur: cujus rei exemplum in eodem libello Theophrasti in descriptione ho-

hominis βδελυροῦ, quem ait solitum, ἀνασυράμενον δεῖξαι τὸ αἰδοῖον: vel imprudentia: quod notavit olim in Philippo rege captivus ejus, cum sub hasta venderetur. praeerat auctioni Philippus, ἀνεσταλμένου πως τοῦ χιτῶνος καθήμενος οὐκ εὐπρεπῶς, inquit Plutarchus: accessit ad eum captivus, & monuit, ut vestem demitteret. Μικρὸν, inquit, ille, κατωτέρω τὴν χλαμύδα ποίησον· ἀσχημονεῖς γὰρ οὕτω καθήμενος. Simile est, quod de Tusco haruspice facete narrat Martialis lib. III. 24.

Ipse super virides aras luctantia pronus
Dum resecat cultro colla, premitque manu:
Ingens iratis apparuit hernia sacris.

Trebellius Pollio de Saturnino tyranno cap. XXIII. *Hujus insigne est quod convivio discumbere milites, ne inferiora nudarentur, cum sagis jussit.* Hinc est quod metu talis ἀσχημοσύνης Caesar in ipso casu cum occideretur, sinum vestis ad ima crura deduxit. Tertium superiori affine argumentum est, quod in mentione τῶν περὶ κοιλιολυσίαν ὄντων, vestis semper καθέλκεσθαι καὶ ἀνέλκεσθαι dicitur: Hebraei honestissime *tegere pedes.* Herodianus in Macrino: Τὰς ἐσθῆτας τῶν μηρῶν καθῆλκεν. cujus loci interpretes non sunt interpretes. Non igitur braccas antiqui noverunt, sed earum loco, ut diximus, fascias, quibus varias corporis partes involvebant. Usus primus harum fasciarum fuit in aegrotis & imbecillibus, a quibus sumserunt postea homines delicati & molles. Horatius II. Sat. III. 254.

- - - ponas insignia morbi,
Fasciolas, cubital, focalia.

Vetus interpres ad illum locum: *Fasciolae ornamenta quaedam sunt brachiorum, pedum, articulorum, velut vittae.* ita legendum, non *vel vittae.* De cruralibus Quintilianus lib. XI. cap. 3. *Palliolum sicut fascias, quibus crura vestiuntur, & focalia, & aurium ligamenta sola excusare potest valetudo.* Coeperunt Romani his fasciis extra valetudinem uti Ciceronis temporibus. Varro, Cato, vel de liberis educandis: *Mihi puero modica una fuit tunica, & toga, sine fasciis calceamenta, equus sine ephippio, balneum non quotidianum, alveus rarus.* Fascias intelligit pedules, quas Pollux alicubi περιειλήματα ποδῶν. De iis Ulpianus lege XXV. Dig. de auro, argento, mundo: *Fasciae crurales pedulesque & impilia vestis loco sunt, quia partem corporis vestiunt.* Videntur per ea tempora & crurales ac pedules in frequentiore usu fuisse, quando Jurisconsultus eas numerat inter vestes ordinarias. At Varronis aetate adeo res nova fuit, ut Pompejo ab ejus obtrectatoribus inter alia objectum sit, quod fascias gestaret, & quidem cretatas. quorum alterum lascivi hominis indicium, alterum etiam [illegible] videri volebant. Cicero ad Atticum lib. II. Ep. 3. *Epicratem* (sic Pompejum vocat) *suspicor, ut scribis, lascivum fuisse: etenim mihi caligae ejus & fasciae cretatae non placebant.* Valerius Max. lib. VI. II. 7. *Pompejo candida fascia crus alligatum habenti Favonius, Non refert, inquit, qua in parte corporis sit diadema.* Objicit aperte regni suspicionem, non propter fasciam (falluntur eruditissimi viri, qui id existimant) sed propter talem fasciam, hoc est, candidam. in promptu ratio est: quia diademata nihil aliud quam candidae fasciae erant, ut ad superiorem librum notavimus. Caeterum Pompejus quod fasciam gestaret, solitus id excusare, quasi tegendi ulceris caussa deformis, crus colligaret. Auctor Ammianus Marcellinus lib. XVII. Objectae sunt & Clodio fasciae, sed purpureae, non candidae: quare nequitiae solum id est attributum; suspicione rerum novarum caruit. Cicero de Haruspicum responsis cap. XXI. *P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus soleis, purpureisque fasciolis, a strophio, a psaltrio, a flagitio, a stupro est factus repente popularis.* Idne est, quod in tragoedia Hippolyto tribuuntur Herculi apud Omphalen agenti inter alia nequitiae instrumenta & fasciae crurales vs. 321.

Crara distincto religavit auro,
Luteo plantas cohibente socco.

Non dubium mihi est, quin & Graeci fimilliter fascias istas in usu habuerint. pedules illi περιπεζίδας appellarunt, curales περισκελίδας. quas tamen etiam a puellis gestatas, ex Menandro annotat Julius Pollux, & ex Horatio nobis constat: ideo Graeci poëtae foeminas appellarunt εἰλίποδας διὰ τὸ ἔνδυμα τῶν μηρῶν inquit Pausanias. Alibi docuimus sero veteres calceamentis assuevisse: cum per longa saecula nudis pedibus, nisi cogeret necessitas, egissent. At posteaquam in frequenti usu calcei coeperunt esse, paulatim etiam pedules atque crurales fasciae sunt assumtae. Temporibus Dionis Chrysostomi, qui Trajano imperante vixit, fascias adhuc mediocris fortu-

nae

nae homines ignorabant. Clarum hoc ex hisce illius verbis in sermone de Tyrannide: Ἔφη δὲ τοὺς πλουσίους ὁμοίως εἶναι τοῖς νηπίοις βρέφεσι· δεῖ γὰρ αὐτοῖς ἀεί ποτε σπαργάνων. cum dicit scriptor hic excellens, proprium esse divitum uti hoc genus fasciis, tacite significat, id quod dicebamus. Reperio & Asiaticos fasciis feminalibus usos. De iis enim debet intelligi locus Justini lib. xxxviii. cap. 1. *Mithridates incertum belli timens consilia ad insidias transfert: sollicitatoque juvene ad colloquium, cum ferrum occultatum inter fascias gereret, scrutatori ab Ariarathe regio more misso, curiosius imum ventrem pertractanti, ait, Caveret, ne aliud telum inveniret, quam quaereret.* Nescio tamen, an non sit verius, Mithridatem more multarum gentium barbararum braccas gestasse, quas scriptor Romanus fascias appellet non κειρίας, sed ἀναξυρίδας: quia Romae id erant fasciae, quod alibi braccae: feminum nempe tegimen & involucrum. sed braccarum usum ita aversati sunt Graeci Romanique, ut non sine indignitate referat Ovidius, Ponti accolas quosdam braccas gestasse, cum essent a Graecis oriundi: locus est Trist. lib. v. x. 31.

> *Quos ut non timeas, possis odisse videndo*
> *Pellibus & longa corpora tecta coma.*
> *Hos quoque, qui geniti Graja creduntur ab urbe,*
> *Pro patrio cultu Persica bracca tegit.*

Existimabant etiam inclementissimi coeli id esse argumentum. Hyginus Poëtico astronomico lib. 1. *Hinc intelligimus illic maximum frigus, & in aestivo circulo calorem esse, quod qua terra habitatur, eos videmus, qui proxime sunt arcticon finem, uti braceis, & ejusmodi vestitu vestiri.* Sunt vero alii, qui subligacula apud veteres nostris braccis putent respondere: cum certum sit & subligacula & campestria non aliud fuisse, quam pannum, quo verenda velabant ephebi exercentes, luperci currentes, scenici, athletae, popae, coci & alia vilia servitia inter ministraudum, & cauponum οἱ ἀπολγέμενοι, ut notat Philostratus lib. iv. in vita Apollonii. Sed omnium crassissime errant, qui *caligas* veterum Romanorum volunt esse nostra hodie femoralia. Legi id nuper in notis viri docti ad Dionis locum hunc lib. xlviii. Διέσκωπτον γοῦν σφᾶς ἄλλα τε, καὶ βουλὴν καλιγάταν ἀπὸ τοῦ τῶν στρατιωτικῶν ὑποδημάτων χρήσεως ἀποκαλοῦντες. loquitur Dio de militibus, qui sua intercessione pacem conciliare studebant Octavium inter & Fulviam, Luciumque Antonium. Ait & Antonium & Fulviam irrisui illos habuisse, ut parum dignos Palaemones, qui tantas controversias disceptarent. Propterea cum aliis scommatis ipsos affecisse, tum etiam appellasse per contumeliam *senatum caligatum*, a calceamentorum genere, inquit Dio, quo milites utuntur. Hic sensus est absque dubio superiorum verborum Dionis: in quibus scribo βουλὴν καλιγάταν, non καλίγαν. neque potest hoc loco planius quicquam esse. Caligam fuisse, quod Dio ait στρατιωτικὸν ὑπόδημα, id vero hodie ita omnibus notum, ut vix alicui tironi ejus ignorantiae veniam arbitrer dandam. Praeter alia ejus rei certissima testimonia sexcenta. Capitolinus in explicanda adagione *Caliga Maximini*, apertissime *caligam*, *calciamentum*, & *campagum*, ut voces ejusdem significationis usurpat. (vid. Poll. Gall. 16.) mira vero docti illius viri in superioribus Dionis verbis explicandis incuria. Primum vult subligaculis, hoc est, braccis nostris usos esse veteres Romanos: deinde eas braccas censet caligas fuisse appellatas: postremo pronuntiare non veretur, ὑποδήματα non calceos significare, sed ejusmodi femorum tegmen. Putes de alia qua lingua eum loqui, non de Latina & Graeca. ita nova effata haec sunt. Quid? nonne idem Dio Caligulam Imperatorem id nomen invenisse scribit diserte, quod educatus in castris militaribus calceis uteretur, non iis, quorum erat in urbe usus? sic enim ille libro lvii. Ὅτι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τὸ πλεῖστον τραφεὶς τοῖς στρατιωτικοῖς ὑποδήμασιν ἀντὶ τῶν ἀστικῶν ἐχρῆτο. Quando coeperint Romani braccis uti, obscura quaestio est, neque hujus loci. Nos non dubitamus paullo post Augusti tempora braccis coepisse assuescere Romanos, qui bella cum Germanis aliisque septemtrionalihus populis gerebant, aut limites imperii in illis oris tuebantur. Inde est quod Alienus Caecina, legatus superioris Germaniae, braccas gestare etiam Italiam ingressus non erubuit. Tacitus Historiarum libro secundo, cap. 20. *Caecina, velut relicta post Alpes saevitia ac licentia, modesto agmine per Italiam incessit. Ornatum ipsius municipia & coloniae in superbiam trahebant: quod versicolore sagulo braceas, tegmen barbarum, indutus togatos alloqueretur.* Sed diu etiam post haec tempora ignotum vulgo fuisse Romanis etiam militibus braccarum usum, clare docet locus Trebellii Pollionis, quem ante posuimus. Verum haec alibi diligentius. Postquam

Ggg igitur

aestate apertis cubiculi foribus, ac saepe in peristylio saliente aqua, atque etiam ven-

igitur Romani usum braccarum partim a Gallis braccatis, partim a Germanis, Gothis aliisque populis septemtrionalibus didicerunt, coepere nova notione accipi femoralia & tibialia. Isidorus: *Femoralia appellata eo quod femora tegant: ipsa & braccae, quod sint breves, & verecunda corporis iis velentur.* Ubi vides acumen grammatici, braccas dici quasi βραχεῖς ἐσθῆτες. Imo vero braccae sunt βράκη vel βράκαι, hoc est, ῥάκη vel ῥάκια. Ita primum Graeci Asiatici Persarum ἀναξυρίδας vocarunt: deinde Massilienses Graeci vicinorum Gallorum femoralia ita nominarunt: & inde etiam appellata ab iisdem Gallia braccata. *b* in hac voce est ex Aeolica dialecto, qua plurimum usos Phocaeenses, quorum traduces erant Massilienses, argumento sit vel locorum situs: nam Phocaea Jonicarum urbium extrema in Aeolidis confinio sita erat. Diodoro enim Siculo non assentior, qui βράκας vocem Gallicam facere videtur: neque Hesychio scribenti: Βράκκαι, αἴγειοι διφθέραι παρὰ Κελτοῖς. In eodem legimus βράκες, ἀναξυρίδες, quasi pluralis hujus singulare esset βράξ, non βράκος, ut ῥάκος: sed id per metaplasmum ex licentia poëtica. Aut etiam fortasse scribendum βράκια. idem grammaticus βράκος alibi exponit πολυτελὲς ἱμάτιον: quo modo accipitur a Theocrito in Colo, αἲν χιτῶνας φαρέων' ὑδάτινα βράκη. Sed hoc nihil ad eas de quibus agimus braccas, quarum usum cum Graeci didicerunt, videntur voce Romana φημινάλια appellasse. Suidas: Φημινάλια, ἀναξυρίδες, βράκια. & Hesychius: Ἀναξυρίδες φημινάλια, βράκια βαρβαρικά. *Tibialia*, quae nos appellamus, Graeci recentiores κωτζοβράκια nominabant: quae vox apud Curopalatam exstat. Sed haec isto loco nimium multa: nam in commentariis de Re Vestiaria, Deo dante, accuratius ista pertractabimus, & multos multorum auctorum utriusque linguae locos, ubi fasciarum fit mentio, exponemus atque illustrabimus. Casaub.

Aestate apertis cubiculi foribus,] Ad perflatum aestivum. Celsus lib. I. *Habitare vero aedificio lucido, perflatum aestivum, hibernum solem habente.* Torr.

In peristylio] In atrii parte, quam e re peristylium dicebant. vide, quae notamus supra cap. XXIX. de *Atrio libertatis*. Casaub. *Peristilo* Codd. Mem. Copes. Edd. Junt. Arg. *peristylo* Venetae tres, Bonon. Lugd. Ald. Steph. Basil. & aliae. *Perystilo salientem* Harlem. *in pari stylo.* Ed. Rom. *peristillo* Cod. Periz. cum glossa, *locus patens inter columnas, Latine intercolumnium. in peristylo* vel *peristibulo* Exc. Cujac.

Saliente aqua,] Statius Papinius de Tiburtino Vopisci I. Silv. III. 35.

> *An picturata lucentia marmora vena*
> *Mirer? an emissas per cuncta cubilia lymphas?*

Idem in ephitalamio Violantillae I. Silv. II. 154.

> *Excludunt radios sylvis decussa vetustis*
> *Frigora: perspicui vivunt in marmore fontes.*

Simili artificio & theatra refrigerarunt: ejusque rei primus auctor Pompejus Magnus, Valerius Maximus lib. II. *Cn. Pompejus ante omnes, aquae per semitas decursu aestivum minuit fervorem.* Eo etiam spectat Circi irrigatio, de qua Frontinus de Aquaeductibus: *Quantopere curae esset, ne quis violaret ductus, aquamve non concessam derivare auderet, cum ex multis apparere potest, tum ex hoc, quod Circus maximus, ne diebus quidem ludorum Circensium, nisi aedilium aut censorum permissu irrigabatur.* Transtulit hoc omne artificium Plinius Secundus in hippodromum, quem habuit in Tusculano suo, ut haec ejus declarant: *E stibadio aqua velut expressa cubantium pondere, siphunculis effluit, cavato lapide suscipitur, gracili marmore continetur, atque ita occulte temperatur, ut impleat, nec redundet.* Casaub.

Atque etiam ventilante aliquo cubabat.] Quia lecti veterum non erant vulgo, ut nostri, pannis oppansis clausi, ideo moris fuit ditioribus, ut quando meridianum somnum maxime captarent, adstans aliquis ventulum faceret: simul refrigerandi caussa, & muscarum ac culicum abigendorum. Terentius Eun. III. v. 46.

> *Cape hoc flabellum & ventulum huic sic facito.*

Poëta Epigrammatarius lib. II. Ant. cap. 32. pag. 231.

> Ῥιπίζει σὺ ὕπνοις Δημήτριος Ἀρτεμιδώρου

Τῇ

ventilante aliquo cubabat. Solis vero ne hiberni quidem patiens, domi quoque non nisi petasatus sub divo spatiabatur. Itinera lectica, & noctibus fere, eaque len-

Τὴν λευκὴν, ἐκ δ' ἐλαφηβόλε ἐξέβαλε.
& saepe Nonnus in Dionysiacis. Claudianus in Eutropium lib. I. 108.

Et cum se rapido sessam projecerat aestu,
Patricius roseis pavonum ventilat alis:

erant enim flabella elegantiorum, sive muscaria, pavonina, ut etiam Martialis indicat. Propertius II. VIII. 59.

Et modo pavonis caudae flabella superbae.

tenuioribus pro flabellis caudae erant bubulae, ut ex eodem Martiale notum, & Aeliano lib. XV. cap. XIV. interdum agitatio manus pro flabello erat. Gregorius Nazianz. De largiendo mendicis, describens divitis accumbentis apparatum: [illegible] Ex Aristophanis Equitibus potest colligi, corollam myrteam aut simile quid Athenis flabelli usum praestitisse. Ut plurimum flabella erant e pennis inter se colligatis in unum fasciculum. quare elegantissimus poëta Euripides appellat κύκλον πτερίνων, *circulum*, id est, *fascem plumeum bene compactum*. & notat ibi morem esse barbaricum a Phrygia ad Graecos allatum. Poëtae verba sunt in Oresta vs. 1426.

Φρυγίοις ἔτυχε, Φρυγίοισι νόμοις
Παρὰ βόστρυχον αὔραν αὔραν
Ἑλένας Ἑλένας εὐπαγεῖ κύκλῳ
Πτερίνῳ, πρὸ παρηΐδος ἀΐσσων
Βαρβάροισι νόμοισι.

Plura de his Athenaeus. postea vero quam lectos velis obtegere coeperunt, ventilationis mos desiit. Paulus Silentiarius epigrammate in κωνωπεῖον. lib. IV. cap. 32.

Ὕπνε δ' ἀνυφίλλοιο ἄγω χάριν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς
Δμῶος μουνοῖον ῥύομαι ἀτρεμέας.

Loquitur ipse κωνωπεῖον, qui erat lecto oppansus, & ait se fungi vicem servi ventulum facientis. Primus Romanis usus fuit conopeorum ad aegrotos & foetas mulieres, ut ex Varrone constat de Re Rustica libro II. cap. X. Porro qui molliores erant, praesertim autem virgines delicatae, iis non cubantibus tantum ventilatores aderant, sed etiam incedentibus per urbem servi cum flabellis simul & umbellis latus cingebant. Dionys. Hal. lib. VII. [illegible] καὶ αὐλητῶν, καὶ τῶν παραπλησίων τούτοις μαστιγλάδων, παρθένοι σκιαδίφορος καὶ ῥιπιδοφόροι γυναῖκες σκιάδια καὶ ῥιπίδας κομίζουσαι. Claudianus jam dicto libro:

—— *flabella pavoni*
Aspirant trabeis. Jam non umbracula gestant
Virginibus, Latias ausi vibrare secures.

De antiquitate hujus τρυφῆς possumus conjecturam facere, cum e versiculis Euripidis, quos supra descripsimus, tum ex argumento ejus tumuli a Nicia vetustissimo pictore depicti: quem non penicillo, sed stylo expressit Pausanias in Achaicis: ubi inter alia sic scriptum: [illegible] Anacreon hymno in Artemonem illum delicatum, qui περιφόρητος est dictus:

—— —— παῖς κύκνος
Καὶ σκιαδίσκην ἐλεφαντίνην
Φορεῖ γυναιξὶν αὔτως.

Exposuimus pluribus hunc antiquorum motem: cujus ignorantia Plutarchi interpretes hunc illius locum corruperunt in libello, εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον. Ἐνιοι τὸν Ἡρακλέα παίζοντες ἐν τοῖς γράφουσιν ἐν Ὀμφάλης κροκωτοφόρον, ἐνδιδόντα Λυδαῖς θεραπαινίσιν ῥιπίζειν καὶ παραπλέκειν ἑαυτόν. Mens auctoris clara: *Herculem*, inquit, *male quidam pingunt apud Omphalem muliebri palla vestitum, & Lydis ancillulis se permittentem ventilandum comendumque.* At docti viri consentiunt emendandum esse ῥαπίζειν. an quia sandalio caput Herculi commitigatum fuisse ab Omphale Gnatho Terentianus ipsos docuerat? Speciosa ratio, sed prorsus tamen falsa: nam omnino ῥιπίζειν legi debet, ut omnes libri habent. In verbis Plutarchi ἐνδιδόντα παραπλέκειν ἑαυτόν, est quod de eodem Hercule ait Seneca in Hippolyto vs. 329.

Passus aptari digitis smaragdos,
Et dari legem rudibus capillis.

Malim etiam ἐνδιδόντα scribere: ita enim potius auctores loquuntur. Philostratus in Timocrate: Ἐκδιδοὺς ἑαυτὸν πᾶσι τέχνῃ καὶ παραπλησίαις. Athenaeus: Ἐκδοὺς ἑαυτὸν ἔρωτι ἀλογίστῳ. alii παραδιδόναι. Plato in Phaedone: Παραδιδόναι τοῖς ἐδονοῖς ἑαυτόν. CASAUB.

Petasatus sub dio] Vetustissimus codex *sub divo*, ut semper, quanquam *subdiales ambulationes*

lenta ac minuta faciebat, ut Praeneste vel Tibur biduo procederet. Ac si quo pervenire mari posset, potius navigabat. Verum tantam infirmitatem magna cura tuebatur, in primis lavandi raritate. Unguebatur enim saepius, & sudabat ad flammam: deinde perfundebatur egelida aqua, vel sole multo calefacta. At quoties nervorum caussa marinis Albulisque calidis utendum esset, contentus hoc erat,

tiones & subdialia pavimenta dicimus. TORR. *Petesatus* Hulf. *Petaseatus* Ed. Rom. Codici Periz. adscripta glossa erat, *petasus, genus calciamenti.* petasum vero sumsisse credit Claverius ad Claudian. lib. 1. rapt. Prof. 78., ne pulchritudini formae noceret Solis calor. BURM.

Spatiabatur] *Patiebatur* Harlem. Periz., sed hic man. sec. *spatiabatur. sub dio* Venet. sec. & tert. Bonon. Basil. Junt. Ald. Gryph. Plant. & aliae, sed has duas voces ignorat Ed. Romana. an *sub dio*, an *divo* legendum sit, vide Arntz. ad Aur. Vict. Vir. Ill. cap. LXVIII. BURM.

Ut Praeneste vel Tibur biduo procederet.] Hac ratione stadia centum indies, vel passuum circiter octo millia conficiebat: nam Praeneste stad. cc. Roma distat, nec multo minus Tibur. CASAUB. *Tiburi* Codd. Memm. Copes. *ac imminuta* etiam Venet. tres; vitiose.

In primis lavandi raritate.] Celsus, aliique veteres medici, ita faciendum praecipiunt iis, qui nervorum dolore laborant, ut Augustus. Nunquam autem fere difficilius obsequentes aegrotos habuere olim medici, quam ubi imperata erat balneorum abstinentia, ut ipsorum libri testantur: quae causa est, cur hoc Suetonius notet. Persius contra de aegro intemperante: III. Sat. 98.

> *Turgidus hic epulis atque albo ventre lavatur.*

Et apud Graecos θερμολουσίαι inter argumenta vitae dissolutae ponuntur. CASAUB. *In* deest Memm. *imprimis* vitiose multi editi. huc pertinet illud Columellae lib. I. cap. 6. *Neque corporis robori congruit frequens usus balneorum.* BURM.

Ungebatur etiam saepius, sudabat] Libri quatuor, *Ungebatur enim saepius, & sudabat ad flammam.* optime, ut raro balneis, saepius vero sicco calore usum significet Augustum. Vide Celsum lib. II. cap. XVII. TORR. Minus recte quidam libb. *ungebatur etiam.* Indicat Augustum saepius usum ξηραλοιφίαις & assiduis sudationibus. CASAUB. *Etiam saepius* Basil. Gryph. Plant. *enim* omittit Arg. Ald. *aut sudabat* Codd. Memm. Copes. Edd. Bon. Arg. Ald. Junt. Steph. *& sudabat* Casaub. Raphel. & recentiores. *saepius sudabat*, omissa copula Codd. Periz. Harl. Edd. Rom. Venetae tres, Basil. Lug. Gryph. Plant. & aliae.

Egelida aqua, vel sole multo calefacta.] Libri duo *tepefacta*. *Egelidam* autem intelligo, quae neque frigida, neque calida sit. TORR. Cellae tepidariae solio insidebat, & tepida perfundebatur. *Perfundi aqua* Hippocrati dicitur, [illegible]. Nihil hoc pertinet ad eam capitis perfusionem aqua frigida, quam tot locis tam diligenter commendat Celsus: nam huic loco ex iis potius lux danda est, quae scribit idem Celsus lib. IV. cap. XXIV. *Debet, si podagra est, interpositis temporibus exiguis, invicem modo sedere, modo ingredi, tum antequam cibum capiat, sine balneo loco calido leniter perfricari, sudare, perfundi aqua egelida, deinde cibum sumere.* Omnia haec ita Augustus, ut narrat Suetonius. CASAUB. *E gelida* Venetae tres, Bon. Lugd. Junt. deinde *tepefacta* Codd. Hulf. Copes. & Exc. Cujac. Edd. Bon. Lugd. Junt. Ald. Arg. Steph. parum quidem refert. nam & *sole tepescere* dixit Ovid. III. Met. 412. & *calere* III. Fast. 531. sed quia *sole multo* praecedit, malo *calefacta*. *Sol multus* enim est circa meridiem. vid. sup. ad cap. LXXVIII. BURM.

Marinis Albulisque calidis] Atqui Albulae, quas hodieque in agro Tiburtino cernimus, suapte natura calidae sunt, ut puta sulfureae. Martial. lib. I. Epigr. XIII.

> *Itur ad Herculei gelidas qua Tiburis arces,*
> *Canaque sulfureis Albula fumat aquis.*

& Statius lib. I. Silv. III.

> *Illic sulfureos cupit Albula mergere crines.*

Plura Strabo lib. V. & Plin. lib. XXXI. cap. 2. ubi *egelidas* vocat, cum Cutiliae in Sabinis gelidissimae sint. Inani igitur epitheto utitur Sueton. Albulis enim dixisse sufficeret. Lego itaque, *marinis calidis, Albulisque.* de marina enim aqua sic Plin. loco jam citato, cap. 6. *Me-*

rat, ut insidens ligneo solio, quod ipse Hispanico verbo *duretam* vocabat, manus ac pedes alternis jactaret. Exercitationes campestres equorum & armorum statim post 83 civilia bella omisit: & ad pilam primo folliculumque transiit: mox nihil aliud quam vectabatur & deambulabat, ita ut in extremis spatiis subsultim decurreret, se-sterter-

Medendi modus idem & in marinis erit, quae calefiunt ad nervorum dolores. Ferruminant & fracturas, ossaque contusa, item corpora siccant. Qua de causa & frigido mari utuntur. Vides marinam aquam simpliciter siccare, sed cum calefacta est maxime prodesse nervis? Quod cum medici omnes tradant, non dubito, quin eo quo jam dixi modo Sueton. scripserit. Nisi Albulis alio forte, quam quo oriuntur loco, usus fuerit Augustus. nam tunc calefactas oportuit. Nero certe in domo illa aurea balneas marinis, & Albulis fluentes aquis instituit, Ner. cap. XXXI. Martial. autem lib. I. Epigr. CXL. *laudatas* vocat Albulas, ob insignem medendi usum. TORR. Celsus: *Si tumor nullus est, calidis fomentis opus est: aquam marinam vel muriam duram fervefacere oportet: deinde in pelvim conjicere, & cum jam homo pati potest, pedes demittere.* CASAUB. Albulae aquae sulfureae, ergo & calidae. Nullae enim sulfureae nisi calentes. Quod experientia ubique terrarum ostendit, & res ipsa docet. Martialis I. Epig. 13.

Canaque sulfureis Albula fumet aquis.

Crudas tamen lib. IV. 4. idem appellat: *Crudarum nebulae quod Albularum.* Quae appellatio videtur calori non suffragari. Plinius lib. XXXI. cap. II. *Albulae aquae vulneribus medentur. Egelidae hae, sed Cutiliae in Sabinis gelidissimae.* Vox *egelidum* & pro tepido ponitur, & pro frigido. Utroque sensu usurpavit Ovidius hoc versu:

Egelidum Borean, egelidumque Notum.

Notus tepidus, frigidus boreas, uterque egelidus, si *egelidus* utrumque significat. Clare Strabo gelidas facit Albulas. Plures ibi fontes esse ait hoc nomine. Fortasse an alii ex his frigidi, alii tepidi. Non possum aliter conciliare. SALMASIUS. *Albulis calidisque* Periz. *albulinis* Hulf. vide de his aquis Gronov. Diat. Stat. cap. XI. & Zarott. de Medicina Martialis pag. 327. qui Salmasii dubiis satisfacere tentat. in Martiali citando credit Broukhus. Torrentium memoria lapsum. nec enim in libro I. sunt CXL. epigrammata, nec ille Albulas *laudatas* vocavit, sed *Tiburis aquas* lib. IV. 60. & *Bajanas* VI. 43. de Albulis agit lib. I. Ep. 13. & alibi. BURM.

Ligneo solio,] Solium, ni fallor, balneare intelligit, quo nobiles mulieres Romanae ad luxum etiam argenteo utebantur. Usi sunt autem eo vocabulo Cato, Plinius, Celsus, Martialis. TORR. Hae sunt Augusti lautitiae: at illis temporibus etiam ex argento fiebant solia balinearum. Plinius lib. XXXIII. cap. XII. CASAUB.

Manus ac pedes] *Ad pedes* Edd. Ant. Gryph. Plant. Casaub. Raphel. Graev. pr. Ed. vitiose. sed *ad* & *ac* commutari vidimus ad Caes. XXXVII. & *alternis* requirit *ac*, ut Lipsius volebat. BURM.

83. *Ad pilam folliculumque*] Non quod follis pila non sit, sic loquitur, sed cum pilam absolute dicimus, pusilla illa intelligitur, de cujus ludo Galen. scripsit. Ostendit autem, Augustum modicis exercitationibus usum. nam de folle Martial. XIV. 47.

——— *mitis mihi convenit aetas,*
Folle decet pueros ludere, folle senes.

Campestres vero *exercitationes* appellat, quae in campo Martio fiebant, ut Ner. cap. X. Plura ad Horat. lib. I. Od. VIII. TORR. Ita ut paullo antequam lavaret, pila se exerceret, vel folle: nam ea fere hora erat hujusinodi exercitationum campestrium. Martialis lib. VII. ad Atticum Epig. 31.

Non pila, non follis, non te paganica thermis
Praeparat, aut nudi stipitis ictus hebes.

Pilam ἁπλῶς cum dicant Romani, ut multis locis Martialis, quin trigonalis intelligatur, dubium non est: de ea videtur & Suetonius sentire. CASAUB. *Ad primam* ex Cod. Mem. notatur. sed vellem accuratius notatum, an sit ad *pilam primam*, pro *primo*, an *ad primam primo*. quod vix videtur. per *pilam* vero recte interpretes leviorem intelligunt, qua & puellae exercebantur, quam *levem* vocat Ovid. III. Art. 361. ubi vide notas. adde Meibom. Maecen. cap. V. BURM.

ftertio vel lodicula involutus. Animi laxandi cauffa modo pifcabatur hamo, modo

Ita ut in extremis fpatiis fubfultim decurreret] Hoc eft, cum levi faltatione curreret: idque ex praecepto medicorum dubio procul. nam veterum Afclepiadarum divina folertia, quae ambulatio cuique morbo conveniret, fubtiliffime veftigaverat. Itaque alium jubebant per plana, alium per clivofa, alium brevioribus fpatiis, alium longioribus ambulare: quofdam contento curfu, quofdam leni, nonnullos fubfiliendo: fic ut duo vel tria exercitationis genera mifcerent, ambulationem, curfum, faltum. Hujus porro (faltum dico) fpecies multae: in longum, in altum, faliaris five *fullonius*, ut Seneca appellat epiftola XV. Erant & aliae paene innumerae ambulationum fpecies, quarum Hippocrates fecundo & tertio de Diaeta, Oribafius lib. VI. aliique medici paffim meminerunt. CASAUB. *In* deeft Copef. & Hulf. *extrema fpatia* capio pro extrema parte fpatiorum, ubi, quum deambulantes quafi ad metam perveniffent, regyrabant, tunc adpropinquans metae, fubfultim decurrebat Auguftus. *fpatia* autem proprie ambulantes *facere* notum eft. Gell. XI. 3. *motandi corporis gratia aut fpatiamur aut vectamur. Subultim* etiam Cod. Hulf. BURM.

Seftertio vel lodicula] *Sefticula* legit Beroaldus, quam veftem Suidas ait effe Imperatoriam. Quafi vero Imperatoriis veftibus, & quidem curriculo fe exercens, ufus fuerit Auguftus. Putat etiam *xyfto* pro *feftertio* legi poffe, quae veftis eft viris ac feminis communis. Mihi, donec aliquid occurrat melius, Turnebi Adverfar. III. cap. XVIII. expofitio placet, ut veftis fit duum in omnem partem pedum & femiffis, qualis nimirum exercitio apta eft. Liber unus habet *fexercitio*. TORR. Legendum *Segeftrio* vel *fegeftri*. eft autem *fegefter* vel *fegeftrium* pellis nautica, ac quidquid involucri ufum praeftare poteft. Jacobus Cujacius, homo de litteris noftra aetate optime meritus, dicit effe cilicia e pilis caprarum contexta lib. XIII. cap. 13. fuarum obfervationum. URSIN. Qui in campo fe vel gymnafio exercebant, caeterea nudi, τῷ αἰδῶ campeftri tegebant: aut fi corpore infirmiore erant, gaufapam vel pallam, vel lodiculam, vel fagana fumebant. Itaque plurimus horum ufus fuit in gymnafiis & balneis: fic apud Petronium cap. XXVIII. Trimalcio *involutus coccina gaufapa* lecticae imponitur, poft curatum in balneo corpus. Et Seneca epiftola LIV. *pfychrolutes gaufapatus* dicitur, qui aqua exiens poft natationem gaufapa fe involvebat. In libris medicorum multa hujus moris eft mentio: qui etiam docent, in eum ufum adhiberi folitas veftes potiffimum ἀγνάπτους, quae fullonis arte non effent politae. Galenus tertio Commentario in περὶ διαίτης ὀξέων νοσ. Hippocratis: Οὐδὲ οἱ νῦν ἰατροὶ χρῶνται σινδόσιν ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων, ὡς μηδὲ ἑωρακέναι. ἀλλ' ἐνειλίττουσιν αὐτοὺς μετὰ τὸ λουτρὸν εἰς ὀθόνην. αἱ δὲ εἰς ἱστίον, καὶ μάλιστά γε τὰ ἄγναπτα ἀξιόλογα παρέχονται, ὡς ἱδρῶτα πλάσειν. Fuere in hunc ufum linteamina quaedam dicta pofterioribus Hebraeis, Graecis, ac Latinis *fabana*. Ad hunc igitur modum Auguftus dum fe exercet, corpus lodicula tegit aut *fegeftri*. ita enim legendum effe, vel *fegeftro*, affentior phoenici quondam Jurifconfultorum Jacobo Cujacio. nam quidquid ad explicandam vulgatam lectionem *feftertio* hactenus docti attulerunt, ea partim incerta funt, partim etiam inepta. *Lodix* & *fegeftre* junguntur, quia pertinent ambo ad lectorum fuppellectilem. In itinere faciendo cum lecti olim effent circumferendi, ut monebamus ad Theophraftum, beatioribus geftabantur culcitae, vel pro culcitis tapetes, Synefius epift. LXI. Δαπίδα μεγάλην τῶν Αἰγυπτίων οὐχ οἵαν ἀποδιδράσκειν φορμὸν, ἀλλ' οἵαν αὐτὴν εἶναι καὶ μέγαν φορμὸν, Ἀσίγεως ὁ πεντηκόνταρχος ἰδὼν ἤτησε παρ' ἡμῶν, ἐπειδὴ μετὰ τῶν μεγάλων ἀγγέων ὁδὸν ἐβάδιζεν. ταύτην ὑπισχόμενοι ἐξιὼν ἀπολέλοιπα αὐτοῦ δῶρον. ὁ δὲ ἔστιν ἐπὶ τὴν Θρᾳκῶν χιόνα παρασκευαζόμενος, πενίᾳ χαρίζεται. pauperibus culcitarum five tapetum ufum praebebant fegeftria. quae propterea Lucilius inter viae inftrumenta refert:

> *Penula, fi quaeris, canteriu', fervu', fegeftre,*
> *Utilius mihi, quam fapiens.*

Plutarchus Craffo, de Alexandro philofopho in comitatu Craffi: Οὐκ ἂν ἀποφήναιτο ῥᾳδίως, πότερον προσῆλθεν αὐτῷ πενέστερος, ἢ προσελθὼν ἐγένετο. μόνος δ' οὖν ἀεὶ τῶν φίλων αὐτῷ συναποδημῶν στέγαστρον ἐλάμβανεν εἰς τὴν ὁδὸν, καὶ τοῦτ' ἐπανελθὼν ἀπῃτεῖτο. φεῦ τῆς ὑπομονῆς! Errant docti, qui putant

do talis, aut ocellatis, nucibusque ludebat cum pueris minutis, quos facie & garruli-

tant σίγαρον isto Plutarchi loco lecticam significare, & Varronis auctoritate male suum interpretamentum tuentur. Glossarium : *Segestrum*, σίγαρον, περίδημα : lego σιγάδερμα. nam plane *segestrum* est σιγαρὶς διφθέρα, vel *teges*, ut indicat Varro: *tegetem* autem pro culcita fuisse usurpatam a pauperibus ad Theophrastum notamus. quam etiam ad rem usos esse veteres non dubito illis Gallis sagis, quae in octavo libro Polyaeni vocantur σισύρας Γαλατικάς. Scribit eruditissimus Cujacius in Observationibus *segestria*, Suidae dici *egesta*: fierique eo auctore, ἐξ αἰγείων τριχῶν τῶν λεγομένων κιλικίων. Atqui Suidae ἴγεστα, vel ἄγεστα, ut ipse notat, segestria non significat, verum aggerem. ita enim Graeci vocem illam Latinam enuntiant. Neque ἴγεστα ex pilis caprinis fieri unquam dixit Suidas, sed hoc potius : pluteo, quem sic describit, tegi eos qui aggerem faciant. quod ex Latinis scriptoribus satis certum est. CASAUB. Libri nostri nihil quoque adferunt remedii: nam habet pr. & tert. *sextertio*. sec. vero *decurrentes tertio vel lodicula*: ut videatur adhaerendum conjecturae Cujacianae, *segestri vel lodicula*. consulantur super ea re observationum ejus liber XIII. cap. 13. GRUTER. Bene emendavit Cujacius Observat. XIII. 13. *segestrio*. quid autem sit *segestre*, vel *segestrum*, docet Varro & ex eo Scaliger. Varro de Vita P. R. *Hoc, quod injicitur, toral dicitur: lecticam, qui involvebant, segestria appellabant*. De segestri Lucilius:

Paenula, si quaeris, canteriu', servu', segestre,
Utilius mihi, quam sapiens.

Erat enim teges, quae a segetibus (ut vult Varro) quod ex eis fieret, dicta fuit. Postea factam esse ex pellibus, testatur Plautus apud Porphyrionem. Certe σίγαρον pelles significat. Et nostrum *dormio* διὰ τὸ δέρματος. nam *dermio* veteres dicebant. Jos. SCAL. ad Varr. de L. L. IV. p. 40. Nulla in codicibus vel editis varietas, nisi quod vel *sextertio* vel *sestertio* exhibeant. Aldus & Stephanus voci asteriscum apposuerunt, alii in marg. Beroaldi conjecturam *festicula* habent. Junt. & Arg. *festicula* vitiose ediderunt. Petizoniano codici adscripta glossa, *sextertius, tela constructa ex duobus filis integris & dimidio. Lodex, tegimen ex tela factum*. BURM.

Talis, aut oscillatis,] Libri nostri *orcellatis*, & *ocillatis*, unus etiam *ocellatis*. quod postremum amplectitur Turneb. Adversar. III. cap. XVIII. eo enim usus Varro apud Nonium in *Margaritum*. Johannes Brodaeus Miscel. lib. IV. cap. VII. *ossillis*, vel *officulis* legit, ut ludus ille significetur, quem Graeci ὀστρακίνδα vocant, de quo Auson. praefatione Edyllii quod Cento inscribitur. Alii *oscillis* malunt. de quo ludo Festus, Macrob. Serv. etiam in illud Virgilii II. Georg. 389.

Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

Ego ob Varronis, quem dixi, locum, & librorum consensum *ocellatis* retineo, & pro globulis accipio, quibus nunc quoque omnibus in provinciis puellae ludunt; nam de nucibus quae sic vocentur, non placet. Talos vero, nucesque, notissimam ludi puerilis materiam, refert etiam lib. II. Sat. III.

- - - te talos, Aule, nucesque
Ferre sinu laxo, donare, & ludere vidi.

TORR. Videtur legendum, *aut ocellatis nucibus ludebat*. ut ocellatas nuces accipiamus in oculi figuram compositas. designatur enim ludus, quem hodie quoque pueri ludunt & Ovidius in libello de nuce indicat, cum ait, in Nuce vs. 75.

Quatuor in nucibus; junctis non alea tota est,
Cum sibi suppositis additur una tribus.

URSIN. Hae fuerunt pueris olim consuetae lusiones: estque talorum παιδιὰ cujus hic fit mentio, alia longe ab ea, de qua dictum ante. *Ocellatis* autem legendum, ut habent omnes meliores libb. non *oscillatis*: quam lectionem qui defendunt, suam rerum antiquarum ἀνεμπειρίαν satis produnt. Nam prorsus ratione omni caret illa lectio, neque defendi prudenter potest. Frustra etiam doctissimus Brodaeus fuit, cum *officulis* legi voluit: neque enim ulla fuit, apud veteres ὀστρακίνδα, ut ipse putavit, inductus loco Ausonii corrupto. *Ocellata* sunt, & hic & apud Varronem, globuli vel lapidei vel eburnei, vel ex alia qua materia, quibus olim puellae ludebant, ut nunc quoque fit. Ovidius X. Metamorphoseon, 260.

- - - modo grata puellis.
Munera fert illi conchas, teretesque lapillos.

Graeci πενταλιθίζειν appellant. Johannes Tzetzes Chiliade lib. VII. λίθους λίθοι πενταλίθους καὶ πι-

rulitate amabiles undique conquirebat, praecipue Mauros & Syros. Nam pumilos, at-

μέλλουσιν εἰς ἄκρον κυλινδεῖν, αἷς παίζουσι αἱ κόραι. *Ocellata* autem dicta, quod ocellum referrent: ficut *oculati circuli* apud Solinum. Beroaldus auctor est, repertum esse in vetustissimo codice, *castellatis nucibus ludebant*. quod genus lusionis ex veteri consuetudine pueri nostri hodieque usurpant. Ovidius in Nuce. 75.

Quatuor in nucibus non amplius alea tota est:
Cum sibi suppositis additur una tribus.

At illa castella, quae solitus de pomis componere Galienus Imperator, referente Pollione cap. XVI. nihil cum hac lusione puerili commune habuerunt. CASAUB. Placet *Ocellatis*, vel Turnebi caussa, etsi alioquin etiam sustentatum auctoritate omnium Palatinorum. GRUT. *Occellatis* Ed. Rom. *ocelatis* Harlem. *oscillatis* Basil. Plantin. Gryph. Colin. *Ocellatis nucibus ludebat* Edd. Bonon. Venet. sec. & tert. Lugd. Junt. Arg. Ald. dubito an *ocellata* absolute capiam; an *ocellatas nuces*. si *ocellata*, lapideos globulos intelligam cum Casaubono & Torrentio: si *occellatis nucibus*, legendum, genus nucum exiguarum, quae ocellos referebant. nam ut *Ocellae* cognomen apud Romanos fuit eorum, qui *parvis utrisque oculis* nascebantur, teste Plin, XI. 37. hinc sicut lapides, *ocellata*, ita & *nuces ocellatas* dictas putem, quia exiguos ocellos referebant, vid. Schott. ad Aur. Vict. Caes. cap. III. §. 12. locus Ovidii & vitiose citatur ab Ursino, &, ut recte Casaubonus, ad *castellatas* nuces melius facit, quam *ocellatas*. BURM.

Facie] *Faciles* Copes. *facile* Huls. Exc. Cujac. *facilitate* est in marg. Basil. Gryph. Dolet. & Colin. quod unde habeant nescio.

Garrulitate amabiles] Hujusmodi puerorum apud Romanos usum ostendit etiam Seneca his verbis: *Pueros quidam in hoc mercantur procaces, & eorum impudentiam acuunt, & sub magistro habent qui probra immeditata effundant.* Exemplum P. Syri apud Macrobium lib. II. cap. VII. Adde Domitiani puerulum, de quo Sueton. Domit. cap. IV. TORR. Mos fuit veterum Romanorum studiose conquirendi pueros minutos & procaces, atque ut Suetonius ait, *garrulitate* ipsa *amabiles*. Istos Latini *delicias* vocant, non quos nequissimi Graeci παιδικά. non enim idem sunt *puer delicatus* & *deliciae*: etsi interdum confundi has voces non negaverim. Talem habuit Augustus *Sarmentum*. Plutarchus in Antonio: Ὁ δὲ Σάρμεντος ἦν τῶν Καίσαρος παιγνίων παιδάριον, ἃ δηλίκια Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. Appellat παιδάριον ut Suetonius *pueros minutos*. Apud Jeremiam prophetam cap. XXXI. *Jeled schabaschubim*, Hieronymus vertit, *puer delicatus*. Graeci παιδίον εὐτρυφῶν. Videturque propheta delicias hoc genus alludere. fortasse etiam Salomon Proverb. cap. VIII. commate trigesimo & sequenti. In antiquis plerisque lapidibus DELICIAE & DELICIUM ita accipere malim. Statius Epicedio in filium lib. V. Silv. V. 66.

Non ego mercatus Pharia de puppe loquaces
Delicias, doctumque sui convitia Nili
Infantem, linguaque simul, salibusque protervum
Dilexi.

De his loquitur Seneca lib. II. de const. sapient. cap. XI. *Pueros quidem in hoc mercantur procaces, & eorum impudentiam acuunt & sub magistro habent, qui probra meditate effundant: nec has contumelias vocamus, sed argutias.* Matronae nobiles his solitae otium suum oblectare. Dio lib. LVIII. de nuptiis Augusti & Liviae loquens, παιδίον τι τῶν ψιθύρων, οἷα αἱ γυναῖκες γυμνὰ, ὡς τὸ πλῆθος, ἀθύρματα τρέφουσι. Quod ait Dio nudos solitos haberi, intellige nudos a veste: nam alias multo auro gemmisque exornabantur. Herodianus in Commodo: Ἦν δέ τι παιδίον πάνυ νήπιον, τούτων δὴ τῶν γυμνῶν μὲν ἐσθῆτος, χρυσῷ δὲ καὶ λίθοις πολυτίμοις κεκοσμημένον, οἷς ἀεὶ χαίρουσι Ῥωμαίων οἱ τρυφῶντες. paullo mox appellat παιδίον ἄθυρμα. Philostratus in Sophistis παιδία ψελλιζόμενα: unde intelligas etiam inter viros eruditos hujusmodi delicias esse versatas. Locus est in Herode. Nicetas de Isacio Angelo scribit, solitum eum ἐγκαταγέλαστοις ἀνθρωπίσκοις συμπεριφέρεσθαι, vel de pueris minutis illis, vel de nanis sentiens. Excelluisse autem garrulitate pueros Syros, Alexandrinos, & Mauros, ex Luciano, Petronio, Martiale, Statio Papinio & aliis notum. Lucianus scribit hos ab Alexandrinis πήχεις fuisse vocitatos, in Ῥητόρων διδασκάλῳ. Philostratus in Nili imagine: Περὶ τὸν Νεῖλον οἱ πήχεις, παιδία σύμμετρα τῷ ὀνόματι.

En-

atque distortos, & omnes generis ejusdem, ut ludibria naturae malique ominis, ab-

Pumilos pueros vix cubitum altos, e re cubitos vocarunt. Athenaeus libro III. ἀνεμομόλαγμα παιδάρια eleganter. Casaub. Vide interpretes ad Statii lib. v. Silv. v. 66. 67. Broukh.

Syros] *Syrios* Copes.

Pumilios,] MSS. codices *pumilos*, ut & Papinius lib. I. Silv. *Hic audax subit ordo pumilorum.* Alii fere pumiliones vocant non solum in hominibus, sed & ceteris animantibus. Vide Gellium lib. XIX. cap. XIII. & Fulgentium de Prisco Sermone, qui *pumilos* & *pumilios* (utrumque enim in codicibus MSS. reperi) molles & enerves dici tradidit. Torr. Inter ministeria magnatum nani & nanae semper fuerunt: etiam Augusti, licet contrarium affirmare videatur Suetonius. fuit enim in ejus domo Conopas ille minimus homo, duorum pedum & palmi, Juliae neptis cura & amor. Plinius lib. VII. cap. XVI. Graeci ista ἀνθρωπάρια μικρὰ vocant νάνους, & σκωπαίους, ac πάλωνας. Fuerunt autem pumili non solum natura, sed & cura atque institutione. Mangones enim, ut efficerent nanos, conclusos alebant in arca pueros & fasciis revinctos. Longinus in doctissimo περὶ ὕψους libello: Τὰ γλωττόκομα, ἐν οἷς οἱ πυγμαῖοι νᾶνοι τρέφονται, οὐ μόνον κωλύει τῶν ἐγκεκλεισμένων τὰς αὐξήσεις, ἀλλὰ καὶ συνάγει διὰ τὸν περικείμενον τοῖς σώμασι δεσμόν. Nanos & nanas aula ejecit Alexander Severus. Casaub. *Pumilios* Periz. Harl. Edd. Venet. tres, Junt. Ald. Basil. Gryph. Plaut. & aliae. *Pumillos* Bonon. *Pomilos* Codd. Copes. Hulf. Ed. Steph. vid. Meurs. Critic. Arnob. VI. 9. & Barth. ad Stat. I. Silv. ult. vs. 61. & Raevard. de auctor Prud. cap. X. Burm.

Distortos & omnes generis ejusdem, ut ludibria naturae malique ominis abhorrebat] Nihil perversius corrupto luxuria homine. Romani ministeria & paedagogia soliti habere forma exquisitissima: postea luxus invexit consuetudinem quaerendi distortos, & quocunque modo prodigiosis corporibus insignes. Hi maxime placebant & in pretio erant. Quintilianus Declamat. CCXCVIII. *Habent hoc quoque deliciae divitum, malunt quaerere omnia contra naturam. Gratus est ille debilitate, ille ipsa infelicitate distorti corporis placet: alter emitur, quia alieni coloris est. Haec, ut res est, accessit nova elegantia, inter perversas delicias habere rusticum. Ridiculum hoc, quod durus, quod inhabilis.* Quintilianus item Institut. lib. II. cap. V. *Illa quae utcunque deflexa sunt, tanquam exquisitiora miramur: non aliter quam distortis, & quocunque modo prodigiosis corporibus apud quosdam majus est pretium, quam iis quae nihil ex communis habitus bonis perdiderunt.* Talis ille puerulus portentoso parvoque capite, quem Domitianus coccinatum solitus secum circumducere, teste Tranquillo. Clemens Alexandrinus de sui temporis mulieribus: Ἀλλ' αὗται ἀσπάζονται τούτων, ὄρνεις Ἰνδικοὺς καὶ ταῶνας Μηδικοὺς ἐκτρέφουσι, καὶ συνανακλίνονται τοῖς φολιδωτοῖς παίζουσαι, σκινδάλοις τέρασι γανύμεναι. καὶ τὸν μὲν Θερσίτην ἀκούουσαι γελῶσιν. αὐταὶ δὲ πολυτιμήτους ὠνούμεναι Θερσίτας, οὐκ ἐπ' ἀνδράσιν ἀγαλλόμεναι, ἀλλ' ἐπ' ἐκείνοις αὐχοῦσιν, ἃ δὴ ἄχθη ἐστὶ γῆς. Appellatione *distortorum* continentur, me quidem interprete, & spadones. Ammianus Marcellinus lib. XIV. cap. 6. describens comitatum matronarum Romanarum: *Postrema multitudo spadonum a senibus in pueros desinens, coloris oblividi, distortaque lineamentorum compage deformis.* Cytillus istis τερατόμορφα σώματα tribuit apud Suidam, in Σπάδων. Istis vero naturae ludibriis, ἀνθρώποις οὐκ ἀνθρώποις, ut appellantur ab Athenaeo, affines sunt fatui, quos jam olim proceres domi alere soliti, sapientibus eo nomine reprehensi. Seneca epistola L. *Harpasten uxoris meae fatuam scis hereditarium onus in domo mea remansisse. Ipse enim aversissimus ab istis prodigiis sum.* Talis ille Denderis, de quo Cedrenus in rebus Theophili Imperatoris. Beatus Chrysostomus in priorem ad Timotheum paucis verbis omnes istas divitum delicias complexus. Οἱ μὲν, ait, πόρναις διδόασιν, οἱ δὲ παρασίτοις, οἱ δὲ κόλαξιν, οἱ δὲ τέρασι, καὶ μωροῖς καὶ νάνοις. καὶ γὰρ τὰ φύσεως ἁμαρτήματα ταῦτα φέρουσιν εἰς τέρψιν. vocat τέρατα, quos Augustus *mali ominis*: & *naturae peccata* illi, quae Augusto *ludibria*. Vide eundem Patrem in eam ad Timotheum homilia XVII. Casaub.

Et omnes] *Et omnis* Codd. Mem. Periz. Harl. & Edd. Rom. & omnes fere veteres: sed Torr. & Casaub. *omnes* dederunt, quos secuti recentiores.

84abhorrebat. Eloquentiam ſtudiaque liberalia ab aetate prima & cupide & laborioſiſſime exercuit. Mutinenſi bello, in tanta mole rerum, & legiſſe & ſcripſiſſe & declamaſſe quotidie traditur. Nam deinceps neque in ſenatu, neque apud populum, neque apud milites locutus eſt umquam, niſi meditata & compoſita oratione: quamvis non deficeret ad ſubita extemporali facultate. Ac ne periculum memoriae adiret, aut in ediſcendo tempus abſumeret, inſtituit recitare omnia. Sermones quoque cum ſingulis, atque etiam cum Livia ſua graviores, nonniſi in ſcriptis, & e libello habebat: ne plus minuſve loqueretur ex tempore. Pronuntiabat dulci & proprio quodam oris ſono: dabatque adſidue phonaſco operam: ſed nonnun-

84. *Cupide & laborioſiſſime*] Melius libri vett. *& cupide, & labor.* TORR. *Et* deeſt Harlem. & Edd. veteribus.

Et ſcripſiſſe] *Et deſcripſiſſe* Codd. Harlem. Periz. Edd. Venetae tres.

Nam deinceps] *Jam* manus docta in ora Plantin.

Niſi meditata & compoſita oratione] Et quidem de ſcripto fere. Vide Dionis lib. LIII. initio. CASAUB. *Niſi* deeſt Exc. Cujac.

Non deficeret] Malim *deficeretur*. TORR. V. C. habet, *quamvis non deficeretur ad ſubita*. URSIN. Lego cum Viterb. *non deficeret a ſubita & ext. fac.* vel ut in aliis, *deficeretur*. Memmianus: *non deficeretur ad ſubita, extemp.* CASAUB. *Deficeret* lectio optima: neque quicquam in ea mutandum; utique cum & eam ſtabiliant Pall. tres. Qui legunt e ſuo ſcripto, *deficeret a ſubita & extemporali facultate*, faciunt ut minus intelligamus, quam voluerit auctor: qui affirmatum vult, in rebus ſubitis, & moram non admittentibus, haud defuiſſe Auguſto orationem extemporaneam. GRUT. Quid ſit *deficere*, nemo ignorat; ſed notandus tamen eſt varius ejus verbi uſus. Non enim utimur illo tantum praeciſe, ut hic utitur Noſter, nec dicimus tantum *deficit*, ſive *deficit me conditio, petitio, facultas, viſus*, &c. Et *defici a petitione, facultate* &c. Ut l. 92. D. de Condit. & demonſtr. *Et retineo me dixiſſe, defici a conditione fideicommiſſi.* Aut ſublata praepoſitione, ſicut: *Mulier audacia abundat, conſilio & ratione deficitur.* quod Ciceronis eſt. Sed & dicimus, *deficitur petitio, facultas*, &c. ita nimirum Paulus l. 2. D. Si quis al. teſt. proh. *Si quis dolo malo fecerit, ut teſtes non veniant, & per hoc deficiatur facultas teſtamenti faciendi.* Et Scaevola l. 48. D. de Vulg. & pup. ſubſt. *Poteſt ex inſtitutione defici conditio.* GOESIUS. Venet. ſec. & tert. Lugd. Junt. Gryph. & quaedam aliae *ex temporali* diviſim ediderunt. quia vero omnes editi praeter Steph. & quaſdam recentiores, & codices etiam praeter unum & alterum, habent *deficeret*, retinendum puto, nec ad Auguſtum refero, ſed ad proxime praecedens *oratione*, quae non deficiebat, aut deerat Auguſto ad ſubita, quia facultatem habebat ex tempore dicendi, ſed non utebatur ea, niſi ad ſubita. ſic *deficit materia* Tib. LXI. & Cal. XLV. ſic Cicer. pro Sex. Roſ. XXVII. *tempus te citius, quam oratio deficeret.* & ita millies ille & alii. Si MSS. addicerent, mallem legere. *quamvis non deficeret ad ſubita extemporalis facultas.* BURM.

In ediſcendo] Liber opt. *ediſcendo*, & mox pro *in ſcriptis*, *ſcriptis*, expuncta utrobique praepoſitione. hujuſmodi enim particulae omiſſae tametſi adferunt obſcuritatis aliquid, augent gratiam. Inf. cap. LXXXVI. TORR.

Atque etiam cum Livia] *Atque* ejecit Cl. Graevius, quod tamen omnes ſcripti & editi agnoſcunt. mox *nonniſi ſcriptis* Codd. Memm. Copeſ. Harlem. Exc. Cujac. Edd. Venet. tres, Steph. Baſil. poſſet & legi, *non niſi ſcriptos, & e libello habebat. habere ſermones* Terentius & alii paſſim dixerunt. BURM.

Dabatque aſſidue Phonaſco operam] Gloſſarium: Φωνασκὸς, *vocalis*. idem: Φωνασκητὴς, *vociferarius*. uſus auctorum alius eſt: nam ipſi artifices vocis, *phonaſci* vocantur, non *phonaſcetae*. Φωνασκητὴς tamen, ut [illegible]. De hac re Perſius Satyra prima. CASAUB. *Phonaſci* qui fuerint, diſcere licet ex Varrone, cujus hi verſiculi apud Nonium exſtant.

Phonaſcus ſum, vociſque ſuſcitabulum,
Cantantiumque Gallus Gallinaceus.

Ita enim lego, cum hactenus ſcriptum fuerit,

nunquam infirmatis faucibus, praeconis voce ad populum concionatus est. Multa 85 varii generis prosa oratione composuit, ex quibus nonnulla in coetu familiarium, velut in auditorio recitavit: sicut *Rescripta Bruto de Catone*. Quae volumina quum jam senior ex magna parte legisset, fatigatus, Tiberio tradidit perlegenda. Item *Hortationes ad philosophiam*: & aliqua *de vita sua*, quam tredecim libris, Cantabrico tenus bello, nec ultra exposuit. Poëticam summatim attigit. Unus liber ex-

rit, *Phoenicia* vel *Foenicia*. pro *vocis* etiam rescribo *vocisque*, ut fit versus jambicus. BOXHORN. *Phanasco* Venet. pr. *Phonisco* Lugd.

Praeconis voce ad populum concionatus est] Tenuerunt deinceps morem Principes, ut populum vel per edictum allôquerentur, vel per praeconem sive *cocionem*, ut in Galieno vocat Trebellius. At in senatu eorum orationes recitabant quaestores candidati Caesaris. CASAUB.

Concionatus] *Convocatus* Ex. Cujac.

85. *Multa varii generis*] Collegit omnia Augusti fragmenta Rutgers. lib. II. Var. Lect. 14. & diligentius nuper vir doctissimus Jo. Alb. Fabricius Hamburg. A. 1727.

Coetu Familiarium] *Familiarum* Cod. Harlem. Ed. Venet. pr. *autorio* etiam Harlem.

Rescripta Bruto de Catone] *Rescribere* pro *scribere contra*. Suetonius De illustribus Grammat. Scribonio: *Verrii libris de orthographia rescripsit, non sine insectatione studiorum morumque ejus*. CASAUB.

Legisset] Heinsius & Gujetus malebant *relegisset*.

Tradidit perlegenda] *Praelegenda* Harlem. in Gronovii editione video legi *tradit*; sine dubio vitiose.

Hortationes ad philosophiam:] Ad caeteras in omni genere summas Augusti laudes accessit hic cumulus, quod studia sapientiae non neglexit, sed magno studio coluit Agrippa in libello ad Cajum misso, quem recitat Philo, de Augusto loquens, φιλοσοφίας οὐκ ἄκροις χείλεσι γευσάμενος, ἀλλ' ἐπὶ πλεῖον ἑστιαθεὶς καὶ σχεδόν τι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἑστιώμενος, τὰ μὲν μνήμαις ὧν ὁ διάνοια προμαθοῦσα τὰ φιλοσοφίας ἀνεπόλει, τὰ δὲ καὶ ταῖς τῶν συνόντων ἀεὶ λογίων συνδιαγωγαῖς. Et in epistola Caji Norbani ad Ephesiorum magistratus, de eodem sunt haec verba: Ὁ πάντως ἡγεμὼν καὶ φιλοσοφίας οὐδενὸς δεύτερος. CASAUB. *Ortationes* Cod. Memm. *Hortationes* Harlem. Copes. & Edd. veteres tantum non omnes. unde *hortationem* Graevius adsumserit, nescio. BURM.

De vita sua] Sic & Tiberius commentarium de vita sua scripsit. Inf. Tib. cap. LXI. & Domit. cap. XX. Scripsit & Claudius de vita sua octo volumina. Inf. Claud. cap. LXI. Idem Hadrianus, M. Aurelius, & Septimius Severus factitarunt, si Spartiano, & Lampridio credimus. Nam de Augusto testatur etiam Ulpian. l. I. De cadaveribus punitorum, his verbis: *Corpora eorum, qui capite damnantur, cognatis eorum neganda non sunt, & id se observasse Divus Augustus lib. X. de vita sua scribit.* Sed & Macer J. C. l. XII. De re milit. verba ex Disciplina Augusti citat. Ut praeter opera a Suetonio hic commemorata de Disciplina quoque Militari scripsisse videatur. Adde Vegetium de Re Militari I. cap. VIII. TORR. *Sua* deest Harlem. collegerunt viri, quos dixi, docti ex his fragmenta, sed quam parum ipsos autores veteres respexerit Pitiscus adparet, quum enim vitiose Rutgersius ex Servio produxisset locum ex VIII. Aen. 530. ille sequutus hunc numerum, quum debeat esse vers. 696. ut recte Fabricius edidit. BURM.

XXX *Libris*] Diffidet Suidas, qui in Αὐγούστῳ XIII. solos numerat, si scriptura non fallit. TORR. Non aliter libb. vet. omnes, qua scripti, qua editi, cum Suida consentientes. nec scio, unde orta sit illa, quam & Torrentius sequitur, corrupta lectio *xxx libris*. Horum librorum meminit praeter alios Appianus in Illyricis & alibi, vocatque ὑπομνήματα. CASAUB. Ita Pall. tres. duo per notas, unus omnibus literis, non XXX. ut repraesentavit nobis editio Torrentiana. GRUTER. *Quam xxx. libris* Plantin. quem temere secutus Torrentius: qui a Lipsio discere poterat aberrationem fuisse, ille enim adscripto Suidae loco correxerat. vid. Voss. Lib. I. de Hist. Latin. cap. XVIII. BURM.

Poeticam summatim attigit] Sic *panis summatim fermentatus*, apud Marcellum Empiricum. Glossarium: Ἀνεμοδυῶς, *summatim*, *car-*

exstat scriptus ab eo hexametris versibus, cujus & argumentum & titulus est *Sicilia*. Exstat alter aeque modicus *Epigrammatum*, quae fere tempore balnei meditabatur. Nam tragoediam magno impetu exorsus, non succedente stylo, abolevit: querentibusque amicis *quidnam Ajax ageret*, respondit, *Ajacem suum in spon-*
86 *giam incubuisse.* Genus eloquendi secutus est elegans & temperatum: vitatis sententiarum ineptiis, atque inconcinnitate, & *reconditorum verborum*, ut ipse dicit, *foe-*

carptim. in altero sic: *Summatim*, κεφαλαιωδῶς, συλλήβδην. apud Lucianum, ἐν κεφαλαίῳ διφράσαι. B. Basilius ἐν κεφαλαίῳ interpretatur ἀθρόως καὶ ἐν ὀλίγῳ. Casaub.

Cujus & argumentum & titulus est, Sicilia] Ex his verbis non aliud colligas, quam fuisse id carmen descriptionem Siciliae & eorum, quae habet miraculosa, qualis Aetna est inprimis, solennis omnibus poëtis locus. Tamen ut addubitem, facit Senecae epistola LXXIX. non enim videtur in eo sermone de hoc poëmate Augusti fuisse taciturus. Casaub.

Succedente] *Succedenti* Copes.

Quidnam Ajax ageret] Suidas: ἔγραψε τραγῳδίαν Αἴαντα. Casaub.

Ajacem suum in spongiam incubuisse] Lepide sane, ob dictionis spongiae ambiguitatem, quae & deletilis est, *Utilis*, ut inquit Martial. *quoties scriptu novare voles*, & gladium etiam significat. Refertur idem a Macrobio lib. II. cap. IV. quem locum mendosum esse monuimus supra cap. XLIII. Torr. Pingentibus & scribentibus semper erat ad manum spongia deletilis. Poëta epigrammatarius scribae instrumentum recensens non praetermisit: Anth. VI. XXVI. pag. 578.

> Καὶ βύβλων τριπτῆρα ἁλιπλάγκτοιο χαμεύνης
> Σπόγγον, ἀκεστορίην πλαζομένης γραφίδος.

Ausonius, in praefat. Griphi, *Poëticae scabiei quoniam facile contagium est, utinam quoque ad te prurigo commigret, ut fuco tuae emendationis adjecto impingas spongiam.* Idem Theoni, Epist. VII. 53.

> *Aut cunctis pariter versibus oblinat*
> *Fulvam lacticolor spongia sepiam.*

Inde Graecorum proverbium σπόγγῳ ἰᾶσθαι, *spongia curare*, sive emendare: quod venuste Augustus inflexit, faciens allusionem ad eadem Ajacis. Casaub. *Ajacem omne suum* Hulsf. *in spongheam* Memm. Copes. & Ex. Cujac. vid. supr. cap. LXXV. Vir illustris & natalibus & doctrina, Sc. Maffeus in libro de Amphitheatro nuper edito lib. I. cap. 14. *Spongiam* genus armorum, quo retiarii utebantur, fuisse putat, & hinc eleganter Ajacis, in gladium suum incumbentis, factum respici: sed locus Tertull. de Spectac. cap. XXV. ubi *Spongiae* retiariorum memorantur, nondum mihi persuadet fuisse gladii aut teli genus. latere tamen hic aliud quid puto, nec *Spongiam* quoque Ajacis gladio convenire credo. nisi jocari volens Augustus, &, ut Ajax verus in gladium, ita suum Ajacem incubuisse in spongiam dixerit. aut fuisse praeter *Spongiam* ad delendum & alios usus, etiam aliud quoddam instrumentum, quod nescio *spongiam*, dictum, unde ex ambiguo jocum captaverit. vide de hoc loco varias sententias apud L. Allatium in Inscr. Etrusc. §. LVIII. & seqq. Burm.

86. *Eloquendi*] *Eloquentiae* Copes.

Elegans, & temperatum] De eo sic Gell. lib. XV. cap. VII. *Cum librum Epistolarum Divi Augusti, quas ad Cajum nepotem suum scripsit, legeremus, duceremurque elegantia orationis, neque morosa, neque anxia, sed facili hercle & simplici.* Idem lib. X. cap. XXIV. *Divus etiam Augustus, memoriarum veterum exsequentissimus, linguae Latinae non nescius, munditiarum patris sui in sermonibus sectator, in Epistolis plurifariam*, &c. Sed & Tacit. XIII. Ann. 3. *Augusti prompta ac profluens, quae deceret Principem, eloquentia fuit.* Adde Quinctilianum lib. I. cap. X. *Augustus in Epistolis ad Cajum scriptis emendat, quod is caldum dicere quam calidum malit, non quia illud non sit Latinum, sed quia sit odiosum & περίεργον.* Epistolas autem Sueton. inter Augusti opera non recensuit, quod omnibus essent notae. Torr. in Quinctil. loco scribendum, *quod is calidum dicere, quam caldum.*

Et inconcinnitate] *Concinnitate* Codd. Memm. Cujaci & Hulsii. Ed. Venet. pr. *ineptis & concinnitate* Harlem.

Et

foetoribus. Praecipuamque curam duxit, ſenſum animi quam apertiſſime exprimere. Quod quo facilius efficeret, aut necubi lectorem vel auditorem obturbaret, ac moraretur, neque praepoſitiones verbis addere, neque conjunctiones ſaepius iterare dubitavit, quae detractae adferunt aliquid obſcuritatis, etſi gratiam augent. Cacozelos & antiquarios, ut diverſo genere vitioſos, pari faſtidio ſprevit. Exagitabat nonnumquam in primis Maecenatem ſuum, cujus μυροβρεχεῖς, ut ait,

Et reconditorum] *Et* omiſit Graevius, neſcio cujus exemplo aut monitu.

Quod quo] *Quo quod* Exc. Cujac.

Urbibus addere] Ita ex ſolo Memmiano edidit Cl. Graevius in poſterioribus Edd. & J. Gronovius, & ita etiam Exc. Cujac. ſed quia ſequitur de iteratione conjunctionum, & hic de iterata praepoſitione, ex qua verbum compoſitum erat, agi credo. ut *adjicere ad*, *addere ad*, *imponere in*, qualia ſupra vidimus ad Caeſ. XXXVIII. & alibi. quaenam vero obſcuritas in locutionibus *Eo Romam*, *ſum Romae* ex omiſſa praepoſitione oriri poſſet populo, ita adſueto loqui, non video. denique ex Auguſti Epiſtola in Claud. cap. IV. apparet illum dixiſſe; *eſſe Romae*, non *in Roma*. contra in Epiſtola ad Cajum apud Gell. XV. 7. dixit *quum a me abes*. de conjunctionibus iteratis vide Gronov. ad Liv. IX. 2. & in Suetonio centum exempla ſuppetunt. ut mox *& exoletas* dant Codd. Periz. Harl. Copeſ. & Edd. veteres plures, quam copulam alii, ut multis locis, ejecerunt. BURM.

Cacozelos, & antiquarios] De orationis vitio; quod κακόζηλον vocant, Quinctilian. lib. VIII. cap. III. *Antiquariam* vero eodem, quo Auguſtus, ſenſu dixit Juven. Sat. VI. 454. *Ignotoſque mihi tenet antiquaria verſus*. TORR.

Exagitabat nonnunquam] Vetus codex *exagitabatque*, ſine E majuſcula. adhaeret enim prioribus, ac ſenſus eſt, ſpreviſſe cacozelos & antiquarios, atque interdum exagitaſſe eos, in primis Maecenatem. De Maecenate notum illud Senecae Epiſt. CXV. *Non oratio ejus aeque ſoluta eſt quam ipſe diſcinctus? non tam inſignita ipſius verba ſunt quam cultus, quam comitatus, quam domus, quam uxor?* & mox, *Videbis eloquentiam ebrii hominis, involutam, & errantem & licentiae plenam.* Adfert etiam quaedam verba ejus, ut ex Auguſto Suetonius hic, quale illud, μυροβρεχεῖς *cincinnos*, cum ex Cicerone *delibutos capillos* dicere potuiſſet. Exſtat etiam Auguſti ad Maecenatem epiſtolae pars apud Macrobium lib. II. c. 4. Adde Epiſt. Sen. XIX. & XCIII. TORR. Memm. *exagitabatque* continua oratione, ſine majore interpunctione Graevius, & Torrentius ex ſuo monuerat; & Lipſius notaverat, poſito puncto poſt *nonnunquam*. *Exagitabat in primis nonnunquam* Cod. Hulſ.

Cujus μυροβρεχεῖς, ut ait, cincinnos uſquequaque perſequitur,] Maecenas hic eſt exemplum cacozeli: Tiberius mox antiquarii. Ita autem elumbis, fracta, & mollis fuit Maecenatis oratio, ut videatur omnes ſuperaſſe κακοζηλίᾳ. Vide Senecam epiſtola XIX. & CI. nec non CXIV. falluntur autem interpretes, qui verba Suetonii ita accipiunt, quaſi in oratione Maecenatis vocem Graecam μυροβρεχεῖς reprehenderit: nam contra ea voce ipſe Auguſtus more ſuo uſus eſt, ad exprimendum genus dicendi Maecenatis. Solens, inquam, fecit more ſuo Auguſtus, quod Graeco verbo uteretur. Arguunt quotquot fere hodie ſuperſunt ſcriptorum ejus fragmenta, in quibus aliquod ſemper verbum Graecum inſertum reperias. Extant exempla, ſi quis requirat, infra lib. III. cap. XXI. Et plura lib. V. cap. IV. Quinctilianus lib. I. cap. 10. *Auguſtus in epiſtolis ad C. Caeſarem ſcriptis emendat, quod is calidum quam caldum malit: non quia illud non ſit Latinum, ſed quia ſit odioſum, & ut ipſe Graeco verbo ſignificavit,* περίεργον. Exſtat apud A. Gellium pars epiſtolae ejuſdem Principis ad eundem C. Caeſarem: in qua leges haec Graece κλιμακτῆρα *communem*, & ἀνδραγαθούντων ὑμῶν καὶ διαδεχομένων *ſtationem meam*. Poſſem plura proferre: ſed qui attenderit quae notavi, is neque de hoc Auguſti more poterat dubitare; neque de errore eorum, qui vocem μυροβρεχεῖς in Maecenatis oratione ab Auguſto putant exagitatam. CASAUB. *Myrobechis* Mem. & Periz. (cui adſcripta gloſſa. *verba nimis exculta, quaſi ex unguento myrrae profuſa*) Edd. Venetae tres, Bonon. Lugd. Junt. Baſil. Ald. & aliae. quaedam *Myrobrechbeis*. Roman. *Myrobrethis*. vid. Mei-

ait, *cincinnos* usque quaque persequitur, & imitando per jocum irridet. Sed nec Tiberio parcit & exoletas interdum, & reconditas voces aucupanti. M. quidem Antonium ut insanum increpat: quasi ea scribentem, quae mirentur potius homines, quam intelligant. Deinde ludens malum & inconstans in eligendo genere dicendi ingenium ejus, addidit haec, *Tuque dubitas Cimberne Annius, an Veranius*

Meibom. Maecen. cap. XXIII. & Rutger. II. Var. lect. 14. BURM.

Et imitando per jocum irridet] Macrobius lib. II. Saturn. cap. 4. *Augustus, quia Maecenatem suum noverat esse stylo remisso, molli & dissoluto, talem se in epistolis, quas ad eum scribebat, saepius exhibebat: & contra castigationem loquendi, quam alias ille scribendo servabat, in epistola ad Maecenatem familiari, plura in jocos effusus subtexuit: Vale mel gemmeum Medulliae, ebur ex Hetruria, laser Aretinum, adamas Supernas, Tiberinum margaritum, Ciluiorum smaragde, jaspi figulorum, berylle Porsennae, carbunculum Italiae, καὶ ἵνα συντέμω πάντα, μάλαγμα moecharum.* Ita lego lepidissimum Augusteae epistolae fragmentum, quod in vulgatis codicibus Macrobii multifariam corruptum editur. CASAUB.

Sed nec Tiberio parcit] Hunc nempe ut antiquarium, illum ut κακόζηλον reprehendens. TORR. Sosipater Charisius lib. II. *Divus Augustus reprehendens Tiberium Claudium ita loquitur: Scribit enim per viam, ἀντὶ τοῦ obiter.* CASAUB. *Sed ne* Ed. Plant. vid. supr. cap. XXXV. & alibi saepe.

Antonium ut insanum] Vid. Gronov. III. Observ. cap. 8. BROUCKH.

Quae mirentur potius homines quam intelligant] M. Tullius idem objicit Philippica III. *Nonne satius est esse mutum, quam loqui ea, quae nemo intelligat?* CASAUB.

Deinde ludens malum] Fort. *deinde ludens in m.* CASAUB. *Ingenium* abest a Memmiano. sed & tum *ejus* abjiciendum foret, & *inconstantem* legendum. quare retinenda omnia, nec opus est *ludens in malum* cum Casaubono. sic & Cicer. VII. ad Fam. 5. *hoc spondebo, non illo vetere verbo meo, quod cum ad te de Milone scripsissem, jure lusisti.* & II. de Orat. 55. *Crassus caussam illam disputationemque lusit.* ubi Lambinus *elusit* temere. Terent. Eun. II. II. 38. *nebulonem hunc certum est ludere.* & ita centies alii. BURM.

Addidit] *Addit* Memm. & Hulf.

Tuque] *Tu quoque* Edd. Roman. Lugd. Junt. Ald.

Cimberne Annius, an Verrius Flaccus] Sic primus Beroaldus. nam libri tres ex nostris hoc modo habent, *Cimberne Annaeus, an Veranius Flaccus*, alius *Cimberne amens, an Veranius Flaccus*. Beroaldum movit Gellii auctoritas, quo teste Verrius libros de Obscuris Catonis scripserit, eo nomine scilicet Antonio obscura affectanti gratus, & ad imitandum propositus. Caeterum cum Sueton. de Claris Grammaticis ab Augusto electum nepotibus hunc Verrium praeceptorem scripserit, mihi non fit verisimile id facturum fuisse Augustum, si eo, quod maxime oderat, orationis vitio ille laborasset.. Et alioquin obscura Catonis explicare poterat, apertus ipse & facilis. Quare hanc lectionem retinemus, reprehensum potius Antonium crediderim, quod alios magis quam Verrium sequeretur. Si vero *Veranium* quis malit, is eo nomine quendam non ignobilem citari auctorem sciat a Macrobio lib. III. cap. II. De *Annio* autem, vel *Annaeo*, quod huc spectet, nihil memini me legisse. Utraque gens Romana, & *Cimber* alterutrius cognomen esse potuit. Tulliorum fuisse alibi monstravimus. *Annium Foecialem* inter auctores suos enumerat Plin. lib. 36. Antonium quoque Asiaticum scribendi genus secutum refert Plutarch. ejus vita. TORR. Expressimus lectionem (*Annaeus*) quam magno consensu servant libb. vett. & scripti & editi. *Cimber* hic ille est rhetor antiquarius, in quem lusit Virgilius epigrammate eo, quod hodieque exstat in Catalectis, & apud Quintilianum. *Anneius* is vel *Annaeus*, non *Annius* habuit nomen, si fides libris antiquis: nam quod *Tullius* nominatur idem a doctissimis viris, auctoritate caret, nisi fallimur: nemo enim veterum sic eum vocat. & sane longe diversus ab isto rhetore dictis factisque barbaro fuit Tullius, quem conjuratorum in Caesarem unum fuisse constat. *Veranius Flaccus* iste mihi est incognitus. *Veranium* quendam laudant saepe Festus, Macrobius, alii, in explicatione verborum antiquorum. illi non male

nius Flaccus imitandi sint tibi? ita ut verbis, quae Crispus Sallustius excerpsit ex Originibus Catonis, utaris? an potius Asiaticorum oratorum inanibus sententiis, verborum volubilitas in nostrum sermonem transferenda? Et quadam epistola Agrippinae neptis in-

le conveniat, quod hic de eo Augustus innuit, antiquarium & obsoletorum verborum amore ineptum in loquendo scribendove fuisse. sed illi Veranio an fuerit cognomen Flacco, nescio. Beroaldus, qui *Verrius Flaccus* emendat, etsi non ineptis rationibus movetur, tamen quod ei objiciatur, non deest, ut erudite observatum est a Torrentio. nam satis liquet eum, qui hic cum Cimbro nominatur ab Augusto, ipsi fuisse [illegible], ingratumque atque adeo exosum ejus dicendi genus. ut parum sit probabile illius opera, quicunque tandem fuerit is, usurum Augustum in liberis suis erudiendis. Non ergo *Verrius Flaccus* est, quem ille Princeps praeceptorem suis nepotibus elegit, teste Suetonio. Putem haut temere affirmari posse, hunc esse *Granium Flaccum*, qui de jure Papiriano scripserat: cujus auctoris, & in Pandecte veterum Jurisconsultorum fit mentio, & apud Arnobium libro tertio. nam & in horum libris pro *Granius* alii codices praeferunt *Uranius*, aut *Veranius:* quod testatur & Jacobus Cujacius. Lepidissime vero Augustus irridet Antonium, deliberare eum dicens, utrum debeat ad imitandum sibi proponere Cimbrum Anniumve, an Asiaticos oratores: cum & horum & illorum diverso genere vitiosa sit ἡ ἰδέα τοῦ λόγου. quare neutrum horum in deliberationem venire debuit: nunquam enim homo φρενήρης & suae spontis de electione alterius e duobus malis deliberat, nisi si incumbat necessitas, & urgeat vis major: quod hic dici nequit. Videtur autem Antonius utrumque malum habuisse: nam & voces amabit ab usu communi tum alienas, ut *aditi*, *piissimus:* & totius orationis ejus idea & character erat Asiaticus καὶ κομπώδης. Vere Plutarchus & eleganter de eo: Ἐχρῆτο δὲ τῷ καλουμένῳ μὲν Ἀσιανῷ ζήλῳ τῶν λόγων ἀνθοῦντι μάλιστα κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἔχοντι δὲ πολλὴν ὁμοιότητα πρὸς τὸν βίον αὐτοῦ, κομπώδη καὶ φρυαγματίαν ὄντα, καὶ κενοῦ γαυριάματος καὶ φιλοτιμίας ἀνωμάλου μεστόν. Omnino uti vixit, ita dixit. CASAUB. *Cimberne Annius, an Veranius Flaccus*; sic etiam fere Pall. nam pr. *Cimberne an Annius, an Veranius Flaccus*. sec. *Cimberne annus, annuetamus Flaccus*. text. *Cimberne Anneus, an Veranius Flaccus*. GRUTER. *Anneus* Periz. & Harlem. Edd. Rom. Venet. tres, Bonon. *Annius* reliquae. *Verrius Flaccus* etiam Bonon. Junt. Ald. Steph. Basil. Gryph. & aliae. *Anneus an Veraunius* Exc. Cujac. *C. Granius* in quibusdam scriptis & editis codicibus Quinctil. legitur lib. I. de Inst. Orat. cap. 6. BURM.

Ita ut verbis] *Itaque verbis* Harl. *ita quod* Periz. Ed. Venet. pr. *item ut verbis* Exc. Cujac.

Quae C. Sallustius] Sic, neque male quidem, Pulmannus, nostri tamen libri omnes *Crispus* habent. Quinctilianum vide lib. VIII. cap. 3. quaeque de Lenaeo, Pompeji liberto, Sallustii inimico, & de altero Philologo narrat Sueton. lib. de Clar. Grammatic. TORR. *Quae Crispus Sallustius* ita pleno nomine exprimendum ex scriptis omnibus & Editis antiquis. an pro praenomine habuit Pulmannus, quem alii aemulati sunt, cognomen *Crispi*? nam *C. Cajum* notare, pueri norunt, sed quum in omnibus scriptis & editis sit *Crispus*, ille hoc per *C* voluit indicare, praeponi vero centies cognomina nominibus a viris doctis observatum est. BURM.

Inanibus sententiis] Non satis planus verborum ordo & series; an *Oratorum inanibus sententiis*, id est qui inanes sententias fundere solent, ut dicimus, hominem *magna fama*, *gloria*, &c. *patricio sanguine* supra cap. V. certe quo alio referam non video, & quia hoc non satis expeditum, legerem cum Gronovio, *inanis sententiis verborum volubilitas.* quae facilitatem verborum, sed vacuam sententiis ostentat. Petronius saepe hanc volubilitatem carpens initio Satyrici & cap. CXIV. illam semper in vano & inani sono ponit. vid. com. ad illa cap. I. *levibus atque inanibus sonis ludibria quaedam excitatis.* & *levitatem sententiarum* dixit auctor dialogi de Orator. cap. XXVI. Senec. Ep. XL. *multum habent inanitatis & vani, plus sonat quam valet.* & quae plura ibi. BURM.

Agrippinae neptis ingenium] Nempe quae & ipsa scripserit commentarios, quibus vitam suam, casusque suorum memoriae commendavit. Tacit. lib. IV. Annal. Plin. lib. VII. cap. VIII. TORR. Haec est Agrippina M. Vipsanii Agrippae & Juliae filia, Augusti neptis. Hujus

ingenium collaudans: *Sed opus est*, inquit, *dare te operam*, *ne moleste scribas aut* 87 *loquaris.* Quotidiano sermone quaedam frequentius & notabiliter usurpasse eum, literae ipsius autographae ostentant. in quibus idemtidem, quum aliquos numquam soluturos significare vult, *Ad Kalendas Graecas soluturos* ait: & quum hortatur ferenda esse praesentia, qualiacumque sint, *Contenti simus hoc Catone*: & ad exprimendam festinatae rei velocitatem, *Velocius quam asparagi coquantur.* Ponit assidue

Hujus Agrippinae ex Caesare Germanico filia fuit altera Agrippina Claudii uxor, Augusti vero proneptis, non neptis. Quare fallitur vir doctus, qui locum hunc Suetonii ex epistola Augusti de illa Agrippina interpretatur, quae historiam scripserat, cujus meminit Plinius libro VII. nam ista, ut ostendit Plinius, mater Neronis fuit, uxor Claudii. proneptis igitur Augusti, non ut Suetonius ait, neptis. CASAUB.

Sed opus] *Et opus* Mem.

Ne moleste scribas] Horat. lib. I. Sat. X. 9.

——— *ut currat sententia, neu se*
Impediat verbis lassas onerantibus aures. TORR. Nescio an locus Horatii, quem adducit Torrentius, huc faciat: agit enim de longis periodis, quae sane molestae, sed hoc non est *moleste* scribere, verum, ut Tib. cap. LXI. adhibere verba reconditae eruditionis, quae pauci intelligunt; & in quibus requirendis magnam curam & laborem impendimus, vid. ad Ovid. I. Art. 464. & *loquaris* Memm. Harlem. Edd. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Steph. Arg. BURM.

87. *Usurpasse*] *Exurpasse* Cod. Harl. & mox pro *in quibus* Exc. Cujac. *ex quibus.*

Litterae ipsius autographae] Quae per ea tempora in eruditorum manibus adhuc versabantur. Quintilianus lib. I. cap. VII. *Here nunc e littera terminamus: at in veterum comicorum adhuc libro invenio, Heri ad me venit. Quod idem in epistolis Augusti, quas sua manu scripsit aut emendavit, deprehenditur.* CASAUB. *Antigraphae* Harlem. & Venetae sec. & tert. vid. supr. LXXI. *ejus autogr.* Copes.

Contenti simus hoc Catone.] Recte existimat Beroaldus id Augusti dictum ab honore, quem Catoni detulit, sumpsisse originem. De quo elegans Macrobii locus lib. II. cap. IV. Et fortassis in eam sententiam Bruto de Catone rescripsit, cujus libri mentio ante cap. LXXXV. Turneb. Adversar. XXIV. cap. XV. *Contenti simus hoc Catone*, valet (inquit) ac si dicas, feramus haec aequo animo, nec nobis mortem consciscamus: satis sit unum hoc fecisse Catonem. Sed prior expositio magis placet. non solus enim Cato, sed infiniti paene bellis civilibus sibi manus intulere. TORR. Qui saeculum suum vituperabant, dicere soliti, *Jam nullus Cato.* nam Cato non hominis nomen, sed ipsius virtutis esse, propter ejus viri praestantiam, videbatur. Valerius Maximus libro secundo cap. X. 8. in elogio de Catone: *Omnibus numeris perfecta viri virtus. Quae quidem effecit, ut quisquis sanctum & egregium civem significare velit, sub nomine Catonis definiat.* Seneca: *Omne tempus Clodios, non omne Catones feret.* Cassiodorus: *Fuit quidam nostrorum temporum Cato, qui abstinendo vitiis, alios formaret exemplis.* Notum illud: *Tertius e coelo cecidit Cato.* Augustus vero qui tales voces non nimis libenter audiebat, quando aliquos non sapientissimos, & quorum mores non probatissimi, vel in senatum legebat, vel senatui aut tribubus commendabat, dicere solebat, *Contenti simus hoc Catone.* Idem dictum postea ab eo in epistolis ad alia quoque translatum, coeptumque usurpari, quoties, ut ait Suetonius, hortari voluit *ferenda esse praesentia, qualiacunque sint.* Eadem sententia proverbii Graeci: Ἂν μὴ παρῇ κρέα τὸ ταρίχος στερκτέον. & illius, ——— Ἀγαθὴ καὶ μᾶζα μετ᾽ ἄρτον. Romani dicebant: *Quomodo quisque potest.* Seneca epistola L. CASAUB. *Simus* hic positum pro *sumus*, ut solebat scribere. v. cap. seq. vir doctus in ora Torrent. ex codice profert. *contentissimus hoc Catone.* in Alvari Nonnii codice *sumus.*

Velocius quam asparagi coquantur. Simile illi, ἅδω ἀφῆ τὸ πῦρ. Pro *velocius* libri habent *celerius.* CASAUB. *Celerius* Copes. *celerius quam aspraci* Exc. Cujac. *cocuntur* Mem. Hulf. *coquuntur* Graev. ed. pr.

Pro stulto baccolum:] Vide num sit *bacelum* legendum. nam Graeci βάκηλον vocant stupidum

que & pro ſtulto, *baceolum:* & pro pullo, *pulleiaceum:* & pro cerito, *vacerroſum:* &

tum ac ridiculum. ERASM. Sic plures libri, aut *bacceolum.* duo tamen *bateolum.* quod & Beroaldus agnoſcit, addens non deeſſe, qui *bliteolum* legant, ut & *bliteos* dicimus, a *blito* viliſſimo olere, ſine ſapore, aut acrimonia ulla, de quo Feſtus, Nonius, & Plin. lib. XX. cap. XXII. Ipſe autem Beroaldus *blaceolum* legere mallet, a Graeco βλὰξ: unde Feſtus *blitum*, & *blaterare* deducit, pro ſtulte & percupide loqui. Tandem etiam Graecorum paroemiam citat, βάκηλος εἶ. Et Suidas quidem βάκηλος ἐν proverbio dici ſcribit, ἐπὶ τῶν ἐκλελυμένων καὶ ἀνάνδρων. quod & alii prodiderunt, & Phrynichus βάκηλον dici, quem Aſiani γάλλον vocent; ſed idem reprehendit eos, qui ἐπὶ βλακὸς illud uſurpent. Atqui βλὰξ apud claſſicos auctores eum proprie ſignificat, quem Latini inertem, ſtolidum, ſupinum, ſocordem, atque ignavum vocant. Quare a βλὰξ ſuum feciſſe *baceolum* Auguſtum crediderim, Feſti praeſertim patrocinio adjutus: ut tamen illos non damnem, qui a βάκηλος formare malunt. nam, adverſus Phrynichi ſententiam, id quoque verbum idem ſaepe quod βλὰξ ſignificat. TORR. Non improbamus vulgatam (*blaceolum*) lectionem: nam βλάκας Graeci ſtultos dicunt. Sed fortaſſe legendum *Batteolum*, quem Auguſtus ἀπὸ τοῦ βαττολογεῖν potuit appellaſſe, quod multa ineptèque loqueretur. ſic Batto illi Cyrenenſi a linguae impedimento nomen factum eſſe Graeci ſcriptores tradunt. URSIN. Legitur in multis libris, atque in his in Turonenſi per *c*, *baceolum:* tum putarem eam vocem eſſe omnino e Graeca βάκηλος fictam paullo licentius. Scio criticos quoſdam Graecos non pati, ut ita ea dictio accipiatur: eſſe enim, τὸ ἀνδρόγυνον & *impudicum.* Sed ego illis potius aſſentior, qui utramque ſignificationem ei tribuunt. Heſychius: βάκηλος, ὁ μέγας καὶ ἀνόητος. Ita accepit Oenomaus in vituperatione oraculorum: Εἶτ' ἐγὼ ἀκούσας ὁ βάκηλος, ἢ αὐτὸς ἀπὸ τοῦ Ἡρακλέους ἐφυσώμην. ita etiam Teles antiquus ſcriptor in libro de Exilio: Ἀλλ' εἰ μὲν ἀρχῆς αὐτοῖς οὔσης, εἰ ἐθελοντὴς ἐπὶ τούτῳ, ἐν ἂν ἦ ζῶν βάκηλος; Verum non eſt rejicienda lectio plurium exemplarium, *bateolum.* In ore infantium frequens vocula eſt *ba*, vel *bat*, aut *bad.* inde multae voces fictae per ὀνοματοποιΐαν, partim ad exprimendam infantiam, partim ad alia vitia denotanda pueritiae affinia. Hujus generis ſunt apud Graecos βάζειν, βαβάζειν, & βάβαξ ὁ φλύαρος, ut exponunt veteres grammatici: item βαμβαίνειν & *Bambalio* apud Ciceronem: & βάττος, unde βαττολογία & βατταρίζειν, ut placet doctioribus grammaticis: non a Batto, ſicut ſomniant poëtae. item βάταλος & βατάς, quae vocabula de homine diſſoluto & remiſſo primum, deinde etiam voluptuoſo dicta ſunt. Inde ergo vox Auguſti *bateolus*, vel a βάταλος licentius, ut a Principe deducta, vel nata in coelo Romano, aut ab ipſo Auguſto conficta per μίμησιν, vel ab aliquo veteri comico: nam & Naevius ab eadem origine *buttubata* pro nugatoriis poſuit. Vide Feſtum. Et aetate Senecae notae fatuitatis homo fuit, quem *Babam* nuncuparunt, cujus ipſe non ſemel meminit. Athenis Βαβὼ mulicreula quaedam dicta. Βάβης vero ſervi nomen apud Pollucem, & in Graecorum epigrammatis. Syri infantes atque etiam adoleſcentes Βάβια dixerunt: & deam *Babiam*, quae pueritiae credebatur praeeſſe, ut ſcriptum eſt apud Photium. Caeterum *bateolus* dictum, ut *foriolus:* utraque vox de infantibus proprie uſurpatur. Sunt & in lingua vernacula noſtra ſimiliter ὀνοματοποιημένας voces, *badin*, *babouin*, *baveur*, *bavard*, aliaeque. CASAUB. Pall. pr. *pro ſtulto Bateolum, apud pullum pullejaceum.* ſec. *pro ſtulto Baceolum, apud pullum pullejatium.* tert. pro *ſtulto Laceollum apud pullum pulleiaceum.* GRUT. *Per ſtultum* Cod. Hulſ. *Bateolum* Codd. Periz. Harl. Edd. Rom. Lugd. *Blaceolum* Junt. Ald. Steph. Baſil. Doler. Seb. Gryph. reliquae *Baceolum.* Sabell. conjicit *Baccheolum.* Beroald. alios *Bliteolum* legere docet. Scriverius notat Becanum *Blateolum* a Teutonico *blact*, deduxiſſe, quo ſignificatur homo ſtulte & ſtolide arrogans. ſed nobis *baceolum* placet. vid. ad Petron. XXXVII. XLI. & LXVII. Unde variae a *Bacelo* derivantur voces, quae omnes ſtulto & inepto ſermone homines deſignant. BURM.

Pro pullo pulleiaceum:] Liber unus *pro pullum pulleiaceum*, tres *apud pullum pulleiaceum.* quod Turneb. Adverſar. XXIV. cap. XV. recipit, & interpretari conatur, ſed infeliciter, ni fallor. In codice illo, in quo *pro pullum*

pul-

& *vapide sese habere*, pro male: & *betizare*, pro languere: quod vulgo *lachanizare*

pulleiaceum scriptum reperiri diximus, supra scriptum fuit, *alias puleium*. Unde Car. Langius *puleium* faciebat, & legendum esse censebat, *pro puleio puleiaceum*. *Puleium* autem vocabant veteres, quod *pulegium* frequentius dicimus. Cicero lib. II. de Divinatione: *Puleium enim aridum ipso brumali die florescere solet.* sic enim ibi legitur in emendatis exemplaribus, sicut & apud Martialem lib. XII. Epig. XXXII. *Quadrima nigri nec corona puleii.* Arnob. quoque Adv. Gentes VII. *rutam*, *mentam*, *ocymum*, *puleium*, *porrumque sectivum.* Sic nimirum & *betaceum*, & *malvaceum*, a beta & malva. Quod qui ignorabant, *pullum* substituerunt. Seneca prooemio lib. III. Controvers. *puleium* inter sordida enumerat, qui locus tamen mendosus est. TORR. In vetustis membr. reperi lectionem, quam & Turnebus annotavit, *apud pullum pulleiaceum*; alii libb. *pro pullum puleiaceum*. ita fere pr. editi. sunt qui corrigunt *pro puleio puleiaceum*. & *puleium* quidem esse βλήχωνα idem ac *pulegium*, vel ex Glossario scimus. mihi non probatur, ut contra omnium libb. consensum in prima syllaba quicquam mutetur. Puto autem scripsisse Suetonium, *ac pro pullum pulleiaceum:* quod τεχνικῶς, ut loquuntur, enuntiatum esse qui non videbant, ex *ac pro* fecerunt *apud*. Quid autem intellexerit ista voce Augustus, incertum facit latissima vocis *pullus* significatio: nam & inter colores τὸ φαιὸν pullum nominamus, & in plantis τὴν ὀρφνώδη, & in humano genere τὸ παιδίον, & in avitio τὸ ὀρνίθιον, & in caeteris omne genus animantibus *pullos* dicimus recentes partus. An igitur pullum gallinaceum intelligi voluit Augustus, cum lascivia quadam ingenii *pulleiaceum* diceret? an potius coloris pulli vestimentum *pulleiaceum* appellavit, formato ad similitudinem aliorum colorum nomine? is enim τύπος in re colorum frequens est: violaceus, minlaceus, hederaceus, herbaceus, galbaneus, ferrugineus, luteus, cereus, multa alia. Confirmat hanc sententiam & ratio: nam *pulleiaceum* ita dixit Augustus vestimentum pulli coloris, ut *heluaceum* veteres ornamentum coloris helui. Festus. CASAUB. Probo *pulleiaceum* pro pullum, ut de colore intelligatur. Sed fortasse melius scriberetur *pullaceum*. Alioquin si *pulleiaceum* legatur, non abhorremus ab eorum sententia, qui *pulleium* legunt. Sic enim pulleiaceum pro pulleio dixere, ut *betaceum* dixere pro beta. SALMASIUS. *Et apud pullum* Memm. Copes. Huls. *pro pullum* Ed. Rom. *pro pulejo* etiam Lipsius. *apud Pullo* Exc. Cujac. sine copula. *Pulleiaceum* Periz. Ed. Rom. *Pullaceum* Ald. Steph. an a *pullus*, quod inter blandimenta erat (vid. Calig. XIII.) ὑποκοριστικῶς in epistolis ad nepotes aut neptes scripsit *pulleaceum*, vel *pullulacium*. de *pulejo* vid. Salmas. Exerc. Plin. p. 583. BURM.

Pro cerito vacerosum:] Lego, *pro cerrito vacerrosum*, & ex libris MSS. & ex Festo, uti & apud Horat. lib. II. Sat. III. *Cerritus fuit.* quanquam a Cerere deducitur, & *ceritus* scribit Nonius Marcellus. *Vacerra* vero stipitem, ad quem equi religari solent, significat. Unde & maledicti loco dicitur in vecordes atque insanos. Hinc *vacerrosus*. Vide Festum. Vacerra quoque cognomen est apud Martialem XII. Epigr. XXXII. TORR. Mss. *territo*. male. in voce *vacerrosus* nihil Augusti praeter νόσον: nam alii *vacerram* dicebant. Livius poëta antiquus, *Vecors & malefice vacerra*. CASAUB. *Cerrito* Mem. *vacerosum* Harlem. Edd. Venetae tres. Bon. Basil. & omnes fere antiquae usque ad Casaub. *ceirito vacerrosum* Exc. Cujac.

Vapide sese habere, pro male:] A *vappa*, ut opinor, quo non vinum modo jam evanidum significatur, sed & homo nullius pretii apud Horat. diligentissimum verborum Augusti imitatorem. nam *vapidus* a vapore non idem notat. TORR. *Se* Mem. Exc. Cujac, omnes Edd. usque ad Basil. *vapide se habere*, pro calere ex febri explicuit, Sabellicum compilans, Marcilius ad Leg. XII. Tabul. cap. III. pag. 29. quod alter Caco furacior Gorallus, ipsi deinde sublegit ad Sever. Aetn. 113. eo ipso loco, ubi maximo viro Vossio exprobat, illum Martinium compilasse. Quis tulerit Gracchos de seditione querentes? an vero *vapide* pro *calide* possit hic sumi vehementer dubito: nam & tunc liceret dicere *calide se habere*, quod an procedat, doceri velim. nam ut *male*, *bene*, *graviter se habere* generatim dici solet, ita an *frigide*, *calide*, *febriliter* &c. *se habere* fuerit in usu, nescio. sed quum explicet ipse Suetonius,

zare dicitur. Item *fimus*, pro fumus: & *domos* genitivo casu singulari, pro domus. Nec

nius, *vapide* pro *male* posuisse docens, languorem quemdam & morbum lentum significari, non febrem vehementiorem, apparet. & quia *vapor* saepe de calore & aestu, qualis circa caniculam & autumnum esse solet in Italia, ponitur, ut ipsa Lexica docent & Heins. ad Claud. Cons. Olyb. 131. ubi *Libyes vapores* occurrunt, hinc, quia eo tempore languere fere solent corpora, posset *vapide se habere* dixisse Augustus. Sed quum alii derivent *vapidus* a *vappa*, sive vino corrupto & languido, unde *vapidam lagenam* dixit Pers. Sat. VI. 17. & Casaub. ad Sat. V. 117. Persium *vapidum*, pro malo ἁπλῶς usurpasse observat; hinc explicari etiam dictum Augusti potest simpliciter, pro *male*. BURM.

Betizare pro languere:] Notus omnibus elegans ille Catulli versus: *Languidior tenera cui pendens sicula beta.* Quo delectatum equidem Augustum crediderim formasse illud suum *betizare*, quod, ut subjicit Sueton., vulgo *lachanizare* dicebant. λάχανον enim olus, atque herbam omnem, quae edundo sit, significat. De quo ad Horat. lib. I. Sat. VI. *lachanique catinum.* Et sane *languidum* pro molli atque effeminato dici saepius observavi. TORR. Ita scripsimus haec verba, *betissare* & *lachanissare*, non ut in vulgatis libb. *betizare* & *lachanizare*. Isidorus: *A Graecis duas litteras mutuavit Latinitas y & z, propter nomina Graeca: & hae apud Romanos usque ad Augusti tempus non scribebantur, sed pro z, ss ponebant, ut hilarissat: pro y vero i scribebant.* Priscianus: *Saepe pro z litteram s solemus geminatam ponere, ut patrisso pro πατρίζω, pitisso pro πιτίζω, massa pro μάζα.* Sic etiam *malacisso*, pro μαλακίζω, apud Plautum & Cassiodorum de Orthographia. & *tablissare* apud Diomedem e semigraeco ταβλίζειν. Porro vertisse Augustum Graecum λαχανίζειν, *betissare*, non mirum: nam λάχανον Atticis beta est. Legitur in veteri Glossario: *Vacillant*, λαχανίζει, βαμβαίνει. perperam. lego, λαχανίζειν, βαμβ. CASAUB. *Betizare* & *lachanizare*, quod non improbo, ut *colaphizare*. Et notandum, quod ait Isidorus, ante Augusti tempora y & z non fuisse in usu apud Romanos. Ergo ante Augustum dicebant Latini *lachanissare*, a λαχανίζειν, ut *comissari* a κωμάζειν, *pitissare* a πιτίζειν. Sub Augusto receperunt litteram Graecam ζ, & dicere coeperunt, *lachanizare*, *colaphizare*, & similia. SALMASIUS. *Betisare* Ed. Rom. pleraeque *betizare*. *Betissare* Casaub. & sequitur Scriver. in textu, sed in notis *betizare* praeferr, & hoc inter Augusti singularia ponit: verum hoc orthographiam spectaret, de qua nondum agit, sed de voce metaphorica a specie languidae rei, ut beta est, desumta, pro generali & propria *languere*. quare & Graevius in Edd. post. correxit *betissare* in *betizare*. eadem varietas in *lachanizare*. in Periz. & Ed. Rom. est *Laconizare*. *Lacanizare* Copes. Edd. Lugd. Junt. Ald. Arg. BURM.

Item fimus pro fumus: & domos genitivo casu singulari pro domus] Marius Victorinus de Orthographia lib. I. *Divus Augustus genitivo casu hujus domos meae, per o non ut nos per u litteras scripsit. Messala, Brutus, Agrippa, pro sumus, simus.* Mirari soleo, Priscianum, Velium Longum, Cassiodorum, aliosque artigraphos haec praetermisisse. CASAUB. Posito nempe O pro U, quod apud antiquos frequens, & in Pandectis Florentinis etiam saepe occurrit. In quibus etiam invenias, *domi meae, de domu, domuum, domus meas.* l. 39. ff. de Aur. & arg. leg. l. 41. §. 4. l. 61. l. 65. ff. de Leg. 3. l. 92. §. 2. cod. l. 32. §. 2. ff. de usu usufr. & red. GOESIUS. *Domus* Codd. Mem. Harlem. Copes. & Hulf. Vix animum inducere possum Augustum *domos* genitivo casu nullo exemplo scripsisse, & peccasse in omnes Grammaticorum canones. & Victorini aetate tamen ita lectum fuisse apparet; sed recte miratur Casaubonus silentium aliorum omnium Grammaticorum. nec potest patrocinium huic parari scripturae, quod in recto casu saepe *servos* & similia passim obvia in scriptis & lapidibus occurrant. ibi enim casus non est secundus. quare forte scripserit, *domuis*, pro *domus*, ut ita olim *fructuis* & similia dixerunt, de quibus Voss. de Analog. cap. XVII. sed nihil definio, & acutioribus haec excutienda relinquo. forte etiam quia *fimus* pro *fumus* praecedit, dixit *domis* pro *domus*, sive *domuis*. sed nec hoc valde placet. Cl. Dukerus ad Liv. III. 28. *domos* pro *domus* scripsisse eadem ratione, qua *jugom* pro *jugum* & similia scriberent alii. sed quum hoc passim fieret (vide supr. cap. XIV.) nihil inso-

 liti

Nec umquam aliter haec duo, ne quis mendam magis, quam consuetudinem putet. Notavi & in chirographo ejus illa praecipue: non dividit verba, nec ab extrema parte versuum abundantes literas in alterum transfert, sed ibidem statim sub-

siti in Augusti scriptura notare opus erat. & hic de genitivo agitur. BURM.

Non dividit verba,] Crassus error omnes pene libb. invasit, in quibus scriptum est *dividere.* nimis ἀπίθανως. CASAUB. *Non dividit,* ita omnino Pal. pr. nam sec. & tert. stant a vulgato *dividere.* GRUTER. *Non dividere* Codd. Periz. Harl. Edd. Rom. (quae & *transferre*) Venetae, Basil. & fere omnes, praeter Steph. Casaub. & recentiores; quae *dividit.* quod ex Mem. Codice, qui *dividite* habet, fluxit. *dividit* & Exc. Cujac.

In alterum] *In alteram* Exc. Cujac. non sequor. vid. ad Caes. LXXXI. & Claud. XXXVIII. debet vero subintelligi in *alterum versum.* apud Quinct. XII. I. *in hoc quota pars erit, quod innocentes tuebitur.* BURM.

Ibidem statim subjicit circumducitque] Circumductio haec, cujus hodieque usum retinemus, in scribendis saltem versibus, speciem majusculae litterae L. praebet. Servius ad tertiam Aeneidem: *Hi versus circumducti inventi dicuntur, & extra paginam in mundo.* & ita alibi. Monendi hic obiter antiquarii nostri erroris sui, qui cum in nummis hanc notam reperissent, nimis inepte illam sunt interpretati. putarunt esse literam Latinam pro Graeca Λ. deinde Λυκάβαντος ea littera notari divinarunt: quorum alterum ἀπίθανον, alterum nimis absurdum. Scilicet in numinis poëticae voces (qualem esse hanc vel Artemidori testimonio scimus) ab usu communi remotissimae sculpi solitae: ac ne sculpi quidem, sed notari litterula una: quod nunquam fiebat, nisi in notissimis vocibus & ad conjiciendum facillimis. putamus igitur notam illam in nummis, non litteram esse, sed circumductionem tantum quandam, cujus usus, quoties ambitus non capiebat omnes litteras. Nam in omnibus quos vidimus nummis, in medio sculptus is character pleno margine: prorsus in modum ejus circumductionis, de qua hic Suetonius loquitur. Tales nummi sunt hi: ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ ΛΔ. hoc est, τοῦ πολιτευ supple ἔτει. item, ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. Ο ΥΠΑΤΟΣ ΔΗ. ΕΞ. ΛΙΖ. id est, Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Ἀρχιερεὺς μέγας ὁ ὕπατος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τοῦ ἑξήκοντα καὶ δεκάτου, nempe ἔτει. Ita autem in multis nummis Graecis, Ο ΥΠΑΤΟΣ vel cum adjectione numeri, vel sine adjectione reperitur. Ac videtur quando numerus non est adjectus, intelligi proconsulare imperium, quod in Augustis erat perpetuum. De nota superiore legant studiosi, quae disserit Josephus Scaliger in libris de Emendatione Temporum. CASAUB. Ait Augustum in extrema lineae parte posteriores litteras vocis ultimae, quibus ponendis in eadem linea locus non erat, haud divisisse, ut fit hodie, sed vero continuo reliquis in margine adjecisse, &, ut ad lineam illam spectare viderentur, circumduxisse. Dabo exemplum, ut melius capiant Tyrones. Lineam rectam marginis loco fingo: reliquae abundantes litteras circumducunt

- - - - - - lega |tiones|

vel etiam sic - - lega |tiones

Hodie, & ut olim lineola affixa sic scribunt, *lega -- tiones.* eamque *divisionem* vulgo operae typographicae appellant, cum potius *connexio* dicenda sit: verba enim conjungit. Exemplo ex Augusti epistola deprompto res clarior fiet:

——— —— —— —— *Nos, mi Ti-* (*beri,*

Quinquatrus satis jucunde egimus. Lusimus enim per omnes dies, forumque aleatorum calfeci- (*mus,*

Frater tuus magnis clamoribus rem gessit, &c. Hec verae est Augusti scriptura, quae cum verbis Suetonii, & iis, quae ex Acyrano monumento alibi producimus, omnino congruit. A consuetudine enim vulgo in scribendo recepta, & nobis adhuc retenta, recessit Augustus, ac contrariam plane viam ingressus est. Vulgo a fine versus ad alterius initium abundantes litteras transferre mos erat. Ea divisio inmanis, & nimia & lectoribus molesta visa Augusto, ac idcirco improbata est. Ipse vero eisdem illis litteris statim ibidem in fine versus sequentis locum fecit, atque ita eas circumduxit, ut a reliquis non divisae aut avulsae, sed cum iis quam proxime cohaerere viderentur. BOXH. Epist. CLIX. praeter Boxhor-nium

subjicit, circumducitque. Orthographiam, id est, formulam rationemque scribendi 88 a grammaticis institutam, non adeo custodiit: ac videtur eorum sequi potius opinionem, qui perinde scribendum ac loquendum existiment. Nam quod saepe non literas modo, sed syllabas aut permutat aut praeterit, communis hominum error est. Nec ego id notarem, nisi mihi mirum videretur, tradidisse aliquos, legato eum consulari successorem dedisse, ut rudi & indocto, cujus manu *ixi* pro *ipsi* scriptum animadverterit. Quoties autem per notas scribit, *b* pro *a*: *c* pro *b*, ac deinceps eadem

nium de hoc loco egerunt Rupertus in Epist. ad Reinef. XLVIII. pag. 433. Tenzel. Colloq. menst. A. 1690. pag. 169. & nuper Gundeling. in Gundelingianis tom. II. dissert. V. §. 5. *abundantis* & mox *sequentis*. Memm. BURM.

88. *Orthographiam non adeo custodiit:*] Placuit haec securitas olim viris magnis. Porphyrius de Plotino scribit, nihil pensi eum habuisse, ut nitide aut eleganter scriberet: divisionem syllabarum neglexisse: orthographiae regulas parum curasse: ad solam denique mentem animum attendisse. ἔγραφε δὲ οὔτε εἰς κάλλος ἀποτυπούμενος τὰ γράμματα, οὔτε εὐσήμως τὰς συλλαβὰς διαιρῶν, οὐδὲ τῆς ὀρθογραφίας φροντίζων, ἀλλὰ μόνου τοῦ νοῦ ἐχόμενος. CASAUB. *Custodit* Memm. *Id est formulam rationemque scribendi*, glossatoris esse credo. certe vir doctus in Pulman. editione haec verba uncis incluserat. & centies talia, ubi per *id est*, aliquid explicatur, a mala manu esse notatum fuit. vid. Ferrar. ad Cicer. XIV. Philip. 4. Walker. ad Ciceron. I. de Nat. Deor. 9. 14. & 30. & alios ad III. Tuscul. 27. & Front. II. III. 4. quod in primis factitarunt male seduli, ubi vox Graecae originis occurreret, quam Latine vertere aut circumscribere necesse putarent. BURM.

Scribendum ac loquamur] *Ac loquendum* Codd. Periz. Harlem. Edd. Venetae tres, Lugd. Junt. Ald. Steph. Basil. Plant. Gryph. & aliae. *loquimur* Marg. Basil. & al. *existimant* Hulf.

Hominum] An non *omnium*? *permutare* syllabas est, quum scribimus *lapidicina* pro *lapicidina*, & similiter. *praeterire* est, quum contrahimus, ut *periclum*, *oraclum*, pro *periculo* & *oraculo*. hic est omnium fere error. si *hominum* legas videtur debuisse addere quorum: sed tamen nil mutemus: nam & Neron. XXXIII. *hominum gratia*. ubi vide. & ad Tib. LVII. Terent. Andr. V. VI. 3. *more hominum evenit*. ubi notat Donatus *hominum* abundare, ut & hic potest dici. alii *more ingenii humani* dicere solent. vid. ad Petron. cap. CXI. in Andr. I. I. 50. utrumque habet Terentius *ut ingenium est omnium hominum*. BURM.

Ixi pro ipsi] Atqui crediderim veteres vocem hanc *ipsi* mollius pronunciasse, ut *issi*. *x* autem littera duplex est, ac proinde sic scribebat consularis ille, ut loquebantur. Quare merito miratur Sueton. tradidisse aliquos Augustum inde offensum fuisse. TORR. Severe quidem Augustus: sed tamen quid isti in mentem venerat, ut *x* pro *ps* scriberet? an fuit insanus novitatis amor? nam ad Augusti fere tempora ignorata *x* littera fuit, si fides Isidoro: quod etsi merito suspectum, tamen inter legitimas litteras Romanis a plerisque tum non habitam certum est. Varro: *Litterarum partim sunt & dicuntur, ut A & B. partim dicuntur, & non sunt, ut H & X: partim sunt neque dicuntur, ut φ, ψ.* Ideo, ut Victorinus ait, *Nigidius in suis libris ea littera non est usus, antiquitatem sequens.* Et Augustus, ut hinc colligimus, eam gravatus est, praesertim tam alieno loco positam. Reperio & *sc* pro *x* in quibusdam dictionibus, ut apud Marcellum Empiricum, *ascella* pro *axilla* cap. XVIII. In veteribus monumentis mirum quam saepe aut ex fabrili imperitia, aut prava vulgi consuetudine & scribendi & pronuntiandi, litterae hujus sonus asperior sit factus adjectione sibili. Scribunt enim *dixserit*, *proxsumus*, *uxsor*, *exsigatur*. Simile est in antiquis libris *sancxerit*, & id genus. CASAUB.

Animadverterit.] *Animadvertit* Hulf. & Exc. Cujac.

Per notam] Melius MSS. duo *per notas*, ut Caes. cap. LVI. TORR. Ita membranae, non ut male vulgatum ante, *per notam*. Dio: Ἐπέστελλε δὲ καὶ αὐτοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς πάνυ φίλοις, ὁπότε τι δι' ἀπορρήτων σφίσι δηλῶσαι, τὸ δεύτερον ἀεὶ στοιχεῖον τοῦ τῷ ῥήματι συμπίπτοντος ἀντ' ἐκείνου ἀντεγγράφων. CASAUB. *Per notas* quoque Pall. tres, non *notam*. GRUT. *Notam* habent Codd. Periz. Harl. & Edd. Roman. & fere omnes veteres,

89 eadem ratione sequentes literas ponit, pro z autem duplex *aa*. Ne Graecarum quidem disciplinarum leviore studio tenebatur: in quibus & ipsis praestabat largiter, magistro dicendi usus Apollodoro Pergameno, quem jam grandem natu, Apolloniam quoque secum ab urbe juvenis adhuc eduxerat. Deinde etiam eruditione varia repletus, Sphaeri, Arei philosophi, filiorumque ejus Dionysii & Nicanoris contubernium iniit:

teres, praeter Bonon. Steph. usque ad Casaubonianam.

Pro z autem duplex aa] Male omnes libb. *pro x*. res ipsa arguit ultimam litteram intelligi: & ita recte scriptum in illa insipida & insulsa epistola, quam ἀδήλως plane Isidorus ut Augusti ad Cajum profert libro I. capite XXIV. CASAUB. *Pro x* omnes scripti nostri & editi, quod mutavit Casaub. *duplex A*. etiam, non *aa* Rom. Venetae, Bon. Lugd. Junt. Steph.

89. *Apollodoro Pergameno*,] Hunc Caesaris Augusti Apolloniae praeceptorem fuisse, praeter Eusebium in Chronicis, auctor est etiam Quinctilian. initio lib. III. & Augusti gratia claruisse eundem scribit Strabo lib. XIII. Ab hoc secta Apollodorea inter Rhetores initium sumpsit. De Apollonia autem ante diximus cap. VIII. TORR. Quintilianus lib. III. *Apollodorus Pergamenus praeceptor Apolloniae Caesaris Augusti fuit*. plura de hoc Strabo. CASAUB.

Eruditione varia repletus Sphaeri,] *Repletus*, *Sperarei philosoph. &c. contubernio* legitur in V. C. non ut in vulgatis, *contubernium iniit: non tamen* &c. nam pendet sententia a verbo *usus*, quod supra positum est. Pro *sperarei*, ut videtur, corrupto nomine fortasse *Sphaeri* scribendum, de quo Dio lib. XLVIII. URSIN. Hoc est, φιλολογίαν καὶ πολυμάθειαν ἀσκήσας, doctore Sphaero. Hoc vult Tranquillus, quod pauci observarunt: Augustum in eloquentia Graeca usum praeceptore Apollodoro, in philologia Sphaero, in philosophia Areo & filiis ejus. Appello φιλολογίαν historiae & rerum antiquarum cognitionem literasque humaniores; quas qui tenent *eruditi* proprie vocantur, ut docet M. Tullius. Inde Suetonio φιλολογία, *eruditio varia* nuncupatur, ut hic: vel ἁπλῶς *eruditio*. Lib. IV. *E disciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiae plurimum attendit*. Sphaerum hunc eumse esse, quem Dio Octavii libertum & paedagogum nominat, quemque ab eo publico funere elatum notat lib. XLVIII. non dubitandum. CASAUB. *Contubernium iniit* agnoscunt plane Pall. tres. at priora varie exprimunt. nam primus, *spetarei Philosophi*. sec. *Philosophi & sperarei Philosophi*. GRUT. Legendum ex vestigiis veteris codicis, *eruditione varia repletus, ut Arei philosophi, filiorumque ejus Dionysii & Nicanoris contubernium*. Nam membranae non habent, *iniit*. Et Sphaerus ille philosophus nihil ad Augustum. SALMAS. *Sper Arei* Memm. *eruditione etiam varia repletus seperarei* Exc. Cujac. in quibus *iniit* deerat. *sperarei contubernium iniit* Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. & omnes fere usque ad Casaubonum, nisi quod *sperarei* Basil. poster. Junt. Ald. Gryph. Plant. *speraret* Lugd. *sperarei &c. contubernio: non* Steph. & ita Lipsius notaverat abjecto *iniit*. in Copes. deerant *sphaeri Arei*, & legebatur *repletus Philosophi* &c. In Ursini notis *eruditione vana* legitur, sed vitio operarum, ut saepe in illis notis, quare notam Scriverii non meretur. J. Gronov. probat Salmasii emendationem, *repletus per Arei &c. contubernium*. nam unde Cl. Graevius *ut Arei* petiverit nescio, & unde sensum commodum exire negavit, nisi addatur *iniit*, hoc modo, *repletus, ut* (id est postquam) *Arei &c. contubernium iniit*. sed rectius ut Gronovius exhibet. *per* autem pro *sper* recte repositum: nam litera *s* adhaesit ex ultima verbi *repletus*. De Areo vide Meibom. Maecenat. cap. XVIII. Jonss. Hist. Phil. III. I. Cren. parte VIII. Animad. Philol. pag. 162. BURM.

Sperarei philosophi,] Sic MSS. omnes, aut *Sperarei*. Sabellicus *Araei* legit, quod Quinctilian. ubi de Apollodoro scribit, etiam Araei meminerit. Verum is rhetor fuit. Alterius vero Arei, sive Arii, philosophi, cujus amicitiae Caesar Augustus Alexandriam ingressus multorum civium & vitam & bona condonarat, celebrem mentionem facit Plutarch. Politicis, & in vita Antonii, Dion quoque lib. LI. & Seneca lib. de Clementia. Addit Dion, Augustum olim ejus in philosophia opera & conversatione usum fuisse, eundemque hoc no-

iniit: non tamen ut aut loqueretur expedite, aut componere aliquid auderet. Nam & si quid res exigeret, Latine formabat, vertendumque alii dabat. Sed plane poëmatum quoque non imperitus, delectabatur etiam comoedia veteri, & saepe eam exhibuit spectaculis. In evolvendis utriusque linguae auctoribus, nihil aeque sectabatur, quam praecepta & exempla publice vel privatim salubria: eaque ad verbum excerpta, aut ad domesticos, aut ad exercituum provinciarumque rectores,

nomine commendat iterum una cum Athenodoro lib. LIII. Et fortassis is ipse est, cui opus suum tunc florens Dioscorides dedicavit. Sed & Sphaerum, Augusti libertum, eundemque paedagogum, quem defunctum publico extulit funere, idem Dion commemorat lib. XLVIII. Quae cum ita sint, nihil equidem dubito, quin hunc Suetonii locum sic restituam, *eruditione varia repletus, Sphaeri, Arei philosophi, filiorumque ejus, Dionysii & Nicanoris, contubernium iniit. Contubernium ejus iniisse* dicit, quem perpetuum sibi comitem assumpsit Augustus, secretorum omnium conscium. sic enim de Areo Seneca Consolatione ad Marciam cap. IV. Sphaeri quidem philosophi, bene in primis definientis, meminit Cicero Tuscul. IV. verum is, patria Borysthenites de repub. Laconica libros scripsit, & Cleonem instituit. Auctor Plutarch. Quare ad Augusti tempora referri nequit. TORR. In quibusdam libb. *contubernio* sine voce *iniit:* quam nec codd. Lislaei, Pithoei, & Ursini agnoscunt. exstat tamen in Viterb. & plerisque aliis: sed insolens merito videatur genus loquendi, *contubernium alicujus inire*, pro adsciscere in suum contubernium, vel contubernio suo admovere: nam ita potius dicendum erat, ut lib. III. cap. 14. *Thrasyllum ut sapientiae professorem contubernio admoverat.* Augusti & Arei amicitiam & συμβίωσιν celebrant plurimi scriptores, Strabo, Seneca, Plutarchus, Dio, Themistius, & Julianus, cum in Caesaribus, tum in epistola ad Alexandrinos. CASAUB.

Si quid res exigeret,] Ut cum Alexandriae Graecam orationem habuit, cujus Dio meminit lib. LI. CASAUB.

Comoedia veteri,] Cujus principes Horat. uno versu complexus est: *Eupolis, atque Cratinus, Aristophanesque poëtae.* Vide Quinctilianum lib. X. CASAUB.

Et saepe] *Sed saepe eam comoediis publicis exhibuit* Codd. Copel. & Hulf. nisi quod hic *& saepe.* etiam *spectaculis publicis* Exc. Cujac.

Sectabatur] *Spectabat* in margine Anton. Gryph. quod natum ex compendiaria scriptura, quae in editionibus veteribus adhuc conspicitur, *sectabat* ultimis literis *ur*, per notam communem exprimens. neque tamen repudio: nam & Lipsius adscripserat margini, nescio an probans, an diversitatem notans. Graevius certe in prima editione exhibuit, sed nihil in notis monuit. mihi vero pro *sectabatur*, quod magis ad vitae institutionem pertinet, *spectabat*, quod legentis & excerpentis curam ostendit, placet. sic Cicer. I. Tusc. 14. *Quid spectans, nisi etiam postera secula ad se pertinere.* plura videbis in notis ad Ovid. III. Amor. II. 28. & VI. 103. Edd. Romana Venet. & plures ex veteribus etiam, *quam exempla & praecepta.* BURM.

Eaque ad verbum excerpta, aut ad domesticos,] Haec fuit olim consuetudo virorum magnorum, qui in rebus agendis ea exercebant, quae prius in umbra & otio legerant & didicerant. Polybius Romae Demetrium Seleuci F. fugam ex urbe meditantem, atque in ipso rei articulo cessantem increpiturus, mittit illi pittacium, in quo ad verbum hae gnomae erant descriptae, nihil amplius:

Ὁ δρῶν τὰ τοῦ μέλλοντος οὐχὶ φέρων
Εἷς ὁ θεὸς νύξ. τοῖς δὲ τολμῶσι τὰ πλέον.

Τόλμα τι, κινδύνευσον, ἀποτύγχανε,
Ἐπίτυχε, πάντα μᾶλλον ἢ σαυτὸν πρόου.

Νῆφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν.

Prorsus ad hoc exemplum erant Augusti libelli. At eruditissimus ille vir, qui fragmenta Polybii edidit, versus hos esse non videtur attendisse: qui etiam in eo peccat vehemente, quod πιττάκιον germanissimam vocem Polybii, ter in πίνακα vertit: nam hujusmodi tabellas, qualis haec Polybii, & Augusti, quas Tranquillus commemorat, Graeci πιττάκια vocant: estque ea vox non infrequens in libris prudentum, & aliorum scriptorum Graecorum ac Latinorum. Petronius Arbiter, cap. XXXIV.

res,

res, aut ad urbis magistratus plerumque mittebat: prout quique monitione indigerent. Etiam libros totos & senatui recitavit, & populo notos per edictum saepe fecit: ut orationes Q. Metelli *De prole augenda*, & Rutilii *De modo aedificiorum*: quo

XXXIV. *Statim allatae sunt amphorae vitreae diligenter gypsatae, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo:* FALERNUM OPIMIANUM ANNORUM CENTUM. Pittaciis, de quibus loquitur Polybius, similes erant illae, e philyra tabellae, quarum in voce Μάρκιμος Suidas meminit. CASAUB. *Excepta* Codd. Harlem. Hulf. & a m. f. Periz. Ed. Venet. pr. sed hoc magis convenit audienti, quam legenti, & evolventi auctores. vide Schel. ad auctorem Dialog. de Orator. cap. XXII. apud quem & cap. XXVI. commutata haec verba videbis. ceterum Casauboni ad h. l. notis adde quae idem adnotavit ad Spartiani Sever. cap. XXI. BURM.

Aut ad exercituum] *ad* deest Copef. *ad exercitum* Cod. Harlem. Exc. Cujac. & marg. Gryphii, quod admodum blanditur: sic in Claud. XXIV. *legatis consularibus simul cum exercitu triumphalia darentur.* & supr. cap. XII. *duces & exercitus consentire pro partibus.* BURM.

Orationes Q. Metelli] De his cap. XXXIV. TORR. Praeter A. Gellium, Florus in epitomo Livii lib. LIX. *C. Metellus censor censuit, ut ducere uxores omnes omnino cogerentur liberorum creandorum caussa. exstat oratio ejus: quam Augustus Caesar, cum de maritandis ordinibus ageret, velut eo tempore scriptam, in senatu recitavit.* Fuit censor anno U.C. DCXXIII. CASAUB. *Q.* omittit Copef. qui & *Rutili. orationesque Metelli* Hulf. *Orationes quae Metelli* Venet. pr. *de prole agenda* Exc. Cujac.

Rutilii de modo aedificiorum:] Beroaldus Rutilium de architectura scripsisse existimat, adducens Martialis versum lib. V. 57. *famae Rutilium suae relinquat.* Atqui ut hoc verum sit, nihil ad rem. Verisimile est P. Rutilium Rufum, toties a Cicerone laudatum, cum homo doctus ac philosophiae deditus fuerit, atque idem exemplum innocentiae, quo nemo integrior esset in civitate, neque sanctior, (haec enim omnia de illo Cicero libro I. de Oratore cap. 55.) aut scripsisse, aut etiam habuisse sive in senatu sive ad populum, orationem de Modo Aedificiorum, quo luxus inhiberetur & incendiis obviam iretur. Idem, ut multae erat operae multaeque industriae, etiam tractandorum armorum meditationem militibus primus tradidit. sic enim Val. Max. lib. II. cap. III. Augustus igitur Q. Metelli, & P. Rutilii orationibus fretus, & conjugia suasit, & aedificiis modum imposuit. De conjugiis ante dictum. De aedificiis probat Strabo lib. V. constitutum ab eo referens, ne aedes altius pedes LXX. tollere liceret. Trajanus postea, si Sex. Aurelio credimus, ad pedes LX. reduxit. Addam Ulpianum l. I. De operis novi nunciatione. scribit enim, *si quid contra leges edictave Principum, quae ad modum aedificiorum facta sunt, fiat, novum opus nunciari posse.* Adde & Plinium lib. XXXV. cap. XIV. TORR. De Rutilio nihil ad ea, quae diligenter annotarunt Jacobus Cujacius in secundo Observationum, & Torrentius, possumus addere: nam omnino quod certum sit, eruere nihil queas. Solitas vero etiam de hujusmodi rebus haberi ad populum conciones, indicat locus Frontini de Aquaeductibus: Sect. LXXVI. *Ac de vitiis ejusmodi*, inquit, *nec plura nec meliora dici possunt, quam a Caelio Rufo dicta sunt in ea concione, cui titulus est de Aquis.* Videntur & Catonis Censorii pleraeque orationes, quarum praeter indices nihil fere superest, non dissimilis argumenti fuisse. Porro legis hujus de modis aedificiorum necessitatem, nemo melius exprimit Aristide Sophista, oratione εἰς Ῥώμην, cujus verba libet apponere: Καὶ ὥσπερ τις ἀνὴρ πολὺ νικῶν τοὺς ἄλλους μεγέθει τε καὶ ῥώμῃ, οὐκ ἀγαπᾷ μὴ καὶ ἄλλους ὑπὲρ αὐτὸν ἀράμενος φέρειν. οὕτω καὶ ἥδε ἐπὶ τοσαύτης τῆς γῆς ᾠκισμένη οὐκ ἀγαπᾷ, ἀλλ' ἑτέρας ἰσομέτρους ὑπὲρ αὐτῆς ἀραμένη, φέρει ἄλλας ἐπ' ἄλλαις. ὡς ἄρα ἐπώνυμον αὐτῇ τ' ὄνομα, καὶ οὐδὲν ἀλλ' ἢ ῥώμη τὰ τῇδε. ὥστ' εἴ τις αὐτὴν ἐθελήσειε καθαρῶς ἀναπτύξαι, καὶ τὰς νῦν μετεώρους πόλεις ἐπὶ γῆς ἐρείσας θεῖναι ἄλλην παρ' ἄλλην, ὅσον νῦν Ἰταλίας διαλεῖπόν ἐστιν, ἀναπληρωθῆναι τοῦτο πᾶν ἂν μοι δοκεῖ, καὶ γενέσθαι πόλις συνεχὴς μία ἐπὶ τὸν Ἰόνιον πόντον. Quae verba propter summam elegantiam verterem Latine, nisi id doctissimus vir Guilelmus Canterus, cui vitam ille auctor debet, jam fecisset pari fide atque elegantia; ejus interpretationem tironum caussa subjicere non pigebit: *Sicut vir aliquis qui caeteris magnitudine ac robore multum praestet, alios quoque in se*

quo magis persuaderet, utramque rem non a se primo animadversam, sed antiquis jam tunc curae fuisse. Ingenia seculi sui omnibus modis fovit. Recitantes & benigne & patienter audiit: nec tantum carmina & historias, sed & orationes & dialogos. Componi tamen aliquid de se, nisi & serio, & a praestantissimis, of-

se sublatos ferre gaudeat, eodem modo & haec, cum tantum terrae spatium contineat, non tamen quiescit, antequam & alias aequales sibi superimpositas urbes, alteram super alteram ferat, ut ejus fert nominis ratio: totumque, quod hic videmus, robur est. Quocirca si quis eam diligenter vellet evolvere, & quae nunc in sublimi sunt urbes, humi juxta se invicem deponere, existimarem fore, ut omnis Italiae reliqua pari compleretur, atque una urbs ad Jonium usque mare continua protenderetur. CASAUB. Vid. Brissonii Antiq. Select. I. cap. I.

Audivit] *Audiit* Cod. Memm. Ed. Steph. & ita cap. XCIII. omnes fere, ut & alibi.

Et historias] *Et historia* Exc. Cujac.

Sed & orationes & dialogos.] Orationes recitari quibusdam olim non probatum, ut docet Plinius epistola XVII. libri VII. Poëmatum potius & historiarum solebant τὰς ἀναγνώσεις ποιεῖσθαι, quemadmodum Athenaeus alicubi loquitur. ideo auctor φιλεργίαν Augusti notandam duxit: qui etiam orationum & dialogorum recitationibus interesset. CASAUB.

Nisi & serio & a praestantissimo, offendebatur] Norat hunc animum Caesaris Ovidius, cum caneret ex Pont. I. 28.

> *Denique Caesareo, quod non desiderat ipse,*
> *Non caret e nostris ullus honore liber.*

Idem poëta alibi factum suum defendit, quasi excusatione opus esset, quod toties Augusti laudes attingeret. IV. Trist. IV. 13.

> *Ipse pater patriae (quid enim civilius illo?)*
> *Sustinet in nostro carmine saepe legi.*
> *Nec prohibere potest: quia res est publica Caesar.*
> *Et de communi pars quoque nostra bono est.*
> *Jupiter ingeniis praebet sua numina vatum,*
> *Seque celebrari quolibet ore sinit.*

Quare haec dicat poëta, nemo satis intelligit, qui horum Suetonii verborum non sit memor. potest eodem referri & illud Horatii in epistola ad Augustum II. Ep. I. 257.

> —— *Sed neque parvum*
> *Carmen majestas recipit tua, nec meus audet*
> *Rem tentare pudor, quam vires ferre recusent.* CASAUB.

Admonebatque] *Admonebat* Copes.

Nomen suum commissionibus obsolefieri.] *Committere* est duos, pluresve in certamen conjicere. Nec solum de athletis, aut gladiatoribus, sed de mimis etiam, oratoribusque, ac poëtis dicitur. Sueton. sup. cap. XLV. *committere cum Graecis.* Virgil. Aeneid. V. 113.

> *Et tuba commissos medio canit aggere ludos.*

Et eleganti tralatione Catullus Epithalamio:

> *Quare nunc animos saltem committite vestros.*

Nec minus eleganter Veget. lib. II. cap. VII. *Tubicines, cornicinesque & buccinatores committere praelium* dixit, hoc est, lib. VI. Aen. 165.

> *Aere ciere viros, Martemque accendere cantu.*

Et nove quidem, sed venuste Ulpian. l. I. Si quadrupes pauperiem fec. dicatur, *Cum arietes, vel boves commisissent*, absolute, pro concitassent. Hinc ergo *commissiones* apud Plinium lib. VII. Epist. 24. & Macrobium lib. II. cap. VII. ac Suetonium hic. monitos enim ab Augusto praetores scribit, ne super iis quae ad ipsum pertinerent, poëtae temere committerentur. Simile verbum *componere*. Unde *compositiones gladiatorum* apud Ciceronem lib. II. epist. ad Coelium. De recitationibus vero infr. Claud. cap. XLI. TORR. An quod *committere* & *commissio* verba ludicra sunt & scenica? *committere* enim *ludos*, exhibere est, & *commissio ludorum* ipsa exhibitio dicitur. Cicer. Epist. ad Q. Fratr. *Haec scripsi, quo die ludi committebantur*. & alibi, *Tecumque ago, ut ab ipsa commissione ad me scribas, quemadmodum accipiantur hi ludi.* URSIN. *Commissiones* sunt, quas Graeci dicunt δείξεις, ἐπιδείξεις, vel ἀγῶνας. Tertullianus adversus Gnosticos: *Ita ab aevo dignissimum creditum est studiorum experimentum, committere artes, corporum & vocum praestantiam expendere, praemio indice,* sp-

offendebatur: admonebatque Praetores, ne paterentur nomen suum commissioni-
90 bus obsolefieri. Circa religiones talem accepimus. Tonitrua & fulgura paullo infirmius expavescebat: ut semper & ubique pellem vituli marini circumferret, pro remedio: atque ad omnem majoris tempestatis suspicionem, in abditum & concameratum locum se reciperet: consternatus olim per nocturnum iter transcursu
91 fulguris, ut supra diximus. Somnia neque sua, neque aliena de se, negligebat. Phi-

spectaculo judice, sententia voluptate. Juvenalis 1. Sat. 162.

Securus licet Aeneam Rutilumque ferocem
Committas.

Auctor antiquus, qui scripsit vitam ejus poëtae, qui fortasse Suetonius ipse est: *Et tamen diu ne modico quidem auditorio quicquam committere est ausus, mox magna frequentia magnoque successu bis ac ter auditus est.* committebant autem vel in loco privato, hoc est, in auditorio, lib. v. cap. 41. *Cum primum frequenti auditorio commisisset, aegre perlegit.* vel in loco publico, puta odeo, theatro, amphitheatro, basilicarum aliqua, vel Atrio libertatis, & similibus locis. De his commissionibus loquitur Tranquillus, maxime de iis, quae in theatro vel amphitheatro: nam hae sunt, quae pertinuerunt ad curam praetoris, qui ludis praeerat. Observandum est, *commissiones* opponi a Suetonio seriis scriptis. Sic prorsus in Plinii Panegyrico cap. LIV. *commissionibus seria carmina* opponuntur. Locum vide: est enim isti par & geminus. Nam qui legunt apud Plinium *comessationibus*, falli eos nullus dubito. CASAUB.

90. *Circa religiones talem accepimus.*] *Religio* Latinis dicitur & θρησκεία, sive pietas, & δεισιδαιμονία, sive meticulosa observatio eorum, quae a diis praedici videbantur. De Augusti pietate erga deos indicavit supra, cum de ejus pontificatu scriberet. nunc de ejusdem δεισιδαιμονίᾳ, sive superstitione agit. CASAUB. *Relegiones* Memin. & ita semper. sic mox *neglegebat.* *regiones* Exc. Cujac. *extimescebat* marg. Basil.

Pellem vituli marini] Idem de Severo tradit Spartian. Tiberius vero, & ipse tonitrua praeter modum expavescens, lauream pro remedio cervice gestabat. Rationem adfert Plin. lib. II. cap. LV. quod neque lauri fruticem, neque id solum animal ex omnibus marinis fulmen attingit. TORR. Magicae hujus vanitatis & persuasionis ineptae, quae olim mentes omnium tenuit, testes praeter Plinium & Spartianum in Severo, Plutarchus Symposiac. libro v. problemat. IX. ubi eadem vis inesse & ficis traditur. Geoponicorum auctor libro I. cap. de Grandine, & in simillimo argumento Palladius lib. I. cap. XXXV. CASAUB.

Abditum & concameratum locum] Duo codd. *concavernatum*. Verbum quidem insolens, sed non indignum Suetonio, & rei de qua agit aptissimum. sic enim de fulmine Plin. lib. II. cap. LV. *Neque unquam quinque altius pedibus descendit in terram. Ideo pavidi altiores specus tutissimos putant.* TORR. *Concamaratum* Memin. vid. Neron. XXXIV. & ad Phaed. IV. XXIV. 29. *concavernatum* Ed. Rom.

Ut supra diximus.] Liber opt. *ut praediximus*, cap. 29. TORR. *Ut praediximus* Copes. & Exc. Cujac. & marg. Basil. ita utitur Vellej. Paterc. sed saepe etiam a librariis has formulas insertas notavit Raphel. ad Vellej. I. IV. I. *supra diximus* Latinius est, Sallustio usitatum. vid. Wasii notas ad Jugurth. XXXVIII. BURM.

91. *Somnia neque sua neque aliena de se, negligebat.*] Οὐκ ἀπηξίου. Hippocrates de se, οὐκ ἀπηξίωσα τὰ ἐνύπνια. sed ille de suis loquitur: Augustus etiam aliena de se curabat. Sic olim solitum fieri ab hominibus superstitiosis: non enim tantum ad sua somnia attendebant, sed etiam aliena de se. Ex ea superstitione ortus mos, ut qui de re publica aliquid somniassent, id susque deque non haberent, sed notum omnibus facerent, vel praeconis voce, vel proposito pittacio, quo id contineretur. Artemidorus lib. I. cap. II. Ἀλλὰ φασὶν ὅτι ἤδη τοῖς ἰδιώταις ἐπὶ πάντας οἶδεν ὀνείρους δημοσίους, ὡς ἀπαγγείλαντες, ἢ γράψαντες καὶ προθέντες ἐπεδείξαντο, τοῖς πᾶσι ἀποδιδόντες ἰᾶσθαι τοὺς ὀνείρους. Meminit & Apollonius in Admirandis historiis, ejus moris, nisi fallit memoria. CASAUB.

Egredi tabernaculo] *Tabernaculum* Codd. Periz. & Harlem. Et Edd. a Romana omnes. *tabernaculo* in Casauboniana primum vidi, & hinc

Philippensi acie quamvis statuisset non egredi tabernaculum, propter valetudinem; egressus est tamen amici somnio monitus: cessitque res prospere, quando captis castris, lectica ejus, quasi ibi cubans remansisset, concursu hostium confossa atque lacerata est. Ipse per omne ver plurima, & formidolosissima, & vana, & irrita videbat: reliquo tempore rariora, & minus vana. Quum dedicatam in Capitolio aedem Tonanti Jovi adsidue frequentaret, somniavit queri Capitolinum Jovem, cultores sibi abduci: seque respondisse, Tonantem pro janitore ei adpositum: ideoque mox tintinnabulis fastigium aedis redimivit, quod ea fere januis dependebant. Ex nocturno visu etiam stipem quotannis die certo emendicabat a po-

hinc recentiores. nos antiquam lectionem reduximus. vid. Phaedr. IV. XVI. 17. & supr. cap. XIV. BURM.

Medici somnio monitus:] Sic Dion, sic Vellejus II. 70. sic Valer. Maximus. Medicum etiam Artorium vocant, quo tunc Augustus utebatur. Omnes tamen lib. MSS. *amici* legunt. At contra Caes. cap. IV. pro *amico*, *medico* legitur. Potuit autem hic Artorius honoris causa, quanquam medicus esset, in amicorum cohorte censeri, ne ab aliis quos dixi, Plutarch. dissentiat. is enim amicum vocat. Huc etiam spectat quod Augustum somnio monitum Ephesiis restituisse Apollinem, ab Antonio sublatum, narrat Plin. lib. XXXIV. 8. TORR. Satis ad librum primum cap. IV. eorum retudimus audaciam, qui hoc loco invitis omnibus libris *medici* pro *amici* παρεισήρθωσαν. Appianus Ἐμφυλ. lib. IV. ex ipsis Augusti commentariis, de vita sua obscurius narrat: quare ex aliis historicis lux facienda. CASAUB. *Amici*, Haud aliter Pall. nostri, non *medici*, uti antea vulgabatur, nolentibus libris manu exaratis, atque adeo editionibus exoletis. GRUT. *Medici* Edd. Basil. Gryph. Plant. & recentiores. vide Patin. ad monum. Artorii pag. 438. & Demster. ad Rosin. Antiq. II. 17. Hujus filium fuisse *M. Artorium Vicasium*, qui memoratur in Lapide Doniano pag. 254. n. 120. credit Gorius. sed nullo argumento, nisi quod lapis *Valeriae* dicatur, quam Messalinam Claudii uxorem esse putat. Apud Gruter. CXXXI. occurrit, *M. Artorius Priscus Vicasius Sabidianus*. BURM.

Lacerata] *Lacera* Hulf.

Ipse per] *Ipse e per* Memm. quod pro *etiam* capiebat Salmasius.

Formidolosissima] Melius in MS. *formidolosa*. TORR. Ἀπαίσια & δεινά, & ut vocat Hippocrates ἀπόμορφα. ea sunt somnia naturalia quidem: sed quae exhibeant rerum species & σὺν ὄψει, ac proinde terribiles. TORR.

Irrita] *Irritata* Harlem.

In Capitolio aedem] *In Capitolino aede* Exc. Cujac.

Tintinnabulis fastigium ejus redimivit] Dio simpliciter κώδωνα αὐτῷ περιῆψε, nempe Jovi Capitolino. Sed puto legendum κώδωνας. nempe oculis subjiciunt veteres nummi, qui hodieque exstant & a doctis viris sunt expressi. CASAUB. *Redimiit* Memm. Copes. *redimit* Hulf.

Januis dependebant.] Ut eorum nempe sonitu janitores, qui catenis vincti januas servabant, excitarentur. Vide Dionem. TORR. In sedibus magnatum amplis & spatiosis usus tintinnabulorum fuit. Dio ait illis usos τὰς τῶν συνοικιῶν νύκτωρ φυλάσσοντας, hoc est, custodes insularum & vastarum aedium, quas habuere Romani proceres. Glossarium: *Insula*, νῆσος, συνοικία. sed & ad alia utebantur. Lucianus de Mercede conductis indicat, ita familiae signum dari solitum ad evigilandum: Ἔωθέν τε ὑπὸ κώδωνι ἐξαναστὰς ἀποσεισάμενος τοῦ ὕπνου τὸ ἥδιστον συμπεριθεῖν ἄνω καὶ κάτω. Ibidem aliquanto post: Ἐπὶ αὐτῷ τούτῳ διαλογιζόμενος, ὁ κώδων ἤχησε, καὶ χρὴ τῶν ὁμοίων ἔχεσθαι καὶ περινοστεῖν. De hoc signo, vel tuba, qua etiam utebantur, Seneca epistola XCV. *Transeo pistorum turbam, transeo ministratorum, per quos signo dato ad inferendam coenam discurritur.* Idem de Brevitate vitae: *Quanta celeritate signo dato glabri ad ministeria decurrunt.* CASAUB.

Ex nocturno visu etiam stipem quotannis die certo emendicabat] Hinc in veteribus inscriptionibus in sacra via Romae repertis est: (Grutar. p. LXI. I.)

IMP. CAESAR. DIVI. F. AUGUSTUS
PONTIFEX. MAXIMUS.
IMP. XIII. COS. XI. TRIB. POTEST. XV.

EX. STIPE. QUAM. POPULUS. ROMANUS.
ANNO. NOVO. ABSENTI. CONTULIT.
NERONE. CLAUDIO. DRUSO. COS.
T. QUINCTIO. CRISPINO.
VOLCANO.

Item in Fragmento:

. . . .
EX. STIPE. QUAM. POP. . . .
KALENDIS JANUAR. . . .
C. MARCIO. CENSORINO COS.
C. ASINIO. GALLO.
. . . .

Item

LARIBUS. PUBLICIS. SACRUM.
IMP. CAESAR. DIVI. F. AUGUSTUS.
PONTIFEX. MAXIMUS.
TRIBUNIC. POTESTAT. XVIII.
EX. STIPE. QUAM. POPULUS. EI.
CONTULIT. K. JANUAR. APSENTI.
C. CALVISIO. SABINO. L. PASSIENO. RUFO. COS.

F. URSINUS. Dio notat lib. LI. extremo. cave confundas cum ea stipe, quam strenae nomine solitam eidem conferri ante dictum. CASAUB. Vid. supr. ad cap. LVII. *quodannis* Memm.

A populo] *E populo* Memm.

Cavam manum asses porrigentibus praebens.] Gestu plane & more mendicorum: ita enim oportuit ad exorandam Nemesin. Eam deam formidabant, ut comitem perpetuam rerum laetarum περὶ ὧν εὐτυχοῦμεν: quare ut ejus tela effugerent, ipsi sibi propriae felicitatis quasi cumulum diruebant. Multa Plutarchus de hac veterum opinione philosophatur, & in Camillo, & in Aemilio Paulo, & in Apophthegmat. & alibi. Propterea quae supra modum laeta erant, ea rerum tristissimarum mentione temperabant. Sic triumphantibus a tergo adstabat in eodem curru servus publicus, qui coronam illam auream immensi ponderis & amplitudinis sustinebat, & simul attendere triumphantem ad ultimi supplicii instrumenta currui appensa jubebat. Illa erant tintinnabulum & flagellum. Ἐκδωκεν, inquit Zonaras, ἵνα ἢ δυστυχήσῃ αὐτὸν δεῖα, ἀεὶ περὶ αἰκισθῆναι, ἢ καὶ θανατωθῆναι ἔσεσθαι, id quod Horatio illi, qui Curatios occidit, evenit. Et fortasse dedit is casus originem isti consuetudini. Tangit hunc morem & Tertullianus Apologetici cap XXXIII. Nota sunt, quae de Epaminonda victore narrantur non solum ab historicis, verum etiam ab Isidoro Pelusiota, epistola LXXIV. Non alia ratio est, cur Augustus Urbis & Orbis dominus mendici personam semel in anno assumeret. Sic enim θεῶν νέμεσιν, & ut loquuntur veteres, Deûm invidiam se evitaturum sperabat. Ideo notat Suetonius *de cava manu*. Ita manum componere proprium est stipem *emendicantium*: quo verbo etiam Suetonius utitur, item Dio, ὡς ἐν ἀγυρτείᾳ. Balsamo in Photii Nomocanonem: Τὸ αἰτοῦντα καὶ λαμβάνοντα ἀγυρτὸς ἔφαγεν ὁ Χρηστὸς, συγχωλαίνειν τοῦτο τὴν χεῖρα. hominibus liberis & honestis cavare manum etiam, cum aliquid acciperent, probro vertebatur. Eucrates vetus comicus in Antilaide loquens de Laide anu & omnibus spreta:

> Οὕτω ἢ πτωχῶς γέγον', ὦ φίλτατε,
> Τ' ἀργύριον ἐκ τ' χειρὸς ἤδη λαμβάνει.

Sententiam pluribus ibi declaravimus. Ammianus Marcell. lib. XVI. cap. v. *Inductis quadam solemnitate Agentibus in rebus in consistorium, ut aurum acciperent, inter alios quidam ex eorum consortio non, ut moris est, expansa chlamyde, sed utraque manu cavata suscepit; & Imperator, Rapere, inquit, non accipere sciunt Agentes in rebus.* Hinc est quod Ruffini praefecti praetorio Orientis sub Honorio manus post ejus caedem per novam Romam ita formata ludibrii caussa est circumlata. Historia exstat apud Hieronymum & Zosimum. sed quod diximus de cavata manu, unus exprimit Claudianus in ejus caede II. in Ruf. 436.

> *Dextera quin etiam ludo concessa vagatur*
> *Aera petens, poenasque animi persolvit avari*
> *Terribili lucro, vivosque imitata retentus*
> *Cogitur adductis digitos inflectere nervis.*

Elegantissime poëta *cavam manum*, quam Graeci κοίλην χεῖρα vocant, circumloquitur. Simul ostendit, avaro & αἰσχροκερδεῖ solitam objici cavam manum: quod Graeci dicere solent ὑπέχειν τὴν χεῖρα τοῦ λήμματι. Libanius progymnasmate contra proditorem: Περιτρέχων ὑπέμενε χεῖρα τὴν ... ὑπέχει τὴν χεῖρα τοῦ λήμματι. & de avaritia Atheniensium citat proverbiale dictum Graecorum: Τὴν χεῖρ' ὑπέχει κἂν ἀποθνήσκων Ἀττικός. *Atheniensis vel moriens cavat manum.* Seneca Naturalium lib. IV. *In tanto avaritiae certamine nunquam suppositam manum lucro.* Vide Suetonium in Vespasiano, cap. XXIII. Explicavimus pluribus caussam hujus mendicationis Augusti cava manu factae: qua non intellecta vix est, ut quisquam facile in animum inducat rem factam fuisse:

cum

populo, cavam manum asses porrigentibus praebens. Auspicia & omina quaedam 92 pro certissimis observabat. Si mane sibi calceus perperam, ac sinister pro dextero, induceretur, ut dirum: si terra marive ingrediente se longinquam profectionem, forte rorasset, ut laetum, maturique & prosperi reditus. Sed & ostentis praecipue movebatur. Enatam inter juncturas lapidum ante domum suam palmam in compluvium deorum Penatium transtulit: utque coalesceret magno opere curavit. Apud insulam Capreas, veterrimae ilicis demissos jam ad terram languentesque ra-

eum tamen Suetonius hoc narret, ut certum & indubitatum. Neque videtur aliam ob caussam Dio sic hanc historiam narrasse quasi fide cassam, quod caussam ejus facti ignoraret, mutatis, ut fit, tractu temporis moribus. CASAUB. Notatis a Casaubono adde ex Athenaei x. cap. 11. statuam Thasii Athletae, qui de se, χάλκεος ἑστήκω χεῖρα προτείνομενος. & vide Casaubonum quoque eo loco. BURM.

Quaedam & omina] *Et omina quaedam* Memm. Copes. Huls. Edd. antiquae (nisi quod corrupte quaedam *omnia*) praeter Plant. & recent. *Auspicia omnia quaedam* Harlem. Edd. Vener. sec. & tert. Lugd. *& omina quidem* Basil & Gryph. sed in marg. *quaedam*, ut Plantin. *si male* etiam Codd. Huls. & Copes.

Si mane sibi calceus] Plin. lib. II. cap. VII. *Augustus laevum prodidit sibi calceum inductum praepostere, quo die seditione militari prope afflictus est. Inducere* igitur *calceum* Augusti verbum est, ex his, ut arbitror, libris, quos de vita sua scripsit, quo etiam Sueton. hic utitur. TORR. Non peculiaris hic Augusto loquendi modus est, quum alii ita passim loqui ament. sic Plin. XXXIII. cap. II. *nostra aetate Poppaea, delicatioribus jumentis suis soleas ex auro quoque inducere solebat*, ut Salmas. pro *induere* restituit. sic variant apud Ciceron. III. de orat. 32. *soccos quibus indutus*, vel *inductus esset*, quorum hoc firmatur loco Claud. VIII. *solebant manibus stertentis socci induci*, & de vestibus quoque *induci* in usu fuisse videbimus ad Claudian. I. in Eutrop. 302. Deinde *prae dextro* malebat Barth. ad Stat. III. Theb. 261. id est ante dextrum. ubi & de similibus ominibus agit. vid. & Cael. Calcagnini lib. I. Epistol. Quaest. pag. 2. BURM.

Rorasset] Ovidium quoque pro bono omine hoc habere notavimus ad Lib. III. Fast. 357. BURM.

Sed & ostentis] Tres libri: *Sed ostentis*, sine &. TORR. *Et* deest Ed. Rom. hic, ut & infra cap. XCIV. *illo & praecipue ostento*.

Enatam] *Ea natam* Memm. vide cap. XCIV.

In compluvium deorum Penatium] Quid Penatibus cum compluvio? Festus, *Herceus* (inquit) *Jupiter intra conseptum domus cujusque, quem etiam Deum penetralem appellabant.* Cum quo convenit Dionys. lib. I. Antiq. Rom. Penates a quibusdam Herceos nominari tradens. Jovi autem Herceo impluvium consecrabant. Ad cujus aram Priamum interfectum fuisse, a nonnullis traditur. TORR. Penatium & larium sedes in privatis aedibus non una. colebantur maxime in foco. Plautus Aulul. II. VIII. 16.

Haec imponentur in foco nostro lari.

Valerius Maximus lib. II. IV. 5. *Valesius aquam calidam iis a foco petens, genibus nixus lares familiares, ut puerorum periculum in ipsius caput transferrent, oravit.* Item in cubiculo, Suetonius Domitiano cap. XVII. *Puer, qui curae larium cubiculi ex consuetudine assistens, adfuit caedi.* Saepe in aliqua parte atrii: puta in compluvio (quod videtur idem esse atque impluvium apud Vitruvium libro VI. cap. IV.) ut hic: vel in portícu compluvio adjuncta. Petronius, cap. XXIX. *Notavi etiam in porticu gregem cursorum cum magistro se exercentem. Praeterea grande armarium in angulo vidi, in cujus aedicula erant lares argentei positi.* Locus Festi de Jovis Hercei ara, quem huc interpretes afferunt, nihil ad rem facit; neque item, quae de eadem ara notat Athenaeus lib. V. CASAUB.

Magnopere] *Magno opere* Memm.

Demissos] *Dimissos* Periz. Harlem. Edd. Rom. Basil. & aliae veteres. praeter Venet. pr. Steph. Casaub. & recentiores. sed *demissos* verior est lectio. BURM.

Ut eas] *Ut eos* correctum eadem manu erat in Memm. perperam; non enim ramos permutavit, sed *Capreas*. forte tamen praestet *eam*, in-

ramos convaluisse adventu suo, adeo laetatus est, ut eas cum republica Neapolitanorum permutaverit, Aenaria data. Observabat & dies quosdam, ne aut postridie

insulam, nim. *Capreas.* eodem modo Strabo lib. v. p. 248. cum praecessisset Καπρέαι, subdit deinde, Νεαπολῖται δὲ καὶ ταύτην κατέσχον. Ceterum rarior haec & notanda locutio, quod *Capreas cum repb. Neapolitana permutasse* dicatur, quum soleant sic veteres loqui, quando duae inter se commutantur res; & dicant *mutare rem re*, vel *cum re*, ut Bentl. & alii, & post eos ego ad Ovid. vi. Met. 59. notavi. ne tamen quis Neapolim ipsam mutasse cum Capreis credat, additur *Aenaria data.* sic simpliciter etiam Terent. Eunuch. iii. 5. *ut vestem cum eo mutem*, pro, cum ejus vestibus. & Sallust. Jugurth. 4. *ea mutare cum mercatoribus, vino advectitio & aliis talibus.* Recte ergo distinxit in hac locutione res & homines Gronov. ad Plaut. Captiv. Prolog. vs. 28. *permutaverint* in codice regio esse scio. *Aemaria* Venet. pr. *Aeniariam* Copes. Burm.

Cum republica Neapolitanorum] Aliquid hac de re Dion extremo lib. lii. & plura Strabo lib. v. Torr.

Observabat & dies quosdam] Intellige de diebus, quos peculiari superstitione observavit Augustus: nam alioquin commune hoc illi cum caeteris fuit, τὸ αἰσιοῦσθαι τὰς ἡμέρας, & in omni re majoris momenti inchoanda diem cavere atrum, eligere album & faustum. Exemplum notatum Appiano lib. v. super die, qua classem solvit contra Sex. Pompejum. Casaub.

Postridie nundinas] Recte Pulmannus. sic enim & nostri mss. omnes, & qui in Gallia editi sunt. Primus Beroaldus *nonas fecit*, quanquam & *nundinas* admittit, & explicare conatur, sed non nimis feliciter. Turneb. Adversar. xxiv. cap. 15. δυσφημίαν ominis in verbo *postridie* constituit, quod postridie omnia sera & intempestiva sunt. Quare & postridiani Calend. Id. & Nonarum dies inominati habentur. Atqui si hoc respexit Augustus, nullo horum dierum proficisci quoquam debuit. Mallem igitur in re ipsa, atque in verbo *nundinas* omen constituere, quod cum fere proficiscantur homines, ut ipsis nundinis intersint, qui postridie iter instituat, praepostere agere, ac veluti post bellum machinas parare videtur. Torr. Dies cujusque mensis dividebant Romani bifariam: erant Nonae, Idus, Kalendae. erant praeterea nundinae, ut in nostro mense hebdomades. Observatum autem est publico more, ut dies postridie Nonas, Idus, Kalendas, atri haberentur, ἀποφράδες καὶ ἀνεκδήμητοι. quod docent nos praeter veteres Grammaticos Ovidius, Livius, Plutarchus, alii. Augusti vero propria superstitio fuit, ut etiam postridie nundinas diem haberet infaustum & inominatum. Quare? fortasse ab eventu, quia aliquoties erat expertus res postridie nundinas inceptas non vertisse bene: vel ad imitationem superioris observationis hoc ab eo excogitatum, ut est superstitio ingeniosa & solers. Nam & pertinet eodem, quod post Latinas ferias duos dies observabant ut religiosos & rebus inchoandis infaustos. M. Tullius ad Q. fratrem lib. ii. Ep. 4. *De nostra Tullia tui mehercule amantissima, spero cum Crassipede nos confecisse. Dies erant duo, qui post Latinas habentur religiosi. caeteroqui confectum erat.* Meminit B. Ambrosius hujusmodi observationum explicans Pauli verba ad Galatas cap. iv. ἡμέρας παρατηρεῖσθε καὶ μῆνας, καὶ καιροὺς καὶ ἐνιαυτούς. *Dies*, inquit, *observant, qui dicunt: ut puta, Crastino proficiscendum non est: post crastinum enim non debet aliquid inchoari.* Mox: *Tempus vero sic observant, cum dicunt: Hodie veris initium est, festivitas est. post cras Vulcanalia sunt. & talia iterum ajunt: Posterum est, domum egredi non licet.* Manifeste postremis verbis talem aliquam αἰσίωσιν καὶ κληδονισμὸν notat, qualis ea est, quae hic Augusto tribuitur. Videtur autem & nundinarum dies parum utilis rebus inchoandis habitus. Ideo quoties in Kalendas Januarias incidebant, intercalatione extra ordinem συνεμπίπτουσαν illam pontifices declinabant. Dio lib. xlviii. Καὶ ἡμέρα ἐμβόλιμος παρὰ τὰ καθεστηκότα ἐνεβλήθη, ἵνα μὴ ἡ νουμηνία τοῦ ἐχομένου ἔτους τὴν ἀγορὰν τὴν διὰ τῶν ἐννέα ἡμερῶν ἀγομένην λάβῃ· ὅπερ ἐκ πάνυ ἀρχαίου σφόδρα ἐφυλάσσετο. Caussa ejus persuasionis fortasse fuit, similitudo nominum in diebus novendialibus (qui mortuis sacri erant, ideoque atri) & nundinalibus. Propter eandem rationem puto & nonas Augustum in feriis rebus inchoandis devitasse: nam *nonae*, *nundinae*, & *novendial* indidem, etsi diversa ratione dicuntur. Qua-

die nundinas quoquam proficifceretur: aut Nonis quidquam rei feriae inchoaret: nihil in hoc quidem aliud devitans, ut ad Tiberium fcribit, quam δυσφημίαν nominis. Peregrinarum cerimoniarum, ficut veteres ac praeceptas reverentiffime coluit, 93 ita

Quare legi etiam malim, *δυσφημίαν nominis* quam *ominis*: quanquam non multum fane intereft. Porto hujufmodi obfervationum fuperftitiofarum plura exempla fi quis defiderat cognofcere, legat homiliam de Rectitudine Catholicae Confervationis, quae inter P. Auguftini opera habetur, etfi non eft, ut videtur, Auguftini. CASAUB. *Nonas* Ald. Bafil. Steph. quod fluxit ex Beroaldi conjectura, qui motus fuit, quod nufquam poftridie nundinas dies fuerit inter atros aut religiofos relatus: fed agit de privata Augufti fuperftitione Suetonius, non de publica populi, neque rationem aliam dabat ille, nifi δυσφημίαν nominis. quare fruftra inter alias & communes fuperftitiones id quaeritur. BURM.

Aut nonis quicquam rei feriae inchoaret] Libri duo opt. *inchoaret*. Nonis vero aliquid aggredi inominatum effe, vox ipfa per fe fatis oftendit, nempe quae te non ire, eoque quo velis pertendere haud poffe admoneat. Simile illi, quod de eo, qui Cauneas venales clamabat, refert Plin. lib. XVI. cap. IX. Cauneas, cave ne eas. TORR. An quod *Nonarum tutela deo careat*, ut ait Ovidius I. Faft. quum Idus Jovi, Kalendae Junoni facratae fint? Auguftus autem Nonas cavebat, ut nullius Dei tutela dignatas. Illud autem *δυσφημίαν ominis* mutandum eft in *δυσφημίαν Nominis*, ut caufla appareat, cur Nonas caveret Auguftus. Eadem nominis δυσφημία, *Maleventum*, in *Beneventum* mutavit. URSIN.

Quicquam rei feriae inchoaret:] In duabus fere rebus ifta temporum obfervatio locum habuit, in fufcipienda profectione, & inchoandis rebus feriis: fic apud Plutarchum, Ὅθεν, inquit, οὐκ ἄρχονται πράξεως οὐδ᾽ ἀποδημίας οἱ ταῦτα. At quidam tuere ea fuperftitione, qui etiam in rebus prope nugatoriis dies obfervarent. In mulieribus fuorum temporum rident hoc Juvenalis & Lucianus: & nonne plufquam ridiculum eft, quod refert Vopifcus de Tacito Imperatore? *Nunquam*, inquit, *noctem intermifit, qua non aliquid vel fcriberet, vel legeret, praeter pofterum Kalendarum diem.* CASAUB.

Δυσφημίαν ominis.] *Nominis* habent meliores codd. uti & apud Horat. lib. III. Od. XIV. *male nominatis Parcite verbis*. nihil tamen muto. Quanquam & hic *nominis*, & ibi *ominatis* malim. TORR. *Nominis* Pall. tres. annotata tamen & altera lectio *ominis* ad oram. fed praeftat *nominis*. nam *non* diferte vetare videtur, in *nonis*, deinde *poftridie nundinas*. GRUTER. *Ominis* eft in Edd. Rom. Venetis duabus, Lugd. Junt. Ald. Bafil. Gryph. Plant. & aliis.

93. *Peregrinarum caeremoniarum*] Ita a majoribus inftituti Romani fuerant, ut a peregrinis caeremoniis abhorrent. Dilaudat eos hoc nomine Dionyfius Halicarn. lib. II. qui ab ipfo conditore Romulo hoc effe inftitutum, atque ab ejus pofteris fancte fervatum fcribit. Inde eft, quod cum tam paucis deis teftamenti factionem habuerunt iidem veteres Romani. Ulpianus in Sententiis, titulo XXII. CASAUB. Scripfi *cerimoniarum*, ut Periz. & Hulf. Codd. & editiones optimae habent. vid. in Caef. VI. genitivus autem hic nihil videtur habere unde regatur, & debuiffe fcribi, *peregrinas cerimonias*. fed vid. fupr. ad Cap. XLVIII. BURM.

Veteres ac praeceptas] Sic Pulmannus, & libri noftri omnes. Erafmus & Beroaldus *receptas* fubftituere, fed male. *praeceptas* enim vocat, quas jam mente atque animo, vel ob aliorum praeftantium virorum exempla, vel ob alias rationes, praecepiffet, qualia erant Cereris facra, quibus fe initiari paffus eft, cum Apim Aegyptiorum, Judaeorumque myfteria contemneret. Sic nimirum Hadrianus facra Romana diligentiffime coluit, peregrina contempfit. E quibus tamen Eleufinia exemplo Herculis, Philippique fufcepit. Alioqui Judaeorum, Aegyptiorumque facra nec minus recepta fuerunt quam Athenienfium, & vetuftiora etiam. Porro de Augufti imitatione fic Dion initio lib. LI. τὰ τοῖν θεαῖν μυστήρια μετέλαβε. quod equidem de Cerere, & Proferpina intelligo, non de Minerva, ut alii voluerunt. TORR. Vel ut alii codd. *receptas*. CASAUB. *Aut* Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. & aliae. *ac perceptas* Bonon. Parif. *ac receptas* Bafil. pofterior. fed Erafmus in pr. edit. *praeceptas*, ego *praeceptas*, retineo, fed aliter ac Torrentius

ita ceteras contemtui habuit. Namque Athenis initiatus, quum postea Romae pro tribunali de privilegio sacerdotum Atticae Cereris cognosceret, & quaedam secretiora proponerentur, dimisso consilio & corona circumstantium, solus audiit disceptantes. At contra non modo in peragranda Aegypto paullum deflectere ad visendum Apin supersedit: sed & Cajum nepotem, quod Judaeam praetervehens. apud

tius explico. *praeceptas* nimirum legibus & antiquis institutis; ut mox cap. C. *praecepit corrigi.* leges enim praecipiebant *patrios deos colere*, vid. Cicer. II. de legib. 8. & 10. Serv. ad Virgil. VIII. Aen. 186. & infinitos alios. & ita Caji Caesaris, quod mox narratur, factum explicat Balduin. de Legibus Romuli cap. VII. nec obstant Cereris sacra, quae diu Romae recepta, & antiquissima erant, ut saepe Cicero. si quis *praeceptas*, pro ante captas, id est receptas, prius usitatas caperet, ut apud Liv. I. 7. *tempore praecepta.* de quo verbo multa Heins. ad Valer. Flac. IV. 341. & saepe ad Ovidium, per me licet. sed prior expositio magis placet. diversum vero Patris Octavii exemplum, qui in Thracia barbara cerimonia usus, cap. seq. narratur. eo turpius quod Bacchi sacra prohibita Romae fuerint. sed potuit excusare, quia Deos loci in peregrinis etiam locis adorabant, ut notum vulgo est. BURM.

Secretiora quaedam] Atticae Cereris mysteria nulla re magis quam silentio sacra fuere, praecepta quadam opinione, qui vel ea divulgassent, vel cum nocentes essent frequentassent, male perituros. qua de re multa ad Horatium lib. III. Od. II. *vetabo qui Cereris sacrum Vulgarit arcanae.* Nero sane, ut Sueton. refert, sacris illis initiari ausus non est. At M. Antoninus Augustus & templum adiit, &, ut se innocentem probaret, sacrarium solus ingressus est. Augustus itaque cognitioni illi solus adsuit, ne quis scilicet audiret *Orgia, quae frustra cupiunt audiri profani.* TORR.

Proponerentur] *Proponerent* Harl. eodem modo ut supr. cap. LXXXIX. *spectarent* vidimus. & hoc admitti posset, ut subaudiantur litigantes. & centies ita absolute tertiam personam, non additis hominibus, qui id facerent, poni observavimus ad Ovid. I. Met. 132. & alibi. Periz. ad Val. Max. II. II. I. Serv. ad Virg. IX. 86. & quis non? BURM.

Consilio] Hoc exigit praecedens *pro tribunali.* licet omnes *concilio* ediderint. *consilium*, sunt judices, adsessores, ut ita *mittere in consilium*; & similia obvia. BURM.

Audiit disceptantes] *adiit* Venet. sec. & tert.

Paulo deflectere] In V. C est *paulum deflectere.* URSIN. Omnes scripti & editi ante Casaub. *paulo.*

Ad visendam Apin] *Visendum* omnes scripti & Edit. veteres ad Graevii poster. Ed. nam in prima, ut & Gronov. *visendum*, unde & in Memmiano ita fuisse conjicere licet. & Masculino genere alii auctores efferre solent, & noster in Tit. V. *in consecrando bove Apide.* BURM.

Quod Judaeam praetervehens ad Hierosolymam non supplicasset,] Credo Augustum, ne cuiquam videretur sectae Judaeorum ullo modo addictus, contra animi sui sententiam scripsisse hoc, vel dixisse: nam ipsum quidem aliter sensisse, neque ita a religione Judaeorum abhorruisse, cum alia plurima declarant; quae de ejus in illam gentem indulgentia narrant Philo, & Josephus: tum illud unice, quod Legatione ad Caligulam refert idem ille Plato ἰουδαΐζων. Ejus verba adscribam, quia historiam continent scitu dignissimam: Διετάξατο ἐκ τῶν ἰδίων προσόδων ἀνάγεσθαι θυσίας ἐντελεῖς ὁλοκαύτους τῷ ΥΨΙΣΤΩ ΘΕΩ καθ' ἑκάστην ἡμέραν. αἳ καὶ μέχρι νῦν ἐπιτελοῦνται, ἄρνες εἰσὶ δύο, καὶ ταῦρος, τὰ ἱερεῖα οἷς Καῖσαρ ἐφαίδρυνε τὸν βωμόν. id est, *Constituit de suo certos reditus, ut admoverentur quotlibet diebus* DEO ALTISSIMO *sacrificia integra, ac penitus adolenda, quod hodieque servatur. victimae, quibus aram honorari voluit Caesar, agni duo sunt & taurus.* reperias & in ejusdem aliquot edictis Deum Judaeorum, Θεὸν ὕψιστον appellari. Potest etiam dici, Augustum, quum prius fuisset iniquior religioni Judaeorum, postea mitiorem esse factum, feritate gentium paulatim in eorum animis mitescente, postquam coepit Dominus noster ὁ Θεάνθρωπος Jesus Christus in terris versari, etsi nondum illis cognitus. CASAUB.

Hie-

apud Hierofolymam non fupplicaffet, collaudavit. Et quoniam ad hoc ventum 94 eft, non ab re fuerit fubtexere, quae ei prius quam nafceretur, & ipfo natali die, ac deinceps evenerint, quibus futura magnitudo ejus, & perpetua felicitas fperari animadvertique poffet. Velitris antiquitus tacta de coelo parte muri refponfum eft, ejus oppidi civem quandoque rerum potiturum: qua fiducia Veliterni, & tunc ftatim, & poftea faepius paene ad exitium fui cum populo Romano belligeraverant. fero tandem documentis adparuit, oftentum illud Augufti potentiam portendiffe. Auctor eft Julius Marathus, ante paucos, quam nafceretur menfes, prodigium Romae factum publice, quo denuntiabatur regem populo Romano Naturam

Hierofolymam] An *Hierofolyma*, ita enim nofter Neron. XL. & Tit. V.

Non fupplicaffet] Liber opt. *ne fupplicaffet.* Quod monitum volui. fenfus enim eft, ne id quidem quod in veneratione leviffimum eft, feciffe Cajum, ut folummodo fupplicaret. Atqui Alexander Macedo, fi Jofepho credimus lib. XI. Antiq. Jerofolymis & Pontificem veneratus eft, & Deo immolavit, & Judaeis quaecunque petivere, conceffit. TORR. Nihili obfervatio: nam *fupplicare* centies eft facrificare, ut *fupplicare thure & mero* fupr. cap. XXXV. & alibi. fimpliciter. etiam *fupplicare* nofter Claud. I. & XXI. ubi apud *aras fupplicare*, ut mox fequenti capite, *apud aras facrificare.* BURM.

94. *Ad hoc*] *Ad haec* Mem. Hulf. Exc. Cujac. & Ed. Graev. prima. *ut quoniam* etiam Harlem.

Et ipfo] *De ipfo* Harlem.

Felicitas] *Fidelitas* Hulf.

Tacta de coelo parte muri,] Tacta, & quidem fine ulla laefione, quo nomine felicitas urbi portendebatur. nam & apud Feftum *pullus Jovis* dictus eft Q. Fabius, cui etiam Eburno cognomen erat propter candorem, quod ejus natis fulmine icta erat; & magnus ille Mithridates bis fulmine appetitus, Dionyfius ideo cognominatus eft, quod Dionyfio quoque fimile aliquid accidiffet. Qua de re Plutarch. Convival. Tangi ergo fulmine, & nihilominus evadere incolumem, felicitatem portendit. Cui tamen interpretationi repugnare videtur Virgilii auctoritas, apud quem fic Anchifes II. Aen. 648.

Jampridem invifus Divis, & inutilis annos
Demoror, ex quo me Divum pater atque hominum rex
Fulminis afflavit ventis, & contigit igni.

quid enim levius dici potuit quam *afflare*, & *contingere*? TORR. In Etrufca difciplina de jactibus fulminum, iftud vocatur *fulmen regale*. De eo Seneca ex Caecinna Natural. lib. II. cap. XLIX. *Regalia fulmina funt, quorum vi tangitur, vel comitium, vel principalia urbis liberae loca, quorum fignificatio regnum civitati minatur.* CASAUB. *Muri* deerat Cod. Hulf.

Qua fiducia] Sic & Tacit. V. Hift. 13. ubi nos plura. GRUTER.

Velitrini] Liber unus, *Veliterni*. TORR. *Veliterni* Memm. Periz. Copef. Edd. Rom. Ald. Steph. fic in lapide, qui faftorum fragmentum habet, apud Gruter. p. CCXCVII. C. MAENIUS DE VELITERNEIS. & fi genuinus eft, apud Reinef. VI. 43. VELITERNIS . . . ceterum in codice Perizon. aut a librario, aut potius poffeffore aliquo, ad haec prodigia quaedam adfcripta erant. ut ad haec verba, *Et hoc populo Jerofolymitano.* ad illud de *natura parturiente, Et iftud Chrifto noftro:* ad *jacentem in turri*, fi *credere dignum*, & de ranis, *O ridiculum!* BURM.

Et tunc] *Et* deeft Harlem.

Ad exitium fui] *Exitum* Periz. & a. m. pr. Harlem. Edd. Rom. Venetae tres. Lugd. fimilis diverfitas faepe alibi, ut cap. XLVII. & in Tiber. LIII.

Belligeraverant] *Belligeraverunt* Copef.

Regem populi Romani naturam parturire:] Idem e libris Sibyllinis creditum fuiffe, & quidem eo nafciturum tempore, quo Aegyptus in Romanorum poteftatem veniffet, probat certiffimus auctor Cicero lib. I. epift. ad Lentulum, & lib. II. De divinat. Verum illum orbis terrarum Regem ac Dominum fuiffe JESUM CHRISTUM etiam adverfariorum teftimoniis convincitur. TORR.

ram parturire : ſenatum exterritum cenſuiſſe, ne quis illo anno genitus educaretur: eos, qui gravidas uxores haberent, quod a ſe quiſque ſpem traheret, curaſſe, ne ſenatuſconſultum ad aerarium deferretur. In Aſclepiadis Mendetis Θεολογουμένων libris lego, Atiam, quum ad ſollemne Apollinis ſacrum media nocte veniſſet, poſita in

Anno genitus] *Editus* Hulſ. quod neſcio quomodo prae vulgato, ex interpretatione forte orto, placet.

Quo ad ſe] *Quod ad ſe* Memm. Exc. Cujac. Edd. Bonon. Lugd. Junt. Ald. Arg. Steph. & Doleti. & rectius puto, pro *quia.* cauſſa enim fuit, cur SCtum non deferretur ad aerarium. *quoad* una voce Baſil. BURM.

In Aſclepiadis Mendetis ΘΕΟΛΟΓΟΥΜΕΝΩΝ *libris*] Quis hic Aſclepiades fuerit, ignoro. Athenaeus non ſemel, & Plin. inter auctores libri ſeptimi Aſclepiadem commemorant, qui Τραγῳδούμενα ſcripſerit. Et ſane haec etiam tragica ſunt. Sed nihil muto. De Atia vero (ſic enim ſcribendum) Auguſti matre, ſup. cap. IV. TORR. Satis mirum mihi videtur, Suetonium hominem Romanum in tanti momenti hiſtoria Romana Aegyptio homini teſtimonium denuntiaſſe, eoque ſolo fuiſſe contentum. Sed videntur Romani rerum Auguſti ſcriptores noluiſſe hac fabella Auguſto divinitatem adſtruere, ne eadem pudicitiam matris ejus in dubium vocarent. nam in prodendis credendiſve ejuſmodi deorum ἐπιφανείαις parcius Romani, ea praeſertim aetate, inſanierunt, quam aliae multae gentes. At Aſclepiades hic, cur iſtud exemplum laudaverit in ſuis ſcriptis, ſatis poſſumus ex ipſa re & libri indice facere conjecturam. Aegyptius is fuit ex Aegyptiaco nomo ſive praefectura, quae ab urbe praecipua Mendete Mendeſia dicebatur. Erat quidem univerſa Aegyptiorum religio foeda, ſtulta, & ridicula : ſed enim nihil tota Aegypto monſtroſius infamia Mendeſiorum, qui hircum pro numine colentes excellentiſſima forma mulieres illius libidini ſubſternere ſoliti : atque ut prurigae boni, ceſſantem lege naturae beſtiam, proh fidem hominum! contra naturam inſtigare. Nota res eſt ex Herodoto, qui teſtis oculatus fuit, Pindaro, Strabone, Plutarcho, Gryllo, Ariſtide rhetore, aliis. Hanc ſuorum irreligioſam religionem defendens Aſclepiades in libris Θεολογουμένων non uſque adeo miram videri illam ἀθανάτων μίξιν debere dicebat, cum ex tali concubitu ortos maximos viros hiſtoriae teſtentur. In hoc album referebantur ab illo, cum ex fabulari hiſtoria multi, tum ex vera, aut verum profeſſa, Alexander, Scipio, & hic Auguſtus. Oportet autem hominem fuiſſe nugatorem magnum, & quod de Timaeo olim dictum γραοσυλλέκτριαν ineptum, qui auſus ſit, fortaſſe ſolus, de Auguſti conceptu fabulam anilem, ut rem veram, memoriae tradere. Male autem interpretes Aſclepiadem hunc cum alio confundunt, cujus meminit Athenaeus, qui ſcripſerat τραγῳδουμένων libros ſex. Nam eum fuiſſe Tragileſium ex oppido Thraciae Tragilo, Stephanus auctor. Hunc Mendeſium fuiſſe, & ex libri argumento conjicias, & indicat Suetonius, qui Mendetem vocat: etſi parum, ut videtur, recte: non enim Μένδης eſt ἐθνικὸν, ſed Μενδήσιος, vel Μενδίτης. Sic Athenaeo nominatur Harpocratio Μενδήσιος: Columellae, *Dolus Mendeſius*, & paſſim ita: vel Μενδαῖος; ut in Protagora Platonis: Ἀντίμοιρος ὁ Μενδαῖος. Sed ne quid diſſimulem, ſuſpicor ſcripſiſſe Suetonium *in Aſclepiadis Mendeſii* (aut *Menditae*) *Mendetis* θεολογουμένων *libris lego.* Libri ab Aſclepiade ſcripti index, ni fallor, fuit, *Mendetis* θεολογούμενα : quaſi aliquis Latine dixerit, *De diis qui Mendete coluntur, & religionis eorum ritibus vel cauſſis.* Amant Graeci librorum ſuorum titulos ita concipere, ut Artemidorus, qui Γεωγραφούμενα ſcripſerat, Nicander Ἑτεροιούμενα, & ante omnes Ariſtoteles. qui Θεολογούμενα. Sic etiam Caelius Aurelianus medicus Χειρουργούμενα ediderat, quorum ipſe meminit libro II. Tardarum paſſionum: nam faciunt inepte, qui illius operis titulum concipiunt Χειρουργουμένοι. CASAUB. *Aeſclepiadis* Ald. & Steph.

Atiam] Hic & mox in hoc nomine bis terve erat in ſcriptis editis eadem diverſitas, quae ſupr. cap. IV. *Actiam* Harl. & Periz. *Anthiam* cum gluſſa, *matrem Auguſti*, Exc. Cujac.

Cum ad ſolenne Apollonis ſacrum media nocte veniſſet,] Factum menſe Novembri anno U. C.

in templo lectica, dum ceterae matronae dormirent, obdormisse; draconem repen-

C. DCXC. Sed cur media nocte in templum venit Atia? quia sacrorum publicorum caussa interdum ita opus facto. hoc jam ante docuimus ad cap. LXVIII. ubi haec verba exposuimus: ex illo etiam loco intelligimus, quod hic de matronis dicitur dormientibus in lecticis suis: nam hoc illud est ipsum, quod supra de Augusto dictum, *si sacri caussa maturius evigilandum esset, deposita lectica inter aliquas moras condormisse.* Non igitur audiendus Beroaldus, qui hanc dormitionem ad divinationem refert per incubationem: quae interpretatio falsa est multis modis. nam illae *ἐγκοιμήσεις* privata religione ab iis suscipiebantur, qui vel morbo vel alii cui malo remedium quaerebant: Suetonius solenne sacrum ait fuisse. Deinde qui somnia captabant, soli in templum accedere soliti. Atia cum magna turba sacrum hoc concelebrat. Adde quod capturi insomnia castu prius praeparabantur & jejuniis: quorum de Atia nihil narratur. Postremo quis dixit Beroaldo, Apollinem illum, in cujus templo haec geruntur, consulentibus per insomnia solitum respondere: neque enim omnia omnium locorum & templorum simulacra ejusdem numinis, eandem vim habuere: itaque diligenter annotarunt geographi & historici, quibus locis eo modo oracula peti reddique mos esset. Fallitur etiam vir ille doctus, qui de pervigilio quodam Apollinis hanc historiam interpretatur: ubi enim lectum Apollinem privigillo cultum? praesertim apud Romanos, qui nocturna sacra paucissima admiserunt, *δημοπαννυχισμοὺς* Graecorum, & nocturnas pervigilationes abominati, ut & Dionysius Halicar. fatetur in secunda historia, & Cicero scribit de Legibus lib. II. Sed demus, fuisse aliquod pervigilium Apollinis: non tamen propterea concedam de eo hic agi. Non enim media nocte, ut facit Atia, sed prima luce *περὶ λυχνῶν ἁφὰς*, *hora lucernari*, ut vocat Augustinus, in templum erat veniendum. Jam quid absurdius dici potest quam pervigilium fuisse, in quo matronae aut omnes aut pleraeque omnes dormiant? nam verba illa *dum caeterae matronae dormirent*, non esse eradenda, ut illi censent, & expositio nostra indicat, & consensus omnium codd. evincit. CASAUB.

Posita] *Et posita* Memm.

Dum ceterae matronae dormirent,] Mallem abesse haec verba, infarta ab aliquo, qui verebatur, ne matronae conspecto vigilantibus dracone diffugerent. Atqui Atia ipsa obdormisse fato quodam poterat, sed in pervigilio, & quidem tam solemni Apollinis sacro, simul dormisse matronas omnes neutiquam verisimile est. Versus vero ille Virgilii VII. Aen. 88.

Pellibus incubuit stratis, somnumque petivit. a Beroaldo adductus, nihil ad rem facit. Dion certe solam Atiam dormientem inducit. Porro ut hic Apollo, sic & Fortuna pervigilio colitur a Galba cap. IV. a Vitellio Mars, ni fallor, cap. X. TORR. Nihil variant codices, conjeci aliquando, dum caeterae matronae *edormirent*, ut velit in lecticis quamque suis complesse somnum, domi interruptum, dum maturent ad hanc Apollinis aedem. GRUTER. variis conjecturis tentatus locus. Heinsium sibi non potuisse satisfacere, diversae lectiones, quas finxit, ostendunt. *dum ceterae matronae aram adirent*, vel *ad aram irent*, vel *operarentur*, vel *operatum irent*. sed quum ad idem sacrum venissent, non verosimile est, illam relictam solam. forte, *dum & ceterae matronae dormirent*, *condormisse*, ut supr. cap. LXXVIII. *inter moras condormiebat.* & ita in simili exemplo matris Scipionis apud Gellium lib. VII. cap. I. pro *obdormisset* Gronovius *condormisset* ex MS. reposuit, quem ibi vide. sed locus adscribendus, quia in eo adhuc haereo. *Postea in cubiculo atque in lecto mulieris, quum absente marito sola condormisset, visum repente juxta eam cubare ingentem anguem, eumque, iis, qui viderant, territis & clamantibus elapsum inveniri non potuisse.* primo nescio an non Gellius secum pugnare videatur, quum dicat *solam condormisse*, & tamen fuisse in cubiculo qui viderent anguem, & clamarent: quare tentabam, an forte legi posset, *cumque iis, qui audierant territam, clamantibus*, vel potius *iis quae*, ut de ancillis ante fores, vel in proximo jacentibus agatur. *audierant* vero pro *viderant*, rescriberem, quia haec verba saepe inter se commutata vidi in scriptis, ut apud Ovid. V. Met. 627. & IV. Fast. 192. & alibi. quidquid sit, alias matronas, quibus similia monstra evenisse

pente irrepsisse ad eam, paulloque post egressum: illamque expergefactam quasi a concubitu mariti purificasse se: & statim in corpore ejus exstitisse maculam, velut depicti draconis; nec potuisse umquam exigi: adeo ut mox publicis balneis perpetuo abstinuerit: Augustum natum mense decimo, & ob hoc Apollinis filium existimatum. Eadem Atia, prius quam pareret, somniavit intestina sua ferri ad sidera, explicarique per omnem terrarum & coeli ambitum. Somniavit & pater Octa-

nisse narrantur, etiam dormiisse credibile est: quia talia prodigia videri nefas ab aliis, ad quas non pertinebant. Solae hoc flagitium semper sentiunt, aut sentire videntur illae, quas sub imagine serpentium nequissimi sacerdotes, inire instituerant. BURM.

Draconemque] Particula *que* abest in omnibus MSS. uti etiam ad verbum *paullo*, & ad verbum *illam*, quae mox sequuntur adjuncta. TORR. *Dracone* Edd. Venet. sec. & tert. crediderunt nempe *repente* a *repo* esse participium. *draconemque* Plant.

Illamque] *Illam* Mem. Periz. Harlem. Hulf. Ed. Venet. tres Bonon. Lugd. Steph. *illa expergefactam* Rom.

Purificasse se:] Ne sacra scilicet pollnerentur. Tibull. I. III. 25.

- - - pureque lavari
Te memini, & puro secubuisse toro.

Persius item II. 16.

- - - - & noctem flumine purgas.

Plura Cicero lib. II. de Legib. *Sacra adeunto caste.* TORR.

In corpore ejus exstitisse maculam velut depicti draconis;] De Atia sermo est: atqui de Augusto id refert Sidonius Apollinaris iis versibus, quos ex Anthemii panegyrico ante recitavimus. CASAUB.

Depicti] *Epicti* Memm. *picti* Copes. & Exc. Cujac.

Eximi:] Libri duo optimi *exigi*. TORR. Codex Salmas. *exigi*. & duo Torrentii, quod merito probat Gronovius. Sic enim & Plautus Captiv. IV. 2. 61 *Jam ego ex corpore exigam omnes maculas moerorum tibi.* Loquitur enim de corpore tanquam de veste: ut corpus humanum vestis est animi eumque aegrum maculis, id est, pallore, illuvie, rugis probat. Exiguntur maculae e vestibus, cum a fullonibus subiguntur vestes. GRONOVIUS. I. obs. 18. *Exigi* etiam Exc. Cujac. & hanc scripturam illustravimus ad Ovid. II. Art. Amat. 653. & ad Seren. Samon. cap. XXXIX. *exactum dolorem* pro *ejectum*. huc vero respexit Sidonius Apollin. carm. II. 125.


Alter Phoebigenam sese gaudebat haberi,
Paeonii jactans Epidauria signa draconis.

BURM.

Publicis balineis] Publica & gratuita balnea XII. P. Victor agnoscit Romae fuisse; omitto alia publica, quae meritoria licet agnominare. Sed ideo tam multa balnea Romae, quia assidua lavatio, & quotidie de more lavabant, ituri jam ad coenam. Hinc Artemidorus scripsit, balneum nihil aliud suo aevo fuisse, quam transitum ad coenam. LIPSIUS. *Abstinere* Copes. & Hulf.

Augustum natum mense decimo,] Dio, τῷ ἐννεαμήνῳ χρόνῳ. CASAUB.

Apollinis filium existimatum] Imo & ipse sic credi voluit, ut supr. cap. LXX.. Exstant numismata argentea Augusti, in quorum parte



aversa Apollo sedens. Adscriptum hinc inde, CAESAR DIVI F. Ut ambiguum sit Divine Julii, an Apollinis, qui medius est inter verba, se filium dicat. Tam autem fuit Apollinis filius, quam Hammonis Alexander, aut Africanus Jovis. CASAUB.

Somniavit intestina] Hinc usque ad, *quod infuso*, deerant in Excerpt. Cujac. Dein pro *terrarum*, *teram* Cod. Memm.

Explicari per omnem] *Explicari est* μηρύεσθαι, quod verbum in re militari praeclarum usum habet, alibi explicandum. CASAUB.

Somniavit & pater Octavius] Dio, qui pleraque hujus capitis verbatim ex Suetonio, ut videtur, transtulit, legit, *somniavit & pater Octavius eadem nocte ut.* &c. Vertit enim: Καὶ τῇ αὐτῇ νυκτὶ καὶ ὁ Ὀκταούϊος ἐν τῷ αἰδοίῳ αὐτῆς τὸν ἥλιον ἀνατέλλειν ἔδοξεν. CASAUB.

P. Nigidium] Qui (quod initio libri XLV. Dion refert) usque adeo coeli peritia excelluit, ut prohibitis quibusdam studiis dare operam crederetur. Plura ex Lucano, Gellio, Augustino Beroaldus. *Accepit* etiam pro *acceperit*

ctavius, utero Atiae jubar solis exortum. Quo natus est die, quum de Catilinae conjuratione ageretur in curia, & Octavius ob uxoris puerperium serius adfuisset, nota ac vulgata res est, P. Nigidium comperta morae caussa, ut horam quoque partus adceperit, adfirmasse, dominum terrarum orbi natum. Octavio postea, quum per secreta Thraciae exercitum duceret, in Liberi patris luco, barbara cerimonia de filio consulenti, idem adfirmatum est a sacerdotibus: quod infuso super altaria mero, tantum flammae emicuisset, ut supergressa fastigium templi ad coelum usque ferretur: unique olim omnino Magno Alexandro, apud easdem aras sacrificanti, simile provenisset ostentum. Atque etiam sequenti nocte statim videre visus est filium mortali specie ampliorem, cum fulmine & sceptro, exuviisque Jovis Opt. Max. ac radiata corona super laureatum currum, bis senis equis candore eximio trahentibus. Infans adhuc, ut scriptum apud C. Drusum exstat, repositus vespere in

perit lego. TORR.

Dominum] Paullo aliter Servius ad Virg. VI. Aen. 798. BROUCKH.

Secreta Thraciae] Intelligere videtur montem Orbelum, qui initiante Orpheo sacris Bacchi celebratus, teste Mela lib. II. cap. 2. *secreta* vero hic paullo aliter puto explicanda, ac passim loca illa, in quae secedere solerent Romani, qui & *secessus* saepius dicuntur, & quo sensu *secreta Campaniae* Tacit. III. Hist. 63. & alibi saepe, & *secretum Neapolis* Stat. IV. Silv. VIII. 6. sed ut indicet simul aliquam religionem loci, qui a frequentia remotus, templo, luco & sacerdotibus nobilitatus erat. & hinc factum, ut saepe hanc vocem, cum *sacrato* commutaverint librarii, praecipue ubi de locis sacris agitur, ut vidimus ad Ovid. VII. Met. 57. BURM.

Tantum flammae emicuisset,] Simile Tiberio ostentum evenit, cap. XIV. Felix nimirum flammae effulgentis semper augurium, ut de Ser. Tullio dormiente, de L. Marcio concionante Livius lib. I. & XXV. & Valer. Max. lib. I. cap. IV. tradiderunt, & de Q. Salvidieno gregem pascente ante retulimus ex Dione, cap. LXVI. TORR.

Unique olim omnino] *Unique omni magno* Mem. sed Gronov. legebat, *unique olim magno*. forte ex consueto loquendi genere scripserit, *unique omnium*. vid. ad Quinctil. VI. 3. pag. 548. & ita centies Cicero & alii. supr. Caes. LIII. *unus ex omnibus*. illud *olim* deerat Exc. Cujac. & minime necessarium, quod delendum censebat Davis. ad Caesar. VII. Bell. Gall. cap. 29. in curis secundis. In Copesiano erat ejecto *unique*; *olimque omnino, pervenisset* etiam Cod. Periz. BURM.

Nocte statim] *Statim nocte* Exc. Cujac. Memm. Copes. & Huls. sed qui *sequenti* non habet.

Exuviisque Jovis Opt. Max.] Quales Romani triumphantibus dabant, togam pictam, tunicam palmatam. De quibus Livius lib. X. Juvenal. Sat. X. *in tunica Jovis*, &c. De Jovis vero curru, qui & ipse hoc Octavii somnio describitur, Turneb. Adversar. IX. cap. IX. & XXIV. cap. XXXI. Inf. Claud. cap. XVII. *Super* etiam (ne quis erret) pro ultra, aut praeter dixit, quod alibi quoque occurrit. TORR *Eximiisque* Cod. Huls. Ed. Venet. pr. vid. Scheffer. II. de Re vehic. XXIV. p. 300.

Laureatum currum] V. C. habet *deauratum currum*. URSIN. Sollicitum habuit hic locus Virum Ampl. Cuperum, qui in Apotheos. Homeri p. 204. & in Epistola ad Heins. sylloges nostrae tom. II. pag. 721. tentabat, *at radiata corona super laureatam*, (vel *lauream*) *deauratum currum &c. trahentibus*. Heins. Epistola seq. probat super *laureatam*, sed *deauratum* superfluum judicat, quia quum currum designet triumphalem, non alius, nisi deauratus potuerit intelligi. forte legi posset, *ac radiata corona superum, auratum currum* &c. *trahentibus*. vel transpositis vocibus, *radiata corona, ac laureatum super currum*. sed prior conjectura magis arridet. nam non agitur hic de proprio curru triumphali, sed de augustiore & ipso illo triumphali splendidiore, ut in nocturnis visis omnia ampliora videbantur, quare etiam duodecim equi trahebant. & licet intelligatur per se currus triumphalis deauratus fuisse, tamen addere hoc epitheton saepe so-

lent.

in cunas a nutricula, loco plano, postera luce non comparuit: & diu quaesitus, tandem in altissima turri repertus est, jacens contra Solis exortum. Quum primum fari coepisset, in avito suburbano obstrepentes forte ranas silere jussit: atque ex eo negantur ibi ranae coaxare. Ad quartum lapidem Campanae viae, in nemore prandenti, ex improviso aquila panem ei e manu rapuit: & quum altissime evolasset, rursus ex improviso leniter delapsa reddidit. Q. Catulus post dedicatum Capitolium, duabus continuis noctibus somniavit: prima, Jovem Opt. Max. praetextatis compluribus circum aram ludentibus, unum secrevisse: atque in ejus sinum signum Reipublicae, quod manu gestaret, reposuisse. At in sequenti, animad-

dent. ut Horat. Ep. XIX. *aureos currus* dixit, & ne hoc Poetis licere dicatur, Liv. etiam lib. X. 7. *Jovis Opt. Max. ornatu decoratus, curru aurato per urbem vectus*, qui locus nostro similis fere, nisi quod radiata corona desit, & numerus equorum sit minor. BURM.

Postera] *Postea* Harlem. Edd. Roman. Venetae tres.

Et diu] *Diuque* Exc. Cujac. Edd. Junt. Stephan. Ald. *Turre* etiam Exc. Cujac. male. vid. Charis. I. Inst. Gram. p. 25. *repertus & jacens* Harlem. Periz. BURM.

Obstrepentes forte ranas silere jussit:] Olim de Hercule id jactatum. Solinus de ranis loquens apud Reginos mutis: *Caussam Granius tradit, cum obmurmurarent illic, Hercule quiescente, Deum jussisse, ne streperent: itaque ex eo coeptum silentium permanere.* CASAUB. Solin. cap. VIII. de cicadis loquitur. Maecenatem in Augusti gratiam annulo suo insculptam ranam gestasse, ut hoc quasi symbolo silentium promittere Augusto videretur, notat Pierius Hierogl. lib. XXIX in *Rana.* quam sententiam, & aliorum, cur Maecenas rana signaret, referens Meibomius in Maecen. cap. XIII. suspendit judicium suum. *Obstrepentis.* Memm. BURM.

Ad quartum lapidem. Campanae viae,] Mallem *Campania via.* Campanam autem, ut puto, Appiam vocat, qua recta Capuam ducebat. TORR. Errare, qui hanc eamdem & Appiam putant, ostendit Fabrettus, in topographica tabula, quam praeposuit Dissert. III. de Aquaeduct. & confirmavit cap. VI. Insc. pag. 481. dictam etiam Asinariam vult. BURM.

In nemore prandenti,] Dio, τρεφόμενον δ' ἐν ἀγρῷ αὐτῷ, hoc est, *cum cibum sumeret*, non ut interpretes Dionis & Zonarae, *cum educaretur.* Male in cod. Cedreni φερόμενον. emenda ex Dione. CASAUB.

Cum altissime volasset,] Tres libri *evolasset.* Sic Tarquinio Prisco Romam migranti sublatus ab aquila pileus, & mox restitutus, regnum portendit. Auctor Livius, & alii, & tale aliquid de Diadumeniano Lampridius cap. IV. TORR. *Evolasset* Codd. Memm. Huls. & Exc. Cujac. Edd. Junt. Ald. Arg. sine dubio recte. nam *e* ab ultima litera praecedentis vocis *altissime* absorpta est. & ita Cicero & alii passim hoc verbo de alitibus, altum petentibus, utuntur. nec dubitabit, spero, qui notas nostras ad Ovid. II. Art. Amat. 19. respicere dignabitur. vid. & ad Galb. cap. XVIII. *rursus & improviso*, Harlem. BURM.

Praetextatis] *E praetextatis* Copes. & Huls. qui male mox *decrevisset:* saltem *discrevisse* scripsisset, sed nil mutandum.

Signum Reipublicae] Interpretes Aquilae signum intelligunt, aut etiam Libertatis. Ego *signum Romae* scribendum puto, non *reipub.* id enim notarum errore irrepsit. nam quo signo, obsecro, respublica exprimetur? At Romae effigies in Imperatorum nummis passim cernitur, nonnunquam etiam dextra gestata manu, sicut & Victoria. TORR. Omnes fere libb. quos vidimus, consentiunt: Memmianus, *quam manuque.* At Dio sic vertit, quasi legisset *signum Romae*, τὸν θεὸν εἰκόνα τινὰ τῆς Ῥώμης εἰς τὸν ἐκείνου κόλπον ἐμβεβληκέναι. Ego *signum Reipublicae* interpreter δημοσίαν σφραγῖδα, qua obsignari solita diplomata, & quaecunque alia reip. nomine signabantur. Id signum visus secundum quietem Catulo reponere Jupiter in sinum Augusti, conjecturam ex eo fecit, in illius potestatem fore quandoque rempublicam. Symbolum enim dominii & potestatis est sigillum. ideo soliti morientes anulum signatorium dare iis, quibus plurimum vellent, ut de Alexandro narrant Diodorus & Curtius; vel quos haeredes instituissent, sicut est apud Va-le-

animadvertisse se in gremio Capitolini Jovis eumdem puerum: quem quum detrahi jussisset, prohibitum monitu Dei, tamquam is ad tutelam Reipublicae educaretur. Ac die proximo obvium sibi Augustum, quum incognitum alias haberet, non sine admiratione contuitus, simillimum dixit puero, de quo somniasset. Quidam prius somnium Catuli aliter exponunt, quasi Jupiter compluribus praetextatis tutorem a se poscentibus, unum ex eis demonstrasset, ad quem omnia desideria sua referrent: ejusque osculum delibatum digitis ad os suum retulisset. M. Cicero C. Caesarem in Capitolium prosecutus, somnium pristinae noctis familiaribus for-

lerium Max. propterea Tiberio morienti annulus a Cajo adimitur. Interpretes alivorsum haec trahunt, quos non sequor. Qua figura autem reipubl. id est, publicum signum fuerit, nisi si fuit ipsius Romae imago, qualis in nummis saepe videtur, nescio. CASAUB. *Sinum* deest Memm. absorptum sine dubio a proximo *signum*. *in sinum ejus* Copes. deinde, *quam manu* idem Lipsius ad oram codicis in *ejus sinu signum Romae*, unde Torrentius suam instruxit officinam: vel *sceptrum quod manu*. sed Cujac. Exc. *quodam manu*.

At in sequenti] *Atque insequenti* Periz. Harlem. *atque* habent fere omnes veteres, sed haec duabus vocibus *in sequenti*, illa *insequenti*, ut & supr. c. XLIV. Vesp. v. & saepe alibi. BURM.

Die proximo] *Proximi* Exc. Cujac. quod Lipsius notat dictum, ut *die crastini*.

Cum incognitum alias] *Aliis* Harlem. an, *quem inc.*

Compluribus] *Cum pluribus* Hulf.

Osculum delibatum digitis] Sententia est, ni fallor, Jovem suavioli loco digitos ad os pueri porrectos suo mox ori admovisse, ut a nimium officiosis hodieque fieri videmus, qui manum qua ejus, cui obsequium deferunt, vestimenti partem aliquam attigerunt, admotam labris osculantur. Pulchre Appulejus, quem & Beroaldus citat: *Tunc Jupiter perpressa Cupidinis buccula, manuque ad os relata, consuaviat.* Sueton. Galb. cap. IV. *Constat Augustum puero adhuc se salutanti inter aequales apprehensa buccula dixisse.* Atque ita intelligendum fortassis illud Virgilii I. Aen. 257. *Oscula libavit natae*, qualia scilicet Divorum reliquiis prisco more libamus. Nec dissimile est, quod lib. XXVIII. cap. II. *In adorando*, inquit Plinius, *dexteram ad osculum referimus.* sic enim legendum, non *oculum*, ut imperiti volunt. Aliud genus osculi, quod χύτραν, id est, ollam, vocabant Graeci, quo apprehensis auriculis, ut nunc quoque solent pueri, alter alterum osculabantur. De quo Julius Pollux lib. X. & inter nostros, nuper immatura morte sublatus, Gulielm. Canterus Novar. lect. VI. cap. XXV. TORR. Quid retulisset? nempe *osculum*: non enim possumus aliter exponere: tamen hoc genus loquendi alibi non memini notare. Consuetudo adorantium fuit, ut manu porrecta, ad os relata, osculum labiis imprimerent. *Qui adorant*, inquit Hieronymus adversus Ruffinum, *solent deosculari manum, & capita submittere.* Eum ritum obscure hic innuit Tranquillus: de quo plura a viris eruditis sunt observata. CASAUB. Ego explico, prius digitis suos osculum, id est parvi pueri os, tetigisse leviter; simulque eum levasse, & ori suo admovisse pueri os. ut ita in alia persona Proper. I. III. 16.

Osculaque admota sumere ad ora manu.

ut Gronovius emendabat. ad alium sensum, quem Torrentius & Casaubonus indicant, posset referri illud Petron. cap. LXXXIX.

Parvulas illi manus
Ad ora referunt.

licet & ibi de metuentibus possit explicari, qui manum ad os opponere solent. BURM.

M. Cicero] Aliter Plutarch. in Cicerone t. I. pag. 883. & fere ad Catuli somnium. BROUKH.

Somnium pristinae noctis] Cl. Dukerus ad Liv. IV. 32. legit *proximae noctis*. sed neque contra codices id tentare placet. neque etiam *pristinum diem* pro proxime praecedentem dici, exemplo caret: Curt. VIII. IV. 2. *Primus dies quietum iter praebuit. proximus quidem procellosus, & tristis, obscurior tamen pristino.* ubi vide notas doctissimi Snakenburgii &, quem laudat, Davis. ad Caes. IV. Bell. Gall. 14. BURM.

Dos-

forte narrabat: puerum facie liberali demissum coelo catena aurea, ad fores Capitolii constitisse, eique Jovem flagellum tradidisse: deinde repente Augusto viso, quem ignotum adhuc plerisque avunculus Caesar ad sacrificandum acciverat, adfirmavit ipsum esse, cujus imago secundum quietem sibi obversata sit. Sumenti virilem togam, tunica lati clavi resuta ex utraque parte, ad pedes decidit. Fuerunt, qui interpretarentur, non aliud significare, quam ut is ordo, cujus insigne id esset, quandoque ei subjiceretur. Apud Mundam D. Julius castris locum capiens, quum silvam caederet, arborem palmae repertam conservari, ut omen victoriae, jussit: ex ea continuo enata soboles, adeo in paucis diebus adolevit, ut non aequipararet modo matricem, verum etiam obtegeret, frequentareturque colum-

Demissum coelo] *Demissa coelo* Copes. & Huls. *demissum e coelo* Exc. Cujac.

Eique Jovem flagellum tradidisse:] Hoc symbolo peritura libertas significatur: nam libera civitate civem Romanum virgis caedi nefas, nedum flagellis, Juvenalis ideo hac circumlocutione Juliam designat:

Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites. Casaub.

Obversata] *Observata.* Codd. Harlem. Huls. & Exc. Cujac. simile quid de Platone narrat Apulejus de Habit. Philos. Platon. principio. Burm.

Tunica lati clavi resuta] Haec & apud Dionem legimus initio lib. XLV. cujus interpres non recte togam vocat, quam tunicam vocare debebat. ὁ χιτὼν, inquit, περιεῤῥάγη. *Tunica* vero *lati clavi* senatorum insigne fuit, ut equitum anulus. Festus in *Picta*: *Tunica palmata a latitudine clavorum dicebatur, quae nunc a genere picturae appellatur.* Torr. Quam dedit ei Caesar induendam loco tunicae rectae, ut ante diximus. Casaub.

Resuta ab utraque parte,] Super humeros. Dio: Ὁ χιτὼν περιεῤῥάγη τε ἑκατέρωθεν ἀπὸ τῶν ἐπωμίδων, καὶ μέχρι τῶν ποδῶν κατεῤῥύη. Erant autem tunicae aliae ῥαπταὶ, aliae συμπορπηταὶ, ut alibi pluribus enodamus. Casaub. *Resutam* hic non est aliter exponere quam refibulatam, nodis scilicet solutis, quibus tenebatur in humeris ex utraque parte: χιτὼν enim fuit illa lati clavi tunica & ῥαπτή. nam ῥαπταὶ & συμπορπηταὶ eaedem fuere; eae scilicet, quae fibulis, hoc est, ῥαφαῖς continebantur & stringebantur. Hinc ῥαφίδα, περόνην exponunt grammatici. Hesychius Ῥαφὶς, ἐπίδεσμος, περόνη. Salmas. de verbo *decidere* vid. ad Ovid. XX. Epist. 208.

Fuerunt, qui interpretarentur,] Ipsum Octavium temere hoc dixisse, auctor Dio. Casaub.

Ut is ordo] *Ut* deest Periz. Harlem. Edd. Venet. tribus, Basil. *subjicerentur* etiam Ven. pr. hinc firmari posset τὸ *subjiceretur* supr. cap. XIII. Burm.

Apud Mundam D. Julius] Apud Dionem paullo aliter hanc historiam narrantem, ita scribe libro XLIII. Καὶ ὁ λόγος μὲν, ὅτι οὐκ ἔφερέ τι τοῦτο, ἀλλ' οὐκ ἐκείνῳ γε ἔτι, ἀλλὰ τῷ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ ἐγγόνῳ τῷ Ὀκταουΐῳ· pessime edunt vulgo, ὅτι συνέφερέ τι τούτῳ. Sic accipiunt verbum φέρειν Graeci pro συμφέρειν, vel φέρειν τεκμήριον, ut loquitur idem Dio lib. XLV. idem lib. L. ταῦτα μὲν ἐν ἐπὶ πάντας αὐτοὺς ἔφερε. Lib. XLVI. Ἐς πάντας ὁμοίως ἤνεγκεν. & paullo ante, ἐς μόνον ἂν αὐτὸν ἔτεινε. Philostratus in Apollonii vita lib. VIII. Εἰς πάντας ἔφερεν ἡ δωρεά. Casaub.

Locum capiens] *Cupiens* Harl. male. vid. ad Ovid. I. Art. Amat. 234. Burm.

Enata soboles] *Nata* Codd. Harlem. Periz. Edd. Rom. Venet. tres, Bonon. Lugd. sed male, praepositiones enim iterari solitas vidimus ad cap. LXXXVI. & ita *enata palma* sup. c. XCII. deinde *suboles* Memm. & certe ita poscit ratio originis. vid. Pier. ad Virgil. IV. Aen. 328. sed *o* & *u* passim confundunt, & MSS. in hac voce semper fere variant. ego cum Torrentio ad Horat. III. od. 13. mollius & rotundius *soboles* ad aures accidere credo, & lites has de minutis his rebus, libens ad Grammaticos relego. eadem facilitate *aequiperaret*, ut Memm. Periz. & alii habent, pro *aequipararent*, illis relinquo: vide inf. Neron. LIII. & Heins. ad Virgil. V. Ecl. 47. Burm.

Aequipararet matricem] Liber opt. *aequiperaret*, ut semper. *Matricem* autem *arborem* matrem vocat, sub qua soboles pullulaverat. Virgil. II. Georg. 17.

Pul-

lumbarum nidis: quamvis id avium genus duram & asperam frondem maxime vitet. Illo & praecipue ostento motum Caesarem ferunt, ne quem alium sibi succedere, quam sororis nepotem, vellet. In secessu Apolloniae Theogenis mathematici pergulam comite Agrippa adscenderat: quum Agrippae, qui prior consulebat, magna, & paene incredibilia praedicerentur, reticere ipse genituram suam, nec velle edere perseverabat, metu ac pudore, ne minor inveniretur. Qua tamen post multas adhortationes vix & cunctanter edita, exsiluit Theogenes, adoravitque eum. Tantam mox fiduciam fati Augustus habuit, ut thema suum vulgaverit, nummumque argenteum nota sideris Capricorni, quo natus est, percusserit. Post necem Caesaris reverso ab Apollonia & ingrediente eo urbem, repente liqui- 95 do

Pullulat ab radice.
& mox:
Parva sub ingenti matris se subjicit umbra.

Matricis vocabulo de gallina & columba utitur eodem sensu Columella, quo Tranquil. de arbore. TORR. Matrix est arbos, quae fuit τινὸς Julii Caesaris patris, sicut ejus soboles Octavii filii. CASAUB.

Matricem] Vide Rutgers. Venus. lect. cap. I.

Columbarum nidis:] Augurium firmabat, quod columbae Veneri, a qua gens Julia per Aeneam, sacrae sunt, quodque columbae nullae in arboribus nidificant, praeter palumbes, & quas livias vocant, & ne istae quidem fronde dura & aspera, qualis palmae est. TORR. Recte ad Palumbes refert Torrent. quem & vid. ad Horat. I. Od. 2. columbae enim domesticae in arboribus vix solent nidificare. BURM.

Illo & praecipue] *Et* deerat Edd. Rom. Bon. sed retinendum. vid. supr. cap. XCII. BURM.

Quam sororis] *Qui* Venet. sec. & tert.

Secessu] *Secessum* Copes. *successu* Memm. & Harlem.

Theogenis mathematici] De hoc nihil memini me legisse. Similem vero in Africa nactus est Septimius Severus, teste Spartiano cap. II. TORR.

Pergulam] *Pertegulam* Copes. & Huls.

Comite Agrippa] Fuisse Agrippam cum Octavio Apolloniae sub tempus caedis Julianae, & Vellejus indicat. CASAUB.

Exsiluit] Et haec menda insedit fere omnes scriptos & editos, sed recte Gronovius & hic & cap. XCVI. *exsiluit* restituit, quae scriptura ubique servanda in verbo *salio*, & ejus compositis.

Ut thema suum vulgaverit,] Genesin vocat Juvenalis Sat. XIV. 248.

Nota mathematicis genesis tua.

Sueton. paulo ante, & Spartianus Severo *genituram*, astrologi *horoscopum*. *Thema* vocat etiam Sidon. Apollinaris, cujus verba mox apponam, ut & apud Graecos quicquid in medium proponitur, *thema* appellatur. TORR. Intelligit eo verbo situm stellarum ac planetarum, ac si dixisset coeli configurationem. itaque cum nota Capricorni exstat argenteus denarius ab ipso Augusto signatus. URSIN. *Schema* & mox, *sub quo natus* emendat Carrion. lib. II. Emend. 2. male. nam ut *thema* Graeci, ita *ponere genituram*, & *positam horam* dixit Spartian. in Severo cap. II. *positus siderum* dixit Tacit. VI. Ann. 21. sub Capricorno autem nasci Tyrannos, & qui patriae libertatem opprimunt, explicabant Mathematici. vid. Lambin. ad Horat. II. Od. 17. & Comm. ad Petron. cap. XXXIX. BURM.

Nummum argenteum] Quales apud me diversa forma servantur complures. Similem vero etiam Vespasianus percussit. TORR.

95. *Ingrediente eo urbem,*] Mane hora diei tertia, incipiente luce solis, aerem forte tum spissiorem factum, ut plagam sentire posset, ferire. CASAUB.

Repente liquido ac puro sereno,] Liber opt. non habet *repente*. Quod tamen si retineas, ita locum hunc intelligo, ut circulus ille repente solem ambierit. non ut coelum repente effulserit: cum enim hujusmodi, sive circuli, sive areae, & coronae, ut appellant physici, humida fere nube se spargente existant, nihil mirandum foret coelo repente sereno effecto id

do ac puro sereno, circulus ad speciem coelestis arcus orbem solis ambiit: ac sub-

id contigisse. Sic nempe & fulmina, quae serena tempestate fiunt, prodigiosa magis, ac significantia habentur. Quod Horat. quoque ostendit lib. I. Od. XXXIV. *per purum tonantes Egit equos.* Circuli autem hujus meminit Plin. lib. II. cap. XXIV. & egregie Seneca lib. I. Quaest. Natur. cap. II. TORR. *Repente a liquido* Harlem. Periz. Edd. Rom. Venet. tres Basil. nec male. ut *a* sit post, ut centies apud nostrum & alios. *liquidum serenum* dixit ut Gell. II. 20. *Coelum liquide serenum.* BURM.

Circulus ad speciem coelestis arcus orbem solis ambiit:] Ambitiosius hoc narrat Vellejus lib. II. 59. *Cum intraret urbem, solis orbis super caput ejus curvatus aequaliter, rotundatasque in colorem arcus, veluti coronam tanti mox viri capiti imponens, conspectus est.* faciunt inepte, qui eum locum cum alio Suetonii comparant, & dissonantiam in hac historia inter duos hosce scriptores notant. Dio breviter: Ἐς τὴν Ῥώμην ἐσιόντος αὐτοῦ ἶρις πέριξ τὸν ἥλιον πολλὴ καὶ ποικίλη περιέσχεν, idque ait ille signum adeo editum, non futurae Augusteae magnitudinis, sed futurarum mox turbarum. Orosius lib. VI. postquam verbis nostri rem exposuit, ita interpretatur: *Quasi unum eum ac potissimum in hoc mundo solumque clarissimum in orbe sol monstraret, cujus tempore venturus esset, qui ipsum solem solus, mundumque totum & fecisset & regeret.* Notemus Suetonii accuratam dictionem, qui non *arcum* dixit, ut Dio & Zonaras ἶριν, sed *circulum ad speciem coelestis arcus.* neque enim arcus esse potuit, ut ex Meteorologicis Aristotelis & Olympiodoro constat. cum Suetonio loquitur Seneca Naturalium Quaestionum libro I. cap. secundo: *Memoria proditum est,* inquit, *quo die divus Augustus urbem ex Apollonia reversus intravit, circa solem visum coloris varii circulum, qualis esse in arcu solet: hunc Graeci halo vocant, nos dicere coronam aptissime possumus.* In quibus verbis subit duo mirari: nam ex sententia philosophorum ἅλως circulus ille non fuit, ut liquebit attendenti, quae ad tertium Meteorologic. accurate notat Olympiodorus. Deinde si ἅλως fuit, cur *coronam* interpretatur? nam Graeci hujusmodi διωνυμίας vocant στεφάνους. Philostratus lib. VIII. de Domitiani morte loquens: Τὸν τοῦ ἡλίου κύκλον περιελθὼν στέφανος ἴκελος ἴριδι τὴν ἀκτῖνα ἠμαύρου. Historiae miscellae Auctor de signo, quod apparuit Gallo Antiochiam veniente, quando Caesar factus est a Constantio: *Columna sub specie crucis in coelo visa est, speciem luminis habens extensam a Golgotha usque ad montem Olivarum. In circuitu autem ejus corona erat, velut iridis speciem habens.* CASAUB. *Ad seciem* ex Memm. Gronov. sed *ad seriem* Graev. profert.

Ac subinde] Pro mox, statim. Horat. Epist. ad Celsum I. III. 15.

> - - - *primum gaudere, subinde*
> *Praeceptum auriculis hoc instillare memento.*

Alias pro frequenter & identidem utuntur auctores. TORR.

Primo consulatu augurium capiente,] Scio doctissimos viros referre hoc ad sacrum consulare, quod Kal. Jan. faciebant novi coss. in Capitolio: quorum auctoritati etsi plurimum in his litteris tribuo; tamen ut hic iis assentiar, adduci non possum. Dionem potius sequor, qui factum hoc narrat primo die comitiorum, quibus Augustus consulatum est adeptus. recte sine dubio & vere. non enim consuli Octavio, sed candidato consulatus hoc augurium apparuit. Atque hic vetus mos latet, ex prima antiquitate illustrandus. *Augurium capere* dicebantur candidati, cum nocte, quae comitia praecedebat, sub dio extra urbem cubantes, dein solida sella sedentes, in loco ei rei destinato exspectarent, dum ipsis deus aliquis bonum signum mitteret: quod olim quidem vere solitum fieri, estque is mos a Romulo ipso traditus, diutissime in Rep. servatus. postea tantum umbra in usu remansit, re neglecta. planissime haec omnia ita explicat Dionys. Hal. lib. II. Ἐπηυλίζοντο) οἱ τὰς ἀρχὰς μέλλοντες λαμβάνειν, καὶ περὶ τὸν ὄρθρον ἀνιστάμενοι ποιοῦντο) εὐχὰς ὑπαίθριοι· τῶν δὲ παρόντων τινὲς ὀρνιθοσκόπων μισθὸν ἐκ τοῦ δημοσίου φερόμενοι, ἀστραπὴν αὐτοῖς μηνύειν φασὶν ἐκ τῶν ἀριστερῶν τὴν οὐ γενομένην· οἱ δὲ τὸν ἐκ τῆς φωνῆς οἰωνὸν λαβόντες, ἀπέρχονται ταύτας παρειληψόμενοι· οἱ μὲν αὐτὸ τοῦθ' ἱκανὸν ὑπολαμβάνοντες εἶναι, τὸ μηδένα γενέσθαι τῶν ἐναντιουμένων τε καὶ κωλυόντων οἰωνῶν· οἱ δὲ καὶ παρὰ τὸ βούλημα τοῦ θεοῦ κωλύοντος. In quibus vero ἐπαυλίζεσθαι est extra urbem pernoctare, non quod putant interpretes.

ita

ſubinde Juliae Caeſaris filiae monumentum fulmine ictum eſt. Primo autem conſulatu ei augurium capienti, duodecim ſe vultures, ut Romulo, oſtenderunt: & im-

ita faciendum fuit candidatis. Plutarchus in Marcello: Ὅταν ἄρχων ἐπ' ὄρνισι καθεζόμενος ἔξω πόλεως περὶ οἰκον ἢ σκηνὴν μεμισθωμένην. Sic ſcribendus hic Plutarchi locus: nam καθίζεσθαι οἰκον, barbarum eſt, non Graecum. Latini eum locum *templum* appellant, ut Seneca epiſtola CXVIII. & Valerius Maximus lib. III. cap. V. quia in eam rem ab auguribus certis caeremoniis effabatur, quas explicant Feſtus Pompejus & Servius. Ibi cubabant in tabernaculo, vel caſa publice conducta, ut indicat Marcelli hiſtoria apud Plutarchum, Ciceronem & Valerium Max. inde viſis auſpiciis tollebant ſe ex templo ac ſurgebant. Unde ſunt verba augurum *tollere ſe*, & *ex templo*, de quibus veteres. Ad ritum hunc refero verba haec Feſti lib. III. *Cubans auſpicatur, qui in lecto quaerit augurium.* E lecto mane ſurgentes ſedebant in ſolida ſella, ut intelligimus ex ruderibus Feſti in voce *Solida* cum ſuperiore Dionyſii loco comparatis. Similiter omina captabant etiam alii ſedentes in ſella. Cicero de Divinat. lib I. cap. 46. *Audivi, eum diceret Caeciliam Metelli, cum vellet ſororis ſuae filium in matrimonium collocare, exiſſe in quoddam ſacellum ominis capiendi cauſſa, quod fieri more veterum ſolebat: cum virgo ſtaret & Caecilia in ſella ſederet, neque diu ulla vox extitiſſet.* Quod adjicit Dionyſius de auguribus, quos candidati interrogare ſoliti, lucem accipere ex iis debet, quae Feſtus notat in *ſilere*, & M. Tullius lib. II. de divinat. cap. 34. ubi explicat, quid ſit in diſciplina augurali *ſilentium*. Id enim ſucceſſerat in locum eorum ſignorum, quae prius fuiſſe divinitus data candidatis, veteres hiſtoriae memorant. Quo magis advertit omnes augurium Octavio datum, quod non ſolum fuit verum, nec ſimulatum, ut erat tum moris: ſed etiam magnificum & plane regium. CASAUB. Magiſtratum inituri non niſi poſt medium noctis auſpicio operam dabant. teſtatur Dion. Halicar. lib. 2. Ἐπιπολάζοντος μὲν γὰρ οἱ τὰς ἀρχὰς μέλλοντες λαμβάνειν, περὶ τὸν ὄρθρον ἀνιστάμενοι ποιοῦνταί τινας εὐχάς, quem locum Gelenius de candidatis interpretatus eſt. Cujus errorem ſecutus quoque eſt Caſaubonus ad Sueton. Auguſtum cap. 95. Ecquis vero vel mediocriter in Romana hiſtoria verſatus unquam audivit penes candidatos auſpicia fuiſſe, quae non niſi magiſtratuum erant? Quid quod & Plutarchi locum ſiniſtre interpretatur ibidem Caſaubonus. Verba Plutarchi ſunt in Marcello, ὅταν ἄρχων ἐπ' ὄρνισι καθεζόμενος. &c. haec de candidatis accipienda eſſe affirmat. At Plutarchus ibi loquitur de conſule, qui comitia habiturus eſt. Ecquando vero ἄρχων apud Graecos pro candidato ſumitur? Proinde emendandus eſt hic error Caſauboni, quem in explicando Suetonii loco nihil vidiſſe conſtat, idque tunc, cum plus ſibi vidiſſe quam caeteri videtur. Porro Dionyſii locum de candidatis non eſſe ſumendum ita evincimus. Οἱ τὰς ἀρχὰς μέλλοντες λαμβάνειν ad verbum ſunt ii, qui magiſtratum inituri ſunt. ii circa diluculum ſilentio pergebant e cubili. Deinde jam candente die urbem ingreſſi ſedebant paulisper in tribunali, & aliquid agebant pro magiſtratu. & illi auſpicati eſſe & egiſſe eodem die dicebantur. diem enim Romani definiebant a media nocte, ad mediam noctem, ut ait Gell. III. 2. & Cenſor. c. 24. hinc quia conjuncta erant auſpicium & actio, *auſpicari* dicitur ſaepe, qui agere incipit. Illuſtris eſt Ciceronis locus lib. I. in Verr. cap. 40. qui ad hunc morem pertinet: *Nam ut praetor factus eſt, qui auſpicato a Chelidonide ſurrexiſſet, ſortem nactus eſt urbanae provinciae.* ubi Aſconius notat: *Auſpicari dicuntur ineuntes magiſtratum* H. VALESIUS ad Dion. Coccejanum in Excerpt. Peireſc. p. 83.

Ei augurium] *Et aug.* Copeſ. vid. ſup. cap. LVIII. ego hic abeſſe mallem *ei*.

Duodecim ſe vultures, ut Romulo, oſtenderunt:] Non ita Dio narrat: Πρώτης τῆς ἀρχαιρεσιῶν ἐς τὸ πεδίον τὸ Ἄρειον ἐσελθών, γῦπας ἓξ, ἐπεὶ δὲ ταῦτα δημηγορῶν τι πρὸς τοὺς στρατιώτας, ἄλλους δώδεκα εἶδε. CASAUB.

Ut Romulo] *In Romulo* Exc. Voſſ.

Et immolanti omnium victimarum] Augurium modo expoſitum contigit Octavio anno DCCXI. menſe Auguſto. Hoc oſtentum, quod hic memoratur, factum anno priore, menſe, ut arbitror, eodem, die primo poteſtatis ejus, cum abſens decretae ſibi praetoriae dignitatis ſuſciperet inſignia. Eſt ergo in verbis Suetonii ὕστερον πρότερον, ut ſaepe alibi: niſi diſſentit ille a caeteris hiſtoricis in temporum ratione, & hoc quoque ad primum conſulatum

 Octa-

immolanti omnium victimarum jocinora replicata intrinsecus ab ima fibra paruerunt: nemine peritorum aliter conjectante, quam laeta per haec & magna portendi. Quin & bellorum omnium eventus ante praesensit. Contractis ad Bononiam

96

Octavii retulit. CASAUB. *Immolato* Exc. Cujac. hic ὕστερον πρότερον est. nam hoc prodigium prius praecedente fuisse, & consulatum antecessisse post Casaubonum docet Cl. Wesseling. lib. II. observ. cap. 18. alterum augurium accidisse die comitiorum scribit idem Dio lib. XLVI. quod si Casaubonum sequamur, capi debet non de publico augurio, quod per augures capiebatur: nam & privati solebant rem quamdam magnam aggressuri auguria capere, ut patere poterit ex Caeciliae Metelli exemplo apud Cicer. I. de divin. 26. quamquam Dio non aliter rem narret, ac si Caesari die primo comitiorum campum Martium ingredienti vultures repente, sine ullo augurii ante capti mentione, se obtulissent. Debuisse vero illa comitia in plures dies producta fuisse, patet, quod paullo ante narret Caesarem comitiis, quibus consul creatus est, non interfuisse. quae nisi plures dies statuantur, sibi contraria videntur. Privatum ergo fuit hoc augurium, quod ex rebus sibi obviis capiebant: quale etiam Torr. ad Horat. III. XXVIII. vs. 7. recte exponit, ubi se *auspicem* dicit Horatius: & hinc *augurium* pro omni monitu deorum saepe ponitur, non de peculiari illo modo Auguria capiendi, quod fiebat per Augures, ut docuit Barth. ad Stat. IV. Theb. 627. & omnia omina saepe *auguria* vocantur, in quibus saepe nulla ex avibus occurrunt, ut in Tib. cap. XIV. Livia, *cum an marem editura esset variis captaret ominibus*, ubi universa narrat, quae Tiberio etiam obvenere, auguria. sic Ovid. I. Met. 395.

Conjugis augurio quamquam Titania mota est.

ubi est interpretatio oraculi dati, quo de futuro conjecturam facit. & bene dicit Servius ad Virg. I. Aen. 397. ubi differre *augurium* & *auspicium* docet, illud dici, quando data opera petitur, & ex certis avibus, hoc ex qualibet ave, maxime quia non poscitur, sed & hoc speciem esse augurii, quale hic fuit, oblatis avibus, ex quibus non petitum augurium, sed sponte oblatum erat. & ita lib. III. 89. ubi *augurium* pro oraculo etiam sumitur, sed *usurpative*, ut notat Servius. sed si quis de publico augurio malit capere, sequatur Valesii interpretationem: nam Candidatos auspicia cepisse non legimus, certe non publice per augures. BURM.

Victimarum jocinera] Sic plerumque vetustissimi codices, non *jecinora*. De hoc vero Plin. lib. XI. cap. XXVII. *Divo Augusto Spoleti sacrificanti primo potestatis suae die sex victimarum jecinora replicata intrinsecus ab ima fibra reperta sunt, responsumque duplicaturum intra annum Imperium.* Adde Val. Maximum de Marcello lib. I. cap. VI. Ceterum merito quis ambigat, quem primum potestatis diem vocet Plin. & quomodo tunc Spoleti Augustus? Dion. lib. XLVI. locum quidem non addit, sed tamen evenisse id sacrificanti scribit, quo die bellum sibi contra Antonium una cum potestate praetoria decretum intellexit. Fuit autem tunc in Piceno. TORR. *Omnium*, hoc est, duodecim: tot enim tunc mactatae victimae. Dio, ἅτε καὶ ἥπατα ἐν πᾶσι τοῖς ἱερείοις διπλᾶ ἄνω ἀφ᾽ ἰνὸς. Ideo Plinius in Panegyrico cap. V. dicebat, hoc & superius omen tangens: *Caeteros Principes aut largus cruor hostiarum, aut sinister volatus avium consulentibus nuntiavit.* Ex Dione discimus, *replicata* exta & *duplicia* idem esse. Ea semper habita sunt laetissima, sive omnino essent replicata, sive tantum ex parte. Valerius Max. lib. I. *Primae hostiae jecur sine capite inventum est: proxima caput jocinoris duplex habuit.* Sic & geminum fel laeta portendebat. Plinius lib. XI. *Geminum fel fuit divo Augusto, quo die apud Actium vicit.* CASAUB.

Jocinora] Eadem hic varietas in scriptis & editis, quae supr. cap. LXXXI.

Patuerunt:] Sic Pulmannus quidem, sed MSS. nostri, & editio Germanica *paruerunt*, quod verbum Augurum & Aruspicum erat. Virgil. Aeneid. X. 176.

Cui pecudum fibrae, coeli cui sidera parent,
Et linguae volucrum, & praesagi fulminis ignes.

Et Sidonius: *Utpote quibus themate oblato quasi sanguinariae geniturae schema paruisset.* Fuit & in Jurisconsultorum formulis usurpatum, quod Festus tradit, dicens prima producta pronunciari oportere, & eleganti admodum epigrammate

niam Triumvirorum copiis, aquila tentorio ejus superfedens duos corvos hinc & inde infestantes adflixit, & ad terram dedit: notante omni exercitu, futuram quandoque inter collegas discordiam talem, qualis secuta est, atque exitum praesagiente. In Philippis, Thessalus quidam de futura victoria nuntiavit, auctore D. Caesare, cujus sibi species itinere avio occurrisset. Circa Perusiam sacrificio non litante, quum augeri hostias imperasset, ac subita eruptione hostes omnem rei divinae adparatum abstulissent, constitit inter haruspices, quae periculosa & adversa sacrificanti denuntiata essent, cuncta in ipsos recasura, qui exta haberent. Neque aliter evenit. Pridie quam Siciliensem pugnam classe committeret, deambulanti in litore, piscis e mari exsiluit, & ad pedes jacuit. Apud Actium descendenti in aciem, asellus cum asinario occurrit: homini Eutychus, bestiae Nicon erat nomen. Utriusque

mate Petron. Arbiter cap. CXXXVII.

Jurisconsultus paret, non paret habeto,
Atque esto, quicquid Servius & Labeo.

Adde Ulpianum. l. CLXXIX. De verborum significat. & Sueton. Calig. cap. VIII. TORR. Scribendum autem *paruerunt*, non *patuerunt*. est enim, quod dicit Plinius in eadem re lib. XI. cap. XXXVII. *reperta sunt*. Dio, ἀείρθη. Julius Obsequens, *apparuerunt*. Altera vero lectio sententiae plane contraria. CASAUB. *Paruerunt*, quoque Pal. pr. & tert. nam sec. *patuerunt*, ut & aliae Edd. GRUTER. *Patuerunt* Harlem. Periz. Edd. Venetae tres, Bon. Basil. Lugd. Junt. Ald. Steph. & aliae. male. eadem diversitas in Calig. VIII. & Vespas. IV. BURM.

96. *Duos corvos hinc & inde infestantes*] Dio: Δύο κόρακας στρατευσάντων αὐτῷ πάλαι τε τῶν ἀετῶν περιφερόμενος. CASAUB. *Hinc & hinc* Copes. Senec. Hippol. 1040. *Hinc flammam vomit, oculi hinc relucent.* & ita *hic & hic*, *huc & huc*, pro *hic & illic* &c. saepe occurrit. idem Senec. Med. 385. *talis recursat huc & huc motu effero.* ubi Vossianus *huc & illuc*. BURM.

Affixit & ad terram dedit:] Σχῆμα ἐκ παρωλέλυ. nam *affligere* est προσουδίζειν, *ad terram dare*. CASAUB.

Ac exitum,] Libri meliores *at exitum*. Lego, *atque exitum*. neque enim temere librum ullum veterum legitimum invenies, in quo scribitur *ac* sequente vocali. Augurium autem illud refert etiam Dion lib. XLVII. TORR. Variant admodum codices, plurimi non distinguunt post *praesagiente*, & legunt *ac exitum praesagiente Philippo. Thessalus*, ita Memm. Periz. Harlem. Hulf. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venetae. *praesagiente. In Philippis* Basil. & aliae plures. sed *in* omisso *praesagiente. Philippis* Junt. Arg. Ald. Steph. *praesagientem in Philippis* Lugd. *ac* vero tolerari non potest ante *exitum*, vid. ad Caes. XXVI. quare *atque* cum Torrentio praefero. BURM.

In Philippis Thessalus quidam] Dio narrat lib. XLIII. cujus verba sic lego (sunt enim corrupta) Ἀνὴρ Θεσσαλὸς ἔδοξέν οἱ τὸν Καίσαρα τὸν πρότερον ἐντυχὼν εἰπεῖν τῷ Καίσαρι, ὅτι τε ἀτυχὴς ἡ μάχη γενήσοιτό οἱ, καὶ ἵνα ἀναλάβῃ τι ἀπὸ δικτατορίαν αὐτὸς ἐφόρει. CASAUB. Cod. Salmas. *Philippo Thessalus*. Forte: *Apud Philippos Thessalus*. SALMAS.

Sacrificio non litante,] Iidem codd. *non litanti*, & mox *in illos recasura*, pro *ipsos*. haud dubie melius. TORR. *Litati* Memm. *litato* Copes. & Hulf. Lipsius legebat *litanti*., sed *litante* dictum ut Ovid. XV. Met. 724. *victima nulla litat*. BURM.

Sacrificanti] *Sacrificandi* Harl. in Gron. edit. etiam video *Periculoso*. an operarum vitio, an ex Memm. nescio.

In illos] *In ipsos* Periz. Harlem. Edd. Rom. & omnes fere priscae. Casaubonus *illos* edidit. Ovid. VI. Met. 242.

Et me (quod in ipsam recidat) orbam.
Dixit

ubi vide notas. Virgil. II. Aen. 190.

Quod Di prius omen in ipsum convertant.

recusura Memm. BURM.

Neque aliter] *Nec aliter evenerit* Hulf.

Pridie quam Siciliensem] De piscis augurio satis convenit inter auctores: de tempore vero augurii non ita. Vide Dionem circa initium lib. XLIX. & Plinium lib. IX. cap. XVI. TORR.

Ad pedes jacuit] *Ad pedes ejus jacuit* Periz.

Eutychus homini, bestiae Nicon] Idem Plutarch.

que simulacrum aeneum victor posuit in templo, in quod castrorum suorum locum 97 vertit. Mors quoque ejus, de qua dehinc dicam, divinitasque post mortem, evidentissimis ostentis praecognita est. Quum lustrum in campo Martio magna populi frequentia conderet, aquila eum saepius circumvolavit: transgressaque in vicinam aedem, super nomen Agrippae ad primam literam sedit: quo animadverso, vota, quae in proximum lustrum suscipi mos est, collegam suum Tiberium nuncupare jussit. Nam se, quamquam conscriptis paratisque jam tabulis, negavit suscepturum quae non esset soluturus. Sub idem tempus ictu fulminis ex inscriptione statuae ejus prima nominis litera effluxit. Responsum est, centum solos dies posthac victurum, quem numerum C litera notaret: futurumque ut inter deos referretur, quod AESAR, id est, reliqua pars e Caesaris nomine, Etrusca lingua deus vocaretur. Tiberium igitur in Illyricum dimissurus, & Beneventum usque prosecuturus, quum interpellatores aliis atque aliis caussis in jure dicendo deti-

tarch. Antonio, & Zonaras, Plin. quoque lib. XI. cap. XXXVII. ubi de felle loquitur, *geminum* (inquit) *fuit Augusto sacrificanti, quo die apud Actium vicit.* TORR. *Homini Eutychus, bestiae* &c. Periz. Hulf. & Harlem. & Exc. Cujac. Edd. Rom. Venetae tres, Bonon. Lugd. Junt. Ald. Steph. quem ordinem cur Basilenses mutarint nescio; quas, reliquae Edd. secutae. *Euthycus* ex veteribus quaedam Edd. *Heitichus* & *Vicon* Venet. pr. vitiose.

Utrinsque simulacrum victor posuit in templo, in quod castrorum suorum locum vertit.] Glycas parte III. Annalium, de Nicopoli ab Augusto condita loquens: *Eodem in loco hominis & asini statuas aheneas imposuit. Nam perhibetur ea nocte, quae praelii navalis diem antecessit, in hominem quendam incidisse, qui asinum ageret: quumque illius de nomine sciscitatus fuisset, Mihi quidem, respondit ille, nomen est Eutyches, hoc est, felix: asino vero, Nicon, id est, victor. Atque hae columnae deinceps Byzantium deportatae sunt, & in Circo equestri collocatae.* CASAUB.

97. *De hinc*] *Hinc* Memm.

Circumvolavit] *Circumvolitavit* Copes. Hulf.

Transgressaque in vicinam aedem] Agrippam mortuum intulit Augustus in Mausoleum suum: etsi, inquit Dio, proprium ipse habuit in campo Martio monumentum. De eo videtur loqui Suetonius. CASAUB.

Conscriptis paratisque jam tabulis,] Solebant veteres vota jam suscepta scriptis, subsignatisque tabulis confirmare, atque ipsas saepe tabulas deorum, quibus voverant, genibus, cera affigere. Juveual. Sat. X. 44.

Ergo supervacua, aut perniciosa petuntur,
Propter quae fas est genua incerare deorum.

Plin. Epist. ad Trajanum lib. X. 44. *Solennia vota pro incolumitate tua, qua publica salus continetur, & suscepimus, Domine, & solvimus, precati deos, ut velint ea semper solvi, semperque signari.* Adde tot veterum numismatum inscriptiones: VOTA PUBLICA, VOTA SUSCEPTA, VOTA SOLUTA. Hinc & votorum tituli aut praelati victimis, ut sup. cap. LIX. aut publice propositi, ut inf. Calig. cap. XIV. & apud Juvenalem Sat. XII. 100.

Legitime fixis vestitur tota tabellis
Porticus.

Augustus igitur vota se suscepturum negavit, quae non esset soluturus. *Suscipere* igitur *votum* est nuncupando voti se reum facere. De hoc vero mortis signo, uti & de aliis, non satis Suetonio convenit cum Dione lib. LVI. TORR.

Responsum est] *Responsumque est* Harlem. Edd. Roman. & veteres reliquae. usque ad Basileenses. contra *est* omisso, *Reponsum, centum* Periz. qui & *post haec.*

Notaret] *Enotaret futurumque inter* &c. Memm.

Quod AESAR *Etrusca lingua deus vocaretur*] Hesychius: Αἰσοὶ θεοὶ ὑπὸ Τυῤῥηνῶν. Est vero Graeca vox *aesar* Hetrusca terminatione formata. nam *αἶσα* est fatum, id est, deus, qui fatorum auctor. & ita in libro de Mundo. CASAUB. Vide Tristan. tom. I. Comm. pag. 21.

Pars e Caesaris] *E* deest Memm.

Atque aliis caussis] Et hic malim, *alius aliis caussis,*

tinerent, exclamavit, (quod & ipſum mox inter omina relatum eſt,) *Non, ſi omnia morarentur, amplius ſe poſthac Romae futurum.* Atque itinere inchoato, Aſturam perrexit: & inde, praeter conſuetudinem, de nocte ad occaſionem aurae evectus eſt.

cauſſis, vel *de cauſſis*, ut Tiber. LV. & Veſp. IV. & alibi. BURM.

Non ſi omnia] Videtur legendum, *non ſi omina morarentur.* URSIN. Poſtrema verba illa (*ſe poſthac Romae futurum*) ſunt, quae poſt in omen verſa. Malo autem vir doctus emendat *omina* pro *omnia. Non niſi omnia morarentur*, eſt, ἕως ἂν ἐν μέλλῃ πάντα αὐτῷ ἐμποδών. vel κἂν ἁπάντων ἐμποδὼν γίγνηται). Non nego inter morae cauſſas potuiſſe eſſe omina, ſive ἀπικλήδονα σημεῖα, ut Graeci vocant, & religionem objectam, ut in Othone cap. VIII. & apud Tacitum alioſque. Sed propterea legendum eſſe *omina*, id vero nego. Simile in Julio, *per omnes moras exitu prohibere* cap. XXXIV. CASAUB. Duo quidem Pall. *omina.* ſed temere plane: retinendum *omnia:* pluribus probavi in libellis ſuſpicionum. GRUT. *Omina* habent Copeſ. & Hulſ. ſed *omnia* conſtanter editi & recte: intelligit enim negotia, publica & privata, ut ita paſſim occurrit locutio *relictis omnibus.* ut ſupr. cap. LXVI. de Agrippa, *qui relictis omnibus ſe Mitylenas contulit.* ubi non hominibus aut amicis, ſed *rebus* eſſe ſubintelligendum, docet Terentius, qui Eun. I. II. 86. *Ancillulam relictis rebus omnibus quaeſivi*, qui & *relictis rebus* dixit And. II. VI. I. & Heaut. IV. VII. 12. *moverentur* vitioſe Exc. Cujac. BURM.

Itinere inchoato] Liber opt. *incohato*, unus *initiato*. Ut *inito* fortaſſe ſcribendum ſit, ut *inire viam* dicimus. Non ſine cauſa autem notatum Lipſio Elector. I. cap. XII. diſcordem hic ſibi Suetonium videri. ſup. enim cap. LXXXII. de Auguſto loquens, *Itinera* (inquit) *lectica, ac noctibus fere, eoque lenta ac minuta faciebat.* Quod hic negat, & velut rem inſolentem *praeter conſuetudinem de nocte evectum* refert. Ego tamen ſic rem explico, ut illud *praeter conſuetudinem* non ad nocturnam profectionem, ſed ad itineris magnitudinem referatur. utrumque enim loco, quem dixi, Sueton. expreſſit. Nec valde inſolens correctio, ſi *pro conſuetudine* legatur. Illud melius. TORR. *In itinere* Memm.

Aſturam] *Arturam* Exc. Cujac.

Inde praeter conſuetudinem de nocte ad occaſionem aurae evectus eſt.] Veterum ſuperſtitio, quicquid praeter conſuetudinem ſuam alicui acciderat ante mortem, a morte id vertebat in omen. Auguſtus firmiore valetudine utens, ſolitus itinera facere & minuta & lenta: idem exacta jam aetate, & vapide ſe habens, ut eſt perveriſimile, noviſſimum hoc iter magna contentione & pene ſine remiſſione confecit. Declarat hoc Suetonius verbo *perrexit*, & eo quod ait, *Aſtura eſſe evectum ad occaſionem aurae.* Quod intelligendum eſt, factum eſſe, cum non multo ante Aſturam veniſſet: prorſus contra commodum valetudinis & conſuetudinem ipſius. hoc illud eſt, quod poſtea verſum eſt in omen; praeſertim quum navigatio ad auram nocturnam incerta & infida ſit, ut temere illi ſe prudentes, niſi neceſſitate urgeantur, non committant. Ideo diſertiſſimus ſcriptor Dio Chryſoſtomus in altera Tarſicarum, incertum atque inſtabilem Reip. ſtatum comparat navigationi, quae fit τοῖς ἀπογείοις, vel τοῖς ἀπὸ τῶν γνόφων πνεύμασι. CASAUB. *Propter conſuetudinem* Exc. Cujac. non ſibi contradicit Suetonius, nec *pro conſuetudine* legendum. licet enim noctibus iter facere conſueviſſet, hoc de prima parte noctis intelligendum: nam matutina vigilia offendebatur cap. LXXVIII. hic vero, *de nocte* id eſt circa mediam noctem inchoat iter, & hoc erat praeter conſuetudinem, ſed occaſione aurae uſus fuit. *de nocte*, *de die* vero eſſe media nocte & die, vel paullo poſt, conſtat ſatis. vide Graev. ad Cicer. pro Muraen. cap. XXXV. & nos ad Phaedr. III. X. 20. BURM.

Evectus eſt] Pall. duo iſtaec annectunt ſequentibus, omiſſaque voce *eſt* ſcribunt, *aurae evectus, cauſſam valetudinis* &c. quod non improbem, utique cum illud *eſt*, abſit item Pall. tertio. GRUT. *Eſt* etiam deeſt Mem. Copeſ. & ita continua oratione ad *Tunc Campaniae*, unde novum caput incipiunt, Edd. Arg. Junt. Ald. Baſil. ſed Steph. Ed. continuat quidem, ſed caput inceperat jam ab *atque itinere.* certe continuari haec multo mihi concinnius & magis cohaerens videtur. & *tunc* rectius ſubjicitur, & novam periodum inchoat. *aurea aure evectus* Memm. BURM.

98. *Ex*

98 est. Caussam valetudinis contraxit ex profluvio alvi. Tunc Campaniae ora, proximisque insulis circuitis, Caprearum quoque secessui quatriduum impendit, remississimo ad otium & ad omnem comitatem animo. Forte Puteolanum sinum praeter-

98. *Ex profluvio*] *Ex* deest Exc. Cujac.
Remississimo ad otium] *Remississimo ad omnem comitatem animo*, rejectis reliquis Copes.

Puteolanum sinum praetervehenti, vectores nautaeque de navi Alexandrina] Navigationis mercaturae caussa temporibus illis palma penes Alexandrinos erat. Ex eo emporio pleraeque merces Orientales in Italiam importabantur. Augustus vero Aegypto in provinciam redacta, certum frumenti numerum quotannis illi imperavit, egenae plebi Romanae dividendum. Haec est classis Alexandrina quae dicitur, cujus tot locis fit mentio. navigabant enim in Italiam ingenti numero, qua mercibus, qua annona onustae naves. vocatus & *commeatus Alexandrinus*. Suetonius Nerone: cap. xx. *Alexandrini, qui de novo commeatu Neapolim confluxerant*. Graeci videntur exprimere voluisse hanc dictionem duabus suis πορευτικὸς στόλος. vetus inscriptio (Gruter cxiv. 4.)

ΥΠΕΡ ΣΩΤΗΡΙΑΣ ΚΑΙ ΔΙΑΜΟΝΗΣ
ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
ΚΟΜΜΟΔΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΟΙ ΝΑΥΚΛΗΡΟΙ ΤΟΥ ΠΟΡΕΥΤΙΚΟΥ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΝΟΥ ΣΤΟΛΟΥ.

Auctor hujus inscriptionis, quem Latini vocant *commeatum*, non putavit satis posse exprimi voce στόλος: addit igitur, πορευτικός. atqui Latinis ipsis stolus idem est ac commeatus: unde est in Codice *stolus Alexandrinus*. Dicta est haec classis & *cataplus*. Martialis lib. xii. 75.

Cum tibi Niliacus portet crystalla cataplus,
Accipe de Circo pocula Flaminio.

Commeatus & cataplus dicuntur idiomate nostro vernaculo *la flotte*. Κατάπλους proprie est non classis ipsa, sed classis appulsus ad portum, ac praesertim mercatorum. Aristides in Panathenaica: Τὰς χώρας ἐχούσῃ τὸν ἀεὶ κατάπλουν τῶν ἐμπόρων. Dio in Borysthenitica: Τότε οἱ Βορυσθενῖται πάλιν συνῴκισαν, ἐθελόντων, ἐμοὶ δοκεῖν, τῶν Σκυθῶν διὰ τὸ δεῖσθαι τῆς ἐμπορίας. καὶ τὸν κατάπλουν τῶν Ἑλλήνων sic cape in xv. Polybii. Strabo de his ipsis navibus loquens lib. ult. Γνοίη δ' ἄν τις ἔν τε τῇ Ἀλεξανδρείᾳ καὶ τῇ Δικαιαρχείᾳ ὁρῶν τὰς ὁλκάδας, ἔν τε τῷ κατάπλῳ καὶ ταῖς ἀναγωγαῖς, ὅσῳ βαρύτεραί τε καὶ κουφότεραι δεῦρο κἀκεῖσε πλέοιεν. Sed cum circa Puteolos & Neapolim, ubi maximus linguae Graecae fuit usus, plurimum in ore hominum esset ea vox, velut cum dicerent, *exspectari* κατάπλουν *classis Alexandrinae*, & *tardare* κατάπλουν aliaque hoc genus, tandem coepit *cataplus* pro ipsa classe accipi. praeter Martialem, sic loquuntur Ausonius in epigrammate de Narbone, & Sidonius duobus locis, & Marcellus Empiricus in eo carmine, quo opus suum claudit. tamen non desunt, qui in superiore loco Martialis *catastus* scribendum contendant, non *cataplus*: quos in sua ignorantia insigniter durae frontis esse omnes vident, quibus *de meliore luto finxit praecordia Titan*. Excipio Brodaeum virum eruditissimum, qui corruptissimam vocem ideo olim conatus est exponere, quia veram ignorabat. Simile postea accidit in voce ἐμβολὴ, quae cum significet navis φόρτον, & quicquid mercium illi imponitur, postea de hac ipsa classe usurpata est a Latinis. Inde *sacra embola* & *felix embola* in Codice: etsi non sine caussa placebat Scaligero τῷ [illegible] rescribi ubique *empola* & ἐμπολή. nam ita Αἰγυπτίων ἐμπολὼ leges apud Hesychium, & similia apud alios. Solitae autem naves Alexandrinae Puteolano portu uti: eo appellebant, inde solvebant, ut testatur Suetonii iste locus, & Strabonis, quem modo protulimus. M. Tullius pro Rabirio Postumo, Philo contra Flaccum, & Lucas quoque in Actis cap. xxviii. Praerogativa illius classis haec fuit, ut sola portum intraret cum supparo: caeterae naves cum intraverant Capreas & Minervae promontorium, velo jubebantur esse contentae: supparum Alexandrinarum insigne erat. auctor Seneca epist. lxxvii. *Supparum* est veli linei genus, quod non ad usum, sed ad indicium gaudii rebus secundis attollebant nautae. Inde manavit proverbium, de eo qui in adversa fortuna ea potius curat, quae ad gloriam faciant, quam quae ad salutem, βυθιζομένου τοῦ πλοίου ἐπαίρει τοὺς σιφάρους. Arrianus Dissertationum Epicteti lib. iii. cap. ii. Τοῖς δὲ πλέουσιν ἀστρονομεῖ πῦρ κύριον, ἀσπάσαι ἂν ὅπου τύχῃ, καὶ ᾄδειν τὸ δοχεῖον. βυθιζομένου δὲ τοῦ πλοίου σύ μοι παρελθὼν ἐπαίρεις τοὺς

tervehenti, vectores nautaeque de navi Alexandrina, quae tantum quod adpulerat, candidati, coronatique, & tura libantes, fausta omina & eximias laudes congesserant: *Per illum se vivere: per illum navigare: libertate atque fortunis per illum frui.* Qua re admodum exhilaratus, quadragenos aureos comitibus divisit: jusque jurandum, & cautionem exegit a singulis, non alio datam summam, quam in emtionem Alexandrinarum mercium absumturos. Sed & ceteros continuos dies, inter

τὰς σιφάρους; id est, *Rebus secundis convenit ignem accendere, prandere si ita contingat, cantare, saltare: at quando pessum it navis, tu mihi suppara attolleres?* Ita exponi locus ille debet ac scribi. quae deinceps attexuntur in Graeco cod. ad finem ejus capitis, omnia sunt subditia atque etiam corrupta. Lege praeterea apud Hesychium in voce Ἐπιδρόμον, hoc modo, καὶ τὸ ἱστίον τὸ ἐν τῇ πρύμνῃ κρεμάμενον, ὃ καλοῦσι σίφαρον, καὶ ἄλκατον. Caetera de hac classe, quae inter legendum veteres notata nobis, alio loco exponemus. CASAUB.

Sinum] *Signum*. Exc. Cujac.

Quae tunc quidem appulerat,] Mallem *quaedam*, aut deleri *quidem*, aut, quod verius puto, pro *tunc quidem* restitui *tantum quod*, cujus me Palmaunus post editionem suam admonuit. Sup. Aug. cap. LXIII. Locum vero illustrat Seneca initio Epist. LXXVIII. quem vide. TORR. V. C. habet, *quae tantum quod appulerat.* URSIN. *Tunc quidem* Codd. Periz. Harlem. & Edd. veteres omnes praeter Steph. Casaub. & recentiores. Romana omittit *quidem* Ex. Cujac. *tum quidem.*

Fausta omnia] Libri tres *omina*. quod placet, ut alterum tamen non displiceat. TORR. Ita legendum cum melioribus libb. non *omnia*, ut in vulgat. *fausta omina congerere* est Graecorum εὐφημεῖν. CASAUB. *Omina eximias*, sine & Memm. hic iterum *omnia* Basil. Gryph. Plant & aliae obtrudunt.

Per illum se vivere] Talia & Horat. Augusto accinit lib. IV. Od. V.

> *Tutus bos etenim rura perambulat,*
> *Nutrit rura Ceres, almaque Faustitas,*
> *Pacatum volitant per mare navitae,*
> *Culpari metuit fides.* TORR.

Videtur exprimere modulatas laudationes vectorum nautarumque de navi Alexandrina. In Nerone cap. XX. *Captus modulatis Alexandrinorum laudationibus, qui de novo commeatu Neapolim confluxerant, plures Alexandria evocavit.* Apud Philonem in virum Judaeum natione, habitatione Alexandrinum, congestas easdem laudes καὶ εὐφημίας offendi, Legatione ad Cajum: Οὗτος ὁ καὶ τοὺς φανεροὺς καὶ ἀφανεῖς πολέμους ἀλλὰ τὰς ἐκ λῃστῶν ἐπιθέσεις ἀνελών· οὗτος ὁ τὴν θάλατταν πειρατικῶν μὲν σκαφῶν κενὴν ἐργασάμενος, φορτίδων δὲ πληρώσας· οὗτος ὁ τὰς πόλεις ἁπάσας εἰς ἐλευθερίαν ἐξελόμενος, ὁ τὴν ἀταξίαν εἰς τάξιν ἀγαγών. & in hanc sententiam plura. CASAUB.

Quadragenos] *Quadringenos* manus docta in ora Plant. Ed. ita alibi variatum. vid. supr. cap. XLI.

Non alio] Positum pro non alias in res, alium in usum. & ita Liv. IV. 54. *Flamines nunquam alio, quam ad sacrificandum pro populo relinquantur.* VII. 14. *Non alio, quam ad serviendum nata.* ita & *nullo*. de quibus vide ad Quinctil. II. de Inst. Orat. cap. 4. p. 140. & Cl. Duker. ad Flor. III. 10. ut vero hic *absumere*, ita *collocare in mercem* dixit Ulp. lib. 43. §. 2. de Furtis. BURM.

Quam in emptionem Alexandrinarum mercium] Cujusmodi erant aromata omnis generis, telae, libri, papirus, chartae, vitra multifariam formata, lina, stuppae, sindones, polymita, vestes Babylonicae, Aegyptiaca mancipia venusta, atque alia ταμιεῖα. addo his & vina: licet sit certum, Aegyptum non valde Baccho amicam. Statius in Metii Celeris propemptico, IV. Silv. II. 21.

> —— *modo nam trans aequora terris*
> *Prima Dicarchaeis Pharium gravis attulit annum:*
> *Prima salutavit Capreas, & margine dextra*
> *Sparsit Tyrrhenae Mareotica vina Minervae.* CASAUB.

Pallia] *Pallea* Memm. & Hulf.

Ut Romani] *Ut* deest Copes.

Et exercentes ephebos] Liber unus sine &. *Ephebi* autem vocantur extrema in pueritia, aut prima adolescentia constituti. Hinc *ephebeum* apud Vitruvium, ea palaestrae pars, in

 qua

inter varia munuscula, togas insuper ac pallia distribuit: lege proposita, ut Romani Graeco, Graeci Romano habitu & sermone uterentur. Spectavit assidue & exercentes ephebos, quorum aliqua adhuc copia ex vetere instituto Capreis erat. Iisdem etiam epulum in conspectu suo praebuit, permissa, immo exacta jocandi licentia, diripiendique pomorum & obsoniorum, rerumque missilium. Nullo denique genere hilaritatis abstinuit: Vicinam Capreis insulam ἀπραγόπολιν adpellabat, a desi-

qua se *ephebi* exercebant. Strabo quoque quod huc propius spectat, lib. v. ubi de Neapoli, *Multa*, inquit, *Graecorum servabant vestigia, gymnasia, & puberum coetus.* Adde Suetonium Ner. cap. XII. TORR. Graecum est *exercentes* pro exercentes se: Graeci magistri vocant χῶρον τοῦ ἀπογυμνάζειν. sic ἀσκεῖν pro ἀσκεῖν ἑαυτόν. Dio lib. LVIII. τὰς φρενῶδες ἀσκοῦσας ἰδίαν αἰτίαν ἔχειν. supra lib. I. *dictata gladiatoribus exercentibus dare.* sic apud poëtam, *tondent hirci*, & *accingunt omnes operi*, & similia passim apud optimos auctores. CASAUB. Recte Casaubonus Graecum esse, pro se exercentes docet. Ita Act. XXIV. 16. ἐν τούτῳ δ' αὐτὸς ἀσκῶ. vid. ad Jul. Caes. cap. XXVI. Tales fuere illi Ephebi, quorum greges spectavit Cicero lib. I. de Deor. Natur. cap. 28. an huc pertineant illi *Campani pugiles* memorati in Calig. cap. XVIII. nescio. BURM.

Quorum aliqua adhuc copia ex vetere instituto Capreis erat.] Caprearum prisci incolae Graeci erant. Tacitus Annalium IV. cap. 67. *Graecos ea tenuisse, Capreasque Teleboïs habitatas, fama tradit.* Argumentum Graecae originis fuerit, vel, quod hic commemoratur, vetus institutum exercendi ephebos: cujus moris apud Artemidorum aliosque Graecos scriptores frequens mentio. CASAUB.

Permissa] *Praemissa* Copes. *ludendi licentia* Ed. Rom.

Diripiendique pomorum] Vetus locutio. Plautus Captivis, quem citant etiam interpretes: *Nominandi istorum tibi erit magis quam edundi copia.* Gell. lib. XVI. cap. VIII. *Fecisseque videtur eum librum Aelius sui magis admonendi, quam aliorum docendi gratia.* TORR. Plautus Captiveis: *Nominandi istorum tibi erit magis quam edundi copia.* Varro de Re Rustica lib. II. cap. I. *Sive enim aliquod fuit principium generandi animalium.* Imperator Julianus: *Sed quia leges Romanae hujusmodi contractus penitus ignorant, omnem repetendi eorum, quae prodige nefarieque projecerint, copiam prohibemus.* CASAUB.

Rerumque missilium.] Liber vetustissimus *rerumque missilia.* Et sane *variarum rerum missilia* legimus apud Sueton. Calig. cap. XVIII. item *missilia omnium rerum* Ner. cap. XI. nihil tamen hic muto, & *res missiles* intelligo, quae de mensa a convivis sumptae mittebantur absentibus, aut alibi accumbentibus. De qua consuetudine Macrob. Saturnal. lib. II. cap. IV. Curtii cujusdam, equitis Romani, dicterium referens. TORR. *Missilia* Memm. & Exc. Cujac. quam etiam lectionem in Ronconeti libro repertam non improbat Mercerus ad Tacit. III. Ann. 25. licet aliam loquendi rationem etiam exemplis illustret. vid. Lamb. ad Lucret. lib. V. 1224. & Gronov. ad Liv. XXIV. 23. Perizoniani codicis margini adscriptum, *o quam hilare spectaculum!* BURM.

Vicinam Capreis insulam] Quanquam sic habent omnia exemplaria, dubito tamen, an *Capreas* legendum sit. nam in ora Campaniae Caesar tunc versabatur, non *Capreis*, ubi quatriduum tantum manserat. Capreae autem orae Campaniae tam vicinae sunt, ut a Surrento non nisi VII. M. P. distent, teste Plinio. Capreas ergo ἀπραγόπολιν appellabat, ut Horat. Epod. V. *otiosam Neapolim.* De qua Ovid. quoque lib. XV. Metam. & *in otia natam Parthenopen.* Lector cogitet, ac geographos consulat. nam & altera quaedam insula eo in mari Capreis adjacet, ipsa quoque vicina Campaniae. TORR. Vetus Juvenalis interpres ad Satyram X. laudans hunc locum, *Capreas* legit: quae lectio nusquam exstat in nostris libb. nec nobis probatur. Nam ex praecedentibus colligi potest dixisse haec Augustum, cum esset Capreis. Initio hujus capitis instituit Suetonius referre, quae fecit Augustus in ora Campaniae proximisque insulis, & illo quatuor dierum secessu apud Capreas. De eo secessu loqui videtur ab illis verbis *spectavit assidue*, ad illa *mox Neapolim trajecit.* Quare quae in

desidia secedentium illuc e comitatu suo. Sed ex dilectis unum Masgabam nomine, quasi conditorem insulae, κτίστην vocare consueverat: hujus Masgabae, ante annum defuncti, tumulum quum ex triclinio animadvertisset magna turba multisque luminibus frequentari, versum compositum ex tempore clare pronuntiavit,

Κτίστου δὲ τύμβον εἰσορῶ πυρούμενον.

Conversusque ad Thrasyllum Tiberii comitem, contra adcubantem, & ignarum rei, interrogavit, cujusnam poëtae putaret esse: quo haesitante, subjecit alium:

Ὁρᾷς φάεσσι Μασγάβαν τιμώμενον;

de hoc quoque consuluit: quum ille nihil aliud responderet, quam cujuscumque essent,

in medio narrantur, ea puto gesta dictave ab Augusto Capreis, vel in aliqua e vicinis insulis. CASAUB.

Ex dilectis unum Masgabam nomine quasi conditorem insulae,] Augustus Capreas a Neapolitanis redemptas incolis frequentavit & restauravit. Ei negotio praefectus est Masgabas e dilectis ejus unus: quem eo misisse cum aliqua manu videtur. Propterea illum vocat κτίστην per jocum & facetias: nam verus κτίστης & conditor ejus insulae non Masgabas fuit, sed Augustus ipse, qui fecit eam ἰδίαν κτῆσιν, sicut ait Strabo. Vulgo tamen habitum pro conditore a suis popularibus, apparet ex eo honore, qui ipsi mortuo habetur. institutum enim fuit, ut ejus defuncti memoria quotannis die, quo obierat, coleretur: qui honos, ut ante notabamus, κτίσταις exhiberi solitus. Etsi autem quis fuerit hic Masgabas, silentibus omnibus historicis, divinari non potest: Afrum tamen fuisse ex ipso nomine suspicamur. id enim nomen usurpatum in Africa scimus ex historia. Sic apud Livium Masgaba memoratur Masanissae filius. Vox est, si originem spectes Hebraea, ut si Graece dicas Ὑψαῖος. nam שגב est ὑψῶ. CASAUB. *Ex dilectissimum* Hulf. *unus* Exc. Cujac. qui & *consuerat.*

Conditorem insulae] Graecam vocem κτίστην exprimit, quae non de Urbium aedificatoribus, sed de quibuscumque, qui etiam regiones, insulas & loca alia colonis & incolis frequentant. ut viri docti ad Vell. I. 2. & nuper Cl. Wesseling. II. ab 14. ostenderunt. Spanhemius quoque egregie hunc titulum ex nummis illustravit Dis. IX. p. 561. de usu & praest. numis. Ed. ult. nomen hujus conditoris varie exhibetur, *Mascaba*, *Magaba*, sed pleraeque Edd. *Masgaba.* inter filios Masanissae unus *Masgabas*, ut notavit Casaubonus, apud Liv. XLV. cap. 13. & seq. Vid. Sigonii stemma regum Massyliorum ad Liv. XXIX. 31. forte hic dilicatus fuit origine Maurus, nam cap. LXXXI. Mauros & Syros pueros conquisivisse notavit. *Dilectus* vero idem fere notat quod *delicatus*, nisi quod hic magis turpitudinis suspicionem habeat. sed & *dilectum* eo sensu dixit noster in Claudio cap. XXIX. & ita *delicatos* & *dilicias* aliquando diversos, aliquando promiscue dici docuit Casaubonus supr. cap. LXXXIII. BURM.

Ex triclinio] *E triclinio* Exc. Cujac.

Multisque luminibus] Lector non oscitabundus cereorum in funeribus, ac parentalibus usum annotet, de quo alibi. Vide Senecam extremo lib. de Brevit. vitae, & de Tranquill. vitae cap. XI. Nec dissimilis de taedis ardentibus in Tiberii funere locus Tib. cap. XIII. TORR.

Κτίστου δὲ τύμβον εἰσορῶ πυρούμενον.] In voce πυρούμενον est κακοπρέπεια; vel potius faceti senis jocus. non enim ita solet accipi, ut hic, pro *luminibus frequentari*, sed pro incendi & conflagrare. Fuit autem moris, in tumulis cereos ponere: quae consuetudo postea ad honorem martyrum a Christianis est translata, ut indicat saepe Hieronymus.. Sic in omnibus locis, quibus aliquid religionis tribuebant, lumina ponebant. Unde, ut ait Servius ad Virg. I. Aen. 441. lucos quidam putarunt dictos, quod sint ibi lumina causa religionis: quod etymum etsi aliis criticis non est probatum, morem tamen arguit antiquum. pro πυρούμενον Josepho Scaligero placebat πυρσούμενον. CASAUB. Πυρούμενον Memm. de more illo luminibus sepulchrum illustrandi vid. Torrent. ad Horat. I. Sat. VIII. 10. & Ferrar. de Lucern. Sepulchr. tom. XII. Antiq. Rom. p. 1000. BURM.

De hoc] *Adde hoc* Memm. Copes. unde Salmas. fecit *ac de hoc*, ut est in Exc. Cujac. sed ita

essent, optimos esse: cachinnum sustulit, atque in jocos effusus est. Mox Neapolim trajecit, quamquam & tum infirmis intestinis, morbo variante; tamen & quinquennale certamen gymnicum honori suo institutum perspectavit, & cum Tiberio ad destinatum locum contendit. Sed in redeundo, adgravata valetudine, tandem Nolae succubuit: revocatumque ex itinere Tiberium, diu secreto sermone
99 detinuit, neque post ulli majori negotio animum adcommodavit. Supremo die identidem exquirens, an jam de se tumultus foris esset, petito speculo, capillum sibi comi, ac malas labentes corrigi praecepit. Et amicos admissos percunctatus, Ec-

ita jam olim editum a Junt. Arg. Ald. Steph. *ad hoc* Periz.

Cachinnos (*cachinnum*) *sustulit*,] Duo libri, *extulit*. De Thrasyllo autem, Tiberii comite, Sueton. Tib. cap. xiv. Tacit. Annal. v. Dion, Zonaras, Juvenal. Sat. vi. *numeris revocata Thrasylli*. Torr. *Extulit* Perizon. & Ed. Roman. deinde, *transfusus est* Periz. Harl. Edd. Rom. Venet. Lugd. Junt. Ald. & hoc forte in usitatius *effusus* mutatum fuit a sciolis. Burm.

Et tum] *Etiam tum* Mem. Exc. Cujac. & Steph. Ed. *Et tum infirmus* Harlem.

Quinquennale certamen] Vide Domit. cap. iv. & Neron. cap. xii. Torr.

Honori suo] *Sui* Memm. hoc certamen non eo sensu honori Augusti institutum esse, quasi novum aliquod antea non spectatum, exhiberetur: sed olim Herculi dicatum, nunc ob adventum Augusti instauratum, cum peculiari dedicatione Augusto; & forte adjectum musicum Agona, censet Petrus La Sena in Gymn. Antiq. Neapol. cap. ii. & eodem modo capite Neron. xii. & Domit. iv. illos dici auctores Quinquennalis certaminis. Burm.

Nolae.] Ibi quoque obiisse colligas ex cap. C. quod alii Atellae in Campania factum tradunt. vid. Vos. ad Vellej. Pat. p. 124. cum nostro facit Tacitus 1. Ann. 9. Brouckh.

Revocatumque ex itinere Tiberium,] Literis matris. Tacitus. Casaub.

Diu secreto sermone detinuit] Ita quidam tradunt: alii aliter. Tacitus 1. A. 5. *Neque satis compertum est, spirantem adhuc Augustum apud urbem Nolam, an exanimem repererit.* Suetonius iterum affirmat lib. sequenti. item Vellejus, qui Tiberio tum comes adfuit. Graeci, quorum princeps Dio, prorsus negant: οὐ γὰρ, inquit ille, τοῖς πλείοσι καὶ ἀξιοπιστοτέροις γέγραπται. Casaub.

99. *Petito*] *Potito* Huls.

Capillum sibi comi ac malas labentes corrigi praecepit] An ut dissimularet vim morbi, & spem visentibus faceret longioris vitae? an potius ex veteri Graecorum & Romanorum consuetudine, qui id diligenter caverunt, ut membris decenter & κατὰ φύσιν compositis abirent ad plures? Euripides Hippolyto vs. 1443.

Αἶ αἶ, κατ' ὄσσων κιχάνει μ' ἤδη σκότος.
Λαβοῦ, πάτερ μου, καὶ κατόρθωσον δέμας.

Κατορθοῦν est *corrigere*: alioi ὀρθοῦν pro eodem posuit. Scholiastes explicat ὀρθὸν κατακλίνειν idque in morientibus servatum scribit: quam vere, ipse viderit? nam Euripides etiam verbo εὐθύνειν, quod est dirigere, in ea re utitur, fabula eadem. Apud principem poëtam συνερεῖσαι interpretor, malas deformatas ἐν τῷ σφαδασμῷ, hiantesque corrigere, & claudere. locus est Ὀδυσσ. Λ. 424. ubi de Clytemnestra loquitur Agamemnon:

—— —— οὐδέ μοι ἔτλη ἰοῦσά περ εἰς Ἀΐδαο
Χερσὶ κατ' ὀφθαλμοὺς ἑλέειν, σύν τε στόμ' ἐρεῖσαι.

Scholiastes: ἐρεῖσαι· ἁρμόσαι ἢ ἐπιβαλεῖσαι. Allusio ad hunc morem esse videtur in illis Satyrographi, cap. cxiv. *Patior ego vinculum extremum, & veluti lecto funebri aptatus exspecto mortem jam non molestam.* Scripsimus autem *labantes*, ut in Viterb. non *labentes*, ut est in vulg. quod tamen non damno. Seneca Hippolyto: 364:

—— *lapsae genae*
Lucem recusant. Casaub. *Labantes* etiam Pall. tres. non, ut aliae editiones, *labentes*. quod minus probum hoc loco. Grut. *Labantes* est in Memm. & Exc. Cujac. sed reliqui & editiones omnes *labentes*. vid. Gronov. ad Senec. Hippol. 364. *sibi* hic interposuerunt Periz. & Edd. veteres, praeter Roman. & Steph. Burm.

Sibi corrigi] Dele *sibi*, ut in quatuor mss. praecedit enim. Torr.

Ad-

Ecquid iis videretur mimum vitae commode transegisse, adjecit & clausulam:

Εἰ δὲ πᾶν ἔχει καλῶς, τῷ παιγνίῳ
Δότε κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε.

Omnibus deinde dimissis, dum advenientes ab urbe de Drusi filia aegra interrogat, re-

Admissos] *Amissos* Exc. Cujac.

Ecquid iis] *His* Bon. Basil. Ald. Steph. & al. *Et quis his* Venet. tres Lugd. Junt.

Mimum vitae commode transegisse] Vetus Graecorum dictum est, μῖμος ὁ βίος. Ad quod plurimi scriptores alluserunt, quorum referendis verbis supersedeo. Vide epistolam Senecae LXXX. & Lucianum in Nigrino, & Simplicii commentarium in Epicteti Enchiridion. Beatus Chrysostomus: Σκηνή τις ἐστὶν ὁ βίος, καὶ ὄναρ. CASAUB. *Fabulam* aetatis peregisse dixit Cicer. de Senec. cap. XVIII. vide locum. BROUCKH. *Minimum* Ex. Cujac. Ed. Basil.

Adjecit & clausulam] Solebant discedentes histriones plausum petere, eaque erat extrema fabulae clausula, ut apud Terentium. Horatius Art. Poët. 155.

—— *donec cantor, Vos plaudite, dicat*:

Lucianus mortem Demonactis philosophi prope Christiani referens, πόδα κορώνην vocat clausulam similem. Sic ille: Ὅτε δὲ συνῆκεν οὐκέθ' οἷός τε ὢν ἑαυτῷ ἐπικουρεῖν, εἰπὼν αὐτοῖς τὸν περιόδον ἐν ἀγῶνι τῶν κηρύκων πόδα:

Λῆγει μὲν ἀγὼν τῶν καλλίστων ἄθλων ταμίας.
Καιρὸς δὲ καλεῖ μηκέτι μέλλειν.

καὶ πάντων ἀποσχόμενος, ἀπῆλθε τοῦ βίου φαιδρός.

Atque haec clausula, quam usurpat Augustus, comicorum histrionum videtur propria fuisse. Similis illa fuit, qua usi Rhapsodi: Νῦν δὲ θεοὶ μάκαρες. Citharoedorum: Ἀλλ' ἄναξ μάλα χαῖρε. quanquam alibi lego tragoedos clausula hujusmodi usos: Νῦν δὲ θεοὶ μάκαρες τῶν ἄθλων ἄφθονοι ἔστωσαν. Facit huc imprimis Senecae locus epistola LXXVII. *Quomodo fabula, sic vita: non quamdiu, sed quam bene acta, sit, refert. Nihil ad rem pertinet, quo loco desinas. quocunque voles desine: tantum bonam clausulam impone.* Caeterum *clausulas* metrici appellant non illas solum, quibus fabula clauditur: sed cantici cujusvis ἀπόθεσιν, quae fere minusculis colis constare solita. Lege Marium Victorinum lib. II. capite de Anapaestico metro. CASAUB.

Δότε κρότον] Versum hunc trochaicum tetrametrum ex vetustissimi codicis qualibuscumque vestigiis restituimus ad hunc modum.

Δότε κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε.

id est.

Date plausum & omnes cum gaudio plaudite.

praecesserunt hunc versum aliquot verba Graeca, sed non quivimus ex vestigiis aliquid certi divinare. ERASM. Libri nostri vel non habent haec, vel ita habent, ut legi commode nequeant. Turneb. Adversar. XXIV. c. XV. longe aliter recenset; sed non video, cur a recepta lectione recedamus. TORR. Prima edit. leviter emendata habet, δότε κρότον· καὶ πάντες φιλεῖς μετὰ χαρᾶς. absque verbo κτυπήσατε. Turnebus eruit ex suis codd. Εἰ δὲ πᾶν ἔχει καλῶς, τῷ παιγνίῳ δότε κρότον, καὶ πάντες ἡμᾶς μετὰ χαρᾶς προπέμψατε. quam lectionem & nos reperimus levissime mutatam in codice Memmiano: & praeterea ex vacuo spatio, quod relictum erat in cod. Viterb. plura videntur verba Graeca fuisse olim scripta, quam exstant hodie in vulgatis libb. CASAUB. Εἰ δὲ πᾶν ἔχει καλῶς, τῷ παιγνίῳ δότε &c. sic fere conspicitur in Pal. pr. ac sec. nam tertius istis verbis reliquit spatium vacuum. Consulatur Turneb. lib. XXIV. cap. 15. nam priores quinque voces hactenus abfuere editionibus vulgatis. GRUT. Ut semper, ita hic Graeca hoc loco tam deformata erant in scriptis, ut nihil sani inde effici posset. Jac. Gron. ex Memmiani vitiosis verbis, conjecit ἐπειδή τι ἔχει καλῶς, τῷ παιγνίῳ &c. in multis pro κτυπήσατε erat τι ποιεῖτε. Turneb. προπέμψατε profert. in priori editione Graevius priora verba expressit, & in notis adseruit, in ultima omisit. BURM.

Ab urbe] *Ad urbem* Mem. Half. Copes. *omnibus denique* etiam Copes.

Drusi filia] Ex Antonia minore, quam nunc Livillam appellant, de qua Claud. cap. I. *Interrogat* etiam pro *interrogabat* legerunt. TORR.

Interrogabat] Miror commentatorum neminem monuisse quidquam ad hunc locum.

 Certe

repente in osculis Liviae, & in hac voce defecit: *Livia nostri conjugii memor vive, ac vale*, fortitus exitum facilem, & qualem semper optaverat. Nam fere quoties audisset, cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam, sibi & suis εὐθανασίαν similem (hoc enim & verbo uti solebat) precabatur. Unum omnino ante efflatam animam signum alienatae mentis ostendit, quod subito pavefactus, a quadraginta se juvenibus abripi questus est. Id quoque magis praesagium, quam mentis deminutio fuit: 100 siquidem totidem milites Praetoriani extulerunt eum in publicum. Obiit in cubiculo eodem, quo pater Octavius, duobus Sextis, Pompejo & Appulejo COSS. XIV. Kal. Septembris, hora diei nona, septuagesimo & sexto aetatis anno, diebus quinque & triginta minus. Corpus Decuriones municipiorum & coloniarum a Nola Bovillas usque deportarunt: noctibus, propter anni tempus, quum interdiu in basilica

Certe illud *interrogat*, quod reddidi scriptori suo, exstabat in Pall. tribus. editi in hunc diem habebant, *interrogabat*, minus recte. GRUT. *Interrogat* etiam Copes.

Defecit] Id est mortuus est, ut saepe, placida nimir. morte, ut ita LXX. Int. Genes. XXV. 8. καὶ ἐκλείπων ἀπέθανεν Ἀβραάμ, quam versionem Hebraico textui egregie congruere ostendit nuper vir doctissimus Pearsonius in praefatione Paraenetica sua in initio, in bibliis Brettingerianis. BURM.

Ac vale] *Vale* & χαῖρε novissima verba morientium. Hippolytus apud Euripid. vs. 1453. renuntians rebus humanis,

Ὦ χαῖρε καὶ σύ, χαῖρε πολλά μοι πάτερ.

& saepe alibi. CASAUB.

Sortitus exitum facilem,] Εὐθανατήσας: mox aliter vertit, *cito ac nullo cruciatu defungi*, & melius, tot enim verbis opus, ut vim Graecae dictionis exprimas: quod declarat Galenus, qui apud Hippocratem εὐθάνατον dici notat, καὶ τὸ βραδυθάνατον καὶ τὸ σὺν ὀδύνῃ θνήσκειν. apud historicos tamen εὐθανατεῖν est, quod ait Poëta, II. Aeneid. 317.

- - - *pulcrumque mori succurrit in armis.*

At ejus εὐθανασίας, de qua hic loquitur Suetonius, contrarium est ψυχορραγεῖν; cum per graves ac longos cruciatus mors obitur. ita accipitur ea vox in Quaestionibus sub Athanasii nomine publicatis: ubi quaerit auctor, πόθεν ἐστὶ τὸ τινὰς δυσκόλως ψυχορραγεῖν ἐπὶ ἡμέρας καὶ νυκτός. apud Polybium longe aliud vox ψυχορραγεῖν significat, ut ibi σὺν Θεῷ exponemus. CASAUB. *Nam fero* Memm.

Εὐθανασίαν] Qualis contingit illis, qui ex hac vita tanquam e convivio jam saturi discedunt. Horat. lib. I. Sat. I. *exacto contentus tempore vitae Cedat, uti conviva satur*, ex Lucretii libro III. Graeco autem vocabulo usus etiam Cic. ad Attic. XVI. epist. 7. TORR.

Hoc enim &] Transpositis vocibus Barth. ad Stat. X. Theb. 311. legit *hoc etenim*, sed judice Broukhusio perperam. quia & notat quod supra dixit cap. LXXVII. *in quotidiano sermone quaedam frequentius & notabiliter usurpasse*, in quibus & hoc verbum εὐθανασία fuit. & ergo est, etiam, ut aliis etiam verbis solebat uti. BURM.

Unum omnino] *Unde omnino ante afflatam* Venet. sec. & tert. *ante effatam* Exc. Cujac.

Praesagium] *Praesagum quam mentis deminutio* Cod. Mem. *deminutio* etiam Harlem. Edd. Venetae, Bonon. & aliae. vid. ad Caes. V. & alibi. *adminutio* Petiz.

100. *Obiit in cubiculo eodem, quo pater*] Idem Tacitus: & simile libro ultimo de Tito. sed miror non hoc potius Suetonio observatum, quod Dio ait, die eo Augustum obiisse, quo primum consulatum inierat. Tacitus I. A. 9. *Multus hinc ipso de Augusto sermo, plerisque vana mirantibus, quod idem dies accepti quondam imperii princeps & vitae supremus.* CASAUB. *In eodem cubilo.* Exc. Cujac. quae & XXIII. *Kal.*

Appulejo] *Apulejo* Edd. Rom. Venet. Bon. & reliquae priscae usque ad Plantin. sed *Appulejo* legitur in lapide apud Gruter XLVIII. II. & ita in Lapidibus hoc nomen fere semper occurrit. An. U. C. fuit DCCLXVII. BURM.

Diebus quinque & triginta minus.] Ζήσας, inquit Dio, πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη καὶ μῆνας δέκα καὶ ἡμέρας κϛ' καὶ εἴκοσι. sed ἐννέα potius καὶ εἴκοσι scribere debuit Dio: tot enim sunt dies. CASAUB.

Minus.] *Minutis* Hulf. quasi minuta jam tunc

lica cujusque oppidi, vel in aedium sacrarum maxima reponeretur. A Bovillis equester ordo suscepit, urbique intulit, atque in vestibulo domus collocavit: senatus & in funere ornando, & in memoria honoranda eo studio certatim progressus est, ut inter alia complura censuerint quidam funus triumphali porta ducendum, praecedente Victoria, quae est in curia, canentibus naeniam principum liberis utriusque sexus

tunc numerarentur. sed & horae tunc debuissent adjici.

In aede sacrarum maxima] Melius mss. duo *in aedium sacr. max.* TORR. Mirum non impedisse religionem. Notum enim plerasque omnes olim gentes, & se & quidquid erat sacrum diis superis, vel solo rei funestae contactu contaminari existimasse. Ex ea opinione multa instituta manarunt, cum aliorum, tum etiam populi Romani & Judaici. Quare etiam rex pius Josias, cum vellet idolorum templum contra Dei legem in Judaea exstructa profanare, omnemque locis religionem adimere, mortuorum ossa in illas aedes intulit. II Reg. cap. XIII. XIV. & XV. Romanis vero legibus ne admitti quidem in urbes solita cadavera, quae aliquo transferuntur. Paulus Jurisconsultus Sententiarum libro primo: *Corpus in civitatem inferri non licet, ne funestentur sacra civitatis: & qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur.* & in hanc sententiam plura in libris Juris. Ideo notatum, ut singularis argumentum honoris, si cujus corpori hoc concessum, ut in urbes, per quas iter erat, reciperetur. Factum id aliquando reperio in Sanctorum reliquiis, ut Amelii, cum Antiochiam deportaretur. Testatur Sozomenus lib. VII. cap. X. *Λέγεται δὲ διὰ πάσης τῆς λεωφόρου καὶ βασιλέως ἐπιτρέψαντος αὐτοὺς τυχεῖν εἰς τὰς πόλεις εἰσδεχθῆναι παρὰ τὸ νενομισμένον Ῥωμαίοις.* Diserte ait contra mores Romanos id esse: neque aliter licitum, quam expresso Principis jussu. ex quibus jam intelligimus, cur hoc notatu dignum Tranquillus existimarit. non enim tralatitium, aut vulgare genus honoris, qui hoc privilegio delatus Augusto est: sive a Tiberio id profectum, sive a senatu, quod potius videtur. Nam & Tiberio ipsi, ut funus ducere pontifex maximus posset, venia a senatu & collegio pontificum fuit impetranda: quod non praetermisit notare Dio. CASAUB. *Aedium* repperi in Edd. Rom. Junt. Ald. Argent. *vel in aedi* Memm.

A Bovillis equester ordo suscepit,] Re a consulibus impetrata, ad quos legationem equitum Claudius pertulerat Suetonius lib. V. cap. 6. CASAUB.

Urbique intulit,] Repete ex superioribus, noctu. ita Dio. CASAUB.

Atque in vestibulo domus collocavit:] Ita enim fuit moris. Persius III. Sat. 103.

- - - tandemque beatulus alto
Compositus lecto, crassisque lutatus amomis
In portam rigidos calces extendit.

Ad quem locum plura notavimus non protrita. CASAUB. Ad ostium deponi cadaver solebat, pedibus & facie foras versis. Seneca Ep. 12. *Quis est, inquam, iste decrepitus, & merito ad ostium admotus? foras enim spectat.* Ludens ait, Merito ille janitor est, & ostium servat; nam mox ita locandus & efferendus. Virgil. eo respexit lib. XI. Aen. 30.

- - - recipitque ad limina gressum,
Corpus ubi exanimi positum Pallantis.

LIPSIUS, I. Elect. 9.

Funus triumphali porta ducendum,] Quod etiam factum est, teste Dione: tamen ex verbis Suetonii potius contrarium elicias. Viro docto, qui ad Tacitum suum (lib. I. 8.) miratur, perperam acceptum a nobis locum Dionis, cum haec scribebamus; respondeat pro nobis ipse Dio, cujus verba sunt ista post recitatam orationem Tiberii in funere Augusti: *Μετὰ δὲ τοῦτο τὴν κλίνην οἱ αὐτοὶ, οἵπερ καὶ πρότερον, ἀράμενοι διὰ τῶν ἐπινικίων πυλῶν, καθὰ τῇ βουλῇ ἔδοξεν, διεκόμισαν.* *Lectum*, ait, *iidem, qui prius* urbi intulerant (ii erant equites) *sustulerunt, & porta triumphali, sicut erat a senatu decretum, funus duxerunt.* CASAUB.

Victoria, quae est in curia,] Curiam Juliam intelligo, quam in honorem D. Julii factam Augustus post triumphos suos dedicavit, in eaque imaginem Victoriae posuit, atque Aegypti spoliis decoravit, Tarento olim Romam advectum. sic enim Dion lib. LI. sua adhuc aetate mansisse attestans. Cujus aram postea invalescente Christianorum religione sublatam gravissime conqueritur Symmachus: & Symmacho elegantissima epistola respondet Am-

sexus. Alii exsequiarum die ponendos anulos aureos, ferreosque sumendos: nonnulli legenda ossa per sacerdotes summorum collegiorum. Fuit & qui suaderet, adpellationem mensis Augusti in Septembrem transferendam: quod hoc genitus Augustus, illo defunctus esset. Alius, ut omne tempus a primo die natali ad exitum ejus, seculum Augustum adpellaretur, & ita in fastos referretur. Verum adhibito honoribus modo, bifariam laudatus est, pro aede D. Julii a Tiberio: & pro Rostris,

Ambrosius. quod etiam Turneb. annotavit. TORR.

Canentibus naeniam principum liberis] Quia Augustus pater patriae, & communis omnium parens: nam ex ritu naeniam cantabant tantum, qui propinqui mortuis erant, vel eorum loco praeficae, ut innuit Nonius in *Naenia*. CASAUB. *Neniam* Memm. *naenia* Codd. Periz. Harlem. *veniam* Exc. Cujac. & Venet. pr. *nenia*, sec. & tert.

Ponendos anulos aureos,] A senatu & equite: nam plebs ferreis usa. CASAUB.

Ferreosque sumendos:] Liber opt. *sumendosque ferreos*. Ordinis autem dignitatisque insignia in luctu deponi solere tam ab equite, quam a senatu, nemo est qui ignoret, si vel Livium, vel Ciceronem unquam attigerit. Sed de Augusti ob mortem luctu peculiariter Tacitus. TORR.

Sacerdotes summorum collegiorum.] Mallem *sacerdotes summos collegiorum*, ut primores sacerdotum intelligamus id facturos fuisse, quod primores equestris ordinis, ut mox sequitur, praestiterunt. Possumus etiam *summa collegia* accipere, quae ceteris essent honestiora. TORR. Hoc erat plane contra veteres religiones; quare merito non obtinuit. Summa autem collegia fuere quatuor, Pontificum, Augurum, Septemvirorum epulonum, & Quindecimvirorum S. F. His solitum committi quicquid eximium fuit, quod ad curam sacerdotum pertineret. Sic ait Dio lib. LIII. ludos ob victoriam Actiacam, μέλλειν ταῖς τέσσαρσιν ἱερωσύναις ἐκ περιτροπῆς· λέγω δὲ τοὺς ποντίφικας καὶ οἰωνιστὰς, τούς τε ἑπτὰ καὶ τοὺς πεντεκαίδεκα ἄνδρας καλουμένους. Postea sodalium Augustalium accessit collegium: nam & Dio lib. LVIII. ad quatuor summa sacerdotia Augustales adjicit, & Tacitus lib. III. Annal. Recte igitur libb. omnes *per sacerdotes summorum collegiorum*, non, ut placet quibusdam, *sacerdotes summorum collegiorum*. CASAUB. *Ossa legenda* Exc. Cujac. *summos* Lipsius margini adscripserat.

In Septembrem transferendum] Idem eod. *in Sept. transferrent*. Natus autem Augustus IX. Cal. Octob. vita excessit XIV. Cal. Septemb. ut diserte Dion & Sueton. cum hic, tum sup. cap. XXXI. TORR. *Transferendam* Hulf. in marg. Basil. & Gryph. notatum Al. *transferrent*.

A primo die natali usque ad exitum ejus] Rectius duo MSS. *a die natali ad exitum ejus*. TORR. *Die natalis* Periz. Harlem. Hulf. Edd. Romana & omnes usque ad Casaubonum. vid. ad Tiber. LIII. *a die natali ad exitum* Exc. Cujac.

Seculum Augustum appellaretur, & ita in fastos referretur] Arbitror venisse hoc in mentem sententiae ejus auctoribus, ex eo quod in contrarium solitum observari: nam cum aliquis contra leges Rempub. invaserat, tenueratque, sublata tyrannide, tyranni nomen de fastis delebatur, totumque id tempus appellabatur 'Αναρχία, itaque in fastos referri solitum. Videtur horsum allusisse Corippus in Justini laudibus lib. IV.

> *Salve Augustorum numeri non ordine prime,*
> *Sed meriti: largitor opum, largitor bonorum,*
> *Libertatis apex, mundi caput, unica virtus,*
> *Et rerum manifesta salus, reparator opimi*
> *Nominis antiqui, redeunt nova secula fastis:*
> *Augusti primum revocasti Caesaris aevum.*

CASAUB.

Bifariam laudatus est] Auctor ipse Augustus hujus moris. primus enim, nisi fallor, eo usus est in suorum funeribus ornandis: exemplum in Octavia apud Dionem lib. LIV. in fine, & in Druso lib. LV. ejusdem. CASAUB. *Laudatus & pro aede* Exc. Cujac.

Pro rostris veteribus,] Sic hactenus omnes. Tu ita castigabis, *& pro rostris, sub veteribus*, qui locus erat in foro, quemadmodum & *sub novis*.

ftris, fub veteribus, a Drufo Tiberii filio, ac fenatorum humeris delatus in Campum, crematufque. Nec defuit vir praetorius, qui fe effigiem cremati euntem in coelum vidiffe juraffet. Reliquias legerunt primores equeftris ordinis, tunicati, & dif-

novis. Utriufque autem loci meminerunt veteres auctores. Plinius lib. XXXV. 4. *Hinc & ille jocus M. Craffi, agentis fub veteribus.* & inferius cap. 10. *Maeniana*, inquit, *operiebat Serapionis tabula fub veteribus.* Plautus Curc. IV. 1. 19. *fub veteribus ibi funt, qui dant, quique accipiunt foenere.* de loco autem, qui *fub novis* dicebatur, Varro lib. IV. de L. L. p. 56. *Sub novis*, inquit, *dicta pars in foro aedificiorum, quod vocabulum ejus pervetuftum, ut novae viae, quae via jamdudum vetus eft.* Livius quoque, III. 48. *Filiam Virginius feducit ad nutricem prope Cloacinam ad Tabernas, quibus nunc novis eft nomen.* EGNATIUS. Libri duo *pro Roftris veteribus*, fed nihil muto. qui enim de urbe Roma fcribunt, regione fori Rom. Roftra vetera, & Roftra nova recenfent. *fub veteribus* quoque, & *fub novis* abfolute legimus. Quanquam hoc ad tabernas potius referendum. Sueton. igitur recte hic diftinxit. Cum quo fi Dionem lib. LVI. ubi de Augufti funere fcribit, conferamus, Roftra nova ad aedem D. Julii fuiffe, unde & Julia appellata fint, reperiemus. Sueton. enim Tiberium pro aede Julii orationem habuiffe dicit, ille vero Drufum quidem ἀπὸ τῶν δημηγορικῶν βημάτων, ἀπὸ δὲ τῶν ἐμβόλων τῶν Ἰουλιείων Tiberium. TORR. Et Vaterb. & Liflaei codd. τὸ *fub* non agnofcunt. nihil tamen muto: Varronem vide & in defcriptionibus Urbis. CASAUB. *Sub* deeft Memm. & omnibus noftris, & Exc. Cujac. & Edd. prifcis. fed *fub* habent Bafil. Colin. Doleti & Gryphii & al. Edd.

Senatorum humeris] Vid. Cerdam ad Virgil. VI. Aen. 222. BROUCKH.

Delatus in campum crematufque] Melius MSS. duo, *crematus eft.* TORR. In medio campo Martio fuit culina Augufti, five uftrina. Strabo in defcriptione ejus campi: Ἐν μέσῳ δὲ τῷ πεδίῳ ὁ τῆς καύσεως αὐτοῦ (Augufti) περίβολος ἐστὶν, λίθου λευκοῦ, κύκλῳ μὲν σιδηροῦν ἔχων περίφραγμα, ἐντὸς δ᾽ αἰγείροις κατάφυτος. CASAUB.

Nec defuit vir praetorius, qui fe effigiem cremati euntem in coelum vidiffe juraffet] Melius *juraret*: vel *juraffit*, ἀρχαϊκῶς. Porro videtur in omnibus confecrationibus jam inde ab exemplo Romuli, quafi aliquod carmen legitimum, hoc jusjurandum fuiffe neceffarium. Juftinus Martyr Apologia altera: Καὶ τί γὰρ τὸν ἀποθνήσκοντα παρ᾽ ὑμῖν αὐτοκρατόρων, οὓς ἀξιοῦτε, ὃ ἀπαθανατίζεσθαι, καὶ ὀμνύντα τινὰ προάγετε ἑωρακέναι ἐκ τῆς πυρᾶς ἀνερχόμενον εἰς τὸν οὐρανὸν τὸν κατακαέντα Καίσαρα. CASAUB.

Vir praetorius] Dion Numerium Atticum vocat, quem Livia dono vicies LLS. corruperit, ut idem de Augufto juraret, quod olim de Romulo Proculus. Aliud exemplum Drufillae, Caji fororis, apud Dionem lib. LIX. Placet etiam *juraret* legi, non *juraffet.* TORR.

Cremati] *Cremati defuncti* Periz. fed ultimae voci linea fubducta. *Crematim* Harlem. deinde *juraret* Mem. omnes noftri & Edd. antiquae. *juraffet* Seb. Gryph. Cafaub & feq.

Euntem in coelum] Hinc de flaminibus & facerdotibus Augufti plena omnia monumenta. Nec viri folum ad facerdotium adfcripti magni hujus Divi, fed, quod rideamus, foeminae. Marmor: P. POSTUMIAE. P. F. PAULLAE. SACERD. D. JULI AUGUST. exemplum hujus rei a Livia, quae, miro exemplo, facerdos fui viri, & quidem ex decreto fenatus. Et Ovidius IV. de Ponto IX. 107.

Stans pariter natufque pius, conjuxque facerdos,
Numina jam facto non leviora Deo.

LIPSIUS.

Reliquias legerunt] Cum fuos defunctos cremabant, fic eos in pyra collocabant, ut cineres offaque feparata manerent, neque aut ligni cineribus, aut animalium, quae faepiffime fimul comburebantur, offibus commifcerentur. Quare non abeft, quin fit inanis illa quaeftio, quae multos viros doctos habuit exercitos, *ecqua ratione poffent reliquiae illius dignofci, cui honorem habitum volebant?* nam & offa fere, quod certum eft & indubitatum, legebant: eaque nondum plane diffoluta, nec in pulverem redacta, in urnam condebant: & fitus ac collocatio cremandi cadaveris ejufmodi fuit, ut difcernendi facultas effet. Clare hunc morem docet Q. Smyrnaeus in defcriptione funeris Achillei lib. III. fic ille vf. 720.

discincti, pedibusque nudis, ac Mausoleo condiderunt. Id opus inter Flaminiam viam, ripamque Tiberis, sexto suo consulatu exstruxerat: circumjectasque silvas & ambu-

> Δὴ τότε πυρκαϊὴν οἴνῳ σβέσαν. ὀστέα δ' αὐτοῦ
> Φαίνετ' ἀριφραδέως. ἐπεὶ οὐχ ἑτέροισιν ὁμοῖα
> Ἦν, ἀλλ' οἷα γίγαντος ἀτειρέος. οὐδὲ μὲν ἄλλα
> Σὺν κείνοις ἐμέμικτο. ἐπεὶ βόες ἠδὲ καὶ ἵπποι
> Καὶ παῖδες Τρώων μίγδην κεκεδραίατο καὶ ἄλλοις,
> Βαιὸν ἄπωθε νέκυς περὶ νίκυν. ὃς δ' ἐνὶ μέσσοις
> Ῥιπῇ ὑφ' Ἡφαίστοιο δεδμημένος οἶος ἔκειτο.

Hoc puto verius, quam quod comminiscuntur alii de linteo lini ἀσβέστου: cujus sententiae veterum nemo auctor laudari potest: male enim quidam Plinii lib. xix. c. 1. auctoritate abutuntur. In postremo poëtae versu οἶος ἔκειτο, *solus jacebat igne confectus*, de reliquiis cremati corporis accipiendum: numquam enim cadaver ita igne absumitur, ut non ejus aliquid remaneat. unde illa quaestio veteribus philosophis tractata, cur igne cremati maneant. Vide Theophrastum de Igne, ubi quaestio ita concipitur: Διά τι τὰ μὲν ἐν πυρὶ καταχαιόμενα μικρὸν γίνεταί τι λείψανον· ὁ δὲ ἐν τῇ Ἀσίᾳ λίθος, ἐξ οὗ τὰς σοροὺς ποιοῦσι, καὶ ὅπου ἄλλοθι τοιοῦτος, ἀφανίζει πάντα καὶ ἐν ἑαυτῷ τέφραν ποιεῖ. Casaub.

Tunicati & discincti,] Perinde scilicet ac si rei militaris disciplina atque auctoritas una cum Augusto periisset. Vide sup. cap. xxiv. Non dissimile, quod narrat Dion convocato ob Augusti mortem senatu, Patres reliquos equestri habitu, magistratus senatorio, sed sine praetextis convenisse. Torr. *Tunicatos* hic accipiendum pro sola tunica, deposita toga, indutos. Erat enim tunica interior vestis, cui subcinctae superinducebatur toga. tunicae vero subuculam subditam fuisse docet Horatius illo versu 1. Epist. 1. 95. *si forte subucula pexae Trita subest tunicae.* Ursin. Omnia haec reverentiae & ταπεινοφρονοῦντος, vel, ut loquitur Tertullianus, ταπεινοφρονήσεως indicia: nec recte sentiunt, qui aliam caussam esse putant. qui etiam in eo falluntur, quod peculiarem Augusto habitum hunc honorem censent, ut a discinctis reliquiae ejus legerentur. Nam in aliorum quoque funeribus idem factitatum. Tibullus iii. ii. 18.

> *Pars quae sola mei superabit corporis, ossa*
> *Incinctae nigra candida veste legant.*

Imo vero in plerisque religionis superstitionisve ritibus obeundis calceos ponebant. Plinius lib. xvii. extremo: *Privatim autem contra erucas ambiri arbores singulas a muliere incitati mensis, nudis pedibus, recincta.* Sic matronae Vestae aedem nudis pedibus adibant. Ovidius vi. Fastorum 397.

> *Huc pede matronam nudo descendere vidi.*

Sic etiam bello Gallico, *Virgines ex sacerdotio Vestae, nudo pede fugientia sacra comitantur*, ait Florus lib. i. 13. Et cum aquilitia Jovi immolabant, nudipedalia populo denuntiabant. Tertullianus de Pudicitia xvi. *Cum stupet coelum, & aret annus, nudipedalia denunciantur.* sic accipio verbum *nuda* in hoc versu Juvenalis Satyra vi. 524.

> —— *Inde superbi*
> *Totum regis agrum, nuda ac tremebunda cruentis*
> *Erepet genibus.*

Talia multa in veteribus ritibus notari possunt, quae praetermitto. Atque hunc ritum didicisse gentiles a Mose, scribit Justinus in Apologia secunda. Quare etiam Christianos veteres in clamanda litania idem aliquando factitasse, Ecclesiae historia testatur. Casaub. Vid. Vales. Amm. Marc. xxix. 2.

In Mausoleo condiderunt.] Liber opt. sine *in*. Mausolei autem hujus eo, quo Sueton. describit, loco, hodie quoque monumenta cernimus. De quo plura Strabo lib. v. Torr. *In* deest Copes. & Huls. & Exc. Cujac. neque adesse debet, vel legi *atque*: sed & Heinsius abjiciendum censebat. ita inf. Neron. l. *reliquias Domitiorum. monumento condiderunt.* Noster, si praepositionem addidisset, *in Mausoleum*, ut solet hoc casu uti, scripsisset: ut & alios plerumque facere notavimus ad Ovid. iii. Met. 236. xiv. 176. quamvis non negem exempla ablativi reperiri, sed tamen saepe variare codices animadverti, ut videbis ad vi. Fast. 459. epist. Senec. vii. *illa condenda sunt in animum.* ubi mss. Gruteri *animo*. sed hic non potest tolerari *ac* ante vocalem. vid. Caes. xxvi. & hac vita cap. xcvi. Burm.

Circumjectasque sylvas & ambulationes] Melius capies, si cum Strabonis verbis conferas. eum adi lib. v. Sylvae autem & nemora circa Mauseolum instituta ex antiquorum superstitione, quo defunctorum heroum animas in hu-

bulationes in usum populi jam tunc publicarat. Testamentum, L. Planco C. Silio 101
COSS. III. Nonas Aprilis, ante annum & quatuor menses quam decederet, factum ab eo, ac duobus codicibus, partim ipsius, partim libertorum Polybii & Hilario-
nis

hujusmodi locis morari existimabant. Virgilius in epitaphio Daphnidis, vel ut existimarunt alii, Julii Caesaris, v. Eclog. 4.

- - - *inducite fontibus umbras.*

Servius: *Hoc ideo, quia heroum animae habitant vel in fontibus, vel in nemoribus, ut, Lucis habitamus opacis.* CASAUB.

Ambulationes in usum] *Et in usum* Harl. Edd. Venetae tres, Lugd. Junt. Ald. *Ambulationes Octavias* memorat Joseph. de Bell. Jud. VII. cap. V. §. 4. ubi senatus & magistratuum primores & equites exspectabant advenientes Vespasianum & Titum: quae an hae sint nescio, quum aliquis non Octavias sed Augustas vocari debere contendere posset. videant eruditiores. BURM.

Jam tunc] Pal. pr. non agnoscit illud *tunc*. tert. habet ordine inverso *tunc jam*, quemadmodum passim editur. sed malui alterum, approbante Pal. sec. GRUTER. *Jam tunc* Mem. Harl. Copes. Exc. Cujac. Ed. Steph. & certe ita solet noster, ut supr. LXXXIX. Neron. VII. & alibi. BURM.

101. *Testamentum.*] Per aes & libram factum est, inque eo fuit familiae pecuniaeque emptor Domitius Ahenobarbus Neronis Augusti avus. Suetonius lib. VI. cap. 4. CASAUB.

C. Silio] *C. filio* Edd. Rom. & Venet. pr. *Consilio* Copes.

Aprilis,] *Apriles* Mem.

Ac duobus codicibus, scriptum] *Testamentum facere pluribus codicibus*, apud J. C. plurimis locis est plura exemplaria ejusdem testamenti relinquere. Suetonius paullo aliter extremo lib. III. *Testamentum duplex fecit, sed eodem exemplo.* Attici hoc venuste dicunt τὰς διαθήκας ἀντίγραφα ποιεῖσθαι, ut Demosth. κατὰ Στεφάνου oratione altera. ubi, quod negat διαθήκην orator, factum unquam, ut testamenti sui plura exemplaria aliquis relinqueret, oratoria fide dictum esse, vel Theophrasti unius exemplum arguit: qui ultimae suae voluntatis tria, ut veteres Graeci loquuntur, ἀντίγραφα, ut recentiores, ἰσότυπα vel ἴσα confecit, ac suo anulo obsignata totidem amicis servanda tradidit. auctor Laertius. Similiter Augustus duos codices sive exemplaria sui testamenti reliquit.

Sed quaero, si ita est, (quod neque Tacitus neque Dio annotarunt,) cur utrumque ἀντίγραφον apud easdem Vestales est depositum? nam contrario fieri solitum videas, ut diversa exemplaria diversis locis majoris securitatis caussa deponerentur. Sic Theophrastus unum Hegesiae, alterum Olympiodoro, tertium Adimanto tradidisse scribitur. Et Tiberius, teste Dione, πολλαχῇ ταυτὰ γράψας κατέλιπε: quod interpretor, *plura testamenta* (Suetonius *duplex* fecisse scribit) sed eodem exemplo facta, diversis reliquerat locis. propter haec putavi aliquando verba Suetonii aliter esse exponenda: ut *testamentum duobus codicibus scriptum* sit, quod propter prolixitatem non una membrana aut tabula contineretur, sed duabus: nam id quoque solitum fieri, ex J. C. libris probari facile potest. Juvant nonnihil hanc interpretationem, quae sequuntur verba, *partim ipsius, partim libertorum manu scriptum:* quae videntur de uno testamento commodius, quam de duplici posse accipi. neque ita locutus in Tiberio. CASAUB. Hoc aliter non debet accipi, quam ex duobus illis codicibus alterum, id est, quod primo loco scriptum est, manu ipsius Augusti fuisse exaratum, alterum vero a liberto descriptum ex prototypo exemplari. Nec aliter, cum bina eodem tempore scribenda forent testamenta, videntur fecisse. Sic & Tiberius fecit, eodem Suetonio in vitae ejus memoria narrante cap. LXXVI. *testamentum duplex fuisse, alterum sua, alterum liberti manu, sed eodem exemplo, obsignasseque etiam humillimorum signis.* Nempe alterum prius sua manu exaravit, & hoc describendum liberto dedit. Sic duo testamenta facta, sive duo testamenti exemplaria eodem exemplo. Sic & Cajus Institutis, *plures codices* pro pluribus exemplaribus posuit: *Sed & unum testamentum pluribus codicibus conficere quis potest.* pro quo & potuisset dicere *pluribus tabulis*, ut in l. ult. D. de his quae in testamento delentur: *Pluribus tabulis eodem exemplo scriptis unius testamenti eodem tempore dominus sollemniter complevit.* & *duobus exemplaribus* Ulpianus in alia lege: *si quis in duobus exemplaribus scripserit testamentum, & aliud exstet, aliud non exstet, exstare tabulae* te-

nis manu ſcriptum, depoſitumque apud ſe virgines Veſtales, cum tribus ſignatis aeque

teſtamenti videntur. Salmasius de ſubſcribendis & ſignandis teſtamentis. Non haec ita accipio, ac ſi Auguſtus prius totum teſtamentum ſua exaraſſet manu, quod poſt deſcribendum dederit libertis. Quorſum enim duo liberti unum ſcripſiſſent exemplar, quod tam facile ab uno, imo facilius expediri poterat, atque ab Auguſto? Item ſi alterutrum exemplar manu Auguſti perſcriptum fuit, verum non erit, teſtamentum partim ipſius manu ſcriptum fuiſſe, partim libertorum, ſed ſinguli exaraſſent totum. Totum ſcilicet Auguſtus, totum liberti. Quapropter voluiſſe, potius videtur, ut pars per hunc, pars per illum libertorum, & pars item per ſe ſcriberetur, ne illi totum noſcerent, effutiendique haberent occaſionem. Eſt igitur admodum veriſimile, cum tres gradus heredum inſtituerit, utrumquemque gradum diverſum habuiſſe ſcriptorem, tabulamque diverſam. Nam ut heredum inſtitutiones primis tabulis faciebant prudentes patres familias, ita ſubſtitutiones ſecundis. Nam ita Papinianus l. 64. D. de Leg. 2. *Cum proponebatur, in ſcriptura fideicommiſſi, quod pluribus ſub conditione fuerat relictum, per errorem omiſſam mutuam ſubſtitutionem, quam teſtator in ſecundis tabulis, cum eoſdem ſubſtitueret, expreſſit.* Cui conſequens eſt, ut ſi quis plures quam duos heredum gradus facere vellet, plures tabulae deſiderarentur, quod in Auguſti teſtamento uſu venit, in quo tres inſtitutionum gradus fuere. Goestus. Obſcurior locus, ſed ego ita capio. Vel Auguſtum teſtamentum ſuum, quia longius erat, in duobuscodicibus ſcriptum, ut Caſaubonus, qui partim ſua, partim libertorum manu erant conſcripti, feciſſe: vel illud uno codice a ſe ſcriptum juſſiſſe a libertis deſcribi eodem exemplo, ut eſſent duo codices: ſicut Tiberius fecit. non enim neceſſe fuit tres tabulas diverſas facere, licet id aliquando factum fuiſſe non negem, ſed & in eodem codice, in ima vel altera pagina erant ſubſtitutiones, ut ex Caeſar. cap. LXXXIII. apparet. his codicibus addidit tria volumina, quae alia mandata, ut in fine capitis dicit, continebant. aliena vero manu uſos in teſtamentis ſcribendis docet & exemplum Luſtrici Bruttiani apud Plin. VI. Epiſt. 22. unde *arcana familiaritas* intelligitur. Burm.

Polybii & Hilarionis] Libri omnes *Polibi*, uti & Dion eum appellat. Et ſane magis libertum ſapit. Fuit tamen & Polybius Claudii libertus. Torr. In mss. *Polibi*, Dio Πολύβιος, non Πάλυβος, ut falſo vir doctus notat. Casaub. Pal. tres *Polybi*, neque improbem, cum accedant etiam aliorum Mss. niſi obſtaret Dion Caſſius. Gruter. *Polybi*, Mem. Harl. Copeſ. Periz. Exc. Cujac. & Edd. antiquae, praeter Bonon. & Baſil. & deinceps. vide Reineſ. Epiſt. ad Rupert. p. 266.

Apud ſex virgines Veſtales,] Atqui ſeptem fuiſſe, comprehenſa Veſtali Maxima, praeter alios oſtendit etiam D. Ambroſius epiſtola quadam ad Valentinianum Aug. his verbis: *Vix ſeptem Veſtales capiuntur puellae. En totus numerus, quem inſulae vittati capitis, purpuratarum veſtium murices, pompa lecticae miniſtrorum circumfuſae comitatu, privilegia maxima, lucra ingentia, praeſcripta denique pudicitiae tempora coëgerunt.* Lego igitur, ut in optimo cod. *apud ſe virg. Veſtales.* Sic autem & de Caeſaris cap. LXXXIII. & de Antonii teſtamento Dion & Plutarch. Torr. Emendavimus ex membran. Viterb. & Groſlotii, quibus conſentit Memmianus. neque aliter Robert. Stephanus olim ediderat. in pleriſque tamen codd. ſcriptum *apud ſex V. V.* Fortaſſe pro *apud ſe VI. Virg. V.* ſenſu non improbo: depoſitum enim apud ſe teſtamentum intuliſſe videntur in ſenatum omnes ſimul Veſtales, una dempta, quae maxima & erat & vocabatur. Zonaras Druſum ait fuiſſe, non Veſtales. Errat vero Zonaras, vel is potius, unde ſumſit. Casaub. *Apud ſe*, Sic omnino Pal. pr. & ſec. nam tert *apud ſex Vigines veſtales*, quomodo & ante publicati, ſed perperam. Gruter. *Sex* Periz. Harlem. Edd. Rom. Venetae. Bon. Baſil. Gryph. & aliae.

Cum tribus ſignatis aeque voluminibus] Quatuor Dio ait: *quartum* fuit, quod continebat providi ſenis Tiberio & Reip. relicta praecepta bene gubernandi. Id volumen praetermittit Suetonius, quia partem tertii magis quam ſeparatum corpus eſſe credidit. Apparet hoc ex verbis Taciti 1. A. 11. quae adſcribo: *Tiberius proferri libellum, recitarique juſſit. opes publicae continebantur: quantum civium ſociorum-*

que voluminibus protulerunt. Quae omnia in senatu aperta atque recitata sunt. Heredes instituit primos, Tiberium ex parte dimidia & sextante, Liviam ex parte tertia, quos & ferre nomen suum jussit: secundos Drusum Tiberii filium ex triente, & ex

rumque in armis, quot classes, regna, provinciae, tributa aut vectigalia, & necessitates ac largitiones, quae cuncta sua manu perscripserat Augustus: addideratque consilium coërcendi intra terminos imperii, incertum metu, an per invidiam. Confer nunc cum Dionis verbis, intelliges librum unum, imo quod mireris, libellum appellari a Tacito, quod *tertium & quartum volumen* Dio. Cum Tacito igitur sensit Tranquillus. At super tempore, quo prolati & recitati hi libri in senatu, Dioni consentiens Suetonius a Tacito diversus abit. CASAUB.

Protulerunt] *Pertulerunt* Ed. Venet. pr.

Atque recitata sunt.] Reliqua Drusus recitavit: testamentum Polybius libertus Augusti. Caussam Dio narrat. Vide & libri sequentis cap. XXIII. CASAUB.

Tiberium ex parte dimidia & sextante,] Ex besse dicere poterat, nisi forte ultro eam vocem subterfugerit. TORR. Ipsa sunt Augusti verba, qui sic maluit scribere quam ex besse, quod erat brevius. Magis mirum, quod olim notabamus ex Theophrasto δὶς ἡμιεκτία pro ἑκτεύς. Testamenti Augusti initium fuit: *Quoniam sinistra fortuna Cajum & Lucium filios mihi eripuit, Tiberius Caesar mihi ex parte dimidia & sextante heres esto.* Recitantur haec verba lib. sequente, ex quo conjecturam facere debemus, non solum visum lectumque Suetonio Augusti testamentum: sed etiam mentem ejus ipsis Augusti verbis fuisse expressam. quod ad sequentium lucem valde notari velim. Nec mirum, scriptorem hunc tabulas testamenti Augusti esse nactum, cum etiam Sosipater Charisius, tanto posterior natu, easdem habuisse videatur. Laudat ille ex Augusti testamento haec verba: *Gausapes, lodices purpureas & coloreas meas.* CASAUB. *Et sextam* Copes.

Liviam ex parte tertia] Hoc est, triente. Qua de re loquens Dion, Augustum, a senatu impetrasse, ait, ut ei liceret tantum adversus legem relinquere, legem Voconiam intelligens, *ne quis census*, id est, qui centena millia possideat, *mulierem ultra quadrantem*, puta XXV. M. *heredem faciat.* Cic. pro Balbo, Flor. epit. XLI. Gell. lib. XVII. cap. V. & alii. TORR. Scribit Dio petiisse impetravisseque Augustum a senatu, ut sibi contra leges veteres tantum Liviae relinquere liceret. locus animadversione dignus. sic ille: Καταλέλοιπε δὲ ἐν αὐταῖς τὰ μὲν δύο μέρη τοῦ κλήρου τῷ Τιβερίῳ, τὸ δὲ λοιπὸν τῇ Λιουίᾳ, ὥς τινες λέγουσι. ἵνα γάρ τι καὶ ἐκείνη τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἀπόναιτο, παρὰ τῆς βουλῆς ᾐτήσατο, τοσοῦτον αὐτῇ καὶ παρὰ τὸν νόμον καταλιπεῖν δυνηθῆναι. Lex, quam Dio intelligit, Voconia est: cujus capite uno fuit cautum, ut ne quis census mulierem heredem faceret ultra quadrantem. CASAUB.

Ferre nomen suum] Vide Caes. cap. LXXXIII. Ab eo igitur tempore, quod etiam nummi testantur, & lapides, *Julia* appellata fuit. *Augustae* vero nomen, quanquam matrimonio merita, (ut inquit Plin. lib. XV. cap. ult.) tamen recusavit. Sueton. Claud. cap. XI. Quod equidem vivente Augusto factum crediderim. nam vita functo recepit, ut passim ex vetustis cum lapidum, tum nummorum inscriptionibus constat. Quanquam ne vivente quidem vitare potuit, quin Augusta vocaretur. An vero etiam quia testamento eam nomen suum ferre Augustus jussit, aut (ut loquitur Tacit.) in familiam Juliam assumpta est, Augusti filia dicta sit, quod ex inscriptione ac nummo veteri affirmat Lipsius, non tam facile dixerim, nec publica honestas patitur. Tiberius autem non testamento tantum, sed & adoptione, de qua sup. cap. LXV. Julii nomen accepit. Augusti vero cognomen non ipse solum tanquam patrium & hereditarium, sed caeteri quoque Principes assumpserunt. TORR. De Tiberio mirum merito videatur, cum is multo ante ab Augusto adoptatus, filius illius esset. Sed ut videtur, caetera quidem nomina adoptione erat consecutus, Augusti vero cognomen sibi uni proprium pater servaverat, ut in quo vis magna potentiae ipsius esset sita. Quare communicari cuiquam eam appellationem aequum non erat. propterea hoc nomen hereditarium fuisse Tiberio dicitur. Suetonius libro sequente cap. XXVI. *Ac ne Augusti quidem nomen, quanquam hereditarium, ullis nisi ad reges, & dynastas epistolis adjecit.* De Livia cer-

ex partibus reliquis Germanicum, liberosque ejus tres sexus virilis: tertio gradu, propinquos amicosque complures. Legavit populo Romano quadringenties, tribubus tricies quinquies HS. Praetorianis militibus singula milia numorum, cohortibus

certum est, post mariti excessum non Liviam, sed Juliam fuisse vocatam: etsi scriptores Latini fere nomen vetus retinuerunt. rarentur enim in eorum libris Juliam videas appellari: nisi tamen, quod puto, multis locis corrupta ea appellatio fuit. At Graeci etiam in eorum narratione, quae vivo Augusto contigerunt, Liviam κτ̄ πρόληψιν more poëtarum Juliam appellant. Josephus lib. XVI. cap. IX. Ἰδίᾳ δὲ καὶ ἡ γυνὴ Καίσαρος Ἰουλία τὰ πολλὰ τῶν ἐκεῖ πολυτελεστάτων ἀπέστειλεν. Sic & lib. XVII. cap. I. notavimus & alibi. In nummis quoque multis extant hae similesque inscriptiones: ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ, & ΘΕΙΑΣ ΙΟΥΛΙΑΣ ΣΕΒΑΣΤΗΣ, & Latine JULIA AUGUSTA GENITRIX ORBIS. Nam etiam Augustae nomen ab eadem assumptum fuisse, certum est ex historicis & lapidibus inscriptis, Aug. CASAUB. Nullus dubitationi locus, Liviam scilicet assumptam in familiam Juliam ab Augusto in testamento, si Tacito & Vellejo credere malimus quam Torrentio. Tacitus Annal. VI. 51. *Pater ei* (Tiberio) *Nero, & utrinque origo gentis Claudiae, quanquam mater in Liviam & mox Juliam familiam adoptionibus transierit.* Vellejus etiam multo clarius lib. II. 75. *Livia Romanarum eminentissima, quam postea conjugem Augusti vidimus, quam transgressi ad deos sacerdotem ac filiam* SCHILDIUS. *Quos & ipse ferre* Huls. de Livia, *Julia* deinceps dicta, vid. ad Ovid. I. Fast. 536. BURM.

Et ex partibus] *Et* deest Copes. & Exc. Cujac.

Liberosque ejus tres] Adi librum IV. capite VII. CASAUB.

Amicosque complures.] Quosdam & inimicos. Tacitus: *Tertio gradu primores civitatis scripserat, plerosque invisos sibi, sed jactantia gloriaque ad posteros.* CASAUB. *Compluris* Memm.

Legavit populo Romano quadringenties, tribubus tricies quinquies HS.] Hic locus, qui Augusti principis legata continebat, admonere quemvis, vel oscitantem, poterat, maximam esse summam pecuniae, quae populo, quaeve plebi Romanae legaretur: nam Populo, id est patribus, equitibus, & honestioribus plebejis (hoc enim nomine hosce contineri, vel illa usitata loquendi forma Senatum, populumque R. ostendere potest) legatum est ab Augusto CCCCM. LLS. id est, decies centena millia aureorum nostrorum, quod nos millionem dicimus: plebi autem, id est, infimis plane hominibus, & mendicioribus XXXV. id est, octoginta septem & amplius aureorum nostratium, quod & Taciti verba in primo historiarum plane significant, cum scribit: *Legata non ultra civilem modum, nisi quod populo & plebi* CCCCM. XXXV. *praetorianarum cohortium militibus singula nummum millia: legionariis autem cohortibus civium Romanorum, trecenos nummos viritim dedit.* EGNAT. Palam est his verbis duo legata contineri: quorum alterum populo, alterum plebi relictum. Plebem appello, quas Suetonius *tribus*. Tacitus hanc partem testamenti Augusti ita exprimit: *Legata non ultra civilem modum: nisi quod populo & plebi* CCCCXXXV. *dedit.* Videtur confundere haec duo legata: quod in errorem quosdam induxit: sed notanda figura in ejus verbis, qualis in illis Ciceronis, *Urbem & cives integram incolumesque servavi.* ergo in oratione Taciti CCCC ad populum: XXXV ad plebem referendum: & fortasse scripserat auctor CCCC & XXXV. Suetonium putamus ipsa Augusti verba retinuisse, ut ante monebamus. Duo legata esse diversa, declarat & Dio, qui alterum posuit, alterum penitus omisit. Legavit τῷ δήμῳ, ait Dio, χιλίας μυριάδας, id est, *populo quadringenties sestertium.* silet de tribubus aut plebe: quare & de relicto illi legato tricies quinquies tacet. de hoc genere praeteritionum diximus satis ad libri I. cap. XXXVIII. & alibi. errant late doctissimi viri, qui Dionis auctoritate moti, adulterina censent esse in Suetonio illa verba, *tribubus* XXXV. mitto alias clarissimorum hominum super his verbis sententias: nam omnes falli, qui in Suetonio aut Tacito quicquam censuerunt mutandum, non dubito. Quid autem mirum diversa esse legata populi & plebis, cum aliud populum esse, aliud plebem, sit τῶν ἀναμφισβητήτων? nam etsi verum est, confundi saepe has voces, tamen proprie illas diver-

versum sonare, etiam pueris notum. Accipiamus igitur hic propria significatione, & legatum populi interpretemur, quod publice relictum est civibus Romanis omnibus, qui consortes esse talium liberalitatum aut vellent aut solerent. plebis vero illud, quod vicomagistris relictum est, vel in communia cujusque tribus commoda impendendum: vel in tenuissimos quosque singularum tribuum erogandum. Similia Tiberii legata, qui patris exemplum in plerisque secutus, *legavit plebi Romanae viritim atque etiam separatim vicorum magistris.* verba sunt Suetonii libro sequente extremo. qui locus omnino cum isto conferendus erat interpretibus, si suum munus fungi vellent. diligenter enim notandum, *plebis* appellatione intelligi in Tiberii testamento idem, quod hic populi. ne id quidem mirum: jam enim diximus, duo haec vocabula *populus* & *plebs* apud optimos scriptores, Tacitum praesertim, Suetonium, Plinios, & alios item, confundi. quare etiam libro III. cap. LVII. Tranquillus in mentione horum legatorum Augusti, *plebem* pro populo usurpat. *Scurram*, ait, *qui praetereunte funere elato mortuo mandarat, ut nunciaret Augusto nondum reddi legata, quae plebi reliquisset.* neque enim ibi capiendum, ut apud Tacitum, de legato tribubus relicto: sed de populi legato. quod autem vico-magistris reliquisse Tiberius libro sequente dicitur, tantumdem valet, ac si tribubus scriptum esset, aut plebi, ut quidem Tacitus accipit. absurdum enim sit putare, cedere in propriam vico-magistrorum utilitatem illud legatum. nam contra, eos fuisse velut administratores, & istiusmodi similiumque largitionum divisores, Asconius alicubi indicat, & ex Plauto probat: quanquam ille non de vico-magistris, sed curiarum id scribit. Verum arbitror, postquam creari coepere annui illi vicorum curatores ab Augusto instituti, pleraque veterum curiarum magistrorum munia in hos fuisse translata. Nec illud quidem novum, quod *tribus* appellet Suetonius, vel Augustus potius, populi vilissimam partem, quam Tacitus plebem *sordidam*. observare enim licet, cum populus Rom. a scriptoribus modo in tres ordines distinguatur, modo in quatuor, modo in plures, appellatione tribuum persaepe ultimum ordinem notari. Statius Sylvarum libro IV. I. 25.

Moribus atque tuis gaudent turmaeque tribusque
Purpureique patres,

Vult dicere, senatus populusque Rom. & equester ordo. populum appellat *tribus*. Sic Florus libro II. cap. VI. aliique. alii plebem a populo separant, & illam tribuum appellatione notant. Exstat Vetus inscriptio, quae hoc manifesto docet. ita autem habet (Gruter. CCXLIV. 4.)

IMP. T. CAESARI.
DIVI. F.
VESPASIANO. AUG.
PLEBS URBANA
QUAE FRUMENTUM
PUBLICUM ACCEPIT
ET TRIBUS.

Plinius Panegyrico cap. XXV. *Nisi vero leviter attingi placet, locupletatas tribus, datumque congiarium populo.* Martialis libro VIII. 15.

Dat populus, dat gratus eques, dat thura senatus,
Et libant Latiae tertia dona tribus.

Inde est, quod *tribulis* pro paupere & egeno ac capite censo sumitur. Horatius I. Epist. XIII. 15.

Ut cum pileolo soleas conviva tribulis.

Martialis IX. 50.

Nunc anus & tremulo vix accipienda tribuli.

Idem IX. 58.

Nec pallens toga mortui tribulis.

Manilius eleganter istos tribules *turbam sine nomine* vocat sub finem lib. V.

Utque per ingentem populus describitur urbem,
Praecipuumque patres retinent, & proximum equester
Ordo locum, populumque equiti, populoque subire
Vulgus iners: videas etiam sine nomine turbam.

Vulgus iners, plebs est: *sine nomine turba*, sunt tribus. CASAUB.

Tribubus tricies quinquies] Haec verba mihi merito suspecta sunt. praecedit enim, *Legavit populo Romano quadringenties.* Atqui populus Rom. omnis in tribus XXXV divisus erat. Ut idem sit legare XXXV tribubus, quod legare populo Rom. Nam quod interpretes adferunt, pro *tribus* intelligi eos, qui Romani non erant, sed in tribubus tamen suffragia ferebant, id merum somnium est. Beroaldus affirmat di-

tibus urbanis quingenos, legionariis trecenos numos: quam summam repraesentari jussit: nam & confiscatam semper repositamque habuerat. Reliqua legata varie dedit: produxitque quaedam ad vicena sestertia: quibus solvendis annuum diem finiit

dictionem *tribubus* non esse in quibusdam libris. Quo facilius sane adducor, ut totum hoc *tribubus trieies quinquies*, expungendum esse censeam, legendumque, *Legavit pop. Rom. quadringenties*, quod cum Dione convenit, τῷ δήμῳ χιλίας μυριάδας, aut si id minus placet, *Legavit pop. Rom. per tribus* XXXV *quadringenties HS*. Nisi quis Lipsium sequi malit Elector. I. cap. XII. *tribulibus* pro *tribubus* emendantem, eo sensu, ut Fabianis & Scaptiensibus (hi enim Augusti tribules sup. cap. XL.) tricies quinquies reliquerit per praeceptionem, sive extra sortem. Quod Dionem tamen, scriptoresque alios vix crediderim, si verum foret, tacituros fuisse. nam & ipse Tacit. nulla tribulium mentione, *Legata* (inquit) *non ultra civilem modum, nisi quod populo & plebi* CCCCXXXV. Quem tamen locum Muretus Variar. XI. ex Suetonio corrigit. Tutissimum fuerit vel cum Dione *quadringenties*, vel cum Tacito legere *quadringenties tricies quinquies*. Ipse certe Lipsius sibi non constat. Nemo melius Beroaldo, qui verbum *tribubus* reperiri negat in quibusdam MSS. Quo sublato, conciliabitur Suetonio Tacitus, neque metuendum a Dione. Torr.

Praetorianis militibus singula milia nummorum,] Mallem *nummum*. Notandumque praetorianos, ab urbanis cohortibus distingui. Tacitus praetorias, & legionarias tantum civium Romanorum cohortes commemorat. Ego *urbanas* a Tranquillo vocari arbitror, quae praetorianis ignobiliores, vel grassatorum, vel incendii arcendi causa sub praefecto vigilum in Urbe habebantur. Sed & de praefecto Urbi verba Ulpiani adscribam: l. 1. §. 12. *Et sane debet etiam dispositos milites stationarios habere ad tuendam popularium quietem, & ad referendum sibi, quid ubi agatur*. Torr.

Cohortibus Urbanis] Verbum *cohortibus* non est in VV. CC. Ursin. Tacitus hanc partem omisit: neque assentior iis, qui negligentiae scribarum id acceptum ferunt, & locum interpolant ex Suetonio. Passim in optimae notae auctoribus tales omissiones observamus: quae si ad institutum sermonem non sunt penitus necessariae, cur scribis potius quam scriptoribus eas tribuamus, caussa non est. De errore interpretum Dionis, qui in hac sententia πολιτικὸν πλῆθος partim vertunt perperam, partim emendant prave, affatim cum Deo dicemus ad Polybium. Casaub.

Legionariis] *Legionaris* Memm. *trecenos* Harl. Periz. & omnes antiquae usque ad Casaub.

Quam summam repraesentari jussit:] An dicit, summam illam tantum, quae legionariis est legata? an potius de omnibus legatis intelligit, quae hactenus sint exposita? Hoc puto verius: inde illa scurrae, imo vulgi querela lib. III. cap. LVII. Casaub.

Nam & confiscatam] Duo codd. sine &. *Confiscatam* autem fiscis asservatam vocat. sunt enim *fisci*, quibus pecuniae apportari, ac concludi solent. Ascon. & Isidor. Sueton. quoque Claud. cap. XVIII. Torr. *Confiscatam*, ἀποτεθησαυρισμένην, in fiscis conditam & servatam. Glossarium: *Confiscat*, ταμιεῖ, δημάζει. In altero: Ταμιοῦχος, *penarius*, *confiscator*, *cellarius*. Casaub. In fiscis adservatam, uti Tertullianus eleganti metaphora, de Fuga: *Felices itaque pauperes, qui animam totam in confiscato habent*. Lipsius.

Reliqua legata varie dedit:] Liber opt. *varia edidit*, pro pronunciavit. Auctor est Dion, etiam regibus cum nonnulla legasse. Torr. Ita omnes libb. nostri. Alii, *varia edidit*. nihil muto, & simpliciter ad diem refero praefinitam solvendis legatis reliquis. Placet, si codd. addicerent, *varia varie edidit*. Sed cum acrius hunc locum intueor, non abest, quin ita scribendum sit, *reliqua legata varie dedit*, *produxitque quaedam ad vicena sestertia: quibus solvendis annuum diem finiit*. vel potius *annuam*. sic enim J. C. loquuntur: & ita hic quidam libb. Reperi in quibusdam pro *vicena sestertia*, *vicies sestertium*. Casaub.

Produxitque quaedam ad vicena sestertia:] Horum verborum, ut puto, sententia est, Augustum legatorum, quae vicena excederent sestertia, diem protulisse ad annum, ut *producere legata* Sueton. dixerit pro legatorum diem. Torr. *Perduxitque* Mem. & hoc probat Jac. Gronovius ex illis Ciceronis ad Att. v. 21.

rogas

niit, excusata rei familiaris mediocritate: nec plus perventurum ad heredes suos, quam milies & quingenties, professus: quamvis viginti proximis annis quaterdecies milies ex testamentis amicorum percepisset: quod paene omne cum duobus paternis patrimoniis, ceterisque hereditatibus in Rempublicam absumpsisset. Julias, fi-

rogat ut eos ad CC perducam. quod nihil commune cum hoc loco habet. ibi enim de Salaminiis agitur, qui per *eos* intelliguntur; hos debere paullo minus CC Talenta dixerat Scaptius Ciceroni, & rogat Ciceronem ut eos perducat; id est inducat, ut fateantur se debere CC. *perduxit* in Memmiano solo legitur ex sollemni aberratione librariorum in verbis ex *per* & *pro* compositis: *producere* vero legata est augere summam antea legatam, adjectis aliquot nummis. ita *pretium producere* Quinctil. dec. cccxi. quod *extendere* dixit Justin. XI. 4. eodem modo ut *producere*, & *prorogare animal deo proximum* dixit Quinctil. decl. CCLX. quod alii *extendere* vitam, aevum, ut Horat. II. Od. 2. dixerunt. *in vicina*, vel *ut vicena* Exc. Cujac. BURM.

Quibus solvendis annuum diem finiit] *Annuam* scriptum est in VV. CC. URSIN. Ut tribus pensionibus solverentur: quae fuit usitata testamentorum clausula. CASAUB. Annuum diem pro tribus pensionibus & summis accipio: nam haec erat vulgaris clausula testamentorum, l. *Talis.* l. *Cum vulgari.* D. de dot. prael. erat & caeterorum negotiorum. Alia legata, ut idem Suetonius ait, Augustus repraesentari jussit, hoc scilicet adjecto verbo *praesentia*, quod efficit, ut vulgari clausula non contineantur, ex Servii & Labeonis sententia d. l. *Talis.* CUJACIUS. Non de tribus pensionibus haec, ut Cujacius & alii, sed intra annum praestarentur, capit Ampliss. Bynkershoek. lib. VII. Observ. Jur. cap. 19. *finiit* vero positum pro definiit: vide Gronov. ad Liv. XXXV. 7. BURM.

Nec plus perventurum ad heredes suos,] Si ad summam nostram deducas, facient tricies octies & quinquagies millia aureorum nostrorum, *quamvis XX. proximis annis ex amicorum testamentis percepisset trecenties millies*, id est, triginta & amplius millionia. Prius quam ab Augusto principe salubri magis quam ambitioso, discedat oratio, facturum me operaepretium existimavi, si cursim legionum numerum, & provinciarum praesidia, Reges, socios, Imperii amplitudinem ex Taciti historiarum libro quarto cap. 5. heic adnecterem, ut diligentioribus etiam satis fiat. Ille igitur in hunc sensum. Italiam binae classes infero, superoque mari utraque praesidebant, Misenensis & Ravennas: sed & rostratae naves ad Actium captae, eam partem Italiae tuebantur, quae in Galliam Narbonensem vergens Alpes maritimas, & Forojuliensem Coloniam spectat: legiones autem juxta Rhenum, quae Gallos, Germanosque coërcerent, octo: robur fere Imperii, cum Hispaniae treis tantum haberent, & Africa quoque, nisi qua Iuba rex Mauros dono acceptos regebat, duas habuit, Aegyptus totidem: quidquid vero terrarum tractus mari nostro, & Euphrate amne cingebatur, vastoque terrarum sinu ambiebatur, quatuor legionibus parebat, regibus Hibero, & Albano sociis. Hinc rursus Europa, qua Thracia, & Illyricum magna ex parte protendebatur ad Danubii ripam, sex legionibus attinebatur: hoc ordine, ut Pannonia duas, duas Moesi, totidem Dalmatae haberent, cum in urbe proprius miles Latio, Etruriaque fere delectus, duodecim cohortes, tres urbanae, novem praetoriae suis castris attinerentur, ut interim per provincias idoneas sociae alae, & cohortium auxilia non deessent, variante earum numero ex rerum usu. Erat igitur triplex classis parata, legiones autem numero septem & viginti, praeter auxilia fere sociarum gentium, ac Regum totidem. EGNAT. Detracto si quid fuit aeris alieni, & legatis persolutis, redditisque suis bonis eorum liberis, qui Augustum heredem fecerant. qua de re ante diximus. CASAUB.

Quam millies & quingenties] Aestimatione Budaei, quae si non exactissime vera, proxima tamen verae est, fuerint tricies septies centena millia. CASAUB. *Quingenties rei familiariae, quamvis* Exc. Cujac.

Quamvis viginti proximis annis quaterdecies millies testamentis amicorum percepisset] Quis non stupeat ad hanc summam? quam idem ille profundissimae eruditionis vir non minorem exi-

filiam neptemque, si quid his adcidisset, vetuit sepulchro suo inferri. De tribus voluminibus, uno, mandata de funere suo complexus est: altero, indicem rerum a se gestarum, quem vellet incidi in aeneis tabulis, quae ante Mauseolum statuerentur: tertio, breviarium totius imperii, quantum militum sub signis ubique essent, quan-

existimabat quinquies & tricies centenis myriadibus aureorum coronatorum: hoc est, trecenties & quinquies centenis millibus. CASAUB.

Absumpsisset] *Assumsisset* Harl. Ed. Venet. tres Bonon.

Julias, filiam neptemque.] Melius quam Dio, qui de nepte silet. Rursus eo auctore, Juliae filiae testamento patris legati nomine aliquid saltem adspersum: quod tacet Suetonius. CASAUB.

Si quid his accidisset] His verbis modeste vitandi ominis causa sic pronunciatis mors significatur. l. CLXII. De verb. signif. TORR.

His] *Iis* Memm.

Vetuit] *Metuit* Exc. Cujac. eadem varietas Tib. LXIII.

Sepulcro suo inferri.] Veteres, quos oderant, a suo sepulcro & mortuos arcebant & vivos. Isaeus oratione de hereditate Astyphili: Ὅτι ἀπέθνησκεν Εὐθυκράτης ὁ πατὴρ Ἀστυφίλου, ἐπέσκηψε τοῖς οἰκείοις μηδένα ποτὲ ἐάσαι ἐλθεῖν τῶν Θουδίππου ἐπὶ τὸ μνῆμα τὸ ἑαυτοῦ. CASAUB.

De tribus voluminibus] Melius tres lib. MSS. sine praepositione *de*. Dion quatuor volumina ponit, quem vide. TORR. *De tribus* in omnibus, praeter Hulf. cui deerat *de*, reperi. Erasm. quoque in marg. aliis deesse notaverat. forte, *deinde tribus*.

Uno, mandata de funere complexus] *Uno*, ut apud Hebraeos pro *primo*. Dio: Ἐνεγέγραπτο δὲ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ, ὅσα ἐς τὴν ταφὴν ἀνῆκε. CASAUB.

Altero, indicem rerum a se gestarum,] Eodem ordine Dio: Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τὰ ἔργα ἃ ἐπράξε πάντα. Hujus indicis exemplum olim in Asiam allatum, indeque clarissimi viri Augerii Busbequii beneficio in Europam relatum, si infra describerem, & notis illustrarem, recte & pro bono facturum me putavi. Est enim prorsus, quod ajunt, ex tristissimo naufragio quantivis pretii superstes tabula. CASAUB. Ejus fragmentum legitur in Gruteri opere inscriptionum pag. CCXXX. & apud Andr. Schott. in Epitom. Victoris in Editione nova, quam expedit videre propter subjectas notas Lipsii & Casauboni. & hunc edidit nuper cum novis notis Jac. Gronovius. BROUCKH.

Quem vellet incidi in aeneis tabulis] Appellat tabulas χαλκᾶς στήλας, quae potius pilae erant dicendae: ita enim in lapide Ancyrano. Dio quoque στήλας nominat: nihil tamen mutandum censeo, omnibus MSS. mordicus hanc lectionem retinentibus. nempe tabulae appellantur quadratae pilae facies, quae praestant usum tabularum, etsi proprie tabulae non sunt. Graeci quoque στήλας appellant λιθοκολλήσεις. Sic plurima dicuntur ex antiqua consuetudine, ut notum est. Polyb. lib. III. pilas aereas hujusmodi, modo στήλας nominat, modo χαλκώματα. Movet tamen nonnihil verbum *statuerentur*, quod videtur pilis potius convenire. CASAUB. Lipf. ad Tacit. I. Ann. II. *Pilis* malebat.

Quae ante] *Quem* Memm. unde *quae in ante* Salmas. nescio quo sensu, nisi unica voce *inante* probaverit, quam proscripsimus ad Ovid. I. Met. 524. *Matusaleum* Exc. Cujac.

Breviarium totius imperii] Sueton. Galb. cap. XII. *Dispensatori breviarium rationum afferenti*, &c. Plin. lib. XVIII. *Ut omnis culturae quoddam breviarium peragatur.* Sic *breviariae rationes* apud Scaevolam l. ult. De peculio legato. Seneca libro v. Epist. *summarium* ante vocatum fuisse scribit, quod tunc *breviarium* vulgo vocabant. Sup. cap. XXVIII. *rationarium Imperii* appellat, quo Imperii rationes continebantur, ut & inf. Calig. cap. XVI. Tale aliquid liber ille, qui Notitia Imperii Romani inscribitur: rectius fortassis *Formula* appellaretur. TORR.

Quantum militum sub signis ubique esset.] Viterb. & Memmianus, *essent*, πρὸς τὸ σημαινόμενον. ut *turbaruunt*, ὡς φάσιν οἱ παλαιοί. CASAUB. *Ubique essent* & Pall. nostri omnes. non *esset*, ut hactenus vulgati. GRUTER. *Essent* Periz. Harlem. Ed. veteres omnes praeter Basil. Casaub. & recentiores. vid. inf. Tib. XXXI.

Ve-

quantum pecuniae in aerario & fiscis, & vectigaliorum residuis. Adjecit & libertorum servorumque nomina, a quibus ratio exigi posset.

Vectigaliorum residuis.] *Residuas* Venet. sec. & tert. *vectigaliorum* verò veteres dixisse docet Charisius lib. 1. Inst. Gram. pag. 46.

Adjecit] Hunc fuisse quartum librum, cujus meminit Dio, notavit manus docta in ora Ed. Steph.

C. SUETONII TRANQUILLI
DE
XII. CAESARIBUS
LIBER TERTIUS.
TIBERIUS NERO CAESAR.
CAPUT I.

PATRICIA gens Claudia (fuit enim & alia plebeja, nec potentia minor nec dignitate) orta est ex Regillis, oppido Sabinorum. Inde Romam recens conditam, cum magna clientum manu commigravit, auctore Tito Tatio, consorte Romuli: vel, quod magis constat, Atta Claudio gentis

1. *GEns Claudia*] *Gens Clauda* Memm. hujus gentis ab Atta, illustres ad sextam progeniem viros, vid. in Sigonii notis ad Liv. IV. 48.

Alia plebeja,] Quam Marcellorum vocat Cic. lib. I. de Oratore cap. 39. nobilem illam inter Marcellos Claudiosque patricios controversiam recensens. Notandumque complures ejusdem nominis, ac fortassis etiam originis familias eodem tempore & patricias, & plebejas fuisse, ut de Cornelia quoque testatur Cicero II. de Legibus 22. & de Papiria Famil. epist. lib. IX. 21. de aliis alii. Quod evenire necesse erat, cum non tota gens aliqua, verum certa tantum ejus gentis familia, vel a plebe transibat ad patricios, vel a patriciis ad plebem. TORR.

Ex Regillis] Lib. unus *Regillis*, sine praepositione. Livius, & Dionys. Regillum tam oppidum, quam lacum vocant. Unde cognomen *Regillensis*, &, ut Sueton. loquitur, *Regillanus*. TORR. Propositionem etiam abjiciebat Lipsius: ita Oth. cap. I. *Orti oppido Ferentino*.

Clientum] Libri duo *clientium*. Horat. lib. II. Od. VIII. *ultra limites clientium*, &c. At idem lib. III. Od. V. *clientum longa negotia*, &c. TORR. *Clientium* Copes. Edd. Bonon. Steph. Plant. & aliae, vid. Aug. LX.

Atta Claudio] Sic Turneb. quidem, quem Pulmannus sequitur; at vulgati libri *Appio Claudio* habent, manuscripti vero omnes variant. Sed Turnebum ne sequamur, facit, quod cum ratio exigat, ut utrumque tam nomen, quam praenomen aut Romanum, aut Sabinum sit, ipse hunc gentis Claudiae auctorem tanquam hybridam reddens, utrumque cum altero confundit. Accedit, quod Atta apud Festum & Horatium epist. ad Augustum II. I. 79. Quinctii poëtae cognomen est. Atqui hic de praenomine agi videtur. Justus Lipsius, elegantis ingenii vir, suis in Tacitum notis lib. XII. 25. locum huic nostro similem ex codice Vaticano sic restituit: *Annotabant periti nullam antehac adoptionem inter patricios Claudios reperiri, eosque ab Atto Clauso continuo duravisse*. Quod cum ita sit, & nostri quoque codices vel *Atta*, vel *Acta* habeant, *Atta Clauso* legendum existimo, uti & duobus apud Livium locis, ubi *Attio*, vel *Actio* nunc legitur. Addam, non obstare, quod *Atta* cognomen esse diximus. nam ipsa verbi ratio, quam Festus notat, suapte natura praenomen esse ostendit, quod (ut arbitror) postea

tis principe, post reges exactos sexto fere anno, in patricios cooptata. Agrum in-

stea in cognomen quoque transiit, ut Agrippa. Omittere vero nolim in uno codice *Acta Tatio Clauso*, in altero *Acta Tatio Claudio* legi. Ut fortassis tria etiam apud Sabinos nomina habuerit, Atta Tatius Clausus. Illud vero in primis notandum est, eos, qui olim Romam commigrabant, nomina sua edere debuisse, si jus civitatis adipisci vellent, atque ea plerumque mutata fuisse, quo magis Romani viderentur. Sic Atta Clausus, Ap. Claudius factus est, & Lucumo ille, Demarati filius, cum Tarquiniis Romam venisset, comparato ibi domicilio, L. Tarquinii nomen edidit. Recte igitur omnis antiquitatis peritissimus Virgil. VII. 706.

> *Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum*
> *Agmen agens Clausus, magnique ipse agminis instar,*
> *Claudia nunc a quo diffunditur & tribus, & gens*
> *Per Latium.* Torr.

Secuti sumus Vaticanum cod. cui & Pithoeanus consentit, & Memmianus. Viterb. Lislaei, & princeps Rom. *a Tatio*, adstipulante nonnihil & Dionys. Hal. qui Claudiae gentis auctorem nominat Τίτον Κλαύδιον lib. V. Liviani codd. vulgo *Appium*, alii *Attium*, ut Julius Paris, & veteres Taciti libri: ut de Vaticanis testatur Lipsius. In re tam vaga & crepera nihil pro certo posse affirmari puto. Est vero *Atta* vox vetus Sabina originis Graecanicae, ut pleraeque Sabinorum: nam & ipsi absque dubio ἀνέκαθεν Dores fuerunt e Peloponneso orti. Doctissimi viri praenomen id fuisse scribunt: ego cognomen potius arbitrer, & ita Festus vocat. Atta est παρὰ τὸ ἄττειν, quod subsilire significat, nusquam ferme pedem figere. unde ἄττειν δεῦρο κἀκεῖσε. & apud Julianum, ὥσπερ οἱ ταχύτατοι τῶν ὀρνίθων ἢ ἂν ἴσχνωσιν ἄττοντες. ex eo intelligimus, qui proprie dicantur *Attae*: nempe οἱ ἄττοντες, qui inter ambulandum stare nesciunt, sed semper quasi subsiliunt: quod necessario iis evenit, qui non ὅλῳ ποδὶ βαδίζειν, sed in primos pedes existunt. Festum emenda in hac voce. Ait, *Attae appellantur, qui propter vitium crurum aut pedum plantis insistunt: & attingunt magis terram quam ambulant.* Scribe *plantis non insistunt*, prorsus necessaria emendatione: nisi malis restituta in integrum voce, quae excidit, scribere, *aut pedum primis plantis insistunt.* Atque hoc melius: nam & in Petri Danielis Aureliani Onomastico ita scriptum: *Atta, qui primis plantis ambulat: quod nomen ab attingendo impositum videtur.* ridicula sane nominis originatio. Caeterum attarum vitio contrarium est τὸ τῶν πλατυποδῶν, quorum Hippocrates meminit: istos veteres Latini *talipedare* dixerunt. Casaub. Non magis sibi constant membranae Palatinae, quam aliorum. nam exstat in pr. *Constat a Tatio Claudiae Gentis pr.* sec. *Constat Acta Claudio gentis pr.* tertius, *Constat Actio Claudio gentis. pr.* Grut. *Tatio Clausio* Periz. *Acta Claudio* Copes. *Tatio Claudio* Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. pri. & ita Lind. Codex. *T. Claudio* Venetae duae reliquae, Bonon. *Ata Claudio* Hul. sed ego alterutrum eligendum esse putarem. vel *Atta Clauso*, Sabina appellatione, vel *Appio Claudio*, in Romanum morem mutata. Vid. de hoc nomine ad Ovid. IV. Fast. 305.

> *Claudia Quinta genus Clauso referebat ab Atta.*

Ut Neapolis legebat, *ab alto* vero Heinsius. in Festi loco a Casaubono adducto Barth. XL. Add. II. legebat, *aut pedum talis insistunt*, vel *pedum plantis vix insistunt.* Sed Casauboni emendationem, *primis plantis insistunt* verosimilem facit Glossarium, quod vidi ex Schedis Joh. Ger. Vossii, ubi legitur. *Atta, qui primis plantis ambulat.* & eo pertinere puto in Glossis Labbei, *Attat*, ὁ τοῖς ποσὶν ἀρχόμενος ἀκροπατεῖν. ubi legunt alii, *Atta.* & deinde *Attat* ὦ πόποι, παπαί. & hinc apud Petron. cap. XLV. pro *Burdibasta* Reines. volebat. *Gurdus Atta.* ut vero *Attae* vitio naturae & crurum eo modo incedunt, ita qui studio id faciunt, culpat Senec. Ep. III. *Non exsurgit in plantis, neque summis digitis ambulat, more eorum, qui mendacio staturam adjuvant.* Burm.

Post reges exactos sexto fere anno] Ad unguem ferme quadrat supputatio Dionysii: qui Claudii sive Clausi adventum refert in anno U. C. CCL. regifugium, CCXLIV. Casaub.

Sexto fere anno a Patribus in Patricios] Liber Tornacens. sic habet: *fere anno sexto, atque in patricias cooptata, agrum*, &c. quae le-

ctio

insuper trans Anienem clientibus, locumque sibi ad sepulturam sub Capitolio publice adcepit. Deinceps procedente tempore, duodetriginta consulatus, dictaturas quinque, censuras septem, triumphos septem, duas ovationes adepta est. Quum praenominibus cognominibusque variis distingueretur, Lucii praenomen consensu repudiavit, postquam e duobus gentilibus praeditis eo, alter latrocinii, caedis alter convictus est. Inter cognomina autem, & Neronis adsumpsit, quo significatur

ctio & aperiior est, & cum Livio magis convenit. *In patricias* quoque, cum de gente loquatur, longe elegantius est. TORR. *Coaptata* Copes. Edd. Arg. Aldin. *Cohoptata* Periz. *Cooptato* malebat Cl. Duker. ad Liv. 10. IV. 7. *Sexto & in* desunt etiam *Copes.* qui & *patricias.* ut & Huls. *utque a patribus i. p. cooptata* Steph. *a patribus* displicebat Lipsio. *patricios* vero non mutandum in *patricias*. vid. ad Calig. XLVIII. BURM.

Locumque] Duo meliores codd. *lucumque*. Quod sane augustius, & religiosius est. Luci enim non tantum numinibus, sed & mortuorum memoriae consecrabantur, & ab heroum animis habitari credebantur. Sic Augusti Mausoleo Tiberius silvas adjecit, sup. cap. C. Adde epigramma Martial. LXXVI. lib. VI. de Fusco. Simile mendum animadvertit Petr. Victorius apud Tacitum lib. III. Annal. 61. *Esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam.* ubi libri excusi *locum* habent. TORR. Reperi annotatam in Viterb. alteram lectionem *lucum:* quae mihi non placet, nec convenit, ut puto, veterum theologicis opinionibus. CASAUB. Speciali populi Romani studio. Alioquin extra urbem sepelire, moris fuit. Cicero II. de LL. cap. 23. legis XII. tabb. meminit: HOMINEM. MORTUUM. IN. URBE. NE. SEPELITO. NEVE. URITO. & I. Tuscul. Quaest. cap. 7. *An tu*, inquit, *egressus porta Capena, quum Collatini, Scipionum, Serviliorum, Metellorum sepulchra vides, miseros putas illos?* Igitur intra urbem tumulari, magnum & eximium quiddam fuit. Unde & Plutarchus in Problem. ait, cineres eorum, qui triumphassent, in urbem ferre licuisse. Et Vestalibus quoque virginibus permissum, ut intra urbem sepulturae traderentur, testis est Servius ad XI. Aen. 206. MARC. DONATUS. Non vidi *lucum*, nisi in Colin. Gryph. & Doleti. sed inepte. prius locum vacuum & profanum accepit, qui luco consito & cadavere illato sit demum sacer & religiosus, ut notum est, & ita factum in Mausoleo. Aug. cap. CI. neque etiam intra urbem sub Capitolio lucum fuisse olim legimus; praeterea quid frequentius in antiquis lapidibus, quam, *locus, datus, adsignatus decreto senatus, decurionum &c. Monumento vel sepulturae.* vid. Ind. Gruter. Insc. Histor. pag. LXXVIII. apud Annib. Carum Antiq, Sevil. III. 40. HELVIO AGRIPPAE ORDO ROMULENSIUM LOCUM SEPULTURAE DECREVIT. & similes tituli apud Fabrettum, Reinesium & alios obvii: & ut hic *accepit*, ita apud Reines. XVII. 169. LOCUS ADSIGNATUS, AB TI. CLAUDIO ACCEPTUS dicitur. BURM.

Triumphos VI.] VII. habent MSS. & edit. Gryphii. Idemque docent Fasti Capitolini. TORR. *Sex* Periz. Copes. Huls. & omnes fere antiquae Edd. praeter Roman. nescio vero quam Gryphiorum editionem viderit Torrentius, in qua *septem*. ego in tribus *sex* reperi: Lipsius notavit ad oram, *septem* in fastis extare. BURM.

Lucii praenomen consensu repudiavit,] Sic gentis Manliae decreto cautum fuit, ne quis M. Manlius vocaretur. Liv. lib. VI. 20. & Festus in *Manliae gentis* &c. Dion quoque lib. LI. *Edicto* (inquit) *cautum, ne quis ex ea familia M. praenomen ferret.* Loquitur autem de honoribus Augusto, jam devicto Antonio, decretis. Adde Gellium lib. IX. cap. II. Suetonium Ner. cap. I. TORR. Cicer. I. Philip. 13. *Luci* Memm.

Quo significatur] *Quod* Codd. Memm. Periz. Copes. Edd. Rom. Venetae tres, Lugd. Junt. Ald. Basil.

Significatur fortis] Gellius lib. XIII. cap. XXI. ubi de Neriene, Martis conjuge. TORR. Glossarium: *Nero*, ἀνδρεῖος. Jam diximus Sabinam veterem linguam non aliam fuisse a Graeca. Graeci hominem bonis lacertis vocant νευρώδη. Dicaearchus in Clementis Protreptico Herculem describit, εὐζῶνον, νευρώδη, μέλανα. & νευρῶν accipiebant pro robustum reddere

tur lingua Sabina fortis ac strenuus. Multa multorum Claudiorum egregie merita, multa etiam secus admissa in Rempublicam exstant. Sed ut praecipua commemorem, Appius Caecus societatem cum rege Pyrrho, ut parum salubrem, iniri *a.* dissuasit. Claudius Caudex, primus freto classe transjecto, Poenos Sicilia expulit. *b.* Claudius Nero advenientem ex Hispania cum ingentibus copiis Asdrubalem, prius *c.* quam Hannibali fratri conjungeretur, oppressit. Contra Claudius Appius Regilla- *d.* nus

dere & validum. Verbum est artis gymnasticae, quo usus eleganter Chrysostomus in posteriorem ad Corinthios: Εἰς τὸ ἰσχυρῶς ἀλείφειν αὐτὸν καὶ νευροῦν. utraque vox proprie de gymnastis usurpatur. Inde Νεύρων, ut Γάστρων, Κεφάλων, Χείλων. *Nero* a Νεύρων, sicut & A. Gellius innuit, dissoluta diphthongo & imminuta. ut *periri*, unde *experiri a πειρᾶν.* sic *nervus* a νεῦρον. CASAUB.

2. *Secus admissa*] Liber unus *secius*, Tornacens. *sequius.* quod Turnebus quoque, & Gisanius probant. TORR. Pithoei & Turnebi libri, *sequius.* Vaticanus *secius.* nostri *secus.* Viri docti alii aliud probant. Atqui non magni interest, aut potius nihil, quomodo scribatur. *Secus* est ἑκὰς, ut ἕξ, sex, aliaque multa. in Glossario exponitur ἑτέρως, καὶ ἐναντίον. non male. nam vicina non dicuntur, nisi quae sunt ἑκὰς, & naturam separatam habent. Porro ut Graecis ἄλλο & ἕτερον, Latinis *aliud*, per εὐφημισμὸν ponitur in significatione mali: sic & *secus* usurparunt pro κακῶς. Sallustius: *Si secus accidat huic Reipub.* & passim. At *secius* & *sequius* promiscue scribebant, ut *cocus* & *coquus*, & his similia, vel Quintiliano monente. CASAUB.

Claudius Caudex,] Hujus nominis ratio cum historia convenit. *Caudex* enim plurium tabularum contextus apud veteres dicebatur. Unde Claudio huic, qui primus bello apud Romanos navem conscendit, id cognominis adhaesit. Seneca de Brevitate Vitae cap. XIII. Hinc & *caudicariae naves* apud Nonium. TORR. Male *Caudax* legit Domit. Calderin in Face Critica t. 1. pag. 315. Claudiorum elogia quaedam collegit Cerda ad Virgil. VII. Aen. 707. hic vero Torrentius, ne nominato quidem, Beroaldi pro suis venditat. BROUKH. *Codex* Ed. Paris. *Claudus Laudus* Exc. Cujac.

Sicilia expulit. Claudius &c.] *Sicilia expulitibus Nero* Memm. *Expulit. Ti. Nero adv.* Periz. *Tibius Nero* Copes. *Tiberius Nero* Hulf. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venetae, Bonon. Steph.

Claudius Nero advenientem] Libri duo *Tiberius Nero:* optimus, quod miror, *Tribunus Nero.* Nihil tamen hic muto. nam qui Asdrubalem devicit, C. Claudius, Ti. F. Ti. N. Nero appellatus fuit. Fasti A. U. C. DXLVI. Liv. lib. XXVII. Valer. lib. II. cap. IX. & lib. IV. cap. I. Plura ad Horat. lib. IV. Od. IV.

Quid debeas, ô Roma, Neronibus
Testis Metaurum flumen & Asdrubal
Devictus. TORR.

In codd. nonnullis exstat ea lectio, quam testatur Torrentius in optimis libris sibi repertam: *Tiberius Nero.* certum est, Claudium eum, qui consul Asdrubalem devicit, Caji praenomine ab historicis attici vulgo, non Tiberii. exstatque id praenomen etiam in fragmento fastorum Capitolinorum: sed in nominibus non semel dissentit ab aliis Suetonius, sive id factum ejus incuria, sive quod ita sentiret. CASAUB.

Claudius Regillanus] Mallem, ut in vulgatis, *Ap. Claudius Regill.* aut vero, ut in duobus MSS. *Claudius Regillanus*, sine praenomine. TORR. Viterb *Claudius Regillanus.* Turneb. *Claudius Rigillianus.* CASAUB. *Contra Claudius Regillanus* etiam Pall. pr. ac sec. non ut vulgati, *contra Claudius Appius Regillanus.* quomodo neque Pal. tertius, quippe qui transposita voce, *contra Appius Claudius Regillanus.* Nimir. cum decemvir iste vulgo notior esset praenomine Appii, id etiam Suetonio donarunt librarii. GRUT. *Contra Claudius Regillanus.* Hulf. Copes. *Appius Claud. Reg.* Basil. Plantin. Casaub. Raphel. in Exc. Cujac. deerat *Appius*, & erat *Claudius Regillianus.* *Regillianus* etiam Casaub. Raphel. & Graev. Spanhemius Diss. I. de usu & praest. Num. tom. II. pag. 48. hic *Regillensis* mallet legere, & olim *Regill.* tantum fuisse, unde librarii formarant *Regillianum* vel *Regillanum.* Cluverius vero

(*a*) *A. U. C.* CDLXXIV. (*b*) *A. U. C.* CDXC. (*c*) *A. U. C.* DXLVII. (*d*) *A. U. C.* CCCIV

nus decemvir legibus scribendis virginem ingenuam per vim, libidinis gratia, in servitutem adserere conatus, caussa fuit plebi secedendi rursum a patribus. Claudius Drusus, statua sibi cum diademate ad Appii Forum posita, Italiam per clien- *a.* telas occupare tentavit. Claudius Pulcher apud Siciliam non pascentibus in auspicando pullis, ac per contemtum religionis mari demersis, quasi ut biberent, quando esse nollent, praelium navale iniit: superatusque, quum dictatorem dicere a senatu juberetur, velut iterum illudens discrimini publico, Ilyciam viatorem suum dixit. Exstant & feminarum exempla diversa aeque: siquidem gentis ejusdem utraque Claudia fuit, & quae navem cum sacris matris Deûm Ideae obhaerentem Tiberino vado extraxit, precata propalam, *ut ita demum se sequeretur, si sibi pudi- b. citia constaret:* & quae novo more judicium majestatis apud populum mulier subiit,

vero Ital. Antiq. lib. II. cap. 9. pag. 670. *Regillenses* dictos esse Posthumios docet, nec ab oppido Regillo, sed a Lacu Regillo, licet & ab oppido *Regillenses* dici concedat, & oppidum a quibusdam *Regillum*, ab aliis *Regilli* dicatur: sed nescio unde in indicem Ed. Graev. legatur, *Regillae Sabinorum oppidum*, quum in Boecleriana editione sit *Regilli*. vid. ad Liv. IV. 49. in Epitome Stephani legitur Ῥήγιλλος Σαβίνων πόλις, ubi in notis Berkelii legitur imperfecta nota; Ῥηγίλλη *Philostr. vid. Pausan. pag.* 834. quae incepta videtur: nam apud Philostr. & Pausan, *Regilla* memoratur uxor Herodis Attici. nisi Berckelius crediderit illam ab hoc oppido dictam, & haec loca memoriae caussa adscripserit, postea accuratius excussurus. Haec *Regilla Annia* praenomine fuit, ut docuit Montfaucon Diar. Ital. cap. VIII. pag. 125. BURM.

In servitutem] *In servitute* Ex. Cujac.

Causa fuit plebi] Liber unus, *causa plebei fuit*. TORR. *Plebeis* Ed. Rom. *Plebi fuit secedendi rursus* Exc. Cujac. *rursus* Codd. Mem. Periz. Copes.

Cum diademate posita] *Diademata posita* Memm. Graevius *deposita* ex eo profert. Gronovius doctius censet, quam ut non a Suetonio sit profectum.

Quasi ut biberent] *Ut* deest Ed. Venet. tribus. *quasi* deficit in Basil. Lugd. Ald. Steph. Junt. Gryph. Plantin. & al. vid. inf. cap. XI.

Discrimini] *Crimini* Exc. Cujac. Gryph. Colin. Plantin. vid. Calig. XLV. & Acidal. ad dial. de Orator. cap. XXVII. Ceterum diversas scriptorum de judicio & condemnatione hujus Claudii sententias conciliare conatus est vir Illustris Bouherius in notis ad Cicer. II. de Natur. Deor. 3. BURM.

Iliciam viatorem suum] MS. *Ilyciam*, vel *Ilyliciam*. Unde manifestum est *Gliciam* legi debere. nam M. Claudius Glicia, ultimae sortis homo, Ap. Pulchri sive viator, ut vult Sueton., sive scriba, ut epitome Livii, Dictator dictus fuit, & mox abdicare coactus, A. U. C. DIV. Alii *Glauciam* vocant, sed male. TORR. Quidam *Glauciam* scribunt ex Livio pro *Iliciam*. sed ex Fastis Capitolinis scribendum *Gliciam*. URSIN. Memm. *Ilycian*. Viterb. *Iliciam*. Lislaei *Ilyriam*. In Fastis Capitolinis *Glicias* vocatur. CASAUB. Pal. pr. *Iulitiam*. sec. *Tliciam*. ter. *Iliciam*. GRUTER. *Hyliciam* Ed. Rom. *Iliciam* Periz. Edd. Venet. Basil. & plurimae. *Glauciam* Bonon. Lugd. Paris.

Diversa aeque] Sic interpungendum, *extant & feminarum exempla diversa aeque, si quidem* &c. Claudiae autem duae denariorum veterum monumentis celebrantur. una, quae virgo vestalis, cum esset, patrem triumphantem comitata est, altera, quae navem cum sacris matris Deûm adhaerentem Tiberino vado extraxit. URSIN. *Diversa: Aeque si q.* Basil. Junt. Aldi, Steph. Plantin.

Adhaerentem] Libri quator *obhaerentem*. Historiae vero hujus praeter alios meminere Tertullian. Apologetico, Hieronym. contra Jovinianum: & Augustin. de Civitate Dei lib. X. cap. XVI. Herodianus Historiarum post Marcum Imperatorem I. Sed & *Deum*, ut glossema, lubens expunxerim. idem enim bis dicitur, planeque & cum Matrem deum, & cum Idaeam matrem nominat, tantumdem est. TORR.

(*a*) *A. U. C.* DV. (*b*) *A. U. C.* DVIII.

iit, quod in conferta multitudine aegre procedente carpento, palam optaverit, *ut frater suus Pulcher reviviſceret, atque iterum claſſem amitteret, quo minor turba Romae foret.* Praeterea notiſſimum eſt, Claudios omnes, excepto duntaxat P. Clodio, qui ob expellendum urbe Ciceronem, plebejo homini, atque etiam natu *a*. minori, in adoptionem ſe dedit, optimates adſertoreſque unicos dignitatis ac potentiae patriciorum ſemper fuiſſe, atque adverſus plebem adeo violentos ac contumaces, ut ne capitis quidem quiſquam reus ad populum mutare veſtem aut deprecari ſuſtinuerit: nonnulli in altercatione & jurgio tribunos plebis pulſaverint. Etiam virgo Veſtalis fratrem injuſſu populi triumphantem, adſcenſo ſimul curru, *b*. uſque

TORR. Plinius lib. VII. cap. XXV. Simile factum Silvani epiſcopi narrat Socrates Scholaſticus lib. VII. cap. XXXVII. *obhaerentem* autem, non *adhaerentem* omnes libb. habent. CASAUB. *Obhaerentem*, haud aliter quoque triga Pall. non *adhaerentem*. GRUT. *Adhaerentem* Baſil. Gryph. Plant. mox *ſequeretur*, omiſſo *ſe* aliquos legere notat Longol. ad Plin. x. Epiſt. 110. verum quidem eſt *Matrem Deûm*, ſaepe dici, aut *Matrem Idaeam*, ſed & *Mater magna Deum Idaea* dicitur in lapide apud Gruter. pag. XXVIII. 6. & XXIX. 1. BURM.

Quae novo more judicium majeſtatis apud populum mulier ſubiit,] *Novo more* dicit, & quia mulier, & quia ob votum tantum. ut enim Valer. lib. VIII. cap. 1. de ea ſcribit, inſontem crimine votum impium ſubvertit. Gellius libro X. VI. Ap. Claudii Caeci filiam vocat, uti & fratrem ejus Ap. Caeci filium Cicer. libro I. de Divinat. Quem tamen Plin. lib. XV. cap. I. nepotem facit, quod obiter annotatum volui. TORR.

Palam optaverit,] Memmii liber, & Liſiaei, *optaverat*. CASAUB. *Optaverat* Copeſ. & Exc. Cujac.

Reviviſceret] *reviveſceret* Memm.

Notiſſimum eſt] Codex Vatican. *notatiſſimum*. Et ſane notatu digniſſimum eſt, quod Sueton. tradit: *notiſſimum* tamen magis placet, non tam ob vocis inſolentiam, quam ob rumores, qui mortuo ſtatim Auguſto de gentis Claudiae ſuperbia ſparſi fuere. Dion & Tacit. TORR. Memmii, Pithoei & Liſiaei codd. cum Vaticano *notatiſſimum*. CASAUB. Conſentiunt cum aliorum libris Pall. pr. ac tert. habentque *notatiſſimum*. GRUT. *Notatiſſimum* Copeſ. & Hulſ. *notatiſſimo* Exc. Cujac.

Ob expellendum] *Ob* deeſt Hulſſ.

Natu minori] Libro primo Inſtitutionum: *Minor natu majorem adoptare non debet. Adoptio enim naturam imitatur: & pro monſtro eſt, ut major ſit filius, quam pater.* Unde Cicero in Oratione pro domo ſua ad Pontifices, accuſat non minus vere, quam luculenter P. Clodium, quod jus adoptionis polluerit, cum ſe in adoptionem dederit Fontejo, qui annos viginti vix natus erat, factuſque ſit ejus filius contra fas, cujus per aetatem pater eſſe potuerit. BEROALD. *In adoptionem* deſunt Copeſiano.

Potentiae patriciorum] *Patrum* volebat Lipſius.

Ac contumace] *Et cont.* Mem. Periz. Copeſ.

Tribunos] *Trib. pleb.* Baſil. Gryph. *Tribunum* manus docta in ora Ed. Steph. *Tribunos plebi* Memm.

Mutare veſtem aut deprecari] Atqui Appio Claudio Decemviro reo, C. Claudius cum gentilibus & Clientibus ſordidatus in foro prenſavit ſingulos. Liv. III. 58. & VI. 20. dicit, *Appio Claudio in vincula ducto C. Claudium inimicum, Claudiamque omnem gentem ſordidatam fuiſſe.* ſed de reo Suetonius, non de gentilibus agit. BURM.

Virgo Veſtalis fratrem] Patrem vocant Cicero pro Coelio, Valer. lib. V. cap. IV. Oroſ. lib. V. Ut fateri neceſſe ſit, aut erraſſe Suetonium, aut ſubeſſe mendum. TORR. Legendum, *etiam virgo veſtalis patrem injuſſu populi triumphantem* &c. non, ut in vulgatis, *fratrem*. Nam Cicero pro Caecina & Valer. Maximus, lib. V. cap. IV. patrem fuiſſe tradunt. URSIN. Nil cenſeo mutandum in tanto MSS. conſenſu: nam in omnibus noſtris ita ſcriptum, non *patrem*, ut apud Ciceronem, & alios hiſtoricos. CASAUB. Palatini tres quoque *fratrem*, non *patrem*, ut alios auctores ſequutus videatur Suet. quam Cicero ac Va-

(*a*) *A. U. C.* DCXV. (*b*) *A. U. C.* DCXI.

le-

usque in Capitolium profecuta est, ne vetare aut intercedere fas cuiquam tribu-
3 norum esset. Ex hac stirpe Tiberius Caesar genus trahit, & quidem utrumque: paternum, a Tiberio Nerone; maternum, ab Appio Pulchro: qui ambo Appii Caeci filii fuerunt. Insertus est & Liviorum familiae, adoptato in eam materno avo. Quae familia, quamquam plebeja, tamen & ipsa admodum floruit, octo consulatibus, censuris duabus, triumphis tribus: dictatura etiam ac magisterio equi-
(a) tum honorata: clara & insignibus viris, ac maxime Salinatore, Drusisque. Salinator universas tribus in censura notavit levitatis nomine, quod quum se post priorem consulatum multa irrogata condemnassent, consulem iterum censoremque fecissent. Drusus hostium duce Drauso cominus trucidato, sibi posterisque suis co-
(b) gnomen invenit. Traditur etiam pro praetore ex provincia Gallia retulisse aurum, Senonibus olim in obsidione Capitolii datum: nec, ut fama est, extortum a Ca-
(c) millo. Ejus abnepos, ob eximiam adversus Gracchos operam *patronus senatus* di-
(d) ctus, filium reliquit, quem in simili dissensione multa varia molientem, diversa
4 factio per fraudem interemit. Pater vero Tiberii, quaestor C. Caesaris, Alexandrino

lerius. GRUT. Vide Pighii Annal. ad Ann. DCX. pag. 473.

Adsenso] *Assenso* Copes.

Interdicere] MSS. omnes *intercedere*, recte. nam interdicere solenne praetorum est, intercedere tribunorum. TORR. *Interdicere* Ed. Basileen. quam secuti Gryphius & Plantin. Sed jam olim Erasmum, hujus vitiosae lectionis auctorem, damnavit Calvinus ad Senec. II. de Clement. 6. BURM.

3. *Tiberio Nerone*] *Timore Nerone* Memm. & Exc. Cujac. pro Var. lect. *Minore Nerone* Hulf. paullo ante pro *& quidem*, *equidem* Hulf.

Ambo Appii Caeci filii] His tertium adjunge P. Claudium, qui classem perdidit, ut paulo ante ostendimus. Tres igitur filios ille reliquit, quorum hic fit mentio, Tiberium, Appium, Publium. Primo cognomen Nero, aliis Pulcher. At vero Cic. Catone cap. XI. *Quatuor* (inquit) *robustos filios, & filias quinque, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat & senex & caecus.* TORR.

Insertus est & Liviorum familiae,] Vide Valerium lib. II. cap. IX. ubi de concordia C. Neronis, & M. Salinatoris. TORR. Res nota est, neque dubia lectionis hujus fides. codex tamen optimus Memmii, *intersertus est & Laeviorum f.* quod & Pithoeus ex eodem libro vel aliis adnotaverat. CASAUB. Pal. pr. ac sec. *Leviorum.* sed veteri scriptura parum ponitur discriminis inter I. & E. GRUT. *Intersertus est & Levidorum* Memm. sed Casaub. in illo codice *Laeviorum* fuisse scribit. *inserere* vero in hac re proprium verbum. vid. ad Ovid. XIII. Met. 33. *Adoptato in ea* Hulf. & pro *floruit* Copes. *claruit*. BURM.

Et insignibus] *Et insignis* Exc. Cujac.

Salinatore Drusisque] Mallem *Drusoque*. nam unum tantum praecipue laudat, a quo descendit alter, quem mox praedicat, qui Gracchorum seditione egregius pro senatu tribunus, filium reliquit Gracchis ipsis perniciosiorem. Cic. lib. I. de Oratore, Sueton. hic, & egregie Seneca de Brevit. Vitae cap. VI. TORR.

Drauso] *Druso* Periz. (obscure vero videbatur literula *a* superscripta) Edd. Rom. & Steph. pronuntiatum forte solito sibi sono a Germanis hoc nomen *Droes.* & ita loca ab eo dicta *Drusimagum* & *Drusiburgum*, *Droesmagen* & *Droesburg* pronuntiata fuerunt. vide Pontan. Epist. Syllog. a Matthaeo edit. p. 399. Hunc vero Drusum Praetorem fuisse, cujus vetus dictum memorat Cicer. VII. ad Att. 2. credebat Popma. mox *traditus* Ed. Rom. BURM.

Ut fama] *Ut fama est* Memm. Periz. Copes. Edd. Roman. & omnes veteres usque ad Gryph. & Plantin. Hoc quoque loco refutat, impudenter a Romanis confictam, de Gallis a Camillo internecione caesis, fabulam M. Velserus lib. I. Rer. Boicarum pag. 9. *extortum* Venet. pr. BURM.

Abne-

(a) *A. U. C.* DL. (b) *A. U. C.* DCLXXI. (c) *A. U. C.* DCLXXXIII. (d) *A. U. C.* DCCVII.

drino bello classi praepositus, plurimum ad victoriam contulit. Quare & Pontifex in locum P. Scipionis substitutus, & ad deducendas in Galliam colonias, in quis Narbo & Arelate erant, missus est. Tamen Caesare occiso, cunctis turbarum metu abolitionem facti decernentibus, etiam de praemiis tyrannicidarum referendum censuit. (a) Praetura deinde functus, quum exitu anni discordia inter Triumviros exorta esset: retentis ultra justum tempus insignibus, L. Antonium consulem Triumviri fratrem ad Perusiam secutus, deditione a ceteris facta, solus permansit in partibus, ac primo Praeneste, inde Neapolim evasit: servisque ad pileum frustra vocatis, in Siciliam profugit. Sed indigne ferens, nec statim se in conspectum Sex. Pompeji admissum, & fascium usu prohibitum, ad M. Antonium trajecit in Achaiam. Cum quo brevi reconciliata inter omnes pace, Romam rediit, uxoremque Liviam Drusillam, & tunc gravidam, & ante jam apud se filium enixam, petenti Augusto concessit. (b) Nec multo post diem obiit, utroque liberorum su-

Abnepos] Vid. Pighii Ann. t. I. pag. 416.

Patronus senatus] Vid. Ruperti Epist. ad Reines. pag. 375. BROUKH.

4 *Pater vero Tiberii*] Duo libri *Pater Tiberii*, sine *vero*. TORR. Viterb. Cujacii, & Pithoei & Lisiaei, *Pater Tiberii Nero quaes.* CASAUB. Si spectetur consensus librorum meliorum, scribendum erit: *Pater Tiberii Nero Quaestor.* Neque enim a vulgata lectione stat membrana ulla, quam Palat. tert. notae, ut diximus, minus vetustae. GRUT. *Tiberii* sine *vero* Memm. *Pater Tiberii Nero* Copes. Huls. & Exc. Cujac. vide de hoc viro Cicer. VI. ad Att. 6. & ibi Manut. & Malasp. BURM.

Classi praepositus] Periz. in marg. *oppositus*, & ita tres Venetae.

Colonias] *Colonas* Exc. Cujac.

In queis Narbona] MS. *Narbo*, *&* *Arelate.* Plin. lib. III. cap. IV. *Narbo Martius Decumanorum colonia.* TORR. Scribe *Narbo*, & ita volueramus: nam praeter historicos etiam MSS. omnes sic habent. CASAUB. *Narbo*, omnino quoque Palatini tres, non *Narbona*, ut prius cusi. GRUTER. *Narbo* Codd. Mem. Periz. Copes. Exc. Cujac. Edd. Roman. tres Venet. Bon. Lugd. sed Ald. Steph. Basil. & reliquae *Narbona*, quod miror Cl. Graev. in posterioribus Edd. retinuisse. Ex simili vitiosa scriptura profluxit falsa quorumdam sententia de patria Imperatoris Cari, de quo Aur. Vict. Caes. XXXIX. ubi legendum. *Is finis Caro liberisque; Narona patria, imperium biennii fuere.* male alii *Narbona* vel *Narbone.* & in Epitome XXXVIII. Carus *Narbonae natus*, pro *Naronae.* BURM.

Tamen Caesare] *Cajo Caesare* Exc. Cujac.

Abolitionem facti] Non male quis suspicetur verbum *facti* adulterinum esse. nam ἀμνηστίαν illam intelligit Sueton. qua caedes C. Caesaris, multarumque aliarum rerum oblivio suadebatur auctore Cicerone, cujus orationem Dion recenset. TORR. Lips. in margine scripserat, lege, *oblivionem.* ita sane Claud. XI. & certe caedes jam facta aboleri non poterat, sed ejus venia & oblivio sanciri poterat. Justinus etiam lib. V. 10. ἀμνηστίαν vocat *discordiarum oblivionem*, ad vocis Graecae vim propius respiciens. BURM.

Referendum] *Inferendum* Harlem.

Deinde] *Dein* Periz.

Exorta] *Orta* Copes. Exc. Cujac.

Servisque ad pileum] Libri duo opt. *servis ad pileum*, sine *que*. TORR. Ad *Pilleum* Memm. Huls.

Nec statim] *Ne statim se in conspectu* Exc. Cujac.

Fascium usu prohibitum,] Contra morem rectorum provinciarum, qui comiores erant & haberi volebant. Cicero in epistola in Cornificium lib. XII. 21. qui ei Anitium commendat negotiorum suorum caussa legatum in Africam legatione libera: *In primis, quod ei charissimum est, dignitatem ejus tibi commendo: idque a te peto, quod ipse in provincia facere sum solitus non rogatus, ut omnibus senatoribus lictores darem: quod idem acceperam & noveram a summis viris esse factitatum.* CASAUB.

Rediit,] *Redit.* Huls.

Et tunc] *Et* deest Graev. pr. Ed.

(a) *A. U. C.* DCCX. (b) *A. U. C.* DCXIII.

5 superstite, Tiberio Drusoque Neronibus. Tiberium quidam Fundis natum existimaverunt, secuti levem conjecturam, quod materna ejus avia Fundana fuerit, & quod mox simulacrum Felicitatis ex senatusconsulto publicatum ibi sit. Sed ut plures, certioresque tradunt, natus est Romae in Palatio, XVI. Kal. Decemb. M. Aemilio Lepido iterum, L. Munatio Planco COSS. post bellum Philippense. Sic enim

Tiberium enixam,] Libri MSS. omnes *filium enixam*, atque ita legendum. sequitur enim, *Tiberio Drusoque*. Torr. *Tiberium enixam* Codd. Periz. Harl. Exc. Cujac. Edd. veteres praeter Roman. & Casaub. & recentiores.

Neronibus.] Ambo igitur Liviae filii Nerones vocati sunt, sed Tiberio pro cognomine, Druso vero pro praenomine id datum fuit... sic enim in nummo veteri, NERONI CLAUDIO DRUSO GERMAN. COS. DES. &, NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMAN. IMP. Sic igitur & Horatium interpretabimur lib. IV. Od. IV.

- - - Augusti paternus
In pueros animus Nerones.

Torrent.

5. *Ejus avia*] *Ejus* deest Exc. Cujac.

Simulacrum Felicitatis] Mallem *fecunditatis*, si libri suffragarentur, ut in Juliae Severi, & Faustinae M. Aurelii nummis legitur, *fecunditas Augustae*. Nisi tamen eo trahimus, ut adulatorie significaverit senatus, Tiberium natum felicitate ac bono Urbis, & orbis, quod in Imperatoribus saepe factum. Torr.

Ex Senatus consulto] *Ex* deest Codd. Periz. Harlem. Edd. Venet. sec. & tert. Lugd. Junt. Ald. Steph. Arg. nescio vero quare *fecunditatis* malit Torrentius, quum & *felicitas* idem notet, & *felix mulier*, *ager* & similia dicantur, pro fecundis. ita & *felices arbores*. vid. ad Valer. Flac. VI. 712. & in nummis quoque passim *Felicitas temporum*, *seculi*, ubi fecunditas intelligitur. vid. Oudan. in Romana Potent. V. pag. 284. & Romae aedem *Felicitatis* memorat Plin. XXXIV. 8. & Cic. IV. Verr. 2. quam Strabo. lib. VIII. pag. 381. Εὐτυχίας ἱερὸν vocat. ut ita in Claud. I. Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία. Burm.

5. *Kal. Decemb.*] Dio, τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Νοεμβρίου μηνός. lib. LVII. Casaub.

M. Aemilio] Vetus codex habet *Numatio*, pro *Munatio*. Est autem & *Numatii* celebris viri mentio apud Horatium lib. I. Epist. XII. 31. & alterius *Numatii* Galli apud Martialem Lib. X. 33. cogitet lector. Glarean. M. deest Copes. dein L. ante *Munatio* abest ab Harl. Periz. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. pr. Junt. Lugd. Ald. & aliis. *iterum & Munatio* Edd. Venetae sec. & tert. Bon. Basil. Gryph. Plant. in Periz. erat etiam. M. *Acilio Lepido*, sed corr. *Aemilio*: in Horatii & Martialis locis, etiam variant codices, & *Munatius* legitur. Burm.

Post bellum Philippense.] Tres libri *per bellum Philipp.* Et sane bellum hoc iis, quos Suetonius dicit, coss. gestum est: ceterum quia sub finem anni natus est Tiberius, utraque lectio defendi potest. Torr. *Per*, quod in Memm. & tribus Torrentii libris est, & Basil Gryph. & aliae in margine habent, praeferrem, *post* vero glossatori adscriberem, qui ignorabat veteres *per* non modo tempus praesens notare, ut *per comitia* Caes. LXXIX. *per ludos* & similia. vid. inf. cap. LII. sed & *post* etiam apud veteres. utique, si mora intercederet, ut fit, durante etiam bello. Ovid. XVI. Ep. 91.

Laeta domus, nato per tempora longa reperto.

Horat. III. Od. 22.

Quam per exactos ego laetus annos
Verris, obliquum meditantis ictum,
Sanguine donem.

Apud Virgil. I. Aen. 6. 28.

Me quoque per multos similis fortuna labores
Jactatum hac demum voluit consistere terra.

ubi & *post* Edit. Juntin. & lib. II. Aen. 284.

Post varios hominumque urbisque labores

ubi in Cod. Oudartii est *per*; ut & infra hac vita cap. LXII. variant Codices. & apud Lucan. V. 217. ubi etiam *per* minime ineptum censet Bersmannus. & ita egregie Auton. August. lib. I. Emend. 3. emendat legem XXIX. ff. de Administ. & pericl. Tut. *periniquum est eum, cui forte per viginti annos, vel amplius, in mentem venit, tutelam reposcere.* ubi alii, *post annos in mentem non venit.* inepte. Burm.

In

enim in fastos actaque publica relatum est. Nec tamen desunt, qui partim antecedente anno, Hirtii ac Pansae: partim insequente, Servilii Isaurici Antoniique consulatu, genitum eum scribant. Infantiam pueritiamque habuit laboriosam, & 6 exer-

In fastos actaque publica] Sic Calig. cap. VIII. *Ego in actis Antii editum invenio.* Mos igitur erat, ut parentes natos sibi liberos apud acta profiterentur, idque a Serv. Tullii temporibus observatum. hic enim (ut lib. IV. Dionys. Halicarn. scribit) in singula recens natorum capita Junonis Lucinae templo inferri aliquid jussit, & in censu agendo non solum facultates, sed & liberorum nomina, atque aetatem referri voluit. Quod vel maxime post leges Julias, & Papias observatum fuit, ob eorum qui liberos haberent commoda, & orborum poenas. Hinc Juvenal. Sat. IX. 84.

- - - libris actorum spargere gaudes
Argumenta viri.

Appulejus quoque lib. II. *de Asino* (imo Apolog. p. 106. ed. Casaub.) *Pater natam sibi filiam ceterorum more professus est.* Capitolin. de M. Aurelio cap. 9. ita scribit, tanquam is primus jusserit apud praefectos aerarii Saturni unumquemque civium natos sibi liberos intra diem tricesimum nomine imposito profiteri, ac per provincias tabulariorum publicorum usum instituerit, apud quos illic quoque idem fieret, quod apud aerarii praefectos Romae. Res ipsa tamen, ut ostendi, antiquissima est. Sed M. Aurelius neglectam diutius consuetudinem revocavit. Similis vero locus in vita Gordiani. Adde Servium in illud Virgilii II. Georg. 502. *aut populi tabularia vidit.* & JCtos l. XVI. & l. XXIX. De probationibus. Extant etiam marmorum inscriptiones, in quibus tabulariorum mentio. TORR. Vide Cicer. II. Philip. 34. BROUKH. *In fastis* Memm. Periz. Ed. Rom. *in fastis actaque in publica* Exc. Cujac. Edd. Venetae tres, Bon. Lugd. Junt. *In fastis atque in publica* Harlem. *in fastos actaque in publica* manus docta in Ed. Steph. *in Fastus* volebat Oudend. ad Lucan. V. 384. quod apud alios fero, sed non ita solet Suetonius loqui. BURM.

Partim antecedente] *Partum* Harlem.

Servilii Isaurici] *Servilii Aruncique Antonii* Cod. Hulf. *Servilii Hisaurique Antonii cons.* Harl. *Servilii Isauricique, Antonii c.g. ejus fr.* Exc. Cujae.

6. *Luxuriosam & exercitatam:*] Dubitavi saepius anne melius *luctuosam* legeretur, sed quoniam consentiunt codices, *luxuriosam* interpretor exuberantem, magnisque (ut recte exponit Sabellicus) incrementis praeditam. *Luxuria* enim, quod Nonius annotavit, intempestivam abundantiam significat. Virgilii Georg. I. 191.

Aut si luxuria foliorum exuberat umbra.

Et vs. 112.

Luxuriem segetum tenera depascit in herba.

Hinc *luxuriosa frumenta* Cicer. Oratore cap. XXIV. Lambin. *laboriosam & exercitam* legit ad Aemil. Probum, Cimone. TORR. Placeret magis; *infantiam, pueritiamque habuit laboriosam, exercitamque.* URSIN. Nihil variant libb. veteres, non placet tamen haec lectio: nam ut concedamus *luxuriosam infantiam* posse dici τὴν ἔχουσαν παχεῖαν εἰς αὔξην ἐπίδοσιν, tamen Suetonii ea mens non est: qui non aliud notare voluit, quam quod Tac. l. VI. Annal. in elogio Tiberii: cap. 51. *Casus prima ab infantia ancipites: nam proscriptum patrem exsul secutus, ubi domum Augusti privignus introiit, multis aemulis conflictatus est.* plane geminus huic locus. Doctissimi viri, Pithoeus & Ursinus, emendabant *laboriosam:* Sic apud Plinium in Panegyrico, cap. LXXXVI. *laboriosus & exercitus* junguntur: *Intelligimus, Caesar, quantum tibi pro laboriosa ista statione & exercita debeamus.* ego tamen non improbem Torrentii conjecturam, fuisse olim *luctuosam:* videtur enim corrupisse hunc locum prava consuetudo scribendi *x* pro aliis litteris, quemadmodum libro superiore diximus. Habent etiam MSS. *exercitatam*, non *exercitam*, quod potius postulet traditio veterum literatorum. Caper, *exercitus laboribus, exercitatus studiis.* Idem tradit Servius ad III. Aeneid. 182. sed haec observatio magnis scriptoribus negligitur: nisi mendose multa hodie scribantur: ut apud Tacitum XIV. Annal. cap. 56. *Factus natura & consuetudine exercitus*, pro exercitatus. Hist. I. cap. 68. *Juventus sueta armis & more militiae exercita*, & aliis multis locis. CASAUB. *Luxuriosam* tuentur iidem Pall. & tamen illud *luxuriosam* hic locum nullum habere potest: reformandum in *laboriosam*, aut *luctuosam*, ut du-

exercitam: comes usquequaque parentum fugae: quos quidem apud Neapolim sub irruptionem hostis navigium clam petentes, vagitu suo paene bis prodidit: semel, quum a nutricis ubere, item quum a sinu matris raptim auferretur ab iis, qui pro necessitate temporis mulierculas levare onere tentabant. Per Siciliam quoque & per Achaiam circumductus, ac Lacedaemoniis publice, qui in tutela Claudiorum erant, demandatus, digrediens inde itinere nocturno, discrimen vitae adiit: flamma

dudum placuit doctis viris. GRUTER. *Luxuriosam & exercitatam* codices & editi omnes fere tuentur. sed *luxuriosam* hic menti auctoris & factis, quae mox refert, contrarium esse patet. *Luctuosam* a Lipsio fluxit. *Laboriosam* est miseram & plenam molestiis & aerumnis, ut apud Catul. Carm. XXXIX.

Male est, mehercule, & laboriose.

vide Gell. lib. IX. cap. 12. *exercitam* ediderunt Aldus & Stephanus & hoc recte praetulerunt viri docti Plin. VII. Hist. 8. de Agrippa, *misera juventa, exercito aevo inter arma mortesque*. Plinius alter VII. Ep. 2. *patiar ergo aestatem inquietam vobis exercitamque transcurrere.* & ita ille aliquoties hoc verbo utitur. Cicer. pro Planc. XXXII. *non dicam miser, sed certe exercitus.* adde Lambin. ad Lucret. II. 119. & Gronov. IV. obs. 4. BURM.

Sub irruptionem] *Sub irruptione* Cod. Periz. Harl. Et Edd. Venetae tres, Bonon. Lugd. Junt. & ita variare codices vidimus in Aug. XVI. BURM.

Petentes] *Petens* Hulf.

Item cum] Legendum *iterum:* nam illud *item*, quod est in vulgatis, non satisfacit. URSIN. *Iterum* est in Harl. sed omnes alii & editi *item* servant. vid. ad Caes. XXX. & alibi. BURM.

Ab iis] *Ad his* Memm. Harl. Edd. Venetae. Lug. Junt. & aliae. & ita solent passim variare.

Et per Achaiam] Ignorant praepositionem Codd. Periz. Harlem. Exc. Cujac. & omnes Editi. sed ex Memmiana Graevius posterioribus editionibus inseruit & Gronovius, nec abhorret a more Suetonii. vid. & ad Ovid. I. Art. Am. 96. BURM.

Qui in tutela Claudiorum] Melius liber opt. *quod in tut.* Sic in clientela Antoniorum Bononienses fuisse scribit Sueton. Aug. cap. XVI. quodque ibi *clientelam*, hic *tutelam* vocat. Ut patroni clientium suorum tutores ac defensores fuisse intelligantur. Livius lib. XXV. cap. 29. *Incolumesque Syracusas familiae vestrae sub clientela nominis Marcellorum tutelaque habendas tradi.* Adde Ciceronis locum ex Philipp. cum Puteolanos ab Antonio vexatos scribit, quod C. Cassium, quodque Brutos patronos adeptassent. TORR. *Qui* Memm. Periz. & Edd. omnes. mutavit Scriverius, & Lipsius codici suo *quod* adscripserat, ex conjectura: habet tamen *quod* Copes. Jac. Gron. ex Memmiano *in tutela* praeferens, dicit vulgo scribi *in tutelam*, quod nusquam vidi, nisi in posterioribus Graevii editionibus, nec unde habuerit scio. quare Archaismos illos, ubi constat de fide codicum, non temere rejiciendos, sed ex unius vel alterius Antiquarii judicio non ubique inserendos censemus. Vidimus tamen & *in tutelam* placuisse Cl. Longolio ad Plin. X. Epist. 86. sibi habeat. BURM.

Demandatus] *Demandatis* Harlem. vid. Cal. IX.

Inde] *Dein* Copes.

Flamma repente silvis undique exorta] Quod non raro in montibus evenire solet. Thucydides lib. II. Ἤδη γὰρ ἐν ὄρεσιν ὕλη τριφθεῖσα ὑπ' ἀνέμων πρὸς αὑτὴν, ἀπὸ ταυτομάτου πῦρ καὶ φλόγα ἀπ' αὐτοῦ ἀνῆκε. Lucretius lib. I. 896.

At saepe in magnis fit montibus, inquit, ut altis
Arboribus vicina cacumina summa terantur
Inter se, validis facere id cogentibus austris:
Donec fulserunt flammai flore coorto.

Idem lib. V. 1095.

Et ramosa tamen cum ventis pulsa vacillans
Aestuat in ramos incumbens arboris arbor,
Exprimitur validis extritus viribus ignis,
Et micat interdum flammai fervidus ardor.

Manilius lib. I. 850.

Sunt autem cunctis permisti partibus ignes,
Ac silice in dura viridique in cortice sedem
Inveniunt, tum sylva sibi collisa crematur.

CASAUB. Quam multis casibus incendi soleant

ma repente e silvis undique exorta, adeoque omnem comitatum circumplexa, ut Liviae pars vestis & capilli amburerentur. Munera, quibus a Pompeja, Sext. Pompeji sorore, in Sicilia donatus est, chlamys & fibula, item bullae aureae, durant, ostenduntur que adhuc Bajis. Post reditum in urbem a M. Gallio senatore testa-

leant silvae prodid iabunde in Suspicionibus. GRUT.

Chlamys & fibula,] Sic Andromache apud Virg. III. Aeneid. 484. *Phrygiam Ascanio chlamydem* donat. Chlamys enim, quanquam militare vestimentum erat, (unde Plautus chlamyde, machaera, & petaso militi opus esse ait) inter puerilia quoque ponitur ab Ulpiano l. XXIII. De auro & arg. legato. Quo loco pro *aliculae*, ni fallor, *caligulae* legendum est.. nam & hae pueris ad faustum militiae omen ferendae donabantur. Aliis *allicu-lae* probatur. ἄλλιξ enim Hesychio est χιτὼν χειριδωτός, id est, tunica manicata, pueris quam viris decentior, de qua Gell. lib. VII. cap. XII. Eadem ratio, quod & togae praetextae, & pallia, puerorum causa parata, inter puerilia recensentur, quod eis scilicet pueri, pro sua quisque indole, aut parentum studio, nonnunquam induebantur. TORR. *Id est chlamys* Exc. Cujac. *Aliculam* vero apud Ulpianum tuetur egregie Ferrar. de Re vestiar. part. II. lib. III. cap. I.

Bullae aureae,] *Bullas* hoc loco non tam pro notis puerorum insignibus accipio, quam pro illis veluti clavorum capitibus, quae cingulis militaribus ad ornatum apponebantur. id enim cum chlamyde, & fibula rectius convenit. Virgil. Aen. IX. 357.

- - - *phaleras Rhamnetis, & aurea bullis*
Cingula.

XII. 942.

- - - *notis fulserunt cingula bullis.*

TORR

Durant] *Quae durant* Copes.

Bajis] Deest Exc. Cujac.

M. Gallio] Q. Gallii Praetoris, quem Augustus occidi jusserit, mentio sup. cap. XXVII. Marcus igitur ob occisum fratrem, aut certe gentilem atque agnatum suum, Augusto & ipse adversabatur. Quae causa fuit, ut Tiberius, quamquam testamento adoptatus, testatoris nomine abstinuerit, hereditatem tamen adierit. An recte, Jurisconsulti judicent. Extat etiam nummus aereus cum inscriptione: C. GALLIUS LUPERCUS III-VIR AAA. FF. idem fortasse cum eo, de quo Val. Maximus VI. cap. I. in fine. TORR. Hunc Glandorpius in Onomastico pag. 378. suspicatur illum fuisse, qui Antonii partibus adhaesit, & postea Praetor Urbanus fuit. ejus meminit Cicer. X. ad Att. 15. & XI. 20. quem Q. Axii filium fuisse credit Corradus; quod non capio: nisi fuerat alia ratione, quam natura: ejusdem cum laude innocentiae meminit Cicer. XIII. Philip. 12. quem Ferrarius & Ursinus esse hunc, qui a Suetonio memoratur, credunt. ego nihil definio, nec quis ille sit ab Augusto interfectus cap. XXVII. BURM.

Mox nomine abstinuit:] Ergo primum cum hereditate etiam Gallii suscepit nomen, quo post demum abstinuit, quod Gallius adversarum Augusti partium fuerat. Sed quod istarum fuerit partium non tamen hinc sequitur, Gallii damnatum esse nomen. Neque item puto, Tiberii causam illius similem fuisse, cui sub conditione ferendi nominis hereditas relicta est, quamvis haec ita videantur Heraldo Obs. 20 Cum enim extra controversiam sit, unicuique nomen suum mutare licere, dum non fiat in fraudem alterius, non tamen idem de eo tam est expeditum, cui sub conditione ferendi nominis hereditas relicta est. GOEBSIUS. Recte exposuerat Beroaldus. sed M. Donatus novam commentus explicationem, scil. quod adita hereditate, abstinuerit a commodis hereditatis, nec se amplius in eam ingesserit, quia *nomen* debitum & creditum notat. quam absurdam explicationem (quis enim unquam dixit *abstinuit nomine*, pro repudiavit commoda hereditatis) priorum sine judicio commentatorum compilator Pitiscus amplexus. sed ipsa caussa, quam addit Suetonius, quod Gallius adversarum partium habebatur, docet licuisse ipsi hereditatem adire, nec tamen cogi nomen testatoris ferre, quia erat perduellis. vid. Herald. observ. cap. XIX. & XX. ut nec patricius & nobilis cogebatur, testatoris humilis & turpis nomen adsumere, licet non prohiberetur adire hereditatem. vid. Bosium ad Cicer. VII. ad Att. 8. BURM.

De-


teftamento adoptatus, hereditate adita, mox nomine abftinuit: quod Gallius adverfarum Augufto partium fuerat. Novem natus annos, defunctum patrem pro Roftris laudavit. Dehinc pubefcens, Actiaco triumpho currum Augufti comitatus eft, finifteriore funali equo, quum Marcellus Octaviae filius dexteriore veheretur. Praefedit & Actiacis ludis, & Trojanis Circenfibus, ductor turmae puerorum majorum. Virili

Dehinc] *Dein* marg. Torr.

Sinifteriore funali equo,] Sic Statius lib. VI. 460.

> *Nominibusque ciet Pholoën Admetus, &*
> *Irin,*
> *Funalemque Thoën.*

Verum *funalem* illic vocat, qui duobus una junctis tertius antecedens adjungitur, qualem in vetuftis denariis adhuc cernimus, & Dionyf. Antiq. Rom. extremo lib. VII. nobis egregie defcribit, παρήορον appellans. Sueton. autem cum *finifteriorem* addit, aliud haud dubie intelligit. Onufrius Panvinius libro quem de Triumpho fcripfit, *funales* appellare videtur exteriores duos, quos inter alii duo medii incedunt, nec diffentit Turneb. Adverfar. XIV. cap. XVII. Ut *funalis* fit, qui extra jugum incedit, & *jugali* opponitur, quem Graeci σειραῖον, & σειραφόρον appellent. nam qui jugum fubit, ζύγιος illis dicitur, ὁ ὑπὸ τῷ ζυγῷ ἵππος. Ex his porro intelligimus *funalem equum* appellari, qui extra jugum fit, five ante, five a latere jungatur, inde dictus, quod fune, five habena, aut catena etiam exterius regatur, (fic enim malo quam a funalibus, quae in eo triumphanti praeferrentur, ut quidam cenfuere) in heroum curribus, & Circenfibus ludis, ut Dionyf. tradit, ante jugales junctus; in triumpho vero ab utroque duorum, qui medii ftant, latere. Suetonio autem lumen addit, quod pro Murena fcribit Cicero cap. V. filios praetextatos federe in equis triumphantium folitos: quodque exftant Augufti numifmata aurea, in quibus quatuor junctis ad currum elephantis totidem pueri infident.



At Domitianus, aetate jam major, triumphum patris ac fratris Judaicum equo albo comitatus eft. Sueton. Domit. cap. II. Torr. *Moris erat, ut qui triumphans in Urbem invehibat, liberos ac cognatos utriusque fexus, fi ju dum praetextati adhuc effent, in curru juxta fe haberet, fin grandiores effent, equis jugalibus funalibusve imponeret. Quod fi plures effent, equis fingularibus vecti currum profequebantur*, ut fcribit Zonar. Tom. 2. Annal. ex Dione. Cui adftipulatur Appianus in Lybic. his verbis: Ἐπόμπευον δ' αὐτῷ ἐπὶ τὸ ἅρμα παῖδές τε τῆς παρθένου, καὶ ἐπὶ τῶν παρηόρων ἐφεστήκεσαν ἠΐθεοι συγγενεῖς. Quod igitur Zonaras feu Dio dixerat, ἐπὶ τῶν ζυγίων καὶ σειραφόρων. id Appianus ἐπὶ τῶν παρηόρων dicit, omiffa jugalium mentione, in quibus fediffe adolefcentes vix crediderim. In funalibus equis dexterior habebatur honoratior, teftis eft Sueton. in Tib. c. 6. cum ait: *Dehinc pubefcens Actiaco triumpho currum Augufti comitatus eft finifteriore funali equo, cum Marcellus dexteriore veheretur.* Sic Domitianus *Judaicum patris fimul ac fratris triumphum equo albo comitatus eft*, tefte Suetonio ac Dione. H. Valesius ad N. Damafcenum. Recte quidem Torrentius illuftravit, ut & alii hunc morem, fed quod huc trahat nummum Augufti, ubi quatuor infidentes Elephantis pueros effe credit, egregie fallitur. quum fint Indi, five belluarum rectores, ut oftendit Patin. ad Claud. XI. & Ill. Cuper. de Eleph. Exerc. II. cap. X. pag. 229. nec in jugalibus equis umquam fediffe aliquem facile Valefio adfentirem. videndus & Barth. ad Stat. VI. Theb. 461. Cl. Graevius fimilem nummum producit ad Flor. IV. 2. fed ubi nulli infident Elephantis, nec in altero equis. ceterum in Exc. Cujac. erat, *finifteriore fulali*, vel *finifteriore fedens equo*. Burm.

Praefedit & Actiacis ludis,] Libro duo *Atticis*, unus *Afticis*, ficut & Vatican. unde *bafticos* nonnulli *ludos* induxerunt. Verum eum, tefte Dione initio lib. LIII. Auguftus fexto fuo confulatu ludos ob Actiacam victoriam decretos Romae exhibuerit, qui deinceps quinto quoque anno celebrati fuere; cumque in illis equeftre certamen extiterit per viros ac pueros nobiles, nihil dubito, quin vulgata lectio fit retinenda. Adde locum Suetonii Calig. cap. XV. Quod vero praefediffe Tiberium fcribit, & nihilominus ductorem turmae facit, rem non

Virili toga sumta, adolescentiam omnem, spatiumque insequentis aetatis usque ad 7 principatus initia, per haec fere transegit: Munus gladiatorium in memoriam patris, & alterum in avi Drusi dedit, diversis temporibus, ac locis: primum in foro, secundum in amphitheatro: rudiariis quoque quibusdam revocatis, auctoramento centenum milium. Dedit & ludos, sed absens, cuncta magnifice, impensa ma-

non dissimilem de Antonio refert Plutarch. cum *Positus*, inquit, *magistratus insignibus ludis praefuit, & assumptis adolescentibus una cum illis saltavit.* Sic igitur Tiberius, cum praesideret, turmam etiam ipse duxit. Trojae autem ludi ab Ascanio originem traxere. Caes. cap. XXXIX. & Aug. cap. XLIII. Torr. Plerique omnes MSS. *Asticis*: alii *Atticis*, quidam *Actiacis*, quos secuti sumus, ut in dubio: etsi nihil Dio de Tiberio in mentione ludorum Actiacorum, quos ait per ipsum Augustum & Agrippam, ipsius in consulatu ejus anni collegam, fuisse curatos. sic ille initio lib. LIII. Τὴν πανήγυριν τὴν ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ πρὸς τῷ Ἀκτίῳ γενομένην ψηφισθεῖσαν ἤγαγε μετὰ τοῦ Ἀγρίππου. Casaub. Pal. pr. & sec. *Acticis.* tert. *Atticis.* Gruter. Cod. Salmasii *Asticis*. De Ludis autem *Astycis* plura dicentur ad cap. XX. Caligulae. Alii *Hasticis* reponunt. Graev. *Acticis* Hulf. *Atticis* Harlem. Edd. Rom. Venet. pr. *Aticis* Exc. Cujac.

Et Trojanis Circensibus ductor turmae puerorum majorum.] Dio ibidem: Καὶ ἐν αὐτῇ τὴν ἱπποδρομίαν διά τε τῶν παίδων τῶν εὐγενῶν καὶ διὰ τῶν ἀνδρῶν ἐποίησεν. Sed quaero, si in hoc ludicro praecedit Tiberius, qui potuit turmae ductorem agere: aut igitur vicarii opera usum oportuit, aut excidit e contextu Suetonii verbum *fuit.* Casaub. *Et Trojam* Memm. & Exc. Cujac.

Puerorum majorum] Hi sunt, qui Graecis dicebantur ἀγένειοι, mediae inter puerilem & virilem aetatis. ita Graeci saepissime separant ἀθλήματα ἀνδρῶν sive τελείων, ἀγενείων, & παίδων. Ipse Tiberius, si, ut videtur, de primis ludis Actiacis sentit Tranquillus, annum aetatis decimum tertium nondum compleverat. Sin de secundis capiamus, annum tunc agebat decimum septimum. Porro Trojae ludus majorum minorumque puerorum edi solitus ab Augusto, ut scribit Suetonius, cap. XLIII. Casaub.

7. *Adolescentiam omnem spatiumque*] *Adulescentiam* Memm. deinde *spatiaque* Codd. Harl. Periz. Edd. veteres omnes, praeter Bonon. & Casaub. & recentiores, quod *τὰ initia* congruere melius videtur. in Copes. deerant *aetatis & initia*.

Gladiatorium] *Gladiatorum* Periz. Harl. Copes. & Hulf. Exc. Cujac. & Edd. veteres, praeter Bonon. Basil. Gryph. & sequentes. & ita fere semper variant. vid. Caes. XXXI. & inf. c. XXXVII. Burm.

Primum in foro, secundum] In marginibus Edd. Basil. Colin. Gryph. & aliarum legitur, positum esse *primum* pro *prius*, quando de duobus agitur. & certe Cicero & alii elegantioris dictionis auctores hoc observant, ut numquam dicant *primum consulem, aedilem*, sed *priorem.* contra *praetorem*, quia plures erant, *tribunum, quaestorem primum.* sic Cicer. in Pison. cap. I. *Me quum Quaestorem in primis, Aedilem priorem, Praetorem primum cunctis suffragiis P. R. faciebat.* & mox: *me universa civitas priorem Consulem declaravit.* pro Leg. Man. I. *Quum ter Praetor primus centuriis cunctis renuntiatus sum.* quod imitatus Auson. Grat. Act. cap. XXIV. & alii passim. Burm.

Rudiariis quibusdam] *Rudiarios*, non usitato aliis vocabulo, rude donatos appellat, de quo Calig. cap. XXXII. Torr. *Rudiaris* Memm.

Auctoramento centum millium.] MS. *centenum millium.* Sic autem etiam milites perfuncti militia, emeritis jam stipendiis, magna saepe largitione ad bellum rursus assumebantur, quos & *evocatos* appellabant. Vide, quae notavi ad Horatium lib. II. Sat. VII. *Auctoratus eas.* & Turnebum Adversar. II. cap. XI. Torr. *Centum* Edd. Venet. sec. & tert. Bonon. Basil. Gryph. Plant. & aliae. *milium dedit. dedit &*. Harlem. Edd. Venet. tres. Et ita fuisse in MS. Regio testatur Doctissimus Walkerus ad Cicer. III. de Nat. Deor. 24. qui elegantiam in hac repetitione centenum millium *dedit. Dedit & ludos* invenit: nec abnuerem, nisi in initio periodi jam *dedit* posuisset, munus gladiatorium *dedit*, quod verbum bis repetere, quum in eadem re maneat, putidum esset; sed ad

matris ac vitrici. Agrippinam M. Agrippa genitam, neptem Caecilii Attici equitis Romani, ad quem sunt Ciceronis epistolae, duxit uxorem: sublatoque ex eo filio Druso, quamquam bene convenientem, rursusque gravidam, dimittere, ac Juliam Augusti filiam confestim coactus est ducere: non sine magno angore animi, quum & Agrippinae consuetudine teneretur, & Juliae mores improbaret; ut quam sensisset, sui quoque sub priore marito adpetentem, quod sane vulgo etiam existimabatur. Sed Agrippinam & abegisse post divortium doluit: & semel omnino ex occursu visam, adeo contentis & tumentibus oculis prosecutus est, ut custoditum sit,

ad alia transiens recte subjicit, *dedit & ludos.* BURM.

Cuncta] *Agnita* Copes. *agnata* Exc. Cujac.

Vitrici] *Victrici* Harlem. Edd. Venetae, Aldi & aliae. & ita in aliis locis saepe.

M. Agrippa genitam] desunt Exc. Cujac.

Neptem Pomponii Attici] Libri MSS. omnes *Caecilii Attici.* Quo nomine post avunculi testamentum vocatus fuit, sed priore tamen notior est. Notandum vero, quod Agrippinam vocat Sueton. quam Tacit. Vipsaniam, ut eadem patris non nomen tantum, sed & cognomen tulerit. Post Tiberium Asinio Gallo, Asinii Pollionis filio, nupsit. Vide Tacitum lib. I. Annal. & Nepotem vita Attici. TORR. *Pomponii* Harlem. Edd. veteres fere omnes, praeter Venet. pr. Stephani, Casaub. & recentiores. vid. Bos. ad Corn. Nep. Att. cap. v.

Rursumque] *Rursusque* codices nostri omnes & Edd. veteres Rom. & plures aliae.

Coactus est] *Est* deest Memm.

Non sine magno angore animi] Tres libri *languore.* TORR. *Langore* Codd. Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres, Bonon. eadem varietas infr. XLIX.

Vulgo etiam] *Etiam vulgo* Exc. Cujac.

Contentis & tumentibus oculis] Placet Turnebi interpretatio, ut *tumentes oculos* prominentes ac veluti erumpentes e capite appellet. Duo codices nostri habent *contumentibus.* Sunt etiam, qui *conniventibus* legant. *Contentis* quoque *oculis* dixit, ut *contento poplite* Horat. lib. II. Sat. VII. & *Contenta cervice feram,* Auson. Epist. XXIV. 22. sic enim amatoribus accidit, quando, ut ait Virgil. XI. Aen. 507. *oculos in virgine figunt,* qui Theocrito κυλοιδιόωντες. TORR. Expressit pluribus verbis, quod uno Graecorum ditissima lingua, κυλοιδιᾷν: quod de eo dicunt, quibus e contento intuitu rei amatae oculi tument. Theocritus Idyl. I. 37.

——— ——— οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος
Δηθὰ κυλοιδιόωντες ἐτώσια μοχθίζοντι,

Scholiastes minus recte, qui tumentium oculorum caussas facit insomniam, cui amor occasionem praebuerit. Συμβαίνει, ait, τοῖς ἀγρυπνοῦσιν ὡς ἐπίπαν οἰδαίνειν τὰ κοῖλα, ἤγουν τοὺς ὀφθαλμούς, ὅπερ οἱ πολλοὶ ἀναγκαίως δι' ἔρωτα πάσχουσι. Verius est, caussam συνοχὴ hujus tumoris esse, spirituum opticorum collectionem & contentionem: quae nascitur ex affectus vehementia. CASAUB. Recte exponunt illi, qui pro fixis in eam, immotis capiunt. ut *contentus arcus*, unde apud Homer. Odys. T. vs. 211. ὀφθαλμοὶ δ' ὡς εἰ κέρα ἕστασαν, ubi Schol. explicat κέρα per τόξα. & hinc *intendere, contendere oculos* & similia, de quibus post Lambin. ad Lucret. I. 60. egit uberius Bentlej. ad Horat. I. Ep. I. 28. quibus adde Solin. cap. LV. §. 8. Ed. Delr. *Gymnosophistae ab exortu adusque solis occasum contentis oculis orbem candentissimi sideris contuentur.* BURM.

Tumentibus] Jacob. Nicol. Loensis legendum putat *trementibus.* qui adeatur lib. IV. Miscel. Epiph. cap. 26. GRUT. *Conivientibus & tum.* Periz. unde *conniventibus* posset probari, nisi hoc verbum sententiae auctori repugnaret non enim *tumentes* & *conniventes* in unum veniunt. in regio uno erat, *contentis oculos secutus est,* omissis reliquis, in alio, *contentis & contumentibus,* ut & in Ed. Roman. Barth. ad Claudian. in Epith. Hon. ver. 7. fere ut Casaubonus amatorios explicat, & late de illo oculorum habitu agit. Nic. Heinsius malebat *uventibus,* vel *humentibus,* quod & Lipsio placebat, ut Scriverius etiam videtur notasse. & ita saepe Ovidius, ut XI. Met. 464. & XIV. 734. quibus *sicci* opponuntur apud Horat. I. Od. 3. Lipsius ad Senec. Ep. XCIV. illa, *non est quod plenis oculis ac tumentibus imperes.* exponit, quod sit, ubi figimus oculos, atque ipsos velut intendimus, & spiritu implemus.

prius

fit, ne umquam in conspectum ejus posthac veniret. Cum Julia primo concorditer, & amore mutuo vixit: mox dissedit, & aliquanto gravius, ut etiam perpetuo secubaret, intercepto communis filii pignore, qui Aquilejae natus infans exstinctus est. Drusum fratrem in Germania amisit, cujus corpus, pedibus toto itinere praegrediens, Romam usque pervexit. (a) Civilium officiorum rudimentis regem [8] Archelaum, Trallianos & Thessalos, varia quosque de caussa, Augusto cognoscente, defendit. Pro Laodicenis, Thyatirenis, Chiis terrae motu adflictis, opemque implorantibus, senatum deprecatus est. Fannium Caepionem, qui cum Varrone Muraena in Augustum conspiraverat, reum majestatis apud judices fecit, & condemnavit. Interque haec duplicem curam administravit, annonae, quae artior inciderat: & repurgandorum tota Italia ergastulorum, quorum domini in invidiam venerant: quasi exceptos supprimerent, non solum viatores, sed & quos sacramenti me-

prius recte, alterum ab hoc loco alienum. Sed ego malo cum Passerat. ad Propert. I. Ecl. XXXIII. pag. 241. explicare turgidos, qui obortis quidem, sed nondum effusis lacrimis, turgent. unde toties *tumidi* dicuntur, ut Ovid. III. Am. VI. 79.

Hactenus: & vestem tumidis praetendit ocellis.

Ubi vide quae adnotavi. tales describit Albinovanus ad Liviam vers. 113.

Congelat interdum lacrimas, duratque, tenetque,
Suspensasque oculus fortior intus agit.

eleganter Xenophon nuper editus in Ephesiac. I. pag. 5. ὅλοις καὶ ἀναπεπταμένοις ὀφθαλμοῖς τὸ Ἁβροκόμου κάλλος εἴσω δεχομένη: ubi vertunt *totis & expansis* oculis. BURM.

Conspectum ejus] *Ei* Memm. & Copes. ita in Domit. IV. iidem Codices *ante pedes ei stabat*, vulgo *ejus*, ubi vide. Salutaris haec custodia, etiam Ovidio inter consilia medendo amori data, vs. 621.

Alter item jam sanus erat, vicina laesit,
Occursum dominae non tulit ille suae.

BURM.

Mox dissedit] Proprie. Unde *dissidium*, pro divortio. Male, qui *discidium* scribunt. TORR. *Dissedit* in marg. Colin. & Gryph. exponitur *divortium fecit*: falso. nam postea sequitur *secubaret*, ita ut non eodem lecto, licet eisdem adhuc aedibus, uteretur. & cap. 10. *neque ultra perferre poterat*, ergo ad id tempus habitavit cum illa. rectius Beroaldus de discordia aperta capit. an *discessit* in aliquo codice repertum? BURM.

(a) *A. U. C.* DCCXXXV.;

Intercepto] *Interempto* Copes. eadem varietas supr. Aug. XIV. vid. ad Claud. I.

Aquilejae] *Aquilegiae* Edd. Venet. pr. Lugd. Junt. Arg. vid. Aug. XX. *Aquileis* Harlem.

Drusum fratrem] Mortuum in consulatu. A. U. C. DCCXLIV. Ad quem quanta festinatione profectus sit Tiberius, vide Plinium lib. VII. cap. XX. TORR.

Praegrediens,] *Progrediens* Ed. Rom.

8. *Regem Archelaum*] De hoc judicio Euseb. Chronicis, & Eccles. hist. lib. I. ac late Joseph. Antiq. XVII. cap. XI. TORR. Meminit Dio obiter lib. LVII. CASAUB. *Regem Archelaum* Judaeum, non Cappadocem intelligendum esse contendit Salianus in Annalibus, quem refutavit, & Casauboni sententiam defendit Noldius in Historia Idumaea pag. 360. adjecta novissimae editioni Josephi. BURM.

Trallianos] Pall. tres *Tracilianos*. GRUTER. Ita & Copes. *Tralianos* Harlem. Venetae tres. *Trachilinos* Exc. Cujac.

Quosque de causa] *Quoque* Venetae tres.

Laodicenis] *Laudicenis* Harlem. Venet. pr.

Chiis] *Chois* Venet. sec. & tert. quod esset *Cois*. sed perperam.

Fannium Caepionem] Aug. cap. XIX. TORR.

Curam administravit annonae] Vellejus II. 94. *Quaestor undevicesimum annum agens capessere coepit remp. maximamque difficultatem annonae ac rei frumentariae inopiam, ita Ostiae atque in Urbe mandato vitrici moderatus est, ut per id quod agebat, quantus evasurus esset, eluceret.* CASAUB. *Duplicemque curam* Exc. Cujac.

Arctior] *Artior* Memm. Ed. Rom. recte. & ita semper scribendum: ut nos & alii viri docti saepe monuerunt.

 Sa-

9metus ad hujusmodi latebras compulisset. Stipendia prima expeditione Cantabrica
a. tribunus militum fecit; deinde ducto ad Orientem exercitu, regnum Armeniae
b. Tigrani restituit, ac pro tribunali diadema imposuit. Recepit & signa, quae M. Crasso ademerant Parthi. Posthaec comatam Galliam anno fere rexit, & barbarorum incursionibus, & principum discordia inquietam. Exhinc Rhaeticum Vindelicumque bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit. Rhaetico atque Vindelico, gentes Alpinas: Pannonico, Breucos & Dalmatas subegit. Germanico, quadraginta milia dedititiorum trajecit in Galliam, juxtaque ripam Rheni sedibus adsigna-

Sacramenti metus] Ne militiae dare nomen cogerentur. De quo ad Aug. cap. XXIV. quemadmodum & de ergastulis cap. XXXII. TORR. *Sacramenti caussa metus*, sed subnotata voce *causa*, Perizon.

Hujusmodi] *Ejusmodi* Memm. Exc. Cujac.

9. *Deinde ducto ad orientem exercitu*] Anno U. C. DCCXXXIV. Dio lib. LIX. Vellejus lib. II. 94. CASAUB. *Dein* Copes. Memm. Exc. Cujac. forte *dein deducto*. Ceterum Vellejus II. 94. Tigranis mentione omissa, Orsavasdem regem dedisse Armeniis narrat. ad quem locum vide commentarios. BURM.

Regnum Armeniae Tigrani restituit,] De hoc Tacit. initio lib. II. Annal. 3. Plura ad Horat. Epist. ad Itium lib. I. XII. 26.

—— *Claudi virtute Neronis*
Armenius cecidit.

Summa autem ea gloria fuit. Unde superbae illae inscriptiones veterum numismatum: REGNA ADSIGNATA. REX PARTHIS DATUS. TORR.

Recepit &] Desunt Lugd. *recepitque* Periz.

Post haec] *Post hoc* Memm.

Et barbarorum incursionibus, & principum discordia inquietam] Narrat Dio in actis anni DCCXXXV. missum in Gallias Agrippam plane easdem ob caussas, ἔν τε τῇ ἀλλήλοις ἐστασίαζον, καὶ ὑπὸ τῶν Κελτῶν ἐκακοῦντο. Agrippae successisse videtur Tiberius. Vellejus omisit hanc historiam, qui statim reversum Tiberium ex oriente, bello Rhaetico Vindelicoque praefectum fuisse narrat. CASAUB.

Exhinc Rhaeticum Vindelicumque] Libri meliores *Exin*, & *Raeticum*, sine adspiratione. Quo ordine vero haec bella Tiberius gesserit, quaeve cum fratre Druso, quaeve non, declarant, qui Fastos nobis concinnarunt, Sigonius, & alii. Sed & Horat. Od. IV. & XIV. lib. IV. horum laudes decantavit. TORR. Dio in actis anni DCCXXXVIII. lib. LIV. CASAUB. Pal. pr. *Exin Reticum Vind.* sec. *Exinde Creticum Vind.* tert. *Exinde Reticum.* & vero videtur scribendum perpetuo *Raeticum* sine adspiratione. GRUTER. *Exin* Mem. Copes. Hulf. Edd. Bon. Venet. pr. Lugd. Junt. Arg. Steph.

Inde Pannonicum] Vide ad librum superiorem cap. XXI. CASAUB.

Inde Germanicum gessit.] Narrat Tiberius apud Tacitum II. Ann. 26. *se novies a D. Augusto in Germaniam missum* prima vero illius trajectio Rheni ea est, quam refert Dio in actis anni DCCXXVI. TORR.

Pannonico Breucos] Mira exemplarium tam Horatii lib. IV. Od. XIV. quam Suetonii hoc loco varietas. nam & *Brennos*, & *Breucos*, & *Breunos* scriptum reperi. Verum cum Plin. lib. III. cap. XX. tropaei de gentibus Alpinis, a mari supero ad inferum sub potestatem pop. Rom redactis, verba recenseat, & inter eas *Breunos* constituat, apud Horatium quidem, qui de Vindelico loquitur bello, *Breunos* legendum censeo; apud Suetonium vero, qui de Pannonico, *Breucos*, quos idem Plinius, lib. III. cap. XXV. in Pannonia collocat. Ptolemaeus etiam *Breunos* in Lepuntiis ac Vindelicis, *Breucos* in Pannoniis idem nominat, & Dion lib. LV. TORR. Viterb & List. *Brennos*: Memmii & Pithoei, *Breucos*. Alii *Brencos*. Eadem diversitas observata nobis in veter. codd. Graecorum historicorum. CASAUB. Pal. pr. *Breunte & Dalm.* sec. *Brencos & Dalm.* tert. *Brennos & Dalm.* GRUTER. *Brennos* Periz. Harlem. Ed. Rom. & *Dalmaticas*, Venet. Lindenb. ad Warnef. de Gest. Longob. II. 3. pag. 346. *Brentos* legit. *Brenos* Bonon. & Paris. *Brennos* Ald. *Breuucos* Hulff. *Breucos* vel *Breunos* Exc. Cujac.

XL. millia] Sunt codices, in quibus scriptum CX. perperam: praeter scriptos codd. Eu-

(a) *A. U. C.* DCCXXVIII. (b) *A. U. C.* DCCLIV.

gnatis collocavit. quas ob res, & ovans, & curru urbem ingressus est primus, ut qui-

Eutropius firmat hanc lectionem. CASAUB.

Dedititiorum] Ita Codd. Memm. Periz. & Edd. veteres, praeter Venet. pr. Lugd. Junt. & Ald. quae perperam *deditiorum* exhibent.

Trajecit in Galliam] Vide ad August. cap. XXI. CASAUB.

Ovans & curru] Et ovavit igitur de Dalmatis, & triumphavit de Germanis. sic enim Aug. cap. XXII. *Bis ovans ingressus est Urbem, curules triumphos tres egit.* siquidem ovatio & ipsa triumphus est, sed minor. Ideo primum pedibus, deinde equo, nunquam vero curru acta. Nec taurus in ea, quae maxima est victima, sed ovis, unde & nomen traxit, immolari solita. Myrtea quoque corona, Veneri sacra, non laurea, ovantis capiti imponebatur. TORR. Dio lib. LV. in anno DCCXLV. Ὁ Τιβέριος τῶν τε Δαλματῶν καὶ τῶν Παννονίων ὑποκινησάντων τι αὖθις, κρατήσας, τὰ ἐπὶ τοῦ κέλητος ἐπινίκια ἔπεμψε. Vide eundem & sub finem lib. prioris. CASAUB.

Et curru urbem ingressus est] Kal. ipsis Januariis, anno consulatus sui secundi & Cn. Pisonis, U. C. DCCXLVII. Dio lib. LV. & Vellejus. CASAUB.

Primus ut quidam putant] Recte additum, *ut quidem putant.* nam non Tiberio, sed Agrippae primo triumphalia ornamenta, si Dioni scriptori diligentissimo credimus, sub Augusto decreta fuerunt. Idque & ex Suetonio manifestum est, qui cum Augustum plusquam XXX ducibus justos triumphos, & aliquanto pluribus triumphalia ornamenta decerni curasse scripserit, fieri nequit, ut non multi ante Tiberium ea sint consecuti. Quare adducor ut *prius*, pro *primus*, quemadmodum in veteri quodam cod. scribitur, legendum hic esse censeam; ut ante ovationem scilicet ac triumphum ornamenta triumphalia acceperit, eodem nempe tempore, quo fratri ejus Druso decreta fuere, A. U. DCCXLII. TORR. *Prius* malebat Torrentius, ob caussas quas videtis in ejus notis. sed tunc otiose adjiceretur, *ut quidam putant*, quae novum aliquid in Tiberio notant, quod non esset, si aliis ante eum illud genus honoris esset tributum. Ego haec ita capi posse censeo. Tiberium fuisse primum, qui non pedibus, non equo, ut olim ovantes solebant, sed curru, non tamen titulo triumphantis, sed ovantis ingressus sit urbem, & licet non justum & plenum triumphum egerit, tamen omnibus Triumphalibus ornamentis decoratus fuerit; quum aliis vel ovatio sine ornamentis Triumphalibus, vel haec sine ovatione, aut ulla pompa aut specie triumphi darentur. forte etiam legendum, unius voculae &, quae centies commutatur cum *sed*, permutatione, *quas ob res & ovans, sed curru, urbem ingressus est primus.* nam si & ovavit & triumphavit (quod *curru* debet notare) ineptum esset addere triumphalibus ornamentis fuisse honoratum, novo genere honoris, quum omnes triumphantes ita ornarentur ipso jure. & hinc forte probari posset lectio inf. cap. XVII. *devectus est*, pro *deductus.* ubi Torrentius haeret. nam nusquam alias legitur ovasse Tiberius in nostro, & vocula *nihilominus* ibi indicat, licet non justum triumphum egerit, pompam tamen ipsi proximam duxisse. hinc Vellej. II. 96. dixit *ovans triumphavit.* & CXXI. *Ovans* ergo, dilato triumpho propter cladem Varianam, ex Illyrico victor remeans, cum ornamentis triumphalibus praetextatus & laureatus, intravit curru urbem, & Germanis victis deinde triumphum justum egit: hanc ovationem nostrum innuere puto, qua curru, & praetextatus, id est, ut recte Graevius, veste triumphali, & laureatus, quum ovantes Myrto coronati esse solerent, invectus est urbem. Dio tamen, ne quid dissimulemus, lib. LVI. initio hoc refert post primum reditum Tiberii, non ut Suetonius cap. XVII. post secundum, consternata urbe clade Variana. Scio etiam Dionem distinguere Ovationem & Triumphum, sed saepius inter eum & Suetonium non convenisse, adnotant passim viri docti. Erraverit vero Suetonius, (quod tamen non puto) sensus tamen verbis ejus in ipso errore constare debet, in quibus ut vulgo legunt, & explicant, mihi nondum satisfacio. si quis vellet novum illud honoris genus capere de perpetuo usu ornamentorum triumphalium, probandum foret illum ita ornatum semper incessisse; & legendum foret, *Et ovans & curru urbem ingressus est, & primus, u. q. p. triumphalibus ornamentis honoratus novo &c.* videant acutiores. BURM.

quidam putant, triumphalibus ornamentis honoratus, novo nec antea cuiquam tributo genere honoris. Magistratus & maturius inchoavit, & paene junctim percurrit, quaesturam, praeturam, consulatum: interpositoque tempore, Consul iterum, (a) etiam tribunitiam potestatem in quinquennium adcepit. Tot prosperis confluenti- 10 bus, integra aetate ac valetudine statuit repente secedere, seque e medio quam longissime amovere. Dubium, uxorisne taedio, quam neque criminari aut dimittere auderet, neque ultra perferre posset; an ut vitato adsiduitatis fastidio, auctoritatem absentia tueretur, atque etiam augeret, si quando indiguisset sui Respublica. Quidam existimant, adultis jam Augusti liberis, loco & quasi possessione usurpati a se diu secundi gradus, sponte cessisse, exemplo M. Agrippae, qui M. Mar-

Honoratus] *Ornatus* Periz. Harl. Edd. Rom. Venet. Bonon. vid. inf. Claud. XXVIII.

Percurrit] *Percucurrit* Mem. & Ed. Basil. Gryph. & recentiores. vid. ad Caes. cap. XV. *junctum* etiam Exc. Cujac. ita & Neron. III. *Amplissimos honores percucurrit*, ubi & *percurrit* alii. Plin. Ep. 15. *Quaesturam, Tribunatum, Praeturam honestissime percucurrit.* ubi eadem varietas, ut fere semper. Sed quum in Medicaeo codice ibi legatur *Quaestura*, forte scripserit Plinius *a Quaestura Trib. P. Percucurrit.* litera *a* absorpta a praecedentis vocis, *verecundia*, ultima. BURM.

Tribunitiam potestatem] Quo id tempore contigerit, vide Sigonium, A. U. DCCLII. TORR. Videtur dicere Suetonius, delatam fuisse Tiberio tribunitiam potestatem anno DCCXLVIII. in quem incidit alter ejus consulatus. Dio lib. LV. in sequentem annum conjicit: ac statim accepta tribunicia potestate Rhodum secessisse indicat. Quare ordinem temporum sequitur Suetonius. CASAUB.

10. *Integra aetate ac valetudine prospera*] Dele *prospera*, ut tres MSS. TORR. *Ac valetudine prospera* Edd. Basil. Gryph. Colin. Plantin. sed codices & Edd. antiquae ignorant hanc repetitam ex versu praecedente vocem.

E medio] Ne quis *a medio* malit cavit Doctissimus Drakenb. ad Liv. III. 38. sic & Calig. XXXIV. *ex bibliothecis amovere.* BURM.

Neque ultra perferre] Liber opt. *ferre*, & sane melius. TORR. Male Torr. praefert *ferre*. *perferre* enim constantiam, perseverantiam in ferendo notat. Ovid. III. Amor. XI. 7. *Perfer & obdura.* Cicer. II. Tusc. 7. *Exspectas fortasse dum dicat, patietur, perferet, non succumbet.* Horat. I. Ep. XV. 17. *Rure meo possum quidvis perferre patique.* & apud Plin. I. Epist. 5. *neque diutius ferre solicitudinem possum* ubi Lindenbrog. Cod. & Vossian. *perferre*, non male. vid. & I. Epist. 20. & quis non ita loqui amat? BURM.

Vitato assiduitatis fastidio,] Aliquoties hoc factum ab Augusto notat Dio, ut in anno DCCXXXVIII. cum abiit in Gallias. Εἰς τὴν Γαλατίαν, inquit, ὥρμησε πρόφασιν τοὺς πολέμους τοὺς κατ' αὐτὴν συνισταμένους λαβὼν, ἐπειδὴ ἐπαχθὴς πολλοῖς ὑπὸ τοῦ ἐν τῇ πόλει χρονίου διατρίβειν ἐγεγόνει. Atque hoc inter instrumenta conservandae augendaeque majestatis a multis scimus & traditum & usurpatum. CASAUB. Non tam ipsa assiduitas fastidium parit, quam quia ea fit, ut non tantum unicujusque virtutes, sed simul etiam vitia aperiantur. Nemo enim omnibus horis sapit. Ideo major est e longinquo reverentia. addit, absentia auctoritatem tueri & augere Tiberium voluisse; Nam qui assidue offert & praestat usum sui, accipere potius videtur beneficium, quam dare, ut qui e longinquo evocantur. Ideo post excessum Augusti, nihil prius Tiberio, quam ut *vocatus* ad imperium videretur. Adi Tacit. Ann. I. 7. Assiduitas haec *continuatio laborum* Vellejo appellatur lib. II. 99. BOXHORN.

Quidam existimant] Haec caussa vulgo credita. Dio dicto loco, & similiter Vellejus II. 99. *Cum C. Caesar sumpsisset jam virilem togam, Lucius item maturus esset viris, ne fulgor suus orientium juvenum obstaret initiis, dissimulata caussa consilii sui, commeatum ab socero atque eodem vitrico acquiescendi a continuatione laborum petiit.* CASAUB.

Exemplo M. Agrippae] Aug. cap. LXVI. TORR.

M. Marcello] Non recte hunc locum Beroaldus de C. Marcello C. Caesaris hoste, addu-

(a) *A. U. C.* DCCXXXI. DCCXXXVIII. DCCXL. DCCXLVII. DCCXLVIII.

Marcello ad munera publica admoto, Mitylenas abierit: ne aut obstare, aut obtrectare praesens videretur. Quam caussam & ipse, sed postea, reddidit. Tunc autem honorum satietatem, ac requiem laborum praetendens, commeatum petiit. Neque aut matri suppliciter precanti, aut vitrico, deseri se etiam in senatu conquerenti, veniam dedit. Quin & pertinacius retinentibus, cibo per quatriduum abstinuit. Facta tandem abeundi potestate, relictis Romae uxore & filio, confestim Ostiam descendit: ne verbo quidem cuiquam prosequentium reddito, paucosque admodum in digressu exosculatus. Ab Ostia oram Campaniae legens, imbecillitate 11 Augusti nuntiata, paullum substitit. Sed & increbrescente rumore, quasi ad occasionem

adducto ex Lucano testimonio, exponit. Erat enim ille jam pridem mortuus, sed neque de eo, ad quem sunt Ciceronis epistolae, intelligi possunt. Itaque lectori considerandum, num de eo Marcello loquatur, qui minoris Octaviae fuit filius, a Virgilio VI. Aeneidos descriptus. Cujus pater etiam Cajus, non Marcus, ne quis de eo Suetonium loqui existimet. GLAREAN. *Amoto* Periz.

Obtrectare aliquid praesens] *Aliquid* ignorant Edd. Copes. Periz. Exc. Cujac. Ed. Rom. reliquae retinent, sed ejecerunt Scriverius, Graevius & Gronov. nec in Memm. inventum. Lipsius corrigebat *aemulari*, ut cap. seq. *aemulationis suspicio*. Veneta pr. caret hoc verbo & tantum habet *ne aut obstare praesens*. vitio credo operarum: nam illud *aut* requirit alterum verbum; ejecerunt alii forte *aliquid*, quia *obtrectare* saepius dativo jungi solent. Sed & accusativum regere & absolute poni satis constat. vid. Neron. XVIII. forte tamen scripserit, *obtrectare alicui videretur*. ut inf. LII. *Germanico obtrectavit*. quidquid sit, vis verbi, quo hic opportune utitur, apparet ex verbis Graecis, quibus Glossae reddunt ἀντιβαίνειν, ἀντιπαραδίζειν. BURM.

Sed postea reddidit.] Mallem abesse particulam *sed*. Vide Tacitum. TORR.

Honorum] *Bonorum* Copes.

Suppliciter] *Simpliciter* Harle. & a manu pr. Periz. Edd. Venet. tres, Lugd.

Abeundi] *Abenuti* Harl.

Ne verbo quidem] *Nec* Harl. Hulf. Edd. veteres plurimae. vid. Aug. X. XVI. & alibi centies.

Prosequentium] De prosequendi officio ante diximus. Notandus & de osculo locus, quo digressuri invicem valedicebant. Sed & reversi peregre osculabantur. Adi Horat. lib. I. Od. XXXVI. TORR.

Paucosque] *Paucos*. Edd. Junt. Ald. Steph. Arg. *Exosculatus* Mem. Periz. Copes. Hulf. & Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. tres, Bonon. Lug. Junt. Ald. Steph. & ita noster saepe. ut Neron. XIII. Vitel. VII. & alibi. Sed parum refert. BURM.

11. *Ob Ostia*] *Ab Hostia horam* Harlem.

Sed & increbrescente] Particula & supervacanea est. Plures etiam libri *increbescente*. Verum *r* illud geminatum vim vocabuli magis exprimit. ut in illo artificiosissimo Virgilii versu, *nemorum increbrescere murmur*, I. Georg. 359. quo loco si *increbescere* legas, perierit gratia. Nec minus in altero ejusdem poetae versu lib. VIII. 14. Aeneidos, *late Latio increbrescere nomen*. duplex enim syllabarum annominatio, & collisio quaedam est, *late Latio*, & *increbrescere*. TORR. *Et increbrescente* Copes. *sed & increbrescente* Harlem. & Edd. veteres omnes usque ad Casaub. *increbescente* tamen hic quaedam editiones. vid. ad Aug. XI. *quasi* vero hic non minuit, sed caussam notat. vid. Manut. ad Cicer. I. ad Famil. 9. pag. 82. Ed. Graev. & supr. cap. II. Dubitavi etiam aliquando, an non legendum foret, *quasi ad occasionem majoris rei commoraretur*: nam in Copes. clare legitur *rei*, recte: *occasio* enim *spei* videtur durius dici, quum *spes occasionis* videatur rectius. Majoris vero occasio rei, erat imperium, si moreretur Augustus, occupandi occasio, ut in Caes. cap. VII. *ad captandas majorum rerum occasiones*. & infra cap. XIII. *Magna spe futurorum*, id est rerum futurarum. & ita in alia re Celsus lib. III. de Re medica cap. 18. *ut summam speciem sanitatis, in captandis majorum operum occasionibus praebent*: *Spes* & *res* vero centies a librariis confusae. vid. ad Ovid. III. Met. 417. BURM.

Rho-

nem majoris ſpei commoraretur, tantum non adverſis tempeſtatibus Rhodum enavigavit, amoenitate & ſalubritate inſulae jam inde captus, quum ad eam ab Armenia rediens adpuliſſet. Hic modicis contentus aedibus, nec multo laxiore ſuburbano, genus vitae civile admodum inſtituit, ſine lictore aut viatore gymnaſio interdum obambulans, mutuaque cum Graeculis officia uſurpans, prope ex aequo. Forte quondam in diſponendo die mane praedixerat, quidquid aegrorum in civitate

Rhodum enavigavit, amoenitate & ſalubritate inſulae captus] Ea cauſſa eſſe videtur, cur Rhodum fere ſoliti Romani proceres, qui praeſenti ſtatu rerum non laetarentur, ſecedere. D. Brutus in epiſtola ad M. Brutum & C. Caſſium lib. XI. ad Famil. I. *Quid ergo eſt, inquis, tui conſilii? Dandus eſt locus fortunae: cedendum ex Italia, migrandum Rhodum.* C. Matius Ciceroni lib. XI. ad Fam. 28. *Mihi quidem ſi optata contingent, quod reliquum eſt vitae, in otio Rhodi degam: ſin caſus aliquis interpellarit, ita ero Romae, ut recte fieri ſemper cupiam.* De ſeceſſu Tiberii in hanc inſulam praeter alios Manilius lib. IV. 761.

Virgine ſub caſta felix terraque marique
Es, Rhodos, hoſpitium recturi Principis orbem:
Tuque domus vere Solis, cui tota ſacrata es,
Cum caperes lumen magni ſub Caeſare mundi.

CASAUB. *Inde raptus* &c. Cujac.

Genus vitae civile] Caeſ. cap. LXXV. *civili animo tulit.* TORR.

Sine lictore aut viatore] Vim terroremque imperii Romani oſtendebant lictores, ſecures, faſces: ideo, cum adempto illo metu magiſtratus quaſi ad amicos adire volebant, removebant inſignia poteſtatis. Tacitus Ann. II. de Germanico: *Hinc ventum Athenas, foederique ſociae & vetuſtae urbis datum, uno ut lictore uteretur.* Et ſimilia de Antonio Appianus lib. IV. Ἐμφ. LIPSIUS ad Tacit. II. 53.

Gymnaſio interdum obambulans] Liber opt. *gymnaſia.* Verum Strabo unum tantum, idque egregie Romanorum ornatum donis, Rhodi commemorat. TORR. *Gymnaſio* Pall. tres, non *Gymnaſia*, quod in uno ſuo invenit Torrentius, aliique invexerant editionibus ſuis, nulla tamen reddita cauſſa. GRUT. *Gymnaſio* Copeſ. Periz. & Edd. veteres omnes praeter Lugdun. Caſaub. & recentiores. *Gymnaſia* tamen Memm. credebant puto *obambulare* melius accuſativum regere. ut apud Ovid. XIV. Met. 188.

Ille quidem totam gemebundus obambulat Aetnam.

Sed & ibi plurimi codices *tota Aetna.* nam *obambulare* abſolute eſt ultro citroque ambulare, ut inf. cap. XXV. vid. notas ad Ovidii locum: deinde probandum eſſet plura Gymnaſia fuiſſe Rhodi, quum unum admodum celebretur, quod ab Aeſchine Rhetore inſtitutum fuerit, de quo vide Meurſ. Rhod. lib. I. cap. II. ubi ille ex hoc ſolo loco plura fuiſſe colligit, quem ſequitur Pitiſcus ad Caeſ. cap. IV. quum tamen ex Strabone conſtet unum Gymnaſium ibi celebrari: licet ex verbis Plutarchi a Meurſio adductis Schola ab Aeſchine inſtituta diverſa potuerit eſſe a Gymnaſio, ubi Athletae exercebantur. nam & noſter mox Scholas & auditoria memorat. quare de porticibus, quae ante Scholas erant, hic locus poſſet capi, ut apud Petron. c. III. & XC. BURM.

Forte quodam in diſponendo die]: Scribe cum Memmiano, *Forte quondam in d. d.* CASAUB. *Quondam* Copeſ. Harlem. Edd. Venet. tres, (ſed duae ultimae omittunt *forte*) Bonon. & plurimae aliae.

In diſponendo die] Notemus utiliſſimum morem: neque enim aliter temporis ratio conſtare poteſt. ſic & apud Graecos diligentiſſimus quiſque & prudentiſſimus. Vetus ſcriptor apud Stobaeum: Συνεργέτης διαιρεῖν ἕκαστον μέρος τῆς ἡμέρας εἰς πρᾶξίν τινα, ἐν τῇ αὐτῇ μέρει ἀπένεμε. Sic *diſponere aetatem* apud Senecam Epiſt. LI. CASAUB. *Diſponere* hic eſt dividere diei curas. ita *diſpoſuiſſe curas imperii* Silanum, dicit Tacitus ſub initium fere Annal. XVI. *tempora dividere* Agric. pro *quodam* Caſaubono placet *quondam.* ſed nulla opus mutatione. BOXHORN. Marcil. ad Veſp. XXI. idem eſſe, quod *ordinem vitae tenere* notat. ubi vide. ſic *diſponere otium* Plin. IV. Ep. 23. & *diſponere diem* IX. Ep. 36. BURM.

Quic-

tate eſſet, viſitare ſe velle: id a proximis aliter exceptum: juſſique ſunt omnes aegri

Quicquid aegrorum,] Sic MS. non *aegrotorum*, ut in vulgatis. unus etiam *agrorum*, quemadmodum & edit. Gallica. Nec male fortaſſis, ut, cum agros ſe velle viſere dixiſſet, qui id perperam intellexerant, aegros ei obtulerint. Sed neſcio, an in urbe tam celebri ac frequenti tantum agrorum fuerit. Et alioqui laudata multorum Principum pietas, quod aegrotos viſerint. ſic enim de Claudio Dion, de Hadriano Spartianus, de Trajano & Gratiano Auſonius Panegyrico, quin & de Tiberio ipſo jam Principe Dion lib. LVII. Adde, quod ſcribit Strabo, felicem quidem eſſe ejus inſulae regionem, urbem tamen aeſtate graviorem propter aeſtum, & pomorum copiam. Lector cogitet. Ego certe *agrorum* malim. TORR. Comitas non abhorrens a moribus Tiberii. Vellejus narrat ſimile quid de eodem, II. 114. *Nemo e nobis gradumve noſtrum aut praecedentibus aut ſequentibus imbecillus fuit, cujus ſalus aut valetudo non ſuſtentaretur Caeſaris cura: tanquam diſtractiſſimus ille tantorum onerum mole huic uni negotio vacaret animus.* Quare non probo lectionem quorumdam librorum doctis nonnullis probatam *agrorum*, quam in nullo noſtrorum reperimus. Taceo, quod verbum *viſitare* de agris parum apte diceretur. CASAUB. *Quidquid aegrorum*, haud aliter quoque Pall. niſi quod unus *aegrotorum*. Torrentii *agrorum* minus convenit. GRUT. Quomodo aliter, atque ea dixerat Tiberius, intellexere? conjecturae locum facit Codex Salmaſianus, qui pro *viſitare ſe velle*, exhibet, *vitare ſe velle*. Fortean in diſponendis diei curis praedixerat, omnem aegrorum tactum atque commercium ſe: vitaturum id illi proximi, affinitate vocis inducti, ſic acceperunt ac ſi *viſitare* ſingulos vellet, civilitate Tiberii tali ſenſui fidem faciente. SCHILDIUS. Locus difficilis & paene conclamatus, nec quae interpretes adferunt ſatisfacere potuerunt: ut enim a Schildio incipiam, cujus expoſitio ut procedat, fingendum certe eſt, ſolitum fuiſſe Tiberium aegros viſitare, & medicum agere, ſed hoc die ſe eo munere non functurum praedixiſſe. An cogitabat vir doctus de Rege Franciae aut Angliae, qui certo anni die tangunt ſtrumoſos? quem tactum hoc die ſe vitaturum Tiberius praedixiſſet. *Quidquid agrorum*, quod Lipſio forte debet Torrentius, nam ita ille codici ſuo adſcripſerat, valde frigidum & ineptum videtur. Omitto, quod ipſe ſibi objicit Torrentius, neminem in urbe *agros*, & multos quidem, *viſitare* umquam dixiſſe. Si vero de tota inſula, *civitatem* quis explicare vellet, is uno die ambire inſulam potuiſſe Tiberium ponere cogitur. In Claud. cap. XXXV. legitur quidem in Copeſiano codice, *neque agrum quemquam viſitavit*, ſed vitioſe, pro *aegrum*, quod omnes editi & ſcripti exhibent, & ratio flagitat. Cl. Graevii conjectura *quidquid Grajorum* non magis ſe mihi probare potuit: nam ſi hoc Romae vel in urbe extra Graeciam, ubi pauci inter incolas eſſent Graji, dixiſſet, poſſet forte ferri: ſed in Graeca civitate hoc abſonum, in qua omnes Graji. nec tanta adfinitas literarum inter *Grajorum* & *aegrorum*, ut perperam exceptam vocem ita interpretari poſſent praeſentes. denique nullum vidi exêmplum produci, ubi *Grajos* eo ſenſu dixerit aliquis hiſtoricus, quo *Graecos* & *Graeculos* paſſim per contemtum vocabant Romani. Fabri conjecturam egregie refutavit Cl. Graevius. Iſ. Voſſius, retenta voce *aegrorum*, a primo caſu *aegror* pro aegritudine, apud Lucretium & alios occurrente, deducebat, quia obſcuris & obſoletis vocibus uti amabat Tiberius. & ita apud Seren. Samon. cap. XXVI. MS.

Helleboro quoque purgatur lymphaticus aegror. per *aegrores* vero intelligit, non quidquid morborum homines adficiebat, ſed quaecumque opera, aedificia publica & alia in civitate emendatione egebant, quia & civitates *aegrotare*, ut omnia quae ſe male habent, (vid. Non. Marc. in *diſtrahere*, & Suid. in Νόσον ἔχειν & Νοσοκομεῖον) dicantur; haec adſcripſerat codici Suetonii, qui eſt in Bibliotheca publica. ſed haec jure aegroti ſomnia quis dixerit, quae videntes & ſani ridere ſolent. Mihi ſuborta olim fuerat ſuſpicio legi poſſe, *quidquid equorum*, quia hic agit de initio habitationis Rhodiacae, quando ſe equis & armis exercuit, ſed quas exercitationes deinde omiſit cap. XIII. Voluit ergo Tiberius, non omnes omnino equos, in tota inſula, ſed nobiles, & qui famam habebant agilitatis & fortitudinis, in urbe Rhodo videre. quorum non ita magnum apud nauticum populum fuiſſe numerum credibile eſt, ut non potuerit ſtabula praecipuorum civium, qui tales equos alebant, obi-

aegri in publicam porticum deferri, ac per valetudinum genera disponi. Perculsus ergo inopinata re, diu quid ageret incertus, tamen singulos circuit: excusans factum etiam tenuissimo cuique, & ignoto. Unum hoc tantummodo, neque praeterea quidquam notatum est, in quo exercuisse jus tribunitiae potestatis visus sit. Quum circa scholas & auditoria professorum adsiduus esset, moto inter antisophistas graviore jurgio, non defuit, qui eum intervenientem, & quasi studiosiorem partis alterius convicio incesseret. Sensim itaque regressus domum, repente cum adparitoribus prodiit, citatumque pro tribunali voce praeconis conviciatorem rapi jussit in carcerem. Comperit deinde Juliam uxorem ob libidines atque adulteria damnatam, repudiumque ei suo nomine, ex auctoritate Augusti, remissum: & quamquam laetus nuntio, tamen officii duxit, quantum in se esset, exorare filiae patrem

obire. quia vero usus erat verbo *visitare*, quo & noster & alii proprie de officio aegrotis praestando uti solent, facile pro *equorum*, potuerunt *aegrorum* accepisse. sed origine sua *visitare*, nihil aliud est quam *videre*. ita Plaut. Epid. IV. I. quum antea Periphanes dixisset, *videor, nescio ubi, me vidisse prius*, Philippa subdit, *Di boni! visitavi antedhac*. & paullo post, *novin' egi te? ubi te visitavi?* & ita ille saepius. vid. Curcul. II. III. 64. Pers. I. I. 20. Trinum. III. III. 38. *ignota facies, non visitata sit*. inde *invisitata* dicuntur, non ante visa, de qua voce vid. ad Aug. XLIII. sic Apulejus, lib. IV. Milef. *immani forma tantae bestiae, noctu praesertim, visitata*. Et ita alii, ut & *visere*, quo etiam verbo proprie de *aegrotis* uti veteres notum, quum alii passim de aliis quibuscumque rebus utuntur, & ex solo Tacito plura loca produci possent, qui & *visores* pro exploratoribus dedit. Sed frustra forte hic sudamus, quum nobis non constet, an Tiberius Latine loquens a Graecis non recte sit intellectus; vel an se accommodans Rhodiis, Graeco sermone, cujus *molesta dialectus*, cap. LVI. usus fuerit, & ex ejus pronuntiatione, a Rhodiorum aliquantulum diversa, ut hoc ubique hodie deprehenditur, vocem unam aut alteram perverse acceperint Rhodii. quare quaerant, qui otio abundant, vocem aliam, qua Tiberius Graeculos eum salutantes in ridiculum hunc errorem induxit. BURM.

Exceptum est] *Est* deest Memm. omnibus nostris, & Edd. priscis fere omnibus.

Publicam] *Publicum* Harlem. Ed. Venet. pr.

Igitur] *Ergo* Harlem. Edd. omnes veteres, usque ad Casaub. *inopina* Copes. *inopine diuque* Hulf.

Tamen singulos] Libri duo *tandem singulos*. TORR. *Tamen* Codd. Periz. Harlem. Edd. veteres omnes, usque ad Casaub. qui ex libris Torrentii recepit *tandem*. sed & *tamen* eamdem saepe vim obtinet. Ovid. XIV. Met. 803.

Pace tamen sisti bellum, nec in ultima ferro
Decertare placet.

& II. 337.

Reperit ossa tamen peregrina condita terra.

vid. Passer. & Broukh. ad Propert. II. I. 76. & alios passim. BURM.

Excusans factum] *Factum* ignorant Exc. Cujac.

Tantummodo] Deest Memm. *modo* Hulf. & Exc. Cujac.

Exercuisse] Ita omnino Pal. sec. non *exercuisse*, ut hactenus editi. GRUT. Vid. inf. cap. XXXIII. ubi Casaubonus hic in MS. fuisse *ex servis ejus* testatur. vid. & Buehner. ad Plin. VIII. Epist. 7. BURM.

Assiduus] *Assidue* Junt. Ald. Steph. vid. cap. LXIII.

Moto] *Orto* Ed. Roman. Paris. *noto* Venet. sec. & tert. an *nato*, ut Caes. LXXXVII.

Partis alterius] *Partis adversae* Periz. a. m. pr.

Citatumque pro tribunali voce praeconis] Mos Plutarcho notatus in Bruto: Λέγεται δὲ κήρυκος, ὥσπερ εἴωθεν, [illegible] τοῦ Βρούτου ἐπὶ τῶν δικῶν [illegible], τὸ πλῆθος ἐπιδόντας συνάξαι. TORR.

Laetus animo] Codex Salmas. *laetus nuncio*. ut omnes editiones ante Casaubonum, qui hoc sine ullo indicio mutavit. GRAEV. Ita & omnes nostri scripti & editi.

Exorare filiae patrem] Lib. unus *patrem filiae*. Sunt etiam qui verbum *filiae* abesse malint, a quibus dissentio. TORR. Vid. Scipion. Gen-

patrem frequentibus literis, & vel utcumque meritae, quidquid umquam dono dedisset, concedere. Transacto autem tribunitiae potestatis tempore, confessus tandem nihil aliud secessu devitasse se, quam aemulationis cum Cajo Lucioque suspicionem, petiit, ut sibi securo jam ab hac parte, corroboratis his, & secundum locum facile tutantibus, permitteretur revisere necessitudines, quarum desiderio teneretur. Sed neque impetravit: ultroque etiam admonitus est, dimitteret omnem curam suorum, quos tam cupide reliquisset. Remansit ergo Rhodi contra voluntatem: vix per matrem consecutus, ut ad velandam ignominiam, quasi legatus ab Augusto abesset. Enimvero tunc non privatum modo, sed etiam obnoxium, & 12

Gentil. ad Apulej. Apolog. pag. 542. BROUCKH.

Vel utcumque meritae] Tacitus XII. Annal. 17. *Ipsius, quoque modo meriti, gravem casum miseratus.* CASAUB.

Dono dedisset] Prohibitae quidem inter virum & uxorem donationes, verum hoc civiliter intelligendum. Et (ut puto) de his loquitur Sueton. quae, soluto uxoris culpa matrimonio, per virum repeti atque auferri poterant. TORR.

Devitasse se] *Se* deest Exc. Cujac.

Petiit] *Petit* Memm. & Huls. ut saepe alibi.

Secundum locum facile curantibus] Ita Viterb. & prima edit. quae lectio placuit. *curare* vox familiaris Sallustio & Tacito, & cum quarto casu & sine eo. Ut in Jugurthino cap. XLVI. *In postremo C. Marius cum equitibus curabat.* iterum cap. LX. *Ubi quisque legatus aut tribunus curabat, eo acerrime niti:* & statim: *Nam is in ea parte curabat.* Propertius IV. II. 39. *pastorem ad baculum possum curare.* Alii codd. etiam Memmianus *tutantibus.* sic fere *tueri scholam* in lib. de Grammaticis. CASAUB. *Facile curantibus* etiam Pal. pr. stant tamen pro nupere vulgata reliqui duo, habentque illud *tutantibus.* GRUT. Novimus *curare* Sallustii & Taciti: sed sive Tiberius sive Suetonius imitabantur Terentium in Hecyrae prologo altero: *Ego interea meum non potui tutari locum.* Cicero pro Cluentio: *Praeterea nobilitatem illam inter suos locumque a majoribus traditum sic tuetur, ut majorum gravitatem, constantiam, gratiam, liberalitatem assequatur.* Pro Quinctio cap. XIII. *Ne locum suum, quem adhuc honestissime defendit, obtineat.* Bruto cap. XX. *L. Paullus Africani pater personam principis civis facile dicendo tuebatur.* Maneat ergo Suetonio *tutantibus.* GRONOVIUS. *Curantibus* est in Ed. Rom. sola: ita & apud Livium lib. IV. 45. *curare*, absolute pro *curare res* quidam voluerunt poni, sed vide Celeb. Drakenb. notas. hic vero *tutantibus* retinendum. Terent. Hecyr. V. I. *nam mores facile tutor.* BURM.

Teneretur] *Tereretur* Huls.

Dimitteret] *Dimittere* nostri omnes codices, & Edd. veteres praeter Basil. Gryph. & sequentes; utraque lectio proba. Ovid. III. Fast. 853.

Summa dies e quinque tubas lustrare canoras
Admonet.

vid. Cortii notas ad Plin. VI. Ep. 19. sed noster infr. cap. L. *admonuit negotiis abstineret.* & Caes. LXXXI. *monuit caveret.* ubi vide. & cum *ut* Caes. LXXVIII. *Admonentem ut adsurgeret.* vid. ad Grat. Cyneg. 243. BURM.

12. *Ergo Rhodi*] *Igitur* Exc. Cujac.

Ad velandam ignominiam] Appianus IV. Ἐμφυλ. in simili re ὡς ἀποξενῶν. CASAUB.

Legatus ab Augusto] Liber opt. *legatus Augusti.* placet. & mox: *privatum modo se, sed etiam,* &c. *se* enim particula in aliis libris desideratur. *Obnoxius* autem libero opponitur. De quo vocabulo Gell. lib. VII. cap. XVII. TORR. Pal. unus, *legatus Augusto:* maluissem *legatus Augusti*, ut erat in Torrentiano. Interim non novum tegere dedecus munere publico, non uno exemplo palam fecimus ad verba Taciti lib. IV. Ann. cap. 44. GRUTER. *Ab* deest Memm.

Obnoxium] *Obnoxium se* marg. Basil. Gryph. & aliarum. rectius abest. ut Just. I. 6. *nepotem magis, quam victorem egit*, & ita ille & alii centies. inf. XXVI. & Claud. XXV. & XXIX. ubi Graev. & Tacit. I. Ann. 4. *anni, quibus Rhodi specie secessus exsulem egerit.* vid. & comm. ad Plin. VIII. Ep. 14. *tepidum* Copes. BURM.

 Ne-

& trepidum egit, mediterraneis agris abditus, vitansque praeternavigantium officia; quibus frequentabatur adsidue: nemine cum imperio, aut magistratu tendente quoquam, quin deverteret Rhodum. Et adcesserunt majoris sollicitudinis caussae. Namque privignum Cajum, Orienti praepositum, quum visendi gratia trajecisset Samum, alieniorem sibi sensit ex criminationibus M. Lollii comitis & rectoris ejus. Venit etiam in suspicionem, per quosdam beneficii sui centuriones, a commeatu castra re-

Nemine cum imperio aut magistratu tendente quoquam] Vellejus II. 44. *Ita septem annos Rhodi moratus est, ut omnes, qui proconsules legatique in transmarinas profecti provincias, visendi ejus gratia ad eum convenientes, semper privato (si illa majestas privata unquam fuit) fasces suos summiserint, fassique sint otium ejus honoratius imperio suo.* Casaub.

Magistratu] *Magistratum* Harlem. Ed. Venet. pr.

Quin diverteret Rhodum] Grosloti cod. *deverteretur Rhodum.* Casaub. *Deverteret* lego. vid. ad Petron. cap. IX. & ita Ed. Venet. pr. *diverteretur* Roman. *deverteretur* Exc. Cujac.

Privignum] *Primigenium* Periz. in margine.

Cum visendi gratia trajecisset Samum] Aliter ille insignis Tiberii adulator Vellejus II. 101.: *C. Caesar in Syriam missus, convento prius Tiberio Nerone, cui omnem honorem ut superiori habuit.* Dio item aliter, qui Chium venisse Tiberium ait non Samum: Τοῦ δὲ Καΐου σταλέντος ἐς τὸν πρὸς Ἀρμενίους πόλεμον, ὁ Τιβέριος ἐς Χίον ἐλθὼν, αὐτὸν ἐθεράπευσεν. & nota verbum ἐθεράπευσεν, ac cum Vellejo confer. Casaub.

Criminationibus M. Lollii] Ad hunc (ut opinor) Lollium exstant duae Horatii Epistolae, & Oda IX. lib. IV. ubi multa notavimus. Vide interim Vellejum, & Plinium lib. IX. cap. XXXV. Torr.

Beneficii sui centuriones] Id est, quos suo beneficio ad eum militiae ordinem promoverat. Sic & *milites beneficiarii*, qui & ipsi ob gratiam tribuno, aut centurioni suo obnoxii sunt. Vegetius lib. II. cap. VII. Quo vocabulo utitur etiam Caesar Commentar. Torr. Ad lucem sententiae ponenda ὑποστιγμὴ ante haec verba. *Beneficia* in re militari sunt provectiones ad altiorem gradum. Est autem loquendi genus vetustum. Sic fere Ovidius II. Amor. XIII. 22.

Digna est, quam jubeas muneris esse tui.

Haec beneficia stante Rep. a rectoribus provinciarum concessa, non aliter rata erant, quam si iidem rectores Romam reversi, triginta diebus post rationes relatas, sua beneficia ad aerarium detulissent. Quod lege Julia cautum testatur Cicero epist. quadam ad Messenium, idque vocabant *deferre aliquem in beneficiis ad aerarium.* Vide eundem pro Archia. Casaub. Vid. Reinesii Epist. XXIII. ad Rupertum pag. 82. Brouckh. Vid. Comm. ad Cicer. V. ad Fam. 20. quae est ad Rufum, non *Messinium*, aut potius *Mescinium*, ad quem est epistola sequens. Burm.

A commeatu castra repetentes] Locus est oppido obscurus. Nescias enim unde castra repetentes erant, ex Urbene, an e Rhodo. Sabellicus ab urbe rediisse in castra exponit. Atqui Tiberius Rhodi erat: nisi intelligamus Centuriones innuisse, Tiberium Romam ad amicos scripsisse ambigua, quae etiam Augustus resciierit. Sed Sabellicus ait, ad amicos in castris talia scripsisse Tiberium. manet ergo obscuritas. Quidam ut tollant ambiguitatem, ordinem putant. *Venit etiam in suspicionem per quosdam beneficii sui centuriones:* ut culpa sit penes Tiberium. At si *ad amicos*, & *centuriones* id ad Cajum detulerint, viderentur ipsi defecisse a Tiberio ad Cajum, ut mutabiles sunt ad quamlibet auram militum animi. Nihilominus locus in obscuro manet. Glarean. *Commeatus* (inquit Festus) *tempus illud significat, quo quis ire, & redire possit.* Quod spatium excedens miles emansoris aut desertoris loco habendus est. ad diem enim commeatus adesse debet. Qua de re JCti l. I l. II. & l. XIV. de Re militari. Itaque non satis proprie Sueton. *a commeatu* dixit, pro ad commeatus diem. Mallem sane abesse praepositionem *a.* ut inf. *commeatu absuturus*, cap. LXXII. Torr. sed *a commeatu*, est exeunte jam tempore commeatus, quem antea impetraverant. nam dum it & redit aliquis durat commeatus, dum in castra venit l. XXXV. §. 9. ff. ex quib. Caus. major. aliud est *abesse commeatu*, id est, impetrato commeatu. sed *commeatu redire* nemo dixit,

repetentes, mandata ad complures dedisse ambigua, & quae tentare singulorum animos ad novas res viderentur. De qua suscipione certior ab Augusto factus, non cessavit efflagitare aliquem, cujuslibet ordinis, custodem factis atque dictis suis. Equi quoque & armorum solitas exercitationes omisit: redegitque se, deposito 13 patrio habitu, ad pallium & crepidas: atque in tali statu biennio fere permansit, contemtior in dies, & invisior: adeo ut imagines ejus & statuas Nemausenses subverterint: ac familiari quodam convivio mentione ejus orta exstiterit, qui Cajo polliceretur, *Confestim se, si juberet, Rhodum navigaturum, caputque exsulis* (sic enim adpellabatur) *relaturum.* Quo praecipue, non jam metu, sed discrimine, coactus est tam suis, quam matris impensissimis precibus reditum expostulare: impe-

dixit, sed accepto commeatu abire, abesse potest, eo vero exeunte, a commeatu redit in castra. Debent autem intelligi centuriones, qui ab urbe, transeuntes Rhodum, redibant in castra, quae in provinciis Orientis erant, sub Cajo Caesare. ordo est, venit in suspicionem mandata ad complures dedisse, per centuriones castra repetentes &c. BURM.

Efflagitare] *Afflagitare* Memm.

Custodem factis] Sic *custodiendi* verbo usus est ante cap. VII. *ut custoditum sit, ne unquam*, &c. Et custodes tenuioribus in divitum mensis admoveri conqueritur Juvenal. Sat. V. TORR.

13. *Redegitque se deposito*] *Redegit se, deque posito* Memm. *primo habitu* Harl. Edd. Rom. Venetae tres. *pmo* Periz. *vario habitu* Exc. Cujac.

Et crepidas] Ut calcei togae proprii, sic soleae vel crepidae pallii. Caeterum Latini calceos & soleas ita distinguunt, ut Graeci ὑπόδημα & σανδάλιον. ad suendos & concinnandos calceos, sive κοῖλα ὑποδήματα forma lignea opus erat, quam Graeci καλόποδα vel καλοπόδιον vocant. at sandalia sive soleae circum formam non suebantur: nam concava non erant, sed plana, & solum πέλμα sive κάττυμα habebant, quod ad pedem habenis quibusdam religabatur circa digitos primores. SALMASIUS.

Nemausenses] Nemausus nobilis Galliae Narbonensis civitas, olim jus Latii adepta, ubi in honorem Plotinae Augustae basilicam mirabili opere exstruxisse Hadrianum, auctor est Spartian., hodieque admirandae exstant adhuc theatri reliquiae. Et Tiberius fortassis, ex quo Comatae Galliae praefuerat, Nemausensibus invisus erat; sed tamen (quod mireris) exemplaria omnia MSS. *Remausenses*, aut *Reimausenses* habent, Vatic. *remausisses*. TORR. *Remausenses* Codd. Copes. Harl. Hul. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. pr. *Nenmasenses* Lugd. Junt. Ald. Ja. vero Gron. *Resainenses*, vel *Resaenenses* legit, qui in Mesopotamia. sed unde quaeso statuae & imagines Tiberii in illa urbe? in qua numquam forte fuerat. nam in Armeniam exercitum duxisse, ibique signa recepisse narrat noster supr. cap. IX. neque Armeniae fines egressus est, & quae ibi egit, vix memoratu digna indicat Dion lib. LIV. qui etiam signa jam reddita Augusto, antequam evocasset Tiberium, a Phraate videtur narrare: abest autem *Resaena* etiam longius ab Armeniae finibus, quam ut illi Tiberio statuas ponerent, quasi Rector orientis fuisset. Quare quum rexerit comatam Galliam anno, supr. cap. IX. ex more communi statuas & imagines ibi dicatas fuisse credibile est. De quo vid. ad Cicer. II. Ver. 55. & 57. & seq. templa proconsulibus posita dixit noster in Aug. LII. BURM.

Familiari quodam convivio] Liber opt. *quondam*, pro *quodam*. Frequens Suetonio pro aliquando. TORR. *Quondam* Copes. vid. sup. cap. X. & alibi saepe.

Non jam] Pro *non jam amplius*. vid. ad Ovid. II. Art. 93. de *non metu, sed discrimine*. vid. ad Valer. Flac. I. 327. BURM.

Statuere] *Statueret* Edd. Venet. sec. & tert. Lugd. Junt. dein pro *vitricum*, *victricum* hic iterum Edd. Venet. Ald. Steph. & aliae.

M. Lollio offensior,] Ideo quod regum totius Orientis muneribus infamis erat. Atque adeo interdicta sibi Caji amicitia venenum hausit. Plin. lib. IX. cap. XXXV. TORR. Qui in eo itinere exstinctus est, morte incertum, fortuita, an voluntaria. Lege Vellejum lib. II.

petravitque, adjutus aliquantum etiam casu. Destinatum Augusto erat, nihil super ea re, nisi ex voluntate majoris filii, statuere. Is forte tunc M. Lollio offensior, facilis exorabilisque in vitricum fuit. Permittente ergo Cajo, revocatus est: 14 verum sub conditione, ne quam partem curamve Reipublicae adtingeret. Rediit octavo post secessum anno, magna, nec incerta spe futurorum, quam & ostentis, & praedictionibus ab initio aetatis conceperat. Praegnans enim Livia, quum an marem editura esset, variis captaret ominibus, ovum incubanti gallinae subductum, nunc sua, nunc ministrarum manu per vices usque eo fovit, quoad pullus insigniter cristatus exclusus est. Ac de infante Scribonius mathematicus praeclara spopondit: *etiam regnaturum quandoque, sed sine regio insigni*: ignota scilicet tunc adhuc Caesarum potestate. Et ingresso primam expeditionem, ac per Macedoniam ducente exercitum in Syriam, accidit, ut ad Philippos sacratae olim victri-

102. CASAUB.

14. *Et praedictionibus*] *Et praedicationibus* Exc. Cujac.

Praegnans enim Livia] Paulo aliter narrat hoc Plin. x. cap. LV. TORR. Codex Salmas. *praegnans enim*. CASAUB. Et ita Copes. & Hulf.

Variis captaret ominibus] *Captare omen* proprium est μαντικῆς τῆς διὰ κληδόνων, quam describit elegantissime Pausanias in Achaicis: lib. VII. 22. Ὁ ἀφικόμενος ἐρωτᾷ πρὸς τὸ οὖς τὸν θεὸν, ὁποῖόν τι καὶ ἑκάστῳ τὸ ἐρώτημά ἐστι· τὸ δὲ ἀπὸ τούτου ἄπεισιν ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἐπιφραξάμενος τὰ ὦτα· προελθὼν δὲ ἐς τὸ ἐκτὸς τὰς χεῖρας ἀπέχει ἀπὸ τῶν ὤτων· καὶ ἧς τινος ἂν ἐπακούσῃ φωνῆς, μάντευμα ἡγεῖται. *qui ad consultandum venit, deum ad aurem interrogat, prout habet unusquisque argumentum ejus interrogandi. deinde aures manibus obturans, exit e foro: ubi autem foras ventum, manus aufert ab auribus: & quam primam audiverit vocem, eam oraculi loco habet*. Apulejus de Deo Socratis: *Videmus plerosque, qui non suopte corde, sed alterius verbo reguntur: qui ex angiportu reptantes, consilia ex alienis vocibus colligunt, &, ut ita dixerim, non animo, sed auribus cogitant*. Similes modi captandi omina & in templis deorum, & alibi in veterum scriptis possunt observari. Sed hic κληδονισμὸς pro quovis genere μαντικῆς usurpatur. CASAUB.

Ovum] Vide Meurs. ad Lycophron. vs. 328.

Usque eo] *Eo* deest Memm. *usque adeo* Copes. ita apud Senec. Ep. VII. *Imbecillitas usque eo affecit*. ubi alii codices *usque adeo*. ut saepe apud nostrum. vid. infr. cap. XXXIV. LXIII. & alibi: & deinde *Quoad usque* Periz. Ed. Rom. Venet. tres, Bonon. Lugd. vide ad Caes. XIV. BURM.

Scribonius mathematicus] Hic (quisquis fuit) una cum Nigidio Figulo tanto illustrior habendus, quod Romanus. nam mathematici fere Graeculi erant, aut Judaei, atque Aegyptii. Romanus etiam Sylla quidam, Calig. cap. LVII. TORR.

Sine regio insigni] Tacitus de illo ipso Tiberio lib. I. Ann. 7. *Signum praetoriis cohortibus, ut Imperator, dederat, excubiae, arma, caetera aulae*. *Caetera aulae*: nempe lictores, fasces laureati, & si quid praeterea tunc receptum Principi distinguendo. Neque enim adhuc illa Principatus insignia, ignis, diadema, purpura, quae reperta sequenti aevo, ad exemplum regum. Ignis originem antiquam video, & a temporibus Antoninorum. Herodianus sane in Commodo statim meminit, ut rei vulgatae. Idem de Pertinace: Οὐ τι τὸ πῦρ ἐάσας ἑαυτοῦ προπομπεύειν, οὔτ' τι ἄλλο τῶν βασιλικῶν συμβόλων εἰς ὕψος ἐξάρας. Ignis tamen ille non e carbonibus aut ligno: lampas tantum fuit. Docet M. Antoninus in libris suae vitae. Opinor autem Romam traductum morem e Persis. Illorum enim regi praelatus ignis. Diadema primus Romanorum Principum usurpavit Aurelianus: uti in vita ejus Victor. Etsi alibi male id refert ad Caligulam. LIPSIUS Ad l. Taciti & in Excurs. A.

Ignota scilicet tum adhuc Caesarum potestate] Quae potestas speciem principatus habuit, non regni formam. vide libro sequente cap. XXII. CASAUB.

Primam expeditionem] Atqui cap. IX. Cantabricam primam facit, deinde hanc. sed ibi Tri-

ctricium legionum arae, ſponte ſubitis collucerent ignibus: & mox, quum Illyricum petens juxta Patavium adiſſet Geryonis oraculum, ſorte tracta, qua monebatur, ut de conſultationibus in Aponi fontem talos aureos jaceret: evenit, ut ſummum nu-

Tribunus militum prima ſtipendia fecit, hac expeditione Dux exercitui praefuit. vid. Vellej. II. 94. BURM.

Ducente] *Ducentem* Exc. Cujac.

Apud Philippos ſacratae olim victricium legionum arae] Dio in anno DCCXXXIV. Καὶ ἤδη γε ὁ Τιβέριος καὶ περὶ μοναρχίας ἐσκόπει, ἐπειδὴ ἐς τοὺς Φιλίππους αὐτοῦ στρατευσαμένου θόρυβός τέ τις ἐκ τοῦ τῆς μάχης χωρίου, ὡς καὶ ἐκ στρατοπέδου ἠκούσθη, καὶ πῦρ ἐκ τῶν βωμῶν τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου ἐν τῷ ταφρεύματι ἱδρυθέντων αὐτόματον ἀνέλαμψε. CASAUB.

Sponte ſubitis collucerent ignibus:] Liber unus *ſubductis* pro *ſubitis*: quale illud Horatii lib. I. Sat. v. 99.

> *Dum flamma ſine tura liqueſcere limine ſacro*
> *Perſuadere cupit.* TORR.

Hoc magni alicujus venturi boni indicium habitum. Apud Appianum inter ſigna futurae Seleuci potentiae recenſetur ἡ ἑστία αὐτοῦ ἡ πατρῴα, οὐδενὸς ἅψαντος, ἐκλάμψασα πῦρ μέγα. Virgilius VIII. Ecl. 105.

> *Aſpice, corripuit tremulis altaria flammis*
> *Sponte ſua, dum ferre moror, cinis ipſe: bonum ſit.*

Servius ad hunc locum: *Hoc uxori Ciceronis dicitur contigiſſe: cum poſt peractum ſacrificium libare vellet, in cinere viſa eſt flamma, quae flamma eodem anno conſulem futurum oſtendit ejus maritum: ſicut Cicero in ſuo teſtatur poëmate.* Narrat & Plutarchus in Cicerone hanc hiſtoriam: ſed multa in ejus narratione diverſa. Vide amplius Euſtath. ad principium Ῥαψῳδίας Ι, ubi & Tiberii meminit, ſed, ut videtur, non iſtius. CASAUB. *Subductis* Harl. Periz. a. m. pr. Edd. Venet. tres. ita apud Ovid. Rem. 446. in quibuſdam codicibus.

> *Caſſaque ſubducto ſtipite flamma perit.*

ſed tunc legendum foret hic *ſubductis lignis*. *ſubditis* Ed. Rom. ſed vulgata ſana eſt, & prodigium ex eo genere, quo arae, demiſſo ex coelo ſponte igni, ſaepe accenſae narrantur. de quo egi in Jove Fulgerat. cap. IX. de his aris vero vide Jac. Gron. Theſ. Ital. tom. III. in *Bello Philippenſi.* ubi nummum exhibet, qui quomodo ad hunc locum illuſtrandum trahi poſſit, non video. neque ara, neque ſubitus ignis ibi conſpicitur, ſed victoria coronans Auguſtum. BURM.

Geryonis oraculum,] De hoc oraculo nihil equidem memini me legiſſe. De Aponi vero fonte elegans Claudiani poëtae carmen:

> *Fons, Antenoreae vitam qui porrigis urbi*, &c.

Et ubicunque de aquis Patavinis loquitur Plin. eundem (ut puto) fontem intelligit, ut lib. II. cap. CIII. & lib. XXXI. cap. VI. Eumque locum (nam & vicum ipſum, in quo fons erat, *Aponum* vocant) Theodoricus rex, ut Caſſiodorus lib. II. Var. 39. tradit, ob celebritatem moenibus cinxit. Sane Lucan. lib. VII. 192. ait,

> *Euganeo (ſi vera fides memorantibus) augur*
> *Colle ſedens, Aponus terris ubi fumifer exit*

iis verſibus deſcribere aliquem videtur, qui oraculo huic praefuerit. TORR. *Gereonis* Copeſ. Edd. veteres *Geryonis* vel *Gerionis* habent. *Geioris* Exc. Cujac. elegantius eſſet *Geryonae*: nam primo caſu *Geryones* dicitur, ut Ovid. Ep. IX. 92. & ita Calpur. IV. Ecl. 41. *Paſcua Geryonae*. & Priſc. perieg. 572. *poſt fata peremti Gerionis*. ubi codex, quem contulit optimus Dorvillius, *Geryonae*. vide Vinet. ad Auſon. Gryph. 82. & Heinſ. ad Claud. I. in Rufin. 296. & ad Virg. VIII. Aen. 202. Gronov. ad Senec. Herc. Furent. 1170. & Agam. 841. *Geryon* dicitur primo caſu a Senec. Herc. Oet. 26 in lapide a Cl. Graevio adducto legitur *Gerionis*. ſed ſive ibi oraculum hoc debeat intelligi, ſive ſit nomen proprium, vel ejus pars ex mutilato, nihil certi efficitur. praeſertim quum repertus ſit ad Nicrum, longe a Patavio diſtantem. Cael. Calcag. de Ludo Talor. pag. 292. in codicibus quibuſdam extare dicit, *regionis oraculum*. in Copeſ. erat etiam *juxta Patavinum*. Ridicule vero Pitiſcus ad cap. LXIII. Inter vicina urbi oracula, ut Antiatinae & Praeneſtinae ſortes, de ſuo addit hoc Geryonae, quod vicinum Patavio, non Romae ex hoc ipſo loco potuiſſet ſcire. BURM.

Ut in conſultationibus in Aponi fontem talos aureos

numerum jacti ab eo ostenderent: hodieque, sub aqua visuntur ii tali. Ante paucos vero quam revocaretur dies, aquila, numquam antea Rhodi conspecta, in culmine domus ejus adsedit: & pridie quam de reditu certior fieret, vestimenta mutanti, tunica ardere visa est. Thrasyllum quoque mathematicum, quem ut sapientiae

aureos jaceret] Explorandi futurorum caussa soliti veteres in certos fontes varia conjicere: exemplum habes apud Pausaniam in Laconicis de aqua Inûs dicta. Aliud genus ὕδατος μαντικοῦ fuit, cujus meminit Sozomenus lib. V cap. XIX. fuere item genera alia, quorum geographi meminerunt & historici. Talos vero in consultationibus ejusmodi solitos adhiberi, declarat ἀστραγαλομαντεῖον appellatio. sed de his alibi fusius. CASAUB. Sic in lacum Curtii, jactae stipes supr. Aug. LVII.

Sub aqua] Simile quid de monili Eriphyles narrat Lutatius ad Stat. IV. Theb. 190. BURM.

Ii tali.] *Hi* Memm. Copes. Periz. Hulf. Harlem. & Edd. veteres plurimae.

Aquila, nunquam antea Rhodi conspecta, in culmine domus ejus assedit:] Plinius lib. X. cap. XIX. *Rhodus aquilam non habet.* Sic de aliis animalibus in literas relatum est, nunquam in certa loca esse illa ingressa. *Avem noctuam Creta non habet*, inquit Solinus. Fuit & Romae Herculis sacellum in foro Boario, quo neque canibus, neque muscis erat ingressus. & similia his apud veteres non pauca. de ista aquila Apollonides poëta, ut videtur, aequalis illorum temporum lib. I. Anth. cap. LX.

Ὁ πρὶν ἐγὼ Ῥοδίοισιν ἀνέμβατος ἱερὸς ὄρνις,
Ὁ πρὶν Κιρραφίδαις αὐτὸς ἰσσεὰξ,
Ὑψιπετῆ τότε ταρσὸν ἀνὰ πλατὺν ἠέρ' ἀερθεὶς,
Ἤλυθον, Ἠελίῳ νῆσον ὅτ' εἶχε Νέρων.
Κείνου δ' αὐλίσθην ἐνὶ δώμασι. χειρὶ συνήθης
Κοίρανος, οὐ φεύγων Ζῆνα τὸν ἐσσόμενον. CASAUB.

Notum est, quaedam animalia in certa loca non ingredi & ex forte ingressis omina, sive laetiora, sive trisliora, capere veteres solitos fuisse. At minus notum, opinor, orta inter vicinas gentes de limitibus controversia, consulta velut hoc nomine natura, gravissimas lites olim fuisse terminatas. Quare unicum, quod se mihi obtulit, idque nobilissimum, exemplum adscribere haud gravabor. Orta olim controversia inter Angliae, seu Britanniae majoris, ac Hiberniae populum, utri Mona insula, quae nunc Mania dicitur, in maris interfluentis medio posita, deberetur, venenosos vermes advehunt. Hos cum insulam hanc admittere & fovere, uti Angliae aut magnae Britanniae partem rei quam, Hiberniam contra eos necare observassent, Britanniae eam applicandam communis omnium censura dictavit: ut loquitur Giraldus Cambrensis, qui sub Henrico Angliae rege floruit, Topogr. Hibern. BOXHORN.

Assedit] Ita omnes libri, sed in marg. Ed. Ant. Gryph. *assidit* pro varia lectione legitur. & certum est *sidere*, *considere*, *insidere* passim de avibus dici, ut docuit Heins. ad Ovid. I. Met. 307. ita & apud Lucan. III. 40.

Illic & volucres metuunt insidere ramis.

ita codex Turrianus & alii. *consistere* vero a Glossatoris inepti manu est, quam defendere est mera aliquid novandi libido, cui numquam loca alia scriptorum deerunt. & quum verba *sedeo*, & *sido*, eorumque composita centies confundantur, ut ad Quinctil. II. de Inst. I. ostendi: facile est hujus vel alterius, pro libidine suscipere tutelam. *sederunt* de duabus aquilis dixit Inst. XII. 16. liberum ergo erit arbitrium lectori. BURM.

De reditu] *De ritu* Ed. Venet. usu.

Vestimenta mutanti tunica ardere visa est.] Simile ostentum non semel sibi oblatum Damascius scripsit in vita Isidori philosophi. Ἐμοί, ait, ἐσθουμένῳ τε καὶ ἐκδυομένῳ, οἷς καὶ ἄλλοις τισὶ συμβαίνει, συμβαίνει δ' ἂν σπινθῆρας λαμπάδας ἐξαισίας, ἐφ' ὅτι καὶ κλύοιμι ταραχθέντας, ἐνίοτε δὲ καὶ φλόγας ὅλας καταλάμπειν τὸ ἱμάτιον, μὴ μέντοι καιούσας, καὶ τὸ πέρας ἀγνοῶ, ἐφ' ὃ τελευτήσει. Eo loco scriptor ille, ut apparet ex reliquiis apud Photium, eruditissimus, plura similium ostentorum exempla de veteri historia collegerat. quare ne istud quidem, quod Tiberio Rhodi evenerat praetermissum ab eo fuerat. Sed aliter Graecus rem narrat, quam Suetonius: non enim tunicam, sed asinum Tiberii visum ardere scribit ex Plutarcho. Sic ille post expositam de Severi equo similem historiam: Καὶ Τιβερίῳ ὄνος, ὡς Πλούταρχος ὁ Χαιρωνεύς φησιν, ἔτι μειρακίῳ ὄντι, καὶ ἐν Ῥόδῳ, ἐπὶ λόγοις ῥητορικοῖς διατρίβοντι, τὴν βασιλείαν διὰ τοῦ αὐτοῦ καθέμενος (ἀναθρώσκων ἀφεὶς διὰ τοῦ στόματος) ἐσημαίνετο. CASAUB.

Thrasyllum] Thrasylli mentio Aug. cap. XCVIII.

tiae professorem contubernio admoverat, tunc maxime expertus est, adfirmantem nave provisa gaudium adferri, quum quidem illum durius, & contra praedicta cadentibus rebus, ut falsum & secretorum temere conscium, eo ipso momento dum spatiatur una, praecipitare in mare destinasset. Romam reversus, deducto in fo- 15 rum filio Druso, statim e Carinis ac Pompejana domo, Esquilias in hortos Maecenatianos transmigravit: totumque se ad quietem contulit, privata modo officia obiens, ac publicorum munerum expers. Cajo & Lucio intra triennium defunctis,

xcviii. Plura de eo Dion, & Tacit. Juvenal. Sat. vi. 576. hoc versu, *numeris revocata Thrasylli*, Thrasylli nomen pro quovis mathematico posuit. Nisi forte ephemeridas, aut quid aliud eam ad artem pertinens, Thrasyllus scripserit. TORR. Hic philosophiam profitebatur, non curiosas illas artes: eoque nomine primum fuisse in contubernium Tiberii admissum, innuit Themistius oratione xii. & Suetonius ipse hoc loco, *Thrasyllum, ut sapientiae professorem, contubernio admoverat.* De eo vetus Scholiastes Juvenalis ad Sat. vi. *Thrasyllus multarum artium scientiam professus, postremo se dedit Platonicae sectae, ac deinde mathesi: qua praecipue viguit apud Tiberium, cum quo sub honore ejusdem artis familiariter vixit. quem postea Tiberius in insula Rhodo praecipitare voluit in pelagum, quasi conscium promissae dominationis. Quem dolum cum praesensisset, fugit.* Experimentum, quod hic narrat Suetonius, referunt paullo aliter Tacitus vi. Annal. 20. Dio lib. lv. & Cedrenus. CASAUB.

Tunc maxime] *Cum maxime* Memm. & ita alibi variant scripti. sed *tunc maxime* hic jure retinet Cl. Duker. ad Flor. ii. 16., *tum maxime* Copes. contra Longolius ad Plin. x. ep. 58. *cum maxime* praefert. BURM.

Praevisa] Ita Casaubonus & eum secuti ediderunt. priores omnes *provisa.* utrumque satis defendi potest, sequor tamen Memmianum codicem. Val. Fl. ii. 442.

Jam quas praeviderat urbes
Navita condebat. ubi eadem est variatio, & notae consulendae. vid. ad Aug. x. BURM.

Contra praedicta] *Supra* Ed. Venet. pr.

15. *Deducto in forum filio Druso*] Id tirocinii die fiebat, quo adolescentes posita praetexta, sumptaque virili toga, quam & puram vocabant, tanquam forensibus jam apti negotiis, in forum deducebantur. Sup. Aug. cap. xxvi. inf. Calig. cap. x. & Ner. cap. vii. Plura ad Horat. lib. i. Sat. ii.

Nomina sectatur modo sumpta veste virili.
TORR.

E Carinis ac Pompejana domo] Sic Sueton. de Lenaeo Grammatico, Pompeji liberto: *Docuit in Carinis ad Telluris aedem, in qua regione Pompejorum domus fuerat.* Eam bello civili Antonius occupavit. Quod Sex. Pompejo occasionem dedit scommatis in Antonium, de quo Plutarch. Antonio, & Dion lib. xlviii. in triremem namque eum una cum Augusto inito jam foedere convivio excipiens, in cariuis caenaturos dixit. TORR. Ex Ciceronis ad Atticum epistolis scimus, morem fuisse nobilium adolescentum, ut mox a virili sumta toga in proprias aedes a patre emigrarent: non enim aliter suam dignitatem satis tueri posse videbantur. Propterea Domitianus a patre correptus cap. ii. *quo magis conditionis admoneretur, habitabat cum patre una.* Quod igitur Tiberius filio post assumtam liberam togam domo statim ei cedit, dignitati illius consultum hac ratione voluit, quando sibi omnes ad rempublicam aditus praeclusos videbat. CASAUB.

Privata modo] *Privato modo* Hulf. *privata vero* Copes.

Triennium] Cap. lxv. in Augusto Suetonius ait, *Cajum & Lucium in duodeviginti mensium spatio amisit ambos.* Tu vide, uter ex altero locus emendandus sit, hic ne, *intra biennium*, pro *intra triennium*, an illic, *duodetriginta*, pro *duodeviginti*: Nam codices constanter ita habent. Et mirum commentatores ne uno quidem verbo haec annotasse. GLAREAN. Biennium solum est, si Velleium audimus, & Dionem lib. liii. TORR. Non displiceat *biennium*, ut docti emendant ex ipso Suetonio lib. ii. cap. lxv. vel interpretare triennium de intervallo temporis a reditu Tiberii ab exilio voluntario ad illud,

ctis, adoptatur ab Augusto simul cum fratre eorum M. Agrippa: coactus prius ipse Germanicum fratris sui filium adoptare. Nec quidquam postea pro patrefamilias egit: aut jus, quod adoptione amiserat, ex ulla parte retinuit. Nam neque donavit neque manumisit: ne hereditatem quidem, aut legata percepit ulla aliter, quam ut peculio referret accepta: nihil ex eo tempore praetermissum est ad majestatem ejus augendam, ac multo magis postquam, Agrippa abdicato atque seposito, certum 16 erat, uni spem successionis incumbere. Data rursus potestas tribunitia in quinquennium:

quo uterque horum jam excesserat: huic interpretationi eruditorum hominum ut potius assentiar, consensus facit omnium librorum cum edita lectione, quam & Memmianus agnoscit. CASAUB. Vid. Lips. ad Tacit. I. Ann. 3. & Schegk. & Popm. ad Vellej. II. 102.

Adoptatur ab Augusto] Aug. cap. LXV. Hinc Justin. Imp. titul. de Adoptionibus: *Sic Divus Augustus non ante Tiberium adoptavit, quam is Germanicum adoptasset, ut protinus adoptione facta inciperet Germanicus ei nepos esse.* Sed & Hadrianus Antoninum Pium ea lege adoptavit, ut ille Marcum & Verum sibi adoptaret. Testis Capitolin. TORR. Dio lib. LV. & fusissime mancipium Tiberianum Paterculus II. 103. & 104. CASAUB.

Pro patrefamilias] Paterfamilias est, quicunque exemptus e patria potestate, licet vel impubes sit. l. 50. ff. de Leg. 3. *Si quis patrifamilias impuberi leget.* &c. GOESIUS.

Jus, quod adoptione amiserat] Capitis nempe deminutionem passus, ac sub alterius constitutus potestate. Sic nimirum Antoninus, cum recens ab Hadriano adoptatus reprehenderetur ab uxore, quod nimis exigua largiretur, *Atqui, stulta,* (inquit) *postquam ad imperium venimus, etiam quod ante habuimus, perdidimus.* Auctor idem Capitolin. cap. IV. TORR.

Adoptione] Deest Memmiano.

Ex ulla parte retinuit.] Quod facile poterat, tot rebus, ac magistratibus praeclare gestis, neque Augusto aliquod ex adoptione lucrum quaerente. TORR.

Nec hereditatem quidem] Vitium frequens etiamnum in nostro & aliorum veterum scriptis. cap. 21. *Nec illud quidem ignoro.* Caligula cap. 11. *Naturam tamen saevam atque probrosam nec tunc quidem inhibere poterat.* Nerone cap. 10. *Neque liberalitatis, neque clementiae, nec comitatis quidem exhibendae ullam occasionem omisit.* Quibus omnibus locis, ut & apud Justinum 7. 5. & 38. apud Florum 2. 5. & 17. *ne* pro *nec* scripsisse auctores puto. Illud forte morari aliquem possit Tiber. 37. *per legatos compescuit, nec per eos quidem.* Quasi sit, *et ne per eos quidem.* Tamen & hic censeo Suetonium scripsisse, *ne per eos quidem:* & usum asyndeto, quali solebant ante [illegible] *in his*, de quo ad Livium 27. 12. GRONOV. Et hic *nec* Plant. Casaub. & recentiores, ut fere semper. vid. Caes. XXIV. Aug. X. XVI. Tib. X. inf. cap. XXI. & saepe alibi: & apud Virg. I. Georg. 126. sed Gronovius & Duker. ad Flor. II. 7. *ne quidem* praeferunt. observarunt praeterea viri docti elegantius inter *ne* & *quidem* interponi unam aut alteram vocem: sed ne hoc quidem perpetuum, duobus ex Cicerone & tertio ex Livio locis, jam olim ostendit non indoctus vir, Guliel. Insulan. observ. L. L. pag. 34. BURM.

Ut peculio referret accepta.] Atqui ne peculium quidem ullum est, nisi patris ac domini consensu, ut JCti nostri tradiderunt. Nec male Isidor. lib. V. cap. XXV. *peculium* esse dicit, *quod pater vel dominus filium suum, vel servum pro suo jure tractare patitur.* TORR. Significat Tiberium ea bona, quae sibi testamentis amicorum relinquerentur, possedisse, non tanquam legatarium aut heredem, (nam eo titulo acquisisset patri, non sibi) verum jure peculii, quasi accepta a patre & concessa sibi fuissent. CASAUB.

16. *Data rursus potestas tribunitia in quinquennium*] Dio lib. LV. [illegible] videtur legendum ex Suetonio [illegible]. CASAUB.

Delegatus pacandae Germaniae status] Vix satis Latinum videtur. Lego, *delegatus pacando Germaniae statui*, vel *delegatus pacandus Germaniae status.* Sic fere in Caligula cap. I. *Ad*

nium: delegatus pacandae Germaniae status: Parthorum legati, mandatis Augusto Romae redditis, eum quoque adire in provincia jussi. Sed nuntiata Illyrici defectione, transiit ad curam novi belli: quod gravissimum omnium externorum bellorum post Punica, per quindecim legiones, paremque auxiliorum copiam, triennio gessit: in magnis omnium rerum difficultatibus, summaque frugum inopia. Et quamquam saepius revocaretur, tamen perseveravit; metuens, ne vicinus & praevalens hostis instaret ultro cedentibus. Ac perseverantiae grande pretium tulit: toto Illyrico, quod inter Italiam, regnumque Noricum, & Thraciam, & Macedoniam, interque Danubium flumen, & sinum maris Adriatici patet, perdomito & in ditionem redacto. Cui gloriae amplior adhuc ex opportunitate cumulus ad- 17 cessit. Nam sub id fere tempus Quintilius Varus, cum tribus legionibus in Germania periit: nemine dubitante, quin victores Germani juncturi se Pannoniis fuerint,

5. *Ad componendum Orientis statum expulsus.* Trogus sive Justinus libro XLII. cap. 5. *Quum in Syriam ad componendum Orientis statum venisset.* Utrumque dicimus, & *delegare alicui negotium*, & *delegare aliquem negotio*. CASAUB. Recte haec non satis Latina credidit Casaubonus. neque in omnibus veterum locis, quae de hoc verbo *delegare* adducit summus Gronov. ad Liv. XXVIII. 42. & XXIX. 20. aut alii, ullum video similem huic Suetonii. *status* enim non delegatur, sed *munus*, *provincia* pacandae Germaniae, & componendi statum partes possunt delegari. sic cap. LXIII. *delegare plurima*. Cal. LVII. *delegare occidendum*. quare potuit scripsisse Suetonius: *data rursus potestate tr. i. 5. delegatus pacandae Germaniae statim*. nam ut *delegare alicui negotium*, ita & *delegare aliquem negotio* dici posse recte notat Casaubonus: quod nos uno aut altero exemplo adfirmabimus. Columel. III. 10. *quis non imprudentissimum quemque huic negotio delegat?* aliquantum diversa ratione, pro relinquere, committere, Hist. de Bel. Gal. VIII. 22. *caussam peccati facillime mortuis delegari*. si non placet hoc, alteram Casauboni conjecturam praeferrem, *delegatus pacando Germaniae statui*. ut *pacando* esset pro ordinando, componendo. ut centies poni solet. BURM.

Parthorum] *Pastorum* Exc. Cujac.

Redditis] *Editis* Periz a. m. prima. verba haec *reddere* & *edere* saepe confusa patet ex Ovid. XIV. Met. 409. & Claud. Bel. Get. 545. *edere mandata* vero dixisse Curtium vidimus ad Ovid. XI. Met. 647. quare si pluribus MSS. firmaretur, *editis* praeferrem. BURM.

In provinciam] *In provincia* Copesf. Harlem. Ed. Rom. Venet. pr. Lugd. Junt. Ald. recte ut puto, eum, qui in provincia, non Romae erat. *in provincia jussi sunt. sed.* Exc. Cujac. BURM.

Triennio] *Trienniorum* Exc. Cujac.

Et quanquam saepius revocaretur, tamen perseveravit] Unde nata illa suspicio Augusti, quam tangit Dio lib. LV. Ὁ Αὔγουστος ὑποπτεύσας ὡς τὸν Τιβέριον, ὡς δυνηθέντα μὲν ἂν διὰ ταχέων αὐτοὺς κρατῆσαι, τρίβοντα δὲ ἐξεπίτηδες, ὅπως ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐν τοῖς ὅπλοις ἐπὶ τῇ τοῦ πολέμου προφάσει ᾖ. CASAUB. *Vocaretur* Hulf. vide vero Dodwel. Annal. Vellej. §. 2.

Inter Italiam regnumque Noricum] Recte sic Pulm. cum in vulgatis codicib. *intra Italiam* legatur. Quin si meo arbitrio fieret, illud *regnumque* expungeretur, additum ab eo, qui *Noricum* absolute dici, uti & *Illyricum*, ignorabat. TORR. Meminit Vellejus libro II. cap. 105. *Ipse a Carnunto, qui locus Norici regni proximus ab hac parte erat, exercitum, qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomannos orsus est.* CASAUB. *Intraque Italiam*, omnes Codd. mei & Edd. usque ad Torrent. & Plant. quos secuti reliqui, qui *inter* ediderunt, & sane, quia sequitur *inter Danubium*, ex more nostro praepositio eadem repetenda videtur. sic inf. cap. XXVI. *ne inter simulacra deorum, sed inter ornamenta aedium ponerentur*. vid. ad Aug. LXXI. praeterea *extra* Italiam erat Illyricum, non *intra*. BURM.

17. *Juncturi se Pannoniis*] Pannonios, Germanis proximos, Illyrici finibus comprehendit, uti & Appian. TORR.

rint, nisi debellatum prius Illyricum esset. Quas ob res triumphus ei decretus est, multique & magni honores. Censuerunt etiam quidam, ut Pannonicus, alii ut Invictus, nonnulli, ut Pius cognominaretur. Sed de cognomine intercessit Augustus, eo contentum repromittens, quod se defuncto suscepturus esset. Triumphum ipse distulit, moesta civitate clade Variana. Nihilo minus urbem praetextatus, & laurea coronatus intravit: positumque in Septis tribunal, senatu adstante, conscendit: ac medius inter duos consules cum Augusto simul sedit: unde, populo consalutato, circum templa deductus est. 18 Proximo anno repetita Germania, quum animadverteret, Varianam cladem temeritate & negligentia ducis adcidisse, nihil non de consilii sententa egit, semper alias sui arbitrii, contentusque se uno, tunc praeter consuetudinem cum pluribus de ratione belli communicavit. Curam quoque solito exactiorem praestitit. Trajecturus Rhenum, commeatum omnem ad certam formulam adstrictum non ante transmisit, quam consistens apud ripam explorasset vehiculorum onera: ne qua deponerentur, nisi concessa aut necessaria. Trans Rhenum vero

Quas ob rem triumphus ei decretus est] Refert Dio lib. LVI. in anno DCCLXII. Triumphavit autem Tiberius anno tantum DCCLXV. Casaub.

Quidam] Omisit Jac. Gron. an consilio, an culpa operarum, nescio.

Multique & magni] *Multi & omnes* nostri scripti & ad Gryph. usque Editi olim, nisi quod *decretus*, *& multi & magni* Steph. & ita Aug. LI. *multa & magna documenta*. vid. ad Othon. cap. I. *honoris* Rom. Burm.

Ut pius] *Impius* Exc. Cujac.

Eo contentum repromittens] *Repromittere* JCtis est nuda pollicitatione, nec satisdato promittere. Ut *repromissio* & *satisdatio* inter se opponantur. Torr.

Quod se] *Ut se* Periz. a. m. pr. intelligit nomen *Augusti* quod cap. XXVI. *hereditarium* vocat, ex adoptione scilicet transmissum, & hinc videmus jam *Augusti* nomen solis imperatoribus proprium dedicatum, a quo postea *Caesares* inferiori appellatione distincti. Burm.

Triumphum distulit] Hunc locum illustrari credit Patinus nummo Tiberii, in quo conspicitur currus triumphalis vacuus, quia scilicet ob moestitiam publicam Imperator honorem triumphi recusavit. Sed ignoscant mihi manes viri, in re numismatica versatissimi, sed saepe, nimio studio omnia ex nummis illustrandi, errantis, si mihi absurdum videatur, post sextum, aut septimum & vigesimum ab hac dilatione triumphi annum maestitiam illam publico monumento testatum fuisse Tiberium. nam praefert numus ille Trib. Pot. XXXVIII. id est ex calculo Occonis A. U. C. DCCLXXXIX. quum Clades Variana acciderit DCCLXII. ad quem annum talis numus debuisset esse cusus, si decreti triumphi, non tamen acti, honorem vacuo curru, voluisset signare. pro *moesta* vitiose in Exc. Cujac. legebatur *majesta*. Burm.

Positumque in Septis tribunal,] Dio in actis anni DCCLXII. initio lib. LVI. Ὁ Τιβέριος ἐς τὴν Ῥώμην ἀνεκομίσθη, καὶ αὐτῷ ὁ Αὔγουστος ἐς τὸ προάστειον ἀπαντήσας ἦλθέ τε μετ' αὐτοῦ ἐς τὰ Σέπτα, κἀνταῦθα ἀπὸ βήματος τὸν δῆμον ἠσπάσατο. Ex Suetonio disces, quomodo haec verba accipienda sint. Et fortasse scripserat ἀπελθὼν, non ἀπαντήσας. Casaub. In *saeptis*, & *in senatu* Memm.

Deductus est.] Liber unus *devectus est*, sed non placet. cum enim neque ovans, neque curru ingressus esset, peditem obiisse templa vel religionis caussa credendum est. Torr. Vid. sup. ad Cap. IX.

18. *Semper alias sui arbitrii*] ἰδιογνώμων καὶ αὐθάδης. Casaub. Ita *sui juris sententiaeque* dixit Cicero I. Verr. 7. ubi vide Lambin. contra *alieni arbitrii* Claud. II. deinde *de concilii* Basil. & Gryph. & aliae. *nihil de consilii* Harlem.

Ne qua deponerentur,] Melius MSS. omnes *deportarentur*. Torr. *Deponerentur* Harlem. Edd. Venetae tres, Bonon. Basil. Steph. Gryph. Colin. & aliae. quae lectio mihi prae *deportarentur* placet, quam glossam esse alterius puto: nam quum ponte nullo esset Rhenus stratus, vehiculis commeatum, apparatum bellicum & omnis generis sarcinas ad flumen devehebant, ibi deponebantur e vehiculis sc. ut navibus impositae transveherentur: stans ergo Ti-

vero eum vitae ordinem tenuit, ut sedens in cespite nudo cibum caperet: saepe sine tentorio pernoctaret: praecepta sequentis diei omnia, & si quid subiti muneris injungendum esset, per libellos daret: addita monitione, ut de quo quisque dubitaret, se, nec alio interprete, quacumque vel noctis hora uteretur. 19 Disciplinam acerrime exegit: animadversionum & ignominiarum generibus ex antiquitate repetitis: atque etiam legato legionis, quod paucos milites cum liberto suo trans ripam venatum misisset, ignominia notato. Praelia, quamvis minimum fortunae ca-

Tiberius ad ripam onera explorabat, nec deponi ex vehiculis patiebatur, nisi concessa aut necessaria. & proprium in hac re verbum est *deponere*. Caes. de Bell. Civ. I. 80. *jumentis sarcinas deponere*. Front. I. V. 3. *ne sarcinas solverent, aut onera deponerent*. Ovid. V. Trist. VI. 5.

Sarcina sum fateor, quam si tu tempore duro
Depositurus eras, non subeunda fuit.

& ita *deposita lectica* Aug. LXXVIII. *ponere* & *portare*, eorumque composita saepe alterius locum occuparunt. sic *reponere* & *reportare* Propert. IV. IV. 35.

Ille equus, ille meos in castra reponet amores.

quod praefero prae *reportet*. nam est idem quod *deponet*: reponet me amantem in castris apud Tatium. sic apud Virg. IX. Aen. 502.

Interque manus sub tecta reponunt.

ubi alii *reportant*. BURM.

Sedens in cespite nudo] Horat. lib. II. Od. XV.

Nec fortuitum spernere cespitem
Leges sinebant.

& eleganter Tibull. II. vs. 99.

At sibi quisque dapes, & festas exstruet alte
Cespitibus mensas, cespitibusque toros.

TORR. Catonem Uticensem imitatus, de quo Plutarchus: Ἐδείπνει δὲ καθήμενος ἀφ' ἧς ἡμέρας τὴν ἐν Φαρσάλῳ ἧτταν ἔγνω, καὶ τοῦτο τῷ λοιπῷ προσέθηκε πένθει, τὸ μὴ κατακλιθῆναι πλὴν καθεύδων. CASAUB. *Nudo cespite*, frigide interpretatur Pitiscus, qui si Beroaldum inspexisset, potuisset dicere hic *nudo* poni, pro non vestimentis strato, sine aulaeis & tapetibus, quod probare multis nihil attinet: *in* deest Venet. prim. *capere* etiam Exc. Cujac. BURM.

Pernoctaret] *Pernoctarit* Memm.

Praecepta sequentis diei omnia per libellos daret] Ita soliti etiam in urbe, qui diligentius curam aliquam publice administrabant. Julius Frontinus de Aquaeduct. Urbis Romae: *Tam amplum numerum utriusque familiae, solitum ambitione aut negligentia praepositorum in privata opera diduci, revocare ad aliquam disciplinam & publica ministeria instituimus, ut pridie quid esset actum, dictaremus; & quid quaque die egisset, actis comprehenderetur*. CASAUB.

Si quid] *Et si quid* omnes mei & Edd. antiq. & novae, praeter Graevii posteriores. quae quare omiserit, nescio. *timoris* vel *muneris* Exc. Cujac.

Quisque] *Quisquis* Periz.

Vel noctis] *Nec noctis* Exc. Cujac.

19. *Trans ripam venatum*] Libet asscribere Macri JCti l. XII. de Re Militari verba. *Debet* (inquit) *qui meminerit se armatis praeesse, parcissime commeatum dare, equum militarem extra provinciam duci non permittere, ad opus privatum, venatum, piscatum militem non mittere. nam in disciplina Augusti ita cavetur*. TORR.

Quamvis minimum fortunae casibusque permitteret] Non praetermittit hanc vere magnam boni ducis laudem Vellejus II. 97. *Peragratusque victor omnes partes Germaniae sine ullo detrimento commissi exercitus, quod praecipue huic duci semper curae fuit*. Et alio loco idem plenis velis, cap. 115. *Nihil in hoc tanto bello, nihil in Germania aut videre majus, aut mirari magis potui, quam quod Imperatori nunquam adeo ulla opportuna visa est victoriae occasio, quam damno amissi pensaret militis. semperque visum est gloriosum, quod esset tutissimum*: &c. CASAUB. *Casibus* Copes. & Huls. Junt. Ald. Steph. quod dubium facit quid praeferam; saepe enim Fortunam a casu distinguunt, ut duo diversa quasi numina. Cicer. pro Fontej; cap. XV. *ad casum fortunamque felix*. Sulpicius apud Cicer. IV. ad Famil. Ep. 12. *quoniam casus & fortuna in nobis dominatur*. ubi non accedo Victorio, qui *natura* praefert, licet id quoque probet Broukhusius ad Propert. III. V. 15. leg. 1. §. 11. ff. de magistrat. conven. *non debeat magistratus futuros casus & fortunam praestare*. saepe etiam

casibusque permitteret, aliquanto constantius inibat, quoties lucubrante se subito ac nullo propellente, decideret lumen, & exstingueretur: confidens, ut ajebat, ostento, sibi ac majoribus suis in omni ducatu expertissimo. Sed re prospere gesta, non multum afuit, quin a Bructero quodam occideretur: cui inter proximos versanti, & trepidatione detecto, tormentis expressa confessio est cogitati facinoris.

20 A Germania in urbem post biennium regressus, triumphum, quem distulerat, egit: prosequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat. Ac prius quam in Capitolium flecteret, descendit e curru, seque praesidenti patri ad genua submisit. Batonem Pannonium ducem ingentibus donatum praemiis, Ravennam transtulit: gratiam referens, quod se quondam cum exercitu iniquitate loci circumclusum, passus esset evadere. Prandium dehinc populo mile mensis, & con-

Fortunae *casus*, ut ejus effectum, quemadmodum reliquis Deis numen, adscribitur. vide quae dixi ad Quinctil. Decl IV. 13. & Gronov. ad Liv. XXX. 30. & Snakenb. ad Curt. IV. X. 2. BURM.

Decideret] *Deciderit* Harl. & Venet. tres, *&* deest Memm.

Ut ajebat] *Ut agebat* Exc. Cujac. quae & *a majoribus*. Ut Harl. Copes. Periz. Hulf. Edd. Venet. tres, Bonon. Lug. Junt. Ald. Steph. & aliae. *Et majoribus* Roman.

In omni ducatu] V. C. habet *in omni ductu expertissimo*. URSIN. *Experti somno* Hulf.

Parum abfuit, quin a Rutheno] Meliores duo codices *a Bructero*, & *afuit*, pro *abfuit*, veteri more, ut in Pand. Flor. Alii *Ructerum*, & *Ruterum*, & *Ruthenum* vocant. Et Rutheni quidem Galli sunt, sed Bructeri ex Caesaris Commentariis notiores. Ruteros etiam Germani patrio nomine omnes equo merentes vocant. Hinc factum, ut Romani tanquam proprium viri nomen expresserint. TORR. *A Bructero quodam*, sic quidem duo Codd. Torrentii, & recte: nostri alludunt, sed alludunt tantum. nam pr. *a Ructerio qu.* sec. *a Bruteroqu.* tert. *a Rhutero quodam*. ante vulgati *a Rhuteno*. GRUT. A *Ructero* Harlem. Ed. Venet. pr. *Rhutero* vel *Rutero* pleraeque veteres. *Brutero* vel *Bructero* volebat Voss. ad Vellej. Paterc. II. 105. *Ruteni* sunt Galliae populi, non Germaniae, ut recte adnotavit Oudendorp. ad Lucan. I. 402. BURM.

Affuit] *Afuit* Memm.

Confessio] *Confessione* Hulf.

20. *In urbem*] *In urbe* Harlem. *post biennio* Exc. Cujac.

Legatis] Inter quos fuit L. Domitius, Neronis Caesaris avus. Ner. cap. IV. Incidit autem hic triumphus in A. U. DCCLXVI. TORR.

Prinsquam in Capitolium flecteret] Triumphantes, peracta triumphandi pompa, Capitolium ingrediebantur, ibique hostiis immolatis in Palatium recedebant: ut docet Josephus lib. VII. belli Judaici. BEROALD.

Batonem] Sic, & Turnebi cod. & nostri duo, vulgati *Bationem* appellant. Meminit etiam Dion lib. LV. *Batonem* vocans. TORR. Dio Dalmatiae, non Pannoniae regem facit, perperam: ut observat & Scaliger, quem vide ad numerum Chronici Eusebiani MMXXIII. CASAUB. Cum se Tiberio dedisset, teste Dione, in triumpho ductus est, ut constat ex Ovidio hunc triumphum describente lib. II. Ponti, Elegia, II. I. 45. in scriptis codicibus legitur:

> *Maxima pars horum vitam veniamque tulere:*
> *In quibus & belli summa caputque Baton.*

Est autem *Bato* nomen populare Pannonum. In Pannonia exstat lapis, in quo incisum (Grut. DXXXIII. 10.) BATO. BULLI. F. COL. AP. EQ. ALAE. PANNONIORUM. TUR. SCENI. *Jos. Scaliger*. *Bationem* Harlem. Periz. Edd. Antiquae fere omnes, praeter Steph. Plant. & recentiores: malim etiam *Pannoniorum ducem*.

Gratiam] *Gratias* Hulf. deinde *passus est* Periz. Harl. Hulf. Exc. Cujac. Edd. antiquae omnes praeter Steph. Gryph. Plant. & recentiores.

Prandium dein populo] Vide Caes. cap. XXXVIII. TORR. *Dehinc* Memm. Ex. Cujac. nostri omnes & Edd. antiquae, praeter Basil. Gryph. & novitias. ita saepe variatum, etiam apud Propert. III. VIII. 15.

Et

congiarium trecenos numos viritim dedit. Dedicavit & Concordiae aedem: item Pollucis & Castoris, suo fratrisque nomine, de manubiis. Ac non multo post lege per Consules lata, ut provincias cum Augusto communiter administraret; simulque censum ageret, condito lustro in Illyricum profectus est. Et statim ex itinere revocatus, jam quidem adfectum, sed tamen spirantem adhuc Augustum reperit: fuitque una secreto per totum diem. Scio vulgo persuasum, quasi egresso post secretum sermonem Tiberio, vox Augusti per cubicularios excepta sit: *Miserum populum Romanum, qui sub tam lentis maxillis erit.* Nec illud qui-

21

Et congiarium tricenos nummos viritim dedit] *Trecenos* legendum, quemadmodum in Caligula tit. XVII. *Congiarium populo bis dedit trecenos sestertios.* atque ita etiam vetustus codex duobus his in locis. Facilis lapsus librariorum in *tri*, & *tre:* sed in re magnum momentum. In syllabarum etiam ratione discrimen. *Triceni* enim primam derivatione longat, a triginta enim deducitur. at *treceni* primam brevem habet, quia syncopa facta a trecenteni. Horatius lib. II. Carm. ode XIIII.

Non si trecenis, quotquot eunt dies,
Amice places illacrymabilem Plutona tauris.

Quo in loco Horatii codices plerique errant, ut in eum quondam editis annotationibus lectores admonuimus. GLAREAN.

Dedicavit & Concordiae aedem] Anno DCCLXIII. Dio libro LVI. Τῷ δὲ ἑξῆς ἔτει τό, τε ὁμονόειον ὑπὸ τοῦ Τιβερίου καθιερώθη. καὶ αὐτῷ τό, τε ἐκείνου ὄνομα, καὶ τὸ τοῦ Δρούσου τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τεθνηκότος ἐπεγράφη. CASAUB.

Concoraiae] De ea agere Ovidium lib. VI. Fast. 92. credit Neapolis. vid. & latius ad lib. I. vs. 648. de Pollucis & Castoris lib. I. vs. 707. sed adi in primis Masson. Vit. Ovidii ad Ann. DCCLXIII. BURM.

21. *Lege per Consules lata,*] De provinciarum divisione ante diximus, Aug. cap. XLVIII. Hujus autem loci sententia est, administrationem provinciarum, quas Augustus sibi servaverat, Tiberio communicasse, idque lege per coss. lata, quo senatum demereretur, & Tiberii inde cresceret auctoritas. TORR. Quibus consulibus lata haec lex sit, notatum non reperio. Ex Vellejo colligas latam anno DCCLXV. coss. Germanico Caesare Tib. F. & C. Fontejo Capitone; nam in eum annum incidit triumphus Tiberii. Ita autem Vellejus lib. II. cap. 121. *Cum senatus populusque Rom. postulante patre ejus* (Tiberii) *ut aequum ei jus in omnibus provinciis exercitibusque esset, quam erat ipsi, decreto complexus esset: in urbem reversus, jam pridem debitum, sed continuatione bellorum dilatum, ex Pannoniis Dalmatisque egit triumphum.* CASAUB.

Ageret] *Augeret* Memm. Copes. Exc. Cujac.

Spirantem adhuc Augustum reperit] Vide lib. superiore ad cap. XCVIII. CASAUB.

Per totum diem] Sic sup. Aug. cap. XCVIII. Sed Dion celatam refert a Livia mortem, donec Tiberius advenisset. Tacit. quoque non satis compertum scribit, spiraniemne invenerit, an jam exanimum. TORR.

Sub tam lentis maxillis eris] Duo MSS. & edit. Gryphii, *edit*, nec male fortassis, pro *edat*, ut Horat. Epod. II.

Edit cicutis allium nocentius.

Sed nihil muto. observatum enim eos, qui tristiores sunt natura, lente edere. At Tiberium Plinius lib. XXVIII. 2. *omnium hominum tristissimum* vocat. Adde ex Tacito XIII. 3. *verba eum expendere solitum, variis semper sensibus, consulto ambiguum.* TORR. Viterb. lectio, *qui sub tam lentis vexillis erit.* Perspicue male: nam vulgatam retinent omnes ad unum bonae notae codices. Non etiam probo *edit* pro *erit*, ut habetur in quibusdam libris, aut *ederet*, ut in vett. editis nonnullis. Declarat providus senex ἐμφαντικῶς futurum statum populi Rom. sub Tiberio. fore enim similem ei, quem bestia aliqua saeva dentibus prehensum tenet, & longo cruciatu vexat prius quam conficiat. hoc vocat *esse sub maxillis lentis.* At *sub lentis maxillis edere*, affine esset illi Graecorum ἀμύλους γνάθους ἀλήθειν, quod huic loco non videtur convenire. CASAUB. Haud aliter Pall. tres, multo melius, quam ii, in quibus *edit.* GRUT. *Edit* Periz. Edd. Rom. Lugd. Junt. Arg. *ederet* Ald. & Steph. illustrant haec ad illa Petronii, cap. XLIV. *ma-*

quidem ignoro, aliquos tradidisse, Augustum palam nec dissimulanter morum ejus diritatem adeo improbasse, ut nonnumquam remissiores hilarioresque sermones superveniente eo abrumperet: sed expugnatum precibus uxoris adoptionem non abnuisse: vel etiam ambitione tractum, ut tali successore desiderabilior ipse quandoque fieret. Adduci tamen nequeo, quin existimem, circumspectissimum & prudentissimum principem, in tanto praesertim negotio, nihil temere fecisse: sed vitiis Tiberii virtutibusque perpensis, potiores duxisse virtutes: praesertim quum & *Reipublicae caussa adoptare se eum* pro concione juraverit: & epistolis aliquot, ut peritissimum rei militaris, utque unicum populi Romani praesidium prosequatur. Ex

majores maxillae, commentatores, in primis Heinsius & Schefferus, quorum ille hic malebat, *qui sub tam lentis maxillis perit*. Ita *sub dentem venies* eleganter minatur ille Gitoni apud Petron. cap. LVIII. ubi Schefferus hunc Suetonii locum adducit. Laberius apud Gell. VII. 9.

Itaque levi pruna percoctus simul
Sub dentes mulieris venis, bis ter memordit. BURM.

Nec illud] *Ne illud* Exc. Cujac. vid. supr. cap. XV.

Morum ejus diritatem] Lib. duo *duritatem*. Utroque verbo usus est etiam Cicero, mallem tamen *duritas* hoc loco, quae comitati opponitur. Cic. de Senectute cap. XVIII. *Quanta in altero duritas, in altero comitas*? TORR. Scripti quidam *duritatem*. minus recte. Infra cap. LI. Augustus vocat *acerbitatem & intolerantiam morum*. CASAUB. *Duritatem* Periz. Harl. Edd. Rom. Venet. tres, Lug. Junt. Arg. Ald. & aliae. quae perpetua est earum vocum confusio. sed *durus* homo est inexorabilis, a quo nihil potest obtineri, nullis precibus concedens, sed *dirus* intractabilis, ferox, immanis, superbus, plus quam crudelis. ut *Hannibal dirus* Horatio II. od. 12. vid. & Ovid. III. Metam. 354. & I. Fast. 553. ideo *diritatem* praetuli, licet Lipsius *duritiem* praeferat, quem Torrentius sequitur. in Ciceronis loco etiam Nonius *diritas* legit. vid. ibi comm. & minus esse *durum* quam crudelem docet Plinius II. Ep. 10. *Hominem te patientem, vel potius durum, ac paene crudelem*. ita non dissimili ingenio Caesari Gallo *diritatem* adscribit Amm. Marc. XIV. 7. BURM.

Vel etiam ambitione tractum,] Tacitus lib. I. cap. 10. *Ne Tiberium quidem charitate aut Reip. cura successorem ascitum, sed quoniam adrogantiam saevitiamque ejus introspexerit, comparatione deterrima sibi gloriam quaesivisse*. Dio lib. LVI. Τοιοῦτον δ' οὖν τὸ σύμπαν αὐτὸν ὄντα διέγνωσαν, ὥστε τινὰς καὶ ἐς τὸν Αὔγουστον ὑποπτεῦσαι, ὅτι ἐξεπίτηδες τὸν Τιβέριον, καίπερ εὖ εἰδὼς ὁποῖος ἦν, διάδοχον ἀπέδειξεν, ἵνα αὐτὸς δοξασθῇ. CASAUB. *Ambitione tractum*, nostri cum Memmiano. & omnes Edit. veteres & recentiores, praeter Seb. Gryph. qui *tractatum*. *Tactum* in nulla, nisi prima Graeviana reperi, unde male Gronov. vulgo ita legi adfirmat, quae lectio tamen confirmari posset ex Ovid. III. Art. 54.

Nec nos ambitio, nec amor nos tangit habendi

nisi & ibi variarent codices. & in omnibus fere aliis locis: nam sollemnis horum verborum permutatio. vid. ad Ovid. VIII. Met. 184. & 223. & IV. Trist. V. 14. BURM.

Uti tali successore desiderabilior ipse quandoque fieret.] Livius libro XXXIV. cap. 5. *Verumenimvero Hieronymus velut suis vitiis desiderabilem efficere vellet avum Hieronem, primo statim conspectu omnia quam disparia essent, ostendit*. CASAUB.

Vitiis virtutibusque] *Vitiis Tiberii virtutibusque perp.* Mem. Copes. Harl. Periz. Exc. Cujac. Ed. Bonon.

Reipublicae caussa adoptare se eum] Velleius II. 104. *In Neronis adoptione illud adjectum, his ipsis Caesaris verbis*: HOC, inquit, REIP. CAUSSA FACIO. CASAUB. *Juraverat* haec Memm.

Unicum] *Utque unicum* Periz. Copes. Edd. antiquae, fere omnes, praeter Lugd. Junt. Ald. Steph. Graevii pr. quae habent *atque*. in posterioribus Cl. Graevii editionibus excidit haec vocula, an de industria, ac negligentia operarum nescio. sed more suo Pitiscus & Jac. Gron. secuti fuere hanc socordiam. ego *utque* ex more Suetoniano repetendi particulas, restitui. sic & mox cap. XXIII. *utque non solum vox, sed ut & spiritus deficeret*. Virg. I. Aen. 298.

Ex quibus in exemplum pauca hinc inde subjeci. *Vale jucundissime Tiberi*, *& rem gere feliciter*, ἐμοὶ καὶ ταῖς Μούσαις στρατηγῶν. *Jucundissime*, *&*, *ita sim felix*, *vir fortissime*, *& dux* νομιμώτατε, *Vale*. Et, *Ordinem aestivorum tuorum! Ego vere*, *mi Tiberi*, *&*

298. similis variatio, *ut atque & atque*,

Ut terrae, utque novae pateant Carthaginis arces.

ubi Pierius venustius *utque* esse judicat. iterum vs. 456.

Ut spolia, ut currus, utque ipsum corpus amici

& ita alii, qui ter quaterque *ut* geminare solent. quod alibi notasse me memini. atque hinc non facile adcesserim viro illustri & eruditissimo, qui apud Cicer. II. de Nat. Deor. 28. *sed etiam ut cum Titanis, ut cum Gigantibus sua propria bella gesserunt*, legere mavult, *sed etiam & cum Titanis & cum Gigantibus*. De veterum scribendi genere saepe ex nostro judicare lubricum est. BURM.

Rem gere feliciter] Tres codd. *feliciter rem gere*. unus *rege felic*. TORR. *Feliciter rem rege* Exc. Cujac. & Ed. Rom. ex sollemni horum verborum permutatione. sed *rem gerere* de bello proprie dici vel tyronibus notum. licet & de aliis rebus dixerit Ovid. I. Art. 415.

Quaque die redeunt; rebus minus apta gerendis.

ubi Oxon. Moreti & alii codices etiam *regendis* habent. vid. ad Val. Flac. II. 369. BURM.

In exemplum] Vide Gronov. ad Senec. Phoen. 320. deinde *hic inde* Harlem. *inde* deest Copes. *subjecti* Hulf. *dicamus* Periz. a. m. pr.

Ἐμοὶ καὶ ταῖς Μούσαις στρατηγῶν.] Turneb. πολλὰ στρατηγῶν, vel ἄγαστ στρατηγῶν, & tale aliquid in duobus nostris. Sed quid Musis cum Marte? Interpretes affirmant in quibusdam exemplaribus τοῖς σοῖς, & ταῖς σαῖς legi, ut ad matrem Liviam, atque uxorem Juliam referatur. Sed quare non etiam Drusum filium comprehenderet? Illud igitur τοῖς σοῖς magis placet. Verum si Musas retinebimus, ita interpretemur, ut (quod ait Horat.) ad dicenda Musis praelia eum exhortetur, quaeque per ora doctorum eant. Poterat etiam tunc forte in hibernis agentem suo exemplo ad Musarum commercia provocasse. nam ad Musas sic de Augusto Horat.

Vos Caesarem altum, militia simul
Fessas cohortes abdidit oppidis,
Finire quaerentem labores
Pierio recreatis antro.

lib. III. Od. IV. TORR. Haec Viterb. & aliorum codd. scriptura. quam reddunt suspectam vetustiora omnia exemplaria, quae litteras plures exhibent. Memmianus ita, ἐμοὶ τε τοῖς μυίοις (pro μόνοις) δὶς τε στρατηγῶν: fortasse corrigendum ἄγαστα στρατηγῶν. Reperisse ajebat in uno Franciscus Pithoeus, ἄγαστ στρατηγῶν: ego in nonnullis regiae bibliothecae, καὶ στρατῷ. Sed non convenit ille casus. in aliis legitur, ἐμοὶ καὶ τοῖς ἄλλοις στ. In Viterbiens. erat haec interpretatio: *mihi & meis tuisque commilitonibus:* quasi inventum esset in Graeco, ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς τε σοῖς συστρατιώταις. quod non video, qui quadrare huic loco queat. CASAUB. In MSS. & editionibus priscis vel desunt Graeca, vel corruptissime exhibentur. Salmas. ex vestigiis Memm. legebat, ἐμοί τε καὶ τοῖς ἐμοῖς δ' ἄγαστ στρατηγῶν. Lipsius ἐμοὶ τε λαοῖς τοῖς σοῖς. in Junt. & Arg. erat, ἐμοὶ καὶ τοῖς σοῖς στρατηγῶν. defendit vulgatam lectionem eruditissimus Cannegieterus in dissert. de Brittenburgo cap. XIII. quem inspexisse non poenitebit, ut qui doceat in castris & expeditionibus studiis vacasse Romanos, quod Caesaris & aliorum exemplis probat. BURM.

Ita sim felix] *Sum* Edd. Venet. tres. *ita sim vir* Hulf. *ita si felix* Exc. Cujac.

Νομιμώτατε.] Νομιμώτατον appellat ducem, ut Latini *legitimum*, quidquid in suo genere perfectum est, ut *legitimos pugiles*, quos *catervariis* opponit, Suet. Aug. cap. XLV. & *penem legitimum* Juvenal. Sat. IX. vs. 43. Beroaldo magis placet ἀβουλιστατε. quod nos quoque in duobus MSS. reperimus, sed imperfecte scriptum. TORR. Quid est dux νόμιμος? An qui disciplinam militarem severissime regit? atqui νόμιμος, est potius legitimus, & secundum leges constitutus. Sic fere νόμιμος μάχη apud Plutarchum, justa & legitima acies: cui opponuntur κλωπικοὶ πόλεμοι, quae etiam Latinis *furta* & *latrocinia* vocantur. Fortasse scripserat Augustus, dux γνησιώτατε, quod idem est ac γνησιώτατε: aut dux μονιμώτατε, constantissime & fortissime. At ex vestigiis primae edit, suspicetur aliquis scribendum ἀφυλιστατε aut ἀβουλιστατε. CASAUB. Vide & Casaub. ad Athen.

v.

& inter tot rerum difficultates, καὶ τοσαύτην ῥᾳθυμίαν τῶν στρατευομένων non potuisse quemquam prudentius gerere se, quam tu gesseris, existimo. Hi quoque, qui tecum fuerunt omnes, confitentur versum illum in te posse dici,

Unus homo nobis vigilando restituit rem.

Sive, inquit, *quid incidit, de quo sit cogitandum diligentius, sive quid stomachor valde, medius fidius Tiberium meum desidero: succurritque versus ille Homericus:*

Τούτου δ' ἑσπομένοιο καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο,
Ἄμφω νοστήσαιμεν, ἐπεὶ περίοιδε νοῆσαι.

Adtenuatum te esse continuatione laborum, quum audio & lego, Dii me perdant, nisi coborrescit corpus meum: teque rogo, ut parcas tibi: ne, si te languere audierimus, & ego & mater tua exspiremus, & de summa imperii sui populus Romanus periclitetur. Nibil interest, valeam ipse nec ne, si tu non valebis. Deos obsecro, ut te nobis confer-

v. cap. ult. in antiquis Codd. & Edd. turbata vox. ἀθυλογουσι Copes. Εὐθυνουσι Ed. Rom.

Vale, & ordinem aestivorum] In vetusto codice ita legitur: *Et dux νομιμώτατε vale: ordinem aestivorum tuorum.* Haec verba absque conjunctione, & initio hujus clausulae leguntur, ut admirative dicta intelligantur, hoc sensu: Quid dicam ordinem aestivorum tuorum? atque hoc modo omnia erunt plana, quae commentatores misere torserunt. GLAREANUS. Dictio *vale* praecedentibus adjungenda est, quod etiam Glarean. annotat; ac particula &, quae tamen abest e duobus libris, litera majuscula inchoanda hoc modo, *vale. Et, Ordinem aestivorum.* nam alterius epistolae articulum subjungit. illa enim verba *Ordinem aestivorum tuorum*, ex Tiberii epistola, ad quam respondebat Augustus, repetita videntur. Quae sententia apertior esset, si *ad* pro & legeretur, aut *de*, hoc modo, *De ordine aest. tuor. ego vero*, &c. TORR. Restituimus hunc locum pessime acceptum in omnibus editionibus. CASAUB. *Vale. De ordine aestivorum tuorum Ego v. m. Tiberi laudo*, Lipsius. *Vale, aestivorum tuorum. Ego &c.* Venet. pr. *Vale. Ordinem* &c. Hals. est vero exclamatio, ut modo, *miserum populum R!* ut recte Glareanus, cujus distinctionem sequebatur etiam Salmasius. ita Terent. Andr. v. II. 28. *Pietatem gnati!* Flor. I. II. & III. 3. *fidem numinum!* & alii saepe. BURM.

Ego vero] In V. C. legitur, *Ego vero mi Tiberi, laudo & inter tot rerum difficultates, & τοσαύτην ῥᾳθυμίαν* cum in vulgato desit verbum *laudo*. & post, *quam tu te gesseris.* URSIN.

Inter tot rerum difficultates] *Rerum* deest Periz. Edd. Rom. Venet. tribus, Lugd. Junt. Ald. Steph.

Καὶ τοσαύτην ῥᾳθυμίαν] Liber Fr. Pithoei, ἀκαθυμίαν. Memmianus ἀκαθυμίαν pro ῥᾳθυμίαν: significat animos legionariorum in praesentis militiae conditionibus non acquiescentes sub extrema Augusti tempora. quod statim post ejus obitum Pannoniae & Germanicae legiones declararunt. CASAUB. Lege, ῥᾳθυμίαν ex V. C. SALMAS

Confitentur] *Confirmentur* Exc. Cujac.

Sive inquit] *Inquit* deest Memm. Harlem. Copes. *quod incidit* Harlem. Venetae, & Lugd. *quid* deest Exc. Cujac.

Stomachor] *Stomachorum vel de medius fidius* Memm.

Succurritque versus ille Homericus:] Atque duos ponit; sed non dubito, Augustum, Ciceronis aliorumque more, solum principium Homerici loci posuisse: quem postea margini adscriptum scribarum ἀβλεψία integrum inseruit. CASAUB. *Succurretque* Harlem. Edd. Venet. pr. Basil. Seb. Gryph. Plantin.

Te esse] *Te* deest Steph.

Coborrescit corpus] Liber unus *cohescit*, alter *cohoescit*. quod silere nolui. Nam alioqui *coborrescere* etiam Ciceroni frequens. Versus autem Homerici, quos adducit, sunt ex Iliad. x. 246. TORR. *Corpus nostrum* Huls.

Teque rogo] *Teque oro* Copes. Hals. Exc. Cujac.

De summa] *De* abest Memm.

Si tu non valebis.] Melius, *si tu modo valebis*, ut in duob. MSS. TORR. Malim (quod &

servent, *& valere nunc & semper patiantur*, *si non populum Romanum perosi sunt.* Excessum Augusti non prius palam fecit, quam Agrippa juvene interemto. Hunc 22 tribunus militum custos adpositus occidit, lectis codicillis, quibus ut id faceret jubebatur. Quos codicillos dubium fuit, Augustusne moriens reliquisset, quo materiam tumultus post se subduceret: an nomine Augusti Livia, & ea conscio Tiberio, an ignaro, dictasset. Tiberius renuntianti tribuno factum esse quod imperasset, *Neque imperasse se*, *& redditurum eum senatui rationem* respondit: invidiam scilicet in praesentia vitans. Nam mox silentio rem obliteravit. Jure autem tribunitiae potestatis coacto senatu, in- 23 choa-

& Torrentio placere video) *si tu modo valebis.* in MSS. *modo* & *non* simili fere compendio notantur. CASAUB. Vere codd. Torrentii, *si tu modo valebis.* V. libb. Abb. Gaudens. *si tu valebis.* SCRIVER. Non diversa ab hac lectione triga Palatinorum, neque temere ab ea recesserim. quamvis aliorum codicum scriptura non sit prorsus absurda, in quibus, *si tu modo valebis*, vel *si tu valebis.* Nimirum videtur prae se ferre Augustus, tamquam salus sua pendeat a Tiberio. Sic Ausonius Hesperio fine epistolae. *Vale bene*, *ut valeam.* Sic Plinius lib. v. Epist. 18. *bene est nobis*, *quia tibi bene est.* aliique passim. GRUT. *Valeam nec ne*, sine *ipse* Copes. *si tu valebis* Harlem. Edd. Venet. sec. & tert. *ni tu non valebis* Exc. Cujac. *si tu valebis* Lind. MS. quod olim valde placebat Casaubono.

Populum] *Populo* Copes. Harl. Ed. Venet tres, Lugd. Junt. male. Vesp. IV. *defuncti Narcissi amicos perosam.* & ita alii. sed illud *populo* natum ex scriptura antiquo *populom*, ut saepe inde casus permutatos vidimus ad Phaed. III. x. 42. & supr. in Aug. XIV. & alibi. BURM.

22. *Tribunus militum*] A centurione interfectum Tacitus voluit: item Dio, ὁ χιλίαρχος ὁ τὴν φρουρὰν αὐτοῦ ἔχων κρυφθομένῳ τι ἀπέσφαξεν. Credo verum esse, ut a centurione occisus sit, at jussu tribuni. LIPSIUS ad Tacit. I. 6.

Lectis codicillis] Ita receptum, quo magis cautum militibus esset, caedem mandari per libellum. Scilicet ne Imperator auctoritatem posset defugere. Pulchre Herodianus lib. III. de Saturnino & Plautiano: Ὁ δὲ Σατορνῖνος γραμματεῖον ᾔτησε τὸ φόνου φέρον τὰς ἐντολάς. ἔθος γὰρ τοῦτο τυράννοις, εἴ τινα ἐκπέμποιεν ἐπὶ φόνον ἄκριτον, ἐντέλλεσθαι τοῦτο διὰ γραμμάτων, ἵνα μὴ γυμνόφωνοι ἢ ἀναζητοῖντο. LIPSIUS ibidem. *Codicibus*, *quibus id facere jubebatur* Ed. Rom. Latinius, ut puto, vulgatis, sed ex seculi sui more mutarunt librarii. vid. ad Vesp. XXIV. ubi etiam dubia est scriptura. *ut id fieret* Periz. *videbatur* Copes. mox *quos codicellos* Huls. ut inf. LI.

Quos codicillos dubium fuit, *Augustusne moriens reliquisset*,] Omnes hos rumores tangit Dio lib. LVII. CASAUB.

Et ea conscio] In marg. Gryphianarum & aliarum legitur *ea* pro *id* positum. Graece magis quam Latine, ἐπὶ ταῦτα. sed perperam. *ea* scil. Livia. BURM.

Renunciauti tribuno] Tacit. ferme totidem verbis lib. I. cap. 6. *Nuncianti centurioni*, *ut mos militiae*, *factum esse quod imperasset*, *Neque imperasse sese*, *& rationem facti reddendam in senatu respondit.* Leviter tantum dissentit, quod a centurione obitam caedem, non tribuno, memorat, in quo ei suffragatur & Dion. Similis vero locus Claud. cap. XXIX. TORR. Mos militiae, ut sive tribunus sive centurio, jussus aliquid exsequi, id factum Imperatori vel duci teneretur renuntiare. Eum morem diserte Tacitus lib. I. cap. 6. in hac re notat. tangit iterum Suetonius in Claudio, sectione XXIX. quibus omnibus in locis formula solennis usurpatur: IMPERATOR, FACTUM QUOD IMPERASTI. CASAUB.

Silentio rem obliteravit] Dictio *rem* abest e tribus exemplarib. TORR. *Rem* deest Ed. Rom. sed eadem verba Neron. XL. Liv. XXIX. 15. *res prope jam obliterata.* vid. Cl. Drak. ad lib. III. 71. BURM.

23. *Jure autem tribunitiae potestatis coacto senatu*,] Tacitum lege. Tribuni jus habuerunt cogendi senatus, A. Gellius libro XIV. cap. VII. & VIII. sed non quoties vellent. Ideo Augusto jam tribunicia potestate praedito alio decreto patrum opus fuit, ut quoties vellet, senatum cogere posset jure. Dio in actis anni DCCXXXII. Ἐπὶ τούτοις γοῦν τῷ Αὐγούστῳ ἐψηφίσθη, ὥστε καὶ τὴν βουλὴν ἀθροίζειν, ὁ-

choataque adlocutione derepente velut impar dolori congemuit: utque non solum vox, sed ut & spiritus deficeret, optavit: ac perlegendum librum Druso filio tradidit. Illatum deinde Augusti testamentum non admissis signatoribus nisi senatorii ordinis, ceteris extra curiam signa agnoscentibus, recitavit per libertum. Testamenti initium fuit: *Quoniam sinistra Fortuna Cajum & Lucium filios mihi eripuit, Tiberius Caesar mihi ex parte dimidia, & sextante heres esto.* Quo & ipso aucta est suspicio opinantium, successorem adscitum eum necessitate magis, 24 quam judicio: quando ita praefari non abstinuerit. Principatum, quamvis neque occupare confestim, neque agere dubitasset, & statione militum, hoc est, vi & spe-

πάντας ἂν ἐθελήσῃ, λαβεῖν. Postea periit hoc jus iis, qui veteris tribunatus speciem retinebant. Dio notat in fragmentis: Μετὰ τοῦτο ὅτι καὶ αὐτοὶ τὰς γνώμας ἐπεψήφιζον, οὐχ ὑπὸ τῶν ὑπάτων, οὐδ᾽ ὑπὸ τῶν στρατηγῶν συνήλθομεν. οὐ γὰρ ἔτυχον παρόντες, ἀλλ᾽ ὑπὸ τῶν δημάρχων, ὅπερ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ πάλαι ἤδη καταλέλυτο. CASAUB.

Allocutione de Republica] Verba haec *de rep.* semper mihi suspecta fuere, non tam ob κακοφωνίαν, (sequitur enim *derepente*) quam quod scribit Tacit. nihil primo senatus die agi passum Tiberium, quam de supremis Augusti. Cum vero postea intelligerem Oberti Gifanii codicem ea non habere, nihil equidem dubitavi, quin expungerem. *Allocutionem* vero prisca elegantia vocat Sueton. sermonem, quem Tiberius de consolatione mortis Augusti conceperat, ut Catull. Epigr. ad Cornificium: *Qua solatus es allocutione?* Adde Varronem lib. VI. De Ling. Lat. *Adlocutum mulieres ire ajunt, cum eunt ad aliquam locutum consolandi gratia.* TORR. *De rep. derepente* Plant. Torr. Seb. Gryph. *de republica velut impar* Venet. tres, Ant. Gryph. *derepente impar* Periz. Ed. Rom. *derepente impari* Harlem. *derepente* utitur & Vespas. XXIII.

Sed ut & spiritus] Tres libri, *sed & spiritus*, sine *ut*. TORR. *Sed ut & spiritus* Periz. Harl. Hulf. & Ed. veteres omnes praeter Steph. Casaub. & recentiores, quae omittunt. τὸ *ut*. male. vid. ad cap. XXI. BURM.

Druso filio] *Filio Druso* Copes.

Recitavit per libertum] Atqui ne signatores quidem admisit nisi senatorii ordinis. Dion ait, Augusti libertum, nomine Polybium, recitasse, quod non deceret a senatore fieri. An ob luctum forte? TORR.

Sinistra fortuna] Duo libb. *atrox fortuna*, ex glossemate, opinor. TORR. Memmianus & alii veteres, *q. atrox fort.* CASAUB. *Atrox* Hulf. Copes. in quo, *fortuna atrox*. nescio quid melius, aut genuinum. *atrox* majorem doloris sensum in Augusto exprimit. vid. ad Phaed. Epilog lib. II. sed *sinistra* mollius videtur, & magis casum adversum, quam insidias, quibus credebantur sublati, significare. & hoc maluisse Augustum credo, illud esse ab interprete. BURM.

24. *Principatum, quamvis neque occupare confestim,*] Veteres quidam, *neque occupare aperte confestim*. tuetur eam vocem, quod subjicit de specie dominationis assumta. Id enim nisi aperte fieri non poterat. CASAUB. *Occupare aperte confestim* Periz. Harlem. Edd. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Steph. sed offendunt duo adverbia, & *occupare* est, aperte invadere. sed & duo adverbia jungit in Caes. XXVII. *plane palam*, ubi tamen etiam alterutro destituuntur quidam codices. BURM.

Neque agere dubitasset,] Scribens etiam ad milites & rectores provinciarum tanquam certus Imperator: quum privato id esset nefas. lege Tacitum. CASAUB.

24. *Et statione militum*,] Mallem nulla paene mutatione, *etiam statione militum assumpta*, quo sane sensus erit apertior. *Principatum* vero *agere* dixit, ut *agere consulatum*, *regnum*, *rempub.* *Stationem* quoque *militum* intelligo corporis custodiam, quod vel manifestissimum dominationis indicium est. De *stationibus* autem alibi erit dicendi locus. TORR. *Etiam* a Lipsio emendatum. *agere principatum* dictum, ut *agere bella* &c. vid. Heins. ad Ovid. II. Trist. 230. & nos ad Quinct. X. I. p. 908. & quos ibi laudamus. sic *agere rempublicam*, *Imperium*, ut Lamprid. Alex. Sever. cap. XV. de quibus vide ad Quinct. Declam. XII. 12. & sup. Aug. XXXVII. BURM.

Vi & specie dominationis,] *Speciem* refer ad stationem militum; *vim* ad superiora. CASAUB.

Vi

ſpecie dominationis adſumta, diu tamen recuſavit impudentiſſimo animo: nunc adhortantes amicos increpans, ut ignaros, quanta bellua eſſet imperium: nunc precantem ſenatum, & procumbentem ſibi ad genua, ambiguis reſponſis & callida cunctatione ſuſpendens: ut quidam patientiam rumperent, atque unus in tumultu proclamaret, ***Aut agat, aut deſiſtat:*** alter coram exprobraret, ***Ceteros quod polliciti ſint, tarde praeſtare: ſed ipſum quod praeſtet tarde polliceri.*** Tandem quaſi coactus, & querens ***miſeram & oneroſam injungi ſibi ſervitutem***, recepit imperium: nec tamen aliter, quam ut depoſiturum ſe quandoque ſpem faceret. Ipſius verba ſunt haec: ***Dum veniam ad id tempus, quo vobis aequum poſſit videri, dare vos aliquam ſenectuti meae requiem.*** Cunctandi cauſſa erat, metus undique imminentium diſcriminum: ut ſaepe ***lupum ſe auribus tenere*** diceret. Nam & ſervus Agrippae, Clemens no- 25

Vi & ſpecie & ſpe Hulſ. vid. Graev. ad Cicer. II. Agrar. 13. & Heinſ. ad Vell. Pater. II. 30.

Diu tamen recuſavit impudentiſſimo animo,] Ita diſtinguitur hic locus in vetuſtiſſ. libb. tamen non diſplicet altera lectio, quae poſt verbum *recuſavit* ponit diſtinctionem &c. Ovidius de Tiberio IV. ex Pont. XIII. 27.

> *Eſſe parem virtute patris, qui fraena rogatus*
> *Saepe recuſati ceperit imperii.*

& I. Faſt. 533.

> *Inde nepos natuſque dei, licet ipſe recuſet,*
> *Pondera coeleſti mente paterna feret.*

CASAUB. Scribo, *impudentiſſimo mimo.* Hoc eſt, quod ait Tacitus I. hiſtor. 73. *Stulta & indecora ſimulatione:* Cicero X. ad Attic. ep. I. *ſimulatione aperta.* Lucianus Piſcatore: [illegible] Calig. 45. *in hoc quoque mimo praeter modum intemperans.* Othone 3. *ne poena acrior mimum omnem divulgaret.* GRONOV. Diſtinguunt poſt *recuſavit*, & *impudentiſſimo* ſequentibus connectunt, Edd. Rom. Baſil. Junt. Ald. Gryph. Steph. Plant. illud vero *mimo* Gronovii blanditur quidem, ſed nondum perſuaſum mihi eſt, ita ſcripſiſſe Suetonium. qui & in Gramm. XV. Salluſtium *oris improbi, animo inverecundo ſcripſiſſe* ait. nimis favit huic voci *mimus ὁ μῖμος*, & ejus diſcipulus Cl. Graevius, qui & Floro lib. II. 14. obtruſit. cujus vulgatam lectionem *animo regio implevit* defendimus ad Quinctil. Declam. CCLXXIX. quibus addas illa Ciceron. II. Agr. 16. *nec genere nec animo regio eſſe.* BURM.

Nunc adhortantes,] *Nunc adhortans amicos, nunc increpans* Edd. Junt. Ald. Steph. Arg.

Ut ignaros, quanta bellua ſit imperium:] Vopiſcus Saturnino tyranno cap. I. *Et cum eum animarent vel ad imperium, qui induerant purpuram, in haec verba diſſeruit: Neſcitis, amici, quid mali ſit imperare. Gladii & tela noſtris cervicibus impendent, imminent haſtae undique, undique ſpicula, ipſi cuſtodes timentur, ipſi comites formidantur: non cibus pro voluptate, non iter pro auctoritate, non bella pro judicio, non arma pro ſtudio. Adde, quod omnis aetas in imperio reprehenditur.* CASAUB.

Callida cunctatione ſuſpendens] Tacitus I. Ann. II. *Tiberio ſuſpenſa ſemper & obſcura verba.* TORR. *Calida* Venet. tert.

Caeteros quod polliciti ſint, tarde praeſtare: ſed ipſum quod praeſtet, tarde polliceri.] Simile eſt Ciceronis illud de Epicureis, II. de finibus; *Caeteri*, inquit, *exiſtimantur dicere melius quam facere, hi mihi videntur facere melius, quam dicere.* CASAUB.

Se ipſum quod praeſtet] V. C. habet *ſed ipſum, quod praeſtet.* URSIN. *Sed ipſum quod praeſtet* Liſl. Cod. nec aliter Rob. Steph. Editio. CASAUB. *Se* Mem. Periz. Harlem. & pleraeque Edd. veteres. omiſit *ſe* vel *ſed* Baſil. poſter. & ejiciebat Lipſius. *ſed ipſum quod praeſtat* Exc. Cujac. *ſe ipſum quidem praeſtet* Ed. Rom. deinde *recipit* Copeſ.

Verba ſunt haec] *Haec* abeſt Codd. Hulſ. Copeſ. Periz. Edd. Rom. Venetis, Bonon. Lugd.

Dare vos] *Vos dare* Periz. Harlem. Edd. Venetae & aliae.

Requiem] *Veniam* Periz. a. m. pr.

Servus Agrippae] De hoc Clemente vide Tacit. II. Ann. 39. & de Libone cap. 27. De *Clemente* ſic fere Tacitus lib. II. 39. *Poſthumi Agrippae ſervus nomine Clemens in Plana-*

 ſiam

nomine, non contemnendam manum in ultionem domini compararat: & L. Scribonius Libo, vir nobilis, res novas clam moliebatur: & duplex seditio militum in Illyrico & in Germania exorta est. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem: ante omnia, ut aequarentur stipendio praetorianis. Germaniciani quidem etiam principem detrectabant non a se datum: summaque vi Germanicum, qui tum iis praeerat, ad capessendam Rempublicam perurguebant, quamquam obfirmate resistentem. Quem maxime casum timens, partes sibi, quas senatui liberet, tuendas in Republica depoposcit: quando universae sufficere solus nemo posset, nisi cum altero, vel etiam cum pluribus. Simulavit & valetudinem, quo aequiore animo

siam vectus. &c. Egnat.

25 *L. Scribonius Libo*] Cujus amita Scribonia, Augusto quondam nupta, Juliae mater, Caji, Lucii, & Agrippae postumi avia. Tacit. lib. II. 27. Eleganter autem de ejus morte Seneca Epist. LXXI. quo loco pro *Drusii*, & *soiidi*, legendum *Drusi*, & *stolidi*. nam praeter Libonis etiam Drusi cognomen sumpserat. Torr.

Praetoriani Germanicianis.] Ex antiquo codice contrario modo legendum, *ut aequarentur Praetorianis Germaniciani*: idque ex primo Tacit. libro. *Praetoriani* majus stipendium habebant: sed minus laborum, minusque periculorum. Ergo exercitus postulabant Germanicianos stipendio aequari Praetorianis. Mirum vero, ne hunc locum a commentatoribus animadversum. Glarean. Sic etiam Gryphii codices; at Frobenii *Praetoriani Germanici*. Lib. Tornacens. *Praetorianis Germaniciani quidem*, non *quidam*, ut in vulgatis. Unde locum hunc aliter interpungendo sic restituo, *ante omnia ut aequarentur Praetorianis. Germaniciani quidem etiam Principem detrectabant.* sententia enim est utrumque exercitum in eo convenisse, ut Praetorianis aequarentur; Germanicianos vero etiam imperium detrectasse, quod Germanicum peterent. Adde Suetonium Calig. cap. I. Praetoriani autem non solum majora stipendia merebant, sed & citius mittebantur, cum alii praefiniti essent ab Augusto anni XVI. ipsis tantum XII. Dion lib. LIV. Vide Galb. cap. XX. Torr. V. C. habet, *ut aequarentur stipendio Praetorianis Germanici.* Ursin. *Praetorianis Germaniciani*, melius, quam vulgo, etiam in MSS. habetur, *praetoriani Germanicianis.* sed omnino legendum, ut reperi postea in veteri editione optime de litteris meriti viri Rob. Steph. *ut aeq. stip. praetorianis. Germaniciani quidem etiam principem detrectabant.* Aliter sententia non constat. Exercitus in Germania positus *Germanicus*, non *Germanicianus* Tacito aliisque antiquioribus dicitur: at milites ejus exercitus, ut Graeci dicunt οἱ ἐκ τ̃ στρατοπέδου τ̃ ἐν Γερμανίᾳ, *Germaniciani* iisdem appellantur. posteriores scriptores hanc distinctionem non observant. Casaub. Suetonius Tacito σύγχρονος etiam *Germanicianum exercitum* dixit Oth. cap. VIII. *Germaniciani exercitus in Vitellii verba juraraut.* iterum Vespas. cap. VI. *Neque enim deteriores esse, aut Hispaniensi exercitu, qui Galbam; aut Praetoriano, qui Othonem; aut Germaniciano, qui Vitellium fecissent.* Schildius. *Praetoriani Germanicianis* Periz. Harl. Copes. Edd. Rom. Venetae, Juntae, Basil. & veteres aliae. *Praetorianis Germaniciani* Bon. Ald. & aliae. *Praetorianis Germanici* Basil. poster. alii distingnunt post *Praetorianis. Germaniciani quidem*, ut Memm. & ita Lipsius. quod placet. Burm.

Detrectabant] *Detractabant* Hulf.

Summaque vi Germanicum,] Auctior lectio Lislaei cod. *Germanicum filium Drusi, qui tum.* Casaub. Ita & Exc. Cujac. *summaque in Germanicum, qui,* Hulss. *urgebant* etiam Copes. & Harlem.

Partes sibi, quas senatui liberet, tuendas in Rep. depoposcit:] Tangit Historiam Asini Galli, quae apud Tacitum & Dionem. Casaub.

Solus nemo posset,] Mallem abesse *solus.* sequitur enim, *nisi cum altero.* Torr. *Solus sufficere non* Periz. a. m. pr. in marg. *nemo. solus* delebat etiam Lipsius.

Simulavit & valetudinem] Lislaei cod. *assimulavit*, hoc est: ἐν τῷ [illegible]. Casaub. *Assimulavit* Exc. Cujac.

Cele-

nimo Germanicus celerem ſucceſſionem, vel certe ſocietatem principatus, opperiretur. Compoſitis ſeditionibus, Clementem quoque, fraude deceptum, redegit in poteſtatem. Libonem, ne quid in novitate acerbius fieret, ſecundo demum anno in Senatu coarguit, medio tantum temporis ſpatio cavere contentus. Nam & inter pontifices ſacrificanti ſimul, pro ſeceſpita plumbeum cultrum ſubjiciendum curavit: & ſecretum petenti, nonniſi adhibito Druſo filio dedit: dextramque obambulantis, veluti incumbens, quoad perageretur ſermo, continuit. Verum liberatus **26** metu, civilem admodum inter initia, ac paullo minus quam privatum egit. Ex plurimis maximiſque honoribus, praeter paucos & modicos non recepit. Natalem ſuum, plebejis incurrentem Circenſibus, vix unius bigae adjectione honorari paſſus eſt. Templa, flamines, ſacerdotes decerni ſibi prohibuit: etiam ſtatuas, atque imagines, niſi permittente ſe poni: permiſitque, ea ſola conditione, ne inter ſi-

Celerem ſucceſſorem,] Lego *ſucceſſionem*. ſequitur enim, *ſocietatem*. TORR. *Succeſſorem* Junt Arg. Ald. Gryph. Steph. Plant. Colin. & aliae. reliquae *ſucceſſionem*. ut & Lipſius correxerat.

Medio temporis ſpatio tantum] *Medio tantum temporis ſpatio* Harlem. Edd. Rom. Venet. Bon. Lugd. Junt. Ald. Steph. & aliae veteres.

Pro ſeceſpita plumbeum cultrum,] *Seceſpita* enim, ut ex Feſto conſtat, erat ferrea. Ac recte Sueton. non plumbeam ei ſeceſpitam, ſed pro ſeceſpita cultrum plumbeum datum dicit. ſeceſpita enim tantum in ſacris dicitur, ac niſi talis ſit, qualem egregie deſcribit Feſtus, nomen perdit. TORR. Sic Romani vocant, quod Graeci μαχαιρίδιον θυτικόν, ut Lucianus in Piſcatore. Pollux, σφαγίδας, κοπίδας, & πελέκεις in eum uſum recenſet. Veteribus Latinis *acieris* propria ei miniſterio fuit, quam ἀξίνην ἱεροφάντου vertant Graeci magiſtri. CASAUB. *Pro ſeceſpite* Copeſ. Harl. *ſeſpici* Halſ. *profecta* Venet. pr.

Secretum petenti,] Sic Calig. *Aviae ſecretum petenti denegavit*, cap. XXIII. TORR.

26. *Liberatus*] *Liberatum* Harlem. Edd. Venet. ſec. & tert.

Civilem ſe admodum] Particula *ſe* non eſt in duobus MSS. neque eam habet interpretum editio, *ut civilem ac privatum agere* dixerit, pro aequabiliter converſari. Nove quoque & illud a Suetonio dictum, *paulo minus quam privatum*, pro tantum non. Caeſ. cap. LXXV, TORR. *Civilem ſe* Baſil. Gryph. Colin. Plant, & ſeq. ſed ignorant *ſe* vetuſtiores: & recte. deceperunt hae editiones Lipſ. ad Tacit. I. Ann. 4. quum ipſe in ſuo codice *ſe* circumduxerit, ut inutile. vid. ſup. cap. XI. & XII. BURM.

Paullo minus quam privatum egit.] Poteſt tolli τὸ *quam*. lib. VI. cap. XL. *Talem principem paullo minus* XIV. *annos perpeſſus terrarum orbis*. ſed & retineri: Petronius cap. CVII. *Qui ignotos laedit, latro appellatur; qui amicos, paullo minus quam parricida*. niſi ibi quoque & ſimilibus in locis tollenda ea vocula: *paullo minus* ὀλίγου δεῖν. aliquanto poſt, *quod paullo minus utrumque evenit*. CASAUB. Quod Caſaubonus ejicere velit, *quam*, & legere *paullo minus privatum*. neſcio an probandum ſit: non enim ſemper abeſſe poteſt. vide quae diximus ad Ovid. I. Art. 644. & Quinctil. Decl. XII. 18. ſenſus eſt, non omni ex parte privatum egiſſe, ſed in pleriſque, exceptis illis, in quibus principem ſe oſtendit; ſed non aperte, verum obſcure. ſic apud Cicer. XI. ad At. 21. *Syllana confers; in quibus omnia genere ipſo praeclara, moderatione paullo minus temperata*. apud mediae aetatis ſcriptores *paullo minus*, notare prorſus modicum notavit Barthius in reliquiis MSS. a Ludewig. editis, tom. III. pag. 36: BURM.

Natalem ſuum,] XVI. Cal. Decemb. Sup. cap. V. Plebeji igitur ludi in Circo, ut ex hoc loco conſtat, medio Novemb: menſe agebantur, ut Romani Septembris initio, quod etiam ex Cicerone oſtenditur Act. I. in Ver. Et ſic in antiquo marmore, quo Calendarium urbanum, ſeu Faſti Pontificum deſcribuntur. TORR.

Vix unius bigae adjectione honorari paſſus eſt,] Ne id quidem permiſſum fuiſſe ſcribit Dio. Οὕτως, inquit. ἀλλὰ πάντων ὁμοίως δημοτικὸς ἦν, ὥστ᾽ οὐδ᾽ ἐν τοῖς γενεθλίοις αὐτοῦ γίνεσθαί τι πέρα τοῦ καθεστηκότος ἐπέτρεψεν. CASAUB.

Po-

fimulacra Deorum, fed inter ornamenta aedium ponerentur. Intercessit & quo minus in acta sua juraretur: & ne mensis September, Tiberius: October, Livius, vocarentur. Praenomen quoque IMPERATORIS, cognomenque PATRIS PATRIAE, & civicam in vestibulo coronam recusavit. Ac ne AUGUSTI quidem nomen, quamquam hereditarium, ullis, nisi ad reges ac dynastas, epistolis addidit. Nec amplius quam mox tres consulatus, unum paucis diebus, alterum tribus

Poni:] *Poni probibuit* Exc. Cujac. Deinde *permisit* Hulf.

Inter simulacra] *Intra* bis ponunt Codd. Periz. Harlem. Edd. Rom. & veteres omnes. sed Basil. Gryph. & recentiores *inter* reposuerunt. vid. sup. cap. XVI.

Et ne mensis September, Tiberius; Livius, October vocarentur.] Ex Dione legendum, *Et ne mensis November, Tiberius; September, Liv. voc.* Sic ille lib. LVII. Τῷ Τιβερίῳ τῆς βουλῆς ἐγκειμένης, καὶ τὸν γοῦν μῆνα τὸν Νοέμβριον, ἐν ᾧ τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα ἐγεγένητο, Τιβέριον καλεῖσθαι ἀξιούσης, Καὶ τί, ἔφη, ποιήσετε, ἂν δεκατρεῖς Καίσαρες γένωνται; CASAUB. *Septembris* & *Octobris* Harlem.

Cognomenque] *Cognomen quoque* Periz. Harlem. Edd. veteres, usque ad Basileens.

Et civicam in vestibulo coronam] In vestibulo dixit Sueton. quod Dion prae foribus: & Ovid. I. Metam. 562.

> *Postibus Augustis eadem fidissima custos*
> *Ante fores stabis, mediamque tuebere quercum.*

Querna enim civica ob cives servatos data, qualem in Caesarum etiam pessimorum nummis cernimus. Pulchre itaque Plin. lib. XVI. cap. IV. *Hinc civicae coronae, militum virtutis insigne clarissimum, jampridem vero & clementiae Imperatorum, postquam civilium bellorum profanatione meritum coepit haberi civem non occidere.* TORR. Dio lib. LIII. Valerius Maximus libro II. VIII. cap. ult. *Ceterum ad quercum pronae manus porriguntur, ubi ob cives servatos corona danda est. qua postes Augustae domus sempiterna gloria triumphant.* CASAUB. *Et* deest Periz. & Harlem. & Edd. Venetis tribus.

Ullis] *Nullis* Exc. Cujac.

Quam omnino tres consulatus,] Libri duo *quam mox tres*, pro *quam omnino tres*. TORR. *Quam omnino* Codd. Periz. Harlem. & Edd. veteres praeter Junt., Ald. Arg. quae *mox* habent: quod Graevius & Jac. Gronovius secuti, & recte: observavit enim Laur. Theod. Gronov. ad marmor. Stat. Basin. de eversis sub Tiberio urbibus. ante imperium duos consulatus, *mox*, id est post, (vid. Torr. ad Aug. XLVII. & inf. LIII. & Neron. VI.) tres gessisse: & Suetonium *omnino* semper ponere post numerales notas. apertior esset sententia si legeretur, *nec mox amplius quam tres.* vid. ad Caes. XLV. in Harlem. erat *quam amplius.* Sed alius nodus nectitur ex Inscriptione apud Gruter. XXVI. 9. ubi dicitur sacrificium factum XII. Kal. Maj. Germanico Caesare II. L. Sejo Tuberone Coss. A. U. C. 771. atqui Germanicus in consulatu secundo habuit collegam Tiberium III. consulem. qui si ad Idus Majas magistratum gessit, quomodo jam XII. Kal. Maj. Sejus Tubero, qui suffectus Tiberio fuit, consul esse potuit? Ampl. Cuperus in Epistola ad Almelov. quam ille praefationi suae ante Fastos adjecit, vel hic legendum esse *usque in Idus Martias*, vel hoc monumentum extremo illo anno fuisse dedicatum, quo suffectus hic Tubero magistratum gerebat, suspicatur. primum videtur temerarium contra omnes codices: tamen alteri conjecturae praeferrem. nam monumentum ponere in memoriam sacrificii tam longo post tempore, & tum consules ponere, non qui die sacrificii fuere, sed qui tempore dedicati monumenti magistratum gessere, interque eos alterum suffectum, inconcinnum videtur, quum potuissent toto anno praescribere ordinarios Tiberium & Germanicum; nulla habita ratione suffectorum. praesertim quum & Germanico suffectus fuerit eo anno Rubellius Blandus, notante Almeloveenio, qui ergo cum Tuberone vel alio suffecto extremo anno deberet nominari. Consularis ille dicitur quadriennio post apud Tacit. III. 51. vid. Lips. ad VI. ann. 27. ubi ejus filius cognominis memoratur: quem Franciscus Martius in Hist. Tiburtina lib. VI. pag. 69. Tom. VIII. part. IV. Thesaur. Ital. consulem facit cum Fusio Gemino, quibus Coss. Livia mortua. sed

bus mensibus, tertium absens usque in Idus Majas gessit. Adulationes adeo aversatus est, ut neminem senatorum aut officii aut negotii caussa ad lecticam suam admiserit: consularem vero satisfacientem sibi, ac per genua orare conantem, ita suffugerit, ut caderet supinus: atque etiam si quid in sermone, vel in continua oratione blandius de se diceretur, non dubitaret interpellare, ac reprehendere, & commutare continuo. *Dominus* adpellatus a quodam, denuntiavit, ne se amplius contumeliae caussa nominaret. Alium dicentem, *sacras ejus occupationes*: & rursus alium, *auctore eo senatum se adiisse*, verba mutare, & pro *auctore*, *suasorem*, pro *sacris*, *laboriosas* dicere coëgit. Sed & adversus convicia, malosque rumores, & famosa de se ac suis carmina firmus ac patiens, subinde jactabat, *In civitate libera lin-*

27

28

sed ille fuit *Rubellius Geminus*, teste Tacit. v. Ann. 1. *Rubellius Blandus* vero progener Tiberii, Tacit. vi. Ann. 45. ducta Julia Drusi filia. Martius etiam Lapidem profert pag. 71. Drusillae memoriae sacratum, a Rubellio Blando: Ceterum doctioribus relinquo hunc scrupulum eximendum: mihi non satis liquet. BURM.

27. *Aversatus*] *Adversatus* Hulf. Exc. Cujac. Edd. Rom. Lugd. Junt. Arg.

Ut neminem senatorum aut officii aut negotii caussa ad lecticam suam admiserit] Ne equitem quidem ex illustribus. Dio: Εἴποτε ἐπὶ τ' δίφρου ἐκομίζετο, ὐδένα οἱ παρακολουθεῖν ὐχ ὅπως βουλευτὴν, ἀλλ' ὐδ' ἱππέα τ' πρώτων εἴα. CASAUB. *Nisi aut officii* Copes. forte recte. nam superbiae esset neminem admittere: sed imitatus Augustum, de quo vid. ad cap. LIII. ut nollet comites & pompam sectatorum ad lecticam, sed si quis officii caussa aut negotii adire vellet, admitteret. & id verba Dionis a Casaub. adducta probant, ex lib. LVI. ubi παρακολουθεῖν non permisit Senatores, aut equites primarios. BURM.

Consularem satisfacientem sibi] Tacit. Q. Haterio, cum deprecandi causa Palatium introiisset, id accidisse scribit; & quidem prope a militibus interfectum fuisse, quod Tiberius, casu, an manibus ejus impeditus, prociderat. De satisfactione autem Caes. cap. LXXIII. TORR.

Per genua orare] *Sibi orare* Copes. an *supplicare*. BURM.

Dominus appellatus] Aug. cap. LIII. TORR. Ita tamen Phaedr. lib. II. fab. 5. vocat.

Perambulante laeta domino viridia,

Sed ibi respectu atriensis & villae, in qua erat, potuit dici: nam Dion addit dominum noluisse vocari a libero homine. forsan & haec fabula sub finem Tiberii, vel post ejus mortem scripta sub Caligula, qui *dominus* dici voluit. BURM.

Sacras ejus occupationes] Merito Tiberius res suas *sacras* appellari noluit. Posteriores vero Caesares non solum cetera sua omnia, domos, cubicula, scrinia, lectos, comitatum, sed & sacrum stabulum dici voluere. Nam eorum constitutiones, aut monetam dici sacram aliquo modo ferendum est. TORR. *Divinus* dicit Tacit. II Ann. cap. penult.

Auctore eo senatum] Atqui Cicero & alii, libera tum republ. *auctoris* vocabulo sic usi sunt, ut etiam *senatui auctores se fuisse* dictitent, ac saepe eadem de re utrumque verbum, tam *auctoris*, quam *suasoris* conjungant. *auctor* enim dicitur, cujus consilium secuti sumus; neque quicquam a *suasore* differt, quam quod hujus consilium non semper sequimur. Tum vero in *auctoris* nomine dignitas ac potestas consideratur: cum aut *Patres auctores fiunt*, ut saepe de Senatu Livius, aut tutor pro pupillo, aut pro uxore maritus, quorum nempe sine auctoritate nihil gerere illi possint. Item cum *auctore praetore quid factum* dicimus. Et quoniam responsa prudentum juris vim obtinebant, factum ut hi *auctores* appellarentur L. II. de Orig. juris. Unde natum puto elegantem illum loquendi modum, cum *non defugere auctoritatem* dicebant, pro non recusare auctorem sequi aliquem. Terent. Eunucho, Plautus Poenulo, Cicero pro P. Sylla. TORR.

Adiisse] *Audisse* Mem. Copes. Hulf. & Exc. Cujac. pro *adisse*, ut est in Ed. Rom.

Coegit] *Coegerit* Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald.

28. *Sed adversus*] Lego, *Sed & adv.* vel *Adversus*, sine *sed.* Melius cod. Lissaei: *Sed &*

linguam mentemque liberas esse debere. Et quondam senatu cognitionem de ejusmodi criminibus ac reis flagitante: *Non tantum*, inquit, *otii habemus, ut implicare nos pluribus negotiis debeamus. Si hanc fenestram aperueritis, nihil aliud agi finetis: omnium inimicitiae hoc praetextu ad nos deferentur.* Exstat & sermo ejus in senatu percivilis: *Siquidem locutus aliter fuerit, dabo operam, ut rationem factorum meorum* 29 *dictorumque reddam: si perseveraverit, invicem eum odero.* Atque haec eo notabiliora erant, quod ipse in adpellandis venerandisque & singulis, & universis, prope excesserat humanitatis modum. Dissentiens in curia a Q. Haterio, *Ignoscas*, inquit, *rogo, si quid adversus te liberius, sicut senator, dixero.* Et inde omnes adloquens, *Dixi & nunc, & saepe alias, P. C. bonum & salutarem Principem, quem vos tanta & tam libera potestate instruxistis, senatui servire debere, & universis civibus saepe, & plerumque etiam singulis: neque id dixisse me poenitet, & bonos & aequos & faventes*

& adv. conv. CASAUB. *Sed & adversus*, ita omnino quoque Pall. tres. GRUT. In nullo nisi Basileensi *&* reperi, & deinde in Exc. Cujac. & ex Memm. Graev. & Gronov. receperunt.

Senatu cognitionem de ejusmodi criminibus & reis flagitante] V. C. Salmas. *Senatu, flagitantem.* Ita Graev. Ed. post. sed Gronov. ex Memmiano dat, *Senatum* &c. *flagitantem. quodam senatu* Harl. & Hulf. qui & *conditionem cognitionem* deest Periz.

Si hanc fenestram aperueritis] Eleganter: sic etiam Graeci: Clemens Paedagog. lib. III. Ὡς μὴ ἀνέῳγεν αὐτῶν τὸ λόγιον θύρετρον παντελῶς ἀναπτύσσει κλεισάδας τοῖς εἰς ἀδικίαν φερομένοις. Paullo aliter Cassiodorus lib. VIII. *Ideo beneficiis nostris quasi quandam januam cogitavimus dare quaestorem.* Legas & *januam cogitationis ingredi* lib. V. ejusdem prudentissimi scriptoris. CASAUB.

Hoc praetextu] *Praetextatu* Copes. *praetextato* Hulss. *praetexto* Memm.

Ad vos deferentur] Liber unus *ad nos*, recte. nam & ipse tunc pro senatore, non pro Principe haberi voluit. TORR. *Ad nos* Hulf. & Ed. Roman. quod merito probat Torrentius.

Locutus aliter] *Alter* pro *aliter* habet codex vetustus: atque ita ego etiam legendum existimo. GLAREAN. Ita apud Plin. IX. Ep. 23. *quod uterque nostrum his etiam ex studiis notus, quibus alter ignotus est.* ita ex optimis codicibus, pro *aliter* edidit Cortius.

Invicem eum odero] Urbanius Augustus, *Faciam Aelianus sentiat, & me linguam habere.* TORR. *Adero* Exc. Cujac.

29. *Haec eo*] *Haec ideo* Hulf. male. Caes. XLII. *eo facilius.* & LXXXI. *eo studiosius.* & confundi has voculas videbis apud Cortium ad Plin. I. Ep. 5. BURM.

Singulis, & universis] Liber opt. *& singulis, & universis.* TORR. Ita Copes. & Exc. Cuj.

Q. Haterio] Consularis vir, de quo vid. Tacit. IV. 61. EGNAT.

Sicut senator] Ita Alexander Severus apud Lamprid. cap. I. *Unum de vobis esse censete potius, quam magnum nomen ingerite.*

Dixit, Et nunc] Duo vetustissimi codic. *dixi.* Lego igitur, *Et inde omnes alloquens, Dixi & nunc, & saepe alias.* TORR. V. C. habet, *Et inde omnes alloquens, dixi.* URSIN. *Deinde* Memm. Periz. Harl. Edd. veteres omnes, praeter Basil. Gryph. & recentiores. *dixit nunc &* Harlem. *Adloquens. Dixi & nunc* Steph. & ita Lipsius jam emendavit. in Mem. ita fuisse credendum, quia Graevius & Gronovius ita ediderunt: licet etiam Vossius nihil a vulgatis discrepans notaverit. BURM.

Senatui servire] Vid. Ciceron. I. de Offic. cap. 25. inibi Graevium. BROUCKH.

Neque id dixisse] *Id* deest Periz. Harl. Edd. Rom. Venetis tribus, Lugd. Junt. Basil. *me poenitet* ignorant Exc. Cujac.

Et bonos] Lipsius novum adlocutionis caput faciebat. & distinguebat, *poenitet. Et, bonos & aequos.* eodem modo ut supra in Epistola cap. XXI. *Et, ordinem aestivorum. Dominos* suspectum habebat Brouckhusius. sed quum *Senatus dominus* etiam dicatur Silio II. 45. & Martiali XIV. I. & aliis: nihil novarem. praesertim quum ipse dominus nollet dici, percivile, immo extra modum humanitatis erat, dominos vocare senatores. BURM.

30. *Et*

tes vos habui dominos, & adhuc habeo. Quin etiam speciem libertatis quamdam in- 30 duxit, conservatis senatui ac magistratibus & majestate pristina & potestate: neque tam parvum quidquam, neque tam magnum publici privatique negotii fuit, de quo non ad P. C. referretur. De vectigalibus ac monopoliis, de exstruendis reficiendisve operibus, etiam de legendo vel exauctorando milite, ac legionum & auxiliorum descriptione: denique quibus imperium prorogari, aut extraordinaria bella mandari, quid & qua forma regum literis rescribi placeret. Praefectum alae, de vi & rapinis reum, caussam in senatu dicere coëgit. Numquam curiam nisi solus intravit: lectica quondam introlatus aeger, comites a se removit. Quaedam 31 ad-

30. *Et majestate*] *A majestate* Harlem.
Neque tam magnum] *Neque magnum* Harlem.

Exstruendis] *Instruendis*, & mox *auctorando* Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres. Nestor in voce *auctor* etiam *auctorando* citat.

Descriptione] *Discriptione* Memm. & ita alibi hanc vocem lectoribus obtrudunt critici quidam, sed vehementer dubito, an in auctoritatem recipi possit, *discribere*, & *discriptio*; & an non sollemni potius librariorum lapsui, qui composita ex *di* & *de* semper confundere solent, adscribendum sit. apud Plin. II. Ep. 5. *discriptiones locorum* exhibet Cod. Medic. & Ep. 6. *rivum parvulis lagunculis in tria genera discripserat.* sed praefero *descripserat.* videndus ad illum locum Cortius. sed & ipse Cl. Graevius apud Cicer. XII. ad Fam. I. *describere* praefert, licet ex Cod. Medic. Egnatius ibi *discribere* protulisset. Etiam optimi & antiquissimi codices vitia scribarum praeferunt, ut ex Suetonii nostri Memmiano satis patet. Talia tamen captare hodie mos fit. BURM.

Quid & quam formam regum literis] MSS. omnes, & qui a Frobenio sunt editi, *quid, & qua forma regum literis.* TORR. Scripta lectio, *& ad quam formam regum.* CASAUB. Cod. Salmas. *quid & quam formam.* Hinc legendum censuit Salmasius, *quid ad quam formam.* GRAEV. *Quid & quam formam legum* Harlem. Periz. Copes. Edd Rom. Venet. sec. & tert. Lugd. Junt. Gryph. Basil. pr. Plant. & aliae, quae pro *legum* habent *regum*, ut Venet. pr. Bonon. Ald. Doleti. Steph. *quid & qua forma regum* Basil. post. Scriverius, qui ita Steph. & Ald. edidisse notat; non inspexisse puto: nam illi habent, ut notavi. legendum puto, *quid, & ad quam formam regum* &c. cum Casaubono: & hinc *formalis epistola* Domit. XIII. alio paullum sensu, Caes. LVI. *ad formam memorialis libelli.* BURM.

Praefectum alae] Alae in veteri republica dicebantur socii Latini nominis, tam pedites, quam equites. postea his civitate donatis omnes auxiliares & externae copiae *alae* dictae. Tempore vero Caesarum priorum alae κατ' ἐξοχὴν vocabantur equites ex provinciis conscripti, qui singulae legioni addebantur loco decem turmarum, quae olim ex equitibus Romanis collectae has partes sustinebant, ut praeclare docuit Vir summus RHABODUS SCHELIUS in notis ad Hyginum. Singulae vero alae praeerat praefectus, sicut singulae legioni tribunus. Alae autem non erant connexae legioni tum temporis, sed ab alia ad aliam traducebantur. Dignitas praefectorum tanta illa aetate, ut vel tribunis legionum praeferrentur. vide quae notavit ad illum scriptorem pag. 75. GRAEV.

Reum] *Rerum* Harlem. & Periz. Edd. Venetae tres.

Caussam in senatu dicere] Cum militiae jure, si non ad eum sub quo militabat, at certe ad Principem spectaret cognitio. L. III. De re milit. Juvenal. Sat. ult.

> *Legibus antiquis castrorum, & more Camilli*
> *Servato, miles ne vallum litiget extra,*
> *Et procul a signis.* TORR.

Lectica quondam introlatus aeger, comites a se removit] Lectica vehi aetate Tiberii vulgata res fuit & usurpata etiam mediocribus civibus: in aditu tamen curiae nemini temere usurpata, nisi caussa cogeret sontica, hoc est, vel animi, vel corporis aegritudo nimia. ideo scribit Tacitus de Libone Druso II. Annalium cap. 29. *Die Senatus metu & aegritudine fessus, sive ut tradidere quidam, simulato morbo, lectica delatus ad fores curiae, innisusque fra-*

adversus sententiam suam decerni ne questus quidem est. Negante eo, destinatos magistratus abesse oportere, ut praesentes honori adquiescerent, praetor designatus liberam legationem impetravit. Iterum censente, ut Trebianis legatam in opus novi theatri pecuniam ad munitionem viae transferre concederetur, obtinere non potuit, quin rata voluntas legatoris esset. Quum senatusconsultum per discessionem forte fieret, transeuntem eum in alteram partem, in qua pauciores erant, secutus est nemo. Cetera quoque nonnisi per magistratus & jure ordinario agebantur: tanta con-

fratri, &c. De Tiberio commemorat Dio in anno DCCLXX. Οὕτω κακῶς διέκειτο, ὥστε ἐν σκιμποδίῳ κρυπτίνῳ ἐς τὸ συνέδριον ἐσκομισθῆναι· νομιζόμενον γάρ τι καὶ τοῖς ἀνθρώποις, ἐὰν ποτέ τις αὐτῶν ἀσθενῶς ἔχων ἐκεῖσε ἴοι, κατακείμενον αὐτὸν ἐσφέρεσθαι, καὶ τοῦτο καὶ ὁ Τιβέριος ποτε ἐποίησε, καὶ διελέχθη γέ τινα ἐν τῷ σκιμποδίῳ ἀνακύψας. CASAUB.

Comites a se removit] Ita moris fuit, ut qui sella aut in lectica veherentur, non Principes solum, sed & alii, turbam comitum τῷ φορείῳ παραπεμπομένων, ut loquitur Lucianus, haberent. Juvenalis VII. 141.

Respicit haec primum qui litigat, an tibi servi
Octo, decem comites; an post te sella, togati
Ante pedes. CASAUB.

31. *Destinatos magistratus abesse*] *Magistratibus* Harl. & a m. pr. Periz. Ed. Venet. pr. *magistratibus adesse* Venet. sec. & ter. *Magistratus adesse* Mem. Copes. Huls. Exc. Cujac. Ed. Rom.

Ut praesentes honori acquiescerent] Sic cap. LVI. *Nihilo lenior in convictores Graeculos, quibus maxime acquiescebat*, id est, quibus se accommodabat, cum quibus oblectabatur. Et sane designati magistratus majorem aliis reipubl. curam debent. Vide Calig. cap. LI. TORR. *Praesenti* manus docta in ora Ed. Plantin.

Impetravit] *Imperavit* Memm.

Censente] Pro *censens* Graece posuit, non Latine, ut subaudias *eo*. nam in emendatioribus & pervetustis exemplaribus non additur. ERASM. Cod. Lis. *item censens se*, nec displiceat *censens*. Idem mox, *non obtinuit*, pro *obtinere non potuit*. Aut scribam *obtineri*, retenta voce *censente*. CASAUB. *Iterum eo censente* Edd. Bonon. Ald Arg. Lug. Junt. Steph. *censens se* Exc. Cujac. Casaub. *censens* probat, ut conveniat *nis obtinere non potuit*, vel *obtineri*, retento *censente*, ut Stephanus edidit. *Censente* etiam retineri potest: nam saepe apud Latinos ablativus absolutus praecedit, cui non respondent sequentia. vid. quae Jacob. Gronov. ad Tacit. I. Hist. 7. Vorst. ad Inst. VIII. 5. & nos ad Quinctil. XI. de Inst. Orat. I. & alii passim adnotaverunt. BURM.

Trebianis] Hi qui fuerint, nescio. Trebia enim flumen, non oppidum est. Plinius *Trebanos* & *Trebulanos* in Latio collocat, illos etiam in Sabinis. Trebulani etiam casei in xeniis celebrantur. Liber opt. *Utribianis* habet. Ut *Otriculanis* fortassis legendum sit. nam Otriculum, non ignobile Etruriae oppidum, etiam nunc nomen servat. Ut magis sane quam Trebulae, aut Trebiae illae, quaecunque fuerint, theatro ornari mereretur. TORR. Torrentius ex V. C. *Utribianis* legit, & reponendum ait *Otriculanis*. At *Trebiam* locum fuisse non multum Roma distantem, colligimus ex Livio lib. II. atque hanc aliam fuisse a Trebula, constat ex eodem Livio, scribente, *Trebulam a Romanis receptam*: item *Trebulanos civitate Romana donatos*. Quamobrem *Trebianis* legendum facile convincitur, sicut etiam *Trebianos* legi observamus apud Plinium lib. III. cap. V. in aliquibus codicibus, ubi alii *Trebulanos* habent. MARC. DONATUS. *Trebulanis* Periz. sed a m. s. *legatorum inopiis novi* Regius unus.

Obtinere non potuit] *Non obtinuit* Memm. Exc. Cujac. & Edd. veteres quaedam. *obtineri non potuit* Ed. Steph. *concederet* etiam Ed. Venet. pr.

Rata voluntas legatoris] Recte. nam, ut ex XII. Tabb. JCti referunt, *uti quisque legasset rei suae, ita jus esto*. Quibus verbis latissima potestas tribuitur, ut suprema voluntas pro lege habenda sit. L. CXX. de Verb. sign. TORR.

Tanta consulum] *Tanta consuluit* Hulsian.

Ut legati ex Africa adierunt eos,] Dubito, an huc pertineant Taciti verba Annal. lib. III.

35.

consulum auctoritate, ut legati ex Africa adierint eos, querentes trahi se a Caesare, ad quem missi forent. Nec mirum, quum palam esset ipsum quoque eisdem & adsurgere & decedere via. Corripuit consulares exercitibus praepositos, quod 32 non de rebus gestis senatui scriberent: quodque de tribuendis quibusdam militaribus donis ad se referrent: quasi non omnium tribuendorum ipsi jus haberent. Praetorem collaudavit, quod honore inito, consuetudinem antiquam retulisset de majoribus suis pro concione memorandi. Quorumdam illustrium exsequias usque ad rogum

35. *Proximi senatus die, Tiberius per literas castigatis oblique patribus, quod cuncta curarum ad Principem rejicerent, M. Lepidum & Junium Blaesum nominavit, ex queis proconsul Africae legeretur.* CASAUB. *Legatim ex Afr.* Harlem.

Missi forent] *m. fuerunt* Hulss.

Eisdem assurgere] Rectius duo MSS. *& assurgere, & decedere via.* TORR. Ita Exc. Cujac. & Ed. Gronov.

32. *Quod non de rebus gestis senatui scriberent:*] Mos sub libera Republ. perpetuo servatus, cum eadem exstincta sublatus. Notant Tacitus & Dio non uno loco. Exemplum dedit primus Agrippa, de quo scribit Dio in anno DCCXL. Οὔτε ἔγραψεν ἀρχὴν ἐς τὸ συνέδριον ὑπὲρ τῶν πραχθέντων οὐδέν· ἀφ' οὗ δὴ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα νόμῳ τινὶ τῷ ἐκείνου τρόπῳ χρώμενοι, οὐδ' αὐτοὶ τῷ κοινῷ ἐπέστελλον. CASAUB.

Quodque de tribuendis quibusdam militaribus donis ad se referrent:] Tacit. Annal. III. 21. *Eo praelio Rufus Helvius gregarius miles servati civis decus retulit, donatusque est ab Apronio torquibus & hasta. Caesar addidit civicam coronam, quod non eam quoque Apronius jure proconsulis tribuisset, questus magis, quam offensus.* CASAUB.

Ipsi jus haberent.] *Ipse jus haberet* Codd. Periz. Harlem. Edd. Roman. Venet. tres, Lug. Junt. Ald. Steph. quod nescio an pejus vulgato: sunt enim non Tiberii verba ex epistolis, sed Suetonii, simulatam ejus moderationem tangentis: Quum enim vim & potestatem omnium haberet, volebat tamen videri sibi quam minimum adrogare. vulgatam tamen lectionem tuetur locus Taciti a Casaubone adductus. *jus* deest Exc. Cujac. BURM.

De majoribus suis] Ut inituro magistratum major inde accederet auctoritas. TORR. Hoc ea oratione fiebat, qua populo post initum honorem novi magistratus gratias agebant: Plutarchus in Aemilio: Εἰωθότων δὲ τῶν ὑπατείαν λαβόντων, οἷον ἀνθομολογεῖσθαί τινα χάριν, καὶ προσαγορεύειν φιλοφρόνως τὸν δῆμον ἀπὸ τοῦ βήματος, Αἰμίλιος εἰς ἐκκλησίαν συναγαγὼν τοὺς πολίτας, ἔφη. Ab hoc forte manarunt orationes panegyricae, quibus Principi gratias in senatu agebant Kal. Jan. novi consules. Plinius in libro Panegyrico auctor est, factum fuisse super hoc senatus consultum, cujus alibi mentionem factam non reperio. Sic autem ille cap. IV. *Sed parendum est senatusconsulto, quo ex utilitate publica placuit, ut consulis voce, sub titulo gratiarum agendarum, boni Principes quae facerent, recognoscerent: mali, quae facere deberent.* Idem mos etiam in praesidibus provinciarum servatus, ad tempora Claudii: de quo Dio lib. LVIII. Κατέδειξε τοὺς αἱρετοὺς μηδεμίαν οἱ χάριν ἐν τῷ συνεδρίῳ γνόντας, ὅπερ πρόσθεν τι ἔθος ἐποίουν. CASAUB.

Concione] *Conditione meus, quorum. ill.* Exc. Cujac.

Exsequias usque ad rogum frequentavit.] Videntur Imperatores in funeribus virorum illustrium ad laudationem tantum, quae fiebat in foro, venire soliti, nec interesse officio, cum efferrentur e rostris ad bustum extra urbem. propterea civile & δημοτικὸν in Tiberio habitum, quod ad rogum usque se cum ceteris conferret. sic accipiendum, quod de Druso ejus filio observat Dio: Ὁ Δροῦσος τὰ τῇ ὑπατείᾳ προσήκοντα ἐξίσου τῷ συνάρχοντι ἐξετέλεσε, καὶ κληρονόμος γε ὑπό τινος καταλειφθεὶς, τὸ σῶμα αὐτοῦ συνεξήνεγκε. Ubi συνεκφέρειν significat, exsequias usque ad rogum cum aliis frequentare. Nec soli Imperatores funus extra urbem sequi spernebant: sed multi alii. Cynthia apud Propertium de suo funere loquens IV. VII. 29.

Si piguit portas ultra procedere; at illud
Jussisses, lectum lentius ire meum.

CASAUB.

Mo-

rogum frequentavit. Parem moderationem minoribus quoque & personis & rebus exhibuit: quum Rhodiorum magistratus, quod literas publicas sine subscriptione ad se dederant, evocasset, ne verbo quidem insectatus, ac tantummodo jussos subscribere, remisit. Diogenes grammaticus disputare sabbatis Rhodi solitus, ve-

Moderationem] Absolute pro lenitate sive modestia. ERASM.

Minoribus quoque personis] Duo libri *&* *person.* *&* *rebus*. TORR. *Et* primo loco deest omnibus antiquioribus. sed habent Exc. Cujacii. *minor.busque personis* Cod. Harl. Edd. Venet. tres, Bonon. Lugd. Junt. Arg.

Literas publicas sine subscriptione ad se dederant] Quaenam illa subscriptio sit, unus me docuit Dio. non enim est nominum, ut putare aliquis possit: sed praeteritionem intelligit clausulae solitae adjici litteris ad Principem, qua felicitas illi optaretur. verba Dionis sunt: Οἱ Ῥοδίων ἄρχοντες ἐπιστείλαντές τι αὐτῷ οὐχ ὑπέγραψαν τῇ ἐπιστολῇ τοῦτο δὴ τὸ νομιζόμενον, εὐχὰς αὐτῷ ποιούμενοι. Privatarum literarum subscriptio apud Graecos est, Ἔῤῥωσο, ut apud Latinos, *Vale*. similis sententiae formula epistolas ad Imperatores claudebat. Puto fuisse, Εὐτύχει διὰ παντός. ut in extrema relatione Demetrii Phalerei ad Ptolemaeum Philadelphum. CASAUB.

Insectatus] *Insecratus* Hulf. -

Ac tantummodo] Mallem abesse *ac*. TORR.

Disputare sabbatis] De Judaeorum sabbatis diximus Aug. cap. LXXVI. & ad Horat. lib. I. Sat. IX. Verum quid Diogeni huic grammatico cum sabbatis, & quidem Rhodi? An forte cum Judaica religione imbutus esset, de divinitate ac rerum principiis, quod Judaeis solenne erat, sabbatis tantum inter suos Graece disputabat, ideo extra ordinem ad se venientem Tiberium in diem septimum, proximum quippe sabbatum, rejiciebat? Potuit sane tunc Tiberius hujusmodi disputationibus oblectari. Quo magis credendum est, quod Apologetico suo scribit Tertullianus, ad senatum aliquando scripsisse eum de Christo Servatore nostro consecrando, idque cum praerogativa suffragii sui, sed senatum obstitisse. Alioqui Judaeis iniquiorem fuisse monstrat paullo post Sueton. cap. XXXVI. Quod autem de Rhodiorum litteris sine subscriptione hic dicit, declarat Dion, cum ait solenne illud omissum fuisse, quod vota facerent. TORR. Etsi observatio hebdomadum, quae hodie obtinet, ante tempora Theodosii vulgo recepta non fuit: annotare tamen licet multo ante tale aliquid Graecos, praesertim & Asiaticos, in functionibus vitae quotidianae solitos observare. Quod quia imitatione Judaeorum, qui jam tum per orbem sparsi erant, institutum est, etiam *sabbati* nomen multi retinuerunt. Ejusmodi est, quod hic Suetonius ait, Diogenem grammaticum solitum Rhodi sabbatis disputare: sic septimo quoque die feriae pueris solitae in scholis concedi. Lucianus, Pseudologista: Καὶ ὁ μὲν Κόρινθόν τινα εἶπεν; ὁ δὲ Ἑβδόμην. ὅτι ὥσπερ οἱ παῖδες ἐν ταῖς ἑβδόμαις, κεκμηκὼς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἔπαιζε, καὶ διεγέλα. A. Gellius lib. XV. cap. II. *Is in conviviis juvenum, quae agitare Athenis hebdomalibus lunae solemne nobis fuit, simulatque modus epulis factus, & utiles delectabilesque sermones coeperant, tum silentio ad audiendum petito, loqui coeptabat.* Idem servatum etiam in aliis rebus. Vulcanus Gallicanus in Avidio Cassio cap. VI. *Exercitium septimi die fuit omnium militum, ita ut sagittas mitterent, & armis luderent.* Lampridius in Alexandro Severo cap. XLIII. *Capitolium septimo die cum in urbe esset, ascendit, templa frequentavit.* Disputat etiam Clemens Alexandrinus Stromatum libro V. ὅτι τὴν ἑβδόμην ἱερὰν οὐ μόνον οἱ Ἑβραῖοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Ἕλληνες ἴσασιν. Sed ante Clementem scripsit Josephus jam sua aetate adeo increbuisse septimi diei observationem, ex Judaico ritu: ut neget urbem ullam aut Graecorum aut Barbarorum, hoc est, non Graecorum, vel gentem omnino ullam posse reperiri, quae cessationem ab opere diei septimi in suos mores non recepisset. Insignis plane locus: ideo verba ipsa Josephi proferam: Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πλήθεσιν ἤδη πολὺς ζῆλος γέγονεν ἐκ μακροῦ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας· οὐδ᾽ ἔστιν οὐ πόλις Ἑλλήνων οὐδ᾽ ἡτισοῦν, οὐδὲ βάρβαρον οὐδὲ ἓν ἔθνος, ἔνθα μὴ τὸ τῆς ἑβδομάδος, ἣν ἀργοῦμεν ἡμεῖς, τὸ ἔθος οὐ διαπεφοίτηκε. libr posteriore contra Appionem. CASAUB. Solitos etiam declamatores certis quibusdam diebus publice declamare docet Grangraeus ad illa Ju-

venientem eum, ut se extra ordinem audiret, non admiserat: ac per servulum suum in septimum diem distulerat. Hunc Romae salutandi sui caussa pro foribus adstantem, nihil amplius, quam ut post septimum annum rediret, admonuit. Praesidibus onerandas tributo provincias suadentibus rescripsit, *Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere*. Paullatim principem exseruit, praestititque: etsi varium diu, commo- 33 dio-

Juvenalis Sat. VII. 160. a Casaubono adducta: licet ibi non de Rhetoribus, sed de discipulis agatur, quos sexto quoque die producebant in publicum. de septimo die est erudita dissertatio Salierii in commentariis Academiae humaniorum literarum Parisiensis tom. V. pag. 58. qui ostendit hoc loco *Sabbatum* poni, non quia Rhodii aliqua religione hunc diem celebrarent, sed quod idem notet, quod septimo die. BURM.

Venientem eum] Vocabulum *eum* interserui, contra alias editiones, quod exstaret in tribus Pall. interim locus iste indicio est, quam sint principum memoriae tenaces eorum, quibus auctoritati suae aliquid detractum putant. Nam vero fit simile, rejectum Tiberium non contemtu, sed magis pudore, quod ex tempore coram eo disputare formidaret miser Grammaticus. GRUT. *Eum* habent Edd. Bonon. Graevii & Gronovii ex Memm. & ita Harlem. Copes. & Exc. Cujac. reliquis deest. & multis aliis locis haec pronomina in his absunt, in illis adduntur. BURM.

In septimum diem distulerat] Sic etiam rhetores declamationibus suis certum diem soliti assignare. Juvenalis VII. Sat. 160.

> *Nil salit Arcadico juveni, cujus mihi sexta*
> *Quaque die miserum dirus caput Annibal implet.*

Suetonius in libello de Illustribus grammaticis de M. Antonio Gniphone: *Docuit & rhetoricam, ita ut quotidie praecepta eloquentiae traderet, declamaret vero non nisi nundinis*. CASAUB.

Hunc Romae salutandi sui caussa pro foribus adstantem] Simillima huic historia est, quam de Polemone sophista & Imperatore Antonino Philostratus narrat in Sophistis. CASAUB.

Admonuit] *Amonuit* Periz.

Onerandas] *Oneranda* Exc. Cujac.

Tondere pecus, non deglubere] Κείρεσθαι, ἀλλ' οὐκ ἀποξύρεσθαι, vertit Dion. TORR. Batonis Dalmatae interrogati a Tiberio, cur rebellasset, responsum fuit: Ἐπὶ γὰρ τὰς ἀγέλας ὑμῶν φύλακας, οὐ κύνας, οὐδὲ νομέας, ἀλλὰ λύκους πέμπετε. Dio lib. LV. & iterum lib. LVI. omnino videtur id responsum Tiberio occasionem hujus dicti dedisse: quod idem Dio lib. LVII. ita vertit, Αἰμιλίῳ Ῥήκτῳ χρήματά ποτε αὐτῷ πλείω παρὰ τὸ τεταγμένον ἐκ τῆς Αἰγύπτου, ἧς ἦρχε, πέμψαντι, ἀντεπέστειλεν, ὅτι κείρεσθαί μου τὰ πρόβατα, ἀλλ' οὐκ ἀποξύρεσθαι βούλομαι. pro *deglubere* dixit ἀποξύρεσθαι. At Latina vox proprie ἐκδέρειν significat, ut in Gloss. vertitur: sed ad sententiam potius Dio, quam ad proprietatem verborum attendit. nam etsi minus est ἀποξύρεσθαι quam *deglubere*, si spectetur propria vocum significatio, tamen translatae hae voces idem significant: nam etiam κείρειν quod *tondere* est, interdum pro eo, quod *deglubere* Tiberius dixit, Graeci ponunt. Maximus Tyrius sermone XL. Καμβύσης δ' αὖ καὶ αὖθις Ξέρξης οὐ ποιμένων ἀγαθῶν ποιμαῖ λόγοι, κείροντες τὴν ἀγέλην, καὶ τῆς ἐπινομῆς ἀπολελαυκότες. Dio Chrysostomus Περὶ βασιλείας orat. IV. Tiberianum hoc apophthegma pulcherrime illustrat: Αὐτὸ δὲ τοῦτο ἔοικε δηλοῦν Ὅμηρος καὶ ὅταν ἐγκωμιάζων τινὰ λέγῃ τῶν βασιλέων ποιμένα λαῶν· τοῦ γὰρ ποιμένος οὐκ ἄλλο τι ἔργον ἢ πρόνοια καὶ σωτηρία, καὶ φυλακὴ προβάτων. οὐχ ἡ κατακλείδιον, ὁ καὶ Δία καὶ σφάττειν καὶ δέρειν. καίτοι ἐνίοτε πολλὰ πρόβατα ἐλαύνει μάγειρος εἰς ἀγοράν, ἀλλὰ πάμπολυ διαφέρει μαγειρικὴ καὶ ποιμενική. pro *deglubere* dixerunt & *reglubere* veteres. Glossar. *Reglubo*, ἐκδέρω. In Lis. cod. non *deglubere* scriptum erat, sed *deglutire*. perperam. etsi offendere memini eam lectionem etiam alibi. CASAUB. *Degluvere* Memm. *deglutire* Harlem. & a. m. pr. Periz. & Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. pr. vide Marcil. ad Vesp. XVIII.

33. *Principem exereuit*] Turneb. Adversar. XIV. cap. XVIII ex vetustis codicibus legit *exeruit praestititque*, quod probo. Similis Spartiani locus Septimio Severo cap. III. *Tribunatum plebis promeruit, eumque severissime, exertissimeque egit*, pro *exercitissime*, ut vul-

diorem tamen saepius, & ad utilitates publicas proniorem. Ac primo eatenus interveniebat, ne quid perperam fieret. Itaque & constitutiones quasdam senatus rescidit: & magistratibus pro tribunali cognoscentibus plerumque se offerebat consiliarium, adsidebatque mixtim, vel ex adverso in parte primori: & si quem reorum

vulgata habent exemplaria. TORR. Viterb. *exemit.* sine dubio ex ea lectione, quam nos in Memmiano, Turnebus olim in suis reperit & annotavit, *exeruit*, quam & Pithoei codd. habent: in quibus libris etiam locus hic ex capite XI. *in quo exeruisse jus tribuniciae potestatis visus sit*, corruptus ita, *ex servis ejus*, veterem lectionem arguit fuisse, *exeruisse jus.* Neque aliter hic codices regiae bibliothecae. Sic *divinitas exerta* apud Tertullian. &c. *hostes exerti*, & *exerta auctoritate* aliquid facere, Codice Theodos. titulo de Haereticis. Est vero elegans loquendi genus, *principem exerere*, sive *exercere*, pro facere τὸν αὐτοκράτορα, gerere se pro principe. quam φράσιν miror cuidam viro docto sic visum insolentem, ut ferre apud Tacitum nequiverit *exulem agere*, & mutandum censuerit. Atqui sic & Latini & Graeci loquuntur, ut apud Maximum Tyrium [illegible] τὸ [illegible], apud Dionys. Halicarn. [illegible] τὸ [illegible]. apud Philonem τὸ [illegible] ὁμολογεῖν, & e recentioribus Graecis apud Nicet. in fere singulis paginis: cujusmodi sunt τὸ [illegible], & [illegible]. item [illegible]. & lib. I. vitae Andronici Commeni, [illegible], id est, *non magnifecit ducatum suum.* Nec minus eleganter Latini, ut noster in Vitellio cap. XVII. *ministratorem exhibere.* Seneca epist. XXXI. *Quem promiserat, exhibet.* Plinius Panegyr. *recipere se in principem.* Valer. Max. lib. V. VIII. I. *Exuit patrem, ut consulem ageret.* lib. VIII. VIII. 2. *In rebus seriis Scaevolam, in scurrilibus lusibus hominem agebat.* lib. IX. IV. Ext. I. *Nec fuit ei pudori filium, civem, hominem dissimulare.* & passim poetae. CASAUB. *Principem exeruit*, quoque Pal. pr. ac sec. haeret tantum prius publicatum, *exercuit*, in tertio, aetatis recentioris. GRUTER. *Exercuit* Codd. Periz. Harl. Hulf. & Edd. antiquae omnes. licet haec lectio habeat, quo se tueatur, malim tamen, cum Lipsio etiam, *exeruit.* quod exigit *praestititque*, quod nihil sensui adjiceret, si *exercuit* legeretur. vid. eamdem varietatem sup. cap. XI. & Buchner. ad Plin. VIII. Ep. 7. BURM.

Ad utilitates publicas] *Ad utilitatis copias* Exc. Cujac.

Rescidit] *Recidit* Memm. eadem varietas mox cap. seq. hic tamen *rescidit* praeferendum.

Se offerebat consiliarium,] Mos erat magistratibus, judicibusque, ut de re aliqua cogniturì nonnullos sibi in consilium assumerent. Cic. de Amicitia: *Aderam Laenati, & Rutilio, Coss. in consilio.* Sueton. Domit. cap. VIII. *Nummarios judices cum suo quemque consilio notavit.* Spartian. Hadriano cap. VIII. *Erat tunc mos, ut cum Princeps causas cognosceret, & senatores, & equites Rom. in consilium vocaret, sententiamque ex omnium deliberatione proferret.* Quam Principum consuetudinem fluxisse ab Augusto, auctor est Dion: decem enim ille senatores in consilium adhibuit. Ipse numerus Antoninorum tempore permansit, sed tunc partim senatores, partim equites fuere. Quorum Ulpian. quoque in fragm. meminit, addens ut Romae decem, sic in provinciis viginti fuisse cives Romanos, quorum consilio praesides uterentur. Hinc igitur in notis D. S. C. id est, de sententia consilii. Adde Juvenalis locum Sat. III. 162. *Quando in consilio est aedilibus.* Corruptus locus Suetonii Claud. cap. XII. TORR. Tacitus lib. I. Annal. 75. *Nec patrum cognitionibus satiatus, judiciis adsidebat in cornu tribunalis, ne praetorem curuli depelleret, multaque eo coram adversus ambitum & potentium preces constituta: sed dum veritati consulitur, libertas corrumpebatur.* CASAUB. Plin. I. Ep. 20. *frequenter egi, frequenter judicavi, frequenter in consilio fui.* ubi vid. commentatores.

Mistim vel ex adverso in parte primori] Libri duo *juxtim, vel exadversum*, unus etiam *vel exadversim*, una dictione. sic enim & apud Te-

rum elabi gratia rumor esset, subitus aderat: judicesque aut e plano, aut e quaesitoris tribunali, legum & religionis, & noxae, de qua cognoscerent, admonebat: atque etiam, si qua in publicis moribus desidia aut mala consuetudine labarent, corrigenda suscepit. Ludorum ac munerum impensas corripuit: mercedibus sceni- 34
corum

Terentium. *Primorem* autem *partem* honoratiorem intelligo, vel prima subsellia. TORR. Reperimus & *juxtim*. CASAUB. Cod. Salmas. *juxtim*, hoc est prope, quod non temere rejecerim. GRAEV. *Juxtim* Exc. Cujac. Edd. Bon. Lug. Junt. Ald. Steph. & aliae. *mixtim* Periz. Edd. Rom. Venetae duae, Basil. *vix tum* Venet. pr. *juxta* Copes. quod firmari posset illo Propertii IV. ult. 21. *Adsideant fratres juxta.* quem locum Heinsius adscripserat. *exadversum* Memm. Exc. Cujac. Eadem varietas est apud Terent. Phorm. I. II. 38. *ex adverso illico tonstrina erat.* ita Donatus, liber Bembinus & tres Bentleji, qui tamen videtur favere *exadversum*, loca ex Grammaticis antiquis proferens, quae huic voci auctoritatem addunt: & licet hic edat *ex adverso*, mox vs. 47. & in Adel. IV. II. 45. edidit *exadversum*, quae inconstantia non placet. vid. ad Caes. XXXIX. ego puto illam vocem *exadversum* natam ex corruptela sequioris aevi; ut *inante*, quod damnavimus ad Ovid. II. Met. 524. licet Gifan. ind. Lucret. probet, & ibi simul Terentio *exadversum* & *ilico*, vel *inlico*, adferat, eumque videtur Bentlejus secutus esse: debet vero in *ex adverso*, ut millies in similibus, subintelligi *loco*, vel simile quid. Ovid. IV. ex Pont. IV. 43.

At notus, adverso tepidum qui sperat ab axe.

Plin. II. 15. *Mox in adverso, a partibus centum octoginta exortus vespertinus.* & ita *in adversum niti* Ovid. II. Met. 72. credo praeterea *exadversum* scriptum, pro *exadverso*. quomodo saepe librarios corrupisse verba alibi notavimus. vid. Bos. ad Nepot. Themistocl. cap. II. apud quem etiam in Thrasyb. cap. II. *ex adverso Thrasybulum* reperi in codice Bibliothecae publicae, etsi malim ibi legere, *quum quidem ex adverso Thrasybulus fortissime pugnaret.* BURM.

In parte primori.] Tacitus modo: *In cornu tribunalis.* Dio sic: Ἐδίκαζε μὲν οὖν ὥσπερ εἶπον, ἐπεφοίτα δὲ καὶ ἐπὶ τὰ τῶν ἀρχόντων δικαστήρια, καὶ παρακαλούμενος ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἀκλήτως, καὶ ἐκείνους μὲν ἐν τῇ ἑαυτῶν χώρᾳ καθῆσθαι εἴα, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὸ βάθρον τὸ καταντικρὺ σφῶν καθίζων, ἔλεγεν ὅσα ἐδόκει αὐτῷ. Habes elegantissime expressum & Taciti superiorem locum, & Suetonii quoque. CASAUB.

E plano aut e quaesitoris tribunali] Plana clivosis & sublimibus opponuntur. sic enim apud Ulpianum l. V. Commodati, *de plano opus facere*, & *in machina operari* contraria sunt, ut *de plano cognoscere*, & *pro tribunali*. Paullus l. XVIII. de Quaestionibus: *Custodiae non solum pro tribunali, sed & de plano audiri possunt, & damnari.* Nec JCti tantum, sed & Cicero, & Seneca, & alii sic locuti sunt. *de plano* enim *fieri* dicitur, quando judex aut magistratus sine forma (quod ajunt) ac strepitu judicii, non editiore loco sedens, sed & in via ac transitu, aut inter deambulandum de levioribus negotiis, his maxime quae voluntariae jurisdictionis sunt, decernit ac statuit. *De plano*, autem, non *e plano*, fere scribitur, ut *de transverso*, *de proximo*, *de improviso*, *de subito*, *de integro*, *de nihilo*. *Quaesitorem* autem vocat eum, qui judicio praeerat. Caes. cap. XII. TORR. *Quaestoris* Edd. Venet. sec. & tert. Junt. Lugd.

Legum & religionis] Addit *religionis* propter jusjurandum. judices enim in leges jurabant. Quod Ascon. Pedianus ex Cicerone nos docuit, & de Tiberio loquens Tacit. lib. I. Annal. cap. 74. his verbis: *Ad quod exarsit adeo, ut rupta taciturnitate proclamaret, se quoque in ea causa laturum sententiam palam, & juratum.* Sed & Justinianus Imp. l. ult. Cod. De judiciis, *Cui*, (inquit) *non est cognitum antiquos judices non aliter judicialem calculum accepisse, nisi prius juramentum praestitissent, omnimodo se cum veritate, & legum observatione judicium esse dispositiuros?* TORR.

In publicis moribus] Dictio *moribus* non est in cod. Ferrar. quam tamen rejectam nolim. Inf. cap. XLII. TORR. Deest & Harlem. & Edd. tribus Venetis. *laberent* etiam Periz.

34. *Impensas corripuit*] Nove dictum, pro contraxit atque imminuit, ut *corripere viam*,

 corri-

corum reciſis, paribuſque gladiatorum ad certum numerum redactis. Corinthiorum vaſorum pretia in immenſum exarſiſſe, treſque mullos triginta milibus numûm ve-

corripere ſpatium Virgil. & alii, & *correptas ſyllabas* vocant grammatici, quod, breves cum ſint, citius pronuncientur. TORR. Nove dictum notat Torrentius; non diſſimili etiam modo in Domit. cap. IV. *miſſus ſingulos a ſeptenis ſpatiis ad quinos corripuit*, BURM.

Mercedibus ſcenicorum reſciſſis,] Duo optimi codd. *reciſis*, ut Calig. cap. XLIV. *commoda emeritae militiae ad ſummam ſexcentorum millium recidit.* & cap. LV. *mirmillonum armaturas recidit*, non *reſcidit*, ut in vulgatis. Horat. lib. II. Sat. II.

Integris opibus novi non latius uſum
Quam nunc acciſis.

Sed & Capitolin. M. Antonino cap. XI. ſic ſcribit: *Temperavit etiam ſcenicas donationes, jubens ut quinos aureos ſcenici acciperent, ita tamen, ut nullus editor decem aureos egrederetur. Scenicas donationes* vocat, quas Sueton. *mercedes*. Ulpian. *praemia* l. II. De his qui notantur infamia. Quod vero *editores* a *ſcenicis* diſtinguit, id ita intelligendum eſt, ut *ſcenici* ſint, qui rei ludicrae cauſa in ſcenam ipſi acturi prodeunt; *editores* vero (ni fallor) qui ſuſcepta edendae fabulae provincia, puta ab aedilibus, hiſtrionum porro opera mercede utebantur. Quales forte in Terentii fabulis L. Ambivius Turpio, L. Atilius Praeneſtinus, Minucius Protimus. Non ignoro tamen Donatum aliter ſenſiſſe. *Scenici* ergo merces aurei quinque, *editoris* decem. Qua de re viri docti cogitent. TORR. *Reciſis* Hulſ. & ita Lipſius emendabat. vid. cap. praeced. & ad Calig. XLIV. & Gronov. II. obſ. 22. BURM.

Corinthiorum vaſorum pretia] Vide Tacitum II. Annal. in actis anni DCCLXXV. CASAUB.

Treſque mullos triginta milibus nummum] Miror id Plinium tacuiſſe, cum Cajo Principe ab Aſinio Celere emptum unum VIII. millibus ſcripſerit lib. IX. cap. XVII. & ut Juvenal. de Criſpino, IV. 15. *mullum ſex millibus emit.* Vide, ſi lubet, Beroaldum hic, & quae notata mihi ad Horat. lib. II. Sat. II. TORR. *Mulos* Codd. Petav. Harlem. & Hulſ. Edd. Rom. Venet. pr. Bonon. Lugd. Ald. Gryph. Plant. quae vel diverſa ſcribendi forma, non duplicare ſolitorum conſonantes librariorum, ut ſupr. *culeus* & *culleus* Aug. XXXIII. & ita paſſim in Suetonii codicibus; vel muli intelligendi, jumenta, ut in Caeſ. cap. XXXI. *muli e piſtrino.* in Arg. vitioſe erat *treſque miles.* ſuſpectus vero mihi ſemper hic locus fuit. quid enim *mulli* vel *muli* ad ſupellectilem & vaſa Corinthiaca faciant, non video, nec quia tres mulli magno pretio venditi erant, ideo neceſſarium erat ſuppellectili modum adhibere, ſed ſumptibus menſae: non enim mulli ſuppellectilis nomine venire poſſunt, neque etiam pretium hoc inſanum *mullis* aut *mulis* convenire videbatur, quum inſignem luxurioſi Octavii nequitiem, qua ipſum Apicium ſuperavit, narrans Seneca Epiſt. XCV. *quinque millibus emiſſe mullum* dicat. ubi Lipſius aliud exemplum, mulli octo millibus empti, ſub Caligula adfert, quae minime etiam ad hoc inſanum pretium accedunt. apud Tacitum quoque lib. II. Ann. 33. ubi de luxu coërcendo in ſenatu agitur, mentio tantum fit *vaſorum aureorum*, & ut *modus fiat argento, ſupellectili & familiae* poſtulabat Fronto. Conjiciebam ergo ſcripſiſſe Suetonium; *treſque trullas* vel *trulleos:* in his enim luxurioſi inſanire ſolebant, ſi vel myrrhini vel ex aere corinthiaco eſſent: Plin. XXXIV. 2. *ſunt ergo vaſa tantum Corinthia, quae illi elegantiores modo in eſculenta transferunt, modo in lucernas, aut trulleos, nullo munditiarum reſpectu.* ſic ex una *Gemma excavatam trullam* Cicero IV. Verr. 27. memorat. & hac voce varia vaſa, quorum uſus in menſa, culina vel balneo erat, intelligi docuit Caſaub. ad Theophr. Caract. περὶ ἀναισχυντίας in fine. in legata ſupellectile etiam *trullas* recenſet JCtus l. 3. ff. de ſupell. legat. & l. 19. §. 9. de Aur. Arg. leg. & l. 36. eod. & alibi in Pandectis. Dixiſſe veteres etiam *Trullum* & *Trulleum* patet ex Nonio in *Polubrum* & *Trulleum*: jam vero immenſo pretio vaſa corinthiaca veniſſe probare ſupervacuum: majori etiam myrrhina comparata docet *trulla myrrhina* trecentis talentis empta apud Plin. XXXVII. cap. 2. & ibidem cryſtallina H S. CL. M. empta a matrefamilias. Non obtrudo hanc invitis conjecturam: nam forte *mullos* defendet aliquis, quia ſequitur de annona macelli; licet ibi

venisse, graviter conquestus, adhibendum suppellectili modum censuit: annonamque macelli, senatus arbitratu, quotannis temperandam: dato aedilibus negotio, popinas, ganeasque usque eo inhibendi, ut ne opera quidem pistoria proponi venalia sinerent. Et ut parcimoniam publicam exemplo quoque juvaret, sollemnibus ipse coenis pridiana saepe ac semesa obsonia adposuit, dimidiatumque aprum: adfir-

ibi novam periodum incipere videatur Suetonius, quum priora suppellectilem spectent, sequentia non vasa, sed res edules & popinas &c. quare etiam legi posset, *Annonam quoque macelli*, ut saepissime illud *quoque* & *que* variant, sicut capite praeced. *minoribusque personis*, vel *minoribus quoque* legitur. vid. & cap. XLIII. & alibi. saltem *muli* nullo colore defendi possunt. BURM.

Senatus arbitratu, quotannis temperandum] Sic Tiberio Principe inopia chartae factum est, ut e senatu darentur arbitri dispensandi. Plin. lib. XIII. cap. XIII. Verum id extra ordinem tunc factum. Sed enim reip. tempore annonam macelli censores temperabant, dicti ab eo, ut ait Festus, *quod rem suam quisque solitus sit tanti aestimare, quantum illi censuerant.* Exemplum de P. Crasso & L. Caesare censoribus apud Plinium lib. XIV. cap. XIV. Quanquam & aediles ejus rei curam gerebant, & interdum etiam praefecti annonae extra ordinem creabantur. Sub Caesarib. vero ad praefectum Urbis spectabat cognitio, ut res justo pretio venderentur. L. I. De off. Praef. Urb. TORR.

Dato aedilibus negotio, popinas,] Prorsus contraria his scribit Tacitus III. A. 55. *Auditis Caesaris literis, remissa aedilibus talis cura: luxusque mensae, a fine Actiaci belli ad ea arma, quis Ser. Galba rem R. adeptus est, per annos centum profusis sumptibus exerciti, paulatim exolevere.* CASAUB.

Ganeasque] Loca illa, in quibus homines vino & epulis & veneri desidiaeque operam dabant, veteribus *lustra* & *ganea*, recentioribus Latinis *tabernae* dicebantur. Sed male *ganeum* antiquiores grammatici ἀπὸ τῆς γῆς deducunt. nam *ganeum* pura puta vox Graeca est. dicunt enim illi γάνειον γάνος & γάνειον idem, ut δεῖνος & δεῖνον. γάνεια autem vocabant loca voluptaria, in quibus laetae vitae homines ventri & libidini vacabant. γάνος enim laetitiam & gaudium etiam vocabant, & γάνυμαι gaudeo. Hesychius: Γάνεια, κῆπος· γάνος, παράδεισος, χαρὰ, ἡδονή. SALMASIUS ad Spartian. Hadrian. cap. XVI.

Usque eo] *Usque adeo* Copes. vid. supr. cap. XIV.

Ne opera quidem pistoria] Opera intelligo a pistoribus, quos dulciarios vocabant, confecta. Martial. Apophor. CCXXII.

Mille tibi dulces operum manus ista figuras
Exstruit, huic uni parca laborat apis.

Lamprid. Elagabalo cap. XXVII. *Dulciarios, & lactarios tales habuit, ut quaecunque coqui de diversis edulibus exhibuissent, vel structores, vel pomarii, illi modo de dulci, modo de lacte exhiberent.* Adde Julium Firmicum lib. VIII. cap. II. TORR.

Pridiana] Vid. Casaub. ad Athen. VII. II. & notas ad Petron. cap. XLI.

Semesa obsonia apposuit, dimidiatumque aprum:] E lib. uno abest dictio *obsonia*, alter etiam *dimidiatum* habet, sine *que*. Lego igitur: *Solennibus ipse coenis pridiana saepe ac semesa apposuit, dimidiatum aprum affirmans omnia eadem habere, quae totum.* Non immerito igitur Juvenal. exclamat. I. Sat. 140.

— *quanta est gula, quae sibi totos*
Ponit apros?

Et veteres laudat Horat. qui vel rancidum aprum advenienti de improviso hospiti servare mallent, quam integrum una coena devorare, ac nihil inde seponere. haec enim loci illius sententia est, *Rancidum aprum antiqui laudabant*, &c. lib. II. Sat. II. 89. *Solennes* vero *coenas* vocat Sueton. cum privatas, tum publicas, quae recepto civitatis more communi laetitia celebrabantur. Horat. dicta jam Sat. II. II. 59.

— *licebit*
Ille repotia, natales, aliosve dierum
Festos albatus celebret.

Adde Saturnalia, Hilaria, Apollinaria. TORR. Sextus Aurelius de Alexandro Severo: *Hujus mater eo filium coegerat, ut illata quamvis permodica, si mensae prandioque superessent, quamvis semesa, alteri convivio reponerentur.* Sic scribendus ille locus ex Historia miscella. CASAUB.

firmans, *omnia eadem habere quae totum.* Quotidiana oscula prohibuit edicto: item stre

Dimidiatum] Quum luxuriosi integrum apponerent; quod primum fecisse P. Servilium Rullum, quum olim in tres partes dividi soleret, narrat Plin. VIII. 51. Sic Trimalchionis in coena *primae magnitudinis aper* positus legitur apud Petron. cap. XL. ubi vide adnotata. BURM.

Affirmans, omnia eadem habere quae totum] Ex intima philosophia promptum est hoc dictum: & profecto videtur Tiberius ingeniose ad ciborum sapores referre scholae Hippocraticae dogma, de quo medicos differentes audiverat. Hippocratis placitum est, omnium in animali partium eam esse consensionem inter ipsas, ut nulla pars sit aliarum principium, sed in singulis omnia inesse quae in una aliqua. Initio libri de Locis in Homine, scribit divinus senex: Ἐμοὶ δοκεῖ ἀρχὴ μὲν οὐδεμία εἶναι τοῦ σώματος, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως ἀρχὴ καὶ πάντα τελευτή· κύκλου γὰρ γραφέντος ἀρχὴ οὐχ εὑρέθη. Hanc autem partium mutuam affectionem ipse appellat ὁμοεθνίην, quasi *gentilem quandam cognationem* dicas. Ait igitur libro eodem: Τοῦ σώματος τὸ σμικρότατον πάντα ἔχει ὅσαπερ καὶ τὸ μέγιστον. & mox: Ἐν τῷ σμικροτάτῳ πάντα ἔνι τὰ μέρεα. quae fere sunt Tiberii verba, etsi mens alia. CASAUB.

Quotidiana oscula] Beroaldo assentior, ut ea tantum oscula prohibuerit Tiberius, quae passim ab obviis summa, ut Martial. lib. XI. Epigr. XXIX. conqueritur, molestia dabantur. Atqui cognatorum oscula semper honestissima fuere, uti amicorum. Plutarch. Probl. VI. Cic. ad Atticum lib. XII. epist. I. Capitolin. M. Antonino cap. III. *Junium Rusticum praecipue reveritus est, cui etiam ante praefectos praetorio osculum dedit.* Adde Suetonium Caes. cap. XIII. Claud. cap. XXVI. Ner. cap. XXXVII. Oth. cap. VI. Domit. cap. XII. Tiberium sane in dandis osculis parciorem fuisse, jam ante didicimus, cum Rhodum iturus paucos admodum osculatus sit in digressu. At Cajus plane praeposterus, qui cum palam quotidie histrionibus oscula daret, ac nonnullis e populo, plerisque senatorum manum tantum, aut pedem porrexerit. Dion. Contra de Trajano Plin. Panegyr. cap. XXIII. *Gratum erat cunctis, quod senatum osculo exciperes, ut dimissus osculo fueras.* & cap. seq. *Non tu civium amplexus ad pedes tuos deprimis, neque osculum manu reddis.* TORR. Arbitror Tiberium *minime comem Imperatorem*, ut eum Plinius lib. XXXV. 4. vocat, cum oscula quotidiana gravaretur, ne superbiae hoc ipsi tribueretur, si solus consuetudinem aspernaretur, edictum hoc promulgasse. Puto etiam Valer. Max. qui assentatione ejus Principis; parum Vellejo concedit, in Tiberii gratiam haec scripsisse lib. II. VI. 17. *Ne Numidiae quidem reges vituperandi, qui more gentis suae nulli mortalium osculum ferebant. Quicquid enim in excelso fastigio positum est, humili & trita consuetudine, quo sit venerabilius, vacuum esse convenit.* CASAUB. *Escula* Harlem. *aescula* Venet. pr. potuit huic edicto lues, ut Borremans. Var. lect. XV. & ante eum Aurelius ad Tacit. XI. 22. suspicantur, praetextum dedisse. sed quia hic agitur de luxu & libidine cohibenda, & imperatoris non vitiis, sed, quae laudem merentur actionibus, verius puto, vetuisse Tiberium, quia sub hac specie illiciri saepe amores subirent. Si enim luis caussa prohibuisset oscula, non quotidiana tantum, sed omnia omnino debuisset prohibere, etiam domestica, per quae, contagio illa aeque potuisset serpere. an, quia ab obviis & ignotis passim oscula ingerebantur, facultas vix erat inquirendi, an lue illa infestati essent nec ne, quod domi satis constare poterat? sed tamen ad libidinem coercendam hoc edictum potius pertinuisse arbitror. Sic has artes corrumpendi per oscula monstrat Proper. II. V. 7.

> *Quin etiam falsos fingis tibi saepe propinquos,*
> *Oscula nec desunt qui tibi jure ferant.*

& hac illecebra Hippolytum incitat ad incestam libidinem Phaedra apud Ovid. Epist. IV. 144.

> *Oscula aperta dabas, oscula aperta dabis.*

& Agrippina per jus osculi pellexit Claudium inf. in Claud. cap. XXVI. *edicto prohibuit* Exc. Cujac. BURM.

Item strenarum commercium] Strenas & dandi accipiendique strenarum nomine vices. Sic lib. IV. *commercium mutui stupri.* & apud Valer. Max. lib. V. III. Ext. 3. *dandi & accipiendi*

ſtrenarum commercium, ne ultra Kalendas Januarias exerceretur. Conſueverat & quadruplam ſtrenam, & de manu, reddere: ſed offenſus interpellari ſe toto menſe ab iis, qui poteſtatem ſui die feſto non habuiſſent, ultra non tulit. Matronas proſtratae pu-35 dicitiae, quibus accuſator publicus deeſſet, ut propinqui more majorum de communi ſententia coercerent, auctor fuit. Equiti Rom. jurisjurandi gratiam fecit, ut uxo-

piendi beneficii commercium. apud Solinum, *ſpiritalia commercia*, pro ſpirationis & reſpirationis viciſſitudine. Paullo aliter dictum a ſummo Vate, *belli commercia Turnus Suſtulit iſta prior*. De hoc autem edicto Tiberii Dionis verba ſunt in anno DCCLXX. Ὁ Τιβέριος, ἐπειδὴ καὶ μετὰ τὴν νουμηνίαν τοῖς ἀργύριον αὐτῷ προσφέρουσιν, οὔτε ἐδέξατο, καὶ τι καὶ γράμμα περὶ αὐτοῦ τούτου ἐξέθηκε, γέγραπται μὲν Λατίνῳ χρησμὸς. *Strenas* vocat Dio ἀργύριον & hic & alibi, nimis laxa appellatione: ſed vocem Latinae parem Graeci non habent. At Graeci magiſtri finxerunt vocem appoſitiſſimam Romanae conſuetudini exprimendae. Gloſſarium: *Strenua*, ἐγχειρητικός, ἰταμός. Scribe *Strena*, & confer interpretationem cum verbis Feſti: *Strenam vocamus, quae datur die religioſo ominis boni gratia*. Vide, quae obſervamus in Animadverſionibus in Athenaeum libro III. cap. XVIII. In Liſſ. cod. *ſtrenua* pro *ſtrena* ſcriptum hic reperi, ut in Gloſſ. CASAUB. *Sternarum* & ſuperſcriptum *ſtrennas*, Copeſ. qui & mox *ſtrennam*. ſed *ſtrennam*. Ed. Rom.

Conſueverat &] *Conſuerat quadriplam ſtrennam* Memm. Harlem. *&* deeſt antiquis omnibus.

Ultra non reddidit.] Tres libri *ultra non tulit*. Scilicet interpellari ſe ultra Kal. Jan. aut ne Kalendis quidem, ut de manu redderet, acciperetve quod Dion. videtur innuere. Mirum vero quadruplam ſtrenam dare ſolitum Tiberium, cum Auguſtus tantundem, aut duplum tantum, ſi recte memini. *De manu* autem, id eſt, non per diſpenſatorem. TORR. Quidam codd. *tulit*. Notat eo libro Dio ſub principium: Τοῦτο ἐποίει ἵνα μὴ ταῖς νουμηνίαις δίδῷ, ἵνα ἀργύριον παρ' αὐτοῦ μὴ λαμβάνῃ. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τῷ Αὐγούστῳ ἐπὶ τούτῳ ἐπείθετο, ἀλλὰ τὸ πολὺ μὲν ἐδεξίωτο ἐν αὐτῷ, πολλὰ δὲ ἀναλώσειν ἐκ τῶν ἀναλωμάτων γίγνεσθαι. CASAUB. Pall. noſtri accedunt Torrentianis, in quibus, *ultra non tulit*. GRUTER. Et ita omnes noſtri Codd. & Edd. Venetae tres & Bonon. & hanc veram eſſe lectionem credo, alteram a ſciolo quodam intruſam. Sic Ovid. v. Epiſt. 12. *ſervo nubere Nympha tuli*. ubi vide quae adnotavimus, & ad XI. Met. 447. BURM.

35. *Matronas proſtratae pudicitiae, quibus accuſator*] Nullum jus novum hoc edicto inſtituitur, ſed mos majorum deſuetudine abolitus in uſum revocatur. nam olim liberum fuiſſe maritis & cognatis privato concilio in nocentes foeminas animadvertere, nemo neſcit. huic autem edicto Tiberii videtur praebuiſſe occaſionem Titidius Labeo, quem narrat Tacitus Annal. lib. II. 85. fuiſſe accuſatum, *quod in uxore Veſtilia delicti manifeſta ultionem legis omiſiſſet*. Factum id Romae Coſs. Silano & Nolano. CASAUB. *Matronaſque* Codd. Periz. Harlem. Edd. Venetae tres, Bonon. Lugd. & aliae.

Majorem more] Liber opt. *more majorum*. quo nempe, teſte inter alios Dionyſio, ſervatum fuit, ut maritus una cum cognatis de uxore adultera cognoſceret. At vero legibus, quibus nunc utimur, marito quidem & patri certo tempore accuſandi adulteram poteſtas prae ceteris tribuitur: quin marito, qui uxorem ſciens delinquere patitur, quive deprehenſam in adulterio retinet, neque matrimonii contaminatione movetur, gravis etiam poena infligitur: verum ut eam ipſe coërceat, non permittitur, cum ne deprehenſam quidem cum adultero aliter quam certis cautionibus occidere liceat. TORR. *More majorum* noſter fere ſemper. ut Cal. III. Neron. XLIX. & alibi. licet noſtri ſcripti & olim editi plerique exhibeant *majorum more*. parum refert. BURM.

Jurisjurandi gratiam fecit] Vide Aug. cap. XVI. Quanquam hoc loco *jurisjurandi gratiam facere* ſic interpretor, ut declaraverit Tiberius eum jurejurando non teneri, nec non a perjurio abſolverit. nam juramentum de uxore adultera non repudianda, quod turpe ac contra leges ſit, pro nullo habetur. Juriſconſulti tamen *gratiam jurisjurandi facere* dicunt, ſive delatum jam, acceptumque remittitur, ne praeſtetur, ſive a jam praeſtito quis liberatur. L. II. De jurejur. & l. XXXVIII.

uxorem in ſtupro generi compertam dimitteret, quam ſe numquam repudiaturum ante juraverat. Feminae famoſae, ut ad evitandas legum poenas jure ac dignitate matronali exſolverentur, lenocinium profiteri coeperant: & ex juventute utriuſque ordinis profligatiſſimus quiſque, quo minus in opera ſcenae arenaeque edenda ſenatuſconſulto tenerentur, famoſi judicii notam ſponte ſubibant. eos eaſ-

Ad municipalem. Torr. Memini Jacobum Cujacium ad Novellam LI. De mulieribus ſcenicis, tractare hunc locum. Quare inde petatur cenſeo illius explicatio. Casaub. Nam Principum erat olim gratiam facere jurisjurandi, l. ult. in princip. D. ad munic. ac conſequenter dare reſtitutionem in integrum. Ceterum generaliter proditum eſt, ex turpibus obligationibus actionem non naſci: quia jusjurandum contra bonos mores nullius eſt momenti. Dion. Halic. lib. II. Θεοὶ γὰρ ἐπὶ καλοῖς καὶ δικαίοις παραλαμβάνονται φιλίας ὁμολογίαις, οὐκ ἐπ' αἰσχροῖς καὶ ἀδίκοις. Cujacius.

Jurisjurandi] Cod. Salmaſii *jusjurandi*. & in eodem ſtatim abeſt, τὸ *ut*. ſic enim in illo legitur: *Equiti Romano jusjurandi gratiam fecit, uxorem in ſtupro generi compertam dimitteret*. Graev. *Jusjurandi* etiam Harlem. & Ed. Rom. vide Drakenb. ad Liv. I. 32. *ut* deeſt iiſdem Codd. & Exc. Cujac. & Edd. Venetis, Bonon. Lugd. Junt. Baſil. Ald. Steph. & aliis.

In ſtupro generi] *In ſtupro gravi* Hulſ.

Feminae famoſae] Mulieres infames, tanquam indignae cenſura legum, lege Julia de adulteriis non tenebantur; eademque ratione & viri, qui infames erant, impune in ſcena atque arena verſabantur. Tiberius vero eos, easve, qui, quaeve (ut leges, ac ſenatusconſulta eluderent) ſponte notam infamiae ſubiiſſent, exilio affecit. Poſtea vero obtinuit, ut nihilominus iis etiam legibus, quas quaeſita infamia eludere conati fuerant, tenerentur. Qua de re Papinian. l. X. de Adult. *Mulier* (inquit) *quae evitandae poenae adulterii gratia lenocinium fecit, aut operas ſuas ſcenae locavit, adulterii accuſari, damnarique ſenatusconſulto poteſt*. Senatusconſultum autem de opera ſcenae non locanda ſub Auguſto factum fuiſſe & Dion alicubi nos docuit, & ex Suetonio colligimus cap. XLIII. his verbis: *Ad ſcenicas, & gladiatorias operas equitibus Romanis uſus eſt, verum priusquam SC. prohiberetur*. Adde Suetonii locum Domit. cap. VIII. De famoſis vero feminis ita Tacit. lib. II. cap. 85. *Eodem anno gravibus ſenatus decretis libido feminarum coërcita, cautumque ne quaeſtum corpore faceret, cui avus, aut pater, aut maritus eques Rom. fuiſſet. nam Veſtilia, praetoria familia genita, licentiam ſtupri apud aediles vulgaverat, more inter veteres recepto, qui ſatis poenarum adverſus impudicas in ipſa profeſſione flagitii credebant*. Torr. Illud *famoſae* videtur abundare. Sane non habetur in V. C. Ursin. *Famoſae* omiſit Steph. qui &, *ad vitandas* edidit.

Profiteri coeperant:] Apud aediles. Nam, ut hic de lenocinii, ſic apud Tacitum de ſtupri profeſſione legimus, Ann. II. *Veſtilia licentiam ſtupri apud aediles vulgaverat, more inter veteres recepto, qui ſatis poenarum adverſum impudicas in ipſa profeſſione flagitii credebant*. Apparet autem in ſtupra matronarum ordinis primi aut ſecundi graviter ſemper animadverſum, ad ſervandum publicum decus: non tam graviter in libertinarum aut e plebe, quibus haec militia Venerea moribus tantum non permiſſa: quod vel ex Horatio, Ovidio, aliiſque liquere poteſt. Sed & illud patet, cuivis foeminae licitum fuiſſe vulgare corpus, modo apud aediles id profiteretur. Quae tamen profeſſio irrita facta poſtea ex nova lege, eleganterque ad hanc rem Papinianus l. X. de Adult. *Mulier, quae evitandae poenae adulterii gratia, lenocinium fecit, aut operas ſuas ſcenae locavit, adulterii accuſari damnarique ſenatusconſulto poteſt*. Lipsius ad Tacit. II. 85. Apud aediles, cujus moris cauſam erudite explicat Lipſius ad Tacitum II. Annal. vide etiam Tertullianum de Pallio. Casaub.

In opera] *In opere* Cod. Hulſ. Exc. Cujac. male. vid. inf. cap. XLIII. Calig. LVIII. & ſolemnem hanc eſſe locutionem docuit Gronovius ad Liv. III. 63. *teneretur* etiam Copeſ. nec hoc recte. v. ad Caeſ. XXVII. Burm.

Famoſi judicii] *Famoſam judicii notam* Codd. Periz. Harlem. Edd. Rom. Venetae tres, Bonon.

Ne

easque omnes, ne quod refugium in tali fraude cuiquam esset, exsilio adfecit. Senatori latum clavum ademit, quum cognovisset sub Kalendis Julii demigrasse in hortos, quo vilius post diem aedes in urbe conduceret. Alium & quaestura removit, quod uxorem pridie sortitionem ductam, postridie repudiasset. 36 Externas cerimonias, Aegyptios Judaïcosque ritus compescuit: coactis qui superstitione ea tenebantur, religiosas vestes cum instrumento omni comburere. Judaeorum juventutem, per speciem sacramenti, in provincias gravioris coeli distribuit: reliquos gen-

Ne quod refugium] In V.C. legitur *perfugium*. URSIN. *Ne refugium* Codd. Periz. Harl. Edd. Rom. Venetae tres, Bonon.

Cum cognovisset] Libri MSS. duo *quem cognosset*, unus etiam *Kal. Januarii*, pro *Julii*. Verum ut illud *quem cognosset* probo, sic *Julii* retineo. eo enim fere die aedes a commigrantibus mutabantur. Cic. quadam ad Q. fratrem epistola, quam Beroaldus citat, & Martial. pulcherrimo illo Epigrammate, *O Juliarum dedecus Kalendarum!* XXXII. libri XII. TORR. *Quem* Edd. Lugd. Junt Basil. poster. Ald. Arg. Steph. sic Caes. cap. LX. *nullum hostem fudit, quem non castris quoque exsuerit.* ubi vulgo *quum castris*. de Kalendis Julii, migrationis die sollemni, vid. in dissert. de Vectig. cap. VIII. *cognosset* Memm. in Exc. Cujac. mox *quo Julius* Edd. Rom. Venet. pr. BURM.

Alium & quaestura removit,] In Petizon. inducta erat litera *t* in *et*. ut esset *e questura* & ita Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. pr. Lugd. Junt. Ald. & margo Erasmi. *a quaestura* Memm. vid. ad Caes. XVI. & inf. c. LVI. *a contubernio removit.* sed & vulgata recte se habet. ita mox cap. XLII. *civitatis oculis remotus.* ubi plura. BURM.

Uxorem pridie sortitione ductam] Turneb. Adversar. XIV. cap. XVII. *pridie sortitionem*, ut *pridie Calendas*, legit, sortitionem provinciae intelligens, ex qua quaestor ille ingens lucrum sperans, uxorem, quam forte minus locupletem pridie duxerat, postridie repudiaverit. Alii similiter *pridie sortitionis*, aut *sortitionem* legunt, sed ad legem Papiam referunt; quae cum caelibes a magistratu arceret, homo hic quam ante sortitionem provinciarum duxerat, obtenta jam provincia ablegarit. Et non negaverim quidem lege Papia plus commodi etiam ex provinciis accedere illis, qui uxorem & liberos habeant; magis tamen mihi Beroaldi sententia placet, ut ideo hic (quicunque fuerit) a quaestura motus sit, quod pari levitate & sorte veluti per ludum uxorem duxerit, & ductam rejecerit. sic enim & apud Plautum Chalinus de Olympio conjectis in sitellam sortibus pro Casina sortiuntur. Nec dissimile exemplum refertur apud Sueton. Caes. cap. XLIII. TORR. In V.C. *pridie sortitionis*. URSIN. *Pridie sortitionem ductam*, ita Memmianus recte, non *sortitione*. CASAUB. *Sortitione* adserunt Pall. tres, Turneb. lib. XIV. cap. 17. malebat *pridie sortitionem*, alio intellectu. GRUTER. *Sortitione* omnes codices & editi praeter Memm. tacente tamen Gronovio.

36. *Judaicosque ritus compescuit:*] Calumniis Sejani impulsus. fuse Philo Judaeus Orat. ad Cajum. Vide Cornelium Tacitum in anno eorundem Consulum, & Josephum. CASAUB.

Coactis qui superstitione ea tenebantur,] Intelligo de civibus tantum Romanis: neque enim Judaeis suam religionem ivit ereptum Tiberius. CASAUB.

Religiosas vestes] Qui *vestas* legendum admonent, nimis anxie, ne dicam superstitiose, rem satis apertam in disquisitionem vocant. EGNAT. Vid. Domit. cap. I. *Isiaco celatus habitu.* TORR.

Instrumento] *Instromento* Hulf. *vestimento* Harlem.

Judaeorum juventutem] *Judaeorumque j.p.s. sacramenta* Harlem.

Provincias gravioris coeli] Josephus lib. XVIII. Antiq. quo modo, & qua de causa Judaicos, Aegyptiosque ritus compescuerit Tiberius, prolixe narrans, inter alia Judaeorum quatuor millia missa in Sardiniam tradit. Atqui ejus insulae aestivis maxime mensibus intemperies, vel Livio & Strabone testibus, in proverbium abiit. Notum illud Martial. lib. IV. Ep. 60.

Nullo fata loco possis excludere, cum mors Ve-

gentis ejusdem, vel similia sectantes, urbe submovit, sub poena perpetuae servitutis, nisi obtemperassent. Expulit & mathematicos: sed deprecantibus, ac se artem 37 desituros promittentibus, veniam dedit. In primis tuendae pacis a grassaturis ac latrociniis seditionumque licentia curam habuit. Stationes militum per Italiam solito frequentiores disposuit. Romae castra constituit, quibus Praetorianae cohortes, vagae ante id tempus, & per hospitia dispersae, continerentur. Populares tumultus & ortos gravissime coërcuit: & ne orerentur, sedulo cavit. Caede in theatro per discordiam admissa, capita factionum & histriones, propter quos dissidebatur, relegavit: nec ut revocaret, umquam ullis populi precibus potuit evinci. Quum Pollentina plebs funus cujusdam primipilaris non prius ex foro misisset, quam extorta pecunia per vim heredibus ad gladiatorium munus: cohortem ab urbe, & aliam a Cottii regno, dissimulata itineris caussa, detectis repente armis, concinentibus-

Venerit, in medio Tibure Sardinia est. Tibur saluberrimum Sardiniae opponit pestilenti. CASAUB.

Vel similia sectantes] Christianos intelligebat Lipsius: sed eorum sectam jam tum Romae fuisse notam vix credo. BURM.

Mathematicos] Vide Buchner. tom. II. orat. p. 221. BROUCKH.

Artem desituros] Sic Gellius loquitur lib. XV. cap. XV. & cap. ult. ipse Cic. Epist. ad Marium lib. VII. Ep. 2. *libenter hercle artem desinerem.* De mathematicis autem eleganter Tacit. lib. II. 32. TORR. Vid. Heins. ad Ovid. II. Art. Amat. 726.

37. *Inprimis tuendae pacis a grassaturis ac latrociniis seditionumque licentia curam habuit.*] Huc refero, quod de Tiberio Philo scribit: Ὁ μηδὲν μικρὸν πόλεμον, μήτε κατὰ τὴν Ἑλλάδα, μήτε κατὰ τὴν βάρβαρον ὑποτυφόμενον ἐάσας, τὴν δὲ εἰρήνην καὶ τὰ τῆς εἰρήνης ἀγαθὰ περιαγόμενος ἄχρι τοῦ τοῦ βίου τελευταίου ἀφθόνῳ καὶ πλουσίᾳ χειρὶ καὶ γνώμῃ. CASAUB

A grassaturis] Vide Aug. cap. XXXII. & Oth. cap. VI. TORR.

Frequentiores] *Frequentiore* Huls.

Vagae ante id tempus] Augustus enim, qui primus partim in sui, partim Urbis custodiam cohortes allegerat, sine castris per domos dispersas habuit. Sup. cap. XLIX. & Tacit. lib. IV. ubi de Sejano Plin. lib. IV. cap. V. castra praetoria prope muros Urbis locata fuisse indicat. Quod verum esse, & quidem non procul a via Nomentana, colligimus ex Suetonio Ner. cap. XLVIII. Adde Capitolini Balbinum, si lubet. TORR. *Ante idem tempus* Exc. Cujac.

Populares tumultus,] Intelligunt quidam, qui in ludis & circo a fautoribus & factionibus excitabantur, ut & explicant in l. 1. §. 12. de Off. Praef. Urb. *popularium quietem.* vid. Lips. I. Quaest. Epist. I. & III. 18. & Jac. Goth. ad L. 2. C. Theod. de Offic. Rector. Provinc. nec diffiteor, ita recte dici posse, quia a plebe, quae in cavea erat, saepe excitabantur; & hinc *in populo* sedere est in cavea, ut *in senatu, in equite.* vid. Martial. XI. 33. sed Casaub. ad Capitolin. Anton. Phil. 17. *Populares* militibus opponi dicit; alteri explicationi favet exemplum sequens caedis in theatro admissae. latius haec excussi in dissertatione de Vectig. P. R, diss. cap. IX. BURM.

Exortos] *Et ortos g. c. & ne orerentur.* Memm. & Copes. utrumque ex more Suetonii & repetentis, & *orèretur, poteretur* &c. scribentis. vid. ad Caes. LXIV. & *exortos* Exc. Cujac. BURM.

Histriones, propter quos dissidebatur,] Ut olim propter Pyladem & Bathyllum: Aug. cap. cap. XLV. TORR.

Propter quos] *Propter quod* Memm. quod defendi posse satis constat.

Cum Polentina plebs] Meliores codices *Pollentina.* Plures autem Pollentiae (a pollendo, ut a valendo Valentia, sic dictae) fuerunt, sed eam intelligere Suetonium, quae juxta Alpes erat, indicio est id quod de Cotio Rege sequitur, a quo Alpes Cotiae appellantur. Hujus vero Pollentiae lanarum nobilitatem commendat Plin. lib. VIII. cap. XLVIII. TORR.

Gladiatorium] *Gladiatorum* Codd. Copes. Huls. Edit. Venet. Lugd. Junt. Ald. Stephan. tollenmi variatione: vid. sup. c. VII. & alibi.

A Cotti regno] Scribendum *Cotis*, ut alibi diximus. & paullo post *Rhascupolim.* URSIN.

Re-

busque ſignis, per diverſas portas in oppidum immiſit: ac partem majorem plebei ac decurionum in perpetua vincula conjecit. Abolevit & vim moremque aſylorum, quae uſquam erant. Cyzicenis in cives Romanos violentius quaedam auſis, publice libertatem ademit, quam Mithridatico bello meruerunt. Hoſtiles motus, nulla poſtea expeditione ſuſcepta, per legatos compeſcuit, nec per eos quidem, niſi cunctanter & neceſſario. Reges infeſtos ſuſpectoſque comminationibus magis & querelis, quam vi repreſſit. Quoſdam per blanditias atque promiſſa extractos ad ſe non remiſit: ut Maraboduum Germanum, Thraſcypolim Thracem, Archelaum

Regnum Cottii eſt, quam Strabo Κοττίου γῆν vocat in gentium Inalpinarum deſcriptione. Male praecunt, qui *Cotis* ſcribi volunt. Cotys longe alius a Cotto, vel Cottio. CASAUB. *A cocti* Harlem. Edd. Venet. pr. Lugd. Junt. *Aliam Acotti* Ed. Rom. *aliam Cottis* Venet. ſec. & tert. *a Coti* Bon. *a Cotti* Periz. Copeſ. Exc. Cujac. reliqui *a Cotii*. vid. ad Neron. XVIII.

Concinentibuſque ſignis,] *Convenientibuſque* Harlem. Edd. Venetae tres, Bonon. Ald. *ſingulis* pro *ſignis* Venet. ſec. & tert. *ſigna* hic pro *tubis*, quae *canere* ſaepe dicuntur.

Moremque aſylorum,] Commentarii ex iis, quae videre legereque potuerunt, non pauca. nos ex eodem Tacito omnia pleniora faciamus. ille igitur lib. III. cap. 60. in hunc fere ſenſum: *Cum creſceret per Graecas urbes licentia aſyla conſtituendi* &c. EGNAT. Plenius de aſylis Tacit. lib. III. cap. 60. modum aſylis praeſcripſiſſe Tiberium, non ea aboleviſſe commemorans. TORR. Si vere haec Suetonius; ſequitur, ut poſt haec tempora nulla uſquam templa fuerint in toto imperio Romanorum aſyli jure praedita. Sane apud Pauſaniam in deſcriptione Graeciae obſervamus, quoties fere de hoc jure templi alicujus auctor loquitur, dici id olim fuiſſe, hoc eſt, jam non eſſe, an propter hanc Tiberii legem? Sed Tacitus, qui fuſe rem narrat lib. III. modum huic rei dicit adhibitum, non autem jus omne penitus ſublatum: quod nec fit veriſimile. CASAUB. *Et vim moremque* Periz. Harlem. Edd. veteres fere uſque ad Baſileenſes & recentiores. *abolevitque & vim* Ed. Rom. *abolevitque vim* Copeſ. & mox *quaeque uſquam. jus* puto eſſe Gloſſatoris. Peccaſſe vero hic Suetonium praeter commentatores, Marſham Chronic. p. 356. Spanhem. de uſu & praeſt. Numiſm. diſſ. IX. §. 5. p. 661. & comm. ad Marm. Oxon. pag. 25. crediderunt. BURM.

Cyzicenis] His libertatem & Auguſtus ademerat, ſed poſtea reſtitutam iterum ademit Tiberius. Aug. cap. XLVII. Vide Dionem. TORR. de varia *Cyzicenorum* fortuna vid. Paſſerat. ad Propert. pag. 171.

Meruerant] *Meruerunt* Codd. Memm. Periz. Harl. Copeſ. Hulſ. Edd. Rom. Venetae, Lugd. Baſil. Junt. Ald. & aliae.

Nec per eos] *Ne* Codd. Memm. Copeſ. & ita Graevius edit. priori. vid. ad cap. X. & XV. & alibi.

Maraboduum Germanum, Thraſypolin Thracem,] De Rhaſcupoli Thrace ex eodem Tacito copioſius hauries. Iſ autem Maraboduus diu apud Suevos rerum potitus magna apud ſuos gloria, mox Catualdae juvenis inter Gotthonos nobilis vi pulſus ad Caeſaris miſericordiam fugit, transmiſſoque Danubio magnifica de ſe in ſenatu oratione habita, qua ſe Pyrrho & Antiocho regibus aequaret, Ravennae inglorius conſenuit, nimia vivendi cupiditate imminuta vetere gloria. EGNAT. Libri noſtri *Marabodum*, aut *Marobodum*, & *Thraſcypolum*, vel *Raſcipolim*. Melius, ni fallor, Dion & Tacitus *Reſcuporim* & *Raſcuporim* vocant. Cujus nominis, uti & Marabodi, certa noſtro idiomate etymologia eſt. Fuere & ante hunc alii eodem nomine in Thracia reges, quos Caeſar lib. III. de Bello Civili, & Lucan. lib. V. & Appian. & Dion commemorant. Vide, ſi luber, Turnebum Adverſar. XIV. cap. XVII. TORR. Scio Graecos Ῥασκύπορις nominare, ut Dionem: ſed conſtanter per *Th*. MSS. noſtri. Liſſ. quidem diſerte *Thraſcypolim*. Viterb. vero *Thraſibolum*. CASAUB. *Marabodum* Periz. Exc. Cujac. Edd. antiquae plurimae. etiam Baſil. ſed Ald. Steph. & recentiores, *Maroboduum*. *Marobadum* Bonon. Pariſ. *Marobodum* Cod. Copeſ. *Thraſipolum* Periz. *Thraſybulum* Ed. Rom. *Thraſcipolim*, Cod. Copeſ. *Thraſypolum* Harlem. Venet. tres Lugd. Junt. Arg.

37 laum Cappadocem, cujus etiam regnum in formam provinciae redegit. Biennio continuo post adeptum imperium pedem porta non extulit: sequenti tempore, praeterquam in propinqua oppida, & quum longissime, Antio tenus nusquam afuit: idque perraro & paucos dies, quamvis provincias quoque & exercitus revisurum se saepe pronuntiasset: & prope quotannis profectionem praepararet, vehiculis comprehensis, commeatibus per municipia & colonias dispositis. Ad extremum vota pro itu & reditu suo suscipi passus, ut vulgo jam per jocum *Callipides* vocaretur: quem cursitare, ac ne cubiti quidem mensuram progredi, proverbio Graeco notatum est. Sed orbatus utroque filio, quorum Germanicus in Syria, Drusus Ro-

39 mae obierat, secessum Campaniae petiit: constanti & opinione & sermone paene omnium, quasi neque rediturus umquam, & cito mortem etiam obiturus: quod paullo minus utrumque evenit. Nam neque Romam amplius rediit: sed & paucos post dies juxta Terracinam in praetorio, cui speluncae nomen erat, incoenante

Rhascupolim Bonon. Ald. Steph. *Rhascypolim* Basil. poster. *Trascipolim* Exc. Cujac. *Thrasypolim* Basil. Gryph. Plant. vid. ad Vell. Paterc. II. 129. *Rhescyporim* verum nomen ex nummo esse docuit Seguinus in select. numism. pag. 42. & 394. & Beger. Thes. Brandenb. tom. III. pag. 5. & alii, sed Patinus *Rascyperim*. quod vero *Thrascypolis* aliis dicatur, ex sermone Germanorum fluxisse, qui vocibus articulum T solent praeponere, ingeniose certe, conjicit eruditissimus Cannegieterus de Brittenburgo cap. III. p. 32. BURM.

Archelaum Cappadocem] Desunt haec Exc. Cujacii.

Cujus etiam regnum in provinciae formam redegit.] Strabo lib. XII. Τελευτήσαντος τοῦ βίου Ἀρχελάου τοῦ βασιλεύσαντος, ἔγνω Καῖσαρ τε καὶ ἡ σύγκλητος ἐπαρχίαν εἶναι Ῥωμαίων τὴν μεγάλην Καππαδοκίαν. & Tacitus non uno loco, aliique historici. CASAUB.

38. *Nusquam abfuit*] Tres libri *nunquam*, & *afuit*, ut fere semper. TORR. *Afuit* Memm. *Numquam* marg. Basil. & aliarum Edd.

Perraro] *Per raros* Periz. Edd. Rom. Venetae tres, Bonon. Lugd. Junt. Arg. Ald.

Provincias quoque] *Quoque* deest Copes. qui & *saepius*.

Et prope quotannis profectionem praepararet] Tacitus non minus eleganter quam vere Annal. lib. I. cap. 47. *Ceterum ut jam jamque iturus legit comites, conquisivit impedimenta, adornavit naves. Mox hiemem aut negotia varie caussatus, primo prudentes, dein vulgum, diutissime provincias fefellit.* Vide eundem in actis anni DCCLXIII. lib. III. & lib. IV. initio. sic ait idem magnus scriptor: *Exin vetus & saepe simulatum proficiscendi in provincias consilium refertur.* CASAUB.

Pro itu & reditu] Frequens in nummis, & marmoribus locutio. TORR.

Callipides] Plutarch. Apophthegm. Cic. lib. XIII. ad Atticum epist. XII. *Biennium praeteriit, cum ille* [illegible] *assiduo cursu cubitum nullum processerit.* TORR. *Gallipedes* Codd. Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. *Callipedes*. Arg. *Gallipides* Huls. Copes. *Galipedes* Exc. Cujac., deinde *ne cubitique mensura*. Cod. Harl. Edd. Venet. tres.

39. *Petiit*] *Petit* Copes. Huls. Edd. Roman. Venet. tres, Basil. & al. & ita passim.

Constanti & opinione & sermone paene omnium, quasi neque rediturus unquam] Tacitus IV. 58. *Ferebant periti coelestium, iis motibus siderum excessisse Roma Tiberium, ut reditus illi negaretur. Unde exitii caussa multis fuit properum finem vitae conjectantibus vulgantibusque.* CAS.

Etiam obiturus] *Obiturus etiam* Exc. Cujac.

Paullo minus] Vid. sup. ad cap. XXVI.

Sed & paucos post dies] Liber unus *& paucos post dies*, sine *sed*. TORR. *Et* deest Memm. Copes. Periz. *sed* delebat Lipsius, neque est in Basil.

Terracinam] *Terracenam* Ed. Rom.

In praetorio] Tacit. lib. IV. cap. 59. villam vocat. Sed Jurisconsulti nostri pro parte villae ad usum patrisfamilias lautius aedificata *praetorium* accipiunt, qua significatione usus est hic Sueton. Adde locum August. cap. LXXII. Calig. cap. XXXVII. Tit. cap. VIII. Juvenal. Sat. I. 75.

Criminibus debent hortos, praetoria.

Statius lib. I. Silv. III. 25. *alternas servant praetoria ripas*, & Statium imitatus Ausonius Idyl.

nante eo, complura & ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt: multisque convivarum & ministrorum elisis, praeter spem evasit. Peragrata Campania, quum 40 Capuae Capitolium, Nolae templum Augusti, quam caussam profectionis praetenderat, dedicasset, Capreas se contulit: praecipue delectatus insula, quod uno parvoque litore adiretur, septa undique praeruptis immensae altitudinis rupibus, & profundo maris. Statimque revocante adsidua obtestatione populo, propter cladem, qua apud Fidenas, supra viginti hominum milia, gladiatorio munere, am-

Idyl. x. 286. *alternas conunt praetoria ripas.* Tertullian. quoque lib. de Idololat. *voluptati servientia praetoria.* Adde Palladium lib. I. cap. VIII. TORR.

Nomen erat] *Nomen est* Cod. Copes. Exc. Cujac. Edd. Steph. Basil.

Incoenante eo] More suo sic loquitur Suetton. ut cap. LXXII. *instans in triclinio.* Atqui *incoenatus* Plauto & Catoni dicitur is, qui coenatus non sit. TORR. Placet nimis ista lectio, quam adversus eruditissimorum hominum sententiam firmat super consensum MSS. omnium, etiam Turonensis, auctoritas Latine loquentium: nam ut noster *incoenare* pro ἐνδειπνεῖν, sive *intus coenare* posuit, sic Columella *impasci* pro ἐννέμω, aut ἐννέμεσθαι, lib. II. cap. XVIII. *Ac neque suem velimus impasci, quoniam rostro suffodiat & cespites excitet.* lib. VI. cap. V. *Itaque cum ablegabuntur, in ea loca perducendi sunt, quibus nullum impascitur pecus.* Sic apud Statium lib. VIII. 193. Thebaid. *inservare:*

An tibi felices lucos miseratus Averni,
Rector, & Elysias dedit inservare volucres?

CASAUB. Lipsius *coenante* in codice suo esse notaverat. sed ad Tacit. IV. An. 59. legebat, *in coenantem eum e.* &c. *delapsa sunt.* sed tunc debuisset potius dicere, *in coenantes saxa delapsa sunt:* nam Tiberius evasit. Gronov. ad Tacit. XI. An. 19. retinens vulgatam, explicat *ibidem coenante*, ut legitur in margine Ant. Gryph. sed dubium an pro explicatione, an varia lectione, ut ex Scriverii notis videtur posse capi. sic *indormire ostro* Virg. II. Georg. 206. & similia. BURM.

Fortuito] Liber opt. *fortuitu.* *Superne* autem *collapsa* dicit, ut Horat. lib. II. Od. ult. *album mutor in alitem Superne:* & lib. II. Sat. VII. *peccatve superne*, pro de sublimi loco. Sed & Epod. II. *supernum* vocat Tusculum, quod in edito situm sit. TORR. *Fortuitu* codex Torrent. & saepe hac forma Ciceronem & alios fuisse usos, sed a librariis ad vulgarem loquendi morem correctos, patet. vid. Sylv. ad Ciceron. pro Syl. cap. IV. Sic in Vitruvianis codicibus nuper deprehendit Cl. Wesselingius lib. II. Obs. 13. & in Livii Cl. Drakenb. ad lib. II. 28. ut & in l. V. §. I. ff. ad Leg. Jul. Majest. *nec qui lapide jactato, incerto fortuitu statuam attigerit.* ita edidit Holoander. BURM.

Delapsa] *Dilapsa* Mem. Periz. Copes. Harlem. Hulf. & omnes fere veteres editiones, sed Basil. Gryph. & recentiores recte *delapsa*, quod requirit vox *superne:* ut aquila, quae altissime evolaverat, *delapsa* dicitur in Aug. XCIV. BURM.

40. *Capreas se contulit*] Nulla alia re quam Tiberio nobiles, quamquam & Augustus ea insula delectatus sit, cap. XCVIII. TORR.

Profundo maris] *Mari* Ed. Steph. & Marg. Gryph. sed ne de Poëtis dicam, qui millies *altum*, & *profundum* de mari dicunt, noster in Cal. XVI. *profundo mergere.* Amm. Marcell. XX. V. *fluminis profundo submersos*, & Ovid. Halieut. 84. itidem ut noster,

Vastique maris tentare profundum.

profundum mare dixit in Cal. XXXVII. noster. BURM.

Obtestatione] *Obstatione* Exc. Cujac.

Cladem, qua] *Quam* Memm. *quia* Copes. quum vero hic & Claud. cap. XXXI. *Fidenas* legatur, nullo adversante scripto codice aut edito, videndum an apud Tacit. IV. Ann. 62. *apud Fidenam* sit sincerum. *Fidenas* dixit III. Hist. 79. *milia hominum* Exc. Cujac. BURM.

Viginti hominum milia,] Sic & Orosius. Tacit. lib. IV. *L. millia occisa, vel obtrita.* TORR. Non Fidenatium, ne erres: sed peregrinorum, qui ludorum caussa eo convenerant. Nam Fidenae ea tempestate paene vacuae incolis fuerunt. Horatius I. Ep. XI. 7.

Scis, Lebedus quam sit Gabiis desertior, atque

amphitheatri ruina perierant, transiit in continentem, potestatemque omnibus adeundi sui fecit: tanto magis quod urbe egrediens, ne quis se interpellaret, edi-
41 xerat, ac toto itinere adeuntes submoverat. Regressus in insulam, Reipublicae quidem curam usque adeo abjecit, ut postea non decurias equitum umquam supplerit: non tribunos militum praefectosque, non provinciarum praesides ullos mutaverit: Hispaniam & Syriam per aliquot annos sine consularibus legatis habuerit: Armeniam a Parthis occupari, Moesiam a Dacis Sarmatisque: Gallias a Ger-
42 manis vastari neglexerit: magno dedecore imperii, nec minori discrimine. Ceterum secreti licentiam nactus, & quasi civitatis oculis remotus, cuncta simul vitia, male

Fidenis vicus.
Juvenalis. x. Sat. 100.
Hujus qui trabitur praetextam sumere mavis,
An Fidenarum Gabiorumque esse potestas?
Casaub.

Gladiatorio] *Gladiatore* Hulf.

Perierant] *Pariebant* Memm.

Ab urbe ingrediens,] Duo libb. *Urbe egrediens*, sine *ab*. Torr. *Ab* deest Memm. Hulf. & Copes. Ed. Steph. *quo urbe eg.* Ed. Rom. *quo ab urbe* Venet. tres, Lugd. Junt. propositionem elegantius abesse puto. sic Aug. LIII. *urbe oppidove egressus*. & Tib. L. *domo egredi*, & alibi saepe. vid. ad Phaed. III. 16. nec movere debet locus in Claud. XXIII. *ut ultra tertium lapidem vetaret egredi ab urbe*. ubi constructio est, egredi ultra tertium lapidem ab urbe. apud Tacitum quoque lib. I. 39. olim legebatur, *legati ab senatu egressi*. sed locus ille jam a viris doctis sanitati restitutus est. Burm.

Ne quis se interpellaret, edixerat ac toto itinere adeuntes submoverat] Nempe egressum semel Urbe. Tacitus IV. Ann. 67. *Caesar, dedicatis per Campaniam templis, quanquam edicto monuisset, ne quis quietem ejus irrumperet, concursusque oppidanorum disposito milite prohiberentur*. Casaub.

41. *Regressus*] *Reversus* Ed. Rom.

Ut postea non] *Ut post eas non* Exc. Cujac.

Decurias supplerit] Vide Philipp. a Turr. Monum. veter. Antii. insc. Aquil. cap. III. pag. 51. Lipsius de equitibus, quibus judicia commissa erant, capit.

Supplerit] *Suppleret* Codd. Periz. Harlem. Edd. Rom. Venetae tres, Lugd. Junt. Arg. Ald.

Praefectosque] Praefecti multi sunt, verum hic (opinor) eos intelligit, qui exercitibus rebusque bellicis praeerant. siquidem ingenti socordia, ut Eutropius scribit, nusquam ipse pugnavit, sed bella per legatos gessit, quales fuere Junius Blaesus, C. Silius, A. Caecina, & alii. Casaub.

Sine consularibus legatis] Syria, & Hispania omnis, excepta Baetica, inter Caesaris provincias numerantur. Quibus qui praeerant, legati Caesarum vocabantur. l. penult. de Off. Praef. l. IV. de Off. Assess. l. X. de Accusat. Quos consulares ideo appellat Sueton. quod consulari imperio praeerant, & e consularibus plerumque sumebantur. Sed haec nomina confuse admodum & promiscue ab auctoribus usurpantur, praefecti, proconsules, propraetores, praesides, legati. Torr. Tacitus I. 83. *Id quoque morum Tiberii fuit, continuare imperia, ac plerisque ad finem vitae in iisdem exercitibus aut jurisdictionibus habere. Caussae variae traduntur; alii taedio novae curae semel placita pro aeternis servavisse, quidam invidia, ne plures fruerentur. sunt qui existiment.* &c. Vide cap. LXVIII. Casaub.

Neglexerit] *Neglexit* Copes.

42. *Nactus*] *Nanctus* Mem. & Periz. vid. ad Caes. cap. XI.

Quasi civitatis oculis remotus] V. C. habet, *remotis*, non *remotus*, & fortasse non male. Ursin. Veteres quidam *remotis*. probo *remotus*: ut apud Ciceronem, *locus arbitris remotus*. Casaub. *Remotis* Mem. & Hulf. & Ed. Steph. *a civitatis oculis remotus* Venet. sec. & tert. reliquae omnes *civitatis oculis remotus*, quod praestat: nam, judice Suetonio, praepositiones omissae elegantiam addunt orationi. & ita modo cap. XXXIV. *alium Quaestura removit*. Ovid. Ep. XVIII. 175.
An malim dubito, toto procul orbe remotus,
Cum domina longe spem quoque habere meam.

&

male diu dissimulata, tandem profudit: de quibus singulatim ab exordio referam. In castris tiro etiam tum, propter nimiam vini aviditatem, pro Tiberio, *Biberius:* pro Claudio, *Caldius:* pro Nerone, *Mero* vocabatur. Postea Princeps in ipsa publicorum morum correctione cum Pomponio Flacco & L. Pisone noctem continuum-

& II. ex Pont. II. 123.

Qui quoniam patria toto sumus orbe remoti.

ubi Heinsius *a patria*, nos *patria ac toto* malebamus. vid. ibi notas. in Ciceronis loco, quem laudat Casaub. ex v. Verr. 31. editur vulgo, *ab arbitris remoto loco.* eodem modo *submovere* Ovid. lib. VI. Met. 275.

Quae modo Latois populum submoverat aris.

Si *remotis* quis malit, debet subintelligi, a se, aut ab actis suis. ut VII. Met. 256.

Et monet Arcanis oculos removere profanos. BURM.

Etiam tum] *Etiam eum* Periz. *etiam quum* Harlem. Edd. Venetae tres. *etiam propter* Ed. Rom. sed *etiam tum* rectum. ut Claud. XXVII. Cal. 10. & alibi. BURM.

Propter nimiam vini aviditatem] Proniorem ad merum fuisse Tiberium, & in eo vitio Drusum, ejus filium, patrem regenerasse scribit Plin. lib. XIV. cap. ult. ubi & L. Pisonis, quem commemorat hic Sueton. fit mentio, & ut Sueton. eum *praefectum Urbis* vocat, sic Plinius *curatorem Urbis*, Seneca vero Epist. LXXXIV. *custodem.* Quibus sane tam speciosis appellationibus officii ejus dignitas & amplitudo significatur. Sed & Juvenal. Sat. IV. 77. de Pegaso JCto, cum ait, *attonitae positus modo villicus Urbi*, praefectum Urbis quidem eum fuisse ostendit, non sine amaritudine tamen Urbem, tyrannide oppressam, villae quodammodo comparans. TORR.

Biberius Caldius Mero] Idem Sex. Aurelius. Et perelegans sane ad risum nominum mutatio est, de qua Quinctilian. lib. VI. cap. IV. TORR. Minus recte haec explicat Lipsius I. Elect. 4. BROUCKH. *Claudius* Exc. Cujac. nescio an Jos. Castalio integros de Calidae potu ediderit commentarios, ut Pitiscus nobis narrat. sed de eo, & simul hoc Suetonii loco agit Decad. I. observ. cap. 9. Ceterum inter schedas quasdam MSS. Goldasti reperi veteris poëtae quosdam versus de Claudio Tiberio Nerone: quos hac occasione cum publico communicare visum fuit, nec ingratos lectori fore spero.

Ternos vetusti congios Falerni,
Uno die, convivioque peractis,
Tubos per amplos viscerum refundens
Hausit, potentum Romuli nepotum
Frenator audax, arbiterque Regum,
Jovis tonantis armiger minando,
Bacchi pluentis cantharis madendo,
Late patentis Imperator orbis,
Late aestuantis irrigator alvi;
Exinde plebs Quiritium vocavit,
Non Claudium Tiberium Neronem,
Sed Caldium Biberium Meronem.

In ultimo versu etiam erat *Claudium.* perperam. BURM.

Mero] *Tyro* Memm.

In ipsa morum correptione] Libri MSS. *correctione.* recte. loquitur enim de eo tempore, quo, ut ante cap. XXXIII. dictum est, si qua in moribus labarent, corrigenda ipse susceperat. Sic Domit. cap. VIII. *suscepta morum correctione.* Alibi *legum morumque regimen*, & *morum praefecturam* appellat. Cic. quoque frequenter haec conjungit, *corrector & emendator noster, corrector & emendator civitatis, correctio & emendatio philosophiae veteris.* Notum autem ex Asconio Pediano regendis moribus civitatis quinto quoque anno censores creari solitos, apud quos cives Romani accusari de moribus possent. Postquam vero creari censores desiissent, ei curae Imperatores ipsi initio praefuerunt; aut alios, qui praeessent, creaverunt, apud quos de moribus judicium ageretur, & maxime inter conjuges. Qua de re Gell. lib. IV. cap. XX. Ulpian. tit. VI. & Paulus de Pactis dotalibus l. V. Adde, si lubet, Constantini Caesaris legem Cod. Theodosiano de Nuptiis. Frequens etiam in declamationibus conjugum de moribus actio. TORR.

Cum Pomponio Flacco] Liber opt. *Pompejo Flacco.* Sed an Flaccus Pompejorum cognomen sit, nescio. Pomponius quidam Flaccus Moesiae praefectus fuit a Tiberio, ex Tacito lib. II. 66. ac postea fortassis etiam Syriae, quae (ut paullo ante legimus) annis aliquot sine legatis mansit. TORR. Is est, de cujus obitu Tacit. Annal. lib. VI. 27. ubi Syriae pro-

nuumque biduum epulando potandoque consumsit: quorum alteri Syriam provinciam, alteri praefecturam Urbis confestim detulit, codicillis quoque *jucundissimos & omnium horarum amicos* professus. Sestio Gallo, libidinoso ac prodigo seni, olim ab Augusto ignominia notato, & a se ante paucos dies apud Senatum increpito, coenam ea lege condixit, ne quid ex consuetudine immutaret aut demeret: utque nudis puellis ministrantibus coenaretur. Ignotissimum quaesturae candidatum nobilissimis anteposuit, ob epotam in convivio, propinante se, vini amphoram. Asellio Sabino HS. ducenta donavit pro dialogo, in quo boleti, & ficedulae, & ostreae, & turdi certamen induxerat. Novum denique officium instituit a voluptatibus, 43 praeposito equite Romano T. Caesonio Prisco. Secessu vero Capreensi etiam sellariam

propraetor appellatur. CASAUB. Male *Pompejo* Cod. Torr. est enim L. Pomponius Flaccus, Graecini, ab Ovidio culti, frater, quem Syriae praefectum memorat Joseph. lib. XVIII. 12. vid. Glandorp. Onomast. & Lips. ad Senec. Epist. XII. cujus conjectura maxime hoc loco firmatur, de ejus in vino & epulis intemperantia. vid. ad Ovid. IV. ex Pont. IX. 58. & 75. & de *Pomponia Graecina* II. ex Pont. VI. 15. *Flacci* tamen *Pompeji*, qui cum L. Vitellio militavit, meminit Plin. XV. 22. BURM.

L. Pisone] Hunc esse credo, quem Tiberius funere publico extulit, teste Dione lib. LVIII. & quem a Tacito lib. VI. Ann. 10. Pontificem dici, volunt. pro quo alii P. V. id est *praefectum urbis* substituunt. aestuant etiam vehementer interpretes Taciti de annis praefecturae. diversos facit Pisones Guther. de Jur. Man. II. 1. vid. Ryck. ad Tacit. III. Ann. 68. & qui nuper accurate de Pisonibus egit, Cl. Wesseling. 1. observ. 17. BURM.

Praefecturam Urbis confestim detulit,] Non dissimile exemplum lib. IV. cap. XVIII. CASAUB.

Sextio Claudio,] Libri duo *Sestio Claudio*, alius *Sestio Gallio*, quartus *Sestitio Gallio*. Lego itaque, *Sestio Gallo*. Gallus enim Sestiorum cognomen fuit. TORR. *Sextio Claudio* Periz. Harlem. Hulf. Edd. Venet. pr. Basil. Gryph. Plant. *Sex. Claudio* Venet. sec. & tert. *Sexto Claudio* Lugd. Junt. Ald. Steph. *Sestio Claudio* Ed. Rom. *Sestio Gaulio* Copes. *Sexto Galunio* Hulf. *Sextio Clodio* Bonon. Paris.

Utque nullis puellis] Melius MSS. quatuor, & Frobenii edit. *nudis puellis*. TORR. *Nullis* Plantin. & Torr. Edd. quod vitio operarum adscribo, nam omnes *nudis*, ut sententia etiam flagitat. Ne hujus puderet Tiberium curavit Alexander VI. sanctissimus ille Papa, qui in coena Ducis Valentiniani, quum quinquaginta honestae meretrices, quas Cortesanas vocant, saltando diu ejus & Ducis & Lucretiae oculos delectarunt, deinde a pluribus viris carnaliter tractari spectavit, ut hoc refert Burchardus magister cerimoniarum, ut vocant, in insigni illo, & aeterna memoria digno diario suo Curiae Romanae pag. 2134. edit. Eccardi. tom. II. Corporis Historici medii aevi. quod facinus spinterias & omnes Tiberii turpitudines superat. BURM.

Ob epotam] *Ob epotatam* Hulf.

Asellio Sabino] Lib. unus *A. Sellio Sab.* Asellii cujusdam fit mentio Calig. cap. VIII. quanquam & ibi non consentiunt codices. TORR.

HS ducenta] Haec summa quinque millia aureorum nostratium valet. EGNAT.

Ostreae] *Ostria* Mem. *ostrea* Copes. *Bulleti* etiam Harlem. & Ed. Venet. pr. & *tradi* Harlem. & pro *induxerat*, habent *indixerat* Codd. Copes. Hulf. hoc certamen, scilicet quaenam melius saperent, illustrant illa Plinii 1. Ep. 7. *Accepisse me cariotas optimas, quae nunc ficis & boletis certandum habent.* BURM.

A voluptatibus] In lapide Doniano pag. 285. n. 20. legitur PAEAN. AUG. PROC. VOLUPT. quem etiam dat Fabret. inscript. p. 198. & apud eumdem Donium pag. 286. n. 26. EUPHEMUS CAES. N. VERNA EX RATION. VOLUP. & pag. 303. n. 153. sub Domitiano. T. FLAVIO SABINO CAES. N. SERVO A RATIO. VOLUPT. diversus est *Tribunus Voluptatum*, qui in variis urbibus, scenicorum ludorum, qui saepe *voluptatis* nomine designantur, curator & moderator erat. de quo videndus Jac. Goth. ad L. ult. Cod. Theod. de Scenicis. & Reines. ad class. XX. Insc. 80. BURM.

Prae-

riam excogitavit, sedem arcanarum libidinum: in quam undique conquisiti puellarum & exoletorum greges, monstrosique concubitus repertores, quos *spintrias* appellabat, triplici serie connexi, invicem incestarent se coram ipso, ut adspectu deficientes libidines excitaret. Cubicula plurifariam disposita tabellis ac sigillis lascivissi-

Praeposito] *Proposito* Codd. Periz. Harlem. Edd. Venetae tres, Lugd. Junt. Ald.

Equite Rom. & Censorio Prisco.] Sic quidem unus e nostris, & edit. Gallica; longe plures vero tam MSS. quam vulgati, *Eq. R. T. Cesonio Prisco*. De qua lectione nemo paulo doctior dubitavit. *Caesonius* tamen per *ae* scribendum. nomen enim familiae est a praenomine *Caeso*, unde etiam cognomen *Caesonius*. *Caesones* vero, uti & *Caesares*, a caeso matris utero dicti sunt. Plin. lib. VII. cap. IX. Festus, & Valer. Max. lib. X. TORR. *Rom. & Censorio Prisco* Edd. Venet. sec. tert. Basil. Gryph. Plant. & *Caesonio Prisco* Venet. pr. *T. Censorio Prisco* Lugd. Junt. *Tito Cesonio* Exc. Cujac.

43. *Capreensi*] *Caprensi* Periz. Harlem. Copes. Edd. priscae, praeter Ald. Steph. Basil. & recentiores.

Sellariam excogitavit,] Lego ex duobus vetustissimis exemplaribus, *sellaria*. quam lectionem fatetur Beroaldus quoque. Tacit. lib. VI. cap. 1. *Tunc primum ignota ante vocabula reperta sunt sellariorum, & spintriarum*. *Sellaria* autem appellata sellae ipsae ad libidinem dispositae. sic enim & *sellaria domus aureae Neronis* apud Plinium lib. XXIV. cap. VIII. Et *sellariolas* vocat *popinas* Martial. lib. V. Epig. CXII. in quibus Syriscus ille, de quo loquitur, centies sestertium non lectis accumbendo, ut honestos decet, sed cum nequissimis ac vilissimis hominibus sedendo absumpserat. A sedendo igitur *sella*, & inde *sellaria*, & *sellariolus*, & *sellularius*, qui sedendo opus facit. Livius lib. VIII. Sunt, qui ad meretricum cellas referre malint, sed recta scribendi ratio repugnat. a *celando* enim & in templis & in domibus *cella* appellatur pars aliqua remotior. Unde factum ut servorum, ac meretricum mansiunculae *cellae* appellentur. Juvenal. Sat. III. 118.

Et dubitas alta Chionem deducere cella.

Et Sat. VI. 128.

- - - - *ultima cellam*
Clausit.

Martial. item XI. 46.

Intrasti quoties inscriptae limina cellae.

Et hinc quoque *cellarium*. Sed de hoc plus satis. Vide Calig. cap. XLI. TORR. Pal. pr. & sec. sequuntur eos libros, in quibus istud *sellaria*. nam tert. praefert *sellanam*, quod accedit ad retro vulgatum *sellariam*, cui tamen calculum meum tribuere non possum. GRUT. *Sellariam* Cod. Periz. Edd. Venet. sec. tert. Lugd. Junt. Steph. Basil. Gryph. Plant. *Sellaria* Bonon. Ald. *Sellanam* Venet. pr. & *sellariam* Ed. Rom.

Monstrosique] Pall. duo meliores p. ac sec. *monstruosique*, & ita fere expressum passim id verbi in MSS. antiquioribus. reperitur rursus Calig. c. XVI. pr. GRUT. Ita & Codd. Periz. Harlem. Copes. & Edd. Venet. pr. Bonon. Lugd. Junt. Ald. & ita codices apud Quinctil. Decl. IV. 20. & XIX. 15. vid. ad Petron. cap. LXIX. ita *Portentuosus* Codd. & Edd. in Domit. cap. IV. *Tumultuosus* & *tumultosus* Calig. XLV. BURM.

Spintrias] Quos sic appellaverit Tiberius, ex Suetonio manifestum est. De ratione vero vocabuli non male Sabellicus, ut quod veluti scintillae & fomites libidinis sint, sic appellentur. σπινθῆρα enim Graeci scintillam vocant. Plura Turneo. Adversar. V. cap. 1. & Hieron. Magius Miscellan. lib. II. cap. IV. Utitur eo vocabulo Suetonius Calig. cap. XVI. Vitell. cap. III. & Lamprid. Elagabalo. TORR. Vid. Salmas. ad Plauti Menaech. III. III. 4. & Scalig. ad Auson. Epig. CXIX.

Triplici serie connexi,] Duo codd. *convexi*, an recte, judicent, qui quid symplegade sua velit Martial. lib. XII. 100. rectius intelligunt. TORR. An respicit alterum Epigramma lib. XII. 73. ubi *symplegma* editur.

Incestarent se coram ipso,] *Se* deest Cod. Memm. & Exc. Cujac. *se invicem incestarent coram ipso* Copes. Hulf. distinctione puto succurri huic loco, *invicem incestarent, se coram ipso ut adspectu d. l. e.* sic *coram se* vel *se coram* inf. cap. LXII. Neron. XXXIII. Oth. II. & Aug. XXVII. in quibusdam, ut Basil. & aliis distinguunt, *incestarent se, coram ipso, ut*. BURM.

Cubicula plurifariam disposita tabellis ac sigillis

vissimarum picturarum & figurarum adornavit, librisque Elephantidis instruxit: ne cui in opera edenda exemplar imperatae schemae deesset. In silvis quoque ac nemo-

lis lascivissimarum] Scribe, *dispositis tabellis.* Clemens Alexandrinus Προτρεπτικῷ ad Graecos: Ἀλλ' ὦ πάντα φρονῆσαι οἱ πολλοί· ἀπορρίψαντες δὲ τὴν αἰδῶ καὶ τὸν φόβον, οἴκοι τὰς τῶν δαιμόνων ἐγγράφοντες πλημμελείας· πινακίοις γοῦν τισι καταγράφοις μετεωρότερον ἀνακειμένοις, συνεστηκότες ἀσελγείᾳ τοὺς θαλάμους κατεστιγμένους, τὴν ἀκολασίαν εὐσέβειαν νομίζοντες. κἀπὶ τοῦ σκίμποδος κατακείμενοι, παρ' αὐτὰς ἔτι τὰς περιπλοκάς, ἀφορῶσιν εἰς Ἀφροδίτην ἐκείνην, τὴν γυμνὴν τὴν ἐπὶ τῇ συμπλοκῇ δεδεμένην. Propertius verissime II. v. 19.

Quae manus obscoenas depinxit prima tabellas,
Et posuit casta turpia visa domo:
Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos,
Nequitiaeque suae noluit esse rudes.

Meminit & Ovidius in Mataeotechnia & Suetonius in vita Horatii. Pie vero & sapienter Concilii in Trullo patres vetuerunt tabulas pingi lascivas & τὴν ὄρασιν καταγοητευούσας, ut scribitur Canone centesimo. CASAUB. Nescio cur contra scriptos & editos, *dispositis tabellis* velit Casaubonus. nam & cubicula temere & ad tempus excitata, & certis locis disposita, in quibus haec flagitia committerentur, intelligi debent, ut mox in silvis *loci venerei*, & tabellis adornati. ita Neron. cap. XXVII. ad eumdem finem, *dispositae tabernae meritoriae* narrantur: & hoc vox *plurifariam* exigit, id est, plurimis in locis, ut saepe apud nostrum, & *multifariam*, ut recte Torrent. ad Calig. LIV. non multis modis, ut Lexica perperam explicant. BURM.

Picturarum] Deest Hulss.

Librisque Elephantidis] Horum quoque & Martialis, & auctor obscoeni carminis meminerunt. TORR. vid. ad Ovid. II. Trist. 418. Martial. XII. 43.

Quales nec Didymi sciunt puellae,
Nec molles Elephantidos libelli.

ubi an legi posset *Didymi tabellae*, nescio. certe Heinsium ita notasse vidi. BURM.

Exemplar imparatae scenae] Turneb. Adversar. XIV. cap. XVII. *imperatae schemae*, ut formam concubitus *schema* significet, & sic habet exemplar Tornacense, nec mihi sane displicet. Magis tamen placet, quod in vetusto cod. repperi, *perpetratae schemae*, ut peracto scilicet operi nefario auctoritas ex libellis picturisque accederet. Veteres autem (quod lib. VI. testatur Priscian.) *schemam* pro *schemate* dixere genere feminino, ut *glaucomam*, *diademam*, *dogmam*, *syrmam*, & similia. Citat Plautum Amphitruone Prolog. 117. *Nunc ne ornatum hunc vos meum admiremini, Quod ego huc processi sic cum servili schema.* & eundem Persa, IV. II. 2. *theatrum lepida condecorat schema.* Male igitur Alciat. Parergon. lib. II. *schemate* legendum esse contendit loco illo Amphitruonis, & pejus alii *tiara ornatum* pro *theatrum* substituere, totumque versum corrupere. Quanquam nec Priscian. eum integrum recenset. Vet. codex habet, *theatrum lepide condecorat tuum schema.* Lego igitur, *lepidus condecoras tua schema.* TORR. Legendum sine dubio, *imparatae schemae* &c. *Schema* vero bis apud Nonium a librariis in verbum *scena*, ut hic, mutatum est. primo cum ait; *Petauristae a veteribus dicebantur, qui saltibus vel scenis levioribus moverentur.* secundo cum dixit; *Sanniones dicuntur a sanniis, qui sunt in dictis fatui & in motibus & in scenis*, utrobique enim *schemis* legendum est. Idem error irrepsit in Appuleji lib. IV. in quo est, *scenam denique quam sponte sumserat, cum anima retinens, nunc fugiens, nunc resistens, variis corporis sui scenis ac motibus.* legendum enim est, *schemam* & *schemis.* *Schemas* vero Suetonius dicit figuras & modos concubitus juxta illud in obsceno carmine, *Quae tot figuris, quot Philenis* enarrat. &c. Graeci σχήματα dicunt, de quibus ita Aristophanis Scholiastes Ranis vs. 1363. Κυρήνη ἑταίρα τις ἐπίσημος δωδεκαμήχανος ἐπικαλουμένη, διὰ τὸ τοσαῦτα σχήματα ἐν τῇ συνουσίᾳ ποιεῖν. URSIN. Haec lectio (*impetratae schemae*) est codd. Viterb Memmii & Pithoei, nec multo aliter Lislaei: malim tamen *imperatae schemae*. *Schema* hic significat, quod apud Clementem in his verbis: Ἤδη δὲ ἀναφανδὸν τῆς ἀκολασίας ὅλης τὰ σχήματα ἀναγεγραμμένα πανδήμως θεώμενοι οὐκ αἰσχύνεσθε. Deinde, ἐπ' ἴσης ἐγγεγραμμένα τὰ Φιλαινίδος σχήματα, ὡς τὰ Ἡρακλέους ἀθλήματα. Legi etiam in Graecorum commentariis haec verba: Ἀναίνομαι Ἑλένης θρέμματα· ἥτις πρώτη ἐξέθρεψε Ἀφροδίτην καὶ ἀσελγῆ σχήματα. Latinorum poëtarum nequissimus quisque *figuram* hoc sensu saepe usurpavit. Non celabo lectorem, in optimis codd. ita scribi hunc locum: *ne cui in opera edenda impuratae scenae exem-*

moribus passim Venereos locos commentus est, prostantesque per antra & cavas rupes, ex utriusque sexus pube, Paniscorum & Nympharum habitu: palamque jam & vulgato nomine insulae abutentes, *Caprineum* dictitabant. Majore adhuc & 44 turpiore infamia flagravit, vix ut referri audirive, ne dum credi fas sit. Quasi pueros primae teneritudinis, quos pisciculos vocabat, institueret, ut natanti sibi inter femina versarentur, ac luderent: lingua morsuque sensim adpetentes, atque etiam quasi infantes firmiores, nec dum tamen lacte depulsos, inguini ceu papillae admoveret: pronior sane ad id genus libidinis & natura & aetate. Quare Parrhasii quo-

exempla deessent. CASAUB. *Imperatae schemae* Turnebus. nec abeunt Pall. nisi quod ii *impetratae.* cui & suus sensus, ut talia scilicet non tam exigerentur, quam exorarentur, essentque officia; non necessitates. GRUT. *Scenae* Codd. Periz. Harl. & omnes fere editi, nisi quod *cene* Ed. Rom. *imperatae* Basil. post. Lugd. Junt. *Imp iratae* Basil. pr. Plant Gryp. Colin. Dolet. reliquae *impetratae*. *Imperatae lasciviae* Steph. de voce *Schema* vid. ad Petron. cap. XLIV. mihi placet *imperatae schemae* sc. a Tiberio, qui ante coeuntium oculos formam ex picturis ponebat, & imperabat, ut nunc hanc, nunc illam sibi exhiberent. BURM.

In silvis quoque] *In Silvisque* Cod. Hulf. vid. sup. cap. XXXIV. & passim.

Venereos] *Venerios* Mem. *jocos* etiam Copes. & Periz. &, *commentatus* Exc. Cujac. *prostantesque* Memm. Copes. & Periz.

Paniscorum & Nympharum habitu] Clemens eodem loco: Οἷαι δὲ αὖ καὶ ἄλλαι ὑμῶν εἰκόνες, πανίσκοι τινες, καὶ γυμναὶ κόραι, καὶ σάτυροι μεθύοντες, καὶ μορίων ἑστῶτες, ταῖς γραφαῖς ἀπογυμνούμεναι, ὑπὸ τῆς ἀκρασίας ἐλεγχόμεναι. CASAUB. Pan ὑποκοριστικῶς dictus *Paniscus*, quod diminutivi genus in gentilibus etiam nominibus frequens, Syrus, *Syriscus*; Francus, *Franciscus*; Teuto *Teutiscus*. SALMASIUS. *Phaniscarum* Periz. Harl. Ed. Rom. *Phaniscorum* Venet. sec. & ter. *Pumscarum* Venet. pr.

Nympharum habitu, palamque] *Habituque palam jam & vulgo* Mem. Copes. Hulf. *habitu, quae palam jam & vulgo* Steph. *jam* deest Periz. *vulgo* Scriverius etiam probat. *que palam* Exc. Cujac.

Abutentes] *Abeuntes*, sed corr. *abutentes* Memm.

Caprineum dictitabant] Vel a caprarum foetore, vel ἀπὸ τοῦ καπρᾷν, ut volunt interpretes. Quod quidem non improbo, mallem tamen pro *Caprineum* legere *Capron-eum*, vel *Caprion-eum dictitabant.* nam κάπρος, seu κάπριος praeterquam quod ad insulae nomen alludit, & aprum & id quo viri sumus significat. Unde καπρᾷν, quod Latine *subare* dicimus. Quae conjectura si cui forte displiceat, is nulla paene mutatione sic legat, *palamque jam eum vulgato nomine ins. abut. Capriніcum dictitabant*, ut *Balearicum*, *Creticum*, tanquam & ipse insulam devicisset, in qua a vitiis omnibus turpissime victus est. TORR. In V. C. est *C. Apronem:* sed, quia de nomine insulae sic vocatum ait, placeret magis ut in καπρᾷν, Graecum verbum mutaretur. URSIN. Forte, *κάπρον eum dictitabant*. Sed totum locum ita scribo, *palamque jam & vulgo, nomine insulae abutentes, Caprinum* (vel *Caprium*) *eum dictitabant.* Quidam codd. *caprona dict.* CASAUB. An *Caprigenum*, ut Plaut. Epid. I. I. ita conjiciebat Heinsius. *Caprinum* vel *Caprium* volebat etiam Scriverius.

Dictabant] *Dictitabant* omnes scripti & editi, & vitio operarum in minore Graevii editione erratum puto. noster saepe hoc verbo in simili re utitur. vid. Cl. Drak. ad Liv. III. XX. 8. ubi similiter peccatum. *dictitabat* Exc. Cujac. BURM.

44. *Quasi pueros*] *Puros* Memm. unde Salm. *pusos*, Schildius *putos* faciebant. frustra.

Primae teneritudinis] Vid. Boccac. Cent. I. Narr. 54. & Jov. Pontan. de immanitate cap. XVII. BROUCKH.

Inter femina] *Inter feminas* Codd. Copes. Periz. Harlem. Edd. Romana & Venet. pr.

Nec dum tamen] *Nedum* Periz. Harlem. Edd. Venetae tres, Bonon. Lugd. Junt. Ald.

Inguini] *Jugum* Copes. *Ingenium* Hulf.

Parrhasii quoque tabulam] De Parrhasio quod huic loco serviat, sic Plin. lib. XXXV. cap. X. *Pinxit & minoribus tabellis libidines, eo genere petulantis joci se reficiens.* Quo etiam spectat, quod paullo ante dixerat, ἁβροδίαιτον se appellasse,

quoque tabulam, in qua Meleagro Atalanta ore morigeratur, legatam sibi sub conditione, ut si argumento offenderetur, decies pro ea IIS. adciperet: non modo praetulit, sed & in cubiculo dedicavit. Fertur etiam in sacrificando quondam captus facie ministri, acerram praeferentis, nequisse abstinere, quin paene vix dum re divina peracta, ibidem statim seductum constupraret, simulque fratrem ejus tibicinem, atque utrique mox, quod mutuo flagitium exprobrarant, crura fregisse.

45 Feminarum quoque, & quidem illustrium capitibus quanto opere solitus sit illudere, evidentissime adparuit, Malloniae cujusdam exitu: quam perductam, nec quidquam amplius pati constantissime recusantem, delatoribus objecit: ac ne ream quidem interpellare desiit, *Ecquid poeniteret*: donec ea, relicto judicio, domum se abripuit, ferroque transegit, obscoenitate oris hirsuto atque olido seni clare exprobrata. Unde nota in Atellanico exodio proximis ludis adsensu maximo excepta, per-

lasse, ab illa nempe vitae mollitia. Addit Plin. quod & Archigallum pinxit, quam picturam Tiberius amaverit, atque LX. aestimatam sestertiis cubiculo suo incluserit. TORR.

Atalanta ore morigeratur] Dictio *ore* desideratur in trib. MSS. omissa (opinor) pudore scribentium. TORR. *Ore morigeratur*, & Pal. pr. & sec. tantum abest illud *ore* tertio. GRUTER. Deest Periz. Harl. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venetis tribus. *morigerabatur*. Bonon. Paris. & Dolcti. est autem verbum nequitiae, ut Graecis χαρίζεσθαι. vide Barth. VI. Ad. 16. & eo sensu Plaut. Casin. V. II. 20. *Satin' morigera est?* BURM.

Decies HS.] *Decies* LLS. non *dena* LSS. significat, sed decies centena. EGNAT. Pro *acciperet* Hulss. *assumeret*.

Praetulit] *Protulit* Copes. & Huls.

Sed & in cubiculo] *Et* deest Memm. vid. ad Caes. XIV.

Ministri, acerram praeferentis] Liber vetustiss. *ministeri*. quod celatum nolui. TORR.

Simulque fratrem] *Simul fr.* Harle.

Exprobrabant] *Exprobarant* Mem. *exprobrabunt* Harlem. Ed. Venet. pr. *exprobrabant*. Basil.

45. *Quantopere*] *Quanto opere* Memm.

Solitus sit illudere,] Εἰσχροφεῖν. ERASM. Rem obscoenissimam verbo ambiguo texit, ut etiam inf. Claud. cap. XV. *obscenitatis in feminas reum*. Sed & Lactant. Divin. Instiut. VI *De istis loquor, quorum teterrima libido & exsecrabilis furor ne capiti quidem parcit*. Vide supr. Caes. cap. XXII. λεσβιάζειν vocant Graeci. Atque hinc intellige Juvenal. versum Sat. VI. 49.

Si tibi contigerit capitis matrona publici.

Sed haec exponenti praefanda venia esset. TORR.

Malloniae] *Malioniae* Harlem. Periz. Edd. Venet. tres. *Mallonia Eutyche* in lapide apud Gruter. DCCCIII. 12. & hinc Reines. quum in lapide Cl. XIII. 66. repetisset *Mailoria Majorena*, corrigit *Mallonia*, & hoc nomen a *Mallis*, ut *Pomponios* a *Pompiis* deducit. BURM.

Quam perductam,] Caes. cap. L. *Tertia deducta est*. TORR. Membranae, *praeductam*: melius & verius, *productam*. nam lenonium verbum est *producere*, Ciceroni, Plinio, aliis, pro προαγωγεύειν. In Vespasiano cap. XXII. *productae pro concubitu sestertia quadraginta donavit*. CASAUB.

Nec quicquam amplius] Quam id quod feminatum est. TORR.

Domum se arripuit,] Sic libb. omnes. Mallem tamen *aripuit*, pro *abripuit*, ut *afuit* pro *absfuit* semper in optimis codicibus. TORR. *Se abripuit*, ita plane Pall. tres. non ut hactenus cusi *arripuit*. GRUT. *Abripuit* Mem. & Copes. Edd. Steph. & Graevii prima, quod nescio cur mutaverit. dictum ut *se proripere*, quod obvium apud nostrum & alios. BURM.

Obscaenitate] Pal. pr. ac tert. *obscenitatem*. GRUT. & ita Mem. & Copes. unde Heinsius *obscaenitate moris*, vel *obscaeni foeditate moris*. non enim Tiberius erat obscaeni oris, sed illudebat capitibus matronarum. Sed ex sequenti versu Atellanici exodii, nec hac obscaenitate abstinuisse Tiberium patet, quid enim est *naturam ligurrire*, nisi os obscaenum habere? *infamiam oris* dixit in Gramm. XXIII. BURM.

Unde nota in Atellanica exodio] Lib. unus, *Unde mora*, quam lectionem etiam Turneb. ex optimae (ut ait) fidei cod. asserit, & pro intervallo, quod exodia, quae praeter argumentum fiunt, adferunt fabulae, interpretatur,

percrebruit: *Hircum vetulum capreis naturam ligurrire*. Pecuniae parcus ac tenax, 46 comites peregrinationum expeditionumque numquam salario, cibariis tantum, sustentavit: una modo liberalitate ex indulgentia vitrici prosecutus, quum tribus classibus factis pro dignitate cujusque, primae sexcenta sestertia, secundae quadringenta distribuit, du-

tur, sed invita (ut ego quidem arbitror) Minerva. Quare *nota* retineo. sequitur enim *percrebuit*, quod de mota non recte dixeris. *Attellanicum* vero *exodium* dixit, ut *Attellanicum versum* Cic. lib. II. de Divinat. cap. 10. & *artem Atellanicam* Macrob. lib. I. Saturn. cap. X. *Atellanae* autem apud Romanos fere extra argumentum exodii loco interponebantur, ut apud Graecos olim Satyrae. Juvenal. Sat. VI. 71.

Urbicus exodio risum movet Atellanae
Gestibus Autonoës.

TORR. *Atellanica exodia*, non quod extra cantum essent, ita dicta sunt; sed quia vel obiter inserta fabulis, quasi ex diverticulo, & ἐξ ὁδοῦ. URSIN. Latina *Atellana* a Graeca *Satyrica* eo tantum differebat, quod in Satyrica Satyrorum fere personae inducebantur, aut aliae aeque ridiculae; in Atellanis Oscae, ut Maccus. Rhintonica autem est ἱλαροτραγῳδία, vel ἱλαρῳδία. & quid aliud est Σατυρικὸν δρᾶμα, quam ἱλαροτραγῳδία? hujus Auctor Rhinton Tarentinus. unde apparet genus hoc in majore Graecia viguisse: atque inde Oscorum Atellanae similes Rhintonicis. SALMAS. Exerc. Plin. pag. 77. *Mora* Memm. Ed. Venet. pr. quod Cl. Graevii pro fatua capiebat. Sed non convenit τῷ *excepta*, quod vocem, canticum vel simile quid requirit. ut sup. XXI. Caes. LV. & alibi. quod cogitans Heinsius volebat, *unde morae id Atellanico* &c. *exceptum*, sed quum Sueton. in Neron. XXXIII. *Morari* in lectoris gratiam explicet, ne haereat, & Claud. XV. & XXXIII. Graecam vocem posuerit, vix credo hic voluisse lectori scrupulum injicere, & ambigue loqui: id comico magis quam historico convenit. ut Plaut. Trin. III. II. 43. *is mores hominum Moras & Morosos efficit*. manus docta in ora Ed. Steph. *Mira*. sed nec hoc convenit, forte *nota vox*, vulgo scilicet, ut *notum canticum* Phaed. V. VII. 25. & in Galb. XIII. *notissimum*. nec Heinsii conjectura placet, eadem de caussa: quare vitium adhuc latere credo. BURM.

Hircum vetulum naturam capreis ligurrire] Quod ex Attellana de animali dictum fuerat, id populus tanquam de Tiberio dictum maximo applausu excepit. Catul. Epigr. XXXVI. *putare ceteros hircos*. TORR. Obscaenitatis convicium voce *hirci* indicari patet ex Aristoph. Plut. II. II. 4. ubi vide Scholiast. & Serv. ad Virg. Ecl. III. 8. hinc *hirquus edentulus* Plauto in Casin. III. II. 20. BURM.

Capris] *Capreis* Codd. Memm. Periz. & Edd. fere omnes. nec male. nam & *Capreae* dicuntur. vid. Ovid. I. Met. 442. & V. Fast. 372. & Gruter. ad Flor. I. I. 16. BURM.

46. *Pecuniae parcus ac tenax*,] Dissentit Tacitus non uno loco, ut lib. I. cap. 75. *Resistentibus aerarii praetoribus subvenit Caesar, pretiumque aedium Aurelio tribuit, erogandae per honesta pecuniae cupiens: quam virtutem diu retinuit, cum caeteras exueret*. Lib. III. c. 18. *M. Pisonem ignominiae exemit, concessitque ei paterna bona, satis firmus, ut saepe memoravi, adversum pecuniam*. Dissentit & Dio, lib. LVII. p. 608. cujus haec verba: Ἐλάχιστα ἐς αὑτὸν δαπανῶν, πλεῖστα ἐς τὸ κοινὸν ἀνήλισκε· πάντα μὲν ὡς εἰπεῖν τὰ δημόσια ἔργα, τὰ μὲν ἀνοικοδομῶν, τὰ δ' ἐπικοσμῶν, πολλὰ δὲ καὶ πόλεσι, καὶ ἰδιώταις ἐπαρκῶν. Et statim, πάντα δ' ἐδωρεῖτό τισιν, ἀλλ' ὡς καὶ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἠριθμεῖτο. CAS.

Una modo liberalitate] Recte sic ex Turnebi sententia Pulmannus, libri tamen omnes nostri MSS. *unam modo liberalitatem ex indulgentia vitrici prosecutus*. Vulgati *consecutus*. Vide Turnebum Adversar. XIV. cap. XVII. TORR. V.C. habet, *una modo liberalitate ex indulgentia vitrici prosecutus*. URS. *Unam modo liberalitatem* Codd. Harlem. Periz. Edd. fere omnes, praeter Steph. Plant. Casaub. & recentiores. *consecutus* etiam Basil. & Gryph. Colin. & Dolet.

Tribus classibus] *Tribus classicis* Periz.

Sexcenta] *Sexcentena* Cod. Periz. Edd. Rom. Venetae, Bonon. Lugd. Junt. Ald. Freinshem. ad Curt. VI. VII. 17. malebat *sexcena, quadringena* & *ducena*, ubi etiam de his classibus agit: egregie haec illustrat Porphyr. ad Horat. I. Ep. III. 5. ubi explicat *cohortem*, quae, nunc *amici. nam & Lucilius eos, qui nunc praesidibus ad salarium eunt, mercede inventas legiones* ait. ubi, Fr. Douz. ad fragm. Lucil. I. p. 112.

47 ducenta tertiae, quam non amicorum, sed gratorum adpellabat. Princeps neque opera ulla magnifica fecit. nam & quae sola susceperat, Augusti templum, restitutio-

112. legit, *cum Praesidibus &c. mercedere merentes.* Aeron vero Neronis *familiam* interpretatur, *quia Tiberius erat literarum* (*l. literatorum*) *amicus.* Burm.

Sed gratorum] Id quoque recte ex Turnebo, & uno ex nostris codicibus: reliqui *Graecorum* habent. In cohorte principum virorum fere amicos & comites legimus: Tiberius habebat quosdam, quos peculiari nomine *gratos* appellabat. Torr. Imposuerunt operis nostris Antverpienses editt. quae ex conjectura Turnebi *gratorum* pro *Graecorum* edunt. mihi vero ea lectio non probatur: nam *Graecorum* habent omnes libb. vett. quibus usi sumus, etiam Memmianus. Graecos vocat, quos palliatos lib. I. c. XLVIII. qui locus conferri cum isto debet. In comitatu principum virorum semper fuere Graeci, iique ut plurimum litterati & philosophi. ἓν γάρ τι καὶ τοῦτο τῶν καλλωπισμάτων ἐδόκει, ut vere Lucianus ait. Tales erant isti Graeci: de quibus iterum Suetonius cap. LXI. *Nihilo lenior in convictores Graeculos, quibus vel maxime acquiescebat.* quod etsi vere scriptum Suetonio, scimus tamen, quantum semper & Graecos & eorum linguam contempserit Tiberius. quare non mirum, amicorum nomen iis fuisse negatum: & Graecos vel Grajos διπλισμοῦ χάριν fuisse nuncupatos. Fuit autem mos procerum Romanorum, ut ituri in provincias magnum secum amicorum numerum Roma abducerent. Auctor primus, ut videtur, ejus moris Scipio. de quo in Hispanias eunte Appiani sunt verba: Ἐθελοντάς τινας ἐπηγάγετο καὶ πελάτας ἐκ Ῥώμης, καὶ φίλους πεντακοσίους, οὓς ἐς ἴλην κατέλεξε καὶ ἐκάλει φίλων ἴλην. Casaub. *Graecorum* Pall. duo priores: nam tertius *Gratorum.* cui nupere maluerunt Turnebianum *Graecorum.* sed exoletae editiones etiam stant a nostra. Gruter. *Graecorum* legendum est, non *Gratorum.* Cave autem hic cum eruditissimis viris Graecos tantum natione intelligas. Diserte enim dicit Suetonius Tiberium comites suos in tres classes distribuisse, *pro dignitate cujusque:* non igitur pro natione. Per *Graecos* ergo significantur partim veri Graeci, viles tum Romanis & contempti, partim alii inferioris loci & ad Graecorum instar parasitantes, plerique γελωτοποιοί, *Graecorum* nomine ejusmodi parasiti tum fere veniebant. Notum & illud Juvenalis.

Graeculus esuriens in coelum, jusseris, ibit.

&, si forte in hoc Suetonii loco aliquid mutandum, pro *Graecorum*, rescribendum erit *Graeculorum.* Quod majorem contemptum notat. vix dubito quin sic ediderit Suetonius. Boxhorn. Miror Cl. Graevium non meminisse conjecturae N. Heinsii, quam in Epistola ad eum CLXXX. in Syllog. nostra t. IV. p. 253. dedit ipsi examinandam, an non *Gnathonum* praestet. forte ex Palatini tertii vestigiis, qui *Gratorum* habebat. Epistola vero seq. Graevius rescripsit sibi *Grajorum* probari, ut in notis porro adstruit. Sed nescio an Suetonius hoc vocabulo hic voluerit uti, quum semper *Graecos*, non *Grajos* vocet. Quare quum tertiae hi classis comites, debeant titulo quodam insigniri, quo a primae & secundae *amicis* distinguantur, & qui minus significet, ego *Gratorum* praeferrem. *Grati* enim multi esse possunt, etiam ministri & alii, quos tamen amicorum nomine non dignamur, aut honestamus. sic Ovidio II. Am. VII. 24. *Grata ministra.* & Aeneas Achaemenidem apud Ovid. XIV. Met. 221. vocat *comitum gratissimum.* Horat. II. Sat. II. *gratum conviva n.* & nostro etiam servuli & liberti Domino aut patrono *grati* dicuntur in Caes. XXVII. & Tit VII. *Gratissimus delicatorum.* & clarius in Gramm. XXI. dicit Melissum datum Maecenati pro Grammatico; *cui quum se gratum & acceptum in modum amici videret.* ubi manifesta distinctio inter *amicum* & *gratum*. Galba, quum se per facta militaria & alia insinuasset Cajo, & deinde quiesceus Claudio placuisset, addit noster cap. VII. *per hoc gratissimus Claudio, receptusque in cohortem amicorum: grati* ergo minoris dignitatis & ordinis, ut Grammatici, Liberti, & ipsi illi Graeculi, quibus acquiescebat Tiberius. Si vero Graeculos solos in hac classe tertia ponas, excludes simul omnes Romanos inferioris ordinis; quos ego eodem numero, quo Graeculos habuisse puto. Miror vero Cl. Graevium, in prima editione edidisse *Graecorum*, sed in duabus sequentibus exhibuisse *Gratorum*, unde conjici possit, ipsum diffidisse priori explicationi. imitatus forte Tiberium sordidus ille & sumptuosus convivator apud Plin. II. Epist. 6.

tutionemque Pompejani theatri, imperfecta post tot annos reliquit. neque spectacula omnino edidit: & iis, quae ab aliquo ederentur, rarissime interfuit, ne quid exposceretur, utique postquam comoedum Actium coactus est manumittere. Paucorum senatorum inopia sustentata, ne pluribus opem ferret, negavit se aliis subventurum, nisi senatui justas necessitatum caussas probassent. Quo pacto plerosque modestia & pudore deterruit: in quibus Hortalum, Q. Hortensii oratoris nepotem, qui

6. qui gradatim amicos habebat, & in tres etiam ordines descripserat. BURM.

46. *Neque opera ulla magnifica fecit.*] Nova quidem non fecit, sed facta ornavit magnifice, & vetustate dilapsa restauravit. ita Dio. aliter Vellejus, insigni, ut semper, adulatione. CASAUB.

Augusti templum] De templo Augusti, quod Romae fuit, loquitur, de quo Aug. cap. LII. Alterum vero quod Nolae, de quo paullo ante, etiam Tiberius dedicavit. Dedicare autem nisi perfectum non potuit. Sed hoc ideo inter opera publica, uti & Capitolium Capuae, non recenset Sueton. quia *publica* proprie ea sola dicuntur quae pop. Rom. sunt. L. XV. De verb. signif. Et alioqui non sequitur, ut qui ea dedicavit, etiam de suo exstruxerit. Porro de hac re paulo aliter Tacit. lib. VI. cap. 45. his verbis: *Ne publice quidem nisi duo opera struxit, templum Augusti, & scenam Pompejani theatri, eaque perfecta (contemptu ambitionis, an per senectutem) haud dedicavit.* Sueton. negat perfecta fuisse, non ideo tantum, quia nondum dedicata, sed quia structurae multa defuere, cum (ut alibi loquitur) semiperfecta Cajus perfecerit. Calig. cap. XXI. TORR. *Id est Aug.* Copes.

Imperfecta] *Infecta* Harlem. Periz. Edit. Venetae tres. quam scripturam alteri, ex glossa natae, praeferrem: nam *infecta* passim inchoata dicuntur. Valer. Fl. III. 117.

Linquit & undantes mensas, infectaque pernox
Sacra Medon.

Ovid. IV. Met. 10.

Telasque calathosque, infectaque pensa reponunt.

ubi vid. adnotata. ita Livius & alii passim utuntur. BURM.

Et iis,] *Et his* Mem. Harl. Edd. Venet. Lugd. & aliae.

Ne quid exposceretur,] *Neque exp.* Memm. *exposcerent* Edd. Venet. sec. tert.

Comoedum Actium] Prioribus titulis, cum essent res turpissimae exponendae, ibi Beroaldus sane quam copiosus fuit. At heic, ubi in re honesta difficultates incidunt, pulchre omnino transiit. Ut ubi de Accio Comoedo dicere debebat, qua de caussa Tiberius coactus esset Accium manumittere, narrat nobis, quemadmodum olim servi fuerint. Neque ego sane scio, cur coactus Augustus ille imperator, sed ex hoc mihi adnotatur, ut alii dem occasionem inquirendi. Porro de Hortalo Herennii Filio, multa Tacitus lib. II. Anno Tiberii II. narrat. GLAREAN. Servile aliquod nomen mallem. Libri MSS. *Accium* etiam & *Accitum* legunt. TORR.

Coactus est] *Est* deest Mem.

Justas caussas] Nimirum si non luxuria patrimonium consumpsisse se probarent. in quibus credo fuit Atilius Buta Praetorius, *cui post patrimonium ingens consumptum, Tiberius paupertatem confitenti, sero, inquit, experrectus es.* Senec. Epist. t. CXXII. *probaret* etiam Harlem. BURM.

Quo peracto] Libri duo *Quo pacto.* Mallem *Quo facto.* De hac autem Tiberii illiberalitate Senec. lib. II. de Benef. cap. VII. TORR. Omnino scribendum, *quo pacto*, nec aliter in MSS. offendimus. CASAUB. Sic & Pal. pr. & sec. nam tert. consentit vulgatis *peracto.* GRUT. *Peracto* Periz. Exc. Cujac. & Edd. antiquae plurimae, usque fere ad Basil. poster. & Steph. vid. Gronov. II. ob. 24. & Lips. I. Elect. 28. qui praeferunt, *quo pacto.* BURM.

Pudore deterruit, in his Ortalum] Non a petendo quidem, sed a probando deterritus Ortalus. CASAUB.

Ortalum, Q. Hortensii] M. Ortalum vocat Tacit. Annal. II. 37. Ubi leviter visum Lipsio eundem esse cum eo, cujus mentio Val. Maximo lib. III. cap. V. & *Ortalum* pro *Corbione* rescribendum. nam profecto hic noster Suetonio inter modestia & pudore deterritos refertur. Quorum utrumvis spurco illi & infami quis sanus tribuerit? Quod vero, auctore Augusto, quatuor eum filios tulisse

48 qui permodica re familiari, auctore Augusto, quatuor liberos tulerat. Publice munificentiam bis omnino exhibuit: proposito milies HS. gratuito in triennii tempus: & rursus quibusdam dominis insularum, quae in monte Coelio deflagrarant, pretio re-

lisse scribit Sueton. hoc ipsum est quod illectum Augusti liberalitate decies HS. narrat Tacit. ut uxorem duceret, tunc (credo) cum Augustus jam senior Papiam Poppaeam suasit. Sup. Aug. cap. XXXIV. Dion. lib. LVI. TORR. *Hortalum* Codd. Mem. & Copes. Edd. Roman. Steph. Graevii prior. *Ortallum* Venet. pr. *Orralum* Venet. duae, Bonon. vir doctissimus Fontaninus ad inscr. M. Aquilii cap. I. *Hortalum* & *Hortensios* omnes ab *Orta*, sive *Horta* urbe nomen traxisse putat. BURM.

Permodica] *Praemodica* Periz. sic cap. LX. *pergrandis* & *praegrandis*. *permodica rei familiaris* Cod. Memm. an *permodicae rei familiaris*? ut ita genitivis uti solent. BURM.

48. *Publice munificentiam bis omnino exhibuit*] Miror tam severam adfirmationem, *bis omnino*. atqui Suetonium ratio fugit; saepius enim publice munificus Tiberius fuit, sicuti statim sumus ostensuri. CASAUB.

Proposito millies HS.] Haec summa quinque & viginti centena millia facit nostratia, id est, duo Millionia & dimidium. EGNAT. Et hunc locum non minus pulcre transilit Beroaldus: non ausus dicere, non intelligo. Sabellicus autem haec verba exponens: Mille sestertiis, inquit, sine foenore civibus concessis. Haec ille, libras intelligens opinor. Atqui mille sestertii 1000. sunt mille nummi. Mille sestertia rarum est apud Romanos, sed decies sestertiûm vocant 1000000., quod vulgus hodie mille millia. Porro millies sestertium centuplo major summa est 100000000 millies centena millia sestertium, vulgus vocat centies mille millia: qui faciunt coronatorum 2500000. Illud *proposito* exponendum erat, quonam referendum. Sed age, adducamus Taciti verba, quae lib. VI. 17. Anni XIX. Tiberii initio fere ponit, multum lucis huic loco adferentia. eandem enim rem ibi tractat. Ea ita habent: *Donec tulit opem Caesar, disposito per mensas millies sestertio, factaque mutuandi copia sine usuris per triennium, si debitor populo in duplum praediis cavisset, sic refecta fides.* Haec ille. Quidam codices *millies sestertium*, alii *millies sestertio*, legunt: ut sit quo referatur illud *proposito*, ut in Taciti verbis *disposito sestertio*. Quod vero mox sequitur in hoc titulo de *dominis insularum, pretio restituto*, quid sibi certo velint, admodum haesito. Commentatores more suo tacent. Ceterum & sequenti mox titulo, de censu Cn. Lentuli verba Senecae adducens Beroaldus, *quatuor millies sestertium* allegat, pro *quater millies* LLS. luculento errore, nisi codices sint corrupti, quod fieri potest. Ut ut sit, certe Beroaldus de hisce rebus nihil intellexit, quantumvis dissimularit. GLAREANUS. Sic *proposito gladiatorio munere*, Tit. cap. VIII. *proponere edictum, auctionem, argentum, titulum*, pro edere ac publice notum facere. Simile illud, quod legimus de Augusto cap. XLI. quoties ex damnatorum bonis pecunia superflueret, usum ejus ad certum tempus indulsisse ipsum gratuito iis, qui cavere in duplum possent. TORR. Dio lib. LVIII. in anno DCCLXXXV. Τὸ συνάλλαγμα τὸ κατὰ τὰ δανείσματα ἐμετρίασε, καὶ δισχιλίας καὶ πεντακοσίας μυριάδας τῷ δημοσίῳ ἔδωκεν, ὥστε αὐτὰς ὑπ' ἀνδρῶν βουλευτῶν ἀτόκους τοῖς δεομένοις ἐς τρία ἔτη ἐκδανεισθῆναι. *Rem foenebrem moderatus est, ac millies* HS. *gratuito proposuit, ut ex ea pecunia senatores in tres annos sine usura, quod opus esset, egentibus mutuo darent.* CASAUB. Vid. Gronov. ad Tacit. VI. Ann. 17.

Et rursus quibusdam dominis insularum] Refert hanc largitionem Tacitus IV. Ann. 64. in anno DCCXC. Ego vero aliam Principis ejusdem reperio isti simillimam: narrat enim Dio Coss. Sex. Papinio, & Q. Plautio, qui erat annus DCCLXXXIX. stagnasse Tiberim plana urbis juxta Circum & collem Aventinum: esseque relabentem secutam magnam aedificiorum stragem: Tiberium millies HS. contulisse ad sublevandam inopiam eorum, qui damnum fecissent. Meminit ejusdem munificentiae & Tacitus in illius anni actis VI. An. 45. sed nonnihil a Dione dissentiens: incendium enim fuisse ait, non Tiberis exundationem: in caeteris plane consentit. Sic ille: *Idem annus gravi igne urbem adficit, deusta parte Circi, quae Aventino contigua, ipsoque Aventino. quod damnum Caesar ad gloriam vertit, exsolutis domuum & insularum pretiis. millies sestertium ea munificentia collocatum: tanto acceptius* in

reſtituto. Quorum alterum magna difficultate numaria populo auxilium flagitante coactus eſt facere, quum per ſenatusconſultum ſanxiſſet, ut foeneratores duas patrimonii partes in ſolo collocarent, debitores totidem aeris alieni ſtatim ſolverent, nec res expediretur: alterum ad mitigandam temporum atrocitatem. Quod tamen beneficium tanti aeſtimavit, ut montem Coelium adpellatione mutata vocari Auguſtum juſſerit. Militi poſt duplicata ex Auguſti teſtamento legata nihil umquam largitus eſt, praeterquam ſingula milia denariorum praetorianis, quod Sejano ſe non adcommodaſſent: & quaedam munera Syriacis legionibus, quod ſolae nullam Sejani imaginem inter ſigna coluiſſent: atque etiam miſſiones veteranorum rariſſimas fecit, ex ſenio mortem, ex morte compendium captans. Ne provincias quidem ulla liberalitate ſublevavit, excepta Aſia, disjectis terrae motu civitatibus. Proce- 49 dente mox tempore etiam ad rapinas convertit animum. Sat conſtat, Cn. Lentulum

in vulgum, quanto modicus privatis aedificationibus. Nec mirum ſane Imperatorem damna fortuitis caſibus accepta a civibus aliqua largitione eſſe proſecutum; quum traditum ab Auguſto morem, donandi pecunia urbes terrae motu afflictas, Tiberius tenuerit, ut conſtat factum in XII. urbibus Aſiae. CASAUB. *Et* deeſt Harlem. Periz. & Edd. Venet. tribus. contra duplicat Memm. *& rurſus & quibuſdam.*

Coelio] *Caelio* Memm. ſemper. Edd. antiquae *Celio.*

Sanxiſſet] *Canxiſſet* Exc. Cujac. pro *caviſſet.*

In ſolo collocarent] Expedit enim reip. ut foenore imminuto agris pretium accedat. Aug. cap. XLI. Uſus eſt autem Suet. Juriſconſultorum verbo. *res ſoli* enim dicuntur aedes, agri, fundi, & ceterae res immobiles, quae ſolo conjunguntur. Similis locus Plinii lib. VI. Epiſt. 19. *Patrimonii tertiam partem conferre juſſit in ea, quae ſolo continerentur.* TORR.

Expediretur] *Expedirentur* Periz. Harlem. Ed. Venet. pr. vid. ad Phaedr. I. 16.

Aeſtimavit] *Extimavit* Copeſ.

Montem Coelium] Tacit. lib. IV. cap. 64. incendium hoc ſtatim poſt lapſum Fidenis theatrum accidiſſe ſcribit, cum Principi jam ſuſceptum eſſet conſilium abſentiae. Quod cum vulgus ad culpam traheret, eum, ut obviam iret, hanc pecuniam pro modo detrimenti tribuiſſe. Quod vero Tacit. de ſenatus ſententia Coelium montem appellatum fuiſſe Auguſtum ſcribit, id cum Tiberio volente factum ſit, non male Sueton. ſenatus mentionem omittens, ad Tiberium tantum retulit. TORR.

Poſt duplicata ex Auguſti teſtamento legata.] Id qua ratione acciderit, ex Taciti Annal. lib. I. 36. diſcas. CASAUB.

Accommodaſſent] *Accommodaviſſent* Copeſ.

Sejani imaginem] Vida Tacitum lib. IV. & Dionem LVII. TORR.

Miſſiones veteranorum] Ultra militiae merita militibus honeſte miſſis etiam praemia dabantur. Quae ne daret Tiberius, veteranos ad mortem uſque ſub ſignis tenuit. Adde locum Calig. cap. XLIII. & Aug. cap. XLIX. ubi de commodis miſſionum. TORR.

Ex morte compendium] Vid. Lipſ. ad Tacit. I. Ann. 17.

Ne provincias] *Neque* Edd. Rom. Venet. ſec. tert. Baſil. Bon. & reliquae praeter Venet. pr. & Caſaub. Scriv. & recentiores. *Libertate* Harlem. *liberalitate ulla* Exc. Cujac Copeſ.

Disjectis terrae motu] Eo Plinius lib. II. cap. LXXXIV. duodecim civitates proſtratas ſcribit. Euſeb. Chronicis XIII. TORR. Qua de re Euſebius Pamphilius lib. II. Chronicorum. Adde ad illuſtrationem hujus loci nummum argenteum, in cujus ſuperficie vultus Tiberii, in altera effigies Aſiae muliebri ſpecie ſedens, cum his litteris: CIVITATIBUS. ASIAE. RESTITUTIS. *Joſ. Scaliger.*

49. *Ad rapinas convertit animum*] Liber unus *convertit*, ſine *animum.* TORR. Vid. Calig. XXXVIII. *Converſi animum vultumque* Tacit. I. Hiſt. 85. Sed & ille III. Ann. 55. *Ceteri ad ſapientiora convertere:* & noſter utroque modo. BURM.

Cn. Lentulum] Is eſt Lentulus, qui conſularis vir triumphalia ornamenta de Getis retulit: primo pauper, dein adeo opulentus opibus innocenter paratis, & modeſte habitis, ut quater millies HS. poſſederit. de Lepidia vide Tacit. III. 22. EGNAT. Lentulus, teſte Seneca

tulum augurem, cui census maximus fuerit, metu & angore ad fastidium vitae ab eo actum, & ut ne quo nisi ipso herede moreretur. Condemnatam & generosissimam feminam Lepidam, in gratiam Quirini consularis praedivitis, & orbi, qui dimissam eam e matrimonio post vigesimum annum veneni olim in se comparati arguebat: praeterea Galliarum & Hispaniarum, Syriaeque & Graeciae principes confiscatos ob tam leve ac tam impudens calumniarum genus, ut quibusdam non aliud sit objectum, quam quod partem rei familiaris in pecunia haberent. Plurimis etiam civitatibus & privatis veteres immunitates & jus metallorum ac vectigalium ademta. sed & Vononem regem Parthorum, qui pulsus a suis, quasi in fidem populi Romani cum ingenti gaza Antiochiam se receperat, spoliatum perfidia, & occi-

neca lib. II. de Benef. cap. XXVII. sub Augusto quater millies HS possedit, princeps civitatis & pecunia, & gratia. Qui locus Senecae corruptus est. nam pro *sub honore nobilitatis*, *sub onere* legendum est; & pro *derisum a labore*, *derisu & labore*, ex libro quodam nostro MS. quod obiter monitum volui. TORR. *Maximus fuerat* Hulf.

Angore] *Languore* Periz. Harl. Edd. Rom. Venet. pr. *languorem* Edd. Venet. sec. tert. Lugd. vid. sup. cap. VII. ubi eadem varietas. Tacit. II. Ann. 42. de Archelao. *sed angore simul, fessus senio, finem vitae implevit.* & *satis constat* Exc. Cujac. BURM.

Et ut ne quo] *Et ut quo* Exc. Cujac.

Feminam Lepidam in gratiam] De hac Lepida Tacitus lib. III. cap. 22. & cap. 48. celebratum Sulpicii Quirini funus &c. EGNAT. *F. Lepidam gratiam* Venet. sec. & tert.

Quirini consularis] P. Sulpicium Quirinum vocant Dion & Tacit. lib. III. Cos. autem fuit A. U. C. DCCXLI. Errantque, qui *Quirinium* dicunt. TORR. *Consulis* Copef. & Hulff. *Quirinius* tamen & apud Tacitum legitur.

In se comparati] *A se comp.* Edd. Venet. sec. & tert.

Et Graeciae] Ignorant Exc. Cujac.

Partem rei familiaris in pecunia] Contra legem Caesaris dictatoris, qua de modo credendi possidendique cantum fuit, ne quis scil. in argento aurove amplius LX. sestertiis teneret. Quanquam id intra Italiam duntaxat statutum Tacit. suadet lib. VI. Ann. 16. *Partem* ergo, videl. majorem quam pro ea lege. Poterat & ex eo strui calumnia, quod de foenebri pecunia statuit Tiberius cap. praecedente. Huc porro spectat, quod de Antiocho Comageno refert Suet. Calig. cap. XVI. TORR. Vetus fuit Romae lex, qua amplius quam sexaginta sestertia in auro vel argento possidere vetitum: eam legem temporis tractu abolitam restituit Caesar dictator, anno DCCV. ut narrat Dio lib. XLI. Puto & Augustum aliquid de modo habendarum pecuniarum constituisse, quod propius ad loci hujus sententiam faceret: ejus tamen legis mentionem nusquam reperi apud veteres. CASAUB. Viri summi locum istum trahunt ad modum pecuniae, quam unicuique habere jus & fas: quod ut omnino non reprehendo, ita minime probabitur, idem praescriptum Gallis, Syris, Hispanis, Graecis, quod in Italia possidentibus. putarim potius eis vitio datam grandem istam pecuniam, tanquam ea uti vellent ad res novas. ea certe de causa *auri vim atque opes Principibus infensas* pluribus ostendimus ad Tacitum XI. Annal. cap. I. & certum est, hanc interpretationem loco isti propriam, cum praecedat, *ob tam leve ac impudens calumniarum genus.* GRUT.

Sed & Vononem regem Parthorem] Tacitus Annal. lib. II. cap. 68. aliter narrat hanc historiam, & Tiberium culpa absolvit. CASAUB. *Novonem* Periz. a m. pr. Ed. Rom. *Vovonem* Venet. pr. *Voconem* sec. & tert. praestaret *Vononem.* si MSS. addicerent, ut apud Tacit. II. 4. BURM.

Cum ingenti Gaza] Notanda Suetonii diligens in scribendo elegantia & judicium, qui quum antea de Lentulo, Romano cive loqueretur, ipsi dat *censum maximum:* hic Vononi, Regi Parthorum, *Gazam* adscribit, vocem Persicam (Persae enim & Parthi quasi una gens habiti) ita & Aug. XLI. & Neron. XXXI. utitur de peregrinis divitiis. semel tamen de domesticis Galb. XVIII. nisi & ibi de Thesauro ex Provinciis Romam deportato sit vox capienda. BURM.

occisum. Odium adversus necessitudines, in Druso primum fratre detexit: prodita 50 ejus epistola, qua secum de cogendo ad restituendam libertatem Augusto agebat: deinde & in reliquis. Juliae uxori tantum afuit, ut relegatae, quod minimum est, officii aut humanitatis aliquid impertiret, ut ex constitutione patris uno oppido clausam, domo quoque egredi, & commercio hominum frui vetuerit: sed & peculio concesso a patre praebitisque annuis fraudavit, per speciem publici juris, quod nihil de his Augustus testamento cavisset. Matrem Liviam gravatus, velut partes sibi aequas potentiae vindicantem, & congressum ejus adsiduum vitavit: & longiores secretioresque sermones, ne ejus consiliis, quibus tamen interdum & egere, & uti solebat, regi videretur. Tulit etiam perindigne actum in senatu, ut titulis

Se receperat] *Se* deest Cod. Harlem. Et Edd. Venetis tribus.

50. *Detexit*] *Direxit* Edd. Venet. tres.

De cogendo ad restituendam libertatem Augusto] Tale aliquid cogitasse Drusum colligas ex his Taciti lib. I. 33. *Drusi magna apud pop. Rom. memoria, credebaturque, si rerum potitus foret, libertatem redditurus.* Vide initium lib. V. CASAUB.

Agebat] Deest Hulf.

Uxori tantum absuit] *Tantum uxori absuit* Codd. Harlem. Periz. Edd. Venet. tres. *afuit* Memm. ut semper.

Officii] *Officia* Hulf. & Copes. qui &, *ut humanitatis. Officiis* Edd. Venet. sec. & tert.

Uno oppido clausam,] Rheginorum scilicet. sup. Aug. cap. LXV. TORR.

Praebitisque annuis] *Annua* appellant JCti, & *annuum* ἐπετησίως & absolute, id quod alimentorum causa in singulos annos praestatur. L. X. & XIV. De annuis legatis. Plin. Epist. ad Trajanum, *ut publici servi annua accipiant.* Cum igitur Augustus, annua filiae praestare solitus, nihil de eo in testamento cavisset, Tiberius, tanquam morte defecisset liberalitas, ac quasi nefas esset, & juri publico adversaretur contra testatoris voluntatem facere, nihil praestitit. TORR.

Publici juris,] Vid. ad Aug. cap. X.

Matrem Liviam gravatus,] Sic Horat. lib. IV. Od. XI. *terrenum equitem gravatus Bellerophontem.* Virgil. lib. X. 628. *quid si quae voce gravaris, Mente dares?* Sueton. Aug. LXXII. *Ampla & operosa Praetoria gravabatur.* Duo tamen codd. non habent *gravatus.* TORR.

Congressum ejus] *Ei* Exc. Cujac.

Ejus consiliis] *Ejus* deest Codd. Memm. Periz. & Edd. Rom. Venet. tribus.

Interdum & aegre uti] Liber Turnebi, ut & nostri omnes, *interdum & egere, & uti solebat.* De Liviae autem prudentia Dion & Seneca praeclare testantur. TORR. *Interdum & egere & uti,* restitutio isthaec sese etiam firmat triga Palatinorum, in qua constanter conspicitur. male enim editi prius, *interdum & aegre uti solebat.* GRUTER. *Et egere & uti* Memm. Exc. Cujac. & nostri omnes, & Edd. Rom. Venet. pr. Bonon. Lugd. Junt. Ald. Steph. Arg. & marg. Basil.

Etiam perindigne] *Etiam indigne* Memm. *actum senatu* Periz. sed margini adscriptum *a. perindigne a senatu*, omisso *actum*, Ed. Rom. *in senatu* Copes. Memm. Exc. Cujac. Edd. Venet. pr. Bonon. Steph. Cl. Graevius ediderat etiam olim *in senatu.* sed nescio quare in posterioribus editionibus mutaverit. sic mox LII. *questus est in senatu.* & LVIII. *acta res in senatu.* Liv. III. cap. 10. *jactata per aliquot dies in senatu res.* & 36. *si quis vocem aut in senatu aut in populo misisset.* Tacit. I. Ann. 79. *Actum in senatu.* & Plin. II. Epist. XI. I. *si quid actum in senatu.* sed ubique obvia loquendi ratio, non meretur pluribus locis confirmari. in Claud. cap. XXIII. ita distinguendum puto, *de majore negotio acturus in curia, medius inter consulum sellas, Tribunitio subsellio sedebat.* BURM.

Ut titulis suis quasi Augusti, & ita Liviae filius adiiceretur.] Dio lib. LVII. Ἄλλοι καὶ τὸν Τιβέριον ἀπ' αὐτῆς ἐπικαλεῖσθαι ἐβούλοντο, ὅπως ὥσπερ οἱ Ἕλληνες πατρόθεν, οὕτω καὶ οὗτος μητρόθεν ὀνομάζηται. Tacitus I. Ann. 14. *Multa patrum & in Augustam adulatio: alii* PARENTEM, *alii* MATREM PATRIAE *appellandam, plerique ut nomini Caesaris adscriberetur* JULIAE FILIUS, *censebant.* CASAUB. *Adiceretur* Hulf. *ita ut Liviae* Exc. Cujac.

Quasi Augusti] Id est, quemadmodum Augusti. Frequens hoc significatu Senecae. TORR.

tulis fuis quafi Augufti, ita & Liviae filius adjiceretur. Quare non *parentem patriae* adpellari, non ullum infignem honorem recipere publice paffus eft. Sed & frequenter admonuit, *majoribus nec feminae convenientibus negotiis abftineret:* praecipue ut animadvertit, incendio juxta aedem Veftae & ipfam interveniffe: populumque 51 & milites, quo enixius opem ferrent, adhortatam, ficut fub marito folita effet. Dehinc ad fimultatem ufque proceffit, hac ut ferunt de cauffa: Inftanti faepius, ut civitate donatum in decurias adlegeret, negavit alia fe conditione adlecturum, quam fi pateretur adfcribi albo, *extortum id fibi a matre.* At illa commota, veteres quofdam ad fe Augufti codicillos de acerbitate & intolerantia morum ejus e facrario protulit, atque recitavit. Hos & cuftoditos tamdiu, & exprobratos tam infefte, adeo graviter tulit, ut quidam putent inter cauffas feceffus hanc ei vel praecipuam fuiffe. Toto quidem triennio, quo vivente matre afuit, femel omnino eam, nec amplius quam uno die, ac pauciffimis vidit horis: ac mox, neque aegrae adeffe

Quare non parentem patriae appellari,] Dio de Livia: Καὶ πολλοὶ μὲν ΜΗΤΕΡΑ αὐτὴν ΤΗΣ ΠΑΤΡΙΔΟΣ, πολλοὶ δὲ καὶ ΓΟΝΕΑ προσονομάζεσθαι γνώμην ἔδωκαν. In antiquis nummis fuperbiffimus fimul & ineptiffimus hic illius titulus invenitur: JULIA AUGUSTA GENITRIX ORBIS. CAS. In Hulfiano deerant, *appellari, non ullum honorem infignem recipere. non nullum* Memm. Edd. Venet. fec. & tert.

Admonuit, majoribus] Ita Memm. Copef. Bonon. Bafil. Parif. Gryph. Plant. reliquae *quod non majoribus.* vid. fupr. cap. XI. & hic Graevium.

Nec foeminae convenientibus negotiis] Atqui talia funt civilia omnia, a quibus foeminae arcentur. L. 11. de Reg. jur. & ad S.C. Vellejanum. TORR.

51. *Adfcribi*] *Abfcribi* Periz. Harl. Edd. Rom. Venet. tres. *afcribi* Memm. Ed. Lugd. Junt. Ald. vid. Aug. LIX. *exortum* etiam Harlem.

At illa commota] Liber unus *commenta.* quod filere nolui. *Decurias* autem judicum intelligo, quorum nomina in albo fcribebantur. TORR. *Commota* retinendum. vid. ad Caef. XXIX. BURM.

Codicillos] *Codicellos* Hulf. Ed. Venet. pr. ita & fupr. XXII. & alibi.

Morum ejus] *Ejus* deeft Memm.

E facrario] Liber opt. *a facrario. Sacrarium* autem pro larario dixiffe videtur, ut etiam privatarum aedium facrarium apud Cic. legimus Verr. IV. 2. *Erat apud Heium facrarium cum magna dignitate in aedibus.* & Epift. ad Memmium, *qui habitat in tuo facrario.* TORR. In V.C. legitur *fecretario*, pro *facrario.* URSIN. Scripferat Beroaldus videri legendum *e fecretario*, deinde exftitere, qui inventam a fe in veteri libro eam lectionem in litteras referrent. At noftri omnes *facrario.* idque melius. intelligit non tablinum Augufti, aut Liviae: fed vere facrarium, id eft, locum Augufto confecratum, ubi ejus imago habebatur & colebatur a Julia uxore quondam ipfius, tunc facerdote: eo loci videtur Julia pretiofiffima κειμήλια ab Augufto fibi relicta habuiffe. alia notione *facrarium Principis*, in leg. ult. §. *Legatis.* D. de Muneribus & honor. & alibi. *Secretarium*, vix feculo eo nota vox, in Codice aliud fignificat. CASAUB. *E facrario* etiam lectio Pall. trium. GRUT. *E fecrario* Bon. *in facrario* Ed. Rom. idem eft quod in Calig. XLIX. *in fecretis ejus reperti funt duo libri.* Unde forte illud *e fecretario* natum pofteriori aevo, quum veteres *fecretum* dicerent. Unde *fecretum petere* & fimilia. BURM.

Et cuftoditos] *Ut cuftoditos* Harlem.

Tam infefte] Idem cod. *tam manifefte.* TORR.

Vivente matre adfuit] Vel *afuit* fcribendum, veteri more, vel *abfuit. Triennium* etiam totum liberaliter dixit, non exacte ad verum. nam cum Tiberius extremo anno DCCLXXIX. difcefferit, obieritque mater principio DCCLXXXII. clarum eft biennio plus paulo interfuiffe. TORR. *Abfuit* fcriptum in Memmiano & Viterb. non ut in plerifque *adfuit.* De *triennio* interpretibus affentior, potius quam erudito viro, qui emendat *biennio:* cum enim neutra lectio exacte tempus definiat, quo vixit Livia poft exitum Tiberii, quod fpatium eft biennii & paucorum menfium, nihil temere mutandum, confentientibus omnibus MSS. cum vulgata lectione. CASAUB. *Afuit* Memm.

Ac pauciffimis] *Ac* deeft Periz. Copef. & omni-

adesse curavit, defunctamque, & dum adventus sui spem facit, complurium dierum mora, corrupto demum & tabido corpore funeratam prohibuit consecrari: quasi id ipsa mandasset. Testamentum quoque ejus pro irrito habuit, omnesque amicitias & familiaritates, etiam quibus ea funeris curam moriens demandarat, intra breve tempus adflixit: uno ex his equestris ordinis viro & in antliam condemnato. Filiorum neque naturalem Drusum, neque adoptivum Germanicum patria charitate dilexit. Alterius vitiis infensus: nam Drusus animi fluxioris, remissioris-

52

omnibus editis olim. in Plantini & sequentibus additur.

Neque aegre abesse] Lib. unus *adesse*, ut & edit. Gryphii. *Aegrae* etiam legendum, non *aegre*. TORR. Aut peccatum in notis Torrentii puto, aut eum deceptum. nam in Gryphianis legitur, *neque aegre abesse*, ut & in Plantin. & ipsius Torr. Edit. Lipsius in suo codice correxerat *aegrae adesse*; ut aliae ex antiquis: nisi quod sine diphthongo *aegre adesse* Edd. Rom. Venet. pr. & aliae. *aegrae abesse* Basil.

Complurium] *Compluriumque* Edd. Venet. sec. & tert.

Prohibuit consecrari] A Claudio tamen religionem coelestem est consecuta. In cujus vita sic Tranquillus capite XI. *Aviae Liviae divinos honores, & Circensi pompa currum elephantorum Augustino similem decernendum curavit.* Pleninsque de eo Dio lib. LX. qui Claudium ait effigiem ejus intulisse templo Divi Augusti, ac tum sacra ei fieri jussisse per Vestales, tum ut mulieres per ejus nomen jurarent. Hinc in nummo veteri: S. P. Q. R. DIVAE. JULIAE. AUGUSTI. FIL. Consecrata autem habitu Junonis, ut in ea Juno coleretur. Prudentius I. Contr. Symm. 291.

Adjecere sacrum fieret quo Livia Juno. Voss. *Obsecrari* Venet. sec. & tert.

Testamentum quoque ejus] Vide Tacitum initio lib. V. Infr. Calig. cap. XVI. TORR. *Testamentumque* Edd. Venet. tres, Basil. Lugd. Junt. Steph. Ald. & aliae.

Funeris curam] *Funeris sui curam* Exc. Cujac. Edd. Veteres omnes, praeter Steph. Gryph. Plant. & recentiores. *cura* Hulss.

In antliam condemnato] Sic Turneb. & Pithoeus, & exemplar Vaticanum, ut ad aquam in hortis, aut navibus hauriendam ille condemnatus fuerit. Libri nostri vel *Antiliam*, vel *Andiam*, vel *mediam* habent. Atqui si verum est, quod affirmat Beroaldus, in vetustis codd. etiam *Anticyram*, & *latumiam* legi, nihil equidem dubitem horum alterutrum amplecti. TORR. *In antliam* omnino legendum: neque multo aliter veteres libb. in quib. *Antliam* perscriptum offendimus, in Memmii vero optimo, *in antliam*. Meminit hujus supplicii Artemidorus lib. I. cap. L. cujus verba cum pridem ad hunc locum annotassemus, reperimus postea occupatum id ab eruditiss. Lipsio lib. II. Electorum 15. Sic autem Artemidorus: Οἶδά τινα ὃς ἔδοξε τοῦ παντὸς σώματος ἀτρέμα μένοντος τοὺς πόδας αὐτοῦ μόνους βαστάζειν, καὶ περιβαίνειν μὲν μηδὲ βραχύ, ὅμως δὲ κινεῖσθαι· συνέβη αὐτῷ εἰς ἀντλίαν καταδικασθῆναι· καὶ γὰρ τοῖς ἀντλοῦσι συμβέβηκε, διαβαίνειν μὲν ὡς βαδίζουσι, ἀεὶ δὲ μένειν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ. CASAUB. *In antliam*, bene aliorum MSS. quibus etiam adblandiuntur Pall. nam pr. *& mantiliam Cond.* sec. & tert. *& in Antiliam Cond.* GRUT. *In Antiliam* Codd. Hulf. Harlem. Copef. Edd. Venet. pr. Bonon. Lugd. Junt. Ald. Steph. *in Media* Periz. & Ed. Rom. *in Latomiam* Basil. Gryph. Colin. Doleti, quae lectio fluxit a Beroaldo. qui & alios *Anticyram* legere notat. ex illa lectione, *in media* posset aliquis facere *inedia*. nisi hac voce potius de voluntaria nece, quam a Principe irrogata, uti veteres, viderem. *fame necavit* dixit tamen cap. LIV. certe illam poenam ad Antliam mihi nondum satis hoc aevo usitatam fuisse apparet. vid. Pithoe. II. Adversf. 16. BURM.

Alterius vitiis] Putat vir summus excidisse membrum, *alterius virtutibus*. & vero tale quid innuere forte voluit Suetonius, sed innuere tantum, non etiam exprimere, more aliorum auctorum. GRUT. Lips. I. Elect. 28. legit, *alterius virtutibus, alterius vitiis infensus*, sed non opus esse hoc supplemento ostendimus ad Vellej. Paterc. II. 54. & Ovid. II. Art. Amator. 282. BURM.

Animi fluxoris] In lib. optimo desideratur dictio *animi*, nec sane necessaria est. sequitur enim *vitae*. TORR. Pal. pr. & tert. non agnoscunt illud *animi*. Restat tamen in secunda, notae non contemnendae libro. GRUT.

 Deest

risque vitae erat. Itaque ne mortuo quidem perinde adfectus eſt: ſed tantum non ſtatim a funere ad negotiorum conſuetudinem rediit, juſtitio longiore inhibito. Quin & Ilienſium legatis paullo ſerius conſolantibus, quaſi obliterata jam doloris memoria irridens: *Se quoque* reſpondit *vicem eorum dolere*, *quod egregium civem Hectorem amiſiſſent*. Germanico uſque adeo obtrectavit, ut & praeclara facta ejus pro ſupervacuis elevarit: & glorioſiſſimas victorias, ceu damnoſas Reipublicae increparit. Quod vero Alexandriam, propter immenſam & repentinam famem, inconſulto ſe adiſſet, queſtus eſt in ſenatu. Etiam cauſſa mortis fuiſſe ei per Cn. Piſonem legatum Syriae creditur: quem mox hujus criminis reum putant quidam mandata prolaturum, niſi ea ſecreta obſtarent. Per quae multifariam inſcriptum, & p:r

Deeſt & Copeſ. *fluxioris remiſſiorisque*, *ne mortuo*, reliquis omiſſis, Exc. Cujac.

Mortuo] Eraſmus dativum eſſe credidit. notat enim *affectus* eſt *illi*, pro erga illum. male. eſt enim ablativus, quod probare eſſet chartas perdere.

Tantum non ſtatim poſt a funere] Lego expunctis aliis, *tantum non a funere*. Libri MSS. variant, ut mala in cauſa teſtes ſolent. Poſſet etiam *tantum quod a funere* legi. TORR. *Tamen non ſtatim* Periz. Edd. Rom. Venet. ſec. & tert. Lugd. Junt. Ald. Steph. *tantum non ſtatim poſt a funere* Baſil. Gryph. Plant. ſed ego cum Ed. Venet. pr. & Torrentio legerem *ſed tantum non a funere*, reliqua Gloſſatoribus relinquens. illud *ſtatim* repetitum ex Caeſ. LXXXV. *poſt* deeſt Exc. Cujac, BURM.

Ad negotiorum conſuetudinem rediit] Quod Tacitus dicit lib. 1. cap. 6. *repetere ſolemnia*, & cap. 7. *redire ad munia*, B. Chryſoſtomus alicubi, ἅπτεσθαι τῶν συνήθων. Ovidius in alia re IV. Faſt. 168. *ad ſolitam ibit opus*. CASAUB.

Quod egregium] *Qui* Copeſ. vid. Cal. XIII.

Pro ſupervacuis elevaret] Duo libri *elueret*, unus *eluderet*. TORR. Pal. pr. & tert. *elueret*. quomodo & Edd. vetuſtiores. GRUT. *Elueret* & *increparet* Periz. Harlem. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venetae tres, Lugd. *elevarit* & *increparit* Junt. Ald. Arg. Steph. *elevaverit* & *increparet* Copeſ. & ita in Memmiano fuiſſe videtur. reliquae fere omnes *elevaret* & *increparet*. in Marg. Ed. Plant. manus docta *eluderet*. praeterea, *ut etiam praeclara* Codd. Periz. Harlem Edd. Rom. Venetae, Bon. Lug. *Victorias* deerat Venet. pr.

Alexandriam adiſſet] Auguſtus inter alia imperii arcana ſenatoribus, atque illuſtribus equitibus ſine Principis conſenſu permitti noluit in Aegypto eſſe. Tacit. lib. II. 59. Eam ob cauſam igitur de Germanico queſtus eſt Tiberius. Vide Caeſ. cap. XXXV. TORR.

Cauſſa mortis fuiſſe ei per Cn. Piſonem] Is Piſo Germanico datus eſt a Tiberio comes & legatus, qui cum Plancina uxore adeo aperte ſimultates cum Germanico exercuit, ut repertae ſint reliquiae ſolo ac parietibus erutae humanorum corporum, tabulae etiam plumbeae, quae devotiones, ac carmina in Germanicum continerent. Donec accuſantibus Trione, & Veranio, acerrime autem omnium Vitellio, judicio Senatus damnatus eſt, magis aſſentiente Tiberio, quam approbante. Piſo poſt damnationem domi inventus perfoſſo jugulo, jacente humi gladio, conceſſa Plancinae uxori incolumitate ob preces Auguſtae, & filio in decem annos relegato. Diverſus ab hoc fuit L. Piſo, qui curator urbis ſub Tiberio principe fuit, biduo, duabuſque noctibus per potationem conſumtis clarus: cujus, niſi fallor, conſtantiam, & auctoritatem in Senatu maxime Tacitus commendat. EGNAT. *Cauſſam* Copeſ. *creditur* vero deeſt Memm. & Copeſ. *Credere* Ex. Cujac.

Niſi es ſecreta] Locus haud dubie mendoſus eſt. Lib. unus *niſi ea ſecreto*. Legendum fortaſſis, *ni Sejanus ſecreto obſtaret*. quae ſane conjectura cum Taciti hiſtoria lib. III. Ann. 16. optime convenit. TORR. Nihil variant vett. codd. ſententia poſtulat ſcribi, *niſi ea ſecreto ablata forent*, vel, ut viſum Torrentio, *ni Sejanus ſecreto obſtaret*. Adi ad Tacitum. CASAUB. *Niſi ea ſecreto obſtarent* Pall. pr. & ſec. quod malui, quam vulgatum prius, *ſecreta*. ut dicat prolaturum fuiſſe mandata, niſi eadem quam palam ei profutura, tam erant occulte obfutura. Neque enim umquam paſſus fuiſſet evadere hominem Tiberius, a quo ar-

per noctes celeberrime adclamatum est, *Redde Germanicum*. Quam suspicionem confirmavit ipse postea: conjuge etiam ac liberis Germanici crudelem in modum adflictis. Nurum Agrippinam post mortem mariti liberius quiddam questam, manu 53 adprehendit: Graecoque versu, *Si non dominaris*, inquit, *filiola*, *injuriam te adcipere* ex-

arcessitus animi in filium alieni. GRUT. Nisi in mandatis simul datum fuisset Pisoni a Tiberio, ut ea non proferret. erant enim illa inter *arcana domus*, quae non vulganda. De quibus Tacitus I. Annal. iis vulgatis ex Tiberio ultimum supplicium exitiumque & Pisonem & omnem ejus domum manebat: idcirco non protulit. Haec est hujus loci sententia, quem Casaubonus & Torrentius mutare non debebant. BOXHORN. Mandata Piso erat prolaturus, nisi ipse intellexisset, ea sibi obstare, quod secreta essent, secretoque sibi obeundum foret, quod sibi praecipiebatur. Quod si igitur produxisset, quid fecisset aliud, quam si ipse gladium in suum adegisset jugulum? Et tamen cum haec inter suos mussitaret clanculum, quae hinc mox in vulgum abibant, factum ut multifariam publice inscriptum acclamatumque sit, *Redde Germanicum*. Nam *per quae* non aliud hic valet quam *ob* vel *propter quae*, ut apud Plautum IV. Sticho 2. *Per hanc caenam tibi incaenato, Gelasime, esse hodie licet.* Et apud Ciceronem pro Domo: *Factus & ejus filius contra fas, cujus per aetatem pater esse potuisti.* Ut Galba cap. XVI. *Per haec prope universis ordinibus offensus.* Vitellio cap. IV. *Cajo per aurigandi*, *Claudio per aleae studium familiaris.* Domitiano cap. XIV. *Per haec terribilis cunctis.* GOESTUS. *Nisi ea secreto ostentant quae multifariam inscriptum.* Memm. Copes. & Hulf. editiones vero veteres & Basil. *nisi ea secreta obstarent*, *per quae m. increpitum*. Lipsius ad Tacit. III. Ann. 16. locum corruptum & defectum pronuntiat, & Torrentii laudat conjecturam. Nic. Heinsius volebat, *nisi Sejanus aegre obstaret*, quod vix intelligo. *secreta* si legatur, intelligenda quaedam mandata ἀπόῤῥητα καὶ κρυπτὰ ἢ ἰδιόγραφα, ut explicat Jac. Gothofredus ad Leg. unic. C. Th. de mandatis Princ. ex vulgata forte hic sensus posset erui, Pisonem ea mandata prolaturum fuisse, si legitima & ordinaria codicillis, aut alio scripto a Tiberio subscripta essent ipsi data, sed nunc quia secreta erant, metuisse ne sibi eveniret, quod supr. cap. XX. Tribuno, cui renuntianti factum esse quod imperasset, negavit Tiberius se imperasse: narrat autem Tacitus Sejanum per vana promissa elusisse Pisonem, quare legi possit; *nisi Sejanus ea secreta ostentaret*, id est, nisi volenti Pisoni ea proferre, ostendisset, vana illa esse, nec inde aliquid mandati posse probari, quia secreta essent, non ordinaria, nec in acta publica relata. nondum tamen persanatum locum existimo. BURM.

Per quae multifariam increpitum] Liber opt. *inscriptum*. columnis scilicet, aut etiam statuis Tiberii, ut Caes. cap. LXXX. Ner. cap. XLV. Illud vero *per quae*, pro *quare* apud Suetonium non semel invenias. TORR. Regium exemplar unum & Politiani, *inscriptum*. Notus mos ex aliis Suetonii locis. Deinde habent regii codd. *celeberrime acclamatum est*, non *creberrime*. pro coetu celeberrimo & frequentissimo coeuntium undique hominum. CASAUB. Exstat quidam etiam illud aliorum *inscriptum* in Pal. sec. sed reliqui duo alii retinent alterum, nisi quod habeat pr. *multifarium increpitam*. GRUT. *Per quae* autem non *propter*, *ob quae*, ut Lipsius & Goesius, explico, sed *per quae*, id est dum ea agebantur, per ea tempora; ut *per haec* Claud. X. *per tumultum* Caes. XXXIV. *per aestatem* Aug. XVI. *per expeditionem* Galb. VII. *per spectacula* Claud. XXVII. vid. & supr. cap. V. BURM.

Creberrime acclamatum] Idem liber *celeberrime*. TORR. *Celeberrime* Memm. Hulf. Copes. Exc. Cujac. Edd. Venet. pr. Lugd. Junt. Ald. Arg. quam lectionem adstruximus ad Ovid. III. Amor. V. 3. BURM.

53. *Post mortem*] *Post mariti mortem* Exc. Cujac.

Graeco versu] Sic Tacit. IV. Ann. 52. quoque correptam Graeco versu admonuit, ideo quia non regnaret. Sed & Aristoteles lib. III. Politic. tale aliquid a poëta quopiam dictum fuisse significat. verum & poëtae nomen, & versus ipse hactenus ignorantur. Gul. Canterus Novar. VI. cap. XXVI. hunc de suo subjicit: Εἰ μὴ κρατεῖς, τέκνον, νομίζεις ἀδικεῖν. Poterat & sic conceptus esse: Εἰ μὴ τυραννεῖς, θύγατερ, ἀδικεῖσθαι δοκεῖς. TORR.

existimas? Nec ullo mox sermone dignatus est. Quondam vero inter coenam porrecta a se poma gustare non ausam, etiam vocare desiit, simulans, se veneni crimine arcessitum: quum praestructum utrumque consulto esset, ut & ipse tentandi gratia offerret, & illa quasi certissimum exitium caveret. Novissime calumniatus, modo ad statuam Augusti, modo ad exercitus confugere velle, Pandatariam relegavit: conviciantique oculum per centurionem verberibus excussit. Rursus mori inedia destinanti, per vim ore diducto, infulciri cibum jussit. Sed & perseveantem,

Si non dominaris, inquit, filiola, injuriam te accipere existimas?] Calpurnius Flaccus Declamat. VI. *Sceleratis ingeniis & plusquam civilia cupientibus, non dominari instar servitutis est.* Eleganter etiam Cyprianus in epistola ad Donatum: *Fascibus ille obiectatus & honoribus, privatus & inglorius esse non potest.: hic stipatus clientium cuneis, frequentiore comitatu officiosi agminis honestatus, poenam putat esse, cum solus est.* Nec abludit Senecae dictum epistola XV. *Denique ut nihil illis Fortuna detrahat, quicquid non acquiritur, damnum est.* nec illud Plutarchi Pyrrho de Tarentinis, ἐθέλειν, τὸ μὴ πρὸς ἡδονὴν ζῆν, δουλείαν. neque illud in convivio sapientium: esse quosdam homines, qui οἱ μὴ τὰ πάντων ἔχωσι, ἰδιωτῶν ἄρχειν καὶ βασιλεύειν, ὑπ' ἐνδείας δουλεύειν νομίζουσι. Paullo aliter Jason tyrannus apud Philosophum Politicorum lib III. Ἰάσων ἔφη πεινῆν, ὅτε μὴ τυραννοῖ, ὡς οὐκ ἐπιστάμενος ἰδιώτης εἶναι, *esurire se, cum tyrannidem non obtineret: ut qui privatus esse nesciret.* Placet autem valde, quod docti viri ante nos annotarunt, versiculum Graecum quo Tiberius est usus, verbatim a Suetonio esse expressum, Εἰ μὴ τυραννεῖς, τέκνον, ἀδικεῖσθαι δοκεῖς: quo videtur allusisse Julianus epistola quadam ad Bostrenos: Οἱ δὲ ὡς τοσαύτης δυσφορήσαντες ἥκοντες καὶ ἀπονοίας, ὥς τι ὅτι μὴ τυραννεῖν ἔξεστιν αὐτοῖς, παροξυνόμενοι πάντα κινοῦσι λίθον. CASAUB. *Estimas.* Exc. Cujac.

Neque ullo mox sermone] *Mox* pro *postea* Suetonio familiare. TORR.

Arcessitum] Pal. pr. *accersiri.* sec. *arcessi.* tert. *accersi.* & vero ultimum heic locum habere potest, aut *arcersitum*, si sequendum Lambini decretum, arcentis Latio illud *accersere.* GRUT. *Accersitum* Harlem. Periz. Venet. tres. *veneni se er. accersi, cum* Exc. Cujac. *Accersi* Edd. Rom. Lugd. Doleti, Basil. & aliae, sed, *arcessi* Memm. Copes. Edd. Junt. Ald. Steph. quod jure vindicavit Graevius.

Cum praestructum utrumque] A Sejano scilicet, qui & Agrippinae suspectum Tiberium fecerat, & Tiberio suaserat, ut porrecto illam malo tentaret, sublato jam ante Eudemi medici opera Druso. Haec Tacit. lib. IV. cap. 54. Adde Plinium lib. XXXIX. cap. I. Pro *accersitum* autem *arcessitum* habet liber unus, *accersi* meliores codd. TORR. Tacitus aliter, *donec advertit Tiberius forte, an quia audiverat?* lib. IV. CASAUB.

Exitium] *Exitum* Codd. Memm. Periz. Harlem. Copes. Edd. Venet. pr. & tertia. pro morte, ut passim, & supr. cap. XLV. sed in hac historia Tacit. IV. 59. *parari exitium.* BURM.

Modo ad statuam Augusti, modo ad exercitus] Ad statuam confugere proprie servorum erat. Quod cum Agrippina vellet facere, Tiberium veluti dominum accusabat. Exercitus autem adversus Principem concitare capitale est. Sic ferme Beroaldus, & recentiores quidam JCti. Quos tamen meminisse oportebat, frequentius quidem servos, sed tamen & alios ad statuas confugere solitos. Exemplum Antonii, ejus, qui triumvir fuit filii, Aug. cap. XVII. Agrippinam igitur calumniabatur Tiberius, quod ejusmodi consilia ad concitandam ipsi invidiam cogitabat. Unde SCto postea prohibitum fuit, ne quis in alterius injuriam ad statuas Principum confugeret, imaginesve eorum portaret, qui secus faceret, in vincula publice mitteretur. L. XXXVIII. De injuriis, l. XXVII. De poenis. TORR. *Et statuam* Memm.

Pandatariam] *Pandatarum* Exc. Cujac.

Conviciantique] *Conviciatique* Copes.

Ore deducto inserciri cibum jussit] Ita videtur scribendum pro eo, quod est in vulgatis, *infulciri.* URSIN. Offendit eruditissimos viros vox *infulciri*, videturque iis reponendum *inserciri.* mirum quid eos moverit. an negabunt esse Latinam vocem *infulcire*, pro *inculcare*? Seneca epistola CXIV. *Non desinit Arruntius omnibus locis hoc verbum infulcire.* omit-

tem, atque ita absumtam, criminosissime insectatus est, quum diem quoque natalem ejus inter nefastos referendum suasisset. Imputavit etiam, quod non laqueo strangulatam in Gemonias abjecerit: proque tali clementia interponi decretum passus est, quo sibi gratiae agerentur, & Capitolino Jovi donum ex auro sacraretur. Quum ex Germanico tres nepotes, Neronem & Drusum & Cajum: ex Druso u- 54 num Tiberium haberet, destitutus morte liberorum, maximos natu de Germanici filiis, Neronem & Drusum P. C. commendavit: diemque utriusque tirocinii, congiario plebi dato, celebravit. Sed ut comperit, ineunte anno, pro eorum quoque salute publice vota suscepta: egit cum senatu, *Non debere talia praemia tribui, nisi expertis & aetate provectis*: atque ex eo, patefacta interiore animi sui nota, omnium criminationibus obnoxios reddidit: variaque fraude inductos, ut & concitarentur ad convicia, & concitati perderentur, adcusavit per literas, amarissime congestis etiam probris, & judicatos hostes fame necavit: Neronem, in insula Pon-

mitto, quod *fulcire cibis* diligentissimi auctores sermonis Latini dixerunt. CASAUB. *Infulciri* bona lectio & reperta mihi in omnibus Palatinis. GRUT. *Ore deducto* Copes. Ed. Venet. pr. *infulciri* in omnibus scriptis & editis reperi.

Insectatus est] *Est* deest Copes.

Diem natalem] *Natalis* Codd. Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Steph. eadem varietas Aug. cap. c. & Claud. XI. vide Dom. Marium ad Ovid. I. Amor. VIII. 94. qui contendit *natalem* absolute non dici, nisi rustice, ut Virg. Ecl. III. 76. *meus est natalis*, ubi Servius, olim *natalem* dictum, postea *natalem diem* diei coeptum notat. ita noster rustice ergo *natalem* dixit Aug. LXXXI. Tib. XXVI. LXV. Cal. XLIX. & alibi. *Natalem diem* dixit Domit. x. & Cicero & alii centies. quare credo Grammaticorum haec esse acumina, qui voluerunt sapere prae Poëtis & Oratoribus, apud quos utriusque locutionis exempla in promptu. vid. Lindenbr. ad Censor. de die natali cap. II. sed *diem natalis* nondum reperisse apud idoneum scriptorem me fateor. BURM.

Imputavit etiam] Tanquam beneficium scilicet. sic enim eo verbo Quintilian. & alii ea tempestate usi sunt. Juvenal. Sat. v.

—— tamen imputat hunc rex;
Et quamvis rarum, tamen imputas. TORR.

Imputare Suetonio, Tacito, Juvenali, Plinio, Quintiliano, & aliis scriptoribus inferioris aevi valet, postulare aliquid gratiae apponi sibi. Tacitus verbo *jactare* in eadem sententia usus lib. VI. 25. *Jactavit Caesar, quod non laqueo strangulata, neque in Gemonias projecta fuerit.* CASAUB. *Strangylatam* Memm. *injecerit* etiam Ed. Venet. pr.

Proque tali clementia interponi decretum passus est,] Mos tyrannorum, notatus Dioni, non uno loco in historia proscriptionis triumviralis. CASAUB.

54. *Neronem & Drusum & Cajum*] Melius MSS. *Neronem, Drusum, & Cajum.* TORR. Ita etiam Ed. Romana. *commodavit* Cod. Harlem.

Destitutus morte liberorum] *Liberos* vocat filios tantum, Germanicum ac Drusum, & illum quidem adoptivum, cum *liberorum* appellatione nepotes etiam, ac pronepotes, quique ex his descendunt, latissime comprehendantur; adoptivi vero vix pro *liberis* habeantur. L. CCXI. de Verb. signif. L. LI. de Legatis lib. II. L. LXXV. de Condit. & demonst. Tiberius quidem, ex Druso filio nepos, etiam tum superstes, a Caligula post interemptus, cap. XXIII. TORR.

Diem utriusque tirocinii] Calig. cap. x. TORR. *Tirocini c. plebi dato* Exc. Cujac. *plebei* etiam Memm.

Animi sui nota] Quasi characterem animi dicas. sic enim & Cic. lib. v. de Finib. *Nomina sunt tanquam rerum notae.* TORR.

Ad convicia] *Ad vitia* Hulf.

Perderentur] *Proderentur* Memm. Copes. & Hulf. & Exc. Cujac.

Judicatos] *Adjudicatos* Copes. & Hulf.

Fame necavit] Morte miserrima, atque adeo detestabili, ut his etiam, qui judicium sententia sic mori cogebantur, defossis sub terra, ut

Pontia; Drusum, in ima parte Palatii. Putant Neronem ad voluntariam mortem coactum, quum ei carnifex, quasi ex senatus auctoritate missus, laqueos & uncos ostentaret: Druso autem adeo alimenta subducta, ut tomentum e culcita tentave- 55 rit mandere: amborum sic reliquias dispersas, ut vix quandoque colligi possent. Super veteres amicos ac familiares, viginti sibi e numero principum civitatis depoposcerat, velut consiliarios in negotiis publicis. Horum omnium vix duos aut tres incolumes praestitit: ceteros, alium alia de caussa perculit. Inter quos cum plurimorum clade Aelium Sejanum, quem ad summam potentiam non tam benivolentia

ut & virginibus Vestalibus, cibaria nihilominus apponerentur, ad evitandam supplicii diritatem. Torr.

In ima] *In una* Copes.

Tomentum e culcita] Recte, ab inculcando nempe, non *culcitra*, ut in vulgatis. Tacit. lib. vi. 23. *Drusus deinde exstinguitur, cum se miserandis alimentis, mandendo e cubili tomento, nonum ad diem detinuisset.* Torr. Est plane mirum, quod Tacitus vi. An. 23. ait, *Drusum se miserandis alimentis, mandendo e cubili tomento, nonum diem detinuisse.* Simile est, quod refert Herodotus Calliope de Persis Eleunte obsessis: οἱ ἐς πᾶν ἤδη κακοῦ ἀπιγμένοι ἦσαν οὕτω, ὥστε τοὺς τόνους ἕψοντες τῶν κλινέων, ἐσιτέοντο. Etiam apud Plutarchum in Bruto milites quidam Caesariani, ὑπὸ λιμοῦ τῆς ἰτέας καὶ χοινίων ἐσθίοντες διαγίνονται. de iisdem scribit Appianus, per quinque dies tolerasse ipsos famem, λιχμωμένους τὴν πίσσαν, ἢ ἱμᾶν ἢ πίλων διαμασωμένους. Casaub. *Tormentum* Edd. Rom. Venet. pr. *omentum* Copes. *e culcitra* idem & Periz. & Harlem. & Edd. veteres omnes, praeter Basil. Casaub. Plantin. & recentiores. & ita Claud. xxxv. & Neron. xlviii. Vitel. xvi. variat lectio. sed *culcitam* defendit ex Vaticano codice Politianus lib. vii. Epist. ult. & Manut. in Orthogr. pag. 275. Burm.

Sic reliquiis dispersis,] Libri aliquot impressi, & plures mss. *reliquias dispersas*. Mallem, *Amborum sic reliquias dispersit*, &c. Torr. Dio lib. lvii. aliter tradit: ejus enim de Druso & Arippina a Tiberio occisis haec sunt verba: Ὡς καὶ ἐκείνους πεφονεῦσθαι ἔμαθεν, ὑπερήλγησε διά τε τοῦτο, καὶ ὅτι καὶ τὰ ὀστᾶ αὐτῶν οὐ μόνον οὐκ ἐς τὸ βασιλικὸν μνημεῖον κατετέθη, ἀλλὰ καὶ κρυφθῆναί που κατὰ γῆς ἐκελεύσθη, ὥστε μηδέποτε εὑρεθῆναι. Fuit autem saevissimorum hominum mos, reliquias eorum post obitum spargere, quos vivos vehementer odissent: cujus rei exempla in historia Ecclesiastica & sanctorum martyrum, multa. Sic magni illius Pyrrhi disjectae reliquiae, ut & historici testantur, & Ovidius in Ibin. vs. 303.

> *Nec tua quam Pyrrhi felicius ossa quiescant,*
> *Sparsa per Ambracias quae jacuere vias.*

Allusit iterum idem poëta in fine ipso librorum de Ponto iv. xvi. 47.

> *Ergo summotum patria proscindere, livor,*
> *Desine, neu cineres sparge, cruente, meos.*

Potest huc referri, quod scribit Valerius Max. de Sylla ix. ii. 1. *Quinque millia Praenestinorum interficienda, protinusque per agros dispergenda curavit.* In cod. Viterb. scriptum erat, *amborum sic reliquias dispersas*, pendente oratione a verbo *putant*, quod praecessit. Eamque lectionem adjuvat cod. Lisl. ubi mendose scriptum, *reliqua dispersa*. Casaub. Pall. tres accedunt olim cusis, in quibus *reliquias dispersas*, ut pendeant isthaec adhuc a superiori, *putant*. Grut. *Reliquiis dispersis* demum vidi in Basil. Colinei, Gryphii, Plantin. & recentioribus editionibus. Jacobus Gronov. distinguit post *mandere*, & priora duo ad *putant* vult pertinere. hoc tertium ut certum narrare Suetonium: ideoque legit: *Amborum sic reliquiae dispersae. reliqua dispersa* Exc. Cujac. Burm.

55. *Amicos*] Vid. Berneccer. & Graev. ad Justin. i. 4. & ad xxxiv. 4. Ravium ad Nepot. Miltiad. cap. iii. Broukh.

Viginti sibi e numero principum] Exemplo Augusti, cap. xxxv. Torr.

Depoposcerat] *Deposcerat* Huls.

Duos aut tres] *duos anne tres* Copes. Exc. Cujac. *duos auve tres* Ed. Venet. pr.

Ceteros] *Ceterosque* Periz. Edd. Roman. Venet. tres, Bonon. Lugd. Junt. *alium alia caussa* Copes. vid. ad Vesp. vi. & *caussa*, vel *de caussa* etiam Calig. xxxv. sed *varia de caussa* supr. cap. viii. dixit. Burm.

Inter quos] *In quos* Harlem. Venet. tres.

Aelium Sejanum] Quem aeque iam offendisse, quam amasse periculosum fuit. Seneca Epist.

tia provexerat, quam ut esset, cujus ministerio ac fraudibus liberos Germanici circumveniret: nepotemque suum ex Druso, filio naturali, ad successionem imperii 56 confirmaret. Nihilo lenior in convictores Graeculos, quibus vel maxime adquiescebat. Zenonem quemdam exquisitius sermocinantem, quum interrogasset, *quaenam illa tam molesta dialectos esset*: & ille respondisset, *Doridem*, relegavit Cinariam: existimans exprobratum sibi veterem secessum, quod Dorice Rhodii loquantur. Item quum soleret ex lectione quotidiana quaestiones super coenam proponere: & comperisset, Seleucum grammaticum a ministris perquirere, quos quoque tempore tractaret auctores, atque ita praeparatum venire: primum a contubernio removit, deinde etiam ad mortem compulit. Saeva ac lenta natura ne in puero 57 qui-

Epist. LVI. Plura Tacit. lib. IV. & Dion lib. LVII. L. Aelium vocans. TORR.

Benevolentia] *Benivolentia* Memm. Harlem. & alii Codic. & editiones priscae hic & alibi. vid. Tit. VIII.

Liberos Germanici] At bene sane quod Sejanus Drusum ipsum, Tiberii filium, Eudemi medici opera sustulit, ut paulo ante diximus. Mox, *nepot. s. ex Druso, filio naturali*, equidem legerim. Et *naturali* additum propter Germanicum, qui ei filius adoptivus. Sup. cap. LIII. TORR.

Nepotemque suum ex Druso] Tiberium. Vide cap. LXII. CASAUB.

Ex Druso filio naturalem] V. C. habet *naturali*, non *naturalem*, ut est in vulgatis. URSIN. *Ex Druso filio naturalem* Memm. Edd. Roman. Steph. Basil. poster. & aliae. *filio naturali* Bonon. reliquae, *ex Druso filium naturalem*. ego sequor Torrentium, *ex Druso, filio naturali*: ita Drusum supra vocavit cap. LII. alio sensu ac JCti *naturales* vocare solent. sed hic adoptivo opponitur. BURM.

56. *Nihilo lenior in convictores Graeculos*] Quorum tamen quosdam eximie & constanter, ut videtur, amavit. in his vel praecipue Potamonem philosophum, cui patriam repetenti viatici loco tales dedit literas: Ποτάμωνα τὸν Λεσβώνακτος εἴ τις ἀδικεῖν τολμήσει, σκεψάσθω, εἰ μοι δυνήσεται πολεμεῖν. Suidas. CASAUB.

Acquiescebat] Sic *acquiescere honori* sup. cap. XXXI. Iterum cap. LXX. *Nam & grammaticos, quod genus hominum praecipue, ut diximus, appetebat*, &c. *appetere* enim *grammaticos* ibi dixit Sueton. ut hic *Graeculis acquiescere*, & Tit. cap. VII. *quibus etiam post eum Principes acquieverunt*. TORR.

Zenonem quendam] Mss. Viterb. Memmii, Pithoei & Groslotii constanter *Xenonem*; utrumque nomen Graecis in usu. CASAUB. *Zenonem* Pal. tert. nam sec. *Enomen*. pr. *Xenonem*. GRUT. *Xenonem* Exc. Cujac.

Et ille respondisset] *Ut ille respondisset* Ed. Venet. pr. forte, *ut ille respondit esse Doridem*. *Doridem* vero dixit, pro *Doricam*, Poëtica fere & rariore locutione.

Relegavit Cynariam] Sic nostri tres, aut *Cinariam*. Interpretes *Cynaram* ex Plinio lib. IV. cap. XII. una enim Sporadum est. Quae sicut & Cyclades, plenae tunc exulibus fuere. Auctor Tacit. TORR. *Cynariam* Periz. Edd. Rom. Basil. Gryph. Plaut. *Cinaram* Bonon. Lugd. *Cynaram* Junt. Arg. Paris. Colin. *Aenariam* Harlem. Ed. Basil. post. *Anariam* Ald. *Enariam* Steph. *Aenariam* probat N. Heinsius.

Rhodii] *Rhodi loquantur* Codd. Periz. Harlem. notum est illud aemulorum Virgilii,

Nostri sic rure loquuntur. BURM.

Super coenam] Caes. cap. LXXXVII. Aug. cap. LXXVII. TORR.

Comperissetque] *Comperisset* Memm. & *Comperisset* Exc. Cujac. & Edd. veteres omnes usque ad Basil. Gryph. & recentiores.

Seleucum grammaticum] Seleucum (ni fallor) Alexandrinum intelligit, cognomento Homericum, quem Romae sophistam egisse auctor est Suidas. Fuit & alter Emisenus. TORR.

Primum a contubernio removit, deinde etiam ad mortem compulit] De hoc fortasse accipi debet, quod scribit Julianus in Caesaribus de Tiberio, Ἀλλά σε ἔλαθε τὸ ἄτοπον· λέγεται γὰρ αὐτὸς καὶ γραμματιστήν τινα τοῦτο ἐργάσασθαι. CASAUB. Vid. ibi Cantoclar. pag. 39.

57. *Saeva & lenta natura*] *Lentam* malignam (opinor) ac contumacem appellat, ut sup. Aug. cap. XLI. & Horat. lib. I. Sat. IX.

quidem latuit: quam Theodorus Gadereus rhetoricae praeceptor & perspexisse primus sagaciter, & adsimulasse aptissime visus est: subinde in objurgando adpellans eum, πηλὸν αἵματι πεφυραμένον. Sed aliquanto magis in Principe eluxit, etiam

Et prensare manu lentissima brachia,

quae omnino sequi nollent. Cic. lib. I. ad Attic. epist. XI. *Nihil ego illo impudentius, astutius, lentius novi.* & I. Ep. 12. *Teneris lentum negotium.* TORR. Putabam scribendum, *Saeva, ac truculenta nat.* Sed repugnantibus libb. nihil muto. *Lentus* dicitur, qui non facile movetur. unde *lente ferre injurias* apud Ciceronem. Sejanus apud Tacitum lib. IV. Annal. 71. de eodem: *Gnarus lentum in meditando, ubi prorupisset, tristibus dictis atrocia facta conjungere.* Est vero *lenta natura*, quae *lentitudo* una voce dicitur. Ita appellant Romani, quam ἀοργησίαν Graeci. Cicero IV. Tusc. 19. *Virum videri negant, qui irasci nesciat, eamque, quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant.* Recte parens linguae Latinae dixit, vitiosum nomen esse *lentitudo*. Est vero non unum, sed duplex lentitudinis genus. Nam interdum de eo dicitur, qui prae stupore quodam irasci nesciat: estque haec lentitudo ἀναισθησία quaedam. de hac Cicero sentit, & in parte vitii poni ait. interdum lentitudo, sive *natura lenta*, cum affectum ac genus irae designat, quem Graeci μῆνιν, quasi *dormientem iram* appellant. Ea est, quam Seneca ait, *saevam manu, verbis parciorem*: nec non *altam gravemque & introrsus versam.* Haec ita odiosa est, adeoque grande malum, ut ejus comparatione simplex ira, & quae se statim promit, virtutis nomen invadere non erubescat. Inde illud est apud M. Tullium primo de Legibus, *bonorum virorum esse admodum irasci.* & ait idem scribens ad Atticum, lib. I. Ep. 17. *irritabiles animos esse optimorum saepe hominum, & eosdem placabiles: & esse hanc agilitatem, ut ita dicam, mollitiamque naturae plerumque bonitatis.* ita Horatius sese ait fuisse, I. Ep. XX. 25. *irasci facilem, tamen ut placabilis esset.* Et Augustinus in Confessionibus, patrem suum describit, *sicut benevolentia praecipuum, ita ira fervidum.* Igitur *lenta natura* in hoc Suetonii loco est contrarium ejus, quam Cicero *agilitatem*, Augustinus *fervorem* nuncupant. Propertius lib. III. VI. 19.

Non est certa fides, quam non injuria versat:

Hostibus eveniat lenta puella meis.

Qui locus huc facit maxime. CASAUB. Adde Buchner. ad Plin. IX. Ep. 21.

Theodorus Gadareus] De hoc sic Quinctilian. lib. III. cap. I. *Praecipue in se converterunt studia Apollodorus Pergamenus, qui praeceptor Apolloniae Caesaris Augusti fuit, & Theodorus Gadareus, qui se dici maluit Rhodium; quem studiose audisse, cum in eam insulam secessisset, dicitur Tiberius Caesar.* TORR. Meminit quidem Strabo lib. XVI. Theodori cujusdam Gadarei rhetoris industrii: sed an de eo hic loquatur Suetonius, quaeri potest. vix enim per temporum rationem licet. Accedit eo, quod non desunt e veteribus; qui hujus dicti auctorem non Theodorum Gadareum, sed Alexandrum Aegaeum faciant. quanquam illi de Nerone, non autem de Tiberio pronunciatum illud fuisse narrant. Apud Suidam duobus locis ex Dione aut alio scriptore antiquo haec recitantur: Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος εἶπε τὸν Νέρωνα πηλὸν αἵματι πεφυραμένον. CASAUB. *Cadareus* Copel. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. pr. Lug. Junt. *Catareus* Hulst.

Prospexisse] Liber opt. *perspexisse*, & mox *assimulasse*, pro *assimilasse*. TORR. *Prospexisse* Harlem. & Periz. Edd. Veteres usque ad Casauboni edit. nisi quod Ald. & Basil. *prospexisset*. nec male. ita mox cap. LXVII. *multo ante prospexisse*; sed & Cal. XI. *prorsus perspicere* dixit eodem sensu. *adsimulasse* etiam Edd. Rom. Venet. sec. & tert. Junt. Ald. Steph. Basil. & aliae. & ita semper scribendum diximus ad Ovid. III. Met. 158. BURM.

In objurgando] Mirum si Tiberium, quanquam Rhodi agentem, tot tamen bellorum ducem, & consularem, & tribunitia praeditum potestate, objurgare ausus fuit Theodorus iste Graeculus. Aut ergo alius fuit ab illo, de quo paulo ante ex Quinctiliano, aut fatendum etiam Romae eo praeceptore usum fuisse Tiberium, quod verius est. TORR.

Αἵματι πεφυραμένον] Recte Pulmannus ex Turnebi sententia, a φυράω & φυράομαι, quod subigere, miscere, ac macerare significat. Vulgati codd. συμπεφυρμένον MS. πεφυρμένον. TORR. Πεφυραμένον omnino melius quam πε-

etiam inter initia, quum adhuc favorem hominum moderationis simulatione caperet. Scurram, qui praetereunte funere, clare mortuo mandarat, ut nuntiaret Augusto, *nondum reddi legata, quae plebi reliquisset*, adtractum ad se recipere debitum, duçique ad supplicium imperavit, & patri suo verum referre. Nec multo post in senatu Pompejo cuidam, equiti Romano, quiddam perneganti, dum vincula minatur, adfirmavit fore, *ut ex Pompejo Pompejanus fieret*: acerba cavillatione simul

πεφυρμένον: etsi ita bis Suidas & Aeschylus in Agamemnone, αἵματι δ' οἶνος ἐφύρθη. Arrianus Dissertationem lib. I. Τῦτο τὸ σωμάτιον οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ πηλὸς κομψῶς πεφυραμένος. Persius, *Udum & molle lutum es.* In MSS. Viterb. Pith. & Lisl. adjecta est interpretatio, *id est, lutum a sanguine maceratum.* φύραμα Graecis dicitur *intritum* sive *barenatum*: & apud Strabonem ac Plutarchum φυρᾶν πηλὸν in lib. de Solertia animalium: quod & φύραμα πηλάτινον dicunt, ut Epiphanius contra Ophitas lib. I. Si cui placet πεφυρμένον, favet illud Hesiodi:

Γαῖαν ὕδει φύρειν, ἐν δ' ἀνθρώπου θέμεν αὐδὴν.

CASAUB. Πηλὸν αἵματι πεφυρμένον omnino Pal. sec. & tert. literis plane bonis. Etiam pr. sed satis fractis. GRUTER. Συμπεφυρμένον Periz. & Edd. antiquae fere omnes, praeter Steph. Plantin. & recentiores. quod nescio quare displicuerit, cum φύρειν proprie de mulieribus, quae subigunt farinam, & aqua & sale miscent, dicatur, teste Scholiaste Aeschyli in Prometh. vs. 449. & πεφυρμένον alia in re adhibeat Euripid. supplic. vs. 201. & ὄμμα δακρύοις πεφυρμένος Orest. 411. saepe etiam Homerus de oculis madentibus, ut Odys. P. 103. & alibi. de re sanguine adspersa Odys. I. 397. & ita LXX. Interpretes II. Sam. XX. 12. Ἀμεσσαῒ πεφυρμένος ἐν τῷ αἵματι, ἐν μέσῳ τῆς τρίβου. id est *madens & involutus sanguine.* alii addunt πεπηγμένος. quod Ovidii verbis lib. X. Met. 721. liceret vertere.

Exanimem, inque suo jactantem sanguine corpus,

apud Ezech. XVI. 6. ἴδον σε πεφυρμένην ἐν τῷ αἵματί σου. ubi reddiderunt *conculcatam*, cum rectius sit *sanguinolentam, rubentem a matre.* Unde videmus usum hujus verbi. nec compositum facile abjiciendum, quum & Euripid. Med. 1198. dixerit αἷμα συμπεφυρμένον πυρί: sed πεφυρμένον defendit Freinshem. ad Curt. IV. II. 23. eligat lector. Latinam interpretationem addunt Copes. Periz. Edd. Basil. Gryph. & aliae. BURM.

Favorem hominum] *Hominum* deest Harlem. & Edd. antiquis omnibus, usque ad Casauboni Ed. inf. cap. LXI. & Ner. XXXIII. *hominum gratia* v. Aug. LXXXVII. *assimulatione* etiam Periz. Harlem. & Edd. Veteres praeter Basil. Gryph. & sequentes. *assimulationem* Venet. sec. & tert. & Paris. BURM.

Scurram, qui praetereunte funere] Scurrae & mimi olim ad exsequias adhiberi soliti. Vide in Vespasiano, cap. XIX. CASAUB.

Elato mortuo mandarat] Ita scriptum in Viterb. *elato*, pro qui efferebatur, ut similia lib. I. exponebamus. In aliis libb. est *clare*, quod non satis convenit narrationi Dionis: Προσελθών τις αὐτοῦ νεκρὸν διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐκφερόμενον, καὶ αὐτῷ τὶ ὡς αὐτοῦ προσκύψας ἐψιθύρισέ τι. CASAUB. *Clare* Memm. Periz. Harlem. & Edd. antiquae omnes usque ad Casaubonum. sic Vitell. XIV. *Venetae factioni clare maledixit.* mox cap. LX. *clare interrogatus.* & Claud. III. *palam & clare detestata.* & ita centies alii, ut & *clara voce.* Potuit autem ad aurem mortui os suum adplicuisse, & tamen clare haec verba pronuntiasse, ut circumstantes audirent. in Hulf. deerat vox *elato.* in Copes. *praetereuntem funus elato.* Scurram vero hunc ex eo genere fuisse, qui creditum flagitarent per vias, & obvios affectabantur, docuit Gruter. ad Cicer. pro Muraen. cap. VI. certe non fuisse talem, qui funeri adhiberi solebat, ut Archimimus ille, sed inter spectatores aliquem scurram, puto. BURM.

Plebi] *Plebei* Mem. Edd. Ald. Steph. *Plebeis.* Harlem. Periz. Edd. Rom. Venetae tres, Lugd. Junt.

Attractum] *Attractatum* Cod. Harlem. *ad tractatum* Venet. tres.

Patri suo verum referre] Ut apud Virgilium Pyrrhus II. Aen. 547.

— *nuncius ibis*
Peleidae genitori, illi mea tristia facta,
Degeneremque Neoptolemum narrare memento. TORR.

Fore, ut] *Fore* deest Harlemen. Edd. Venet. tribus. in Periz. margini erat adscriptum.

Ut e Pompejo Pompejanus fieret] Fateor me

hanc

58 simul hominis nomen incessens, veteremque partium fortunam. Sub idem tempus consulente praetore, an judicia majestatis cogi juberet, exercendas esse leges respondit, & atrocissime exercuit. Statuae quidam Augusti caput demserat, ut alterius imponeret. Acta res in senatu. Et quia ambigebatur, per tormenta quaesita est. Damnato reo, paullatim hoc genus calumniae eo processit, ut haec quoque

hanc cavillationem non plane intelligere, nam Beroaldi explicatio non satis placet, quum Caesar clementer tractaverit Pompejanos, nec, nisi in acie, praeter tres interfici jusserit; licet olim ita etiam explicuerimus ad Petron. cap. LXXI. Similis plane locutio apud Panegyrici, Constantino dicti, auctorem incertum cap. VIII. ubi agit de calamitate Veronae, *scilicet ut quam Coloniam Cn. Pompejus aliquando deduxerat, Pompejanus everteret.* ubi male Cellarius cognomen esse putat Ruricii, quum sic dictus sit, quia instar Pompeji civile bellum moveret. an *Pompejanus* notat fortunam & caedem similem Pompejo, qui capite truncatus periit, ut notum? an vero hic Pompejus sit ille, a Seneca de Tranquill. cap. XI. memoratus, nescio. BURM.

Veteremque partium fortunam] Mallem, ut in opt. codice, *veterumque*. TORR. *Veteremque* omnes codices & editi. mutavit Torrentius, cui obsecuti sunt Scriverius & Graevius. supr. cap. XLVIII. *veteres immunitates*. BURM.

58. *Sub idem tempus consulente praetore*] Tacitus I. Annal. 72. in anno DCCLXVIII. qui fuit alter annus Tiberiani imperii: *Mox Tiberius consultante Pompejo Macro praetore, an judicia majestatis redderentur, exercendas leges esse respondit.* CASAUB.

Respondit] *Respondet* Harlem.

Caput depresserat,] Tu emendato *demserat*. idem Tranquillus in Caligula XXII. *Divinam majestatem asserere sibi coepit, datoque negotio, ut simulacra, numinum religione & arte praeclara, inter quae Olympii Jovis, apportarentur e Graecia, quibus capite demto suum imponeret.* EGNAT. Libri duo *depresserat*, nihil muto tamen. Similis Tiberii saevitiae exemplum apud Senecam de Benef. lib. III. Tacit. lib. I. Annal. cap. 74. Granium Marcellum vocat hunc nostrum, praetorem Bithyniae. Dissentit tamen, quod absolutum refert criminibus majestatis, Tiberio patiente, quem damnatum ait Suetton. Haereo, cui potius accedam. Nisi si praestat dicere damnatum quidem eum fuisse, sed sententiae ac damnationis factam gratiam. TORR. Invaluerat ea aetate mos veteres statuas μεταῤῥυθμίζειν in aliam formam, capite & titulis permutatis, *surdo*, ut loquitur Plinius lib. XXXV. 2. *figurarum discrimine.* Ita Caligula simulacra numinum tota Graecia conquisivit, quibus capite demto suum imponeret, ait Suet. l. IV. c. XXII. Nusquam autem factum id legimus aut frequentius aut inverecundius, quam apud Rhodios: de quorum statuis urbani homines dicere soliti, eas esse histrionibus similes: ὥσπερ γὰρ ἐκείνους ἔγωγε ἄλλοτε ἄλλους εἶναι, καὶ τοὺς ἀνδριάντας αὐτοῖς ἄλλοτ' ἄλλα λαμβάνειν πρόσωπα, καὶ μικροῦ δεῖν ὑποκρινομένους ἑστάναι. Plura in hanc sententiam apud Dionem Chrysostomum in Rhodiaca oratione, ubi multis rationibus conatur philosophus ille Rhodios a perversa ea consuetudine avertere. Reperio etiam non demto capite titulos mutari solitos, quod μεταγράφειν Pausanias dicit in Atticis. Τὰς Μιλτιάδου, inquit, καὶ Θεμιστοκλέους εἰκόνας ἐς Ῥωμαῖόν τε ἄνδρα καὶ Θρᾷκα μετέγραψαν. & in Corinthiacis refert idem, Orestis veterem statuam mutato titulo, Imperatori Augusto fuisse consecratam. Auctor est Hieronymus, moris fuisse, ut victorum tyrannorum statuae mutato capite victoribus consecrarentur. sic ille Comm. in Habacuc Prophetam lib. altero: *Siquando tyrannus detruncatur, imagines quoque ejus deponuntur, & statuae: & vultu tantummodo commutato ablatoque capite, ejus qui vicerit facies superponitur, ut manente corpore capitibusque praecisis, caput aliud commutetur.* CASAUB. *Depresserat* Codd. Periz. Hulf. Edd. Roman. Venet. sec. & tert. Ald. Steph. *Augusto* Memm.

Ut alterius imponeret.] Ipsius Tiberii, si hic est Granius Marcellus, de quo Tacitus lib. I. 74. Addubitandi caussa est non levis, quum damnatum reum scribat noster, Tacitus absolutum: sed potest non absurda fortasse ex ipsis Taciti verbis peti solutio: qui non simpliciter scribit reum fuisse absolutum, sed sic, *tulit absolvi reum criminibus majestatis.* potuit igitur

que capitalia essent: circa Augusti simulacrum servum cecidisse, vestem mutasse, numo vel anulo effigiem impressum latrinae aut lupanari intulisse, dictum ullum factumve ejus existimatione aliqua laesisse. Periit denique & is, qui honores in co-

igitur fieri, ut in gratiam Tiberii damnaretur Granius, etsi alius quaesitus sit praetextus, quam majestatis crimen. CASAUB.

Paullatim hoc genus] Lib. unus *confestim* pro *paullatim*, in altero utrumque deest. Huc spectant, quae de Tiberii temporibus scribit Seneca de Benef. lib. III. cap. XXVI. TORR. *Hoc* deest Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. pr. Lugd. Junt. Ald. Steph.

Servum cecidisse,] A *caedo*, non a *cado*. Juven. Sat. III. *si nullum forte cecidit, Dat poenas.* ubi tamen vetustiss. cod. *cicidit* habet. Nec vero de servo, qui ad statuam confugerit, Suetonii locum hic intelligo; sed quacunque occasione ad Augusti simulacrum aliquod verberato: ut mutare vestem nefas habebatur, quovis modo id accidisset. quod veluti ante Deum se denudasset ille, qui impietatis hujus reus fieret. TORR. Voluit enim Tiberius novo numini patri suo non minus reverentiae praestari, quam caeteris diis, quorum templa, aras, statuas, & effigies perfugium praebuisse servis, quos inclementes domini persequerentur, notum est. CASAUB. *Sedisse* marg. Gryph.

Vestimenta mutasse,] Pars honoris, qui more majorum diis exhibebatur, erat, ut in eorum conspectu neque diceretur neque fieret quicquam, in quo esset aliquid obscoenitatis, ut disputat Athenaeus lib. VIII. Arrianus Dissertationum lib. II. cap. VIII. Ἐν σεαυτῷ φέρεις τὸν θεὸν καὶ μολύνων οὐκ αἰσθάνῃ, ἀκαθάρτοις μὲν διανοήμασι, ῥυπαραῖς δὲ πράξεσι· καὶ ἀγάλματος μὲν τοῦ θεοῦ παρόντος, οὐκ ἂν τολμήσαις τι τούτων ποιεῖν, ὧν ποιεῖς· αὐτοῦ δὲ τοῦ θεοῦ παρόντος ἔσωθεν, καὶ ἐφορῶντος πάντα, καὶ ἐπακούοντος, οὐκ αἰσχύνῃ ταῦτα ἐνθυμούμενος καὶ ποιῶν, ἀναίσθητε τῆς σαυτοῦ φύσεως καὶ θεοχόλωτε; Plutarchus in Quaestionibus Romanis: Ἐν ναῷ καὶ ἱερῷ γυμνὸν ἑαυτὸν ἀθέμιτόν ἐστιν. Idem translatum ad honorem hominum: Valerius Max. lib. II. I. 7. *Manifestum igitur est tantum religionis sanguini & affinitati, quantum ipsis diis immortalibus tributum: quia inter ista tam sancta vincula non magis quam in aliquo sacrato loco nudare se, fas esse credebatur.* Inde patuit ad calumniam hic locus: tributum enim impietati, quomodo ante notabamus crimen majestatis solitum fuisse illis temporibus appellari, quod & Dio observat lib. LVII. Similis historia in vita Domitiani apud Xiphilinum de ea muliere, quae occiditur ἀποδυσαμένη ἐναντίον εἰκόνος τοῦ Δομιτιανοῦ. CASAUB. *Vestem* Periz. Harl. Edd. antiquae usque ad Casaub. qui unde *vestimenta* acceperit nescio, an ex Memmiano, quod credam, quia ita edidit J. Gronovius. sed Terent. Eun. III. v. 24. *ut vestem cum illo mutem.* & ita Rei saepe *vestem mutare* dici solent, Tib. cap. II. Liv. II. 61. & passim. poster vero capi de mutatione forensium & domesticorum, licet plures fuerint occasiones, quibus haec mutatio fieri solebat. de quibus hic potius Suetonium agere, quam ne obsceni quid ostenderetur, puto. Tunicam enim non mutasse credo, quae satis obscaena tegebat, *vestimenta* tamen *mutare* dixit supr. c. XIV. ubi nulla est variatio. BURM.

Effigiem impressam] Claudium etiam vetuisse imagines principum annulis incidi narrat Plin. XXXIII. 3. BURM.

Factumve ejus existimatione laesisse] *Extimatione* Periz. sed offendit haec locutio, nec scio exemplum, ubi *existimatione* (licet sumatur, ut alibi, pro sermone, opinione, ut Vitell. cap. V. & alibi) *laedere dictum aut factum* alicujus legatur. nam rectius foret, alicujus *existimationem* (id est famam, nomen, ut Caes. XLIX. Ner. XII.) *laedere dicto factove aliquo.* sic Liv. III. 12. *qui non dicto, non facto quemquam offendisset:* quare vel legendum pro *laesisse*, *carpsisse*, vel *dicto factoque ejus existimationem laesisse.* saepe enim ablativos in *o*, in accusativos in *um*, quia per *om* scribebantur, transiisse vidimus supr. Aug. XIV. & alibi. sic mox cap. LXI. *Sejano* pro *Sejanum.* sed obstat tunc *aliqua*, quod vel mutandum in *aliquo*, vel forte in *oblique.* ut apud Tacit. III. Ann. 35. *Tiberius per literas castigatis oblique patribus.* & nostrum in Domit. cap. II. *obliquae orationes.* Sed haec conjectura esto, & forte Suetonius novavit hic, ut in aliis saepe locutionibus, aliquid. BURM.

Honores eodem die] Mss. omnes *honorem*, & mox *quo decretus & Augusto olim erat*, uno dempto, in quo sic legitur, *qui honorem in co-*

colonia sua eodem die decerni sibi passus est, quo decreti & Augusto olim erant

59 Multa praeterea, specie gravitatis ac morum corrigendorum, sed & magis naturae obtemperans, ita saeve & atrociter factitavit, ut nonnulli versiculis quoque & praesentia exprobrarent, & futura denuntiarent mala:

Asper & immitis, breviter vis omnia dicam?
Dispeream, si te mater amare potest.

Non es eques. quare? non sunt tibi millia centum:
Omnia si quaeras, & Rhodos exsilium est.

Aurea mutasti Saturni secula, Caesar:
Incolumi nam te ferrea semper erunt.

Fastidit vinum, quia jam sitit iste cruorem:
Tam bibit hunc avide, quam bibit ante merum.

Ad-

lonia sua eo die decerni sibi passus est, quo decreti & Augusto olim erant. quam lectionem probo. TORR. Mira hujus Principis semper fuit curiositas circa observationem dierum. Ejus generis est, quod refert notatque Tacitus Annal. VI. 25. in Agrippinae supplicio: *Eodem die defunctam, quo biennio ante Sejanus poenas luisset, memoriaeque id prodendum addidit Caesar.* CASAUB. *Honorem* Memm. Periz. Copes. Harlem. Exc. Cujac. & Edd. veteres usque ad Basil. & Gryph. & recentiores. *quo decretus erat* etiam Ed. Rom. *quod decreti* Copes. Ed. Paris. *in colonia sua eo die* Harlem. Periz. Edd. Rom. Venetae tres, Lugd. Junt. Ald. Steph. ejecit *sua* Jac. Gronov. nihil monens de Salmasiano codice. in Exc. Cuj. deerant, *sibi passus est, quo decreti.* BURM.

59. *Specie gravitatis*] Julianus Caesaribus: Τιβέριος σεμνὸς τὰ πρόσωπα καὶ βλοσυρὸς, σῶφρόν τε ἅμα καὶ πολεμικὸν βλέπων. CASAUB.

Sed & magis] Videtur superfluere &. TORR. ejiciebat & Lipsius. vid. ad Caes. XIV.

Ut nonnulli versiculis quoque & praesentia exprobrarent, & futura] Tacitus I. Annal. 72. *Hunc quoque asperavere carmina incertis auctoribus vulgata in saevitiam superbiamque ejus, & discordem cum matre animum.* non est dubitandum haec ipsa carmina intelligi, quae noster non est passus interire. CASAUB.

Et praesentia] *In praesentia* Exc. Cujac.

Denuntiarent] *Denuntient* Edd. Venet. sec. & tert.

Asper & immitis] Non puto eodem tempore versus omnes, qui sequuntur, tanquam uno eodemque comprehensos epigrammate, propositos fuisse. primos enim quatuor ad ea tempora, quibus Rhodi egerit, referendos esse ex eo manifestum est, quod subjicitur, *Non sunt tibi millia centum.* id enim ut de eo dictum, qui in patris sit potestate intelligo; ac proinde ante principatum tantum vere dici de eo potuit. Quin singula disticha priora quatuor diversorum temporum fuisse crediderim. TORR.

Si te mater amare potest] Acumen hujus epigrammatis in eo consistit, quod Tiberius esset unicus matris suae filius, mortuo jam Druso; jam vero amor matris erga unicum, vehementissimus facit, ut in proverbium abierit. unde & Ἀγαπητὸς Graecis idem est, quod μονογενὴς, teste Schol. Homer. Il. Z. 401. & Hesychio in ἀγαπητός. & ita Christus a Luca cap. III. 22. & alius filius cap. XX. 13. vocatur. si igitur nec mater te, qui unicus ejus filius es, amare potest, ergo nullus mortalium. BURM.

Non es eques] *Omnis eques* Hulf. & a m. pr. Copes. deinde Lipsius notaverat legendum, *quater & non sunt tibi millia centum*, ut in codice suo Beroaldus repererat, sensum puto pentametri esse, non modo non equitem esse, sed ne civem quidem Romanum, quia exsul erat, ut vocatur supr. cap. XIII. constat te non esse equitem, quia cares censu equestri, sed si accuratius quis velit inquirere repertiet, & te exsulem, id est juris civilis expertem esse,

&

Adspice felicem sibi, non tibi, Romule, Syllam:
Et Marium, si vis, adspice, sed reducem.
Nec non AntonI civilia bella moventis,
Nec semel infectas adspice caede manus.
Et dic, Roma perit: regnabit sanguine multo,

Ad-

& Rhodum non esse secessum, sed verum exsilium. BURM.

Sitit iste cruorem] Liber opt. *bibit iste cruorem.* quod non displicet, ut sanguine saturatus vinum fastidiat. TORR. Male in posterioribus Graevii editionibus legitur *qui*, contra omnes scriptos & editos: *quia tam sitit* in Catal. Pith. pag. 79.

Tam bibit hunc avide] Pal. pr. *avidus.* maluissem *bibit* mutare in *bibet*. GRUTER. Adsentirem Grutero, si in priori versu ex Torrent. legeretur *bibit iste cruorem*, unde futura denuntiat poëta mala, ex fastidio vini, *tam bibet* &c. ceterum Seneca videtur hoc ante oculos habuisse epigramma, quando de Sulla dicit, lib. I. de Clement. 12. *Quis unquam Tyrannus tam avide humanum sanguinem bibit, quam ille?* qui locus docet idem esse *haurire sanguinem*, quod *bibere*, de quo vide Vorst. ad Val. M. II. VIII. 6. BURM.

Adspice felicem sibi, non tibi,] Tria haec postrema disticha conjungi debent, caetera separari: seorsum enim quodque eorum suam sententiam absolvit. CASAUB.

Nec non AntonI] Antonium ob insignem in triumviratu saevitiam cum Sulla & Mario comparat, & cum hisce tribus crudelissimis hominibus Tiberium. Quorum mox exemplo crudeliter regnaturum concludit, quicunque ad regnum ab exsilio venerit. nam & Sulla tunc exsul videri potuit, cum Roma absens ad exercitus confugit: & Antonius quoque eo tempore, quo hostis reip. declaratus fuit. De Marii vero, & Tiberii exsilio res omnibus nota. TORR. Respicit decretum, quo declaratus hostis patriae Antonius: id enim mire saevitiam ejus, quando in urbem reversus est, intendit. CASAUB. *Ne non* Exc. Cujac.

Marium, si vis] Nollem celeberrimo Graevio haec displicuisse, nam illa formula *si vis*, obvia, quasi concedentis est. non modo adspice Syllam crudeliter Marianos tractantem, sed si plus exigis, Marium vide etiam, sed reducem ab exilio, (ut Tiberium a Rhodio exilio,) majori crudelitate vindicantem Syllanam. Ovid. Ep. XVI. 351.

Finge tamen, si vis, ingens consurgere bellum.

Juven. Sat. II. 69.

Damnetur, si vis, etiam Corfinia.

Rhemm. de Ponder. 38.

Sexaginta minas, si vis, sex millia drachmas:

Liv. XXXII. 21. *nostrorum ipsi vulnerum, si vultis, obliviscamur.* BURM.

Moventis] N. Heins. malebat *foventes*, scilicet *manus*. male: nam continuari debet sensus, nisi legatur cum Memm. Copes. Harlem. Periz. Exc. Cujac. & Edit. Vett. usque ad Basil. & Gryph. *non semel. Adspice manus, Antonii moventis bella, non semel caede infectas.* *Roma perit* Catal. Pith. BURM.

Regnabit sanguine multo, ad regnum quisquis venit ab exsilio.] Verum & prudens dictum, quod multorum Principum experientia confirmat. Uberrimam exemplorum sylvam suppeditat historia Imperatorum Constantinopolitanorum, qui invicem trudere se & solio dejicere soliti: si quando, quod saepe accidit, restituerentur, nullum saevitiae, feritatis & immanitatis genus non exercebant. vel vide quae de uno Andronico Comneno narrant historici, praesertim Nicetas, aut quae de Justiniano Rhinotmeto scribunt alii. Caussas quaerere liber. Quibus in exsilium pelli proceribus contigit, eos factione pulsos necesse est, proindeque multos habere inimicos, quod in Sulla, Mario & Antonio verum est: vel magno rerum praesentium fastidio atque odio censiti, quod in Tiberio accidit. deinde certum est τὰς ἀνχίνους (quod Aelianus eleganter ait) ἐξαγριοῦν, atque efferari. Laberius olim vere:

Mens incorrupta miseria corrumpitur:
Mutat se bonitas irritata injuria.

Nec parum prudenter Otho apud Tacitum I. Histor. cap. 21. inter metus sui caussas ponit, Principis ingenium *longo exsilio efferatum*: & in I. Annal. 4. sapienter adaeque reformidat populus Rom. *trucem Agrippam*, *&* *ignominia accensum*. Simile quid de Caesare Gallo etiam Mar-

Ad regnum quisquis venit ab exsilio.

Quae primo quasi ab impatientibus Romae dominii, ac non tam ex animi sententia, quam bile & stomacho fingerentur, volebat adcipi. Dicebatque identidem, *Oderint, dum probent*. Deinde vera plane certaque esse ipse fecit fidem. In paucis diebus quam Capreas adtigit, piscatori, qui sibi secretum agenti grandem mul-

60

Marcellinus initio xiv. Sed interior caussa est, quod qui patiuntur vel exsilium vel aliam calamitatem, ii dum assidue cogitant de vindicta inimicorum suorum, paullatim habitum induunt hominis crudelis, saevi, feri: quem animi habitum postea rerum potiti in eos primo, quibus sunt offensi, exerunt, deinde in alios: vel quia ipsis semel λαπιθισαμένοις saevitia placet, & pretium est: vel quia dum aliquos occidunt, novos subinde sibi hostes creant. Ita quotidie seges olescit exercendae illius ferinae naturae. Adde quod omnes in adversis iniqua experiuntur hominum judicia, quasi dignissimi sua poena sint, ut verissime Vellejus ait: inde vilitas & contemtus calamitosorum apud omnes, inde calamitosorum adversum omnes odium, & κότος ac diu πεπονημένη ὀργή. Casaub.

Quisquis] *Quisque* Exc. Cujac.

Ab impatientibus Romae dominii] Tres codices non habent dictionem *Romae*; pro *dominii* vero, *domini*. Et sane nec dictio *Romae* necessaria est, & *domini* longe venustius. Torr.

Impatientibus Romae dominii] Lectionem hanc falsi damnant Palatini tres, in quibus nulla littera variante, *ab impatientibus remedium*. quod haberem sane, quibus tuerer, & praeferrem vulgato. nisi vererer, ne natum esset a compendiaria ratione scribendi. & tamen vix mihi persuadeo, fateri Tiberium, se abstulisse Romanis libertatem: mirorque aliorum codices calamo exaratos, non accedere ad nostram scripturam. Grut. *Romae dominii* Venet. sec. tert. Basil. Lug. Junt. Ald. Gryph. Colin. Plant. & recentiores, *Romae domini* Venet. pr. Bonon. & marg. Basil. *impatientibus domini* Periz. Harl. Ed. Rom. sed *dominus* nolebat dici, aut haberi Tiberius. vid. supr. cap. xxvii. *domini* vero & *dominii* commutarunt saepe librarii. vid. Gronov. ad Senec. de Const. Sapient. cap. xiii. *impatientibus remedium* ut & Memm. habet & Exc. Cujac. vix Latinum puto, nisi *remediorum* legatur, vel ut Steph. *Remedii*, quorum alterutrum praeferrem, & quae vox respondet initio capitis, ubi multa specie gravitatis ac *morum corrigendorum* saeve & atrociter factitasse dicitur. posset & in voce *Romae* latere *omnis*, ut legatur, *impatientibus omnis remedii*. Burm.

Bile & stomacho] Pal. pr. *quam ut bile & stomacho fingerentur*. tert. *quam ut b. e. s. fingerentur*. Secundo abest dictio *bile*. Grut. *Fungerentur* Copes. & Harlem. unde posset aliquis conjicere scriptum fuisse *funderentur*. sed quia sequitur, *vera & certa esse*, *fingerentur* maneat. Burm.

Oderint, dum probent] Atqui nemo id quod oderit, probat. Verum (ut credo) Tiberius his verbis odia quomodocunque in se orta facile contemnebat, dummodo facta ejus vel inviti probare cogerentur. tunc enim hoc dicebat, cum ita moderate se gereret, ut a nullo reprehendi posset. Beroaldus ut a tyranno dictum accepit, ut, *Oderint, dum metuant*. Torr. Mitius hoc dicto illo communi *oderint dum metuant*, quo respexisse puto Senecam lib. ii. de ira cap. ult. ubi de hac Tyrannorum voce agit. *Oderint. quid? dum pareant? non. dum probent? non. Quid ergo? dum timeant.* qui locus me retraxit, ne hic legendum censerem, *oderint, dum proderit*, vel *prosit*. quod τῷ *remediorum* congrueret. Burm.

Deinde] *Dein* Copes. & Exc. Cujac.

Vera plane certaque] Videtur putidius cumulare idem fere significantia: sed quasi ex formula locutum nostrum docebunt notae I. F. Gronovii ad Senecae lud. de morte Claud. non longe ab initio. vid. & ad Caes. lxxxviii. Burm.

60. *In paucis diebus quam Capreas*] Insolens locutio, pro *paucis diebus, ex quo* Capreas attigit. Non multum dissimile illud Horatii i. Sat. iii. 16. *quinque diebus Nil erat in loculis*. Torr. Nihil erat, quod insolentiae notaret hanc locutionem Torrentius. *quam* hic pro postquam, ut centies, ponitur. Claud. xvii. *Sexto quam profectus erat mense*. Vitell. iii. *decessit paralysi altero die, quam correptus est*. & ita legendum esse puto in l. xii. §. i. ff. de Leg. i. *Si quis servos, quos* Ga-

mullum inopinanter obtulerat, perfricari eodem pisce faciem jussit: territus, quod is a tergo insulae per aspera & devia erepsisset ad se. Gratulanti autem inter poenam, quod non & locustam, quam praegrandem ceperat, obtulisset, locusta quoque lacerari os imperavit. Militem praetorianum, ob subreptum e viridario pavonem capite puniit. In quodam itinere lectica, qua vehebatur, vepribus impedita, exploratorem viae primarum cohortium centurionem stratum humi paene ad

Gadibus haberet, *eo testamento*, *quod Romae moriens fecerit*, *triduo quam mortuus fuerit*, *heredem dare mihi damnaverit*. vulgo *triduo quo*, perperam. vid. Schott. & Bos. ad Nepot. Attic. I. & Vorst. ad Sulp. Sever. II. 10. & inf. ad Claud. XVII. pro antequam etiam dixit Vellej. II. 49. *Annis LXXIX. quam tu*, *Vinici*, *consulatum inires*, & noster Neron. VI. *Natus ante nonum mensem*, *quam* &c. ut optimi codices exhibent. BURM.

60. *Perfricari eodem pisce faciem jussit*] Alludit hoc factum Julianus: αἱμάζων μὲν οὖν, εἶπεν, οὐ μόνῃ ταύτῃ (τῆς Καπρεαίας ἀντιτεθραμμένος) τὸ ἄθλιον ἀλλὰ ψυχήν. CASAUB.

Erepsisset] *Repsisset* Copes. vid. Gronov. ad Senec. Phoeniss. 112.

Locustam] Locusta enim ex eorum genere est, quae *crustis intecta*, & *crustata* vocat Plin. lib. IX. cap. XII. & lib. XI. cap. XXXVII. Graeci μαλακόστρακα. At mullus squamam habet asperam quidem, sed quae non ita ut crusta laederet. TORR.

Praegrandem] *Pergrandem* Periz. Harle. Edd. Romanae & aliae veteres, praeter Juntin. Ald. Steph. Basil. & sequentes. ita *permodica* & *praemodica* sup. cap. XLVII. & ita alibi variatur. Piscatores porro hujus insulae tentaverunt Holstenius, & Camillus Peregrinus, ipsi suffragans, Diss. II. de Campan. Felic. §. 29. obtrudere Marciano JCto, qui ita loquitur in leg. IV. de Divis. Rer. *Nemo ad litus accedere prohibetur piscandi caussa*. &c. *idque & Divus Pius piscatoribus Formianis & Capreatis rescripserunt*. ubi vulgo erat *Capuanis* vel *Capenatis*. quas lectiones recte quidem ex situ Capuae & Capenae refutarunt viri eruditi. sed dubitare licet an *Capreatis* recte dicatur & analogice a Caprea insula: scio quidem in Stephano legi Καπρεάτης. sed Latini illa nomina gentilia in *as*, *atis* solebant formare, ut *Capenates*, *Larinates* &c. itaque *Capreatibus* deberet dici. sed demus jam *Capreatis* posse dici, quid illis commune cum Formianis? & quae rationes fingi possunt, quae communis caussae gratia eos simul desideria offerre Imperatori impellerent, ad quae rescriberet Imperator. quare legendum, levi mutatione ex antiqua lectione *Capenatis*, puto *Cajetanis*. jam vero junctae & vicinae Formiae & Cajeta, litus quasi commune habebant. unde simul obtulisse desideria sua Piscatores utriusque oppidi facile existimari possunt. similem labem insedisse Appiano lib. V. Bell. Civil. arbitratur Cluver. in Ital. Antiq. lib. III. cap. ult. pag. 1067. ubi, ut & apud Plutarch. pro *Capua*, *Cajetam* restituit. in illo vero litore villae & & monumenta plurima, quorum JCtus meminit, & in primis villa, in qua Cicero occisus est, quae & Formiana & Cajetana dicebatur, quia in medio oppidorum erat sita, ut Cluverius ibi docet. BURM.

Locusta lacerari] *Lucusta* Memm. vid. Neron. XXXIII. *Locusta* vero dorsum aculeatum habet, ut piscis hoc genus describit Bellonius lib. I. obs. 49. BURM.

Viridario] *Viridiario* Memm. vid. ad Phaed. II. 5. *jusserit* etiam Harlem.

Exploratorem viae] Hoc genere ministeriorum utebantur proceres Romani non solum in viis agrorum, sed etiam in urbe; puta cum ad balnea irent, aut alio quo. Lucianus Nigrino: Πολὺ δὲ ἐν τῇ πόλει τοῦτο. καὶ τοῖς βαλανείοις ἐπιχωριάζον· προϊόντας γάρ τινας τῶν οἰκετῶν δεῖ βοᾶν καὶ παραγγέλλειν προορᾶσθαι τοῖν ποδοῖν, ἢν ὑψηλόν τι ἢ κοῖλον μέλλωσιν ὑπερβαίνειν, καὶ ὑπομιμνήσκειν αὐτοὺς τὸ καινότατον, ὅτι βαδίζουσι. CASAUB.

Primarum cohortium] Liber vetustiss. *chortium*, ut semper. Sic in nummo argenteo Antonii triumviri, CHORTIS SPECULATORUM. Quod autem non *primarum*, sed *praetoriarum* legendum Elector. II. cap. XVII. Lipsius censet, non quin certus fuerit cohortium ordo atque numerus, sed quia praetorianorum erat Principem usquequaque comitari, non id mihi persuader. neque enim scribentis error hic culpari potest, cum paulo ante praetoriani meminit militis. Et si Praetoriani ubique comites, cur ipse explorandae viae cau-

sa

61 ad necem verberavit. Mox in omne genus crudelitatis erupit, numquam deficiente materia: quum primo matris, deinde nepotum & nurus, postremo Sejani familiares atque etiam notos persequeretur. Post cujus interitum vel saevissimus exstitit: quo maxime adparuit, non tam ipsum a Sejano concitari solitum, quam Sejanum quaerenti occasiones subministrasse. Etsi commentario, quem de vita sua summatim breviterque composuit, ausus est scribere, *Sejanum se punisse, quod comperisset furere adversus liberos Germanici filii sui*: quorum ipse alterum suspecto jam, alterum oppresso demum Sejano interemit. Singulatim crudeliter facta ejus exsequi longum est: generatim velut exemplaria saevitiae enumerare sat erit. Nullus a poena hominum cessavit dies; ne religiosus quidem ac sacer. Animadversum in quosdam ineunte anno novo: adcusati damnatique multi cum liberis atque

sa praemissus centurio? Taceo hoc, de quo agitur, speculatorum fuisse officium. De quibus sup. cap. XXV. & Oth. cap. V. TORR. Nescio an alius ita sit locutus: si *primae cohortis*, per quam praetoriana posset intelligi, nihil moverem. forte scripserit *primorum ordinum*, ut centies Livius, & Jul. Caesar loquuntur. vide hunc lib. V. de Bell. Gal. 28. nescio vero unde in minore Graevii editione legatur, *primarium cohortium centurionem*. certe vir summus nihil in notis monnit. BURM.

Stratum humi ad necem verberavit] Ita moris, & in securi percutiendis, & in fusti puniendis. Tacitus I. Annal. *prostratos verberibus multant*. CASAUB.

61. *A Sejano*] *Ab Sejano* Memm. Exc. Cujac. mox *quam Sejano quaerenti* Basil. Gryph. Colin. Plantin.

Sejano quaerenti] Libri duo *Sejanum*, & recte. TORR.

Commentario quem de vita sua] Liber opt. *quod* pro *quem*. Domit. cap. XX. *Praeter commentarios & acta Tiberii nihil lectitabat*. Sup. Aug. cap. LXXXV. TORR.

Furere] *Furem* Periz. Harlem. Edd. Rom. Venetae tres. quod ex compendio scripturae, pro *furentem*, natum credo.

Germanici liberos, filii sui] Liber unus *liberos Germanici*. Illud ergo, *filii sui*, ex glossemate adjectum est. TORR. *Germanici liberos f. s.* Harlem. Edd. priscae omnes, & recentiores etiam pleraeque. vitiose Ald. *Germani*.

Alterum suspecto jam] Desunt Hulf.

Generatim] *Genera velut* Codd. Memm. Periz. Harl. Copes. Edd. antiquae usque ad Basil. & sequentes. *enumerata sat erit* Harl. Edd. Venet. tres; sed duae ultimae *erata satis erit* Hulf.

Nullus a poena hominum cessavit dies, ne religiosus quidem ac sacer.] Et Graecorum & Romanorum vetus mos fuit, ut diebus festis abstineretur a suppliciis, ut notamus lib. superiore ad cap. LVII. Quin hoc quoque observare licet, diebus solenniorum festorum vinctos fuisse solutos. Ulpianus ad Demosthenis illa verba, πολλὰς πομπείας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διατρίψαντα ex oratione κατὰ Τιμοκράτους, sic notat: Οὐχ ἁπλῶς τοῦτο εἶπεν, ἀλλ' ἐπειδὴ κατὰ πέντε ἔτη ἤγετο τὰ Παναθήναια· τότε δὲ ἐξῆν ἀφεῖσθαι τῶν δεσμῶν τοὺς δεσμώτας διὰ τὴν πανήγυριν, ὡς ἔγραψεν ἐν τῷ κατ' Ἀνδροτίωνος. Idem fiebat & Romae. Livius lib. V. in descriptione lectisternii, quod primum factum est in Urbe, anno CCCLV.: *Etenim inimicis quoque benigne ac comiter sermones habiti, jurgiis ac litibus temperatum, vinctis quoque dempta in eos dies vincula*. CASAUB. *A poena omnino* conjicebat Heinsius; sed & supr. LVII. *favorem hominum captaret*. ubi tamen in quibusdam *hominum* deest.

Religiosus ac sacer.] Festos feriatosque dies intelligo, quibus (ut inquit Cicero II. de Leg. 12.) *liberi jurgiorum ac litium, servi operum ac laborum requietem habebant*. At Tiberius nullum sine supplicio transmisit. TORR.

Ineunte anno novo] Atqui diem Kal. Jan. Romani laetissimum agebant, eumque supplicio funestare nefas erat, uti & Saturnalia. Macrob. lib. I. cap. X. TORR. Anni DCCLXXXI. Kal. tractus in carcerem inlustris eques Rom. ac mox supplicio affectus. Tacit. vide lib. IV. CASAUB. Licet haec locutio forte defendi posset, tamen *novo* a glossatore putem adscriptam: praesertim quum ea voce careant Edd. Venet. pr. Lugd. Junt. Ald. Steph. & alibi, ut sup. cap. LIV. & Calig. XLII. dixerit tantum *ineunte anno*, & Claud. XXIX. *initio anni*. &

que etiam uxoribus suis. Interdictum, ne capite damnatos propinqui lugerent: decreta adcusatoribus praecipua praemia, nonnunquam & testibus. Nemini delatorum fides abrogata. Omne crimen pro capitali receptum, etiam paucorum simpliciumque verborum. Objectum est poetae, quod in tragoedia Agamemnonem probris lacessisset: objectum & historico, quod *Brutum Cassiumque ultimos Romanorum* dixisset: animadversum est statim in auctores, scriptaque abolita, quamvis probarentur aliquot ante annos, etiam Augusto audiente, recitata. Quibusdam custo-

& Aug. LIX. Ovidius tamen I. Fast. 149. dixit *novus incipit annus. nono* vitiose Basil. pr. Burm.

Atque etiam uxoribus suis] *Atque etiam a liberis suis* Memm. *atque etiam liberis suis* Harlem. Copes. Hulf. Exc. Cujac. Ed. Venet. pr. forte, *liberis*, *atque etiam libertis suis*. ita & apud Petron. cap. CXLI. pro *praeter liberos* viri docti, *libertos* rescripserunt. vid. & Calig. XXXIX. si cum Memmiano legas *a liberis*, vel *libertis*, posset *damnati* capi eo sensu, quo accusatores dicuntur damnare, quum peragunt reos. ut supr. cap. VIII. Cal. XXIV. & alibi passim; sed non placet. Burm.

Pro capitali] *Pro capitale* Hulff. *receptum est* Harlem. & Edd. Rom. & aliae, sed Basileenses & sequentes carent *est*.

Agamemnonem probris lacessisset:] Duo codd. non habent *probris*. Offenderat autem Tiberium poëta, quod sub Agamemnonis persona ipsum, qui Romanis imperabat, lacessisse videretur. Simile est quod de M. Aemilio Scauro scribit Dion lib. LVIII. is enim ob Tragoediam quandam suam, cui Atreus nomen fecerat, quia Euripidis verbis quidam in ea alterum monuerat, ut stultitiam imperantis ferret, a Tiberio mortem sibi consciscere coactus fuit. Lepide igitur Horat. lib. II. Sat. III. Ajacem adversus Agamemnonem defensurus veniam praefatur:

Ergo consulere, & mox respondere licebit?
Consule. Cur Ajax, &c.

Frequens autem apud optimos auctores, ut sub personis Homericis alios intelligant. Pers. I. Sat. 4. *Ne mihi Polydamas*. &c. Torr. *Probris* deest Periz. Edd. Rom. Venetis tribus & Bonon. *Agamemnoni propriis* Memm. nihil vero difficultatis video in vulgata, nec tamen cum Torrentio & Graevio capio, quod Agamemnonis mortui dudum persona Tiberium lacerasset, sed quod personae cuidam, forte Achilli, vel Thersitae, dedisset probra & convicia, quae illa in Agamemnona, personam regiam tragoediae suae, congereret, & in Tyrannidem inveheretur. Dederat ergo partes illas alii, qui in viventem & impotentem, ut fingebatur, Agamemnona invehebatur. quae in se quasi dicta accepit Tiberius. Nic. Heins. conjiciebat, *Agamemnoni probra is ingessisset*: ut passim *ingerere* & *congerere* probra. supr. cap. LIV. & LXVI. de Aemilio Scauro vid. Tacit. VI. Ann. 29. Burm.

Objectum & historico,] Is fuit A. Cremutius Cordus. Tacit. lib. IV. de quo Aug. cap. XXIV. Calig. cap. XVI. Seneca Consolat. ad Marciam cap. XXII. Torr. A Cremutio Cordo. Casaub.

Ultimos Romanorum] Ut Philopoemenem Graecorum ultimum vocare solitos Romanos refert Plutarch. ejus vita. Torr. Prior istud Brutus dixerat in planctu super jacente Cassio. auctor Plutarchus in Bruto p. 1005. Est hoc quoque a Graecis acceptum: exstat enim vetus de eo Cleomede oraculum in haec verba apud Pausaniam lib. VI. Eliac. cap. 9. Ὕστατος ἡρώων Κλεομήδης Ἀστυπαλαιεύς. Pausaniae lib. VIII. 52. dicitur Philopoemen ὕστατος Graecorum εὐεργέτης. Procopius libro II. Persicorum, de Aetio & Bonifacio notis ducibus ex historia: Ἐς τοσοῦτον μεγαλοψυχίας καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς ἡκέτην, ὥστε εἴ τις αὐτοῖν ἑκάτερον ἄνδρα Ῥωμαίων ὕστατον εἴποι, οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι· οὕτω τὴν Ῥωμαίων ἀρετὴν ξύμπασαν ἐς τούτω τὼ ἄνδρε ἀποκεκλεῖσθαι τετύχηκε. Casaub.

Est statim] *Est* deest Periz. Copes. & Edd. omnibus usque ad Scriverianam, ut puto.

Abolita] *abolita sunt* Exc. Cujac.

Aliquot ante annos] *Ante aliquot annos* Memm. *etiam ante aliquot annos*, *Aug*. Periz. Harlem. Edd. Venetae tres, Bon. Lugd. Junt. Ald. Arg. *ante aliquot etiam annos* Edd. Rom. Steph.

Custodiae] *Custodia* Periz. Harlem. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venetae tres. Bonon. Lug. Paris. Basil.

Non modo studendi] Libri duo *scribendi*. quod magis placet. Torr. *Studendi* Pall. no-

 stri

stodiae traditis, non modo studendi solatium ademtum, sed etiam sermonis & colloquii usus. Citati ad caussam dicendam: partim se domi vulneraverunt, certi damnationis, & ad vexationem ignominiamque vitandam: partim in media curia venenum hauserunt, & tamen colligatis vulneribus, ac semianimes palpitantesque in carcerem rapti. Nemo punitorum non & in Gemonias abjectus, uncoque tractus. Viginti uno die abjecti tractique sunt: inter eos pueri & feminae. Immaturae puellae, quia more tradito nefas esset virgines strangulari, vitiatae prius a carnifice, dein strangulatae. Mori volentibus vis adhibita vivendi. Nam mortem adeo leve supplicium putabat, ut quum audisset unum e reis, Carnulium nomine, anticipasse eam, exclamaverit, *Carnulius me evasit*. Et in recogno-

stri tres, & malim prae aliorum *scribendi*. GRUTER. *Scribendi* Ed. Rom. quod quia magis sequentibus, *sermonis & colloquii usui*, respondere videtur, placuit Torrentio. & forte etiam quod *studere* absolute dici non credebat, sed temporibus post Augustum scriptoribus ita usitatum docuit Cellarius ad Plin. II. Epist. 8. BURM.

Et ad vexationem] *Sed ad* Memm. Periz. Harl. & veteres Edd. praeter Bonon. Junt. Arg. Casaub. & recentiores. *scilicet ad venationem* Basil.

Hauserunt] *Auxerunt* Periz.

Colligatis] *Non ligatis* Exc. Cujac.

Semianimes] *Unanimes* Hulss. *palpitantesque adhuc* Copes.

Rapti.] *Recepti* Periz. Harl. Edd. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Arg. Steph. *palpitantesque adhuc* Copes. Ex. Cujac. Edd. Bonon. Paris. *palpitantes adhuc* Roman.

Non & in Gemonias] *Et* deest Periz. Harl. & Edd. antiquis usque ad Basil. Gryph. & sequentes. *objectus* etiam Copes.

Viginti uno die abjecti tractique] In duobus libris desideratur *tractique*. Ego etiam *abjecti* lubens rejecerim. jam enim id ante dixerat Sueton. studiosissimus brevitatis. TORR. Omnino corruptus numerus est, etsi quid restituendum sit, difficile est affirmare. Magnitudinem stragis exprimit Tacitus lib. VI. cap. 19. in anno DCCLXXXVI. *Tiberius incitatus suppliciis, cunctos, qui carcere attinebantur accusati societatis cum Sejano, necari jubet. Jacuit immensa strages, omnis sexus, omnis aetas, illustres, ignobiles, dispersi aut aggregati.* Fortasse scribi debet CC. & *viginti*. CASAUB. Lips. ad Tacit. VI. Ann. 19. scriptum fuisse ∞ id est *mille* putat, Muretus *ducenti*, Heinsius *Quingenti*. sed Basiliensis numerus incredibilis videtur, & sufficere crudelitati probandae credo viginti abjectos & tractos uno die. deinde *feminae & pueri*. Exc. Cujac. & Copes. qui ordo & servatur Calig. XVII. *tractique* deest Periz. Harlem. Edd. Antiquis, usque ad Basil. Gryph. & seq. BURM.

Immaturae puellae,] Notatum Dioni in filia Sejani: Τά τε παιδία αὐτοῦ κατὰ δόγμα ἀπέθανε, κόρην, ἣν τῷ τοῦ Κλαυδίου υἱεῖ ἠγγυήκει, διαπαρθενευθεῖσαν ὑπὸ τοῦ δημίου, ὡς οὐχ ὅσιον ὂν παρθενευομένην τινὰ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἀπόλλυσθαι. Similis religio triumviros incessit, cum proscriptionis tempore praetextatum quendam, ut posset occidi, jusserunt induere togam virilem, ut narrant Appianus & Dio. Ex antiquis Martyrologiis scimus, in beatissimis virginibus, quae sanguinem pro Christo Domino nostro fuderunt, idem saepe fuisse factitatum. CASAUB.

E reis] *Ex eis* Periz. Harlem. Edd. Rom. Venetae tres, Lugd. Junt. Ald. Steph. *ex reis* Bonon. & Basil. & recentiores. saepe vero ita aberrarunt librarii. ita pro *eorum* recte Lindenbr. apud Amm. Marc. XVII. 12 *reorum* reponit. sic puto apud Valer. Max. I. I. 27. posse legi, *quum enim reum vinctum Romam protrahi jussisset*, vulgo *eum*. BURM.

Carnulium nomine,] Libri MSS. *Carmilium*, & *Cartulum*. Legendum *Carvilium*, aut, si quis malit, *Cartilium*. nam utrumque nomen Romanum est. TORR. Pal. pr. *Carrulum*. sec. *Carmulus*, stat tamen pro vulgato tertius. GRUT. *Carnulum*, sed mox *Carrulus* Memm. *Carnulum* Harlem. sed mox *Carnulius*.

Anticipasse eam] *Ant. jam* Memm.

Exclamaverit] *Exclamavit*. Periz. Harlem. Edd. Venet. tres, sine dubio pro *exclamarit*. Simili fere modo de Cordo Senec. Consf. ad Marc. cap. XX. *Accusatores, Sejano auctore, adeunt Consulum tribunalia, queruntur mori* Cor-

gnoscendis custodiis, precanti cuidam poenae maturitatem, respondit, *Nondum tecum in gratiam redii.* Annalibus suis vir consularis inseruit, frequenti quondam convivio, cui & ipse adfuerit, interrogatum eum subito & clare a quodam nano adstante mensae inter copreas, cur Paconius, majestatis reus, tam diu viveret: statim

Cordum interpellantes, quod coegerant. adeo illis Cordus videbatur effugere. Et hinc colorem duxit Silius lib. VII. 71. *moriendo evadere vincla*, Plin. II. Ep. I. de Virginio, *Caesares, quibus suspectus, atque etiam invisus virtutibus fuit, evasit.* ubi Heinsius malebat *virtute tribus*, ut tres imperatores evaserit. quia non Latine satis dici credebat *invisus virtutibus*, pro *ob virtutes*, nec sane exempla, quae producunt commentatores, locutionem illam adstruere videntur. durior tamen collocatio verborum, quum rectius dixisset, *Caesares tres*, vel *Caesares, quibus tribus.* forte posset distinctione locus juvari; *quibus suspectus, atque etiam invisus fuerat, virtutibus evasit.* & solet saepe Plinius *virtutes* plurali numero ponere. BURM.

Precanti cuidam poenae maturitatem,] Imo saepius factum patet ex iis, quae de Asinio Gallo narrat Dio. CASAUB.

Nondum tecum in gratiam redii.] Mortem ergo tyrannus ut beneficium afflicto imputat. De quo Lycus ille Thebanus apud Senecam Hercule furente vs. 511.

Qui morte cunctos luere supplicium jubet,
Nescit tyrannus esse. Diversa irroga,
Miserum veta perire, felicem jube.

Dio: Δεῖται τινα τῶν ἑταίρων ἐπὶ τοῦ λόγου περὶ τῆς θανατώσεως αὐτοῦ γενομένου ἔφη, ὅτι οὐδέπω αὐτῷ διήλλακται. CASAUB.

Frequenti quodam] Ita Edd. Rom. & Bonon. sed omnes aliae *quondam*, quod praefero, quia mox *quodam nano* sequitur. sic sup. XI. & XIII. & alibi vidimus passim haec variare. *quodam Romano.* Exc. Cujac. BURM.

A quodam nano] Liber unus *a quodam Mario.* male. nanum enim sive pumilionem intelligo, qui mensae adstiterit, ut nunc quoque videmus apud divites fieri. Sup. Aug. cap. LXXXIII. TORR.

Inter capreas,] Sic omnes codd. magno consensu. Beroaldus exponit pro in secessu Caprearum, inepte. Ego scurras sic vocatos fuisse crediderim, vel ab ejus animalis obscenitate, vel a rodendi consuetudine. Utitur eo vocabulo etiam Claud. cap. VIII. ubi plura dicemus. Justus Lipsius Elector. II. cap. XVII. Josephi Scaligeri, notis ad Festum in *Scurra*, auctoritatem secutus, *inter coprias* legit. Non tamen hujus loci Scaliger ibi meminit, sed Claud. ut diximus, cap. VIII. Verum cum indidem quoque duo optimi codd. MSS. *a capreis* habeant, uti hic magno consensu omnes, etsi duobus his rei litterariae principibus plurimum defero, ab opinione tamen mea non recedo, ac vocem illam immundam non amo; neque quo tempore, quove modo in Latium venerit, scio. Illud etiam, quod ex Dionis Pertinace adfert Scaliger, non admodum moror. potuit enim Graecus ille vocabulum Latinum (ni fallor) *capreas* ad suae linguae fontes leviter deflectere, & *coprias* facere, ut in Claud. notabimus. Deinde quod ex Lactantio citat Lipsius de homine quodam diserto, qui religionis nostrae lumen Cyprianum alludens *Coprianum* appellavit, id quoque non nimium firmum est. Nam *Caprianum* non uno in Lactantii codice scriptum reperitur, eamque lectionem sequitur Erasmus. Cedam tamen majoribus lubens volens, cum quibus neque errasse in literis probrosum sit. TORR. *Capreas* dicit scorta illa Tiberiana, quibus vetulus hircus naturam liguriret. sic in Claudio VIII. *scriptum est. flagello caesum a capreis.* URSIN. *Copreae* sunt homines βωμολόχοι, γελωτοποιοί, & scurrae. Ita autem legendum esse, & hic & in Claudio capite VIII. pridem docuit ex Dione Josephus Scaliger in Castigationibus ad Festum. tanti viri sententiam qui refellere conantur, nihil aliud quam in errore pertinaciam produnt: nam certo certius ita scripsisse Suetonium, fuisse eam vocem in aulis Principum Romanorum jam inde a temporibus triumvirorum in usu. quod ex ejusdem Dionis lib. L. constat. Vox est Graecae originis etsi veteribus Graecis non usitata, ut *aretaologus*, *dicterium*, *elogium*, *catasta*, & sexcentae hoc genus. Graeci κοπρέας ἄνδρας vocant, vel κοπρολόγους. ut Suidas: Ἀστεῖοι, οἷς ἔμελε περὶ τῶν αὐλητρίδων, καὶ ψαλτριῶν, καὶ κοπρολόγων. id est, *astei dicebantur; quibus curae erant tibicines,*

 fal-

tim quidem petulantiam linguae objurgasse, ceterum post paucos dies scripsisse se-
62 natui, ut de poena Paconii quam primum statueret. Auxit intenditque saevitiam, exacerbatus indicio de morte filii sui Drusi: quem quum morbo & intemperantia periisse existimaret, ut tandem veneno interemtum fraude Livillae uxoris atque Sejani cognovit, neque tormentis neque supplicio cujusquam pepercit: soli huic cognitioni adeo per totos dies deditus & intentus, ut Rhodiensem hospitem, quem familiaribus literis Romam evocarat, advenisse sibi nuntiatum, torqueri sine mora jusserit, quasi aliquis ex necessariis quaestioni adesset: deinde errore dete-
cto,

saltatrices & copriae. sed & κοπρίαι Graeci recentiores. In Actis Synodi Oecumenicae tertiae Ephesi habitae, tomo primo, sectione x: Οὐδὲν ἐνοχλεῖν ἐν κοινῷ ἡμῖν λέγουσιν οἱ κοπρίαι τῆς πόλεως, Χαιρήμων, Βίκτωρ, Σωφρονᾶς, καὶ τὸ τοῦ φυρατοῦ Φλαβιανοῦ παιδαρύλλιον. *Copreas* eleganter Hebraice dixeris גלולים, *gillulim*, qua ejusdem originis voce Hebraei deos falsos significant. Est vero mos Graecorum in omni vilitate explicanda similibus vocibus aut loquendi generibus uti: ut illo improbo dicto Heracliti, quod Strabo, Plutarchus & Cedrenus referunt, Νέκυες κοπρίων ἐκβλητότεροι. Abdias historiae Apostolicae libro sexto: *Audi, domine rex, ista stercora abjicienda sunt, & ex tuo regno emundanda, ne forte omnibus putredinem generent.* τὰ κόπρια ταῦτα ἐκβλητέα ἐστι. Romanos voce *copriae* usos, nihil mirum: qui dixerint etiam *copron*. Varro apud Nonium: *Non Hercules potest, qui Augiae agebat copron*. neque errant meo judicio, qui ejusdem Varronis ista sic legunt apud Nonium: *Omnes videmur nobis esse belli festivi, saperdae, cum simus Copreae.* Laudatur etiam Laberius in *Coprino*: uam ita manu exarati, apud Nonium; ubi editum *Cophino*. Glossae Isidori: *Scurra, qui incopriatur: Scurrula, qui incopriat.* Quare desinant posthac homines eruditi in duobus his Suetonii locis, aut *capreas* aut *tropaeos*, aut nescio quas alias ineptias comminisci. Mirum sane post tam expressam Dionis affirmationem, repertos esse, qui in clarissima luce caecutirent. CASAUB. *Copreas* egregie emendandum censuit Lipsius (ad Tacit. XVI. Ann. 28.) secutus Scaligerum. Pall. accedunt vulgatis, in quibus *inter Capreas*. GRUT. *Capreas* nostri omnes & Edd. veteres, usque ad Scriverianam.

Cur Paconius] Hic est M. Paconius, qui C. Silano proconsulatum Asiae administranti legatus fuit, ac postea inter alios plures eum accusavit. Tacitus Annal. lib. III. CASAUB. De ejus filio Paconio Agrippino, qui cum Helvidio Thraseae genero a Nerone Italia pulsus fuit, insignem locum habet. Reines. Epist. XXIII. ad Rupert. p. 79. adde Lips. ad Tacit. XVI. Ann. 28. BROUCKH. *Panconius* Harlem. Exc. Cujac. Edd. Venetae tres. adde Vertranium ad Tacit. VI. Ann. 39.

62. *Indicio*] *Judicio* Harlem. *indies* Periz. a. m. pr. & Ed. Rom.

Perusse] *Perisse* Copes. Harlem. Edd. Rom. Venet. pr. Lugd. Junt. Ald. Steph. Basil. & aliae.

Veneno interemptum fraude Livillae uxoris] Tres codices non habent dictionem *veneno*, quam tamen retineo. nam (ut scribit Tacit. IV. Ann. 3.) Livia, soror Germanici, Drusi uxor, a Sejano constuprata, adhibito in consilium Eudemo medico, veneno per Lygdum spadonem dato maritum sustulit. Adde Plinium lib. XXIX. cap. I. *Liviam* autem Tacit. quam *Livillam* Sueton. vocat. Sic *Claudia* & *Claudilla*, *Plautia* & *Plautilla*, quod supra quoque notasse me memini. TORR. Indicium fecit Apicata Sejani uxor, post mariti & liberorum caedem sese interfectura. CASAUB. *Veneno* deest Periz. Edd. Rom. Venet. tribus. Lugd. Ald. Steph. & abesse poterat; forte aliquis glossator adscripserat voci *fraude*, ut explicaret, *veneno*. Si quis vero cum Torrentio retinere velit, poterit similibus locis, ubi duo ablativi concurrunt, illustrare. ut feci ad Ovid. XIII. Met. 216. & ad Calp. I. Ecl. 56. ubi similem ex Val. Max. III. v. 3. locum protuli, *clandestinis insidiis, veneno perimerent.* vid. & Gronov. ad Liv. II. 23. BURM.

Livillae] *Liviae* Harlem. Venet. tres, quarum prior *Leviae*.

Cujusquam] *Cujusdam* Exc. Cujac.

Evocarat,] *Evocabat* Memm. Periz. Hulsf. Harlem. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venetae tres.

Quasi aliquis ex necessariis quaestioni adesset] Forte

cto, & occidi, ne vulgaret injuriam. Carnificinae ejus ostenditur locus Capreis, unde damnatos post longa & exquisita tormenta, praecipitari coram se in mare jubebat: excipiente classiariorum manu, & contis atque remis elidente cadavera, ne cui residui spiritus quidquam inesset. Excogitaverat autem inter genera cruciatus, etiam ut larga meri potione per fallaciam oneratos, repente veretris deligatis, fidicularum simul urinaeque tormento distenderet. Quod nisi eum & mors praevenisset, & Thrasyllus consulto, ut ajunt, differre quaedam spe longioris vitae compulisset: plures aliquanto necaturus, ac ne reliquis quidem nepotibus parsurus creditur, quum & Cajum suspectum haberet, & Tiberium, ut ex adulterio conceptum, adspernaretur. Nec abhorret a vero: namque idemtidem *Felicem Priamum vocabat, quod superstes omnium suorum exstitisset.* Quam vero inter haec non 63 modo invisus ac detestabilis, sed praetrepidus quoque atque etiam contumeliis obnoxius

Forte *quasi alicui ex necessariis in quaestione adesset*, quasi ille amico, aut consanguineo adesset, ut advocati *adesse* reis dicuntur. Nam aliter non video, cur aliquis quaestioni adesse juberetur, nisi illum ideo advenisse crederet, ut reum defenderet, nam de adsessoribus capi non potest. BURM.

Deinde errore detecto & occidi, ne divulgaret injuriam] Videtur de eo loqui, cujus similem casum narrat Dio, etsi paullo aliter: non enim errore factum, sed injuste accusatum eum fuisse. Verba ejus: Ἕτερον μέντοι τινὰ καὶ πάνυ ἰσχυρῶς βασανίσας, ἐπειδὴ γνοὺς ὅτι ἀδίκως κατηγορήθη, καὶ πάνυ σπουδῇ ἀπέκτεινεν, εἰπὼν ὅτι χαλεπωτέρως ὕβρισται ἢ ὥστε καλῶς διάγειν ζῆν. CASAUB.

Ne divulgaret injuriam] Libri nostri omnes, *ne vulgaret.* TORR. *Vulgaret* Edd. Vett. & praeter Pall. omnes etiam Torrentiani codices post cusi *divulgaret*. cur quaeso? GRUT. Scribimus cum Grutero & vett. edd. & codd. Palatinis, Torrentianis, ac Salmasiano: *vulgaret*. GRAEV. Et ita Memm. Periz. Harl. Copes. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. tres, Steph., sic & cap. LXVI. *proferret ultro ac vulgaret*. & saepe alibi. licet & *divulgatos* versiculos dixerit Cal. VIII. & alibi. sed hic codices sequimur. vide de hoc verbo *vulgare*, quae diximus ad Quinctil. lib. VII. de Instit. Orat. 3. BURM.

Post longa] *Per longa* Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Steph. vid. supr. cap. V. *classeariorum* Copes. BURM.

Ne cui residui spiritus quidquam inesset] *Cuiquam inesset* Harlem. Edd. Venet. tres. sed tunc legendum foret, *ne quid residui spiritus cuiquam inesset*. sed maneat vulgata. BURM.

Ut larga meri potione] *Largi* Memm. vid. quae diximus ad Phaedr. lib. II. 6. *larga ut etiam meri* Copes. BURM.

Quod & nisi mors] Lib. unus *Quod nisi*, absque & TORR. *Quod & nisi mors* Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres. *Quod & nisi eum mors* Bonon. Lugd. Junt. Ald. Arg. Basil. Gryph. Plant. & aliae. & ejecerat jam Lipsius.

Et Thrasyllus consulto, ut ajunt] In his est Dio, qui pluribus explicat. CASAUB.

Consulto] In Periz. codice turbatum erat aliquid in ultima syllaba, forte *consultus* scriptum erat, ut *consuli Haruspices* cap. seq. & Domit. XVI. *consultus Apollo.* Neron. XL & millies alibi. consultus vero fuerat a Tiberio de spatio vitae. si *consulto* retinendum debet jungi *consulto differri compulisset*. vid. Aug. XV. an *consultu*? de quo supr. ad Caes. LVI. BURM.

Spe longioris vitae compulisset] Pro induxisset. TORR.

Reliquis nepotibus] Quorum Cajus Germanici, Tiberius Drusi filius fuit; ille adoptivus nepos, hic naturalis & legitimus. TORR.

Ut adulterio conceptum] Mater enim Livilla & Sejanum adulterum, & Eudemum amicum habuit. Vide Tacitum. IV. Ann. 3. TORR. Tangit hoc & Dio: Τοῦτον δὲ ἔγγονον διὰ τὴν ἡλικίαν· οὐ γὰρ ὑπετόπει τοῦ Δρούσου παῖς εἶναι. CAS.

Superstes omnium suorum] De hoc impio voto vide ad Quinctil. Praefat. lib. VI. de Instit. Orat. & ad Ovid. I. Epist. in fine. adde Gruter. IV. suspic. I. BURM.

63. *Quam vero*] Nescio quid sit in aliorum MSS. hoc scio Palatinos non agnoscere voculam *vero*. non requiri, quivis videt. GRUT.

Deest

noxius vixerit, multa indicia sunt. Haruspices secreto ac sine testibus consuli vetuit. Vicina vero Urbi oracula etiam disjicere conatus est: sed majestate Praenestinarum sortium territus, destitit: quum obsignatas devectasque Romam non reperisset in arca, nisi relatas rursus ad templum. Unum & alterum consulares, obla-

Deest & Copes. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. pr. Bonon.

Sed praetrepidus quoque] Fuere viri docti, quibus displiceret illud *praetrepidus*, &, *praeteritus* pro contemptus legendum esse putarent; verum quae sequuntur, trepidationem Tiberii ostendunt. Torr. Nihil variant scripti aut editi.

Contumeliis obnoxius vixerit,] Vocem *contumeliis* delendam esse, recte viderunt Salmasius, & Gronovius. *Obnoxius* enim hoc sensu accipitur, ut superius cap. 12. hujus vitae: *Enimvero non privatum modo, sed etiam obnoxium & trepidum egit. Obnoxius* enim est, qui anxius & sollicitus vivit. Vide, quae Gronovius notavit ad Senec. III. de Ira cap. 8. Graevius. Delendam vocem *contumeliis* censent viri docti. Jacob. vero Gronovio post vocem *obnoxius* videtur, plura delenda esse censuisse Salmasium: indicare saltem quot verba inducenda essent notare accurate debuerat, nam ex ejus notis omnia illa, *atque etiam contumeliis obnoxius*, exigenda esse conjicere licet. sed contra codices nihil moveo. nam & Caes. cap. XLV. *jocis obnoxia calvities*. & sup. LIV. *obnoxii criminationibus*. & apud Flor. IV. 4. *obnoxius & opportunus injurio*. & ita centies. *in contumeliis obnoxius* Copes. hic habet. Burm.

Indicia] *Judicia* Harlem.

Secreto] *In secreto* Hulss. deinde *metuit* Exc. Cuj. vid. Aug. cap. ult.

Disjicere] *Diffjicere* Memm. Copes., Harlem. Hulss. *disjiere* Exc. Cujac. *etiam* ignorant Petiz. Edd. Rom. Venetae tres, Lugd. Junt. Ald. Arg. Steph.

Nisi relatas] Legendum puto *relata*, arca nimirum, qua sortes continebantur. Ea autem ex olea fuit, ut de harum sortium historia scribit Cic. lib. II. de Divinat. Exstat etiam denarius Plaetorii Cestiani apud me, in



cujus parte altera Deae effigies, Fortunae, ut arbitror: altera vero pueri comati, sub pectore arcam tenentis. Adscriptum SORS. Torr. *Relata* Memm. Copes. Hulss. Ed. Ald. & ita corrigebat Lipsius, unde Torrentius habuit. Simile fere miraculum de Deis Penatibus Lavinii narrat Valer. Max. I. VIII. 7. qui translati Albam bis redierunt Lavinium. Burm.

Unum & alterum consulares] L. Aelium Lamiam & L. Arruntium intelligo, quorum ille anno DCCLVI. consul fuit, hic anno DCCLIX. De utroque Tacitus Annal. VI. 17. fine anni DCCLXXXVI. *Extremo anni mors Aelii Lamiae funere censorio celebrata; qui administrandae Syriae imagine tandem exsolutus, urbi praefuerat. Genus illi decorum, vivida senectus, & non permissa provincia dignationem addiderat. Exin Flacco Pomponio Syriae propraetore defuncto, recitantur Caesaris literae, quis incusabat egregium quemque & regendis exercitibus idoneum, abnuere id munus: seque ea necessitudine ad preces cogi, per quas consularium aliqui capessere provincias adigerentur. Oblitus Arruntium, ne in Hispaniam pergeret, decimum jam annum attineri.* Hunc Tiberii morem notat Dio his verbis, de obitu praefecti urbis, cui Lamia successit, loquens: Καὶ Λύκιον ἀντ' αὐτοῦ Λαμίαν (inepte vulgo & interpretes Ταμίαν) ἀνθείλετο, ὃν πάλαι τῇ στρατιᾷ (emenda Συρίᾳ) προστάξας, κατεῖχεν ἐν τῇ Ῥώμῃ· τοῦτο δὲ καὶ ἐφ' ἑτέρων πολλῶν ἐποίει, ἄρχειν μὲν, μηδενὸς αὐτῶν δεόμενος, λόγῳ δὲ δὴ, τιμᾷν αὐτοὺς προσποιούμενος. Observamus Tiberii exemplum multos Principes esse secutos. Tacitus in rebus Neronis, anno Urbis DCCCVIII. lib. XIII. 22. *Syria P. Antejo destinata, & variis mox artibus elusus, ad postremum in urbe retentus est.* Idem Histor. lib. II. cap. 65. in principa-

oblatis provinciis, non ausus a se dimittere, usque eo detinuit, donec successores post aliquot annos praesentibus daret: quum interim manente officii titulo, etiam delegaret plurima: adsidueque illi per legatos & adjutores suos exsequenda curarent. Nurum ac nepotes numquam aliter post damnationem, quam catenatos, obsutaque lectica, loco movit: prohibitis per militem obviis ac viatoribus respicere usquam, vel consistere. Sejanum res novas molientem, quamvis jam & natalem ejus publice celebrari, & imagines aureas coli passim videret: vix tandem, & astu ma-

64

65

cipatu Vitellii: *Cluvius comitatu Principis adjectus, non adempta Hispania, quam rexit absens, exemplo L. Arruntii, quem Tib. Caesar ob metum, Vitellius Cluvium nulla formidine retinebat.* Eadem calliditate usum Domitianum ex eodem Tacito in vita Agricolae apparet, mansisseque eum morem diu, ex simillimo loco Dionis in fragmentis rerum Macrini Imp. intelligimus. CASAUB. Eadem fere Pichena ad Tacit. I. 80.

Non ausus a se dimittere, usque adeo detinuit] Liber unus, *non ausus dimittere a se, usque eo detinuit.* Placet. TORR. Illud *a se* non visitur in Pal. pr. aut sec. neque admodum necessarium est. GRUT. Sed nostri & editi omnes retinent: & mox cap. LXV. *ut a se per speciem honoris dimitteret*, dixit: & supr. cap. XXXVII. *quosdam extractos ad se non remisit*, ubi ambigue dictum, an *extractos ad se*, an *ad se non remisit.* deinde *usque eo* Memm. quum omnes editi olim *usque adeo* habeant. vid. sup. XIV. & alibi. BURM.

Delegaret plurima] Ea scilicet, quae praesidibus ab Imperatore committi solebant. *Delegare* autem JCtorum verbum est. Unde & *delegati judices.* Quin imo & *legati* proprie vocantur ii, quibus proconsules suam jurisdictionem mandant. L. IV. V. & VI. de Off. Proconf. & Legati. Quamquam apud auctores *legati* fere dicuntur, qui ipsi provinciae praesunt. Vide sup. cap. XLI. TORR. *Delegaret plurima adsidue, quae illi.* Copes. quomodo & Cl. Dukerus ad Liv. III. 38. conjecerat. vid. ad Caes. XXVI. de verbo *delegare* vid. supr. ad cap. XVI. sensus vero non satis hic mihi manifestus videtur. forte scripserit *delegaret plurima adsiduis, quae illi per legatos &c.* ut velit, Tiberium mandata sua non misisse recta via in Provinciam, sed dedisse adsiduis, id est praesentibus illis Consularibus, qui titulum imperii in provincias habebant, & qui porro Romae manentes illa curabant exsequenda per legatos & adjutores, in provinciis: *Adsidui* enim sunt, qui quotidie circa Principem erant, ut sup. cap. XI. *Tiberius adsiduus erat circa Scholas.* & ita *cives adsidui*, de quibus Gronov. de Pecun. Veter. IV. 9. BURM.

64. *Obsutaque lectica*] Liber opr. *obsitaque*, & mox *unquam*, pro *usquam.* TORR. Rhetor. I. *sporta auri obsuta.*

Loco movit] *Loco* deest Basil. sed vid. supr. Aug. XLIX. similiter apud Liv. IV. 46. *hostem castra loco non movisse*, ubi quidam etiam codices *loco* non habent. sed retinendum puto. BURM.

65. *Sejanum res novas molientem,*] Is, eodem Tacito, genitus Vulsiniis est, patre Sejo Strabone equite Romano & a prima juventa C. Caesari Augusti nepoti percarus. Adversa fama, quasi Apicio stuprum corporis vendidisset: mox defuncto C. Caesare, Tiberio miris artibus insinuatus, adeo principem sibi obnoxium fecerat, ut callidissimum & obscurissimum alias, sibi uni incautum reddiderit. laboris patiens, audaciae nimiae, simulator juxta & dissimulator. pro pudore, quem palam ostentaret, immensa opum libido, nec minus criminando, quam adulando principi, & largitione, ac industria interdum acceptus. his artibus sene circumvento, primo Drusum Tiberii veneno tollit, dato per Lygdum spadonem, uxore etiam Livia auxiliante, quae illi per stuprum cognita fuerat: inde in Agrippinam, & ejus liberos conversus, tacitis eam criminationibus involvit, ut tandem relegatam Tiberius interfici jusserit cum Nerone filio, donec ille iisdem petitus artibus cum filiis enectus sit, quorum corpora in Gemonias sint abjecta. EGNAT.

Jam &] *Etiam &* Copes.

Coli] *Tolli* Harlem. quod dubiam faceret sententiam, an *erigi*, an *auferri* notaret. sed potius adscribamus librariis, qui in his verbis

 com-

magis ac dolo, quam principali auctoritate, subvertit. Nam primo, ut a se per speciem honoris dimitteret, collegam sibi adsumsit in quinto consulatu. quem longo intervallo absens ob id ipsum susceperat. Deinde spe adfinitatis ac tribuniciae potestatis deceptum, inopinantem criminatus est pudenda miserandaque oratione: quum inter alia P. C. precaretur, *mitterent alterum e consulibus, qui senem se, & solum in conspectum eorum cum aliquo militari praesidio perduceret.* Sic quoque diffidens, tumultumque metuens, Drusum nepotem, quem vinculis adhuc Romae continebat, solvi, si res posceret, ducemque constitui praeceperat. Aptatis etiam navibus ad quascumque legiones meditabatur fugam, speculabundus ex altissima rupe idem-

commutandis saepe lapsi sunt. ita apud Melam libro I. cap. 8. pro, *quos pro suis colant, formae similitudine agnoscunt*, recte Ciacconius reposuit *tollant*. Vossius vero quum prius *tollant* probasset, deinde *colant* tuetur. in loco Curtii IX. I. 25. quem Ciacconius adducit, Vossianus etiam codex pro *tollunt*, habet *colunt*. apud Plin. I. Ep. X. *illi te expoliendum limandumque permittas*, ubi alii *excolendum*, sed Mediceus, *extollendum*, licet perperam. BURM.

Vix tandem] Terent. Andr. III. I. 12. *vix tandem sensi stolidus.* Val. Max. I. VI. Ex. I. *montem Atho vix tandem transgressus.* & ita passim alii. BURM.

Pudenda miserandaque oratione:] Epistolam principalem ad senatum, vocant *orationem* saepe historici. Juvenalis de hac oratione X. Sat. 71.

> —— *verbosa & grandis epistola venit*
> *A Capreis.*

Sic & Dio: ἐν τούτῳ ἡ ἐπιστολὴ ἀνεγνώσθη· ἦν δὲ μακρά. CASAUB.

Qui senem se & solum] Codex Salmas. *qui se senem & solum.* & paulo post legit Salmasius: *& ducem constitui. que* in ejus libro desideratur. GRAEV. *Se senem* etiam Exc. Cujac.

Militari praesidio] E duobus codd. abest dictio *militari*. TORR. *Militari* deest Periz. Harl. Hulf. Edd. Rom. Venet. pr.

Tumultumque] *Tumultuque* Hulf.

Vinculis] Cl. Graevius & Heinsius malebant *in vinculis*. sed ut *continere domo, septis, claustris, castris* ut supr. XXXVII. *continere manus poculis* Galb. VI. &c. obvium est, cur non liceat & *vinclis continere* dicere, non video. *retinere vinclis*, licet translate, dixit Ovid. Remed. 213. BURM.

Speculabundus] Lib. MSS. quatuor ante id verbum interpungunt, deinde sic legunt: *speculabundus ex altissima rupe identidem signa, quae, ne nuncii morarentur, tolli procul, ut quidque factum foret, mandaverat.* Quam lectionem si amplectimur, *speculabundus signa*, pro ad signa, dixerit Sueton. Id si cui duriusculum videbitur, veteri lectione retenta, pro *signaque* legat, *signa namque*, ut apertior sit sententia, difficilis alioqui, & impedita. TORR. Emendavimus ex MSS. hunc locum: vulgo enim mendosissime distinguunt post *identidem*, ac scribunt *signaque*. Est vero ἀρχαϊσμός, *speculabundus signa* pro speculans. Sisenna in quarto Historiarum: *Populabundus agros ad oppidum pervenit.* vide A. Gellium. CASAUB. *Identidem signa, quae*, sic & nostri tres, non ut recentius cusi, *signaque:* nam & antiquitus cusi distinxerant, *signa, quae.* GRUTER. *Signa, quae* omnes nostri scripti, & olim editi praeter Basil. Gryph. & recentiores. *signa, quae nuntii* &c. Steph. deinde *ut quidquid foret factum* Basil. *quidquid factum foret* Copes. Roman. *ut quidquid factum foret sentiret, mandaverat* Periz. *ut quidquid factum praesentiret, mandaverat* Ed. Venet. pr. *ut quidquid foret sentiret* Harlem. Venet. sec. & tert. *ut quidque factum praesentiret.* Lugd. Junt. Ald. Bonon. *ut quidque factum foret* Exc. Cujac. Ex qua diversitate lectionum non displiceret, primo cum multis distinguere post *identidem*, & deinde legere: *speculabundus ex altissima rupe identidem: signaque, ne nuntii morarentur, tolli procul, ut quidque factum praesentiret, mandaverat. Praesentire*, est antea intelligere, ut Justinus, Terentius & alii passim. & noster Aug. XCVI. *eventus ante praesensit. quidque* ut in Calig. XVI. *ut facta quaeque posteris tradantur. quisque* pro *quisquis*, aut *quicumque* obvium: neque hoc posterioris aevi solum scriptoribus, ut volunt Critici; sed antiquissimis usitatum docuerunt Gronov. ad Liv. I. 24. III. 18. & alii a Cl. Dra-

identidem signa, quae, ne nuncii morarentur, tolli procul, ut quidque foret factum, mandaverat. Verum & oppressa conjuratione Sejani, nihil securior aut constantior, per novem proximos menses non egressus est villa, quae vocatur Jovis. Urebant insuper anxiam mentem varia undique convicia, nullo non damnatorum **66** omne probri genus coram, vel per libellos in orchestra positos, ingerente. Quibus quidem diversissime adficiebatur: modo, ut prae pudore ignota & celata cuncta cuperet: nonnumquam eadem contemneret, & proferret ultro atque vulgaret. Quin & Artabani Parthorum regis laceratus est literis, parricidia, & caedes, & ignaviam, & luxuriam objicientis, monentisque ut voluntaria morte, maximo justissimo.

Drakenb. laudati. *signa* vero haec recte Casaubonus ignes fuisse censet. vide quae diximus ad Valer. Flac. IV. 755. *speculabundus* Erasmus exponit, subinde speculans, & in Casauboni lectjone, *speculabundus signa*, posset defendi loco Livii III. 47. *haec concionabundus*, ubi vide Cl. Drakenb. BURM.

Signa, quae, ne nuntii morarentur, tolli procul, ut quidque foret factum, mandaverat.] Signa sunt faces accensae, quibus usi veteres in signo dando, mirabili plane industria: nam prorsus, prout quidque factum erat, aut novi acciderat, ita ignibus sublatis significabant, quasi litteris scriptis. Totum hoc artificium aperuit cum cura nobis Polybius; sed illa summi scriptoris disputatio hodie affecta est, ut paucissimi rem inde possint discere. nos omnia (φθόνῳ δ᾽ ἀπέστω καὶ Νέμεσις) purgavimus, & copiose pridem exposuimus, remque fecimus planissimam, ut amici multi norunt, tu in his, magne Themidis & Musarum sacerdos, Philippe Canai, qui mihi saepe edendi ejus prudentissimi scriptoris auctor & suasor exstitisti. Animus non deest, voluntas etiam superest: otium καὶ τὸ ἀμέριμνον hactenus semper defuerunt, quod nostra scripta produnt nimis. CASAUB.

Villa quae vocatur Jovis] Memmianus *Ionis*. sed quum Tiberius eam insulam XII. villarum nominibus insederit, ut loquitur Tacitus IV. Ann. 67. non displicet conjectura existimantium, iis villis nomina fuisse XII. deorum. CASAUB. *Ionis* etiam Copes. & Exc. Cujac. unde Heinsius faciebat *Iunonis*.

Omne] deest Harl. Edd. Venet. tribus *probris* Mein.

Per libellos in orchestra positos,] Unde senatus scilicet ludos spectabat. Sed quare non plebem quoque adversus tyrannum concitabant? Idem (credo) sub Tiberio evenit, quod sub Domitiano & aliis tyrannis, ut si in optimates potissimum saeviant, id impune ferant. Vide Domit. cap. ult. Poterant & in orchestra poni hi libelli, ut magis essent conspicui. Lector cogitet. Mihi quidem non liquet. TORR. *Vel libellos* omissa praepositione, quam nec habent Exc. Cujac. sed vellem, eruditi exposuissent modum, quo damnati in orchestra potuerint libellos proponere, qui e carcere ad supplicii locum trahebantur. credo in voce *Orchestra* esse vitium, vel alios nomine damnatorum hos libellos proposuisse. sed ratio medicinae aut explicandi hujus loci me fugit. BURM.

Cuperet] *Caperet* Copes. & Huls.

Proferret ultro atque vulgaret] Non praetermitiit Dio LVII. Ζητῶν καὶ ἐρευνῶν ἀκριβῶς ὅσα ἠπάζοντο φλαύρως περὶ αὐτοῦ εἰρηκέναι. αὐτὸς ἑαυτὸν πάντα τὰ ἐξ ἀνθρώπων κακὰ ἔλεγε, καὶ γὰρ εἰ ἀπόῤῥητόν τις καὶ αὐτοὺς ἵνα διελέχθη τι καὶ τοῦτο ἐδημοσίευεν, ὥστε καὶ ἐς τὰ κοινὰ ὑπομνήματα ἐνεγράφετο. id est, *Inquirens diligenter singula quae de se in malam partem locutus esse aliquis diceretur, omnia maledicta ipse sibi ingerebat, quae cuiquam mortalium possunt competere: nam si vel in occulto quis cum quoquam de eo esset locutus, id quoque publicabat, adeo ut etiam in acta publica referretur.* CASAUB.

Contemneret] *Contineret* Periz. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venetae tres, Lugd. Junt. Ald. *concineret* Argent.

Artabani] De hoc nonnulla Tacit. lib. II. sed plura Joseph. Antiq. lib. XVIII. Aliquid inf. Calig. cap. XIV. TORR.

Monentisque ut voluntaria morte, &c.] Eadem mens illorum fuit, qui cum in Neronem conjurassent, capti non solum crimen ultro fatebantur, sed etiam imputabant: *tanquam aliter illi non possent nisi morte succurrere, dedecorato flagitiis omnibus*, ut scribit noster lib. VI.

67 simoque civium odio quamprimum satisfaceret. Postremo semetipse pertaesus, talis epistolae principio, tantum non summam malorum suorum professus est. *Quid scribam, vobis, Patres Conscripti, aut quomodo scribam, aut quid omnino non scribam, hoc tempore? Dii me, Deaeque pejus perdant, quam quotidie perire sentio, si scio.* Existimant quidam, praescisse haec eum peritia futurorum: ac multo ante, quanta se quandoque acerbitas & infamia maneret, prospexisse. Ideoque ut imperium inierit, & PATRIS PATRIAE adpellationem, & ne in acta sua juraretur, obstinatissime

cap. 36. In eam sententiam legitur in epistolis Phalaridis: Σώματος ἀῤῥωστίαν θεραπεύει τέχνη, ψυχῆς δὲ νόσον ἰατρὸς ἐστὶ θάνατος. *Corporis infirmitatem curat ars: animi morbo medicinam facit medicus unus mors.* Nec dissimilis sententia apud Tacit. VI. Annal. 49. *Iisdem diebus, Sext. Papinius consulari familia, repentinum & informem exitum delegit, jacto in praeceps corpore. Causa ad matrem referebatur, quae pridem repudiata, assentationibus atque luxu perpulisset juvenem ad ea, quorum effugium non nisi morte inveniret.* CASAUB.

67. *Principio*] *Principia* Periz. forte *tali epistolae principio.* dein *professus* omisso *est.* Copes.

Quid scribam vobis, Patres conscripti] Adi Tacitum Annal. VI. 6. ubi idem initium epistolae Tiberii, *vere*, ut ille ait, *insigne* habetur; & quidem paullo aliter scriptum. CASAUB. *Quid scribam vobis, aut quid omnino non scribam.* omissis mediis Cod. Hulf.

Dii me deaeque poenis perdant, quem quotidie] Sensus videtur, *Dii me deaeque perdant, si scio, quod me quotidie perire sentio.* Magna ignorantia, qui sentit se perire, & tamen nescit, & imprecatur male sibi, si sciat, quod tamen in se sentit. Miserior Terentiano Phaedria, qui scientem se ac prudentem perire conquerebatur. Nimis obscurus, immo nimis argutulus Tiberius. Quidem τὸ *si scio* referunt ad tres primas periodos; non inepte, meo judicio, Codex vetustus longe aliam habet lectionem: *Dii me, deaeque pejus perdant, quam quotidie perire sentio, scio.* Quae lectio summe placeret, si modo conjunctio *si* non omissa esset, ut hoc sensu legeretur, me Dii Deaeque, si scio, quid scribam, pejus perdant, quam utique me perire sentio. Senex erat cuculus, & se perire quotidie sentiebat: sed imprecabatur sibi majorem perditionem, siquidem sciret, quid scribere deberet. GLAREAN. *Poenis perdant quem quotidie*, sic edit. Gallica, & libri MSS. Turneb. quoque Adversar. XIV. cap. XVII. Germanica vero, & MSS. duo, *Dii me, Deaeque pejus perdant, quam quotidie perire sentio.* quae sane lectio apertior videtur, ac melior. TORR. Videtur ex Tacito VI. Ann. 6. scribendum. *Dii me Deaeque pejus perdant, quam quotidie.* URSIN. *Pejus* etiam Pall. omnes, non *poenis*, quod alii laudant, sed minus recte, meo quidem judicio. GRUT. *Poenis* Edd. Roman. Bonon. Lugd. Junt. Ald. Basil. Gryph. Plaut. *quem quotidie* Periz. Edd. Rom. Venet. tres, Bonon. Lugd. Junt. Basil. Ald. Gryph. Plant. deinde *sentio, scio*, omisso *si*, Memm. Periz. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venetae tres, Lugd. *sentio. Scio.* Basil.

Praescisse haec eum peritia futurorum] Fuit enim, ut Josephus quoque notat, mire deditus curiosis artibus, & sciendi futura avidissimus. Juvenalis X. Sat. 92.

—— tutor haberi
Principis angusta Caprearum in rupe sedentis
Cum grege Chaldaeo.

Vide cap. LXIX. Dio: Ὁ Τιβέριος ἐμπειρότατος τῆς διὰ τῶν ἄστρων μαντικῆς ἦν. CASAUB. *Hoc* Harlem. Venet. tres, quae &, *cum peritia.*

Ac multo] *Ac* deest Memm. & Harlem.

Ut imperium iniret] Duo codd. *inierit.* placet, mallem tamen *inierat*, ut clara sit sententia, non ob haec quae dicit Suetou. eum imperii susceptionem distulisse, sed inito jam imperio, quo semper adspiraverat, appellationem Patris Patriae, & ut in acta sua juraretur, obstinatissime recusasse. Quam hujus loci sententiam genuinam esse monstrat, quod mox sequitur, *de utraque re.* Adde, si lubet, Dionem lib. LVII. Qui & illa addit, initio ne Imperatoris quidem praenomen eum tulisse, ut nec cognomen Augusti, neque ut per fortunam ejus juraretur; aut, si fieret, perjurii poena sequeretur. TORR. V. C. ut *imperium inierit*, non *iniret.* URSIN. *Iniret* Periz. Harlem. Edd. Rom. Venetae tres, Basil. Lugd. Junt. Ald. Gryph. Plant. & aliae. *inierit* Lipsius praeferebat.

Quod

ſime recuſaſſe: ne mox majore dedecore impar tantis honoribus inveniretur. Quod ſane & ex oratione ejus, quam de utraque re habuit, colligi poteſt: vel quum ait, *Similem ſe ſemper ſui futurum: nec umquam mutaturum mores ſuos, quamdiu mentis ſanae fuiſſet: ſed exempli cauſſa cavendum, ne ſe ſenatus in acta cujuſquam obligaret, qui aliquo caſu mutari poſſet.* Et rurſus: *Si quando autem*, inquit, *de moribus meis, devotoque vobis animo dubitaveritis, (quod prius quam eveniat, opto, ut me ſupremus dies huic mutatae veſtrae de me opinioni eripiat,) nihil honoris adjiciet mihi PATRIS adpellatio: vobis autem exprobrabit, aut temeritatem delati mihi ejus cognominis, aut inconſtantiam contrarii de me judicii.* Corpore fuit amplo atque robuſto: ſtatura,68 quae

Quod ſane ex oratione ejus colligi poteſt] Exſtat apud Tacitum Annal. IV. 38. civilis admodum Tiberii oratio, cujus poſtrema fere verba ſunt: *Deos deaſque precor, ut mihi ad finem uſque vitae quietam & intelligentem humani divinique juris mentem duint.* CASAUB.

Similem ſe ſemper ſui] Liber opt. *ſe ſui ſemper*, & mox *ſanae mentis eſſet*, pro *ſanae mentis fuiſſet*, multo ſane venuſtius. TORR. *Sanae fuiſſet* quoque Pall. noſtri. alii enim editi *eſſet*. maluiſſem & hanc, & illam dictionem abeſſe. GRUT. *Sanae mentis* Exc. Cujac.

Exempli cauſa cavendum] Codex Salmaſ. & R. Stephani editio: *Cavendum eſſe*. Et ita Exc. Cujac.

Qui aliquo] *Quia* Memm. Harlem. Periz. Edd. Rom. Venetae tres.

Si quando autem, inquit] Nemo non facile animadverterit, illud *inquit* ab infelici aliquo correctore adjectum eſſe. TORR.

Devotoque] *De devoto vobis* Exc. Cujac.

Quod priuſquam eveniat, opto, ut me ſupremus dies huic mutatae veſtrae de me opinioni eripiat] Simile ejuſdem votum apud Dionem: *Optabat*, inquit, τοσοῦτον καὶ ζῆσαι καὶ ἄρξαι χρόνον, ὅσον ἂν τῷ δημοσίῳ συμφέρῃ. CASAUB.

Adjiciet Patris appellatio:] Liber unus *adjecerit*, & mox *exprobarit* pro *exprobabit*. Pro *patris* etiam *patriae* in altero cod. reperi. Ut fortaſſis *patris patriae* legendum ſit, atque ita arbitror. TORR. *Adjecerit* Edd. Rom. *Patria* Memm. Copeſ. & Hulſ. Salmaſius conjiciebat *patris patriae*.

68. *Statura quae juſtam excederet.*] Tacitus IV. An. 57. *Erant qui crederent in ſenectute quoque corporis habitum pudori fuiſſe, quippe illi praegracilis & incurva proceritas.* Quid eſt autem ſtatura juſta? Auctores ſunt Varro, A. Gellius, & Solinus, ſummum modum adoleſcendi humani corporis eſſe *ſeptem pedes*. Ex quo intelligimus, juſtam ſtaturam longe intra ſeptem pedes fuiſſe. id confirmat mos vetus in tironum dilectu ſervatus, quorum proceritatem fuiſſe ſemper exactam, ita ut *ſenos*, vel certe *quinos pedes*, & *denas uncias* habere probarentur, Vegetius, ſcriptum reliquit lib. I. cap. V. Nec multo aliter Impp. Valentinianus & Valens, qui in titulo Cod. Theodoſ. de Tironib. dilectum haberi jubent, *in quinque pedibus* & *ſeptem unciis uſualibus*. Juſta igitur ſtatura aeſtimatione Romana ſenum pedum circiter fuit: quem modum ſervatum in Nerone cap. XIX. ſcribit Suetonius in conſcribenda *ex Italicis ſenum pedum tironibus nova legione, quam Magni Alexandri phalangem appellabat.* Unde dubium non eſt, pleroſque Italicos ea ſtatura non fuiſſe: qui autem excederent, erant proceritate notabiles. quare etiam qui ſeptimum pedem implebant, gigantum loco habebantur. Sidonius Apollinaris lib. VIII. Epiſt. 9.

> *Hic Burgundio ſeptipes, frequenter*
> *Flexo poplite ſupplicat quietem.*

Idem in carmine ad Catulinum XIII. 19.

> *Spernit ſemipedem ſtylum Thalia,*
> *Ex quo ſeptipedes videt patronos.*

Ibidem mox *gigantes* vocat:

> *Tot tantique ferunt ſimul gigantes,*
> *Quot vix Alcinoi culina ferret.*

Quibus in locis videtur Sidonius de pede Romano ſenſiſſe: nam aliarum gentium pes brevior. Quare etiam novem pedes altos in hiſtoria Graeca reperimus: cujuſmodi fuit Proaereſius ille ſophiſta inſignis, de quo in vita ſcribit Eunapius, tantae illum proceritatis fuiſſe, quantum vix animo concipere aliquis valeat, nedum facile credere. tum addit: Ἀνετ-κῖναι γὰρ εἰς ἔνατον πόδα κατεφαίνετο· ὥστε κολοσσὸς ἰδέ-

quae justam excederet. Latus ab humeris & pectore: ceteris quoque membris usque ad imos pedes aequalis & congruens. sinistra manu agiliore ac validiore. articulis ita firmis, ut recens & integrum malum digito terebraret: caput pueri, vel etiam adolescentis, talitro vulneraret. Colore erat candido, capillo pone occipitium submissiore, ut cervicem etiam obtegeret, quod gentile in illo videbatur. Facie honesta; in qua tamen crebri, & subiti tumores, cum praegrandibus oculis: &

[Greek, partly illegible] τὺς μεγίστυς ἰσχύμ[illegible] καθ' ἑαυτὸν [illegible]. *Ad unum enim pedem assurgere eum apparebat; adeo ut colossus quidam esse videretur, cum ejusdem aetatis hominibus, qui procerissimae staturae erant, collatus.* Sic corrigendus est hic Eunapii locus, in vulgatis libris foeda menda corruptus, quae virum doctissimum ejus interpretem, in errorem induxit. Sed & decem pedum homines in historia Graeca memorat, ut Nicetas Andronicum Comnenum: sed mensurae diversae. Apud Capitolinum Maxim. Jun. cap. II. legimus, fuisse Maximinum pedum octo & prope semis. quod si accipiamus de mensura veteri Romana, valde insigni proceritate fuerit. Porro hunc locum Suetonii imitans Eginhardus de Carolo Magno ita scribit: *Corpore fuit amplo atque robusto, statura eminenti, quae tamen justam non excederet: nam septem suorum pedum proceritatem ejus constat habuisse figuram.* CAS.

Ceteris quoque] *Ceterisque* Periz. Harll. Edd. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Steph.

Usque ad] *Ad* deest Periz. Harle. Lugd. Junt.

Et integrum] *Et* deest Edd. Venet. sec. & tert. Lugd. Junt. Ald. Arg. *recens* capio, recenter ab arbore decerptum. tunc enim durum, nec facile terebratu. & ita passim *recentes herbae*, *flores* &c. vid. Heins. ad Ovid. V. Fast. 123. BURM.

Talitro] *Talicio* Harl. *Talirio* Periz. cum Glossa, id est, *ictu digitorum*. vid. Titium ad Nemes. Ecl. III. 34. Mart. Capell. lib. I. p. 21. *iisdemque, quibus fuerat eblandita, ictibus crebris verticem, complicatisque in condylos digitis vulnerabat adulescentis* Memm. BURM.

Capillo pone occipitium submissiore, ut cervicem etiam obtegeret,] Tacitus, *nudus capillo vertex.* Talis fere fuit, quae vocatur Graecis *Hectorea coma.* Lycophron vs. 1132.

. . . νυμφίυς ἀρνύμενοι

Τὺς Ἑκτορείοις ἠγλαϊσμένυς κόμαις.

Scholia: Ἑκτόρειος κόμη, ἡ τὰ ἔμπροσθεν κεκαρμένα ἔχυσα, τὰ δ' ὄπισθεν κατακεχυμένα. CASAUB. *Subtegeret* Copes.

Quod gentile in illo videbatur.] Capitis capillos alii calamistro intorquebant, alii in gradus quosdam formabant, quidam in [Greek] distinguebant, nonnulli pone cervicem submittebant: quod videtur indicare Suetonius his verbis, fuisse factum a plerisque ex gente Claudia. Lib. VI. cap. LI. de Nerone: *Circa cultum habitumque adeo pudendus, ut comam semper in gradus formatam, peregrinatione Achaica etiam pone verticem submiserit.* Ovidius lib. III. Mataeotechniae III. 141.

Alterius crines humero jactentur utroque:
Talis es assumpta, Phoebe canore, lyra.

Martialis IV. 41.

— *mollesque flagellent,*
Colla comae: tortas non amo, Flacce, comas.

CASAUB. Non loquitur hic auctor de cultu corporis, sed corpore ipso. Itaque nulla ratione isthaec accipi possunt, tamquam velit Suetonius hoc commune fuisse Tiberio cum plerisque e gente sua, uti capillum pone cervicem submitteret: quis enim hoc umquam alibi scripsit? Vult potius auctor cervicem ejus obsitam pilis. quod si quaeratur, quis nam hoc umquam scripserit, laudabo Senecam; is enim tale quid etiam Caligulae tribuit cap. 18. Libelli, in Sapientem non cadere injuriam. inquit quippe, *Adjice obsessam setis cervicem, & exilitatem crurum.* GRUT. *Gentilem illo* Exc. Cujac.

Facie honesta, in qua tamen crebri & subtiles tumores,] Tacitus IV. Ann. 59. *Ulcerosa facies, ac plerumque medicaminibus interstincta.* *Subtiles tumores* interpretor, ut apud Poëtam, *ardentes papulas*: putoque intelligi eminentias non exulceratas. nam viri docti conjectura emendantis *substilles tumores* acutior, nisi fallor, quam verior. At in MSS. Viteib. Memmii, Lisl. *subiti* scriptum offendimus, non *subtiles*: neque aliter olim editum a Robert. Stephano. fortasse non male: ut intelligamus illas papulas, sive illae [Greek] fuerunt, sive ἰονθοι, non semper faciem ejus deturpasse, sed per intervalla intumuisse aut detumuisse. Hanc porro de-

& qui, quod mirum esset, noctu etiam & in tenebris viderent, sed ad breve, &

deformitatem cutis, non in facie tantum Tiberii collocat Julianus, sed toti corpori attribuit: ejusque caussam immodicum Veneris usum assignat. Sic autem ille: Ἐπισφαλὴς ὢν ἐν τῇ πρὸς τὸν κυβερνήτην, ὑψηλοτέρα στεῖλαι ... τοῦ σώματος μυρίας, κατατομάς τινας, καὶ ξύσματα, καὶ πληγὰς χαλεπωτάτας, ἃ μώλωπας ὑπὸ τῆς ἀσελγείας τῆς ὠμότητος, ψωραί τινες, καὶ λειχῆνες, οἷον ἐγκεκαυμένας. CASAUB.

Crebri & subtiles] *Subtiles* intelligo leves obscurosque & vix apparentes. Liber opt. tamen *& subiti* habet. Quarum ego lectionum utramvis, ad Suetonii certe mentem, facile praetulerim viri docti conjecturae, cui visum *substilles* emendare, & exponere. nam profecto si e facie Tiberio liquor saniesque quaedam crebro & minutatim stillabat, quid Suetonio mentis, honestam eam appellanti, qua nihil pote deformius? TORR. Praetuli illam lectionem (*subiti*) vulgatae, in qua *subtiles*, quod niteretur codicibus scriptis aliorum melioribus. etiam Pal. pr. & sec. quid sit *tumor subtilis*, nescio, neque adeo scire cupio. GRUT. *Subiti* Memm. Exc. Cujac. Edd. Ald. Steph. reliquae *subtiles*. *Substilles* est a Lipsio ad Tacit. IV. Ann. 57. forte *rubidi tumores*, ut ita *facies vinolentia rubida* Vitel. XVII. & quotidie videmus vinolentorum faciem tumoribus, instar Carbunculorum, rubentem. BURM.

Mirum esset] Offendor voce *esset*, mallemque abesse. GRUT. Ita Caesar LXVI. *nec mirum*. Ovid. XV. Met. 317. *Quodque magis mirum*, ubi etiam *est* alii intrudunt, quod aliis etiam locis Poeta addit, ut III. ex Pont. I. 31. & alibi. BURM.

In tenebris viderent] Plin. lib. XI. cap. XXXVII. *Tiberio, neque alii mortalium, fuisse naturam ferunt, ut expergefactus noctu paulisper haud alio modo quam luce clara contueretur omnia, paulatim tenebris se obducentibus.* Quod ergo *ad breve* dicit Sueton. id *paulisper* significat. Dion eum in tenebris plurimum, interdiu minimum vidisse scribit. TORR. Magis equidem Plinium lib. XI. cap. 37. miror, diserte negantem *ulli alii genitorum mortalium fuisse hanc naturam*. nam quorsum in scriptis veterum mentio fieret hujus oculorum vitii (Dio in Tiberio ἀμβλυωπίαν nominat, medicorum nonnulli νυκτάλωπίαν: cujus proprium esse scribunt ἡμέρας μὲν μὴ ὁρᾶν, νυκτὸς δὲ βλέπειν. verum νυκτάλωπίαν aliter alii interpretantur) si nullum unquam ejus exemplum fuisset visum? Quid? quod de integra gente idem scriptum legimus? Solinus cap. XX. *Albanorum glauca oculis, id est, picta inest pupilla: adeo ut nocte plus quam in die cernant.* Cujus tamen rei penes illum fides esto. CASAUB. Plinius lib. VII. 2. *In Albania gigni quosdam glauca oculorum acie, a pueritia statim canos, qui noctu plus quam interdiu cernant.* Ut feles, qui quod glauca oculorum acie sunt praediti, ideo plus nocte cernunt. tales & noctuini. Servius in III. Georg. 82. *Glauci sunt felineis oculis, id est, splendore perfusis.* Glossae: *Glaucis oculis, id est, cattineis.* SALMASIUS. Quem vid. Exerc. Plin. p. 181. & 778.

Viderent] *Videret* Petri. Edd. Venetae tres. Poëtis frequens esse scio, *oculos videre, os & linguam loqui, manus capere* &c., reliqua etiam membra id dici agere, quod eorum ministerio homo facit. sed in prosa frequentius dici novi, *oculis videre*, ut *bis oculis vidi*, & similia vulgaria. quare malim, *& quibus, q. m. e. n. e. e. in tenebris videret.* *qui* deest ante *quum* Cod. Hulss. qui & *patuisset* male habet. putem tamen *tò qui* locum sic habere posse, & legendum, *&, qui quum pr. a s. patuissent, deinde rursum hebescebant.* pro *deinde*, ut est in Memm. ex Exc. Cujac. vulgo *demum*, quod & Barthius ex Obsopoei membranis adfert, Adv. lib. XXIII. 22. BURM.

Sed ad breve,] Fuit & pater meus oculis coeruleis dilutioribus, quibus interdum noctu videbat, ut in crepusculo solemus; quod & mihi contigit, a pueritia ad vicesimum tertium annum. Nam post-a hoc in me, ut alia multa, mutavit aetas. JOS. SCALIGER. Verba haec superioribus addita, & fidei plurimum narrationi conciliant, & miraculo, quod tantopere Plinius praedicat, detrahunt non parum. Solet enim multis accidere, ut e somno evigilantibus lucis strictura quaedam oculis affulgeat. Galenus hoc de se & familiari quodam suo commemorat. Sic enim scribit libro VII. de Hippocratis & Platonis scitis: Καὶ οἶδά γέ τινα τῶν οὕτω παθόντων, διηγούμενον ἡμῖν, ὡς πρὶν παθεῖν ἀνοιχθέντων τῶν βλεφάρων ἑώρα φῶς πολὺ ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν. ὅπερ ἀμέλει, κἀμοὶ καὶ πολλοῖς ἄλλοις ὑπάρχει. Vides rem pro vulgari & quae plerisque

& quum primum a somno patuissent, deinde rursum hebescebant. Incedebat cervice rigida & obstipa: adducto fere vultu, plerumque tacitus: nullo aut rarissimo etiam cum proximis sermone, eoque tardissimo: nec sine molli quadam digitorum gesticulatione. Quae omnia ingrata, atque adrogantiae plena, & animadvertit Augustus in eo, & excusare tentavit saepe apud senatum ac populum, pre-

que accidat, haberi. quare etiam Alexander Aphrodiseus ejus rei, ceu translatitiae, caussam quaerit explicatque, Problematum lib. II. quaestione LIIX. Equidem vix putem reperiri aliquem posse, naturae praesertim calidioris atque igneae, cui non aliquando in adolescentia id evenerit. mihi certe & cum junior eram persaepe, & nunc quoque aliquando id ipsum solet accidere. neque multi dies erant cum haec scribebam, ex quo mihi annis quinquaginta majori, e profundo somno atque somnio evigilanti, lux clara lectum opplere visa; sic ut reducto conopeone explorarem, ecquid in cubiculo lumen aliquod esset accensum. Verum haec lux, vel potius resplendescentia, ut morulam aliquam fecerit, quod non ita frequenter accidit: diuturna tamen non fuit. Ut igitur diutius aliquis luce illa fruatur, & in tenebris videat, legat, taliaque praestet: id vero non jam translatitium, sed plane miraculosum est. Atque hujuscemodi oculos Tiberius dicitur habuisse. fortasse & Asclepiodorus philosophus, cui praeceptor Proclus. Hic enim in densis tenebris & adstantes dignoscebat, & litteras legebat, ut in Bibliotheca narrat Photius: sed non dicit Photius, evigilanti tantum hanc illi adfuisse facultatem. quare diversa res est. Simile quid patri suo Julio Caesari Scaligero, sibique ad annum duntaxat vicesimum tertium, solitum contingere scribit Josephus Scaliger. Idem etiam de se narrare mihi solitum memini doctissimum alium, maximaeque famae virum. CASAUB.

A somno] *E somno* Periz. Harl. Copes. Exc. Cujac. Edd. Venet. tres. Lugd. Junt. Ald. Steph. sed saepe in hac locutione praepositiones variant. Virg. IV. Aen. 572. *Corripit e somno corpus.* vid. ad Calig. VI. & XXXVIII. & Ovid. Epist. X. 9. BURM.

Incedebat cervice rigida & obstipa] Hic est, qui Graecis dicitur βυσαύχην: nam βύειν est stipare. Pollux: lib. II. n. 135. Βυσαύχην δὲ ὁ τοὺς ὤμους ἀνέλκων, τὸν δὲ αὐχένα συνέλκων, ὃν ἐπίβουλον Ἀρχιτέλης φυσιογνωμονεῖ. Bene convenit Tiberio. Persius de simili forma III. Sat. 80.

Obstipo capite & figentes lumine terram. Contrarii sunt his, qui rigida cervice, capite retrorsum adducto incedunt, quos Graeci ὀρθοτραχήλους nominant. Talis incessus arrogantium & vana gloria elatorum; quos ait summa elegantia Arrianus in Epicteto sic ambulare, quasi veru deglutissent. Τί, inquit, ἡμεῖς ἐσελίσομεν περιπατεῖν ἀφελῶς; ὀβελὸν ἵνα με καὶ οἱ ἀπαντῶντες θαυμάζωσιν. CASAUB. Vid. & Horat. II. Sat. II. 92. meliora de incessu docere Ciceron. I. de Off. 35. Broukhusius notaverat.

Adducto fere vultu,] Id est, contracto ad severitatem, ut *adducto lacerto*, *arcu*, *habena* apud Virgil. TORR. Σκυθρωπὸς ὡς πλῆθει, καὶ τὰ πολλὰ σιωπῶν. *Adducere vultum*, Latine scribentibus est, ad gravitatem componere: qui habitus accedit ad tristitiae speciem. at *obducere frontem* sive *vultum* de moesto dicitur aptius, quam de gravi. Juvenalis Sat. IX. pr.

Occurris fronte obducta, ceu Marsia victus. CASAUB. *Abducto* Venet. sec. & tert. Lugd. Junt. Ald. Arg. Paris. male. vid. Heins. ad Ovid. XXI. 165. si *obducto* haberent codices, posset defendi, ut *nubilus* & quasi nubibus obductus, vultus moestus dici solet, ut Casaubonus notat. Tacitus lib. I. 33. comparans Germanicum Tiberio, ait, *nam juveni civile ingenium, mira comitas, & diversa a Tiberii sermone, vultu, adrogantibus & obscuris.* ubi *obscuris* ad vultum, *adrogantibus* ad sermonem referri posset, vel potius duo illa epitheta & sermoni & vultui communia esse. *cultu* Exc. Cujac. hunc habitum corporis olim sectae cujusdam antistites in patria nostra, ut prima aetate reliquias quasdam ejus generis vidi, adfectabant. sed hodie, licet se idem in reliquis institutum sequi jactent, magis ad humaniorem, immo elegantissimum cultum se adcommodare, salva pietatis adfectatione, didicerunt. BURM.

Et excusare tentavit saepe apud senatum, ac populum] Tacitus primo Annali cap. 10. *Etenim Augustus, paucis ante annis cum Tiberio tribuniciam potestatem a patribus rursum postularet, quanquam honora oratione, quaedam de habitu*

professus, *Naturae vitia esse, non animi*. Valetudine prosperrima usus est, tempore quidem principatus paene toto prope illaesa: quamvis a trigesimo aetatis anno arbitratu eam suo rexerit, sine adjumento consiliove medicorum. Circa deos ac 69 religiones negligentior, quippe addictus mathematicae: plenusque persuasionis, cuncta fato agi. Tonitrua tamen praeter modum expavescebat, & turbatiore coelo numquam non coronam lauream capite gestavit, quod fulmine adflari negetur

bitu cultuque, & institutis ejus jecerat, quae velut excusando exprobraret. CASAUB.

Naturae vitia esse non animi] *Animi vitia* vocasse videtur Augustus, quae depravato judicio fiunt; *naturae* vero, quae inclinatione quadam, veluti innata consuetudine, coalescunt. Horat. lib. I. Sat. III. 34.

— *denique te ipsum*
Consule, si qua tibi vitiorum inseverit olim
Natura, aut etiam consuetudo mala. TORR.

Hoc vult ille apud Demosth. in orat. κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτ. qui similes in habitu & incessu suo arrogantiae notas excusans, Ego, ait, ὁ τῶν ἀτυχῶς πεφυκότων ἐμαυτὸν κρίνω. CASAUB.

Toto prope illaesa] *Prope* deest Copes. & sane praecedente *paene* supervacuum videtur. *prope insulam* Exc. Cujac.

Quamvis a trigesimo aetatis anno arbitratu eam suo rexerit, sine adjumento consiliove medicorum] Tacitus VI. Annal. 46. *Gravescente valetudine nihil e libidinibus omittebat, in patientia firmitudinem simulans: solitusque eludere medicorum artes, atque eos, qui post tricesimum aetatis annum, ad internoscenda corpori suo utilia vel noxia, alieni consilii indigerent*. Non fero virum doctum ad haec verba Taciti, Plutarchi locum in libro, qui inscribitur Ὑγιεινὰ παραγγέλματα emendantem: nam scripsisse Plutarchum eo loco ὑπὲρ ἑξήκοντα γεγονὼς ἔτη, probamus ipsius testimonio: qui in libello, An seni capessenda sit respublica, manifestissime vulgatam lectionem tuetur, sic scribens: οὐ γὰρ ὡς Τιβέριος ὁ Καῖσαρ ἔλεγε, τὸ τὴν χεῖρα τῷ ἰατρῷ προτείνειν ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονότας αἰσχρόν ἐστιν. ἀλλὰ μᾶλλον τὸ τὴν χεῖρα τῷ δήμῳ προτείνειν, ψῆφον αἰτοῦντας ἢ φωνὴν ἀρχαιρεσιάζουσαν. Nihil hic mutandum esse, argumentum ipsum disputationis declarat: de senibus enim sermo est. Quare ne altero quidem in loco quicquam vitii subesse possumus suspicari. CAS.

Contra praeceptiones sapientum Cicer. II. de off. 14. BROUKH.

A trigesimo] *A* deest Copes. Periz. Harlem. Edd. Roman. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Steph. *eam* quoque ignorat Harlem. *rexit* Exc. Cujac.

Sine adjumento consiliove medicorum,] Non tamen ut omnem penitus medicinam respueret. Nam Damocrates in descriptione antidotorum, de una illarum specie loquens, quam ἰσχαιμὸν appellat, quod vim sistendi sanguinis eximiam habebat; testatur, ea plurimum esse usum Tiberium, alia autem nulla. Sic ille: Ταύτῃ Τιβέριον τὸν Σεβαστὸν χρώμενον λέγουσιν, ἄλλῃ μὲ μηδεμιᾷ ποτέ. CASAUB. *Sine auxilio cons*. Periz. a. m. pr. *consilioque* Copes.

69. *Addictus mathematicae:*] Ut qui totus a Thrasyllo penderet. Idem tamen mathematicos abegit sup. cap. XXXVII. Vide Dionem. TORR.

Persuasionisque plenus,] Duo libri *plenusque persuasionis*. TORR. *Plenusque persuasionis* Codd. Copes. Harlem. Periz. Exc. Cujac. Edd. priscae praeter Basileenses & sequentes. *Persuasionem* vero Latine & eleganter dici, quam hodie Theologi *fidem* appellant, docuit jam Erasmus ad Lucae Euang. I. I. ubi πληροφορηθεὶς est *plenus persuasionis*. BURM.

Tonitrua tamen praeter modum expavescebat:] Pal. prim. *expavescebat extra modum*. supra quoque idem codex, & ceteri duo transpositis vocibus habent, *plenusque persuasionis*. GRUT. *Modum* deest Copes.

Coronam lauream] Vide Aug. cap. XC. TORR.

Capite gestavit,] *Cervice* Periz. Harlem. & Edd. veteres omnes, usque ad Casaubonum, qui tamen in notis nihil monuit. forte *capite* a glossatore profectum est, qui credebat capite Tiberium lauream gestare, ut Caesar, cui id inter honores concessum fuit: sed *cervice*, tanquam remedium contra fulmina videri potuit librario insolentius esse dictum, & contra communem morem *cervice* gerere lauream, ideoque *capite* repositum a sciolo quodam. *gestum* etiam Huls. *quod* omisso, *fulmine adflari negatur* Venet. Edd. sec. & tert. BURM.

70 tur id genus frondis. Artes liberales utriusque generis studiosissime coluit. In oratione Latina secutus est Corvinum Messallam: quem senem adolescens observaverat. Sed adfectatione & morositate nimia obscurabat stylum: ut aliquanto ex tempore, quam a cura praestantior haberetur. Composuit & carmen lyricum, cujus est titulus, *Conquestio de L. Caesaris morte*. Fecit & Graeca poëmata, imitatus Euphorionem, & Rhianum, & Parthenium: quibus poëtis admodum delectatus,

70. *Corvinum Messalam:*] Is ille M. Valerius M. F. M. N. Messalla Corvinus, quem passim auctores celebrant. De cujus eloquentia Quinctilian. lib. x. cap. 1. *At Messalla nitidus, & candidus, & quodammodo prae se ferens in dicendo nobilitatem suam.* Horat. de Arte vs. 369.

> —— *consultus juris, & actor*
> *Causarum mediocris, abest virtute diserti*
> *Messallae.*

Sup. Aug. cap. LVIII. Torr.

Haberetur] *Videretur* Cod. Periz. a manu pr. de his vero morosis egregie pronunciat Quinctil. x. de Inst. Orat. cap. 5. *saepe accidere, ut cicatrosa sint & exsanguia, & cura pejora.* & eo sensu capienda *cura* apud Ciceri. II. Philip. 45. quam vocem alii ejecerunt. vid. Muret. & alios. Plin. lib. 1. Ep. 1. *hortatus es, ut epistolas, si quas paullo majore cura scripsissem, colligerem.* ita Mediceus Codex, ubi hodie *paullo accuratius*, *vel curatius*, quod jure displicuit Cortio. Burm.

Conquestio de L. Caesaris morte.] Recte sic Pulmannus, Turnebi auctoritatem secutus. sic enim & nostri meliores codd. Dico *L. Caesaris*. Pro *conquestio* etiam *conquisitio* habent MSS. omnes. Sed *conquestionis* vocabulo Cicero usus est, & verisimile est, Tiberium in Augusti gratiam mortem filii ejus deplorasse. Quanquam si quis *Julii* malit, nolim contentiose agere. cur enim non Caji etiam mortem luxit, cum eodem tempore ambo exstincti sint? & quidem Cajus prior. Aug. cap. XLV. Torr. *Conquestio de Lucii Caesaris morte.* sic plane Pall. tres, nisi quod alio verborum positu, *conquestio de morte L. Caesaris.* inepte vulgati; *conquisitio de Julii Caesaris morte.* Grut. *Conquisitio* Periz. Harl. Exc. Cujac. omnes veteres fere Edd. praeter Basil. & recentiores. *Julii* etiam Periz. Edd. Rom. Bon. Basil. Gryph. Lugd. Junt. Ald. & aliae. sed *conquestio* recte defenditur a viris doctis. vid. & Cl. Graev. ad Cicer. pro Muraen. cap. III. sic ille ad Q. Frat. 1. Ep. 1. 7. *ubi nullum auxilium est, nulla conquestio.* vid. & III. ad Herenn. 13. Burm.

Euphorionem & Rhianum & Parthenium:] Bene & hoc Pulm. ex Turnebo, nam MSS. variant. Horum vero trium Athenaeus, Suidas, & Stobaeus meminerunt. Fuit & Arrianus poëta non incelebris, sed Rhiano favent exemplaria, ut ejus memoria apud Suetonium quoque conservetur. Torr. V. C. habet *Rhianum*. & ita scribendum est: nam ita Graeci scriptores eum nominant, cujus versus etiam Graecos quosdam proferunt, inscriptos Ῥιάνου constanter. Ursin. Suspicabar legendum *Euphronium*, quem scripsisse Priapeia auctor Strabo: sed vera est lectio vulgata. Sic apud Graecos Parthenius & Euphorion poëtae elegiaci junctim nominantur propter similitudinem poëseos. Lucianus de conscribenda historia: Καίτοι ποιητὴς ἂν ὁ φαῦλος τὸν Τάνταλον καὶ τὸν Ἰξίονα, καὶ Τιτυὸν καὶ τοὺς ἄλλους· εἰ δὲ Παρθένιος ἢ Εὐφορίων ἢ Καλλίμαχος ἔλεγε, πόσοις ἄν, οἴει, ἔπεσι τὸ ὕδωρ ἄχρι πρὸς τὸ χεῖλος τοῦ Ταντάλου ἤγαγεν; εἶτα πόσοις ἂν Ἰξίονα ἐκύλισεν; Ex his verbis & aliorum scriptorum cultorum testimoniis possumus conjectura assequi, qualia fuerint & horum poëtarum & Tiberii, qui eos imitatus est, poëmata. Euphorionis maxime poësin refertam veteribus fabulis fuisse, (quod placebat Tiberio) & Cicero innuit, qui poëtam obscurum nominat lib. II. de Divinatione 64. & fragmenta, quae hodie apud poëtarum interpretes exstant. Puto tamen eo potius nomine probatos esse hos poëtas Tiberio Principi libidinosissimo, quod amatoria tractaverant; quod hodieque testantur utcunque tituli poëmatum ab illis editorum, quae apud Suidam & alios leguntur. Sane Euphorionis poëmata vulgo Romae ita probata, ut passim a parum sobriis cantarentur. Quare Cicero III. Tusc. 19. *cantores Euphorionis* appellat homines, qui mollium id genus scriptorum lectione oblectantur. ubi post allatos versus e tragoediis

tus, ſcripta eorum & imagines, publicis bibliothecis inter veteres & praecipuos auctores, dedicavit: & ob hoc plerique eruditorum certatim ad eum multa de his ediderunt. Maxime tamen curavit notitiam hiſtoriae fabularis, uſque ad ineptias atque deriſum. Nam & grammaticos, quod genus hominum praecipue, ut diximus, adpetebat, ejuſmodi fere quaeſtionibus experiebatur: *Quae mater Hecubae? Quod Achilli nomen inter virgines fuiſſet? Quid Sirenes cantare ſint ſolitae?* Et quo primum die, poſt exceſſum Auguſti, curiam intravit: quaſi pietati ſimul ac religio-

diis Ennii lamentabiles, addit, *o poëtam egregium! quanquam ab his cantoribus Euphorionis contemnitur.* Exſtat hodieque Parthenii liber, quo mirabiles amantium caſus recenſet. miſſus eſt ad Cornelium, de quo Suetonius in vita Auguſti. CASAUB. *Et Arianum* Bonon. *Arianum* omiſſa copula Roman. & *Rianum* Venet. pr. reliquae & *Arrianum* uſque ad Torrentium. Vir illuſtris La Mothe Le Vayer in judicio de Arriano Hiſtorico, eum eſſe credit, qui a Suida Alexandriada ſcripſiſſe dicitur. ſed nec ille diu potuit ante Tiberium vixiſſe, quum & Bucolica Virgilii Graece verterit. quare *Rhianum* praefero. de quo vide Fabric. Biblioth. Graec. II. XI. 7. & III. XXVIII. pag. 724. BURM.

Publicis Bibliothecis] *Bibliothecis* deeſt Hulſſ.

Inter veteres & praecipuos auctores dedicavit:] Moris fuit magnorum virorum imagines per genera diſtinctas habere: ideo utuntur veteres particula *inter* in hac re. Vitruvius, *inter deorum ſedes dedicari:* Sidonius libro nono Epiſtol. 16.

Cum meis poni ſtatuam perennem
Nerva Trajanus titulis videret,
Inter auctores utrinſque fixam
Bibliothecae.

Scriptorum imagines ac ſtatuae ſeparatae erant ab aliorum ſimulacris, qui aliis artibus hoc praemium meruiſſent. Ipſi quoque ſcriptores diſtincti generatim fuerunt: quod eximie declarat locus Taciti de ſtatuis Germanici loquentis lib. ſecundo Annal. Parthenius, qui hic narratur inter veteres dedicatus, adeo tum vetus non fuit, ut Suidas, Tiberio imperante adhuc vixiſſe, tradat. CASAUB.

Scripta eorum & imagines,] Codex Salmaſ. *ſcripta omnium.* Et ita Copeſ. & Exc. Cujac.

Hiſtoriae fabularis,] Quae poëticis narrationibus referta eſſet, qualem ſcripſere Diodorus Siculus, Didymus Grammaticus, Heliodorus, Lucianus, & alii. TORR. Ita apud Senec. III. de Ira. 9. Lipſius legebat: *Lectio illum carminum obleniat, & Hiſtoria fabularis detineat.* ubi vulgo *fabulis.* BURM.

Genus hominum] *Genus humanum* Exc. Cujac.

Ejuſmodi fere quaeſtionibus] Quales & apud Juvenalem extrema Sat. VII. Pulcherrime etiam Seneca de Brevitate vitae ad Paullinum cap. XIII. & Quinctilian. lib. I. & Gellius lib. ultimo hanc litteratorum anxiam nimis & inutilem curam merito derident. Neque alienum ab hoc loco, quod de Tiberio operis ſui initio ad Titum narrat Plinius, Appionem Grammaticum cymbalum mundi ab eo vocatum fuiſſe. Vide locum. Appion certe ſub Tiberio, & Cajo Caeſare floruit. Senec. Epiſt. LXXXVIII. TORR. Vide Gell. lib. XIV. 6. nam in ultimo libro, quo nos remittit Torrentius, nihil reperio hujuſmodi, niſi in cap. 7. de numero liberorum Niobae. Achillis vero, quum inter puellas verſaretur, nomen fuiſſe *Cercyſeram*, narrat Ptolem. Hephaeſt. lib. I. Hyginus vero, fab. XCVI. *Pyrrham.* BURM.

Quod Sirenes] *Quot* Ed. Rom. ut de numero quaeſtio fuerit poſita. potuiſſent Grammatici reſpondere Tiberio ex Homer. Odyſ. M. 184. & quae inde Cicero habet lib. V. de Finib. cap. 18. BURM.

Et quo primum die,] Duo codd. *Ex quo primum die.* Mallem, *Quo primum die*, ſine &. TORR. *Ex quo* Ed. Rom.

Pietati ſimul ac religioni] *Religioni*, quod ſacrificaret: *pietati in parentem*, quod ſine tibicine id faceret. Atqui in funere etiam tibicines adhibebantur. Merito ergo id tanquam inane reprehenditur. Sanxerat autem Auguſtus, ut ſenatores ingreſſi Curiam, antequam conſiderent, ture ac mero ſupplicarent. de quo Aug. cap. XXXV. Neque ibi quidem ulla tibicinis mentio, ſed nulla apud veteres ſacra ſine tibicine peragebantur. Dion lib. LVI. non Tiberium tantum, ſed & Druſum ejus filium idem feciſſe ait. TORR.

gioni satisfacturus, Minois exemplo, ture quidem ac vino, verum sine tibicine, supplicavit: ut ille olim in morte filii. 71 Sermone Graeco, quamquam alias promtus & facilis, non tamen usquequaque usus est. Abstinuitque maxime in senatu: adeo quidem, ut *Monopolium* nominaturus, prius veniam postularit, quod sibi verbo peregrino utendum esset: atque etiam in quodam decreto patrum, quum ἔμβλημα reci-

Minois exemplo,] Scripti quidam *majorum exemplo*, inepte: nam ad antiquissimas fabulas de Minoe respicit, ut locum attendenti planum erit. Dio narrat lib. LVI. sed nulla mentione facta hujus imitationis. Eximie vero rem Plutarchi locus in Comment. salubrium praeceptor. Ὁ Μίνως, inquit, καὶ τὸν αὐλὸν ἀφῆλε τῆς θυσίας, καὶ στέφανον ὑπὸ λύπης. Est igitur Minois exemplo rem divinam facere, cum neque tibia adhibetur, neque corona capiti imponitur. CASAUB. *Minonis*. Memm. & Esc. Cujac. *Milonis* Copes. & Hulss. videndus & Apollodorus lib. III. Bibl. §. 7. qui dicit illum, dum in insula Paro Gratiis sacra faceret, audita nece filii, coronam abjecisse, & tibiam inhibuisse, nihilo minus sacrificium peregisse, unde in hunc diem ita sacrificandi morem Gratiis in Paro manere. Ex quibus Apollodori, & quem Casaubonus laudat, Plutarchi verbis, scrupulus injicitur de *thure & vino*, quorum neuter mentionem facit. Praeterea negat Plinus lib. XIII. 1. Heroicis temporibus turis usum fuisse in sacrificiis, quod confirmat Arnobius lib. VII. p. 232. *Neque temporibus, quemadmodum creditur & perhibetur, heroicis, quodnam esset tus, scitum est.* quae si vera sint, unde, quaeso, Auctor de tutela viarum cap. 1. probabit, Heroas solvisse vota apud Homer. III. Odyss. 4. ture, vino & caesis hostiis? sed literarum interiorum studiosus, nulli credens, nisi probationis momentis excussis, ostendet nullo negotio, incautum scriptorem non inspexisse ipsum Homerum, sed ab alio adductum protulisse. nam in Homeri versibus solius tauri mactati fit mentio, nec ex aliis etiam adducta loca huc facere patet legentibus: sed ita solet. Ut vero hic scrupulus eximatur, verba Suetonii ita capienda esse existimo, ut Minois exemplum tantum in tibicine locum habeat, non in ture & vino. Quum enim apud Romanos omnibus omnino sacris tibia adhiberetur, quae ludis, & funeribus cantabat, hanc Minois exemplo Tiberius nunc omisit, in ceteris obsecutus mori communi, *ture & mero supplicavit*, ut supr. Aug. XXXV. Ovidius vero vel immemor veteris instituti, vel sibi indulgens, ture & mero sacrificatum fuisse temporibus mythicis saepe ostendit, ut lib. IX. Met. 159. XIII. 636. II. Epist. 18. & alibi BURM.

71. *Alias promptus*] Libb. duo *alioqui promptus*, & mox *abstinuit*, pro *abstinuitque*, & *postularet* pro *postularit*. TORR. *Alioquin* Memm. Copes. Edd. Ald. & Steph. Juntae. & Arg.

Abstinuitque maxime in senatu] Nec minus apud populum. Suave est, quod super hoc Dio refert, Tiberium edicto quodam strenas prohibuisse, in quo usus erat voce non Latina (Graecam fuisse suspicamur nos) deinde noctu recordatum ejus dictionis, poenituisse, & ad omnes mox linguae Latinae peritos viros retulisse. CASAUB.

Monopolium] Atqui id vocabulum ante Tiberium civitate donatum videri potuit, quo (ni fallor) etiam Plautus usus est, post Tiberium sane ab omnibus receptum. Utitur eo Plin. lib. VIII. cap. XXXVII. Est & titulus lib. IV. Cod. Justiniani, inscriptus de Monopoliis. Actum autem de monopoliis in senatu, jam ante vidimus cap. XXX. TORR. Vid. Sutii Limam Ciceron. cap. II. BROUCKH.

Postularit,] *Postularet* Periz. Harlem. Edd. veteres, praeter Basil. & sequentes.

Cum ἔμβλημα] Scribo *emblema*, ut *monopolium*, Latinis litteris. Mira autem Tiberii superstitio, verbum evitantis, quo non Lucilius tantum, quem bilinguem vocat Horat. usus sit notissimis illis apud Cic. lib. III. de Orat. cap. 43. versibus:

> *Quam lepide lexeis compostae ut tesserulae omnes*
> *Arte pavimento atque emblemate vermiculato!*

Sed & Cic. ipse Verrina, quae de Signis inscribitur. *Emblemata* vero JCti nostri appellant, quae scyphis, speculis, aliisque rebus ornatus causa inseruntur. l. III. de Vino, tri-

recitaretur, commutandam censuerit vocem, & pro peregrina nostratem requirendam: aut si non reperiretur, vel pluribus, & per ambitum verborum rem enuntiandam. Militem quoque Graece testimonium interrogatum, nisi Latine respondere vetuit. Bis omnino toto secessus tempore, Romam redire conatus, semel 72 triremi usque ad proximos Naumachiae hortos subvectus est: disposita statione per ripas Tiberis, quae obviam prodeuntes submoveret. Iterum Appia usque ad septi-

tritico, & oleo leg. l. XIX. & XXXII. de Auro, arg. veste legata. TORR. Illud *emblema* mihi non satisfacit: nam in decreto Patrum non video, cur nominandum *emblema* fuerit. Placeret potius *problema*, ut dicunt exstare in MSS. libris, quo verbo utitur Cicero in epistola quadam ad Atticum, quum non haberet Latinum proprium. Atque hoc verbum non ita ἁπλῶς quaestionem significat, sed quaestionem demum ambiguam & conjectaneam, positamque in incerto, & adhuc quaerendam. URSIN. Aliud agebat vir doctissimus & Italiae suae ocellus, cum scriberet, hoc loco legendum esse ἀνάλημμα, non ἔμβλημα: nam ut taceam libb. veteres, ratio quae adducitur vana est. nempe videre se negat, cur in decreto patrum ἔμβλημα nominandum fuerit: id vero facile Tacitus doceat, qui de moderandis sumptibus conviviorum & supellectilis tractatum in senatu restatur, Annal. lib. III. cap. 52. Sed defendendae huic lectioni sufficit unus Dio, cujus haec sunt lib. LVII. Ἀπεῖπε δὲ, inquit, καὶ χρυσῷ σκεύει μηδένα, πλὴν πρὸς τὰ ἱερὰ νομίζειν· ἐπεί τε διηπορήθη τις, εἰ καὶ τὰ ἀργυρᾶ τὰ χρυσοῦν τι ἔμβλημα ἔχοντα ἀπηγορευμένα σφισὶν εἴη κεκτῆσθαι, βουληθεὶς δὲ περὶ τούτου τι δόγμα ποιήσασθαι, ἐκώλυσεν ἐς αὐτὸ τὸ ὄνομα τὸ τοῦ ἐμβλήματος, ὡς καὶ Ἑλληνικὸν, ἐμβληθῆναι, καίτοι μὴ ἔχων ὅπως ἐπιχωρίως αὐτὸ ὀνομάσῃ. *Vetuit aureo vase quenquam uti nisi ad res sacras uti: & cum dubitarent quidam, an etiam argentea, quae emblema aliquod aureum haberent, essent prohibita; cupiens de ea re edictum facere, vetuit in eo usurpari vocem emblema tanquam Graecam: licet dictionem nullam haberet Latinam, qua id significaret.* Haec Dio: sed cur ἔμβλημα, *inserta* non dicetur Latine? praesertim cum ea voce priores Tiberio usi sint. Lege magnum Scaligerum ad Manilium. CASAUB. Transponit codex Salmasianus haec verba: *Atque etiam cum in quodam decreto patrum ἔμβλημα recitaretur.* Mox idem Codex: *ut si non reperiretur.* vulgati *aut*. GRAEV. Omnes nostri servant vulgatum ordinem; ἔμβλημα Graecis literis in Codd. & editis antiquis, aut spatium vaccuum relinquitur, ut in Periz. & Ed. Venet. pr.

Censuerit] Mallem *censuit*, ut in trib. MSS. TORR. Ita editi olim. usque ad Basil. quae *censuerit*. in Ed. Rom. repetitur in fine periode, *enuntiandum censuit*.

Graece testimonium interrogatum] Quare Graece eum interrogari magis quam respondere passus est? Car. Langius, *Militem quoque Graecum*, legebat. id enim fortassis prioribus tantum litteris exaratum erat, unde aliquis *Graece* fecerit. Quae conjectura mihi non displicet. Et sane cum Graeci in ipsa Graecia apud Romanos Latine agere pro Imperii majestate juberentur, non mirum est si Romae id observari Tiberius voluit. Vide Val. Max. lib. II. cap. I. & Tryphonium JCtum l. XLIII. de Re judicata, ubi ait, decreta a praetoribus Latine interponi debere. Hinc interpretum usus in provinciis apud magistratus. TORR. Non militem, sed centurionem, ait Dio. Ἑκατοντάρχου, inquit, ἑλληνιστὶ ἐν τῷ συνεδρίῳ μαρτυρῆσαί τι ἐθελήσαντος, οὐκ ἠνέσχετο, καίπερ πολλὰς μὲν δίκας ἐν τῇ διαλέκτῳ ταύτῃ καὶ ἐκεῖ λεγομένας ἀκούων, πολλὰς δὲ καὶ αὐτὸς ἐπερωτῶν. CASAUB. Vid. egregie haec illustrantem Rittersh. Lect. Sacrar. lib. III. cap. I. & Waltheri Misc. I. 18. BURM.

72. *Bis omnino secessus tempore Romam redire conatus*] Atqui Dio triplicem ejus accessum ad urbem narrat sub finem lib. LVII. CASAUB.

Proximos Naumachiae hortos] Caesaris (ni fallor) hortos trans Tiberim intelligit, de quibus Caes. cap. LXXXIII. & Horat. lib. I. Sat. IX. TORR.

Iterum Appia] *Item Appia* Harlem. Periz. Edit. Venetae tres. & ita passim hae voces commutatae. vid. Caes. XXXVI. supr. cap. IV. & alibi. Ne quis vero male sedulus hic legat *Appia via*, & absorptam vocem ab ultimis literis *Appia* jactet, quia alibi noster *Appiam viam* dixerit. ita centies absolute Romanos loqui sciat.

 Ho-

ſeptimum lapidem, ſed proſpectis modo, nec aditis urbis moenibus rediit. Primo incertum qua de cauſſa, poſtea oſtento territus. Erat ei in oblectamentis ſerpens draco, quem ex conſuetudine manu ſua cibaturus, quum conſumtum a formicis inveniſſet, monitus eſt, ut vim multitudinis caveret. Rediens ergo propere Campa-

Horat. Epod. IV. 14. *Appiam mannis terit.* & I. Sat. V. 6. *minus eſt gravis Appia tardis.* Ovid. II. ex Pont. VII. 44.

Nec magis eſt curvis Appia trita rotis.

ſic *tectam*, pro *tectam viam* Martiali reſtituit Heinſ. ad Ovid. VI. Faſt. 192. ubi & videbis locum, ubi *Flaminia* occurrit, a Neapoli adductum. & ne Poëtis hoc ſolum uſurpatum quis credat, ecce Ciceronem, qui VIII. ad Att. Ep. ult. *ſi ille Appia veniret, ego Arpinum cogitabo.* IX. II. *qui ſe diceret eum in Appia, cognoſſe.* & XVI. 10. *ſtatueram enim recta Appia Romam.* X. ad Famil. 30. *In ipſa Aemilia diu pugnatum.* & ita ſaepe ille & alii. BURM.

Erat ei] *Et* deeſt Memm.

Serpens draco] *Serpentem* vocat, ad eorum differentiam, qui volatiles eſſe perhibentur. Talis autem fortaſſis Tiberii draco, quales hodie quoque mulierculae Romanae, aeſtivis maxime menſibus, in deliciis habent, ut olim Flaccilla apud Martialem VII. 71.

Si gelidum collo nectit Flaccilla draconem.

Verum hi ſine veneno ſunt. TORR. Etiam ſerpentes, inimicum illud humano generi animal, cicurantur, & vel per ſe, vel arte & induſtria hominis manſueſiunt. Hi ſunt quos Plutarchus in Alexandro appellat χειροήθεις ὄφεις. Auctor eſt Philoſtratus, Ajaci Locro fuiſſe draconem manſuetum, cubitorum quinque: quo ille utebatur convictore & comite inſtar canis. Sic ille: Εἶναι δὲ αὐτῷ καὶ χειροήθη δράκοντα, πεντάπηχυν τὸ μῆκος, ὃν ξυμπίνειν τε καὶ ξυνεῖναι τῷ Αἴαντι, καὶ ὁδοῦ ἡγεῖσθαι, καὶ ξυνομαρτεῖν, οἷον κύνα. Notum etiam, quod de parvis vel parvis ſerpentibus narrant Graeci, ut Ariſtophanis ſcholiaſtes Pluto, Suidas, & alii. Sed qui proprie dracones in genere ἑρπυστικῷ nominantur, ii fere veneno carent. Nicander de hac ſpecie:

—— ὁ μὲν οὖν αὔτως
Ἐγχείμψας ἤλγυνε, καὶ ἣν ἔκπαγλα χαλιφθῇ.

Lege Plinium libro XXIX. cap. IV. Hujus generis erant, quos nominabant dracones *Epidaurios*, & quos *Pellaeos*: de quibus illuſtris Luciani locus in Alexandro: Ἐνταῦθα ἰδόντες δράκοντας παμμεγέθεις ἡμέρους πάνυ καὶ τιθασούς, ὡς καὶ ὑπὸ γυναικῶν τρέφεσθαι, καὶ παιδίοις συγκαθεύδειν, καὶ πατουμένους ἀνέχεσθαι, καὶ θλιβομένους μὴ ἀγανακτεῖν, καὶ γάλα πίνειν ἀπὸ θηλῆς κατὰ ταυτὰ τοῖς βρέφεσιν, ὠνοῦνται τῶν ἑρπετῶν ἓν τὸ κάλλιστον, ὀλίγων ὀβολῶν. id eſt, *Cum in Macedonia vidiſſent dracones permagnos, manſuetos admodum & cicures, ut etiam a mulieribus alerentur, cum puerulis cubarent, calcati tolerarent, preſſi non irritarentur, lac etiam e mamma, infantium more, ſugerent, unum iſtorum ſerpentum, eumque pulcherrimum, paucis obolis ſibi comparant.* Illius generis dracones Romanis proceribus & nobilibus foeminis fuiſſe in deliciis, praeter hunc Tranquilli, teſtantur alii aliorum auctorum loci. Martialis lib. VII. enumerans beſtias voluptatis cauſſa haberi ſolitas:

Si gelidum collo nectit Gracilla draconem:
Luſciniae tumulum ſi Teleſina dedit.

Nec praetermittendus Senecae locus e libro II. de Ira cap. 31. cujus me aliquando admonuit J. Philippus Pareus adoleſcens eruditiſſimus. Sic ille: *Aſpice elephantorum jugo colla ſubmiſſa, taurorum pueris pariter ac foeminae perſultantibus tergum impune calcata, & repentes inter pocula ſinusque innoxio lapſu dracones.* CASAUB. De Draconibus iſtis non protrita diximus publice pro lectione Anno CIƆIƆXCV. quae tranſtulimus in ſuſpiciones noſtras. GRUT. Hunc fuiſſe Boam, de qua Plin. lib. VIII. 14. & quae lacte nutriri ſolet, credit Job. Ludolf. comm. ad Hiſtor. Aethiop. pag. 166. vide & an huc faciat hiſtoria illa de Dracone & puero apud Aelian. Var. Hiſt. XIII. cap. 46. BURM.

Prope Campaniam Aſturae] Duo libri *Rediens ergo propere Campaniam, Aſturae*, &c. Et ſane Aſtura, ſi Plinio credimus lib. III. cap. V. & VI. ultra oſtia Tiberina in Antiano eſt, ac proinde a Campania longius abeſt. Meminit ejus Sueton. Aug. cap. XCVII. TORR. V. C. habet *rediens ergo propere in Campaniam, Auſturae.* URSIN. *Propere Campaniam* omnes meliores libri. Viterbienſ. & vulgati *prope Camp.* Urſinus e ſuis *propere in Camp.* ſed *redire Campaniam*, ut Virg. I Aen. pr. *Italiam venit.* & ita loqui ſolitum B. Hieronymum

paniam, Asturae statim in languorem incidit. Quo paullum levatus, Circeios pertendit. Ac ne quam suspicionem infirmitatis daret, castrensibus ludis non interfuit solum, sed etiam missum in harenam aprum jaculis desuper petiit: statimque latere convulso, &, ut exaestuarat, adflatus aura, in graviorem recidit morbum. Sustentavit tamen aliquamdiu, quamvis Misenum usque devectus nihil ex ordine quotidiano praetermitteret, ne convivia quidem ac ceteras voluptates, partim intemperantia, partim dissimulatione. Nam Chariclem medicum, quod commeatu afuturus e convivio egrediens, manum sibi osculandi caussa adprehendisset, existimans tentatas ab eo venas, remanere ac recumbere hortatus est, coenamque protraxit. Nec abstinuit consuetudine, quin tunc quoque instans in medio tricli-

mum atque alios eximios scriptores, observat Jos. Scaliger ad Eusebium suum. CASAUB. *Propere* & Pal. sec. & tert. nam pr. *prope*. dictiuncula *statim* hactenus exulabat a libris editis: eam reduxi volentibus Palatinis tribus, utique cum heic alii tacerent. GRUTER. *Prope Campaniam Asturae in languorem*, omisso *statim*, Harlem. Periz. Edd. Venet. sec. tert. Basil. & reliquae praeter Steph. qui habet, *propere in Campaniam Asturae* &c. *propere Campaniam* Edd. Rom. Scriverii & recentiores, sed *statim* non habent: quae vocula & aliis locis ejecta, aliis intrusa fuit. Vid. Caes. IV. Vesp. XII. BURM.

Infirmitatis] *Infirmatis* Exc. Cujac.

Castrensibus ludis non interfuit solum] Libri quatuor *non tantum interfuit*. *Castrenses* vero *ludos* (ut puto) eos appellat, qui a militibus illic in statione manentibus castrensi more edebantur. TORR. *Non tantum interfuit* Periz. Copes. Exc. Cujac. Edd. Rom. Paris. Bonon. *non tantum interfuit solum* Lugd. *non interfuit, sed* Harlem. Ed. Venet. pr.

Petiit:] *Petit* Copes. Huls.

Latere] Deest Exc. Cujac. deinde *ut aestuarat* Harlem. Copes. Edd. Venetae tres. *ut exestuaret* Ed. Rom.

Sustentavit autem] *Sustentare* absolute dixit, non pro dare operam ut valeret, sed pro durare, ac sustinere, & dissimulando perpeti. TORR. Ita & *sufferre* Calig. L. *autem* Periz. Harlem. Edd. veteres, praeter Bonon. Steph. Scriverii & recentissimas, quae *tamen*.

Ex ordine quotidiano] Ordinem vocat vivendi consuetudinem. TORR. *Praemitteret* Exc. Cujac.

Ac ceteras] *Aut ceteras* Memm. Copes.

72. *Nam Charidem*] Tu *Chariclem* emendato; de quo sic Tacitus: Erat medicus arte insignis, nomine Charicles, magis ad consilium, quam ad usum medicinae, quam princeps. omnino negligeret: familiaris is veluti negotium suum curaturus, dum commeatum petit, venas pertentat, nec fefellit Tiberium, qui offensus, ac eo magis iram dissimulans, instaurari epulas jubet, easque protraxit, quasi honori proficiscentis amici id daret. EGNAT. Vide Tacit. Extremo libro VI. TORR. *Charidem* Memm. Periz. Ed. Rom. *Clariclem* Copes. *Caridem* Harlem. Edd. Venetae, Bonon. Lugd. Arg. Junt. Paris. sed *Charicles* Graecis notum & usitatum nomen est. hoc nomine Atheniensem Ducem fil. Apollodori memorat Thucyd. lib. VII. 20. fuit & ex triginta Tyrannis unus Charicles, teste Xenoph. II. Hell. p. 465. & Harpocr. in Χαρικλῆς: alium Menandri filium habet Arrian. IV. 13. denique hic ita vocatur a Tacito. BURM.

Quod commeatu] Sic supr. cap. XII. TORR. *Qui* corrigebat Lipsius & manus docta in marg. Plantin. Ed. ita & loquitur Paullus l. XXXVIII. §. 9. ff. ex quibus caus. major. *miles, qui commeatu abest*. ubi alii male intrudunt praepositionem, *cum commeatu*. BURM.

Tentatas ab eo venas sibi,] *Sibi* abest Memm. Harlem. Periz. Edd. Rom. Venet. Basil. & omnibus fere priscis. & sane praecessit *manum sibi*. & Graevius ejiciendum credebat.

Instans in medio triclinio,] Sic sup. cap. XXXV. *incoenante eo in praetorio*. Frustra est ergo, quod in Beroaldo & priscis editionibus legas, *ut stans*. Nec conjecturam suam mihi probat vir doctus, qui occasione ejus scripturae locum hunc omnem sic refingit, *aut stans in med. tricl. aut stans in litor.* seu brevius, *aut stans in med. tricl. aut e litore*. nam cui rei stans in littore singulos valere dicentes appellet? aut quo pacto e triclinio subito in littus senex, & affectus extrahitur? Deinde non

73 clinio, adstante lictore, singulos valere dicentes adpellaret. Interim quum in actis senatus legisset, *dimissos ac ne auditos quidem quosdam reos*, de quibus strictim, & nihil aliud quam nominatos ab indice scripserat: pro contemto se habitum fremens, repetere Capreas quoquo modo destinavit, non temere quidquam nisi ex tuto ausurus. Sed & tempestatibus & ingravescente vi morbi retentus, paullo post obiit in villa Lucullana, octavo & septuagesimo aetatis anno, tertio & vigesimo imperii, septimo decimo Kalend. Aprilis, Cn. Acerronio Proculo, C. Pontio Nigro consulibus. Sunt

non haec Capreis gesta, quod nolim ei excidisse, sed itinere Campano apud promontorium Miseni. Adstantem vero lictorem quis jure habeat suspectum, cum is Imperatori perpetuum praesto, maxime (quod dicebam) itinere faciendo? TORR. Magis ex more fuit, ut Princeps salutantes ad januam cubiculi stans exciperet & dimitteret, ut alicubi notat Dio. Spartianus de Hadriano cap. XXII. *Ad convivium venientes senatores stans excepit. Adstante lictore* & prima editio, & manu exarati libri habent. quod moneo propter virum doctum, cui tolli ista aut mutari placuit, sine caussa: non enim, ut existimat, otiosa sunt haec verba isto loco. Nam quod adstitisse lictor Tiberio dicitur, vel majestati principali consultum, vel commodi ejus caussa factum, ut ei senex & infirmus inniterentur. CASAUB. *Instans in medio triclinio, adstante lictore, singulos valere dicentes appellaret.* Hanc scripturam omnino etiam propugnant Pall. tres, nisi quod pr. *litore.* in sec. *quin tunc quoque ut stans in m. tr. a lictore singulis valere dicentes ap.* Neque videtur opus aut tollere aliquid aut mutare. GRUTER. *Ut stans* Copes. Edd. Bonon. Paris. Lipsius & in codice suo & ad Tacit. III. Hist. 65. *aut stans i. m. tr. aut stans in litore*, vel, abjecto altero *stans*, *e litore.* ego vulgatam cum omnibus Edd. servo. *instans* vero interpretor, convivas hortans, ut cubito remanerent presso, & quum tamen vellent discedere & surgerent, & in medio triclinio valere dicerent, eos appellans, ut manerent. quid lictor vero hic faciat, non satis video, nisi senex praetepidus, obnoxius & infirmus, sibi apparere semper voluerit, metu & diffidentia; ut Claudius non inibat convivia, nisi circumstarent spiculatores cum lanceis, cap. XXXV. Casauboni suspicio, quasi ei inniteretur, non convenit dissimulanti infirmitatem, nec decori Principis, qui aliquem ex amicis ad hoc subsidium elegisset. Civilitatis argumentum erat sine lictore esse, ut Germanicus oppida intrabat libera Calig. III. de quo vide Lips. ad Tacit. II. Ann. 13. BURM.

Valere dicentes] Ut Horat. Epist. I. 8.

> *Celso gaudere, & bene rem gerere Albinovano*
> *Musa rogata refer.*

χαίρειν & ὑγιαίνειν. TORR.

73. *Iudice*] *Judice* Harlem.

Destinavit] Manus docta in marg. Plantin. *Festinavit*, & mox, *ingravascente. Festinavit* etiam Lipsius, nec male. BURM.

Sed &] *Et* deest Copes. Harl. Edd. Venet. pr. Bon. Paris.

In villa Luculliana] Recte; cum exemplaria nostra omnia aut *Lucullana* aut *Lucilliana* habeant. Tacit. VI. 56. *Tandem apud promontorium Miseni consedit in villa, cui L. Lucullus quondam dominus.* TORR. *Luculliana* vel *Luculiana* Periz. Edd. Bon. Lugd. Ald. Steph. Plant. Scriver. *Lucilliana* Basil. Gryph. Colin. male. v. Phaedr. lib. II. 5.

73. *Octavo & septuagesimo aetatis anno*] Consentit etiam Tacitus: at Dio. Ἐβίω, inquit, ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ μῆνας τέσσαρας, καὶ ἡμέρας ἐννέα. CASAUB.

Tertio & vigesimo imperii] Satis liberaliter: alii parcius, qui solos viginti duos annos tribuunt. Josephus Originum lib. XV ad biennium adjicit menses quinque, dies tres. Dio, menses septem, & dies totidem. Clemens, menses sex, dies XIX. CASAUB.

Decimo septimo] Scribendum & pronuntiandum *septimo decimo* recte monet ὁ μάκαρ Gronovius ad Tacit. VI. Ann. 51.

Aprilis] *Apriles* Harlem. & Codd. veteres plerique. vid. vero Gronov ad Tacit. VI. 50. & Baudr. ad Lactant. de mortib. Persec. cap. II. & Cort., ad Plin. VI. Ep. XVI. 4. & VIII. VI. 4.

C. Portio] *C. Pontio Nigro* habent MSS. omnes. Legendum vero, *Cn. Acerronio Proculo*,

Sunt qui putent venenum ei a Cajo datum lentum atque tabificum. Alii in remissione fortuitae febris cibum desideranti negatum: nonnulli pulvinum injectum, quum extractum sibi deficienti anulum mox resipiscens requisisset. Seneca eum scribit, Intellecta defectione, exemtum anulum quasi alicui traditurum parumper tenuisse: dein rursus aptasse digito, & compressa sinistra manu jacuisse diu immobilem: subito vocatis ministris, ac nemine respondente, consurrexisse, nec procul a lectulo deficientibus viribus concidisse. Supremo natali suo Apollinem Temeni- 74 tem, & amplitudinis & artis eximiae, advectum Syracusis, ut in bibliotheca novi

culo, *C. Pontio Nigrino Coss.* sic enim Tacit. & Dion, & haec inscriptio: (Grut. XVIII. 8.) JOVI CONSERVATORI SACRUM. C. JULIUS C. F. QUIR. ARRIANUS V. S. DON. DEDIT. XVI. KAL. MART. CN. ACERRONIO ET PONTIO NIGRINO COSS. TORR. *C. Portio* Harlem. Periz. Edd. Venet. tres, Lugd. Gryph. Basil. Plant.

Qui putent] *Putant* Graevii ult. Ed. & Gronov. sed *putent* fere omnes veteres, & codices scripti. vid. ad Caes. cap. LXXXVI. BURM.

In remissione fortuitae febris cibum desideranti negatum:] Consulunt quidem medici in remissione febrium dari cibum: verum si negetur, non illico mors sequitur. Quare locus hic mihi suspectus est. Tacit. lib. V. vocatos narrat, qui recreandae defectioni cibum adferrent, atque aliis trepidantibus Macronem opprimi senem injecta multa veste jussisse. Nec multo aliter Dion. Id ipsum igitur crediderim narrare Suetonium, nempe injectam ei vestem, vel pulvinum, sed vel desideranti cibum, (ut nonnulli tradiderunt) vel (ut alii) eum detractum sibi anulum resipiscens requisisset. Verbum itaque *negatum* a correctore aliquo infartum puto, ac dictionem *nonnulli* non suo loco positam, ut hoc modo legatur, *Alii in remissione fortuitae febris cibum desideranti pulvinum injectum*, *nonnulli cum extractum*, &c. Quae mea conjectura, ut equidem spero, viris doctis non displicebit. *Fortuitam* autem *febrim* vocat Sueton. defectionem, quae repente Tiberio acciderat. Quod vero deficienti anulum detractum dicit, id ex Plinio intelligimus lib. XXXIII. cap. I. scribit enim morientibus, uti & somno gravatis, religione quadam anulos detrahi solere. Errant igitur, qui Tiberium id mutandi heredis causa fecisse volunt. neque enim anulorum traditio id efficere possit, si testamentum exstiterit. Exempla apud Val. Maximum extremo lib. VII. quem vide. TORR.

Nonnulli pulvinum injectum] Tacitus magis probabiliter: *Macro intrepidus opprimi senem injectu multae vestis jubet, discedique a limine.* Dio similiter, Ἱμάτια πολλὰ ϗ παχέα ὡς ϗ θερμασίας τινὸς δεομένῳ περιβαλεῖν. In vitis Imperatorum Germanicorum reperimus similis tragoediae exemplum. nam Fredericum II. circa annum Domini MCCL. a Manfredo filio naturali narrant exstinctum, pulvino in os injecto. quo etiam leti genere vitam ferunt ademtam Johanni X. Romano Pontifici, qui circa annum DCCCCXIII. pontificatum inierat. CASAUB. Sic Rhadamistus sororem & patruum occidit, Tacit. XII. Annal. 47. GRUTERUS.

Resipiscens] *Respiciens* Hulf.

Compressa] *Comprehensa* Periz.

Subito vocatis] Liber opt. *subitoque vocatis*, quod mallem. TORR.

74. *Apollinem Temenitem*] Syracusis adjunctae Epipolae erant, queis locus nomine *Temenos* suberat: unde, ut conjicio, *Temenites Apollo* vocatus fuit. Stephanus: Τέμενος, τόπος Σικελίας ὑπὸ τῆς ἐπιπολῆς πρὸς ταῖς Συρακούσαις. Huic favet & suffragatur sententiae Suetonius hoc loco. TURNEBUS. VIII. Adv. 12. Signum Apollinis, qui *Temenites* vocabatur, pulcherrimum & maximum, quod Verres abstulisset, si portare potuisset, commemorat Cic. Accus. IV. 33. idem (puto) de quo hic Sueton. Apollo autem a loco Τέμενος id cognomen accepit, qua de re egregie Turneb. Adversar. VIII. cap. XII. Unde & Temenitis, fons agri Syracusani. Plin. lib. III cap. VIII. TORR. De *Apolline Temenite* vid. Mirabell. de situ Syracus. pag. 93. & Bonann. Syrac. Illustr. pag. 64. Tom. X. Thesaur. Siciliae, & Cajetani Isag. ad Histor. Sicil. cap. XXIX.

Advectum] *Avectum* Cod. Periz. utrumque potest locum suum tueri.

Bibliotheca novi templi] Templum (ni fallor). Apollinis Palatini intelligit, quod sexto Augusti consulatu dedicatum, si Dioni credimus

vi templi poneretur, viderat per quietem adfirmantem sibi, *Non posse se ab ipso dedicari.* Et ante paucos, quam obiret, dies, turris Phari terrae motu Capreis concidit. Ac Miseni cinis e favilla & carbonibus ad calefaciendum triclinium illatus, exstinctus & jam diu frigidus exarsit repente prima vespera, atque in mul-
75 tam noctem pertinaciter luxit. Morte ejus ita laetatus est populus, ut ad primum nuntium discurrentes, pars *Tiberium in Tiberim* clamitarent; pars *Terram matrem deosque Manes orarent, ne mortuo sedem ullam, nisi inter impios, darent*: alii uncum & Gemonias cadaveri minarentur, exacerbati super memoriam pristinae crudelitatis, etiam recenti atrocitate. Nam quum senatusconsulto cautum esset, ut poena damnatorum in decimum semper diem differretur, forte adcidit, ut quorumdam sup-

mus initio lib. LIII. postea incendio illo, de quo idem Dion lib. LV. quo & domus Augusti periit, conflagravit. Ideo fortassis novum vocat Sueton. Gellius quidem lib. XIII. cap. XIX. & Vopiscus Probo, bibliothecae domus Tiberianae, quae & ipsa in Palatio fuit, mentionem faciunt; sed aliud domus, aliud templum est. TORR. *Templi Jovis* Copes. *templi novi* Exc. Cujac.

Turris Phari terrae motu concidit] Exstructa iterum, ex his Statii versibus III. Silv. V. 100.

Theloboumque domos: trepidis ubi dulcia nautis
Lumina noctivagae tollit Pharus aemula lunae.

LIPSIUS.

Capreis] *Campis* Harlem. Ed. Venet. pr.

Cinis e favilla] Favillam viventem (ut ita dicam) ac calentem intelligo, qualis una cum carbonibus inferri solet. Et mox *illatis* pro *illatus* legendum arbitror. *Illuxit* etiam pro *luxit* habent duo MSS. TORR. Lego *illatis*, neque enim cinis ad calefaciendum cubiculum inferri solet, sed favilla & carbones. Ita autem calefaciebant triclinia, quoniam in iis camini non erant: Plutarchus de Alexandro: Ἐν χειμῶνι καὶ ψύχει τῶν φίλων τις ἑστιῶν αὐτὸν, ἐσχάραν δὲ μικρὰν, καὶ πῦρ ὀλίγον εἰσενηνεγμένον, ἢ ξύλα ἢ λιβανωτὸν εἰσενεγκεῖν ἐκέλευσεν. CASAUB. *Carbonibus adficiendum* Memm. *ad calfaciendum* Copes. Exc. Cujac. *cinis favilla & carbo* Edd. Venet. sec. & tert. *cinis favilla & carbonibus* Harlem. Ed. Venet. pr. Lugd. *illatis* Periz. a m. se. mox *jam &* Exc. Cujac.

Exstinctus, & jamdiu frigidus exarsit.] Plutarchus Erotico: Ἂς ἐν οἰκίᾳ νύκτωρ σέλας ἴδωσιν, θεῖον ἡγοῦνται καὶ θαυμάζουσιν. CASAUB.

Morte] *Mortem* Memm. & ita Ovid. I. ex Pont. VIII. 63. *quod toto pectore laetor.* Claudian. VI. Cons. Hon. 397.

Quisquamne piae laetanda parenti
Natarum lamenta putet.

sic *gaudere, dolere, moerere* cum quarto casu construi vidimus ad Ovid. VII. Met. 720. & XII. 607. & alibi. vid. & Cort. ad Sallust. Catil. LI. §. 29. & Plin. I. Epist. 12. Cicero tamen XIV. ad Att. 19. *ejus interfecti morte laetamur, cujus facta defendimus.* BURM.

Tiberium in Tiberim clamitarent;] Recte: duo codd. tamen *trahi clamitarent.* TORR. Placet lectio cod. Lisl. *Tiberius in Tiberim.* De primo nuntio an Suetonio credi par est? nonne enim fieri solitum, ut primi de morte tyranni nuntii suspensis auribus excipiantur ob metum? Quare etiam scribit Josephus libro XVIII. de morte Tiberii, Ῥωμαίοις μὲν δὴ πίστιν (male editum, πίσιν) τῆς Τιβερίου τελευτῆς, ἀφειμένοις μὲν τοῦ ἀγαθοῦ τῆς ἀγγελίας, ὁ μὴ παραδόξως γε δέξονται ἐν αὐτοῖς. Simillima Tranquillus in morte Caligulae libro proximo cap. ultimo. & de eodem Josephus. CASAUB. *In Tiberim clamarent praecipitandum* Huls. & Copes. *Tiberim in Tiberim* Exc. Cujac.

Pars terram matrem] Perbelle faciunt verba Plinii ex secundo cap. 63. ad hunc Tranquilli locum, quae subnectenda censui. *sequitur terra, cui tantum nomen praecipuae venerationis indidimus, matrem appellantes* &c. EGNAT. Vide Plin. lib. II. cap. LXIII. TORR.

Deosque manes] *Deosque inanes* Exc. Cujac.

Senatusconsultum actum esset,] Sic quidem libb. nonnulli impressi, sed MSS. omnes *cum senatusconsulto actum*, vel *cautum esset.* quod sane magis placet. Senatusconsulti autem hujus meminerunt Dion & Tacitus lib. III. sed Dion a Tiberio mandatum scribit. TORR. Ante annos XV. factum erat hoc consultum senatus, coss. Valerio Messala & Aurelio Cotta. Dio. CASAUB. *Actum esset* Periz. Harlem. Edd. veteres omnes, praeter Bonon. *Senatuscon-*

supplicii dies is esset, quo nuntiatum de Tiberio erat. Hos implorantes hominum fidem, quia, absente adhuc Cajo, nemo exstabat, qui adiri interpellarique posset, custodes, ne quid adversus constitutum facerent, strangulaverunt, abjeceruntque in Gemonias. Crevit igitur invidia: quasi, etiam post mortem tyranni, saevitia permanente. Corpus ut moveri a Miseno coepit, conclamantibus plerisque, *Atellam potius deferendum*, *& in Amphitheatro semiustulandum*, Romam per milites deportatum est, crematumque publico funere. Testamentum duplex ante biennium fecerat: alterum sua, alterum liberti manu, sed eodem exemplo: obsignaveratque etiam humillimorum signis. Eo testamento heredes aequis partibus reliquit, Cajum ex Germanico, & Tiberium ex Druso, nepotes: substituitque invicem. Dedit

76

consultum actum esset Ant. Gryph. Plantin. aliae dubia lectione *Senat. cons.* forte *SCtum factum esset*, ut *fieri* dixit supr. XXXI. & *factum* Tacit. VI. Ann. 12. & de hoc ipso SCto idem lib. III. Ann. 51. & ita passim. BURM.

In decimum semper diem] Hoc idem Bononiae observatur. BEROALD. Dio lib. LVII. Καὶ δόγμα τι προσγραφῆναι ἐκέλευσε, μήτ᾽ ἀποθνήσκειν ἐντὸς δέκα ἡμερῶν τὸν καταψηφισθέντα ὑπ᾽ αὐτῶν, μήτε τὸ γράμμα τὸ ἐπ᾽ αὐτῷ γενόμενον, ἐς τὸ δημόσιον ἐντὸς τοῦ αὐτοῦ χρόνου ἀποτεθῆναι. Nec aliud Seneca sensit, de Tranq. lib. I. cap. XLV. *Credisne illum decem medios usque ad supplicium dies sine ulla sollicitudine exegisse?* Mansisse videtur id decretum, donec Theodosius Imp. clementissime convicto & damnato reo dies indulsit triginta vitae, in L. *Si vindicari. C.* de Poenis. LIPSIUS. quem vid. ad Tacit. III. Ann. 51.

Nemo exstabat] Plnres libri *adstabat*. TORR. *Adstabat* Codd. Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres, Bonon. Lugd.

Conclamantibus plerisque] Liber opt. *pleris*, uti & ante non uno in loco. Sed & semel *plerum* pro *plerumque* scriptum iuveni, quod silere nolui. Et *plerus* quidem pro plenus dixerunt veteres, ut Lucret. lib. VI.

Corruptus sanguis pleris ex naribus ibat;

an vero etiam *pleros* pro plures, cogitaudum. Pacuvius certe apud Festum, cum inquit, *plera pars pessumdatur*, sic uti videtur. TORR. Vid. Lips. IV. Quaest. Epist. 2.

Atellam potius deferendum] Negant dignum, qui Romae sepeliatur, quam ita cupide deseruisset, & a qua tam pertinaciter abstinuisset: projiciendum igitur in aliquod Campaniae municipium, qua tantopere vivus delectabatur. Atellam autem nominant potius quam aliud, alludentes ad flagitiosam ejus vitam. talis enim Atellanorum vita & mores: unde sunt *Atellanae fabulae* nuncupatae. CASAUB. Putant alii Atellam nominasse potius, quam aliud municipium Campaniae, quod alluderent ad flagitiosam Tiberii vitam, tanquam tales quoque fuerint mores Atellanorum. id ipsum cum nusquam legerim, neque Atellanae fabulae uspiam infament Atellam, suspicer potius voluisse homines deferri Tiberium Atellam, quod nuspiam propius esset theatrum, ubi summa populi voluptate traduci posset cadaver ejus, velut hominis sontis, ignique publice adjudicati. Hac de re plura posui in suspicionum libris. GRUT. Muncipii Atellani, quod in fide Ciceronis erat, meminit ille ad Q. Frat. lib. II. Ep. 14.

Et in amphitheatro semiustulandum] Viterb. & Lislaei, *seminstillandum*. duplex contumelia his verbis continetur. Voluit enim non cremari Tiberium, sed amburi tantum & leviter curari ejus funus, ut fiebat in mendicis, qui a vespillonibus raptim in Esquiliis cremantur: vide lib. sequente de Caji funere. gravissimum vero de amphitheatro. nam ibi sontes igne consumi soliti, ut infra lib. IV. cap. XXVII. & Philo contra Flaccum, aliique. CASAUB. *Seminstilandum* Memm. *seminstillandum* Exc. Cujac.

76. *Liberti*] *Liberati* Memm. vid. ad Aug. cap. ult. aliena manu usos docet locus Plinii VI. Ep. 22.

Sed eodem] *Sub eodem* Periz. a manu pr.

Dedit & legata] Ut Claudio, Drusi fratris filio. Inf. Claud. cap. VI. TORR.

Ac militibus] Tres codd. *sed & militibus*. TORR. Praetorianis, legionariis, urbanicianis, & vigilibus sive sparteolis. Nam his quoque aliquid Tiberii testamento fuisse legatum auctor Dio: Τοῖς τε ἀστοῖς καὶ τοῖς νυκτοφύλαξι

dit & legata plerisque: inter quos virginibus Vestalibus, ac militibus universis, plebique Romanae viritim, atque etiam separatim vicorum magistris.

τοῖς κεφαλαιωθεῖσι δίδωσι. CASAUB. *Sed & tres* quoque Palatini. itaque abjeci vulgatum *ac militibus*, cum neque id ferrent codices Torrentii. GRUTERUS. *Ac militibus* fere omnes editi olim, & scripti. *& militibus* Ed. Rom.

Plebique Romanae viritim, atque etiam separatim vicorum magistris] Dio, Δισμυρίας τῷ δήμῳ τὰς πέντε ἢ εἴκοσι ἢ ἑκατὸν, ἢ χιλίας μυριάδας. τοσοῦτο γὰρ αὐτῷ καταλέλειπτο. *Populo divisit sestertium quadringenties quinquagies. tantum enim illi relictum fuerat.* Videtur ea summa utrumque legatum comprehendi, & quod populo viritim datum, & quod vicomagistris relictum: de quo diximus libro priore. CASAUB. *Plebeique* Memm.

C. SUE-

C. SUETONII TRANQUILLI
DE
XII. CAESARIBUS
LIBER QUARTUS.
C. CAESAR CALIGULA.
CAPUT I.

GErmanicus C. Caesaris pater, Drusi & junioris Antoniae filius, a Tiberio patruo adoptatus, quaesturam quinquennio ante, quam per leges liceret, [a] & post eam, consulatum statim gessit. Missusque ad exercitum [b] in Germaniam, excessu Augusti nuntiato, legiones universas imperato- [c] rem

DRusi & junioris Antoniae Filius] Duae fuerunt Antonii III-viri, & Octaviae, Augusti sororis, filiae, Antonia major, Domitio Ahenobarbo, Neronis Principis avo, nupta; & Antonia minor, pudicitia pariter ac forma insignis, Drusi, Augusti privigni, Tiberii fratris, uxor, ex qua Germanicus & Claudius nati sunt. Plutarch. Antonio. Sueton. Aug. cap. LXIV. & Ner. cap. V. TORR. *Junioris* Periz. & omnes editi usque ad Casaubonum, qui an *minoris* in Memmiano invenerit, non monuit. Certe Gronovius ita dedit, nec varietatis meminit. sed mihi non indicatos codices ex conjectura sequi religio est, etsi parum intersit. BURM.

Quaesturam] *Quaestura* Exc. Cujac. & mox *consulatu*.

Quinquennio] *Quinquennium* Edd. Venet. sec. & tert. Lugd. Junt. Ald.

Per leges] Leges annales, sive annuarias intellige. De Quaestoria autem aetate Caes. cap. VII. TORR.

Et post eam consulatum statim gessit] Distingue ante *statim* sic: *a Tiberio patruo adoptatus, quaesturam quinquennio ante, quam per leges liceret, & post eam consulatum, statim gessit.* Levissima emendatio grande momentum affert ad historiae fidem. quae stare hic non potest; si τὸ *statim* referatur ad consulatum. nam inter Germanici quaesturam & ejusdem consulatum anni septem interjecti. refer igitur ad superiora, & intellige, statim ut adoptatus est Germanicus, quaesturam eum gessisse. haec germanissima est hujus loci sententia. clare arguit ratio annorum, si attendimus. nam & adoptio Germanici & quaestura in eundem incidunt annum DCCLVII. qui coss. habuit Sex. Aelium Catum & C. Sentium Saturninum. de adoptione liquet ex Velleji ceterorumque historicorum testimoniis. de quaestura arguit, quod dicitur quinquennio ante quam per leges liceret, eam consecutus. nempe anno undevigesimo factus quaestor Germanicus. sic enim Tiberius, cui idem contigit privilegium, *quaestor undevicesimum annum agens, capessere coepit Remp.* inquit Vellejus. id aetatis Germanicum fuisse cum est adoptatus, intelliget statim, qui cum dicto anno DCCLVII. vel eum contulerit quo natus est, vel eum quo denatus. alter est annus urbis DCCXXXVIII. alter DCCLXXII. aetatis ipsius quartus & trigesimus. CASAUB. De longiori intervallo capiunt vocem *statim*, ut apud Florum de triginta annis dici observavit Cl. Dukerus ad lib. III. 19.

(a) *A.U.C.* DCCLVII. (b) *A.U.C.* DCCLXV. (c) *A.U.C.* DCCLXVII.

rem Tiberium pertinacissime recusantes, & sibi summam Reipublicae deferentes, incertum pietate an constantia majore, compescuit: atque hoste mox devicto, triumphavit. Consul deinde iterum creatus, ac prius quam honorem iniret, ad componendum Orientis statum expulsus, quum Armeniae regem devicisset, Cappadociam in provinciae formam redegisset, annum aetatis agens quartum & trigesimum, diutino morbo Antiochiae obiit, non sine veneni suspicione. Nam praeter

19. sed ut Casaubono satisfiat; capio non ratione temporis inter quaesturam & consulatum, sed ut omissis aliis honoribus, aedilitate, & praetura, contra morem post quaesturam consulatum gesserit, ut ita *statim*, ratione ordinis, non temporis dicatur, & idem sit quod post quaesturam; ut eo sensu etiam *mox* saepe apud nostrum pro postea occurrit. v. Aug. XLVII. Tib. XXVI. Duram Casaubono distinctionem, ut ante *statim* ponatur comma, secutus fuerat Pagius in Dissertat. Hypatica pag. 22. sed in Critica ad Baron. p. 12. aliam dedit explicationem nostrae similem, nisi quod solam praeturam excludat, nos etiam aedilitatem, quos magistratus transcendisse haec vocula *statim* indicat: quamquam per me non staret, ut *statim* ejiceretur, quasi ex ultimis syllabis *consulatum* natum, si vel unus codex addiceret, ut in Tib. LXXII. codices non agnoscunt, licet in editis multis reperiatur *statim*. & ita alibi. Burm.

Excessu Augusti] Satis constat, ex eodem Tacito I. Ann. 35. eum Imperium Germanico omnes afferrent concionanti, illum quasi scelere suo contaminatum, praecipitem tribunali desiluisse, ferrumque in pectus adegisse. &c. Egnat.

Incertum constantia an pietate] Lib. MSS. omnes *incertum pietate an constantia*. Vide Tib. cap. XXV. Torr. *Incertum pietate an constantia majore*. Sic praeter Torrentii etiam Palatini omnes, non ut edd. *incertum constantia an pietate majore*. Grut. Adstipulatur Roberti Stephani editio. Et Cod. Copes. Edd. Paris. Bonon. & Graevii prior.

Prius quam honorem iniret,] Iniit apud urbem Achajae Nicopolim, anno DCCLXXI. Casaub.

Expulsus,] Tacit. lib. II. cap. 5. *Ceterum Tiberio haud ingratum accidit turbari res Orientis, ut ea specie Germanicum a suetis legionibus abstraheret, novisque provinciis impositum dolo simul & casibus objectaret.* Hac ergo sunt causae, ob quas sic festinavit Tiberius, ut Germanicus quodammodo videri posset expulsus ad componendum Orientis statum. Consulatum autem secundum cum Tiberio tertium Consule gessit, cumque apud urbem Achajae Nicopolim. Auctor Tacit. II. cap. 53. Torr.

Armeniae regem devicisset,] Non tam devicit, quam ut regno cederet, effecit. Itaque *dejecisset* substituit Lipsius Elector. II. cap. XVII. Videndus Tacit. Annal. II. cap. 56. Torr. Justo Lipsio ut assentiamur, ac scribamus, *regem dedisset*, vel *dejecisset*, flagitat, non postular Taciti narratio. omnium tamen librorum in edita lectione mira constantia. Casaub. Nihil juvant MSS. nostri. Lipsio non sine caussa placebat *dedisset* aut *dejecisset*. Grut. Sed *dejecisset* praeferri posset, quia Vononen, qui Rex fuerat Armeniae, Pompejolim Ciliciae urbem amoverat, ut Tacit. II. Ann. 56. ait; & ita omni spe recuperandi regni dejecerat, dato Armenis Rege Zenone, qui Artaxiae nomen sumserat. Ita *dejectus* & *devictus* variant apud Lucan. VIII. 27. deinde *annum agens aetatis* Exc. Cujac. Burm.

Diutino morbo] Libb. duo *diurno*, unus *diuturno*. Sabellicus etiam *divino* legi attestatur, quod cardiaco morbo exstinctus sit. Plin. lib. XI. cap. XXVII. *Negatur cor cremari posse in iis, qui cardiaco morbo exstincti obierint; negatur & veneno interemptis. Certe exstat oratio Vitellii, qua reum Pisonem ejus sceleris coarguit, hoc usus argumento, palamque testatus, non potuisse ob venenum cor Germanici Caesaris cremari. Contra genere morbi defensus est Piso.* Hactenus Plin. Verum ut cardiaco obierit morbo, non ideo hic *divino*, pro *diutino* aut *diuturno*, legendum est. Graeci enim ἱερὰν νόσον ἐπιληψίαν vocant, quod morbus is veluti Dis iratis immitti videatur. Et quanquam epilepsia interdum ex ore ventriculi affecto, hinc per consensum (ut loquuntur medici) etiam cerebro, nascatur, non tamen ob id καρδιαλγία epilepsia est. Et alioqui morbus hic plerumque diuturnus est. Tacitus quoque longiorem fuisse

ter livores, qui toto corpore erant, & spumas, quae per os fluebant, cremati quoque cor inter ossa incorruptum repertum est: cujus ea natura existimatur, ut tinctum veneno igne confici nequeat. Obiit autem, ut opinio fuit, fraude Tiberii, ministerio & opera CN. Pisonis. Qui sub idem tempus Syriae praepositus, nec dissimulans offendendum sibi aut patrem, aut filium, quasi plane ita necesse esset, etiam aegrum Germanicum gravissimis verborum ac rerum acerbitatibus, nullo adhibito modo, adfecit: propter quae, ut Romam rediit, paene discerptus a populo, a senatu capitis damnatus est. 3 Omnes Germanico corporis animique virtutes, & quantas nemini cuiquam, contigisse satis constat: formam & fortitudinem egregiam: ingenium in utroque eloquentiae doctrinaeque genere praecellens: benivolentiam singularem: conciliandaeque hominum gratiae, ac promerendi amoris

fuisse Germanici morbum significat, quanquam qui morbus fuerit, non exprimit. Torr. Secutus sum Pal. tres, aliosque aliorum. Vulgati enim *diurno*. Gruter. *Diuturno* Memm. Copes. Exc. Gujac. Ed. Lugd. *diurno* Edd. Rom. Venet. sec. & tert. *Divino* Ed. Venet. pr. ut intelligeret ἱερὰν νόσον. In sequentibus suspecta merito vox *erant* Cl. Graevio, ego hic iterum collisione syllabarum puto a librariis turbatam lectionem; & forte fuisse olim, ut Heinsius notaverat, *corpore parebant*. ut Aug. xcv. *jecinora duplicata paruerunt*. Burm.

Tinctum] Conjiciebat Lipsius *exstinctum*.

C. Pisonis.] *Cn. Pisonis* Cod. Copes. Edd. omnes praeter Ald. Casaub. & recentiores, & ita Tacito. 1. Ann. 13. & alibi vocatur. miror viros doctos aberrasse a prioribus editionibus. vid. & Gland. in gente Calphurnia. Burm.

Etiam aegrum] *Et tamen aegrum* Memm. *aegrum* deest Copes.

Propter quae] Liber opt. *propter quod*. Torr.

Paene discerptus] *Patriae disc.* Exc. Cujac.

A senatu] Idem lib. *& a senatu*. Torr.

3. *Omnes Germanico corporis animique virtutes*] Nihil verius dici potuit: nam praeter summam eruditionem, ingeniumque etiam ad poëticen factum, summa in eo comitas erga socios fuit, in hostes mansuetudo, quos vicisse & ad poenitentiam versos satis habuit. huc accedebat forma corporis egregia, visu audituque juxta venerabilis. Dum fortunae imperatoriae majestatem retinet, invidiam tamen & arrogantiam evitaret. Quare non Romanorum solum ingenti luctu, sed provinciae & circumjacentium populorum, & hostium decessit. Tacitus. Egnat. Magnum & rarum elogium: in quo tamen consentiunt historici. Tacitus lib. 11. 37. pluribus persequitur illius laudes; etiam cum Alexandro Magno comparatione facta. Dio paucis verbis non pauciora dicit lib. LVII. Κάλλιστος μὲν τὸ σῶμα, ἄριστος δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἔφυ, παιδείᾳ τε ἄκρᾳ καὶ ῥώμῃ διαπρέπων, ἀνδρειότατός τε καὶ σωφρονικώτατος ὤν. Dilaudat eundem & Josephus Origin. lib. XVIII. cap. VIII. Unus Vellejus per adulationem Principis turpissimam ausus laudato ab omnibus juveni ignaviae maculam adspergere. Casaub. *Germanici* Copes. Hulss. *Germani* Exc. Cujac.

Satis constat] *Satis* deest Exc. Cujac.

Benivolentiam singularem] Lipsius in codice suo, & ex illo, credo, manus docta in ora Plantin. Ed. legebat, *Benivolentiae singulorum, conciliandaeque omnium gratiae* &c. *studium*. non urguebo, eos, qui eleganter loquuntur, *singulos* non *omnibus* solere opponi, sed *universis*, quia forte hic aut alibi exemplum posset produci. sed hoc elogium non ostendere excellentiam virtutum Germanici puto. hic enim celebrat Suetonius *benivolentiam* Germanici erga omnes, non aliorum, quam conciliabat erga se. ut ita de Tito dicit cap. VIII. *erat natura benevolentissimus*. & centies alibi. praeterea *gratia* & *amor* (quae & cap. IX. junguntur) quae sibi conciliabat & promerebatur, idem significarent, & satis probant eum sibi conciliare benevolentiam, quam in se amor & gratia continent. nec etiam, licet esset omnibus virtutibus ornatus, poterat omnium gratiam & amorem demereri, quod nulli contigit mortalium; certe non illi, de cujus benevola natura nihil, si ita legatur, diceretur. sunt praeterea multi, qui artes norunt & exercent, quibus sibi benevolentiam aliorum facile conciliant, non quia & ipsi sunt benevoli ingenio & natura, sed quia simulandi artificium callent. Germanicus erat ipse benevolus; & vicissim ab

ris mirum & efficax ſtudium. Formae minus congruebat gracilitas crurum, ſed ea quoque paullatim repleta adſidua equi vectatione poſt cibum. Hoſtem cominus ſaepe percuſſit. Oravit cauſſas etiam triumphalis: atque inter cetera ſtudiorum

ab hominibus amabatur. *Benevolentiam* vero ab *amicitia* differre docuit Manut. ad Cicer. v. ad Famil. 16. & ita diſtingit Plaut. Ciſtel. Act. III. vſ. 9. *Recipe me ad te, mors, amicum & benevolum. Benevolentia* ergo proſequimur multos, *amicitia* dignamur paucos & dilectos. BURM.

Et efficax] Ita omnes, quos vidi, ſcripti & editi, praeter Cod. Copeſ. qui *ac efficax*, quam vitioſam particulae *ac* ante vocalem poſitionem oſtendimus ad Caeſ. XXVI. & alibi: ſed poſtquam jam typis magna pars Suetonii expreſſa eſſet, vidi Cl. Cortium ad Plin Epiſt. v. 14. duobus in Suetonii locis, Caeſ. IV. & Aug. XIX. (non XVII. ut editur) etiam contra ſua exemplaria praetuliſſe *ac etiam*. in quibus nos aberrationem librariorum jam dudum correximus. quod nollem a viro docto factum. BURM.

Formae, minus conveniebat gracilitas crurum] Quod inter praecipua olim habitum, quae bonam formam corrumperent: fuitque hic habitus urbanorum dicteriis ſemper obnoxius. Seneca, *In ſapientem non cadere injuriam*, libro ſecundo cap. 16. *In capitis mei levitatem jocatus eſt, & in oculorum valetudinem, & in crurum gracilitatem, & in ſtaturam.* Infra libro VI. Neroni tribuuntur inter alia vitia corporis, *gracillima crura*. vide & in Domitiano, cap. XVIII. ſic in Ariſtotele notatum, quod eſſet ἰσχνοσκελὴς, id eſt, *perſilis*. nam ita comici vocarunt. Gloſſarium: *Perſilis*, μακροσκελὴς. Plautus, *todella cruſcula*. Eubulus Comicus ψυχοσκελῆ. alii σφηνόποδας. Contra, quibus inferiores corporis partes erant craſſiores: κλημαλίδας Αἰγυπτίας vocabant. quod de Zenone Stoico eſt dictum. Quemadmodum autem crurum gracilitatem, ſic etiam manus vel brachii inter deformitatis notas ponebant. Chryſoſt. in epiſtolam Pauli ad Epheſios: Οὐχ ὁρᾷς ὅτι, καὶ ἐν τῇ σαρκὶ πολλὰ ἔχομεν ἐλαττώματα; ὁ μέν ἐστι χωλὸς. ὁ δὲ διεστραμμένους ἔχει τοὺς πόδας, ἕτερος χεῖρα ξηράν. CASAUB.

Crurum,] *Crurium* Hulſſ. Ed. Venet. pr. vid. inf. cap. L. & Domit. XVIII.

Equi vectatione poſt cibum] Quo ſanguis ſcilicet, atque alimenti vis eo deflueret, praeſertim cum *ſtapiis*, quas vocamus, nondum tunc uterentur. Stapias certe, aut quid ſimile neque Xenophon de Arte equeſtri, neque Julius Pollux de equeſtribus inſtrumentis, uſquam commemorant; & nihil in veterum monumentis invenias, quod eo referri poſſit. Neque ea, quae ob aſſiduam equitationem Scytharum refert incommoda Hippocrates libro de Aere, aqua, locis, eis accidiſſent, ſi ſtapiarum uſum habuiſſent. Male autem diſtinguit editio Pulmanni, quaſi poſt cibum non vectatione uſus ſit, ſed hoſtem cominus percuſſerit. Itaque lege, *equi vectatione poſt cibum. Hoſtem*, &c. TORR. Gracilitatem vel corporis totius, vel partis, ut crurum, duobus potiſſimum modis curari poſſe, Galenus docet, *dropace*, & *convenientibus exercitationibus*. Lege illius magni doctoris Ὑγιεινῶν librum quintum. meminit & libro ſexto atque alibi. CASAUB. *Vectione* Periz. Edd. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Argent. male. *vectatio* enim eſt lenis & placida animi, exercitationis aut valetudinis gratia equitatio vel in curru vectatio. vid. ad Petron. cap. CI. & ita *vectari* pro geſtari Aug. LXXXIII. *repleta gracilitas* eleganter dicitur, ut de Tauro victo, qui in ſilvis ſe & cornua exercet, ut ad repetendam pugnam fortior redeat, Lucanus lib. II. 605.

Nec redit in paſtus, niſi cum cervice repleta
Excuſſi placuere tori.

Ita enim in Thuaneo, Hamburgenſi, & duobus aliis codicibus reperit Heinſius, & in ſuo Berſmannus, vulgo *recepta*, quod a Gloſſatore profectum. nec abſimili modo Statius IV. Theb. 759.

Tu refugas vires, & pectora bello
Exanimata reple.

ubi videndus Barthius: de hac equitandi ratione vide Magii Miſcel. II. 14. BURM.

Etiam triumphales:] *Triumphales* accipio magnas & eximias, quae de triumpho decernendo agerentur. qui enim minus *triumphales cauſas* quam *conſulares* dicamus? Beroaldo viſum rectius *triumphalis*, ut triumpho auctus Germanicus cauſas dixerit. Quod vix eſt

rum monumenta reliquit & comoedias Graecas. Domi forisque civilis: libera ac foederata oppida sine lictoribus adibat. Sicubi clarorum virorum sepulcra cognosceret, inferias manibus dabat. Caesorum clade Variana veteres ac dispersas reliquias uno tumulo humaturus, colligere sua manu, & comportare primus adgressus est. Obtrectatoribus etiam, qualescumque & quantacumque de caussa nactus esset, lenis adeo & innoxius, ut Pisoni decreta sua rescindenti, clientelas diu vexanti, non

est ut potuerit, extrusus a Tiberio statim a triumpho ad res Orientis componendas. *Centumvirales* autem, quae publicae causae, cur recipiamus nulla ratio. Etsi fieri potest, ut eas egerit, & Ovid. suadet initio primi Fastor. de hoc ipso Germanico:

Quae sit enim docti facundia, sensimus, oris;
Civica pro trepidis cum tulit arma reis.

sed ea lectio & abit nimium a vulgata, nec vel leviter huc sollicitant codices antiqui, quotquot mihi visi, & quae in possessionem missa, ut dicebam, commodum habet sensum. TORR. Nihil ausi sumus mutare: Viterb. tamen cod. & Pithoei habent *triumphalis*. quam lectionem amplector ut verissimam. Dio jubet, cui refragari durum. notat ille in actis anni DCCLXV. Germanicum etiam consulem caussas orasse. ἐν αὐτοῖς μὲν, ait. οὐδὲν ἄξιον μνήμης ἐπράχθη, πλὴν ὅτι ὁ τὸν ὑπερεδίκησεν. Lapsi sunt graviter viri docti, qui hoc loco ὑπερδικεῖν, quod lippi norunt & tonsores significare *patrocinio suo aliquem defendere*, interpretati sunt, *potiores ferre partes*. non dubito id notare voluisse Dionem verbis illis, quod hic Suetonius observat. Sed instat eruditissimus Torrentius, & triumphalem Germanicum orasse caussas negat, qui statim a triumpho ad Orientis statum componendum sit pulsus. Respondemus viro doctissimo, triumphalem dici non eum tantum: qui triumphavit: sed & illum qui triumphalia ornamenta sit consecutus: quae nactum esse Germanicum ex bello Dalmatico ante consulatum suum primum, testis Dio lib. LVI. Τῷ Γερμανικῷ αὖτε νικητήριοι τιμαὶ ἐδόθησαν ἡ καὶ στρατηγικαί. CASAUB. *Triumphalis*, sic ausus sum mutare auctoritate codicum aliorum & Pal. pr. ac tert. minus enim conveniebat publicatum prius *triumphales*. GRUT. Et ita Copes. & Edd. Bonon. Lugd. Junt. Argent. Basil. recte; narrat enim aliquid fieri vulgo non solitum: & ea aetate non dabant viri primarii & illustres forensi eloquentiae operam, sed olim in primis annis dicendi facultatem exercitatam exserebant, si aut in senatu aut ad populum aut milites essent verba facienda. sic Quinctil. XI. de Inst. Orat. I. *Est quod principes deceat, aliis non conceditur. Imperatorum ac Triumphalium separata est aliqua ex parte ratio eloquentiae, sicut Pompejus abunde disertus rerum suarum narrator.* Praeterea sub republ. ubi saepe graves de triumpho contentiones incidebant, ita ut senatu recusante ad populum de triumpho quosdam retulisse legamus, aliqua specie *triumphales caussae* potuissent locum habere, sed sub Augusto, cui soli jus triumphum dandi erat, tales caussas actas fuisse, nemo dixerit, sine testimonio clari veteris scriptoris. BURM.

Domi forisque civilis] Josephus idem aliis verbis, τὴν ἀξίωσιν κτώμενος τῆς βασιλείας ἴσος πᾶσιν εἶναι. CASAUB.

Sine lictoribus] Vid. ad Tiber. LXXII.

Cognosceret] Id est iter faciens videret, animadverteret. Ovid. XIV. Met. 112.

Elysiasque domos, & regna novissima mundi,
Me duce, cognosces.

Propert. I. VI. 13.

An mihi sit tanti doctas cognoscere Athenas.

ubi plura Passeratius. BURM.

Manibus] *Manubiis* Ed. Venet. pr.

Caesorum] *Caesarum*, in editione aliqua Veneta antiqua. an *Caesarum clade Variana legionum*? pro *veteres* est *valeres* in Exc. Cujac. BURM.

Colligere sua manu & comportare] Quod Tiberius arripit in occasionem criminandi alias invisi juvenis. Tacitus. CASAUB. *Prius* Copes.

Nactus] *Nanctus* Memm. ut semper.

Innoxius] Activa significatione sumi docui ad Phaedr. II. fab. I. BURM.

Clientelas diu vexanti] Sic quidem libb. omnes; non dubito tamen, quin *clientelas divexanti* scripserit Sueton. TORR. Assentiar Torrentio rescribendum *divexanti*, modo non

non prius succensere in animum induxerit, quam veneficiis quoque & devotionibus impugnari se comperisset: ac ne tunc quidem ultra progressus, quam ut & amicitiam ei more majorum renuntiaret, mandaretque domesticis ultionem, si quid sibi adcideret. 4 Quarum virtutum fructum uberrimum tulit, sic probatus & dilectus a suis, ut Augustus, (omitto enim necessitudines reliquas) diu cunctatus, an sibi successorem destinaret, adoptandum Tiberio dederit. Sic vulgo favorabilis, ut plurimi tradant, quoties aliquo adveniret, vel sicunde discederet, prae turba occurrentium prosequentiumve nonnumquam eum discrimen vitae adisse: e Germania vero, post compressam seditionem, revertenti, praetorianas cohortes universas prodisse obviam, quamvis pronuntiatum esset, ut duae tantummodo exirent: populi autem Romani sexum, aetatem, ordinem omnem usque ad vicesimum lapidem effu-

nollent manuscripti codices. GRUT. Vid. & Rutgers. III. Var. 6. *divexanti* a Lipsio fluxit. & Salmasius probavit. sed τῷ *non prius* exigit *diu*. BURM.

Non prius succensere in animum induxerit quam] Aliter Tacitus, II. A. 69. & verius, ut puto: *At Germanicus Aegypto remeans, cuncta, quae apud legiones aut urbes jusserat, abolita, vel in contrarium versa, cognoscit: hinc graves in Pisonem contumeliae.* CASAUB.

Veneficiis & devotionibus] De hac re sic Tacit. lib. II. *Reperiebantur solo ac parietibus erutae humanorum corporum reliquiae; carmina & devotiones, & nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum, semiusti cineres ac tabo obliti, aliaque maleficia, queis creditur animas numinibus infernis sacrari.* TORR. *Beneficiis* Copes. & Hulss. ita in Pandectis Flor. titulo ad L. Cornel. de sicariis, & alibi passim scribitur.

Quam ut &] *Et* deest Copes. Edd. Venet. tert. Bonon. Paris.

Amicitiam ei more majorum renunciaret,] Tacit. *componit epistolas, queis amicitiam ei renunciabat.* Sic *inimicitias denunciare* Cic. pro Flacco, & Seneca Epist. lib. V. TORR. Et Augusti quoque exemplo, qui fecit idem in Cornelio Gallo. libro secundo, cap. LXVI. CASAUB. Sic *interdicere domo*, idem est in Gramm. XIV.

4. *Quarum virtutum fructum uberrimum tulit,*] Fructus virtutum suavissimus, amor omnium. Genuina sententia apud optimum poëtam Statium Papinium in Soteriis pro Rutilio Gallico I. Silv. IV. 37.

> *Quae tibi sollicitus persolvit praemia morum*
> *Urbis amor? quae tum patrumque equitumque notavi*
> *Lumina, & ignarae plebis lugere potentes?*

CASAUB.

Omitto] *Obmitto* Hulss.

Adoptandum Tiberio] Aug. cap. LXV. & Tib. cap. XXV. TORR.

Tradant] *Tradunt* Copes. Huls.

Discederet] *Discederent* Ed. Rom.

Eum discrimen vitae adisse] *Cum discrimine v. a.* Ed. Lug. *eum discrimine v. a.* Periz. Edd. Venet. tres, Junt. Arg. Ald. *eum discrimen vita adisse* Copes. *eum* & *cum* saepe commutarunt librarii. ut Claud. XXVII. & XXXV. & alibi. BURM.

E Germania] Liber opt. *a Germania*, & mox, *populum Romanum*, pro *populi Romani*. TORR. Parum referre arbitror an *e* vel *a* legatur: nam fere semper in his praepositionibus librarii variarunt, ut notavimus ad Tib. LXVIII. & alibi. vid. Broukh. ad Tibul. II. 4. 30.

> *Quos tener e terra divite mittit Arabs.*

ubi & *a* codices quidam. & II. III. 22.

> *Venit & e templis irrita turba domum.*

ubi *a* est in Corvini codice. mallem tamen, *venit at e templis.* vid. & ad Ovid. Ep. XIIII. II. & Remed. 738. & alibi. *reversus ab Apollonia* noster in Aug. XCV. *sed reversus ex Syria* Vesp. XV. *& revertens ex provincia* Aug. LVII. & Neron. XXV. *reversus e Graecia*, ubi alii *a*. an discrimen in reditu ex regione, aut ex urbe? cogitandum. sed *a Germania regressus* Tib. XX. At in Exc. Cujac. praepositio omnino deest, ut in Tiber. XL. *egredi urbe*, & *ab urbe*. BURM.

Praetorianas] *Praetorias* Copes.

Duae] *Duo* Periz.

Populi Romani] Si pluribus firmaretur codicibus Torrentiani lectio, *Populum Romanum, sexum* &c. non recusarem sequi. nam ita saepe alios locutos esse vidi. ut Liv. XXXIX. 7.

Re-

fudiſſe ſe. Tamen longe majora & firmiora de eo judicia in morte ac poſt mortem exſtitere. Quo defunctus eſt die, lapidata ſunt templa, ſubverſae Deûm arae, Lares a quibuſdam familiares in publicum abjecti, partus conjugum expoſiti. Quin & Barbaros ferunt, quibus inteſtinum, quibuſque adverſus nos bellum eſſet, velut in domeſtico communique moerore conſenſiſſe ad inducias. Regulos quosdam barbam poſuiſſe, & uxorum capita raſiſſe, ad indicium maximi luctus. Regum etiam regem & exercitatione venandi & convictu Megiſtanum abſtinuiſſe, quod apud Par-

Romani cecidere, tria millia: pro Romanorum. vid. Gron. *Adverſos boves, eximium quemque traxit* idem lib. I. 7. & ſimilia paſſim occurrunt. BURM.

5. *Tamen longe majora & firmiora de eo judicia in morte*] Exſtat in hanc ſententiam Vetus epigramma:

Parce hoſpes tumulo, Caeſar Germanicus hic ſum:
Saepe etiam ignotis ipſe dedi requiem.
Quod ſi quem tumuli nihil hujus gratia tangit,
Admoneat, patriae fraude quod hic jaceo:
Sed jaceo, quamvis non vitae, at plenus honoris:
Hoc uno ingratus, quod genui patriae.
Teſtata eſt mores lacrymis plebeſque patreſque:
Haec ſunt ſinceri judicia ingenii.

Secundum horum verſuum explicant ſuperiora Suetonii verba, *Sicubi clarorum virorum ſepulcra cognoſceret, inferias manibus dabat.* quartum verſum ita potius ſcribam, *At moveat, patria fraude quod hic jaceo.* elegantius, & ad fidem hiſtoriae convenientius. CASAUB. *Indicia* Hulſ. *exſtiterunt* Memm. Epigramma, quod Caſaubonus adduxit, eſt in Catalect. Pithoei pag. 97. ubi Heinſius *patrua fraude* correxerat. ut amabat talia obtrudere ſcriptoribus. vid. ad Ovid. III. Am. VI. 49. invidioſius vero a patre, quam & patruo occidi, quare *patria* rectum eſſe puto: erat enim Tiberius per adoptionem, ejus *pater.* deinde *quod genui patriae,* reſpicit Caligulam, & *gignere* de mare abſolute ponitur. de quo vide ad Phaedr. III. 15. deinde malebat idem Heinſius, *teſtati mores* &c. BURM.

Lapidata ſunt templa, ſubverſae deum arae] Quaſi pro diis colendi non eſſent, qui mori Germanicum permiſiſſent. Non diſſimile Auguſti factum, qui claſſe tempeſtate perdita proximis Circenſibus Neptuni ſimulacrum pompae detraxit. Sueton. Aug. cap. XVI. TORR. Quos honore auctos volebant, ſive deos, ſive homines, ἐφυλλοβόλουν: contra per contumeliam lapidibus petebant & deorum & hominum imagines. Tacitus I. Hiſt. 55. *Primani Quintanique turbidi, adeo ut quidam ſaxa in Galbae imagines jecerint.* Hinc illa theatralis lapidatio, de qua multa nobis dicta Animadv. in Athenaeum lib. VI. cap. XI. CASAUB. *Lapidata, grandine icta* explicat Barth. XI. Adv. 5. ſed hoc divinae irae, non luctus publici foret indicium, nec convenit ſequentibus *ſubverſae deum arae*, niſi & has tempeſtate ſubverſas fingamus, quod vix putem. vid. Gronov. ad Senec. de Clement. I. cap. 25. & Animadv. Miſcell. Vol. IV. t. II. p. 225. BURM.]

Quibuſque] *Quibuſve* manus docta in Marg. Plantin.

Conſenſiſſe ad inducias.] *Conſenſiſſent* Hulſ. *indutias* Memm. notanda autem rarior conſtructio verbi, quum vulgatior ſit, *conſentire in rem*, vel *de* re aliqua. ſed & Cicero V. ad Att. 18. *parvo exercitu, ſed, ut puto, ad benivolentiam erga nos conſentiente.* & IV. Phil. 4. *omnes Deos ad Rempublicam conſervandam arbitror conſentire.* BURM.

Regulos quoſdam barbam poſuiſſe] Atqui Romani barbam in luctu ſummittebant. ut enim recte Problem. cap. XIII. Plutarch. tradit, lugentibus ea accommodata ſunt quae & inuſitata, ut a viris ali comam, mulieres tonderi, idque pro gentis cujuſque moribus. Exemplum apud eundem Plutarchum Pelopida, & Senecam lib. de Benef. V. cap. VI. TORR.

Convictu Megiſtanum] Male *Megianum* habent exemplaria Gallica, nec recte qui *Artabanum* legunt, ut nomen proprium ſit Parthorum regis, qui regem regum ſe vocabat. ſunt enim *Megiſtanes* Graecis viri ſummi ac proceres cujuſque regni, quibus permiſſum, ut cum regibus epularentur. Quo vocabulo uſus eſt etiam Tacit. & Annaeus Seneca Epiſt.

6 Parthos justitii instar est. Romae equidem, quum ad primam famam valetudinis adtonita & moesta civitas sequentes nuntios opperiretur, & repente jam vesperi incertis auctoribus convaluisse tandem percrebruisset: passim cum luminibus & victimis in Capitolium concursum est, ac paene revulsae templi fores, ne quid gestientes vota morarentur. Expergefactus e somno Tiberius est gratulantium vocibus, atque undique concinentium, *Salva Roma*, *Salva patria*, *Salvus est Germanicus*. Et ut demum fato functum palam factum est, non solatiis ullis, non edictis inhiberi luctus publicus potuit, duravitque etiam per festos Decembris mensis dies. Auxit gloriam desideriumque defuncti & atrocitas insequentium temporum: cunctis nec temere opinantibus, reverentia ejus ac metu repressam Tiberii saevitiam, quae mox
7 eruperit. Habuit in matrimonio Agrippinam, M. Agrippae & Juliae filiam, & ex ea

ad Lucilium XXI. Unde & D. Marci Evanlistae locum cap. VI. 21. de Herode scribentis rectius intelligimus, δεῖπνον ἐποίει τοῖς μεγιστᾶσιν, & Danielis Prophetae cap. V. 1. TORR. *Megistanem* Edd. Venet. sec. & tert. *Mestiganum* Ed. Rom. *Mistiganem* Venet. alia. Sabell. legere *Artabanum* scribit Scriverius, quod non video. sed explicans *Megistanum*, (in notis *Megastinium* vocat) cepit pro nomine proprio regis, quem Artabano successisse fingit. inepte. Cerda ad Virg. IV. Georg. 213. notat Rege Persarum mortuo justitium fuisse, vel octo vel quinque dierum, eoque refert hunc locum, etsi de numero dierum taceat. Sed haec nihil huc facere videntur: hic enim Rex vivus justitii instar agit, ob mortem Germanici; quod in alio luctu publico moris fuisse Regibus dicit Suetonius. Nisi Rege mortuo, successorem ita luxisse statuamus, quod non puto. BURM.

Justitii] *Justi* Memm. Copes.

Equidem] *Quidem* Memm. Periz. Cujac. Exc. Edd. Bon. Ald. Arg. Junt.

Sequentes nuntios] Lipsius corrigebat vel explicabat, *deteriores nuntios*.

Revulsae] *Revolsae* Memm.

Ne quid gestientes vota reddere moraretur.] Pars major libb. & quidem meliorum, *morarentur*, hoc est, exspectandum haberent. *Moror* utrumque significat, & facere & pati moram. CASAUB. *Morarentur* Harlem. Periz. Edd. Venet. tres, Bonon. Junt. Arg. Ald. Steph. Gryph. & recte, ut ad *fores* referatur, non ad *gestientes*, ut Casaubonus videtur cepisse. ne fores morarentur alacritatem gestientium. ita *flumina morari*, pro detinere aliquem, dicuntur. Caes. 57. *Dii morantur vota* Leandri apud Ovid. Epist. XVIII. 5. & *venti* Epist. seq. 95. & ita passim. qui mutavere, *quid* primo casu positum crediderant. sed est accusativi casus, ut ita occurrit, *nihil vos moramur*. &c. BURM.

E somno] *Ex somno T. gratulantium* Copes. vid. ad Tib. LXVIII.

Salva Roma, *Salva patria*, *Salvus est Germanicus.*] Versus est integer Trochaicus. TORR. Carmen est Trochaicum, a ceteris verbis distinguendum. URSIN. Hinc egregie Tristan. tom. III. Comm. p. 339. illustrat nummum Diocletiani, Maximianorum & Constantii. SALVIS. AUGG. & CAESS. FELIX. KART. vid. & simile canticum apud Phaedr. V. 7., *qui notum* vocat, *Laetare*, *incolumis Roma*, *Salvo Principe*. BURM.

Et ut demum] Melius *sed ut demum*, ut in opt. codice. TORR. *Et ut* Memm. Periz. Harlem. & editi omnes usque ad Casaubonum. *S.* ex ultima vocis praecedentis geminata est.

Per festos Decembris] Vide Aug. cap. LXXI. TORR.

Etiam atrocitas] *Et atrocitas* Memm. Copes. Periz. Harlem. & Editi usque ad Plantin.

Reverentia ejus ac metu repressam Tiberii saevitiam,] Eadem sententia Dionis diserte sic scribentis. Τοσοῦτο ἢ ἐπεὶ τὸ ἐφεδρεῦον ἀπῆν ἀρχεῖν, ἐς πᾶν τἀναντίον τῶν πρόσθεν ἐγκωμιαζομένων αὐτῷ πολλῶν ὄντων καὶ καλῶν περιέστη. Tacitus: *Morum quoque tempora illi diversa: egregium vita famaque quoad privatus, vel in imperiis sub Augusto fuit: occultum ac subdolum fingendis virtutibus, donec Germanicus ac Drusus superfuere.* CASAUB. *Tiberi* Memm.

7. *In matrimonio*] *In matrimonium* Periz. Ed. Rom.

Et-

ea novem liberos tulit: quorum duo infantes adhuc rapti, unus jam puerascens, insigni festivitate, cujus effigiem habitu Cupidinis in aede Capitolinae Veneris Livia dedicavit. Augustus in cubiculo suo positam, quotiescumque introiret, exosculabatur. Ceteri superstites patri fuerunt. Tres sexus feminini, Agrippina, Drusilla, Livilla, continuo triennio natae; totidem mares, Nero & Drusus & C. Caesar. Neronem & Drusum senatus, Tiberio criminante, hostes judicavit. C. Caesar natus 8 est pridie Kalend. Septembres, patre suo & C. Fontejo Capitone consulibus. Ubi natus sit, incertum diversitas tradentium facit. Cn. Lentulus Gaetulicus Tiburi genitum scribit: Plinius Secundus in Treveris vico Ambiatino supra Confluentes: addit

Et Juliae] Haec desunt Codd. Periz. Harlem. Edd. Venet. tribus.

Jam puerascens] Hinc & *repuerascere*, per *u*, Plauto, Ciceroni, & aliis. De liberis autem, quos moriens reliquit, sic apud Tacitum lib. II. 71. ipse Germanicus, adstantes jam moriturus alloquens amicos, *Ostendite pop. Romano Divi Augusti neptem, eandemque conjugem meam, numerate sex liberos.* TORR. *Puer nascens* Memm. Copes. Hulf. in Steph. ora scripserat vir doctus, *praeternascens*, quod quid velit non capio; nec, an ita in codice invenerit, novi. BURM.

Habitu Cupidinis] Solitas dilectorum dilectarumque effigies Deorum & Dearum specie fingi & pingi docuit praeter alios Gronov. Diatr. Stat. cap. VI. & Pricae. ad Apulej. Apolog. pag. 146. & Broukh. ad Propert. II. v. 9. neque cessant in Italia & alibi beatae Virginis & aliarum, quas Sanctas colunt, imagines effingere ad puellarum & amicarum facies & formas pictores, ita sacerdotibus jubentibus. de qua exsecrabili consuetudine insignem Gyraldi locum adducit ibidem Broukhusius. BURM.

Exosculabatur] Barth. IV. Adv. 25. repperisse se in MSS. *exosculabat* scribit. sed centies in MSS. vidi ultimas illas literas *ur* omissas, aliquando lineola superducta, aut nota significari, quam forte non animadvertit Barthius. *Quotiensque* etiam Memm. BURM.

Livilla] *Livia* Periz. Harlem. Edd. Venet. tres; nisi quod errore operarum in duabus ultimis sit *Livio*.

8. *Pridie Kal. Septembres*,] Hunc & Commodi fuisse natalem auctor est Lampridius. TORR.

Patre suo & C. Fontejo consule.] A. U. DCCLXV. De quibus Coss. exstat haec inscriptio; (apud Gruter. LXXIX. 5.) GERMANICO CAESARE C. FONTEJO CAPITONE COSS. K. JAN. SEJAE FORTUNAE AUG. SACR. TORR.

Cn. Lentulus Gaetulicus] Gaetulici historiae meminit hic Sueton. at carminum ejus Probus grammaticus in Virgilii Georgica, Martial. praefatione operis sui, & Sidonius Apollinaris hendecasyllabo illo, *Non Gaetulicus hic tibi legetur.* Ejus carmina quaedam citantur lib. III. & lib. VI. Anthologiae. TORR. Vid. Lips. ad Tacit IV. Ann. 44. hunc Heinsius credit, quem inter fautores literatorum hominum recenset Juvenalis.

Vico Ambiatino] Pro Plinio videtur esse Cornelius Tacitus, lib. I. 41. ubi Agrippina cum puero Cajo Treveros mittitur. ait enim: *Ipsa insigni fecunditate, praeclara pudicitia. Jam infans in castris genitus, in contubernio legionum eductus, quem militari vocabulo Caligulam appellabant: quia plerumque ad concilianda vulgi studia eo tegmine pedum induebatur.* Quod autem Sabellicus hoc loco Treveros describens, dicit Coloniensis Dioeceseos esse, fallitur: cum Treveri non solum proprium habeant episcopum, sed archiepiscopum, Imperii Romani electorem. Quod vero de lingua subjicit, Treveros non Gallica hodie uti lingua, sed Germanica, e vulgi opinione hoc habet: qui putant, eam, qua hodie Franciae regnum utitur, esse Gallicam linguam, cum sit Romana, ut Italica & Hispanica, quamquam magis corrupta. Veteri Gallica, quae & Celtica, vere utuntur Helvetii, & proximi secundum Rhenum in Gallia vicini: ut Sequani, Rhenani, Rauraci, Elsatici ac Brisgoenses, Argentinam usque. Porro sub Argentina inde cum Germanica miscetur. ita etiam apud Treveros. Olim ante Romanorum in Gallia Imperium, Germanica & Gallica linguae erant una lingua. Et tamen duae, ut apud Graecos Jonica & Aeolica: quod discrimen

addit etiam pro argumento aras ibi ostendi inscriptas, OB AGRIPPINAE PUERPERIUM. Versiculi, imperante mox eo, divulgati, apud hibernas legiones procreatum indicant:

In castris natus, patriis nutritus in armis,
Jam designati principis omen erat.

Ego in Actis Antii invenio editum. Gaetulicum refellit Plinius, quasi mentitum per

ignorabant Romani. Treverorum igitur lingua est vetus, qua semper usi sunt, quamquam multum cum Germanica permista ob vicinitatem. Et Galatae, ad quos scripsit divus Paulus, eadem usi sunt lingua, divo Hieronymo auctore. GLAREANUS. MSS. omnes *Ambitarino.* quam lectionem etiam Turneb. affirmat. Est & qui *Ambitivo* suadeat legendum, cujus appellationis adhuc memoria superstes. TORR. *Ambitarino.* omnes MSS. Sunt qui Confluentes intelligant Saravi fluminis & Mosellae, ac scribendum *Ambitivo.* Cujus pagi mentio in diplomatibus Pipini regis, & filii ejus Caroli Magni. SCRIV. Haec debentur itinerario Ortelii & Viviani pag. 55. quod confluentes *Sarae*, & *Mosellae* praefert: sed *Saram* & *Saravum* diversa flumina facit Vales. notit. Gal. p. 524. qui videndus. *Ambitaritio* manus docta in Edit. Torr. *Ambitarvio* Memm. *Ambitarino* Harlem. Copes. Periz. & Hulss. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Steph.

Supra Confluentes:] Hinc hodie quoque urbi Confluentiae nomen, qua Mosella in Rhenum influit, sub ditione Treverensi. TORR.

OB AGRIPPINAE PUERPERIUM.] Venustius dixisset *aras ibi ostendi inscriptas Agrippinae puerperio*, aut *puerperii*, ut *ara Concordiae*, *Virtutis*, *Honoris*, *Clementiae*, *Pacis*, *Amicitiae*, *Ultionis*, *Adoptionis*, apud Ciceronem, Livium, Tacitum, & alios. TORR. Mos Romanus, quo receptum, ut propagandae memoriae caussa, ara aut templum statueretur virtuti reique, quam cuperent laudatam. Tacitus Annal. I. *Aramque adoptionis & alia hujuscemodi prohibuit.* Ita apud eundem, cum Tiberius publico judicio ultus esset Germanici mortem, *Caecina Severus censuit aram Ultioni.* & lib. XV. post natam ex Poppaea prolem, *Supplicationes a senatu decretae, & templum Fecunditati.* LIPSIUS. Nescio quare venustius foret *Puerperio.* nam verus titulus hic erat, OB PUERPERIUM. ut ita *oratio inscripta* PRO SARDIS. Caes. LV. & ita Ovid. Ep. VII. 193. *Nec consumpta rogis inscribar*, ELISSA SICHAEI. & ita saepe ille & alii ipsos titulos dant. sic nummi inscripti *Ob cives servatos*, & similia passim in lapidibus. vid. Ind. XV. Gruter. inscr. BURM.

Apud hibernas legiones] Apertior locutio est, & in quibusdam exarata codicibus, si dicas, *apud hiberna legionum.* BEROALD. Melius quod in vetusto cod. se repperisse Beroaldus affirmat, *apud hiberna legionum.* TORR. *Apud hibernas legiones* id ipsum est, quod *hiberna legionum*: sed forte paullum exquisitius. Cicero IV. ad Attic. epist. ult. *hibernam legionem eligendi optio delata.* Nempe ut praeesset hibernis legionis cujuscumque vellet. Ammianus lib. XIV. *collocato apud stationes hibernas.* Ergo corrigendum non est. GRONOVIUS. *Hiberna legionum* dixit Vesp. cap. VI. & in titulo militum legionis V. & undevigesimae. in Pithoei Catal. p. 104.

Haec veterum manes castrorum hiberna tuentur.

Patriis] *Patris* Ed. Rom. & ad oram Torr. Edit.

Ego in actis Antii ipsum invenio editum.] Libb. duo *Antii editum invenio*, unus vero *in actis ejus Antii inv. ed.* sed male. de actis enim publicis loquitur, ut ante notavimus Tib. cap. V. Non sum nescius vero disputatum viro docto de natalis Caligulae soli controversia pro Plinio in Suetonium. Sed (ignoscat mihi) non persuadent argumenta, ut auctori nostro abjudicem, harum rerum diligenti in primis, & optima fide. Et alioqui valida sunt, quae pro se loquitur: neque equidem in tanta (quod ei praemonitum signate) alia & alia, tradentium diversitate facile secundum alterutrum litem dederim. TORR. Dio quoque in castris non natum, sed eductum ait: verum si ex fide eidem traditum, Germanicum primum suum consulatum in otio urbano consumpsisse, caussa non est meo judicio, cur Plinio potius, quam Suetonio in hac controversia assentiamur. Etsi non clam me est, virum doctum multis probabilium argumentorum

per adulationem, ut ad laudes juvenis gloriosique principis aliquid etiam ex urbe Herculi sacra sumeret: abusumque audentius mendacio, quod ante annum fere natus Germanico filius Tiburi fuerat, adpellatus & ipse C. Caesar: de cujus amabili pueritia immaturoque obitu supra diximus. Plinium arguit ratio temporum. Nam qui res Augusti memoriae mandarunt, Germanicum exacto consulatu in Galliam missum consentiunt, jam nato Cajo. Nec Plinii opinionem inscriptio arae quidquam adjuverit, quum Agrippina bis in ea regione filias enixa sit: & qualiscumque partus, sine ullo sexus discrimine, *puerperium* vocetur, quod antiqui etiam puellas *pueras*, sicut & pueros *puellos* dictitarent. Exstat & Augusti epistola ante paucos quam obiret menses, ad Agrippinam neptem ita scripta de Cajo hoc (neque

rum machinis, hujus opinionem prope afflixisse. Sed mihi per videtur mirum, si post cladem Varianam, Tiberium ad Germanicos exercitus summa celeritate festinantem Germanicus cum uxore sua sit comitatus. nonnihil etiam impellit me, ut Suetonio potius assentiar, exquisita haec diligentia, qua usum eum patet in pervestiganda hujus rei veritate: quam quidem ille solus serio, certe post Plinium & Tacitum, quaesivit. Casaub. Vid. Lips. ad Tacit. I. Ann. Exc. L. *Anti editum invenio* Memm. & hunc ordinem servant Copes. (qui male *edictum*) & Huls. *Antis ipsum invenio editum* Junt. Arg. Basil. Ald. Gryph. Plant.

Gaetulicum refellis Plinius] At cum Gaetulico facit Tacit. lib. I. Torr. *Refert Plinius* Copes. Edd. Junt. Arg. Ald. *Gaetulicus refert Plinium* Hulss. Defendit Gaetulici auctoritatem Franciscus Martius Histor. Tiburtin. lib. v. pag. 64. in Tom. viii. Thes. Antiq. Ital. part. II. apud quem miratus sum interpretem vitiosam lectionem, *refert Plinius*, non emendasse. mihi certe illud dubium de altero puero, cum Torrentio nascitur, ex eo, quod Suetonius puerum illum amabilem ante annum fere natum Tibure dicat, & ipsum Cajum dictum praenomine: ille vero quum jam *puerascens* dicatur, ultra annum debuit vivere, & ita idem praenomen gessisse, quod postea natus noster Caligula: nec verosimile duos eodem praenomine simul vixisse. scio quidem posse hoc defendi exemplo duorum fratrum ex gente Claudia, qui ambo praenomen Appii habebant, vide Manut. ad Cicer. viii. ad fam. 8. ubi alia adfert; sed hoc rarius. quare vel statuendum est, serius praenomen nostro impositum, mortuo priori, vel deinde post mortem alterius, minori antiquum praenomen fuisse mutatum in *Cajum*, ut ita duplici praenomine quidam reperiuntur diversis temporibus usi. vid. in Galb. cap. iv. Burm.

Urbe Herculi sacra] Unde *Herculeum*, & *Herculis Tibur*. Sup. Aug. cap. LXXII. Et fortassis ut Commodus, sic Caligula Hercules Romanus videri, ac dici voluit. Torr.

Tiberi] *Tiburii* Exc. Cujac.

Audentius] *Audacius* Exc. Cujac.

Appellatus & ipse C. Caesar] Si vera haec Suetonii opinio, duo eodem tempore Germanico filii eodem ambo praenomine fuere, siquidem prior ille natus Tibure anno uno ante Caligulam puerascens exstinctus est. Torr. *Appellatus C. Caesar*, Harlem. Ed. Venet. pr.

Mandarunt] *Mandaret* Harlem.

Cajo] *Gajo* Huls.

Bis] Deest Periz. Edd. Rom. Venet. tribus. *in eadem*, ora Torr. Ed.

Puellas pueras] Priscian. lib. vi. *Pueri femininum pueram dicebant antiquissimi. Unde & puerpera, quae puerum vel pueram parit.* Idem Donat. tradit ad illud Terentii Andria, III. II. 10. *Non imperabat, coram quid opus esset facto puerperae.* Adde Nonium, & Festum: ut enim *puerae* & *pueri*, sic *puelli* & *puellae* dicebantur. Porro hinc commodius intelligimus Paulum JCtum l. CLXIII. De verb. signif. Torr. Male ad Voss. lib. II. cap. 5. de Anal. nos remittit Priscus, ibi enim agitur de terminatione nominativi, *puer*, & *puerus*. sed videndus de hac re lib. I. de Anal. 16. hinc & *puerilis* dicitur etiam pro *puellaris*, ut Ovid. v. Met. 400. de Proserpina *pueriles annos* dixit. apud Petron. cap. XXIX. in codice Scaligeri erat, *inter puellos capillatos*, pro vulgato, *pueros. dictarent* Venet. sec. & tert. Burm.

Ante paucos quam obiret menses] Liber opt. *obiit*

que enim quisquam jam alius infans nomine pari tunc supererat) *Puerum Cajum XV. Kalend. Junii, si Di volent, ut ducerent Talarius & Asellius, heri cum his constitui. Mitto praeterea cum eo ex servis meis medicum, quem scripsi Germanico, si vellet, ut retineret. Valebis mea Agrippina, & dabis operam, ut valent pervenias ad Germanicum tuum.* Abunde arbitror patere, non potuisse ibi nasci Cajum, quo prope bimulus demum perductus ab urbe sit. Versiculorum quoque fidem eadem haec elevant; & eo facilius, quod hi sine auctore sint. Sequenda igitur est, quae sola actorum restat, & publici instrumenti auctoritas: praesertim quum Cajus Antium, omnibus semper locis atque secessibus praelatum, non aliter quam natale solum dile-

obiit pro *obiret*. TORR. *Inter paucos* Ed. Venet. una.

Cajo hoc] *Haec* Harlem. Edd. Venet. tres. & Margo Basil. & Gryph. Deinde *patri* Harlem. sed tunc legendum foret, *hoc nomine patri. quisquam jam jam alius* Memm.

Asellius] Lib. unus *Asilius*, aliter *A. Selius*. Asellii cujusdam mentio Tib. cap. XLII. Sed & Silia gens Romae nota. TORR. *Asillius* Memm. Copes. *Tallarius* etiam Harlem.

Si vellet ut retineret] Memmianus lacunam exhibet sic, *si vellet . . . . . ut retineret*. Fortasse, *si vellet uti, ut retineret*. CASAUB.

Arbitror patere] Turneb. Adversar. XXIII. cap. XXX. ex vetusto (ut affirmat) cod. legit *parere*. sic enim veteres, *si paret eum dare oportere*. De quo Aug. cap. XCV. TORR. *Parere* Memm. & Copes. qui, *parere arbitror* habent, ut & Exc. Cujac. quae & mox *ab urbe sua*.

Quod hi sine auctore] Liber unus, *quod sine auctore sunt*. TORR. *Hi* deest Periz. Edd. Rom. Venet. tribus. *quod ii* Memm. *sunt* etiam Memm. & Edd. veteres omnes usque ad Casaub. vid. ad Caes. LXVIII. *sine actore* Exc. Cujac.

Quae sola actorum restat] Sic Beroaldus restituit. nam MSS. omnes corrupti sunt. TORR. In MSS. etiam nostris locus est corruptus: ex vestigiis Viterb. & Memmiani videtur scriptum fuisse, *quae sola auctoritas restat publici instrumenti*. nam vox *actorum* ex superscripta interpretatione orta videtur. CASAUB. *Quae sola actorum restat*, sic proxime Pal. tert. nempe *sola auctorum*. nam sec. *quae sola auctor restat*, pr. *quae sola auctore restat*. GRUTER. Nihil auferendum necessario, quia *acta & instrumentum publicum* ita hic junguntur, ut cap. XX. *Commentarii & acta Tiberii*. sunt enim eadem *commentarii Tiberii*, quae *acta Tiberii*. Et similiter cap. XVI. cum dicit Auctor, *cum fide & sine calumnia*, bis idem dixit. Differunt enim magis verborum sono quam sensu, quoniam qui per calumniam quid ait negatve, facit is contra fidem bonam. Et qui contra fidem bonam, is quoque per calumniam. Sic enim l. I. §. 2. ff. Si mulier ventr. nom. *Per calumniam in possessione fuisse videtur, quae sciens prudensque se praegnantem non esse, voluit in possessionem venire*. Et l. 2. ff. De fide instrum. *calumniosa scriptura* est ea, quae fide destituitur. Et l. 5. §. *Si dies*. ff. Ut legator. *Si heres per calumniam postulari contendat & relictum neget*, quod relictum tamen sciebat. Ut hic dici de Suetonio possit, quod dixit Ulpianus de aedilitio edicto. l. I. §. 7. ff. *Aediles tollendae dubitationis gratia, bis τὸ αὐτὸ idem dixisse, ne qua dubitatio superesset*. GOESIUS. *Quae sola auctor restat* Memm. Periz. Copes. Harlem. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. pr. *sola auctore restat* Hulf. *sola actorum restat publici* Edd. Bon. Paris. Basil. *quae sola anterior restat* & Lugd. Erasmus parenthesi inclusit, (*quae sola actorum restat*) & *publici*. Ejecit Graevius *actorum*, ut conjecerat Scriverius. sed quum in omnibus libris exstet vel *actorum* vel *auctor*, vel simile quid, non temere abjiciendam vocem existimo. *actorum restat & publici* Edd. Casaub. & seq. quod placet. Heinsius, *quae sola restat ei, publici*, volebat. BURM.

Omnibus semper locis atque secessibus praelatum] Sic & de Romani gentis conditore Florus l. I. cap. I. *Ipse fluminis amator & montium, apud quos erat educatus*. Cicero quoque de Arpino suo lib. II. de Legibus cap. I. *Ego vero, cum licet plures dies abesse, & amoenitatem & salubritatem hanc sequor: raro autem licet. Sed nimirum me alia quoque caussa delectat, quae te non attingit ita: quia, si verum dici-*

lexerit: tradaturque etiam sedem ac domicilium Imperii taedio Urbis transferre destinasse. Caligulae cognomen castrensi joco traxit, quia manipulario habitu inter 9 milites educabatur. Apud quos quantum praeterea per hanc nutrimentorum consuetudinem amore & gratia valuerit, maxime cognitum est, quum post excessum Augusti tumultuantes & in furorem usque praecipites solus haud dubie conspectu suo flexit. Non enim prius destiterunt, quam ablegari eum ob seditionis periculum, & in proximam civitatem demandari animadvertissent. Tunc demum ad poenitentiam versi, reprenso ac retento vehiculo, invidiam, quae sibi fieret, deprecati sunt.

dicimus, haec est mea, & hujus fratris mei patria, &c. Ammianus de Juliano Imp. lib. XXII. cap. 9. *Antiochiam ire contendens, reliquit Constantinopolim incrementis maximis fultam. Natus enim illic, diligebat eam ut genitalem patriam & colebat.* GRUT.

Caligulae] Caligulae, militis calceamenta, etsi tibiatim calcearentur, nunquam tamen pro braccis, aut femorum tegmine apud veteres sunt acceptae, ut viri quidam docti falso sibi persuaseruur. Recentiores non de calceamento tantum militari dixerunt, sed de omni calceorum genere. D. Hieronymus πεδίλια, *caligas* vertit. vetus interpres Juvenalis Graecorum crepidas, *Grajas caligulas* vocat. nimirum *trechedepna* volebat esse apud Juvenalem, quae Graecis τροχάδες appellantur. auctor veteris Glossarii: Τροχάδες *sunt galliculae*. Idem *gallicnias*, πεδίλια reddit alio loco. sic plane gallicae & caligae confunderentur. Atqui constat gallicam de eo genere calceorum fuisse, quod infimas tantum plantarum calces tegeret, quales erant crepidae & soleae. at caligae non tales. Quamvis non dubitem, multis auctorum locis caligas, & caligulas, pro gallicis & galliculis irrepsisse. Graeci quoque dum γάλλικα & γαλλίκαι scribunt, dubium facere possunt, utrum caligam an gallicam exprimere voluerint. iidem Καλλιγόλαν solent plerumque scribere, qui Latinis *Caligula*. Sed certum est, de caliga esse accipiendum. SALMASIUS. Verum utique est, & caligas fuisse ex crepidarum genere, & calces tantum texisse, digitis pedum haud inclusis, quamvis tibiatim calceabantur. *Crepidae* enim sive *sandalia* appellantur omnia calceamentorem genera, quae digitos pedum haud includunt, quamvis etiam medium crus tegant: ita & caligae militum Romanorum crepidae erant aut sandalia, quamvis ad mediam usque tibiam adscenderent, ut constat ex arcu Constantini, ubi caligam clavatam videmus, quam exhibet Joseph. Castalio decad. 2. Observ. 4. A. RUBENIUS de Re Vestiaria lib. II. cap. 1.

9. *Castrensi joco*] Tacit. lib. 1. 41. *Militari vocabulo Caligulam appellabant, quia plerumque ad concilianda vulgi studia eo tegmine pedum induebatur.* Idem Dion, Victor, & alii. Vide Aug. cap. XXV. TORR. *Loco* Periz. Harl. Hulf. Edd. Roman. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Gryph. Plant. Beroaldus primum *joco* restituit. voces vero hae centies confusae. vid. ad Phaedr. prolog. lib. II. Ovid. IV. Fast. 868. & alibi. Aliam facetiam militarem vid. apud Tacit. 1. Ann. 23. & ibi Lips. BURM.

Apud quos quantum praeterea] Forte scribendum *propterea*. CASAUB. Au *prae ceteris*.

Haud dubie conspectu] *Aut dubie ex conspectu* Mem. *haud d. ex conspectu* Copes. Hulf.

Ablegari enim] Omnes MS. quos equidem viderim, habent *obligari*: atque ita legendum est, ne bis idem dicat. sequitur enim *demandari*. *Proximam* autem *civitatem* Treverorum urbem intellige, ex Tacito lib. 1. Annal. 41. TORR. Etiam in Memmiano scriptum *oblegari*, pro *ablegari* sine dubio. CASAUB. *Oblegari* etiam Copes. *obligari* Harl. Edd. Rom. Venet. pr. Lugd. Junt *abligari* Ald. Lipsius *obligari*, praeterebat & Torrent. quod quem faciat sensum non video, nisi vitio operarum pro *oblegari* sit editum, ut videtur ex Casauboni notis colligi posse. sed sine dubio *ablegari* verum est, nec idem est quod *demandari*. ablegabatur primum ex castris, & deinde, custodiae & securitatis caussa, demandabatur in proximam civitatem. eodem modo in Tiber. VI. *per Achajam circumductus, ac Lacedaemoniis publice demandatus*. BURM.

Represso ac retento vehiculo] Mallem *reprenso, ac ret.* ut in opt. cod. sic enim *reprehensi*, seu *reprensi* dicuntur profugi inf. cap. XLV. Vitell. cap. XII. TORR. Memmianus *reprenso*, ut sit pro saepius apprehenso. Tacitus sic 1. Ann. 41. *orant, obsistunt, rediret, maneret*. CASAUB. *Reprenso* ex Memm. Casaub. & ora Edit. Torr.

 sed

10 sunt. Comitatus est patrem & Syriaca expeditione. Unde reversus primum in matris, deinde ea relegata, in Liviae Augustae proaviae suae contubernio mansit: quam defunctam praetextatus etiam tum pro Rostris laudavit. Transiitque ad Antoniam aviam, & inde vicesimo aetatis anno adcitus Capreas a Tiberio, uno atque eodem die togam sumsit, barbamque posuit: sine ullo honore, qualis contigerat tirocinio fratrum ejus. Hic omnibus insidiis tentatus elicientium, cogentium-

sed tacet Gronovius: *reprehenso* Copes. Hulf. Edd. Bonon. Paris. quod sequor cum Lipsio, quia & hoc verbum inf, cap. XLV. & Vitell. XII. occurrere novi. vide ad Phaed. v. 8. non recte tamen haec cepit Casaub. cum sit retractum ex itinere. *repressum* vehiculum an recte dicatur dubito, quod verbum *equis* aut *jumentis* trahentibus vehiculum, qui *reprimi* saepe dicuntur, quum subsistere coguntur, melius conveniret. & idem esset *repressum*, & *retentum* vehiculum, quod prius reprehendi deberet, antequam retineretur, ut modo Cajus prius *ablegari*, & deinde *demandari* debuit. BURM.

Invidiam deprecati] Vide apud Gell. lib. VI. cap. XVI. quid sit *deprecari*. TORR.

10. *Comitatus est patrem & in Syriaca expeditione*] Liber unus sine &. Ego *in* praepositionem abesse mallem, retento &. TORR. Viterb. *& in Syriacam expeditionem*. CASAUB. *Et in Syriaca* Pal. pr. tert. *patrem in Syriacam expeditionem*. sec. *Patrem & Syriaca expeditione*. media lectio non displicet, sed nec ultima, quae restat alioquin in olim cusis. GRUT. *Patrem & Syriaca* Memm. Harlem. Periz. Edd. Venet. tres. *Patrem in Syriaca* Edd. Rom. Bonon. Lugd. Junt. Ald. Steph. *patrem in Syriacam* Copes. Hulf. ego, quamquam parum intersit, praeferrem *patrem Syriaca expeditione*, ut Aug. XXIX. *quum expeditione Cantabrica* &c. & Tib. VIII. *stipendia prima expeditione Cantabrica fecit*. BURM.

Liviae Augustae proaviae contubernio] Liviam proaviam vocat, (ea enim Drusi mater erat) Antoniam vero aviam, quia Drusi uxor. Et notandum etiam feminarum *contubernium* dici. De quo verbo ad Vespas. cap. III. TORR.

Etiam tum] *Tum* deest Periz. Harlem. Exc. Cujac. Edit. Venet. pr. *etiam tunc* Memm. Edd. Rom. Bonon. Paris. *etiam & pro rostris* Venet. sec. & tert. vid. ad Tib. XLII.

Inde vicesimo] Recte Pulman. sic enim omnes MSS. nostri. Vulgati vero *undevigesimo aetatis anno*. TORR. Convenit cum calculo Taciti, qui in actis anni DCCLXXXVI. VI. Annal. 20. ita scribit: *Sub idem tempus C. Caesar discedenti Capreas avo comes, Claudiam M. Silani filiam conjugio accepit*. CASAUB. Codex Salmas. *Undevicesimo aetatis anno accitus*. Ita & Edd. Bonon. Paris. Basil. Lugd. Junt. Ald. Gryph. & aliae.

Barbamque posuit] *Barbamque post* Memm. *posuit post*, *sine* Exc. Cujac.

Tirocinio fratrum] Vide Tib. cap. LIV. Ut autem militiae, sic & aliarum artium prima aggressio *tirocinium* dicitur, & *tirones* qui rem aggrediuntur. Unde factum, ut *tirones* quoque dicantur ii, qui egressi pueritiam, jam majusculi, sumpta toga virili, in forum deducti sunt; & *tirocinium*, illius deductionis dies. Quod cum fere fieret XVII. aetatis anno, Caligulae ob avi Tiberii cunctationem tardius contigit, atque adeo eodem tempore simul barbam deposuit. Qui dies etiam solenuis habebatur. Juvenal. Sat. III. 186.

Ille metit barbam, crinem hic deponit amati,
Plena domus libis venalibus.

Aliquid sup. Aug. cap. XXVI. & Tib. cap. XV. TORR. *Tyrocinio fratri* Copes. Hulf.

Hic omnibus] *Hinc* Edd. Venet. sec. & tert. *His* Venet. pr.

Insidiis tentatus] Ab iisdem scilicet, qui Neronem, ac Drusum, ejus fratres, ad convicia concitaverant, ut concitati perderentur. Tib. cap LIV. TORR.

Elicientium] *Et licentium* Memm. *Elicentium* Copes. Hulf.

Perinde obliterato suorum casu, quasi nihil quicquam accidisset:] Tacitus ibidem: *Immanem animum subdola modestia tegens, non damnatione matris, non exsilio fratrum rupta voce*. CAS.

Quae vero ipse pateretur, incredibili dissimulatione transmittens.] Tacitus libro sexto cap. 45. de Cajo: *Nam etsi commotus ingenio, simulationum tamen falsa in sinu avi perdidicerat*. Novi Tiberii ingenium, puto tamen hic scribendum *in sinu aviae:* intelligit enim, nisi fallor, primam Caji educationem: non autem in sinu Tiberii avi, sed Antoniae aviae & Li-

tiumque se ad querelas, nullam umquam occasionem dedit, perinde oblitterato suorum casu, ac si nihil cuiquam adcidisset: quae vero ipse pateretur, incredibili dissimulatione transmittens. Tantique in avum, & qui juxta erant, obsequii, ut non immerito sit dictum: *Nec servum meliorem ullum, nec deteriorem dominum fuisse.* Naturam tamen saevam atque probrosam nec tunc quidem inhibere poterat: quin IX & animadversionibus poenisque ad supplicium datorum cupidissime interesset: & ganeas atque adulteria capillamento celatus, & veste longa noctibus obiret: ac scenicas saltandi canendique artes studiosissime adpeteret: facile id sane Tiberio patiente, si per has mansuefieri posset ferum ejus ingenium. Quod sagacissimus senex ita prorsus perspexerat, ut aliquoties praedicaret, *Exitio suo omniumque Cajum vivere:* &, *se*

viae Augustae proaviae, ad vicesimum aetatis annum fuit educatus. Quare de Livia interpretor, muliere, ut novimus, omnium artium illius generis peritissima. nec obstat quod proavia illa fuit, non avia: semper enim Romani scriptores cognationum appellationes laxe & libere usurparunt, ut omnibus est notum, qui eorum scripta serio [illegible]. CAS.

Transmittens] *Transmutans* omnes nostri Codices, Edd. Rom. Venet. pr. Lugd. Junt. Arg. *transmutans* duae aliae Venetae: vitiose. nescio vero an apud aureae aetatis scriptores hoc significatu hoc verbum ponatur. sed & noster in Claud. XI. & Vesp. XV. & alii, ejus & posterioris seculi, ita uti solent. BURM.

Et qui juxta erant] Graeco more τὰς [illegible] οἰκείων. TORR. Vid. Caes. XXVII.

Meliorem servum] Dictum Passieni oratoris. Tacit. lib. VI. 20. TORR. Ejus dicti auctor Passienus, Tacitus ibidem. CASAUB.

XI. *Nec tunc*] *Ne tunc* Steph. Gryph. & prima Graevii. vid. Tib. X. & XV. & alibi centies.

Poterat] Indicium id esse crudelitatis diximus prolixe ad Tacit. I. Annal. 76. GRUT. *Poterant* Harlem. & Periz. quod respicient ejus rectores.

Cupidissime interesset] Optimus cod. *interesse*; mox *obire*, & *appetere*, pro *ambiret*, & *appeteret*, positis scilicet infinitivis pro imperfectis, ut grammatici loquuntur. Quam lectionem ut damnare nolim, ita vulgatam magis Suetonianam puto. *Obiret* autem pro *ambiret* in altero quodam cod. scriptum inveni. Nota etiam nove *adulteria* pro locis, in quibus adulteria agitarentur. TORR. Memmianus codex, Lips. & Viterb. ita legunt; non *ambiret*, ut in aliis. *Adulteria* pro foeminis adulteris, ita dictum, ut *conjugia* pro conjugibus, & alia id genus. At in libb. Ursini scriptum *ganeas atque popinas*. quam lectionem nusquam reperimus, & putamus ab iis esse excogitatam, qui insolentiam vulgatae lectionis non concoquebant. *Capillamentum est* [illegible] Auctor Satyrici: cap. CX. *Evocatumque me non minus decoro exornavit cappillamento: imo commendatior vultus enituit, quia flaurorum corymbio erat.* Puto scribendum, *quia flavo ornatum corymbio erat.* Suetonius in Othone cap. XII. *galericulum* vocat. CASAUB. Haud aliter etiam Pal. tres. non, ut editi, *ambiret*. GRUT. *Paenis* Memm. *interesse* & alia verba hoc modo jam Lipsius emendaverat, nec repugno. *Ambiret* Cod. Periz. Edd. Rom. Vener. tres, Lugd. Junt. Ald. Basil. Steph. Gryph. Plant. & aliae.

Et ganeas atque adulteria] V. C. habet *ganeas atque popinas*. URSIN.

Capillamento celatus] *Capillamentum* comam vocat appositiam, quali mulieres uti solent, (Petronius Arbiter *corymbion* appellat) ut eo, sicut & veste longa muliebri, indutus obvios falleret, nec agnosceretur. Sic ferme Turneb. Advers. I. cap. XXI. & IV. cap. XIX. nec male sane. Et tale quid *caliendrum* apud Horat. lib. I. Sat. VIII. 48. pro coma appostitia. Quo vocabulo usus etiam Varro, ut prisci interpretes ibi annotarunt. Ut autem Cajus capillamento, sic Nero pileo vel galero se texit, Verus (quod de eo Capitolin. scribit) cucullione. Idem Otho factitabat. Eodemque spectat Juvenalis versus Sat. VIII. 144.

— *nocturnus adulter*
Tempora Santonico velas adoperta cucullo.

Sed & Antonio objicit Cicero, II. Phil. 30. quod cum Gallicis & lacerna noctu curreret. Vide Gellium. lib. XIII. cap. XX. TORR.

Mansuefieri posset ferum ingenium] Perversa profecto ratio, *quippe nec luxuriae quidquam crudelitas, nec crudelitati luxuria obstat*, ut loquitur Curtius lib. IX. cap. ult. pluribusque de-

se natricem (serpentis id genus) *populo Romano*, *Phaethontem orbi terrarum educare*.

21 Non ita multo post Juniam Claudillam M. Silani nobilissimi viri filiam duxit uxorem. Deinde augur in locum fratris sui Drusi destinatus, prius quam inaugураretur, ad Pontificatum traductus est: insigni testimonio pietatis atque indolis: quum deserta desolataque reliquis subsidiis aula, Sejano vero tunc suspecto, mox & oppresso, ad spem successionis paullatim admoveretur. Quam quo magis confirmaret, amissa Junia ex partu, Enniam Naeviam Macronis uxorem, qui tum praetorianis co-

demonstravimus ad Lib. VI. Ann. Tacit. capitis quinti extremo. GRUT.

Ut aliquoties praedicaret, exitio suo omniumque Cajum vivere] Dio lib. LVIII. pag. 635. cati senis vaticinium ita narrat: Ἠγνόει μὲν γὰρ οὐδὲ ὁ Τιβέριος τὰ τοῦ Γαΐου, ἀλλὰ καὶ εἶπέ ποτε αὐτῷ διαφερομένῳ πρὸς τὸν Τιβέριον, ὅτι σύ τε τοῦτον ἀποκτενεῖς, καὶ σὲ ἄλλοι. Propterea Philo narrat, saepius deliberasse Tiberium de tollendo Cajo. CASAUB.

Natricem] A natando, ut vult Nonius, quod in aquis id serpentum genus vivit. sic enim recte vertit Gaza, quem Aristot. ὕδρον vocat. Nocentior est, cum terram attingit, & tunc chersydrus dicitur, ut Nicander, Aëtius, & alii tradidere. Lucan. quoque lib. IX. *Et natrix violator aquae*. Hinc proverbium, *Hydrus in dolio*. TORR. Quam eandem cum *boa* faciunt Glossae: *Natrix*, *boa*, ἔχεως εἶδος. Est ex Graeco βόες, quod idem est ac βόας. Aeoles Boeotii dicebant βόας, inde *boa*, ut φόπας, *popa*. Plinius *boam* dictam autumat, quod alatur bubuli lactis succo. falsa ἐτυμολογίας. nec enim hoc proprium boae, sed omnium serpentium esse sciunt nostrae rusticae. Lactis omnes avidae sunt, & colubri plerumque in pastu, pedibus vaccarum circumvoluti posterioribus, lac ex uberibus usque ad sanguinem sugunt. SALMASIUS. Exerc. Plin. pag. 61. *Seminatricem* Hulf. Huc hydrum illum apud Phaedr. I. 2. referre quosdam vidimus, sed extra veri speciem. non enim tignum fuit Tiberius, cui hydrus ille succederet. *serpentis id genus* a Glossatoris manu esse profectum credebat Heinsius. BURM.

Phaethonten] V. C. habet *Phitonem*, seu *Pythonem*. Quae lectio non displicet, quando semel a serpentibus metaphoram duxit. praeterea *educare* verbum in veteri proverbio de serpente dicitur. URSIN. *Phetontem* Copes. Harl. Hulf. Ed. Rom. *Phaetontem* Venet. tres, & aliae, ut passim apud Ovidium & alios. Sed vitiosa est scriptura.

12. *Juniam Claudillam M. Silani*] Tacit. VI. Ann. 20. *Claudiam*, *M. Silani filiam*, *uxorem accepit*. Suetonium vero deminutivis mulierum nominibus oblectari jam ante notavimus, Tib. LXII. TORR. *Juliam* Copes. Edd. Venet. sec. & tert. alia etiam *Glaudillam*, mox tamen *Junia* habent eaedem Edd. *Syllani* Harlem. & Edd. veteres fere omnes.

Drusi] Deest Copes.

Reliquis subsidiis] Solo nempe Cajo cum Tiberio, Drusi filio, adhuc puero, ex omnibus masculis domus Imperatoriae superstite. Quod vero augurem in locum fratris sui Drusi designatum dicit, de Drusi auguratu nihil equidem in antiquis monumentis inveni. At vero ipse Cajus Caesar, Germanici Caesaris F. Divi Augusti pronepos, & flamen Augustalis, & quaestor in veteri marmore scribitur. TORR.

Sejano vero tunc suspecto,] Nihil muto, libri tamen MSS. habent, *Sejano vero tunc hoste suspecto*, unus etiam *hospite* pro *hoste*. TORR. *Tunc* deest Memm. *Sejano hospite suspecto mox*. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Arg. & ita Periz. nisi quod *suspectoque*. *Sejano hoste tunc suspecto* Copes. (nisi quod *suscepto*), Edd. Bonon. Paris. *Sejano hoste suspecto* Exc. Cujac. Ald. Steph. latet aliquid ulceris. an, *Sejano postea suspecto, mox & oppresso*. vel, *Sejano sospite, verum suspecto, mox & oppresso*. BURM.

Admoveretur] *Abmoveretur* Hulf. *admovetur* manus docta in ora Plant. quae majorem distinctionem post *indolis* ponebat.

Enniam Naeviam] *Enniam* tantum vocat Tacit. ut priorem quoque *Claudiam*: Sueton. duo utrique nomina tribuit. Nec tam solicitatam a Cajo Enniam scribit Tacit. VI. Ann. 45. quam immissam a marito, ut juvenem alliceret. TORR. Lislaei cod. alterum tantum nomen agnoscit, quod in mulieribus est usitatius: *Naenniam* enim scribit, non sine vitio. Dio LVIII. pag. 639. Ἐννίαν Θρασύλλαν vocat. maritum vero ejus Νηούιον Σερτώριον Μάκρωνα. unde scripserim hoc loco *Enniam Naevii Macronis ux.* vel *Herennii Macr.* ita enim nomina-tur

cohortibus praeerat, folicitavit ad ftuprum, pollicitus & matrimonium fuum, fi potitus imperio fuiffet: deque ea re & jurejurando & chirographo cavit. Per hanc infinuatus Macroni veneno Tiberium adgreffus eft, ut quidam opinantur: fpirantique adhuc detrahi anulum, &, quoniam fufpicionem retinentis dabat, pulvinum juffit injici, atque etiam fauces manu fua oppreffit, liberto, qui ob atrocitatem facinoris exclamaverat, confeftim in crucem acto. Nec abhorret a veritate, quum fint quidam auctores, ipfum poftea, etfi non de perfecto, at certe de cogitato quondam parricidio profeffum. Gloriatum enim effe adfidue, in commemoranda fua pietate, *ad ulcifcendam necem matris & fratrum, introiffe fe cum pugione cubiculum Tiberii dormientis: & mifericordia correptum, abjecto ferro receffiffe: nec illum, quamquam fenfiffet, aut inquirere quidquam aut exfequi aufum*. Sic imperium 13. adeptus, populum Romanum, vel, dicam, hominum genus, voti compotem fecit, exoptatiffimus Princeps maximae parti provincialium ac militum, quod infantem ple-

tur ab aliis. Memmianus, *Enniam Naeviam*. CASAUB. *Enniam* Copef. *Enniam Naeniam* Exc. Cujac. veram autem credo Cafauboni opinionem legentis, *Enniam Naevii Macronis*. Grangraeus ad Juven. Sat. x. 71. etiam vocat *Naevium Sertorium Macronem*. BURM.

Chirographo] *Curographo* Memm. ita & Aug. LXIV. & alibi.

Per hanc infinuatus Macroni] Praeter hiftoricos, vide Philonem contra Flaccum. CAS.

Manu fua oppreffit] Lib. unus *compreffit*. TORR. *Compreffit* corrigebat Lipfius. quod firmari poffet his Ovidii Ep. IX. 98.

Praegrave compreffa fauce pependit opus. BURM.

Etfi non de perfecto] Liber opt. *profundo*, pro *perfecto*, quod miror fane, & *perfuncto* fcriptum fuiffe fufpicor. TORR.

Gloriatum enim effe] Idem cod. *gloriatum etiam affidue*. TORR. *Effe* deeft Memm. Exc. Cujac. Periz. Copef. Harlem. Edd. Venet. tribus. Steph. *Gloriato enim affidue* alia Venet. deinde & *in comm*. Periz. Edd. Rom. Venet. tres, Bonon. Lugd.

Pugione] *Pungione* Exc. Cujac.

Et mifericordia correptum] *Sed mif.* manus Lipfii in ora codicis. *correctum* Venet. tres, Lugd.

Neque illum, quamquam fenfiffet:] Lib. unus e vetuftioribus, *neque ullum quemquam fenfiffe*. Quod fane mihi non difplicet, quis enim credat Tiberium tam mitem effe potuiffe? TORR. *Neque illum, quamquam fenfiffet*, etiam Pall. nifi quod pr. *ullum*, male. pejus Torrentii liber. *Neque ullum quemquam fenfiffe*: quod mirum tam docto viro potuiffe non difplicere: cum lectioni tali repugnent firmiffimis verbis fequentia omnia: fi enim nemo reliquam rem fenfit, qua ratione inquiret in ipfum? quomodo vindicabit? At enim quis credit Tiberium tam mitem effe potuiffe? quis? ut nemo credit, non ideo fequitur talia non potuiffe jactare Caligulam. & fi ego novi Tiberium, quamvis tale quid refciviffet, diffimulaffet ob caufam non unam. GRUTER. *Quamquam fenfiffent* malebat Heinfius.

13. *Populum Romanum vel ut ita dicam, hominum genus*] Quafi parum dixiffet cum *pop. Rom.* dixit, *hominum genus* addidit, quod tamen ego abeffe malim. TORR. Brevius lib. Pithoei, *vel dicam, hominum genus comp.* CASAUB. Auctoribus fcriptis Pithoei & Barthii LVII. Adver. 1. recidenda τὸ *ut ita*, quae interjecerunt, qui formulam illam correctionis non caperent. Cicero IX. ad Atticum epift. 7. *Unum illud extimefcebam, ne quid turpiter facerem, vel dicam, effeciffem*. Deinde lege, *compotes fecit*, hoc enim duobus vocabulis diverfi generis aptiffime refpondet, & fic; ut folet in collectivis fieri. Eft enim *populus Romanus* idem quod *Romani*, & *hominum genus*, quod *omnes homines*. GRONOVIUS. In codice etiam Salmafiano non legitur τὸ *ut ita*. Merito damnavit tanquam vilem pannum a fciolis adfutum Gronovius. GRAEV. *Vel ut ita dicam*, Harlem. Periz. & Edd. prifcae omnes, ufque ad Graevium, & Gronovium, fecutos Memm. & certe abeffe poterit, fed faepius tamen *ut ita* addi folet. Torrentius *hominum* etiam *genus* abeffe vellet. fed ita Flor. lib. 1. praef. & IV. 2. & multi alii. deinde *compotes*

plerique cognoverant: sed & universae plebi urbanae ob memoriam Germanici patris miserationemque prope adflictae domus. Itaque ut a Miseno movit, quamvis lugentis habitu, & funus Tiberii prosequens: tamen inter altaria & victimas, ar-

potes etiam Lipsius corrigebat, quia forte *ad genus* convenire non credebat. sed ad prius *Populum* referri debet, ut millies in similibus. BURM.

Maximae parti] Lego, ut in optimo cod. *maximeque parti provincialium*. TORR. *Maxime* Edd. Rom. Bon. Lugd. Junt.

Quod infantem] *Qui infantem*, Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Arg. Steph. sic Tib. LII. & alibi.

Ob memoriam Germanici] Recte Seneca lib. IV. Benef. cap. 30. *Non sine ratione sacra est magnarum virtutum memoria, & esse plures bonos juvat, si gratia bonorum non cum ipsis perit.* Sed per hunc locum vagati sumus late in dissertationibus Livianis. GRUT.

Afflictae domus] *Affligere* apud classicos auctores proprie est pessumdare, & ita dejicere, ut interitus sequatur. Exempla saepe obvia. Sueton. Vitell. cap. III. *ut appellatum Imperatorem mater pro afflicto statim lamentata sit.* TORR. *Affligere* Suetonio gravius, quam vulgo apud Ciceronem & alios multos sonat. In Vitellio cap. III. *Mater missum ad legiones & appellatum Imperatorem pro afflicto statim lamentata est* In Vespasiano cap. VIII. *Per totum imperii tempus nihil habuit antiquius, quam prope afflictam nutantemque Remp. stabilire.* proprie *affligere* est cum flictu sive sono ad terram dare, quod Graeci προσουδίζειν dicunt. Homerus interdum δουπεῖν, ut δεδουπότος Οἰδιπόδαο. Minus recte in Glossario: *Adfligere*, ζημιῶ, & *Adfligi*, καταπονοῦμαι. non enim assequitur vim vocis, ut fere solet. CASAUB.

Ut a Miseno] *Ut Miseno* Edd. Venet. sec. & tert.

Inter altaria & victimas ardentesque tedas] Ita moris fuit prodire obviam viris principibus. Docuit nuper Lipsius (ad Tacit. II. Hist. 70.) testimonio aliquot veterum scriptorum: quibus pauca lubet adjicere. Originem rei docet M. Tullius: nam primitus deis hic honos exhibitus, cum transferrentur eorum imagines: sic ille lib. IV. in Verrem 35. *Quid hoc tota Sicilia est clarius, quam omnes Segestanas matronas & virgines convenisse, cum Diana exportaretur ex oppido? unxisse unguentis? complesse coronis & floribus? thure odoribusque incensis usque ad agri fines prosecutas esse?* Deinde ad homines idem est translatum: estque hoc adulationis genus antiquissimum. Quintus Curtius libro V. de Alexandri ingressu in Babylonem loquens: *Plures obviam egressi sunt: inter quos Bagophanes arcis & regiae pecuniae custos, ne studio a Mazaeo vinceretur, totum iter floribus coronisque constraverat, argenteis altaribus utroque latere dispositis, quae non thure modo, sed omnibus odoribus cumulaverat.* Plutarchus in Dione: Βελτίων δὲ καὶ δι' ἑαυτοῦ συγκαλοῦντας τοὺς ἀνθρώπους, ἀνὰ διὰ τῆς Ἀχραδινῆς, ἑκατέρωθεν παρὰ τὴν ὁδὸν τῶν Συρακουσίων ἱερεῖα καὶ τραπέζας καὶ κρατῆρας ἱστάντων· καὶ καθ' οὓς γένοιτο προχύταις τε βαλλόντων, καὶ προστρεπομένων ὥσπερ θεὸν κατευχαῖς. Justin. lib. XXIV. 3. *Arsinoë praegressa virum, diem festum urbi in adventum ejus indicit; domos, templa, ceteraque omnia exornari jubet; aras ubique hostiasque disponi.* Religiosius multo Athenienses, qui excepturi Attalum, sacerdotes & victimas praepararunt, templaque omnia aperuerunt, ut ipse diis, non Athenienses ipsi ut deo sacrificarent. Polybius in Exc. leg. cap. III. Ἐπεὶ δὲ ἧκεν εἰς τὸ Δίπυλον, ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους παρέστησαν τοὺς ἱερέας καὶ τὰς ἱερείας. μετὰ δὲ ταῦτα πάντας μὲν τοὺς ναοὺς ἀνέῳξαν, ἐπὶ πᾶσι δὲ θύματα τοῖς βωμοῖς παραστήσαντες, ἠξίωσαν αὐτὸν θῦσαι. quanquam adulationibus foedis erga potentes nulli populo concessisse Athenienses satis probavit Athenaeus lib. VI. cap. 14. & nos ad illum. Sed redeo ad aliorum adulationem, cujus praeterea testis Suetonius libro superiore, cap. XCVIII. *Forte Puteolanum sinum praetervehenti vectores nautaeque de navi Alexandrina, quae tantum quod appulerat, candidati coronatique & thura libantes, fausta omina & eximias laudes congesserant.* mitto locum in Galba cap. XVIII. meminit & Appianus Ἐμφυλίων lib. quinto pag. 715. narrans Octavii & Antonii in Urbem adventum post factam inter se pacem, προσεδέχοντο αὐτοὺς οἷα σωτῆρας ἐγίγνοντο θυσίαι. Sic interpretor, quod scribit Philostratus libro quinto de vita Apoll. cap. 9. cum Aegyptiacos nomos peragraret Vespasianus Imperator, non solum prodiisse illi obviam omnes cujuscunque aetatis aut conditionis homines, sed sacra etiam detulisse: Προσιόντι δὲ τῷ αὐτοκράτορι, οἱ μὲν ἱερεῖς ἀπὸ πυλῶν ἀπήντων, καὶ τὰ τῆς Αἰγύπτου τέλη, καὶ οἱ νόμαρχοι καθ' ἃς Αἴγυπτος τέμνεται. δι-

ardentesque tedas, densissimo & laetissimo obviorum agmine incessit super fausta omina, *fidus*, & *pullum*, & *puppum*, & *alumnum* adpellantium. Ingressoque urbem, 14 sta-

φιλόσοφοί τε ὑπαντῶντες, καὶ ἡ σοφία πᾶσα. Addit Suetonius, *taedasque ardentes*: quod erat aliquanto civilius & usitatius. Servius ad librum v. Aeneidos: *In honorem regum cum facibus procedebatur a populo.* Plutarchus in Pompejo: Τὰς δὲ ἀπαντώσας παραχθῆναι οὐδεὶς ἐχώρει τόπος, ἀλλὰ ὁδοί τε κατεπίμπλαντο, καὶ κῶμαι καὶ λιμένες εὐωχουμένων καὶ θυόντων· πολλοὶ δὲ καὶ στεφανηφοροῦντες ὑπὸ λαμπάδων, ἐδέχοντο, καὶ παρέπεμπον ἀνθοβολούμενον. Herodianus lib. quarto cap. 8. describens ingressum Caracallae in Alexandriam: Ἀρωμάτων δὲ παντοδαπῶν καὶ θυμιαμάτων ἀτμίδας εὐωδίας παρεῖχον ταῖς εἰσόδοις. δᾳδουχίαις τε καὶ ἀνθῶν βολαῖς ἐτίμων τὸν βασιλέα. Ammianus lib. xxi. cap. 10. *Eumque suburbanis propinquantem amplis nimiumque protentis, militaris & omnis generis turba cum lumine multo & floribus votisque fau- stis* Augustum *appellans*, & Dominum, *duxit in regiam.* Imperatoribus autem Christianis idem genus honoris postea esse exhibitum, passim illorum historiae testantur. nam sive ipsos, sive eorum laurata, sive cadavera defunctorum suffitibus excipiebant. Corippus lib. II. *Transitus ob caussam multi pia thura cremabant.* Atque idem honos postea etiam episcopis est exhibitus: idque jam inde a temporibus primis florentis ecclesiae. nam B. Cyrillus in epistola ad presbyteros Alexandrinos, quae exstat in Actis concilii Ephesini, narrat, se a concilio Ephesi habito redeuntem tanta alacritate omnium exceptum esse, ut passim sibi mulieres praeirent, thuribula manibus tenentes: ὥστε, inquit, καὶ τὰς γυναῖκας θυμιατήρια κατεχούσας προηγεῖσθαι ἡμῶν. Simile est quod de cereis accensis in Histor. Ecclesiast. observamus, quos initio moris fuit rebus sacris praeire. Sozomenus lib. viii. de apparatu choreae ab Johanne Chrysostomo institutae, σταυρῶν ἀργυρῶν σημεῖα ὑπὸ κηροῖς ἡμμένοις προηγεῖτο αὐτῶν. mox ad ipsorum episcoporum honorem cerei sunt adhibiti. Sic eidem B. Chrysostomo cum cereis obviam procedit populus Constantinopolitanus. Theodoritus lib. v. cap. xxxiv. ἅπαντες ὑπηλόντησαν τὰς ἐκ κηροῦ λαμπάδας ἀνάψαντες. Sozomenus lib viii. Ἐν ψαλμῳδίαις δὲ πρὸς τὸ συμβὰν πεποιημένας ὑπαντήσας ὁ δῆμος, (ἔφερον δὲ κηροὺς ἡμμένους οἱ πλείους) ἄγουσιν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Gregorius in ejus vita capite centesimo: Ἦν τὴν θάλασσαν ὅλην πόλιν πᾶσαν χειρίζειν πρὸς τὴν ἀπάντησιν, καὶ πλήρη μὲν περιμένειν τὴν θάλασσαν, πλήρη δὲ τὰ περίμετρα λαμπάδων καὶ ἀρωμάτων καὶ μύρων. B. Cyrillus de se in illa epistola, cujus modo meminimus: Ἐξελθόντας δὲ ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐκκλησίας προέπεμψαν μετὰ λαμπάδων· λοιπὸν γὰρ ἦν ἑσπέρα. Videtur quidem Cyrillus dicere, ideo funalia esse accensa, quia nox erat: sed praeter hanc caussam alia fuit, quod honoris Cyrilli caussa id faciebant, & testandae laetitiae. ideo sequitur, καὶ γέγονε πολλὴ θυμηδία· καὶ λυχναψία ἐν τῇ πόλει. Talia multa in eadem historia leguntur: nec non in conciliis Patrum, ut in Nicena synodo secunda. denique apud Cedrenum & id genus scriptores passim leges, θυμιάμασι καὶ κηροῖς προπεμπόμενον: & μετὰ κηρῶν καὶ λαμπάδων καὶ ἀρωμάτων. Cas.

Ardentesque tedas] De luminum in funere usu Aug. cap. xcviii. Torr.

Laetissimo] *Latissimo* Harlem.

Super fausta nomina] Sunt qui *omina* legendum putent, ut Aug. cap. lvii. *Revertentem ex provincia non solum faustis ominibus, sed & modulatis carminibus prosequebantur.* Verum ego & ibi *nominibus* legendum existimo, & *fausta nomina* accipio, qualia sunt, Pater, Princeps, Magnus, Pius, Felix, & similia. Horat. lib. i. Od. ii.

Hic ames dici Pater, atque Princeps.

Seneca lib. i. de Clementia, *Magnos, & Felices, & Augustos dicimus.* Similia vero multa de Vero Capitolin. de Pertinace Spartian. Torr. Sic placet cum mss. non *omina*. Josephus vocat ἐπιβοήσεις εὐφήμους Eusebius βοὰς εὐφήμους. Casaub. Si quae alia, huc faciant illa Palladiae apud Salvianum, Episcopum Massiliensem, suavissimum scriptorem in Epistol. iv. *Advolvor vestris, o Parentes carissimi, pedibus, illa ego vestra Palladia, vestra gracula, vestra dommula, cum qua bis tot vocabulis quondam indulgentissima pietate lusistis, quae vobis per varia nomina nunc fuit mater, nunc avicula, nunc Domina, cum esset unum scilicet vocabulum generis, aliud infantiae, tertium dignitatis.* similes blanditiae apud Plautum quoque leguntur. Boxhorn. Invitis omnibus scriptis lego, *fausta omina.* & illud in tali re insolens & non Latinum puto. Εὐφημίαι sunt *fausta omina*, non *fausta nomina*. Gronovius. Adsentior Gronovio. nam *fidus*, *pullus* &c. sunt fausta nomina. inepte ergo dixisset super fau- sta

ftatim confenfu fenatus, & irrumpentis in Curiam turbae, irrita Tiberii voluntate, qui teftamento alterum nepotem fuum praetextatum adhuc coheredem ei dederat, jus arbitriumque omnium rerum illi permiffum eft, tanta publica laetitia, ut

fta nomina, adjecerunt haec nomina *fidus* &c. *fuper* hic eft praeter, ut eenties apud noftrum.

Sidus & pullum & pupum & alumnum] Hae propriae & peculiares de Cajo populi acclamationes, *fidus* enim (ni fallor) appellabant ob fauftitatem, aut etiam oris venuftatem. Horat. lib. III. Od. IX. 21.

Quamvis fidere pulcrior
Ille eft.

Et lib. I. Sat. VII. 24.

Solem Afiae Brutum appellat, ftellafque falubres
Appellat comites.

De *pullo*, & *pupo*, idem Horat. lib. I. Sat. III. 45. — *ftrabonem*

Appellat paetum pater, & pullum, male parvus
Si cui filius eft.

Et lib. II. Sat. III. 216.

— *Pupam & pupillam appellet.*

Catull. Epigr. LV. 5.

Deprendi modo pupulum.

Martial. lib. IV. 20.

Pupam fe dicis Gellia, cum fit anus.

Plautus Caf. Act. I. vf. 50. *meus pullus, meus paffer.* Sic *pullus Jovis, pullus Martis. puerum enim* (inquit Feftus) *quem quis amabat, pullum ejus vocabant.* Unde *pullipremones* apud Lucilium, & *feles pullaria* apud Aufonium Epig. LXX. utrumque obfcenum. De *alumno* etiam res notiffima eft. Horat. Epift. ad Tibullum IV. 8.

Quid voveat dulci nutricula majus alumno, &c. TORR. Plane funt nutriculis ufitatae blanditiae in demulcendis infantulis. *pullus* refpondet illi Graecorum ὑποκορισμῷ, quo νεττὸς & νεττία puerulos vocabant. Theophraftus in Characteribus, περὶ κολακείας. Χρυσοῦ πατρὸς νεόττιον! CASAUB. *Papum* Harlem. Edd. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Steph. & al. *pullum* Venetae fec. & tert. ignorant. *Pumpum* Exc. Cujac

14. *Ingreffoque urbem*] Libb. duo *ingreffo*, fine *que*. TORR.

Confenfu fenatus & irrumpentis in curiam turbae] Dio libro X. p. 640. ὑπὸ τῶν ὑπάτων καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων τῶν συνεσπεπτωκότων ἐς τὸ συνέδριον. neque verba Suetonii ita accipienda funt, quafi in fenatum admiffa effet haec tumultuans turba, quam probabilius eft, dum patres deliberant, ad fores curiae manfiffe: mox, factum decretum applaufu & acclamationibus magnis excepiffe. CASAUB.

Irrita] *In irrita* Memm.



Alterum nepotem] Naturalem nempe, Drufi filium, Tiberium, cognomine Gemellum, ut volunt. Et fane Gemellum fuiffe, numifmata quaedam aerea Drufi, Tiberii filii, atteftantur, hac imagine. TORR.

Coheredem ei dederat,] Dion initio lib. LIX. puerum hunc avi teftamento imperii fucceflorem relictum fcribit. Quod teftamentum tamen Cajus a fenatu fubverti curaverit, tanquam a non fanae mentis homine conditum, ei nempe imperium deferente, qui ne in Curiam quidem per aetatem venire poffet. *Coheredem* igitur videtur appellare Sueton. eum, qui heres quidem & ipfe fcriptus fit, fed fecundo loco, fi quid alteri accidiffet. TORR. An bonorum tantum Tiberii coheredes funt relicti, an etiam imperii? non temere quaerimus: videntur enim inter fe non confentire veteres fcriptores. Dio quidem initio libri LIX. nepoti traditum imperium fcribit, τοῦ Τιβερίου τῷ ἐγγόνῳ τὴν αὐταρχίαν καταλιπόντος. contrarium affirmat Jofephus lib. XVIII. 8. apud quem Cajo remp. committit Tiberius moriens, & his verbis utitur: ὦ παῖ, καίπερ μοι συγγενεστέρου Τιβερίου ὄντος ἢ σὺ εἶ, σοὶ φέρων ἐγχειρίζω τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν. utrique communicatum tradit Philo Leg. ad Cajum pag. 995. τὸν γὰρ ἀντίπαιδα καὶ κληρονόμον ἀπολειφθέντα τῆς ἀρχῆς κτείνει. & fcribit idem, fi paullulum advixiffet Tiberius, mutaturum fuiffe, ac fublato Cajo folum heredem imperii relicturum fuum nepotem. Philonem arbitror vera dicere, qui cum iis temporibus vixerit, & Romae etiam Caji temporibus fit verfatus, ignorare quod factum erat, non potuit, quare interpretationem vocis *coheredem*, quam quidam afferunt, non probo. neque fane

ut tribus proximis menfibus, ac ne totis quidem fupra centum fexaginta milia victimarum caefa tradantur. Quum deinde paucos poft dies in proximas Campaniae infulas trajeciffet, vota pro reditu fufcepta funt: ne minimam quidem occafionem quoquam omittente in teftificanda follicitudine & cura de incolumitate ejus. Ut vero in adverfam valetudinem incidit, pernoctantibus cunctis circa Palatium, non defuerunt, qui depugnaturos fe armis pro falute aegri, quique capita fua titulo pro-

ne averfus Dio ab hac fententia, qui delatam Cajo fucceffionem imperii a Tiberio alibi expreffis verbis fcribit. CASAUB.

Supra centum fexaginta milia victimarum caefa tradantur.] Minus mirabitur, qui horum Philonis verborum meminerit: οὐδὲν γὰρ ἰδεῖν ἦν ἕτερον κατὰ πόλεις, ἢ βωμούς, ἱερεῖα, θυσίας, λευχειμονοῦντας, ἐστεφανωμένους, φαιδρούς, εὐμένειαν ἐξ ἱλαρᾶς τῆς ὄψεως ἀναφαίνοντας, ἑορτάς, πανηγύρεις, μουσικοὺς ἀγῶνας, ἱπποδρομίας, κώμους, παννυχίδας μετ' αὐλῶν καὶ κιθάρας, τέρψεις, ἀνέσεις, ἐκεχειρίας, παντοίας ἡδονὰς διὰ πάσης αἰσθήσεως. Ibidem habes de morbo Caji, quae non fine fructu & voluptate cum iis conferas. CASAUB. *Centum* XL. Periz.

Vota pro reditu] Nihil vulgatius his votis, (vid. Tib. XXXVIII.) quae ex lapidibus, nummis & veterum fcriptis centies illuftrata fuere, & hinc undique corrafit ab aliis jam dicta JCtus, qui de viarum tutela fcripfit in ipfo libelli initio. fed quam caute utatur aliorum inventis indicio eft Fefti locus, quem adducit ex Rutgerfio commodatum, quafi ex illo conficeretur, Magiftratus provinciales in provincias profecturos vota fignaffe & Deorum genibus adfixiffe. de quo ne verbum quidem in Fefti loco occurrere recte notatum eft a literarum quodam ftudiofo, qui & obfervat inepte locum Virgilii v.235. de Cloanthi votis adductum, quafi & illa ejufdem effent generis, ut magiftratuum vota in provincias abeuntium. Quare auctor effem viro fcribendi cupidiffimo, ut prius fingula loca veterum excutiat, non ut apud hunc vel illum laudata invenit, fine ordine ullo in chartam conjiciat, tamquam fi congefta antea in faccum, excuffa, locum in quem ceciderunt, obtinere deberent. BURM.

Pernoctantibus cunctis] *Cuneis* conjiciebat Heinf. fed fi milites foli pernoctaffent, tolerarem, etfi nec fic quoque. fed hic agitur de incolis Romae omnibus. BURM.

Depugnaturos fe armis] Par omnium, qui vel depugnando armis, vel quacunque alia ratione moriendo fua pro alterius falute Diis Manibus capita devoverunt, ftultitia eft, quafi vero alterius fata fubire poffent. Minus culpandi, qui amoris impotentia amicis vita functis fuperftites effe nolunt, ut olim Soldurii apud Gallos. Sed hoc extra rem. TORR. Opinio veterum fuit, mortem morte poffe redimi: ex qua perfuafione multa introducta. mitto tabulas poëtarum, & Deciorum devotiones, aliaque ex antiqua hiftoria, vel recente barbararum gentium: cujufmodi eft mos ille in Canariis obfervatus, devovendi fefe, ac ftatim mortem obeundi pro falute novi Principis: ut narrat Aloyfius Cadamuftus cap. VIII. ex eo fonte iftud eft, quod aegrotos periculo poffe eripi putarent, fi vitam fuam illius loco projeciffent. Juvenalis Satyra XII. 115. de heredipeta, qui orbo adulatur aegrotanti:

Alter enim, fi concedas mactare, vovebit
De grege fervorum magna & pulcherrima quaeque
Corpora, vel pueris, & frontibus ancillarum
Imponet vittas, & fi qua eft nubilis illi
Iphigenia domi, dabit hanc altaribus.

Inde eft etiam quod narrat Suetonius in Nerone, capite trigefimo fexto: *Stella crinita, quae fummis poteftatibus exitium portendere vulgo putatur, per continuas noctes oriri coeperat: anxius ea re, ut ex Babilo aftrologo didicit, folere reges talia oftenta caede aliqua illuftri expiare, atque a femet in capita procerum depellere, nobiliffimo cuique exitium deftinavit.* nec ob aliam cauffam inftitutum, ut pro falute Principis committerentur gladiatores: quod in Claudio diferte notat Dio, aliique confirmant. exftat & infcriptio vetus, quae continet titulum, quo propofito duae legiones capita devoverunt pro falute Trajani bello Dacico perclitantis. Bellonarii quoque pro falute Imperatoris fanguinem fe fundere dicebant, ut eft apud Tertullian. Apologet. cap. XXV. Poftremo inde eft illud loquendi genus frequens in

propoſito voverent. Adceſſit ad immenſum civium amorem notabilis etiam externorum favor. Namque Artabanus Parthorum rex, odium ſemper contemtumque Tiberii prae ſe ferens, amicitiam ejus ultro petiit: venitque ad colloquium legati conſularis: & tranſgreſſus Euphratem, aquilas & ſigna Romana Caeſarumque imagines adoravit. 15 Incendebat & ipſe ſtudia hominum omni genere popularitatis. Tiberio cum plurimis lacrimis pro concione laudato funeratoque ampliſſime, confeſtim Pandateriam & Pontias, ad transferendos matris fratriſque cineres feſtinavit, tempeſtate turbida, quo magis pietas emineret: adiitque venerabundus, ac per ſemet in urnas condidit. Nec minore ſcena Oſtiam, praefixo in biremis puppe vexillo, & inde Romam Tiberi ſubvectos, per ſplendidiſſimum quemque equeſtris ordinis, medio ac frequenti die duobus ferculis Mauſoleo intulit. Inferiaſque his

in adulationibus Principum, *devotus numini majeſtatique tuae*, quod explicat Dio, *τῇ θειότητι* [illegible]: eum vide lib. LIII. De P. Afranio ac Potito, qui pro ſalute Caji capita ſua devoverunt, idem lib. LVIII. CASAUB. *Pugnaturos* Copeſ. male. *depugnare* eſt ad mortem pugnare, ut gladiatores ſine miſſione. Caeſ. XXXIX. ſed hoc obvium & notum.

Titulo propoſito] Publice nempe, ut nemo ejus voti reos eſſe ignoraret. id enim *proponere* ſignificat. Sup. Tib. cap. XLVIII. & mox cap. XVI. *Rationes Imperii, ab Auguſto proponi ſolitas, ſed a Tiberio intermiſſas, publicavit.* De votorum vero ſolennitate, vide quae notavimus Aug. cap. XLVII. Dion addidiſſe voto jusjurandum ſcribit, coactoſque poſtea a Cajo praeſtare promiſſum, ne perjurio ſeſe illigarent. TORR.

Notabilis] *Vocabilis* Hulſ.

Artabanus] Tib. cap. LXI. Dion extremo lib. LVIII. TORR.

Prae ſe ferens] *Praeferens* Codd. Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres.

Tranſgreſſus] *Tranſverſus* Copeſ. an pro *tranſvectus*. ſed nihil novandum.

Aquilas & ſigna Romana Caeſarumque imagines adoravit,] Auguſti & Caji, Dio. CASAUB. *Romani* Memm. Lipſius malebat etiam *Caeſariſque imagines*.

15. *Ampliſſime* deeſt Copeſ.

Matris fratriſque] Fratrem Neronem intelligit. nam Druſus Romae in Palatio periit. Tib. cap. LIV. Unde & *Pontiam* reſcribe pro *Pontias*. TORR. Frater hic eſt Nero, de quo capite VII. exſtat hodieque urna, in qua hujus cineres Romae olim ſervabantur & colebantur, cum hac inſcriptione: (apud Grut. CCXXXVII. 3.)

OSSA.
NERONIS. CAESARIS.
GERMANICI. CAESARIS. F.
DIVI AUG. PRON. FLAMIN.
AUGUSTALIS. QUAESTORIS.

GRUT. Memoratur & in alio lapide apud Gruter. CXIII. 3. *Pontios* Memm.

Emineret] *Eniteret* Hulſ. & Copeſ. non male. ita variant codices apud Ovid. XII. Ep. 38. & alibi. BURM.

Nec minore ſcena] *Scenam* pro ſpecie & apparatu, ac praetextu, vel obtentu dixere ejus ſeculi auctores. Tacit. lib. XIV. 7. ubi de morte Agrippinae, *ſcenam ultro criminis parat.* Niſi *ſchema* & hic, & apud Tacitum legamus, ut Tib cap. XLIII. TORR. Similem ſcenam lege apud Plutarchum in Demetrio, cum ejus reliquias filius excipit, & per aliquot Graeciae inſulas atque urbes traducit. CASAUB. *Scaena* Mem. Edd. Venetae tres, Lugd. Junt.

Oſtiam] Deeſt Copeſ.

Biremis] *Bireis* Harl. *biremi* Hulſ.

Subvectos] *Subvectus* Sabellicus legi poſſe credebat.

Medio ac frequenti die] Quid ſit *frequenti die* non ſat ſcio. nam ſi ad populi frequentiam referas, non potuit ulla diei parte non eſſe maxima, Caeſare tale munus obeunte. Quid igitur ſi *ferventi* legamus? num & pietatem hoc auget, & cum XVII. Cal. Apríleis obierit Tiberius, exſequiae, de quibus hic Sueton. non parvo poſt tempore celebratae fuerunt. Quae conjectura ſi cui, neque immerito, diſpliceat, *frequentem diem* appellemus; qui aliam etiam ob cauſam frequentaretur, ut propter nundinas. TORR. Principis moderatio fuit, quod cives inquietare noluit indicto funebri officio: honori tamen matris fratriſque

his annua religione publice instituit: & eo amplius matri Circenses, carpentumque, quo in pompa traduceretur. At in memoriam patris, Septembrem mensem *Germanicum* adpellavit. Post haec, Antoniae aviae, quidquid umquam Livia Augusta honorum cepisset, uno senatusconsulto congessit. Patruum Claudium, equitem Romanum ad id tempus, collegam sibi in consulatu adsumsit. Fratrem Tiberium die virilis togae adoptavit, adpellavitque *principem juventutis*. De sororibus auctor

que in eo consuluit, quod horam diei elegit frequentem. Id tempus Graeci vocant πλήθουσαν ἀγοράν: quod Paulus lib. IV. Sententiarum, finit a secunda ad decimam horam. Dio quoque Chrysostomus in secunda de Gloria, πληθούσης ἀγορᾶς circa decimam constituit & manifesto separat a meridie. Verum nihil obstat, etsi pars ea diei frequentissima, quin & medius dies possit dici frequens. Itaque nihil mutandum censeo. CASAUB. Lipsius conjecerat etiam *ferventique*, quod firmari posset ex Phaedr. III. fab. 19. ubi *medio sole*. & ubi alios ita locutos notavi. sed contra omnes codices novare aliquid non placet. licet non meminerim alios ita locutos. sed *frequens senatus*, *convivium*, apud nostrum & alios passim occurrit. BURM.

Duobus ferculis] Sic libri omnes, aut *fericulis*. Interpretes etiam *forulis* legi attestantur, pro capsulis, ut Aug. cap. XXXI. *condiditque duobus forulis auratis*. Sed *ferculis* retineo, ut duplici pompa intulerit tanquam per triumphum, ut inquit Dion. TORR. Male, qui mutant *in forulis*. Sic appellat *pompatius*, ut dicam cum Tertulliano, instrumentum, in quo cineres erant, cum inferrentur in Mausoleum, ob similitudinem aliquam ferculorum triumphalium. utraque enim sic erant composita, ut elata gestari omnibusque ostendi possent. Paullo aliter Statius lib. VI. Theb. 126.

Portant inferias arsuraque fercula primi
Grajorum, titulisque pios testantur honores.

At apud Plinium lib. X. cap. X. *fercula funerum* aliter interpretandum. Sueton. vocem *tropaeum* non multo aliter usurpat extrem. lib. I. in funere Julii. CASAUB. *Duobus forulis* Edd. Arg. Junt. Ald. quod Sabellico & Beroaldo non displicuit. *Fericulis* Memm. & Exc. Cujac. quae diversa tantum scribendi ratio est. ut apud Petron. cap. LX. quidam scribi volunt, *sacrum fericulum*. Schefferus etiam *forculum* pro *ferculum* scribi solitum putat, unde natum illud *forulis*. vide de Re vehic. lib. II. cap. 3. pag. 55. BURM.



Carpentumque,] Liber opt. *& carpentum*. Quale nunc quoque in Agrippinae nummis cernitur. TORR. Mos de quo diximus lib. I. cap. LXXVI. ad illa verba, *Tensam & ferculum Circensi pompa*. CAS.

In pompa] Circensi scilicet, inter Deorum atque Heroum fercula. Caes. cap. LXXVI. TORR.

Congessit] Heinsius malebat *concessit*. quia insolentior videbatur constructio, quum *congerere in aliquem* sit usitatior. sed Suetonii hic consuetudo servanda, qui & in Aug. XCVIII. *praetervehenti vectores nautaeque fausta omina & eximias laudes congesserunt*. Tito cap. ult. *tantas mortuo gratias egit, laudesque congessit, quantas ne vivo quidem* &c. & ita Phaedr. III. 20. *Ecce aliae plagae congeruntur mortuo*. insolentius etiam in Neron. cap. XIX. *humum effodit & corbulae congestam humeris extulit*. BURM.

Patruum Claudium, equitem Romanum] Equitem tantum vocat, quia nullos ad id tempus honores adhuc gesserat. Claud. cap. V. & cap. VII. ubi etiam de primo ejus consulatu. De quo & Dion. lib. LIX. eodem ipsum die senatorem, ac consulem cum Cajo factum narrans, cum in equestri antea ordine permansisset. TORR. *Patrum* Copes. vox haec deest Ed. Venet. pr.

Fratrem Tiberium] Fratrem vocat etiam inf. cap. XXIII. Beroaldus vult eos a Tiberio pariter adoptatos fuisse, cum etiam coheredes eidem extiterint. Verum adoptione nihil opus erat, cum parentum suorum, Germanici & Drusi, morte, jus filiorum adepti fuerint. Et alioqui de adoptione nulla apud auctores mentio. Dion etiam soli Tiberio relictum testamento imperium tradit. Quare crediderim fratres appellare Suetonium, qui duorum fratrum erant filii, quos JCti fratres patrueles vocant. TORR.

Die virilis togae adoptavit, appellavitque principem juventutis.] Dio LIX. p. 645. Τιβέριον καίπερ ἔς τε τοὺς ἐφήβους ἐγγραφέντα, καὶ [illegible] προ-

ctor fuit, ut omnibus sacramentis adjiceretur, NEQUE ME LIBEROSQUE MEOS CHARIORES HABEO, QUAM CAJUM HABEO ET SORORES EJUS. Item relationibus consulum: QUOD BONUM FELIXQUE SIT C. CAESARI SORORIBUSQUE EJUS. Pari popularitate damnatos relegatosque restituit: criminumque, si qua residua ex priore tempore manebant, omnium gratiam fecit. Commen-

κεκλῆσθαι, καὶ τέλος ἐπιτιμήσεως ἀπηχθήσεσθαι. Sed vide ante omnes Philonem. CASAUB. *De virilis* Harlem.

Principem juventutis.] Ut Cajus & Lucius, Caesares appellati fuere. Qua de re nummi veteres cum hac inscriptione: C. L. CAESARES AUG. F. COS. DESIG. PRINC. JUVENT. Quae appellatio ad omnes postea Caesarum filios defluxit. TORR. Vid. Noris. ad Cenotaph. Pisana pag. 108.

Omnibus sacramentis adjiceretur,] Dion senatus ac magistratuum jusjurandum intelligit, quod ineunte scilicet anno de more, ut alibi notavimus, pro imperio Caesarum praestabatur. Ego vero etiam de militari sacramento Suetonium loqui arbitror, ut Caes. cap. XLII. Ner. cap XLIV. & saepe alibi. sic enim fere JCti vetustissimi quique auctores *sacramenti* vocabulo utuntur. Juvenal. quoque Sat. XVI. cum ait:

Praemia nunc alia atque alia emolumenta notemus
Sacramentorum;

militiam intelligit, ad quam, non nisi jurisjurandi sacratione interposita, ut Festi utar verbis, qui sua dederant nomina, admittebantur, neque aliter quam soluti sacramento ab ea liberabantur. Sed & Vegetius lib. II. *Milites* (inquit) *jurare solent; & ideo militiae sacramenta dicuntur.* Jurabant autem strenue, se facturos quae Imperator eis praeciperet, nec militiam deserturos, atque ea, de quibus Gell. lib. XVI. cap. IV. Cajus autem consuetae antea formulae verba, quae hic refert Sueton. adjecit. Quod ergo lib. II. Od. XVII. ad Maecenatem suum scribit Horat.

——— *non ego perfidum*
Dixi sacramentum,

pulcherrima a re militari translatio est. TORR. V. C. habet *addicerentur.* minus corrupte. sed *adgerentur* legendum est, sive *adicerentur*, ex antiqua scribendi ratione, de qua lectione in notis ad Caesarem, & Sallustium. URSIN. *Adjiceretur* libb. quidam optimae notae, ut & editio vet. Rob. Stephani. At manu exarati, ut Pithoei, Groslotii, *afficeretur* vel *afficerentur*, ut Viterb. & Cujacii, quod ipse testatus est ad Novell. CXXIV. notans similiter dixisse, *adjici jurejurando* Imperatores in Codice (de Jurej. propt. Calum. leg. II. §. *quod observavi*) Scribo igitur, *omnibus sacramentis adjicerentur*, UT NEQ. ME. Dio explicat τοὺς ὅρκους φέρεσθαι καὶ ἐς ἐκείνας. Declarat planius hunc locum Xiphilinus in Severo, ἐψήφισαν Περτίνακι κατασπεισθῆναι, τό τε ὄνομα αὐτοῦ ἐπί τε ταῖς εὐχαῖς ἁπάσαις καὶ ἐπὶ τοῖς ὅρκοις ἅπασι προστίθεσθαι ἐπελέγετο. Non dissimilis honos est, quo matrem Helenam defunctam adfecit Constantinus Magnus. Euseb. in ejus vita lib. III. ὅτω δ' ἀξιώματι βασιλικῷ τετίμηκεν, ὡς ἐν ἅπασιν ἔθνεσι παρ' αὐτοῖς τε τοῖς στρατιωτικοῖς τάγμασιν Αὐγούσταν βασιλίδα ἀναγορεύεσθαι. In Novellis Justiniani extat formula jurisjurandi, ab iis exigendi, qui magistratum aliquem adirent. ibi adstringit se, qui jurat, ad fidem servandam & omne servitium praestandum non solum Imperatori, sed etiam Augustae uxori. Ὄμνυμι ἐγὼ τὸν Θεὸν, ὡς καθαρὸν συνειδὸς καὶ γνησίαν δουλείαν φυλάξω τοῖς θειοτάτοις, καὶ εὐσεβεστάτοις ἡμῶν δεσπόταις, Ἰουστινιανῷ καὶ Θεοδώρᾳ τῇ ὁμοζύγῳ τοῦ κράτους αὐτοῦ. CASAUB. Etiam extat illud aliorum *afficerentur* in Pall. nostris, reperique in primoribus editionibus. sed non procedit constructio, voce ea admissa? saepe duae illae voces mutuas praestant vices. nam & mox cap. XVI. habemus in MS. *affecit & fructum omnem.* pro quo editi, *adjecit & fr.* Porro notandum venit juventuti, non mirum esse, si tutores status publici amentur ultra privatas etiam necessitudines. *Nam si sanis hominibus publica privatis potiora sunt, sequitur, ut is quoque carior sit, in quem se Respublica convertit*, ut loquitur Seneca lib. I. de Clement. cap. 4. GRUT. *Adjicerentur* Memm. Periz. Hulf. Copes. Edd. priscae, praeter Basil. Steph. & recentiores. *adficeretur* Exc. Cujac. *adjicerentur* Salmasius.

NEQUE ME LIBEROSQUE MEOS CHARIORES HABEO QUAM CAJUM ET SORORES EJUS.] Scribendum est *habebo*, ut est in Memmiano & aliis. non aliter Dio legit, qui vertit, ὅτι καὶ σφᾶς αὐτοὺς καὶ τοὺς παῖδας, οὐ ἐκεῖνον καὶ τὰς ἀδελ-

mentarios ad matris fratrumque suorum caussas pertinentes, ne cui postmodum delatori aut testi maneret ullus metus, convectos in forum, & ante clare obtestatus deos, neque legisse, neque adtigisse quidquam, concremavit. Libellum de salute sua oblatum non recepit, contendens, *Nihil sibi admissum, cur cuiquam invisus esset:* negavitque se delatoribus aures habere. Spintrias mon- 16 struosarum libidinum aegre, ne profundo mergeret, exoratus, urbe submovit. Titi Labieni, Cordi Cremutii, Cassii Severi scripta senatusconsultis abolita, requiri, &

ἀδελφὰς αὐτοῦ προκειμένων, ὤμοσεν. CASAUB. *Et habeo sorores* Hulf. Copef. *quam habeo Caium & sorores* Harlem. *Habebo* etiam Edd. Venet. & Steph. & Basil.

Relationibus] *Revelationibus* Harlem. Ed. Venet. pr.

QUOD BONUM FELIXQUE] Aug. cap. LVIII. TORR. *C. Caesarique* Ald. *Caesari sororibus ejus* Harl.

Gratiam fecit] *Criminum facere gratiam* dixit, ut *conjurandi gratiam facere* Aug. cap. XVI. ubi plura annotavimus. Adde Capitolinum M. Antonino, *aetatis gratiam facere.* Vulgo *dispensare* vocant. TORR. *Criminum si quae* Ex. Cujac. vid. ad Caes. XLIII.

Convectos in forum] Lib. unus *convectus in forum*, atque ita legendum est. Alioqui non cohaeret, quod sequitur, *& ante clare obtestatus deos.* TORR. Scribendum fortasse, *ad patris, matris, fratr.* ita sane Dio LIX. p. 642. *τοῖς συνοῦσιν ἐπί τε τῇ πατρὶ, καὶ τῇ μητρὶ, τοῖς τε ἀδελφοῖς αὐτοῦ.* caetera in hac periodo audebo praestare integra & sine macula: quae tamen viri magni emendare conati varie. Est cui placeat, non ut libri omnes praeferunt, *convectos in forum*, sed *convectus in forum.* prorsus, si quid video, contra Latinitatem. Est (Faber. III. Sem. 23.) qui contendat legendum *conjectos in focum*, non autem *convectos in forum*, & contra veterum libb. fidem, &, ut reor, auctoris mentem. Ego puto Caligulam, ut melius mimum hunc ageret, non in foco intra aedes, sed palam in foro chartas quasdam cremasse. nam quae ad multorum securitatem fiunt, ea publice fieri solita. sic legimus optimos Principes tabulas veterum fisci debitorum non in palatio, sed in foro concremasse. Ausonius: *Tu argumenta omnia flagitandi publicitus ardere jussisti. Videre in suis quaeque foris omnes civitates conflagrationem salubris incendii.* Spartianus in Hadriano cap. VII. *Ex reliquis ingentes summas remisit, syngraphis in foro Trajani, quo magis securitas omnibus roboraretur, incensis.* Cedrenus in Anastasio: *Πυρὶ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ἐνώπιον πάντων κατέκαυσεν τὰ τῆς τοιᾶσδε συντελείας χειρόγραφα.* CASAUB. *Conjectos* Cod. Hulf. ut Sabellicus conjectabat, & refutat Casaubonus. *Convectus* est a Lipsio profectum. Sed inconcinna illa lectio videtur, malim delere *&*. vid. ad Aug. XXXII. de hoc more. praeterea mox, *neque attigisse, neque legisse* Copef.

Concremavit] Imo cremare simulavit. ita enim accipiendum. Vide Dionem, & infra cap. XXX. CASAUB.

Negavitque] Liber opt. *negavit*, sine copulatione, quam tamen retineo. TORR. *Negavit* Edd. Bonon. Paris.

16. *Spintrias*] Tib. cap. XLIII. Vitell. cap. III. TORR. *Psinthrias* Memm. *Pintrias* Copef. *Pinthrias* Hulf. sed ibi litera prima omissa, ut & in Edd. Venetis, quae deinde, colore aliquo picta, addi deberet.

Monstruosarum] *Monstrosarum* Mem. & Edd. plures veteres. vid. ad Tib. XLIII.

Ne profundo mergeret] Reperio hoc genus supplicii in ejusmodi personis solitum usurpari, ut de Cleomene tyranno & Periandro narrat Athenaeus lib. X. CASAUB. *Non profundo* Memm. *ut non pr.* Copef. *libidinum aegrove prof.* Ed. Venet. pr.

T. Labieni, Cordi Cremutii, Cassii Severi.] De Cremutio Cordo diximus Tib. cap. LXI. & de Cassio Severo nonnihil Aug. cap. LVI. Eum scribit Tacit. lib. I. Annal. cap. 72. quod viros feminasque illustres procacibus suis scriptis diffamasset, occasionem dedisse Augusto ut cognitionem de famosis libellis tractaret. De eodem quoque exule, in saxo Seriphio consenescente, sub Tiberio idem Tacit. lib. IV. 21. Sed & elegans refertur in hunc Cassium Augusti jocus apud Macrob.

& esse in manibus lectitarique permisit: quando maxime sua interesset, ut facta quaeque posteris tradantur. Rationes imperii ab Augusto proponi solitas, sed a Tiberio intermissas, publicavit. Magistratibus liberam jurisdictionem, & sine sui adpellatione concessit. Equites Romanos severe curioseque, nec sine moderatione recognovit: palam ademto equo, quibus aut probri aliquid aut ignominiae inesset: eorum, qui minore culpa tenerentur, nominibus modo in recitatione praeteritis. Ut levior labor judicantibus foret, ad quatuor priores quintam decuriam addidit. Tentavit & comitiorum more revocato, suffragia populo reddere. Legata ex testamento Tiberii, quamquam abolito, sed & Juliae Augustae, quod Tiberius suppresserat, cum fide, ac sine calumnia repraesentata persolvit. Centesimam

crob. lib. II. cap. IV. Celebrem oratorem vocat Plin. lib. VII. cap. XII. nec dissentit Quinctilian. quanquam acerbitatem orationis praecipuam ei tribuit. Frequenter admodum memoratur a Seneca, & historias eum scripsisse indicat Sueton. Vitell. cap. II. De T. autem Labieno, homine mentis quam linguae amarioris, prolixe Seneca prooemio lib. X. Controvers. quem vide. TORR.

Cordi Cremutii] *Cordis* Periz. Edd. Venet. tres, Lugd. Junt. Arg. *Cremitii* Harlem. *Cremati* Exc. Cujac.

Senatusconsultis] *Senatusconsulto* Copes.

Sua interesset] Sunt qui abesse malint verbum *sua*, (omnium enim interest, ut historiae legantur) sed nihil muto. sua enim interesse dicebat Cajus, quasi ita se gesturus, ut nullius judicium subterfugeret, quin cum prioribus compararetur. TORR.

Permisit] Deest Periz. & Harlem. Ed. Venet. pr. *In manibus esse* illustravit post Bentlejum ad Horat. II. Ep. I. 53. Cortius ad Plin. I. Ep. 2.

Rationes Imperii] Aug. cap. XXVIII. & cap. ultimo. TORR. Paene ad verbum Dio lib. LIX. pag. 646. Τούς τε λογισμοὺς τῶν δημοσίων χρημάτων μὴ ἐκτεθειμένους ἐν τῷ χρόνῳ ἐν ᾧ ὁ Τιβέριος ἐξεδήμησε, πάντας κατὰ τὸν Αὔγουστον προέγραψε. ubi vides, quid inter Dionem & Suetonium intersit: nam Dio per absentiam Tiberii tantum, non toto ejus principatu intermissas has rationes ait. Scribo autem in superiori loco, προέγραψε, *publicavit*; non προσέγραψε, *adscripsit*. CASAUB.

Sine sui appellatione] Ne ad Caesarem appellaretur. Aug. cap. XXXIII. TORR. Aliter iterum sub Nerone. vid. ejus vitam cap. XVII.

Ignominiae inesset] Melioris libri *adesset*. TORR.

Nominibus in recitatione praeteritis.] Severe, at moderate tamen, egisse eum dicit; severe, quod iis, qui probrosi erant, palam equus per ignominiam ademerit; moderate vero, quod in leviore culpa nomina eorum, qui sic peccassent, in recensendo omiserit. Quo facto equis quidem privabantur, sed sine nota publica infamiae. Vide Augusti censuram cap. XXXIX. TORR. Hic minori distinctione posita continuatur oratio, *praeteritis, ut levior labor &c. foret. Ad quatuor* &c. in Cod. Periz. Edd. Rom. Venet. tribus, Lugd. Junt. Ald. Arg. Steph. Basil.

Quintam decuriam] Tribus, quae ante fuerant, quartam Augustus adjecit, cap. XXXIII. Cajus quintam. At vero sextam adjici petentibus Galba denegavit, cap. XIV. TORR.

Revocato, suffragia] *Revocatos, ut suffragia* Memm.

Suffragia populo reddere] Comitia Caesar dictator cum populo partitus fuerat, cap. XLI. Augustus verbis magis quam re ipsa restituit, cap. XL. Tiberius vero omnino sustulit. sic enim Tacit. I. Ann. 15. *Tum primum e Campo comitia ad patres translata sunt. nam ad eam diem etsi potissima arbitrio Principis, quaedam tamen studiis tribuum fiebant.* Cajus ergo iterum libera permittere voluit. Vide Caes. cap. XLI. TORR.

Liviae Augustae] Mallem, ut in duobus MSS. *Juliae Augustae*. Hujus autem testamentum pro irrito Tiberius habuit, ne legata ex eo deberentur. Tib. cap. LI. Hoc *supprimere* hic vocat Sueton. TORR. *Liviae* Periz. Edd. Bonon. Basil. Lugd. Junt. Ald. & aliae.

Ducentesimam auctionem Italiae] Turneb. Adversariorum XXVII. cap. XX. ex Dione *centesi-*

mam auctionem Italiae remisit. Multis incendiorum damna supplevit: ac si quibus regna restituit, adjecit & fructum omnem vectigaliorum, & reditum medii temporis, ut Antiocho Comageno H S. milies confiscatum. Quoque magis nullius non boni exempli fautor videretur, mulieri libertinae octoginta donavit, quod excruciata gravissimis tormentis de scelere patroni reticuisset. Quas ob res inter reliquos honores decretus est ei clypeus aureus: quem quotannis certo die collegia sacerdotum in Capitolium ferrent, senatu prosequente: nobilibusque pueris ac puellis,

tesimam rectius legi posse putat. Verum dum idem Dion lib. LVIII. Tiberium pro ducentesima centesimam instituisse scribat, utraque lectio bona est. TORR. Diximus in notis ad Tacitum exstare nummum aereum Caji cum titulo R. CC. hoc est *Remissa ducentesima.* sive *Remissio ducentesimae.* URSIN. *Centesimam:* restituimus hunc locum ex cod. Lislaei, qui cum Dione consentit: nam ille in eodem plane sermone ita scribit: τὸ τέλος τ᾽ ἑκατοστῆς κατέλυσε. Vide locum; probabis. vulgati libri *ducentesimam*, ἀνεμφάτως, etsi ita multi MSS. habent, atque in his Memmianus. CASAUB. *Ducentesimam* & Pall. nostri, non *centesimam*, ut placebat Torrentio; inveditque in uno MS. Casaubonus noster. GRUT. *Ducentesimam* etiam nostri codices omnes, & editiones veteres omnes ante Casaubonum. & Cl. Graevius mutavit in ultima editione *ducentesimam*, in *centesimam*. licet in ejus notis non videam ex nummo, in quo R. CC. *Centesimam* posse arcessi, quam Patinus, de Ducentesima interpretetur, quare & in addendis hoc mutavit. vide quae diximus in dissertatione de Vectigalibus P. R. cap. v. In Periz. & Hulf. & Exc. Cujac. etiam perperam legebatur *Ducentesimam auctionem.* BURM.

Multis incendiorum damna supplevit] Dio ibidem: Ἐμπρησμούς τινας μετὰ τῶν στρατιωτῶν κατασβέσας ἐπήρκεσε τοῖς ζημιωθεῖσι. CASAUB.

Regna] *Regnum* Harlem.

Adjecit & fructum] Libb. duo MSS. *affecit*, & *redituum*, pro *reditum*. Nihil muto tamen, sed si *redituum* quis mavult, non repugnabo. Beroaldus per *vectigalia* ea, quae publica erant intelligit; per *reditus* ea, quae privata. TORR. *Affecit* Memm. Copes. Harl. Periz. Exc. Cujac. Edd. antiquae, praeter Basil. poster. & Steph. & alias. vid. ad cap. XV. & *reditum* etiam Periz. Copes. Mem. Edd. Rom. Venet. tres, Ald. Steph. & aliae, nisi quod veterum quaedam *redditum*, vulgato scribarum errore.

Antiocho Comageno] Id hoc loco admodum duos commentatores miror, non sane quod summam LLS. *millies* non exponunt, quippe quam neuter intelligebat: sed ne sensum quidem explicarint, opido obscurum. *Confiscatum* enim participium, quod substantivum habet? *Fructum* ne, an *regnum*? an ipsum factum substantivum? hoc sensu, quod confiscatum erat, hoc est, fisco principis illatum (ita enim exponunt illi) erat LLS. millies. Lector ipse judicet. Ceterum LLS. millies 100000000, hoc est, millies centena millia sestertiorum, faciunt coronatorum vicies quinquies centena millia, 2500000, facta divisione per 40. In summa autem proxime sequente codex vetustus habebat octingenta millia. quamquam quidam spatio, quod versibus interjacet, octoginta desuper posuit. 80000. LLS. efficiunt coronatorum 2000. 800000 vero 20000. Differentia duplo. GLAREAN. Hic igitur unus ex regibus illis confiscatis, de quibus Tib. cap. XLIX. TORR. Huic patrium regnum Comagenem restituit, & hoc amplius maritima Ciliciae dedit. de hujus morte Tacitus Annal. II. CASAUB.

Fautor] *Factor* Exc. Cujac. *mulicbri* una Veneta.

Octingenta donavit,] Atqui hic duplex census equestris erat. Mallem itaque, ut in vulgatis, & nonnullis MSS. *octoginta*. Et totidem sestertia intelligo, quae summa sane libertinae non exigua est. TORR. Emendavimus depravatam multorum libb. lectionem, *octingenta* ex veteri Rom. aliisque, in quibus ita scriptum est. nec fefellit acumen Torrentii alterius lectionis absurditas. CASAUB. *Octingenta* Mem. Copes. Edd. Basil. Gryph. & Plant & Torr.

Decretus est ei clypeus aureus:] Id est, clypeata imago. Macrobius lib. I. Saturnal. cap. III. de jocis Ciceronis: *Cum in ea provincia quam Q. Cicero frater rexerat, vidisset clypeatam*

lis, carmine modulato, laudes virtutum ejus canentibus. Decretum autem, ut dies, quo cepisset imperium, *Palilia* vocaretur, velut argumentum rursus conditae ur-
17 bis. Consulatus quatuor gessit: primum ex Kalendis Julii per duos menses: secun-

tam imaginem ejus, ingentibus lineamentis usque ad pectus ex more pictam, (erat autem Quintus ipse staturae parvae) ait: Frater meus dimidius major est quam totus. Vocarunt has imagines & *scuta*. In Panegyrico Constantino Augusto Constantii F. dicto cap. XXV. *Merito igitur tibi: Constantine Imperator, & senatus signum Dei, & paullo ante Italia scutum & coronam, cuncta aurea dedicarunt.* Ubi sic junguntur scuta & coronae, ut apud Philonem in his verbis, Legatione ad Cajum: Σιωπῶ τὰς συμπρεπωθείσας τῷ αὐτοκράτορι παρὰ ἀσπίδων καὶ στεφάνων ἰσχύοντων. Sed de his clypeis plura ante nos viri docti. CASAUB. *Ei* deest Harlem. Periz. Edd. Rom. Venet. pr. De clypeis his vide, praeter adductos a commentatoribus, Dodwell. praelect. ad Spartian. Hadrian. §. VI.

Nobilibusque] *Nobilibus* Harlem.

Carmine modulato] Aug. cap. LVII. *sed & modulatis carminibus*, &c. TORR.

Palilia] Duo MSS. *Parilia.* Simile huic est, quod Aug. legimus cap. VII. quosdam censuisse eum Romulum appellari debere, quasi & ipsum conditorem Urbis. TORR. *Parilia* Memm. Hulf. Exc. Cujac. Ed. Venet. pr. vid. ad. Ovid. XIV. Met. 774. & IV. Fast. 721.

17. *Primum ex Kalendis Januariis*] Mortuo Tiberio XVII. Kal. Apr. Cajus eodem die Imperium suscepit, & annis tantum tribus, mensibus decem, ut inf. cap. LIX. imperio praefuit. Si igitur quatuor consulatus gessit, & quidem tres postremos ordinarios, primum ex Kal. Jan. inire nullo modo potuit. Duo codd. nostri habent *ex Kal. Julii*, & sic omnino legendum est, adstipulante Dione. Collegam autem assumpsit Claudium, qui post eum imperavit. TORR. *Ex Kal. Januariis*, vel *Januariis* Copes. Harlem. & omnes veteres editiones, donec exemplo Torrentii. & Casaub. Scriverius & alii *Julii* reposuerunt. sed hoc Lipsio debemus, qui ex mortis Tiberii tempore in codice suo ita restituit. Onuph etiam Panvin. ad Ann. 790. errorem hunc ostendit. fuit ergo suffectus consul, & fefellit memoria Suetonium, qui in Claudio cap. XIV. dicit, *eum, novo circa principem exemplo, in locum demortui suffectum.* nisi dicamus, novum illud exemplum, principis suffecti mortuo privato, fuisse, Caligulam vero mortuo Tiberio, simul & imperium & consulatum suscepisse, ut moris fuisse docet Pagius de consul. Caesar. part. II. cap. I. ubi ostendit saepe Imperatores medio anni succedentes iniisse consulatum more suffectorum, alios vero exspectasse ad sequentis anni Januarias Kalendas. quare vellem exemplo, non Macrini, sed potius Caligulae hoc illustrasset vir doctus: manet etiam scrupulus, quum Tiberius obierit XVII. Kal. April cur Caligula distulerit in Kal. Julias. an tantum temporis intercessisse dicemus, dum a Miseno moverit, & urbem ingresso jus arbitriumque omnium illi rerum permissum fuerit, ut supr cap. XIV. narravit. sed an non potuit absens, ut saepe alias, consulatum inire? & ex Dione lib. LIX. patet, eum jam quaedam Romae egisse & in senatu, antequam Acerronio & Pontio suffecti fuerint Cajus & Claudius. Praeterea ad exemplum Augusti (quod reliquos secutos docet Pagius pag. 192.) non statim mortuis suffectos fuisse putabat Pagius. nam Hirtio & Pansa in praelio ad Mutinam interfectis, (quod commissum XVI. Kal. Majas, ut probat Massonius in vita Ovidii in principio) Octavius demum XIV. Kal. Sept. suscepit consulatum, vid. ad Aug. cap. XXVI. sed hoc in exemplum adduci non posse video, quia intercessit tempus, quo exercitu ad urbem admoto, extorsit consulatum Octavius. & comitia tunc indici debebant. ad quae temporis intervallum requirebatur. hoc vero tempore ex Caesaris solius arbitrio honores suscipiebantur. miror vero Pagium d. l. fecisse diem decimam nonam Septembris, nisi sit properantis calami, Septembrem pro Augusto effundentis vitium. ex his efficitur tandem, debuisse Suetonium consulatus ejus distinguere in unum suffectum, & tres ordinarios. in Hulsiano erat etiam *per quatuor menses.* & Copes. etiam *secundum ex Kal. Julii*, qui & initio capitis vocem *consulatus* omisit. ita omnia turbaverunt librarii. BURM.

Us-

cundum ex Kalendis Januariis per triginta dies: tertium usque in Idus Januarii: quartum usque in VII. Idus easdem. Ex omnibus duos novissimos conjunxit. Tertium autem Lugduni iniit solus: non, ut quidam opinantur, superbia negligentiave, sed quod defunctum sub Kalendarum diem collegam rescisse absens non poterat. Congiarium populo bis dedit, trecenos HS. toties abundantissimum epulum senatui equestrique ordini, etiam conjugibus ac liberis utrorumque. Posteriore epulo, forensia insuper viris, pueris ac feminis fascias purpurae ac conchylii distribuit. Et ut laetitiam publicam in perpetuum quoque augeret, adjecit diem Satur-

Usque in VII.] *Usque VII.* Harl. Periz. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Steph. ita Ursini codex Claud. xxxiv. *vesperam usque. usque septimo sidus.* Copes. *sed usque in*, & *usque ad* millies occurrunt. nisi quis sequente *idus* hic *usque ad* molliori sono malit. ut mox cap. seq. *a mane usque ad vesperam.* & cap. xix. *usque ad Puteolanas moles*, quidam. alii *usque* omiserunt. de quo vide Cort. ad Plin. ii. Ep. 13. saepe etiam alterutrum omitti solet. vid. ad Valer. Max. ii. iv. 4. & ii. vii. 9. Burm.

Duos novissimos conjunxit.] Hoc est, continuavit. (sic enim Aug. cap. xxvi.) vel junctim gessit, uti inf. Claud. cap. xiv. Et Cajus quidem etiam secundo imperii sui anno consulatum iniit, sed quia primum consulatum non nisi per duos menses, a Kal. Julii usque ad Kal. Septembres gessit, idque extra ordinem, recte Sueton. scribit, eum duos tantum novissimos conjunxisse. Qui fastos nobis concinnarunt, non satis haec perspexere. Torr. Pagius in Prolegom. ad Consules Caesar. §. 14. legit *tres*, & Onufrium refutat, qui ex Dione putat post primum consulatum suffectum, sequenti anno 791. Cajum ordinarium fuisse cum Apronio. deinde A. 792. Aquilium Julianum & Nonium Asprenatem: & tunc 793. & 794. iterum consulatus duos ordinarios & continuos gessisse Cajum. Unde ad Ann. 794. Suetonium duos continuasse, scribere ostendit. sed Pagius inter primum consulatum, quem suffectus gessit, posuit sequenti anno duos ordinarios Julianum & Asprenatem, & tunc tres continuos Caji consulatus usque ad ejus mortem. Burm.

Lugduni] Cod. Salmas. *Lugudunì.* sic & c. 20. In Exc. Cujac. *Lugduni huic solus.*

Sub Kal. diem]. *Sub Kalendis diem* Harlem. Periz. Edd. Venet. tres.

Etiam conjugibus] Id est, praeterea. vide Duker. ad Flor. iv. 7.

Forensia insuper viris, pueris ac foeminis fascias] Quid *forensia* Aug. cap. lxxiii. Vestimenta autem sic distinguunt JCti; ut aut virilia sint, aut muliebria, aut puerilia, aut communia, aut familiaria. l. xxiii: De auro arg. & vest. leg. Et *fasciae* quidem, quas *pedules*, aut *crurales* vocat Ulpian. etiam virorum in usu sunt; pectorales vero foeminarum tantum, maxime virginum, propriae. Nonius in *Strophium.* Martial. lib. xiv. Epigr. cxxxiv. Torr. *Forensi* Ex. Cujac.

Pueris ac foeminis fascias purpurae] V. C. habet, *ac feminis fasces purpurae* &c. Ursin. Depravata lectio hujus loci *fasces* pro *fascias*, quam mihi annotarunt, & nos quoque in Viterb. reperimus, orta est ex consuetudine quorumdam veterum scribentium *fasceas* pro *fascias*. quomodo scriptum est in cod. Liss. At certum est *fascias* esse veram lectionem. Videntur autem intelligi institae purpurae vel conchylii, quae assui vestibus e panno solebant. Propterea foeminis dantur & pueris, quos scimus fuisse praetextatos. Habuerunt foeminae & pectorales fascias, sed quae, ut puto, ab his erant diversae. Verum de fasciis ad librum secundum plura notata nobis. Beroaldus vero suaviludius plane est, qui de tegumento crurum & pedum hunc locum interpretatur. Casaub. Codex Salmas. *fasces*, pro *fasceas.* Nam sic scribebant. Salmas. *Fasces* Periz. Harl. Edd. Rom. Venet. tres. male. recte autem Torrentium etiam pectorales; quae inter apophoreta a Martiali numerantur, intelligere puto. *destribuit* etiam Hulss. *feminis ac pueris* Exc. Cujac. vide ad Tib. lxi. Burm.

Purpurae ac conchylii] Codex Salmas. *purpurae at conchylii.*

Et ut laetitiam] *Ut & laet.* Memm.

Adjecit diem Saturnalibus,] Dion eum jussisse scribit, diebus quinque agi Saturnalia. At-

qui,

18 turnalibus, adpellavitque *Juvenalem*. Munera gladiatoria partim in Amphitheatro Tauri, partim in Septis aliquot edidit: quibus inseruit catervas Afrorum Campanorumque pugilum ex utraque regione electissimorum. Neque spectaculis ipse semper praesedit: sed interdum aut magistratibus aut amicis praesidendi munus injunxit. Scenicos ludos & adsidue, & varii generis, multifariam fecit. quondam etiam & nocturnos, adcensis tota urbe luminibus. Sparsit & missilia variarum rerum, & panaria cum opsonio viritim divisit. Qua epulatione equiti Romano contra se hilarius avidiusque vescenti, partes suas misit: sed & senatori ob eamdem caussam codicillos, quibus praetorem eum extra ordinem designabat. Edidit & Circenses plurimos a mane usque ad vesperam, interjecta modo Africanarum venatione, modo

qui, Macrobio teste, non nisi trium dierum sub Augusto Saturnalia lib. I. cap. X. TORR. *Diem* abest Memm. Dion. LIX. pag. 644. vero dicit quinque dies jussisse celebrari. quum ergo antea tribus diebus celebrarentur, vel ille quartus jam ante Cajum adjectus fuit, vel ille quartum adjecit, & deinde Juvenalem, qui quasi quintus esset. vid. ad Petron. cap. XXVI. BURM.

In amphitheatro Tauri,] Liber opt. non habet dictionem *Tauri*. Nec sane necessaria est, tametsi de Statilii Tauri amphitheatro loquatur. Vide Aug. cap. XXIX. & cap. XLIII. TORR.

Catervas Afrorum Campanorumque] Afri & Campani pugiles post Graecos maxime laudabantur. Aug cap. XCVIII. *Catervas* autem vocat vel catervatim assumptos, vel ad differentiam eorum, qui ordinarii & legitimi appellabantur. Aug. cap. XLV. TORR. *Afrorum Campanorum* Memm.

Spectaculis] *Exspectaculis* Harlem. Periz. Edd. Venetae tres, & ita alibi erratum fuit. *semper ipse* Memm.

Multifariam] Pro, multis locis, ut Galb. cap. XIX. *multifariam diversque tendebant*. Cic. lib. II. de Orat. *Si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem*. & lib. I. de Legibus: *Judicia quae quondam nusquam erant, hodie multifariam nulla sunt*. Sic *plurifariam* pro pluribus locis cap. LIV. & Claud. cap. XXI. & *aliquotfariam* Varro de Re Rust. TORR. *Ac multif*. Memm. *aut mult*. Copef.

Quondam etiam & nocturnos] *Quondam* deest Memm. *quosdam & nocturnos* Edd. Rom. Bonon. Paris. Lugd. *quosdam etiam & noct*. Junt. Ald. Arg. Basil. *quondam & noct*. Periz. Edd. Venet. tres.

Sparsit & missilia variarum rerum,] Cujusmodi illa sunt, quae describit Statius elegantissime lib. I. Sylvarum, carmine ultimo. Sed de Caligulae missilibus scribit Josephus in historia caedis ejus: Πολλῆς δ' ὀπώρας ἐπιχερμάζοντος τοῖς θεωροῖς, καὶ πολλῶν ὀρνέων, ὁπόσα τῷ σπανίῳ τίμια τοῖς κτωμένοις. CASAUB. *Et similia* Hulll.

Hilarius] *Ilarius* Periz. *Hilarius*, (quod proprium est lubentiae convivalis verbum) *vesci* idem fere est, quod Aelian. I. Var. 7. dixit ἰδίων ἀντισυγκειμένων. *contra se*, est ex adverso discumbenti, ut mox cap. XXV. & alibi. BURM.

Partes suas misit] Vide Popmam ad Cicer. V. ad Att. I. BROUKH.

Africanarum venatione] Sic pantheras vocabant, quod creberrimae in Africa erant, quemadmodum & *varias*, ob maculas nempe, quibus erant conspicuae. Plin. lib. VIII. cap. XVII. Unde & mensae quaedam pantherinae; Plin. lib. XIII. cap. XV. Et eleganter Plautus Epid. *Qui varie valent caprigenum hominum non placent mihi, Neque pantherinum genus*. TORR. Vide Beroaldum hic, & Annotat. in varios auctores t. I. Facis Critic. p. 239. Ursas intelligit Cerda ad Virg. VIII. Aen. 368. BROUKH. Jurctus ad Symmach. II. 46. Leones seu Leopardos, qui & *Libyci*, & genere feminino *Libycae* absolute, ut hic *Africanae* dicuntur, capit. sed & cum Torrentio etiam Tigres & Pantheras hoc nomine venire vidimus ad Petron cap. XXXV. vid. & Claud. cap. XXI. *Caelius* Ciceroni lib. VIII. ad fam. 9. *Curioni decem pantheras misisse, quas ipsas Curio mihi, & alias Africanas decem donavit*. add. & Moniment. Ancyr. ubi Africanas dedisse Augustum Casaubonus notat. immo jam Livius lib. XLIV. 18. Scipionem Nasicam & Lentulum, crescente magnificentia, Circensibus Ludis sexaginta *tres Africanas* dedisse narrat. in margine Ed. Steph. vir doctus *Africanorum* legebat. & ita in Harl. Periz. Edd. Rom. & Venetis. BURM.

Et

modo Trojae decurſione: & quoſdam praecipuos, minio & chryſocolla conſtrato Circo: nec ullis niſi ex ſenatorio ordine aurigantibus. Commiſit & ſubitos, quum e Gelotiana adparatum Circi proſpicientem pauci ex proximis Maenianis poſtulaſſent. Novum praeterea atque inauditum genus ſpectaculi excogitavit. Nam Ba-19 ja-

Et quoſdam] Sic Vett. Edd. ſic Pall. tres, non ut mediae aetatis editi *quoſdam autem praec.* GRUT. Ita & Memm. Intelligit Gruterus Edd. Baſil. Gryph. & ſequentes. Lipſius legebat *quondam autem praec.* Exc. Cujac. *& quoſdam praec.*

Minio & chryſocolla conſtrato Circo:] Id Plin. lib. XXXIII. cap. v. Neronis principatu viſum ſcribit, cum ipſe concolori panno aurigaturus eſſet. *Concolorem* autem praſinum vocat. Quem Juvenal. quoque ſignificat Sat. II. cum ait:

- - - *ſed fragor aurem*
Percutit, eventum viridis quo colligo panni.

Et Neronem igitur, & Cajum id feciſſe credendum eſt, cum uterque pari inſania praſinae factioni faverit. TORR. Vid. Neap. ad Ovid. III. Faſt. 813. *chriſocolla* Exc. Cujac.

Aurigantibus.] *Augurantibus* Copeſ.

Et ſubitos] *Subito* Memm.

Ex proximis Maenianis] *Maeniana* quae ſint, praeter Feſtum, & Iſidorum, etiam JCti nos docent l. XX. De ſervit. urb. praed. & l. CCXLII. De verb. & rer. ſignif. TORR.

Cum e Gelotiana] Emendavimus ex codice manu ſcripto, *cum elegantiam apparatus circi proſpicere pauci ex proximis maenianis poſſent*, magna commentariorum ſocordia, qui rem non animadverterunt. EGNAT. *E Gelotiana* Turnebum (XXII. Adv. 31. & XXVII. 20.) ſecutus Pulm. edidit. At MSS. quos ego vidi, *lege Lotiana*, *Lovana*, & *Lutiana* habent. Sabellicus etiam *Joviana* legi teſtatur. Egnatius vero ex codice (ut ait) & ipſe MS. nimis inverecunde loci ſententiam corrumpit. Quare Turnebum & ego ſequor, maxime ob inſcriptionem antiqui marmoris: SYMPHORO TESSERARIO SER. CAESARIS DE DOMO GELOTIANA. Principes vero ſaepe e viciniis circo etiam privatorum aedibus ſpectaſſe Circenſes omnibus notum eſt. TORR. Alia editio habet, *cum elegantiam circi proſpicientem pauci ex proximis Maenianis poſtulaſſent:* ſed utrumque mendoſum eſt. poſtrema verba poſterioris editionis ita doctus vir mutabat, *cum elegantiam. app. Circi proſpicere pauci ex maenianis poſſent.* URSIN. *Gelotiana* vera ſcriptura eſt hujus loci, quam pridem aſſeruit rex ille criticorum Turnebus, & nos aſſerimus nunc iterum auctoritate libb. bibliothecae regiae & Memmiani (in quibus omnibus liquido ſic ſcriptum ipſi vidimus) & Petri Pithoei. favent quoque, etſi corrupti, codd. Viterb. ac Groſlotii, in quibus ſcriptum *lege Lotiana*. Tolle peccantem literam *l*, totidem poſtea reſtabant, quot vera lectio conſtat. Ne igitur audiamus inconcinnas, meo quidem animo, aliorum emendationes. Gelotiana vel domus vel inſula illis temporibus nota in urbe fuit, ad circum, ut arbitror, maximum. Ac licet conjicere ex ea inſcriptione, quam Turnebus profert, in ea habitaſſe partem ſervitii Caeſariani & nos. Eum lapidem ſubjecimus & nos. (Gruter. DXCVIII. 7.)

S Y M P H O R O
T E S S E R A R I O
S E R. C A E S A R I S
D E D O M O. G E L O
T I A N A. F E C I T
P H I L O D E S P O T U S
S E R. C A E S A R I S.
E X. H E R M A E O
F R A T R I. B. M.

CASAUB. *Gelotiana* primum edidit, ſecutus magnum Turnebum Pulmannus, cui hactenus favent Palatini, ut habeant pr. ac tert. *cum lege Lotiana app. Circi.* ſec. *cum elegeana app.* GRUTER. Lipſius volebat *lege Loliana*. variant vehementer cod. & Editi. in Exc. Cujac. erat *lege Lotiana* & ita Venet. ſec. & tert. *Lege Lutiana* Periz. Edd. Rom. Lugd. Junt. *Lege Lovana* Venet. pr. *Lege Luciana* Bonon. Pariſ. Arg. Baſil. pr. Plant. Gryph. *cum elegantiam apparatus Circi.* Ald. Baſil. poſterior. *Circi media proſpicientum* Periz. *proſpicere* etiam Ald. deinde *ex Proximianis* Ed. Bonon. vitioſe: nam in notis recte Beroaldus explicat, & tamen Pariſienſis operarum aberrationem ſecuta eſt. BURM.

19. *Excogitavit.*] Verbum hoc abeſt e vetuſtiſſimo codice, & recte, mea quidem ſententia, ſiquidem Sueton. libros ſuos per capita

 pita

jarum medium intervallum Puteolanas ad moles trium milium & sexcentorum fere passuum ponte conjunxit, contractis undique onerariis navibus, & ordine duplici ad ancoras collocatis, superjectoque aggere terreno, ac directo in Appiae viae formam. Per hunc pontem ultro citroque commeavit, biduo continenti. Primo die phalerato equo, insignisque quercica corona, & securi, & cetra, & gladio, au-

pita non distinxit. Nihil tamen mutatum velim. TORR. Haec vox abest omnibus Palatinis, quod scribo propter Torrentium, cujus vetustissimo verbum hoc etiam aberat. GRUT.

Et Puteolanas moles] Sic MSS. nostri omnes, cum vulgati *& Puteolanae molis* legant. In uno vero eadem correctum manu repperi, *ad Puteolanas moles.* quam lectionem probo. TORR. *Et* deest Memm. Periz. Copes. Harlem. Huls. & Exc. Cujac. Edd Rom. Venet. pr. *usque ad Puteolanas* Venet. sec. tert. *Puteolanas ad moles* Casaub. Scriv. & recentiores. vid. ad cap. XVII. *& Puteolanae molis* Basil. posteriores. deinde *fere passuum spatium ponte* Memm. Copes. vide de hoc, & Dionis huc adlatis locis a commentatoribus, Petr. de La Sena de antiquo Gymnasio Neapolitano pag. 37. & seq. vide & Davis. curas secundas ad Caes. I. de Bell. Gall. 49. & comm. ad Aur. Vict. Epitom. cap. III. §. 9. Missonium etiam in itinerario Italico. t. I. p. 305. hunc locum bene exposuisse Broukhusius notaverat. BURM.

19. *Trium millium & sexcentorum fere passuum ponte conjunxit*] Codex Salmasii: *trium millium & sescentorum fere passuum spatium ponte conjunxit. Passum* edidit Gronovius. mox *contractisque* Harlem.

Ad ancoras collocatis] Duo codd. *collatis.* pontes enim navibus junxit, viribus imperii ludens, ac populum interea paene fame enecans. Qua de re praeclare etiam Seneca, quanquam eo loco mendosus, lib. de Brevit. vitae cap. XVIII. TORR.

Aggere terreno] Lib. optimus *superjectoque terreno*, sine *aggere*, ut *terrenum* pro terra accipiamus, hoc est, solo ipso. sic enim & Columella lib. II. cap. II. *Callidissimi rerum rusticarum tria genera terreni esse dixerunt.* & lib. III. cap. III. *cum sola ea res omnem impensam terreni pretio suo liberet.* Et sane agger huic rei non convenit, si vulgatam significationem accipiamus. Sed quoniam (ut recte Isidorus tradit lib. XV. cap. ult.) *agger est etiam media viae eminentia, lapidibus strata, quam historici militarem vocant*, idque & Servius annotavit in illud Virgil. lib. V. 273.

Qualis saepe viae deprensus in aggere serpens,

a recepta lectione non recedo. *aggerem* enim *terrenum* vocat ad differentiam ejus, qui lapidibus stratus est. TORR. *Aggere* deest etiam Memm. *superjecto aggere* Copes. vid. ad Gratii Cyneg. 507. vid. & Virg. XI. 851. BURM.

Directo] Codex Salmas. *derecto.* Gron. *Decreto* ex illo prodit.

Ultro citroque] *Ultro citro* Mem. Periz. Edd. veteres, praeter Ald. Steph. & Graevii posteriores. de *commeare* vid. ad Claud. XVII.

Insignisque] *Insignique* Periz. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Arg. *insignis quoque* Ald. *insignis quoque aerea corona* Copes. Huls.

Quercica corona] Eadem *quercea* frequentius, & *quercia*, & *querna* appellatur, quae & civica est. TORR. Lipsius malebat *Quercina.*

Securi & cetra & gladio] Libri MSS. inter se dissident. Unus inter alios non habet *cetra*, placet tamen. Unde & *cetrati milites.* Atque eo quidem magis placet, quod cetra peltae (ut alicubi de bello Punico tradit Livius) non dissimilis, recte scenti adjungitur, quae nota Amazonum arma sunt. Q. Curtius initio lib. III. *armati bipennibus, levibusque scutis, cetrae maxime speciem reddentibus.* TORR. Vide Cl. Graevii notas ad Cicer. VII. ad famil. I. BROUCKH: *Corona & cetura & gladio* Memm. *corona & cinctura* (marg. *cetura* ut & Exc. Cujac.) *& gladio*, omissis *& securi*, Periz. Edd. Rom. Venet. sec. & tert. *cicura* Venet. prior. *& securi* abest etiam Exc. Cujac. Lugd. Junt. Arg. Ald. Steph. nec video quid faciat securis illi, qui gladium habeat. quare a Glossatore adscriptum puto, qui cetrae securim, ut in armatura Amazonia, credebat addendam: sed tunc *gladius* abjiciendus foret; *corona & cathedra* Huls. Copes. manus docta in ora Plant. *Quercea corona*, & de-

aureaque chlamyde. Postridie quadrigario habitu, curriculoque bijugi famosorum equorum, prae se ferens Dareum puerum ex Parthorum obsidibus: comitante praetorianorum agmine, & in essedo cohorte amicorum. Scio plerosque existimasse, talem a Cajo pontem excogitatum aemulatione Xerxis, qui non sine admiratione aliquanto angustiorem Hellespontum contabulaverit. Alios, ut Germaniam & Britanniam, quibus imminebat, alicujus immensi operis fama territaret. Sed avum meum narrantem puer audiebam, caussam operis ab interioribus aulicis proditam: quod Thrasyllus mathematicus, anxio de successore Tiberio, & in verum nepotem proniori, adfirmasset, *Non magis Cajum imperaturum, quam per Bajanum sinum equis discursurum.* Edidit & peregre spectacula: in Sicilia Syracusis asticos ludos, & 20 in

deinde *aurataque chlamyde*. BURM.

Quadrigario] Lips. *quadrigarii.*

Prae se ferens Darium puerum] Plures libri *Dareum*. Illud vero, *prae se ferens*, ita interpretor, ut eodem in curru ante ipsum Dareus fuerit. Quale aliquid in veteribus quadrigatis ac bigatis nummis non semel cernitur. Dion secutum scribit. TORR. *Dareum* Memm. & nostri omnes. Edd. Rom. Venet. tres, Bonon. Lugd. Basil. & aliae & ita passim in MSS. apud alios auctores. vid. Salvagn. ad Ovid. Ibin. 317. praeterea *puerum suum* Copes. sed *suum* erat punctis subnotatum. BURM.

In essedis] Lib. pervetustus *in essedo*. Non displicet. Quanquam majorem illam amicorum cohortem fuisse credendum est, quam ut uno essedo veheretur. TORR. *In essedo* Harl. Copes. Periz. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venetae tres, Junt. Lugd. Ald. Steph. vid Claud. XXXIV.

Aemulatione Xerxis,] Hoc existimat etiam Seneca libro de Brevitate vitae, cap. XVIII. CASAUB. *Xersis* Periz.

Angustiorem] *Angustiorem* Harlem. Ed. Venet. sec.

Thrasyllus] Cod. Salmas. *Thrasilus*. *Tarsilus* Hulf. in Periz. a m. pr. *Medicus*, sed in marg. *Mathematicus*. *Thrasylus* Ald. Junt. *Traxsillus* Ed. Rom.

In verum nepotem] Naturalem scilicet ac legitimum, ut JCti vocant. TORR. *In* deest Memm. *in Verium* Ed. Venet. pr.

Discursurum] *Discursum* Ex. Cujac.

20. *Hasticos ludos*] Sic quoque edit. Gallica, & unus e nostris MSS. Germanica vero, & MSS. plures *Atticos*, unus etiam liber pervetustus *asticos*, quam lectionem Turneb. amplectitur. Ego sane non negaverim, quin Cajus Syracusis cum esset, Atheniensium imitatione ludos ediderit, malim tamen *Actiacos* legere, uti & Tib. cap. VI. *Hasticos* vero nullo modo placet. TORR. Viterb. & Grosslotii *Atticos*, Memmii & Pithoei *Asticos*. Dio hoc tantum, θέας τινὰς ἐν τῷ Λυγδύνῳ ἐπετέλεσε. Sunt vero ludi *astyes*, quos Graeci ἀστικοὺς ἀγῶνας nominant. Ita judicat Criticorum Homerus Josephus Scaliger: in cujus libris de Emendatione temporum lib. V. p. 479. cum de *Astyeis*, tum de *Miscellis* plura studiosus lector inveniet. CASAUB. Vulgati fere *Hasticos* aut *Atticos*, &. ultimum illud in Pal. tert. nam sec. habet plane *Asticos*. At pr. profert nobis, *attonitos ludos*. Pal. inquam primus, liber simplex & innocens. cogitent Eruditi. GRUT. *Atticos* Periz. Harlem. Copes. Exc. Cujac. & editiones veteres fere omnes. *Attonicos* Hulf. *Actiacos*. Venet. sec. & tert. quod probat Lipsius, & cum eo Torrentius. *Hasticos* Bonon. Paris. Gryph. Plant. & plerique ut Luisinus III. Par. 28. & Gutherius a Pitisco laudati, sequuntur. sed non uno modo explicant, & Menestrierius in Ephemeridibus Parisiensibus tom. XXIX. pag. 681. defendit, qui etiam male editos Lugduni credit, quum ibi *Miscelli* editi fuerint. ego cum Graevio *Selasticos* aut *Iselasticos* praeferrem, de quibus, praeter ab aliis adductos, vide Casaub. & Salmas. ad Spart. Hadr. XXVI. Tristan. tom. III. Comment. pag. 6. Reines. class. II. Inscr. 60. Spanhem. Epist. IX. ad Morell. §. 6. & Harduin. numism. Popul. pag. 192. Lipsius in ora codicis *Classicos* vel *Tla asticos*, ut editi in memoriam Sicularum victoriarum intelligantur, de quibus mox cap. XXIII. BURM.

Lugduni] *Lugduni* Memm.

Lugduni miscellos] Turneb. Adversar. XXII. cap. XXII. *ludos miscellos* vocare Suetonium arbitratur, quae Juvenal. *miscellanea* Sat. XI. 20. sed neque, quales hi ludi fuerint, explicat,

in Gallia Lugduni miscellos. Sed & certamen quoque Graecae Latinaeque facundiae: quo certamine ferunt victoribus praemia victos contulisse, eorumdem & laudes componere coactos. Eos autem, qui maxime displicuissent, scripta sua spongia linguave delere jussos, nisi ferulis objurgari, aut flumine proximo mergi maluis-21 sent. Opera sub Tiberio semiperfecta, templum Augusti theatrumque Pompeji ab-

cat, & Juvenalem (meo quidem judicio) non satis recte interpretatur. Varro lib. III. de Re Rust. cap. 7. *columbarum quoddam genus miscellum* vocat, quae neque agrestes, neque domesticae sint. Atque idem lib. I. cap. LIV. quemadmodum & Cato de Re Rust. cap. VI. *miscellas* appellat *vites*, quae omni agro conveniunt. Quare *miscellos* quoque *ludos* vocari existimo, qui ad nullum certum genus ludorum scenicorum, sive argumentum, sive scenae instrumenta & apparatum spectes, referri possint. Ut contemptim de his, qui sua decoxerunt, dixerit Juvenalis, *sic veniunt ad miscellanea ludi*, turpius nempe, quam si inter legitimos atque ordinarios histriones suam scenae locarent operam. Simile illud Horatii Epist. ad Lollium I. XVIII. 35.

— *ad imum*
Thrax erit, aut olitoris aget mercede caballum. TORR.

Miscelli ludi vocantur Suetonio, qui Juvenali miscellanea:

Sic veniunt ad miscellanea ludi.

Sic, inquit, fiunt ex senatoribus mimi sive ludi. Unde transcursoria vocat ludos, ad quos ex senatu transibant: id est, quando ex senatoribus fiebant scurrae, sive ludi, aut histriones. Tria enim haec idem sunt. JOS. SCALIGER.

Sed & certamen] Lugduni id institutum intelligo. Sed an Cajus instituerit, merito potest dubitari. nam vivente adhuc Augusto (si Dioni credimus sub finem lib. LIV.) ludi illic ad ejus aram celebrabantur, quos sua quoque aetate permansisse testatur. Hinc igitur Juvenalem intelligimus Sat. I. vs. 44. cum ait:

Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.

De qua etiam Sueton. Claud. cap. II. & Strabo lib. IV. Quod autem *certamen* vocat Sueton. ἀγῶνα appellant Graeci. sic enim de Mausoleo Gell. lib. X. cap. XVIII. *Id monumentum Artemisia cum Diis Manibus sacris Mausoli diceret, ἀγῶνα, id est, certamen, laudibus ejus dicundis facit, ponitque praemia pecuniae, aliarumque rerum bonarum amplissima.* Quo tamen loco legendum existimo *Diis Manibus Mausoli sacrum*. sepulcra enim Diis Manibus eorum, qui in illis siti erant, consecrabantur. Tale autem eloquentiae certamen etiam Neapoli fuit. TORR. *Sed hoc certamen* Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres. *Hic* Mem. Copes. Hulss. Exc. Cujac. (cum Glossa, id est, *Romae.*) Ed. Basil.

Scripta sua spongia linguave delere jussos] In libro secundo Anthologiae εἰς Ποιητάς· cap. XL. 7.

Τῷ σῷ τῷ πάχα περὶ χάριν, οἷα πάθοιεν
Οἱ περιδείξαντες βιβλία καὶ καλάμους.

Omnino legendum οἱ περιλείξαντες, qui delingunt scripta sua & calamos. Nihil sinisterius poëtae aut rhetori imprecatur, quam ut illi accidat, quod victis fit in Miscellaneis Lugdunensibus ad aram Caesaris. Neque in alium sensum accipiendum illud distichon ex eodem libro εἰς Ἀσελγεῖς, II. v. 8.

Οὐχ' ὅτι τὸν κάλαμον λείχεις, διὰ τοῦτό σε μισῶ,
Ἀλλ' ὅτι τοῦτο ποιεῖς καὶ δίχα τοῦ καλάμου.

JOS. SCALIGER.

Ferulis objurgari] Atqui verbis tantum objurgamus. sic enim Cic. ad Atticum III. 10. *castigatione & objurgatione dignus.* Quare paene adducor, ut (quod in uno probatae fidei cod. reperi) *obvirgari* restituam. neque enim hujusmodi verba a Suetonio aliena sunt. Et accedit, quod *virgatis sagulis*, & *virgati calathisci* Virgil. & Catull. dixere, ut *valentes virgatores* Plautus Asinaria. Quod vero *molli brachio objurgare* Cic. lib. II. ad Attic. dixit, id eo referendum, quod objurgando jactare brachia consuevimus. Suo tamen arbitrio lectorem relinquo, cum *admonere flagello* Columella lib. II. 2. & *telo Admonuit bijugos* Virgil. lib. X. 587. dixerit, ut *fustium admonitio* Callistrat. l. VII. De poenis, & *flagris objurgari* ipse Sueton. Oth. cap. II. TORR. *Ferula, solea, flagris, objurgare* passim apud veteres. Persius Sat. V. 169.

Nugaris: solea, puer, objurgabere rubra.
A-

absolvit. Inchoavit autem aquae ductum regione Tiburti, & Amphitheatrum juxta Septa, quorum operum a successore ejus Claudio, alterum peractum, omissum alterum est. Syracusis collapsa vetustate moenia, Deorum aedes refectae. Destinaverat & Sami Polycratis regiam restituere, Mileti Didymaeum peragere, in jugo Alpium urbem condere, sed ante omnia Isthmum in Achaja perfodere: miseratque jam ad demetiendum opus primipilarem. Hactenus quasi de principe, 22 reliqua ut de monstro narranda sunt. Compluribus cognominibus adsumtis (nam & PIUS, & CASTRORUM FILIUS, & PATER EXERCITUUM, & OPTIMUS MAXIMUS CAESAR vocabatur) quum audiret forte reges, qui officii caus-

Apulej. lib. IX. *Vocatis duobus e familia validissimis, quam altissime sublato puero, ferula nates ejus objurgat.* BOXHORN. Vide Rupert. ad Valer. Max. pag. 246. BROUCKH.

21. *Sub Tiberio semiperfecta*] Sup. Tib. cap. XLVII. inf. Claud. cap. XXI TORR.

Inchoavit autem aquae ductum] Libri duo, *Inchoavitque aquaed.* TORR. *Inchoavitque aquaed.* Ed. Rom.

Regione Tiburti] Sic *Tiburtem agrum* Livius, & *Tiburte via* Horat. I Sat. IX. 108. *villam* etiam *in Tiburte* dixit Cic. II. de Orat. 55. Porro de hoc opere Plin. lib. XXXVI. cap. XV. *Vicit antecedentes aquarum ductus novissimum impendium operis inchoati a Cajo Caesare, & peracti a Claudio. quippe a lapide quadragesimo ad eam excelsitatem, ut in omnes Urbis montes levarentur, influxere Curtius atque Caeruleus fontes.* Adde Suetonium Claud. cap. XX. Quanquam non satis hic intelligo, quomodo eum regione Tiburti Cajus inchoaverit, qui a quadragesimo ab Urbe lapide venerit. Late sane agrum patuisse Tiburtinum necesse est. nam Urbs ipsa XX. tantum millibus aberat. TORR. *Tiburti* vel *Tuburti* omnes scripti & editi. sed *Tiburi* a Casaubono fluxit in recentiores.

Deorumque aedes] *Deorum aedes* Periz. & Edd. veteres usque ad Basil. Gryph. & recentiores.

Mileti Didymeum] De Apolline Didymaeo, ejusque templo Plin. lib. V. cap. XXIX. Plura Strabo initio lib. XIV. De nominis ratione Macrob. lib. I. Saturnal. cap. XVII. quanquam Pausanias illud a Didymis, loco scilicet sic appellato, deducat. Sed & Ulpian. noster tit. XXII. *Deos* (inquit) *heredes instituere non possumus praeter eos, quos ex S. C. aut constitutionibus Principum instituere concessum est, sicuti Jovem Tarpejum, Apollinem Didymaeum, Martem in Gallia.* TORR. *Didymum* Harlem. Ad hujus loci intellectum pertinet, quod narrat Strabo, loco a Torrentio laudato: templum hoc fuisse sine tecto, quod propter amplitudinem ei imponi non poterat. hoc forte peragere voluit Cajus. ceterum de Apolline Didymaeo omnia sunt vulgata, sed hic *Didymaeum* est templum ipsum, non Deus, quod notasse prodest, quia JCtus, omnia corradens, de Apolline Didymaeo quidam hunc locum etiam citat, qui de templo, non ipso Apolline agit. Dat vero ipsi etiam locum inter deos viales, ut nimirum molem libri augeret, omnem fere Deorum, etiam longe diversarum rerum ac viarum praesidum, mythologiam exhaurit. sed non ex vivis fontibus petita aqua, sed ex aliorum rivis deducta. nam nullum in toto libello fere locum, quem ipse in legendis antiquis observasse potuit, reperi, sed reperta apud alios coacervat, saepe infeliciter: ut hic citat Plin. V. 24. quum, si inspexisset auctorem, invenisset cap. 29. BURM.

Ad demetiendum] *Ad dimetiendum* Periz. Hulf. Edd. veteres usque ad Casaubonum & recentiores.

Primipilarem] *Primipilarem Cajum.* Periz. Harlem. Edd. veter. & Basil. pr. praeter Rom. Plantin. & recentiores. nec tamen de nihilo hoc nomen esse puto, sed corruptum. nemo enim alias ignotum, vel antea non memoratum solo praenomine solet laudare. forte latet nomen gentilitium *Canium*, vel simile. de *Canio*, vel ut alii *Cano* quodam, vide Comm. ad Cicer. XIII. ad Att. 31. & 41. potuit & *Gavium*, vel alium simili nomine, demonstrasse primipilarem. BURM.

22. *Maximus*] Deest Harlem.

Reges qui officii caussa in urbem advenerant] A-

caussa in urbem advenerant, concertantes apud se super coenam de nobilitate generis, exclamavit, Εἷς κοίρανος ἔστω, Εἷς βασιλεύς. Nec multum afuit quin statim diadema sumeret, speciemque principatus in regni formam converteret. Verum admonitus, & principum & regum se excessisse fastigium, divinam ex eo majestatem adserere sibi coepit. Datoque negotio, ut simulacra numinum, religione & arte praeclara, inter quae Olympii Jovis, adportarentur e Graecia, quibus capite demto suum imponeret, partem palatii ad Forum usque promovit, atque aede Castoris & Pollucis in vestibulum transfigurata, consistens saepe inter fratres

Agrippam & Antiochum. ex Dionis libro LVIII. CASAUB.

Super coenam] *Super coena* Harlem. Periz. Edd. Venet. tres, Bonon. Paris. vid. ad Caes. LXXXVII. & passim apud nostrum.

Exclamavit εἷς *&c.*] Sic & Pal. tert. at duo alii antiquiores, *exclamavit, de coelo venit nobis Rex*, εἷς &c. quod ipsum tamen habuerim ceu interpretamentum Graecorum, quibus κοίρανος & βασιλεὺς unum atque idem. GRUTER. Latina haec etiam in Hulsiano apparent & in Copesiano, cujus margini Graeca adscripta erant: habet utraque etiam Ed. Bonon. rarius certe est, si interpretamentum sit habendum, Latina praecedere, sed puto adscriptum a quodam scholastico glossatore, quia apud Homerum Reges saepe διοτρεφεῖς dicuntur, & similia passim apud Poëtas occurrunt. BURM.

Absuit] *afuit* Memm.

Speciemque principatus in regni formam converteret.] *Speciem* vocat *insignia*, quae Tacitus IV. Ann. 41. *inania* dicit, D. Lucas, Polybius & Athenaeus, φαντασίαν. *Species principatus* est ornatus Imperatoris Romani, qui proprie *Princeps* appellatur, & imperium *principatus:* sic enim initio Augustus instituit, ut ex Tacito norunt eruditi. Sic *regni formam* vocat insignia, quibus reges olim utebantur ad indicandam majestatem regiam, puta diadema, purpuram, sceptrum, & caetera hoc genus. Vide Eutropium in Diocletiano. CASAUB. Vide Graevium ad Cicer. de Lege Agrar. cap. XIII. BROUKH.

Adserere] Recte ex hoc loco Freinshemius apud Curtium I. v. 33. *coelestes honores adserere*, pro vulgato *arcessere* legendum esse ostendit. ita in Oth. IX. *adserere sibi dominationem:* & Ovid. I. Met. 462. *nec laudes adsere nostros*, pro adroga. BURM.

Datoque negotio] Memmius Regulus praefectus ei negotio. Josephus. CASAUB. *Nataque* Periz. a. m. pr.

Olympici Jovis,] Inf. cap LVII. Elegans etiam locus Pausaniae Boeoticis lib. IX. cap. 27. de Cupidine Thespiensium per Cajum amoto, quem cum Claudius reddidisset, Nero iterum sustulit. vult enim Pausanias utrumque Principem ob id scelus justa numinis vindicta caesum fuisse. TORR. Scribe cum codice Memm. & Viterb. & apud Livium *Olympii Jovis*: nam ita Graeci. Dio: ἄγαλμα ἐξήλασε τὸ τῦ Διὸς τῦ Ὀλυμπίου ἐς τὸ ἑαυτῦ εἶδος μεταρρυθμίσαι. Josephus narrat fuse lib. XIX. cap. I. CASAUB. *Olympii* quoque Pall. pr. ac sec. nam tert. tuetur vulgatos, in quibus *Olympici*. GRUTER. Vid. ad Aug. LX. *Olympi* ex Memm. profert Jac. Gronov. pro *adportarentur*, *Adoptarentur* marg. Basil. & Gryph.

Egregia] Par error cum superiore. Quis enim non videre potuit, non *egregia*, sed *e Graecia* legendum. EGNAT. *Egregia* nostri codices omnes. Edd. Rom. Venet. tres. Lugd. Junt. Basil. Gryph. eadem varietas apud Val. Max. IV. tit. 2. ubi *pro tot Graeciae urbes*, alii codices habent, *tot egregiae*. ego malim, *tot Graeciae urbes*. BURM.

Suum imponeretur,] Duo codd. *imponeret*. quod magis placet. TORR. *Imponeretur* Periz. Harlem. & Edd. omnes ad Casaubon.

20. *In vestibulum transfigurata*,] Aedem Castorum in foro fuisse cum ex aliis auctoribus, tum ex Suetonio ipso constat, Caes. cap. X. Partem igitur Palatii ita in forum promovit Cajus, ut Castorum aedes in vestibulo quodammodo esse videretur. Aedem vero non diruit, sed ea (ut scribit Dion) in duas partes divisa, ingressum per media Deorum Fratrum simulacra in Palatium struxit, dicens se janitores habere velle Ledae ac Jovis filios. Melius autem Suetonium & Dionem intel-

tres deos medius se adorandum adeuntibus exhibebat: & quidam eum LATIAREM JOVEM consalutaverunt. Templum etiam numini suo proprium, & sacerdotes & excogitatissimas hostias instituit. In templo simulacrum stabat aureum ico-

intelliget, qui sciverit in ea montis Palatini parte fuisse Tiberii domum, ubi Romani postea Principes habitarunt, quae viam Sacram, & pacis templum respicit, ut ex lamina plumbea in hortis Farnesianis cum Tiberii inscriptione reperta constat. Media autem aedes Castorum fuit. Porro quod Castores sibi janitores esse voluit Cajus, ex Augusti somnio declaratur, de quo sup. cap. xci. Torr. Cajus cum ad forum usque Romanum aedes suas promovisset, templum Castorum, quod in foro item erat, quasi vestibulum earum fecerat. Ursin. Dio lib. LIX. p. 662. Τό τε Διοσκούρειον τὸ ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ Ῥωμαίων ὂν διατεμὼν, διὰ μέσου τῶν ἀγαλμάτων τὴν ἔσοδον δι᾽ αὐτοῦ ἐς τὸ παλάτιον ἐποιήσατο, ὅπως καὶ πυλωροὺς τοὺς Διοσκούρους, ὥς γε καὶ ἔλεγεν, ἔχῃ. Casaub. Lipsius notat Castoras ut Janitores appositos, ut in Aug. xci. Tonans Jupiter Capitolino. unde sua Torrentius: Douza vero Praecid. ad Tibull. cap. xi. docet saepe ad principum aedes aditum fuisse per templa deorum, ex hoc loco & Senec. Cons. ad Polyb. cap. xxxv. Burm.

Medium se adorandum] Recte. Vulgati *medius se ador.* Virgil. I. 698. *mediamque locavit.* Qui locus honoratissimus habebatur. Torr. Vide Passerat. ad Propert. pag. 300. Broukh. *Medius, adorandum se* Basil. poster. & Steph. quod rectius puto. sic Ovid. II. Am. xvi. 13.

Non ego si medius Polluce & Castore ponar. Quinctil. decl. vi. 15. *sedeatque medius inter duos judex.* & decl. x. 3. *inter gementes cadaver jacuit medium.* vid. & Tib. xvii. & Claud. xxiii. Burm.

Et quidam] *Et quidem* Periz. Edd. Venet. tres. Lugd. Junt. Arg. Paris. & ita alibi variatum. *consalutarunt* Exc. Cujac.

Latialem Jovem] Atque ita ut Cretensis ille cum Junone, sic ipse quoque cum sororibus concubuit. Nec Jupiter tantum, sed nunc Bacchus, nunc Hercules, nunc Neptunus quoque videri voluit. Quin & dearum interdum habitum sumpsit. Nihil ergo Gallo illo, quem Dion commemorat, liberius atque urbanius. Is enim, cum Jovis specie pro tribunali sedentem intuitus subrisisset, interrogatus ab ipso Cajo, quid esse illi videretur, μέγα παραλήρημα respondit, hoc est, *magnum deliramentum.* De qua monstri hujus insania etiam Athenaeus. Torr. Dionis lib. LIX. pag. 662. verba ita emenda: Δία Λατιάλιόν τε αὐτὸν ὀνομάζοντες, τήν τε Καισωνίαν τὴν γυναῖκα καὶ τὸν Κλαύδιον, ἄλλους τε τοὺς πλουσιωτάτους ἱερέας προσέθετο. vulgo editum διάλιόν τε. Notum est in Latinis libris & *Latialis* & *Latiaris* hoc Jovis cognomen scribi, quare etiam Graeci quidam in hac voce *r* retinuerunt, ut Porphyrius Περὶ ἀποχῆς in hoc notabili loco: ἀλλ᾽ ἔτι καὶ νῦν, inquit, τίς ἀγνοεῖ κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν τῇ τοῦ Λατιαρίου Διὸς ἑορτῇ σφαζόμενον ἄνθρωπον; Tertullianus adversus Gnosticos: *Et Latio ad hodiernum Jovi media in urbe humanus sanguis ingustatur.* Quo ex loco possimus apud Dionem minore mutatione scribere Δία Λάτιον. Casaub. Cod Salmas. ut & Palatinus primus & tertius *Latiarem*, ut ante *Parilia*, pro *Palilia.* Utrumque scriptoribus usurpatum. ut & Casaubonus olim notat. Graev. Vid. Barth. xi. Adv. 5. sic Symmach. I. Epist. 9. *Latiare concilium* quod vindicat in prioribus notis Juretus. & ix. Ep. 68. *Latiaris facundia.* & 83. *Eloquentia Latiaris.* Paullin. in ultimo Poëmate vs. 108. quod edidit Muratorius t. 1. Analect. p. 128.

Hinc Latiare malum prisci statuere Quirites.

ubi videndae doctissimi viri notae. Huc refert Patinus numum, quem produxit ad cap. LIX. supr. Burm.

Simulacrum aureum iconicum.] Plures, & meliores libri *iconium.* *Iconas* autem vocabant imagines ad vivum expressas. Unde *icuncula* Ner. cap. LVI. Sic *statuae iconicae* apud Plinium lib. xxxiv. cap. iv. & *iconici duces*, xxxv. cap. viii. ut ἀγάλματα εἰκονικὰ apud Athenaeum lib. v. cap. vi. ubi de nave Philopatoris. Torr. Graecum est, εἰκονικὸς: ut mirer valde *iconium* legi in omnibus fere mss. at Memmii recte *iconicum.* Casaub. *Iconicum* Palat. sec. nam pr. *Jonicum*, quomodo item adscriptum tertio, in quo *Iconium.* Gruter. *Iconium* Periz. Harlem. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. sec. tert. Bon. Lugd. Basil. Junt. Gryph. *Hiconium* Venet. pr. *Jonicum* Copes.

 Jo-

iconicum, amiciebaturque quotidie veste, quali ipse uteretur. Magisteria sacerdotii ditissimus quisque & ambitione & licitatione maxima vicibus comparabant. Hostiae erant phoenicopteri, pavones, tetraones, Numidicae, Meleagrides, Phasianae,

Jobicum Hulf. tale illud apud Laërt. lib. v. seg. 52. Βύλομαι δὲ ἐκ τῶν Νικομάχυ ὑπὲρ συντελεσθῶσιν ἵνα. BURM.

Amiciebatur quotidie veste,] De cultu divino a Cajo assumto, lege quae scribit Philo legatione ad Cajum. narrat & Dio non obscure. CASAUB.

Magisteria sacerdotii] Sic Domit. cap. IV. *forte ducti magisterio fungerentur*. Capitolin. M. Antonino, *Fuit in eo sacerdotio & praesul, & vates, & magister*. Livius lib. XXXIX. *magistri sacrorum*. De Caji autem sacerdotibus Claud. cap. IX. TORR.

Ditissimus quisque] Dio loco paullo antedescripto, τὺς πλυσιωτάτυς ἱερέας προσέθετο. Vide in Claudio cap. VIII. CASAUB.

Vicibus comparabant.] Non igitur fuit istud sacerdotium perpetuum, ut fere erant Romae, sicut notatum nobis ad librum secundum. CASAUB. *Vicibus* Latinissime dictum: ita Just. II. 4. *vicibus bella gerebant*, ubi non recte Schefferus. vid. ad Ovid. I. Met. 626. an tales, *Magistri anni primi*, *secundi*, & porro, in lapidibus antiquis passim obvii? BURM.

Hostiae erant phoenicopteri, pavones, tetraones] Breviter Dio, ὄρνιθες αὐτῷ ἁπαλοὶ καὶ πολυτίμητοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐθύοντο. quibus verbis appositissimi commentarii vice est hic Suetonii locus. Τετράων notum avis nomen ex Athenaeo & Hesychio. neque his in libris ulla diversitas. Quare errant qui mutant in *erythrotaones*. quos si roget aliquis cur ita censeant, nimis certum non aliud suae sententiae argumentum allaturos, quam quod in Plinii loco e lib. X. cap. XXII. malint *erythrotaones* cum paucis, iisque mendosis codd. legere, quam viris doctis assentiri, qui veram ibi lectionem *tetraones* asseruerunt. CASAUB.

Tetraones] Recta lectio, atque olim Politiano stabilita Miscellan. cap. LVII. e Plinio Nat. histor. X. cap XXII. Sed ascribam & Tertulliani verba e lib. adversus Marcionem I. *Unus, opinor, de sepibus flosculus, (non dico de pratis) una cujuslibet maris conchula, (non dico de Rubro) una tetraonis pennula (taceo de pavo) sordidum artificem pronunciabit tibi creatorem?* TORR. *Tetraones* videtur mutandum in *Erythrataones*. URSIN. Cod. Salmas. *Tetracones*. *Tetraones* quae sint aves, inventu res erat haud difficilis, nisi Plinianos inemendatissimos haberemus codices. Nam quod apud illum legitur lib. X. Histor. Nat. cap. 22. *Decet Erythrotaonas suus nitor:* hoc in vetustissimo exemplari de Mediceae gentis bibliotheca publica, paene legitur emendate, *Decet & troanas*. Quare totum locum Politiano Misc. cap. LVII. auctore sic legas: *Decet tetraonas suus nitor, absolutaque nigritia. In superciliis cocci rubor. Alterum eorum genus vulturum magnitudinem excedit, quorum & colorem reddit: nec ulla avis, excepto struthiocamelo, majus corpore implens pondus, in tantum aucta, ut in terra quoque immobilis prehendatur. Gignunt eas Alpes, & Septentrionalis regio.* Hactenus ille de Tetraonibus. GRAEV. *Tetraones* Pal. tres, nisi quod sec. *Cetraones*. GRUT. *Tetrones* Venet. tres. *Erythotaones* vel *Erithotaones* Lugd. Junt. *Erythrotaones* Marg. Basil. vide Nic. Loens. Miscel. Epiphyl. v. 9.

Numidicae] Varronis tempore, quum gallinas Africanas gibberas, quae ex Numidia adportabantur, tantum nossent Romani, easdem cum Meleagridibus esse putarunt. Hinc Columella quoque nullum discrimen agnoscit inter Meleagridem & Numidicam, nisi de colore galeae ac cristae. Ideo Africanas scribit Varro *Meleagrides* Graecis vocari. Africanae sunt, quas vulgo *gallinas Guineae* vocitamus. In capite tuber habent sive gibbum rutilum. Unde *gibberas* eas esse auctores ajunt. At in gallinis Indicis, quae Meleagrides sunt Graecorum, insigne corporeum veluti clavus rotundus e capite exit, quod maribus ultra rostrum propendet, dum in venerem incitantur, & foeminas ambiunt. SALMASIUS. Excr. Plin p. 611. & seq.

Meleagrides] Aetoliae peculiare hoc avitium facit Menodotus Samius apud Athenaeum, & inde in alias orbis partes translatum, ut pavones e Samo, & Persicas gallinas e Perside. Ut eae describuntur apud eundem Athenaeum lib. XIV. verbis Clyti Milesii, gallinis his similes sunt, quas hodie vocamus *Indicas*, sic ut eaedem videantur esse: & plane

ſianae, quae generatim per ſingulos dies immolarentur. Et noctibus quidem plenam fulgentemque lunam invitabat adſidue in amplexus atque concubitum: interdiu vero cum Capitolino Jove ſecreto fabulabatur, modo inſuſurrans, ac praebens invicem aurem, modo clarius, nec ſine jurgiis. Nam vox comminantis audita eſt,

Ἤ μ᾽ ἀνάειρ᾽, ἢ ἐγὼ σε.

do-

plane ſunt, τὸ ποικίλον illis tribuit nigris albiſque plumis alter natum, ita ut rotundis maculis albis, rhombi nigri diſtincti ſint. Multae gallinae noſtrae Indicae hoc modo varias habent plumas, quaedam ex iis abſque notabili varietate totae nigrae ſunt. Reliqua deſcriptionis ferme conveniunt. *Indicas* igitur vocamus, non quod ex India primum advectae ſint (nam in Boeotia & Graecia paſſim naſcuntur) ſed quia, quidquid ad nos tranſmarinum adfertur, *Indicum* vulgo appellamus. IDEM. *Meleagrites* Hulſſ.

Generatim] *Genera non* Exc. Cujac.

Lunam invitabat] Tranſiit haec inſania in exemplum. Seneca lib. de ſuperſtitione apud Auguſtin. de Civ. Dei lib. VI. cap. 10. *Sedere quaedam in Capitolio, quae ſe a Jove amari putant: nec, Junonis quidem, ſi credere Poëtis velis, iracundiſſimae reſpectu terrentur.* Nota eſt hiſtoria Paullinae hac ratione a D. Mundo deceptae apud Joſeph. lib. XVIII. Antiq. 4. BROUCKH.

Invicem aures] Malim, quod eſt in tribus Pall. *aurem*. GRUT. *Aurem* Memm. Periz. Harlem. Hulſ. Exc. Cujac. Edd. Venet. pr. Bonon. Pariſ. Steph. quod praetuli. ſic apud Ovid. II. Art. Am. 347. *tibi ſemper praebeat aurem.* ubi vide adnotata, & ad v. Met. 343. & VI. I. BURM.

Εἰς γαῖαν Δαναῶν περάω σε.] Sententia horum verborum manifeſta, ac rei praeſenti aptiſſima eſt, neque incerta librorum fides, niſi quod in uno περῶ σε legitur. Turneb. tamen ex Dione reſtituit, Ἤ μ᾽ ἀνάειρ᾽, ἢ ἐγὼ σε, ut & ante Turnebum Petr. Victorius Caſtigationibus ſuis in Epiſtolas ad Att. lib. XVI. Verum ut utriuſque diligentiam laudo, ſic admonitum lectorem velim, alia de re Dionem loqui, cum illud Homeri Iliad. XXIII. hemiſtichion citat, de alia vero hic Suetonium. Cajus enim Jove fulminante, cum & ipſe machina quadam contra jacularetur, ea verba proferebat: Ἤ μ᾽ ἀνάειρ᾽, ἢ ἐγὼ σε. at hic aptiſſime velut inter jurgia Capitolinis illi ſedibus interdicens, in Graeciam mittendum comminatur. Alterum vero illud non tam comminantis, quam timentis eſt etiam, *Aut me occide, aut ego te.* Expaviſſe autem Cajum fulmina, auctor eſt Sueton. cap. LI. Quare vulgatam lectionem hic retineo, ut & apud Senecam lib. I. de Ira cap. ult. cum ſcribit: *Cajus Caeſar iratus coelo, quod obſtreperet pantomimis, quos imitabatur ſtudioſius quam ſpectabat, quodque comiſſatio ſua fulminibus terreretur, ad pugnam vocavit, & quidem ſine intermiſſione Homericum* (Ἰλ. γ.) *illum exclamans verſum*, Ζεῦ πάτερ, οὔτις σεῖο θεῶν ὀλώτερος ἄλλος. Non negaverim tamen Dionis hemiſtichium Senecae magis, quam Suetonio convenire, cum eadem de re ambo illi loquantur, Sueton. vero de alia prorſus. TORR. Multum hoc loco variant exemplaria: Viterbienſe hoc tantum, quod εἰς in principio non habet. quare legebam Αἶαν Δωδώνῃ περάω σε. quod hemiſtichium apud Homerum hodie, niſi decipit me memoria, non exſtat: ſed videtur eſſe ἀδέσποτος κωφὴ prioris horum verſuum Ὀδυσ. Σ. 83.

Πέμψω σ᾽ Ἤπειρόνδε βαλὼν ἐν νηῒ μελαίνῃ,
Εἰς Ἔχετον βασιλῆα, βροτῶν δηλήμονα πάντων.

At codd. Pithoei & Lillaei ſtant omnino a Turnebo: vel potius a Turnebo, ut conjicio, inſpecti, occaſionem ei praebuerunt cenſendi ſtatuendique ex Dione eſſe locum emendandum, hoc modo, Ἤ μ᾽ ἀνάειρ᾽, ἢ ἐγὼ σε. manifeſta enim ſunt in illis exemplaribus ejus lectionis veſtigia: etſi ita depravata, ut, abſque Dione foret, non facile videatur aliquis potuiſſe conjectura aſſequi veram γραφήν. In Memmiano tamen certiſſima ejus ſcripturae invenimus veſtigia. & omnino ita ſcribendum. CASAUB. Εἰς γαῖαν Δαναῶν περάω σε, Ita omnino Palatinus tertius, ſed quatuor litteris minus αἶαν Δαν. at enim primus ac ſecundus videntur magis accedere ad ſcripturam, quam e Dione promſit optimus Turnebus: Ἤ μ᾽ ἀνάειρ᾽, ἢ ἐγὼ σε. ſatis enim aperte comparent omnia earum literarum veſtigia. expreſſerunt enim tanquam duplex AA. litteram M. ut liqueat

 fuiſſe

donec exoratus, ut referebat, & in contubernium ultro invitatus, super templum Divi Augusti ponte transmisso, Palatium Capitoliumque conjunxit. Mox quo propior esset, in area Capitolina novae domus fundamenta jecit. 23 Agrippae se nepotem neque credi, neque dici ob ignobilitatem ejus volebat: succensebatque, si qui vel oratione vel carmine imaginibus eum Caesarum insererent. Praedicabat autem matrem suam ex incesto, quod Augustus cum Julia admisisset, procreatam. Ac non contentus hac Augusti insectatione, Actiacas Siculasque victorias, ut funestas populo Romano & calamitosas, vetuit sollemnibus feriis celebrari. Liviam Augustam proaviam, *Ulyssem stolatum* identidem adpellans, etiam ignobilitatis quadam

fuisse majusculam M. scriptaque omnia tali characterum genere. GRUT. In Codice Periz. & Harlem. deerant, ut fere semper, Graeca, & in Ed. Venet. pr. relicto spatio vacuo, in Copes. Αιαν δαναῶν ηγων. in Periz. recentiore etiam manu vulgata inserta lectione, in margine legebatur, *Ajax Danaorum ferio te.* quod quid velit nescio, nisi forte Librarius iste putaverit, Αιαν esse Ajacem, & defuerit codici, quem consuluerat, εἰς, ut de Viterbiensi Casaubonus & Palat. tert. Gruterus, qui & Αιαν habet, testatur, & in nostro Copes. deest. in Exc. Cujac. ϖαανα ηη εγω σε. sed in Memm. erat lectio, quam recepimus. in Rob. vero Steph. Ed. vulgata. Nos Casauboni & Graevii judicium secuti, recepimus Homerica ex Iliad. Ψ. 724. quae Ajacis verba sine dubio scribae Periz. codicis errandi caussam dedere. in Lugd. Ed. addita Latina versio, *id est, ad terram Graecorum transferam te.* Cl. Dorvilius tunc magis respici ad Odyss Υ. 383. Ἐς Σικελὸς πέμψωμεν, putabat, quamvis neuter locus satis etiam facere ipsi videretur. BURM.

Ut ferebat] *Ut referebat* Hulf. Periz. Copes. Hulf. & Edd. omnes, & ipsa Graevii prima, qui unde *ferebat* petierit non monuit, nec secutus Gronovius, an ex Memmiano habuerit, notavit.

23 *Ex incesto quod Augustus*] An ergo ea exsilii Nasonis caussa? *Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci? Incestum* autem (ut non male Isidorus) propter illicitam conjunctionem vocatur, quasi *incastum*, cum ea quam quis jure ducere prohibetur. TORR. Hinc exsilii, quo Ovidius fuit punitus, caussam arcessunt quidam viri eruditi. sed plane absurde. An enim ausus fuisset Naso, vel oblique etiam, quum se aliquid vidisse ait, hujus probri mentionem facere, & ipsi Imperatori in memoriam revocare, & quasi exprobrare, quem omni modo placare & mitigare studebat? deinde si jam Juliae crimen fuisset, de nepti, non de filia foret accipiendum, ut egregie docuit, rationem temporis subducens, vir doctissimus Joh. Masson. in vita Ovidii ad Annum Poëtae LI. & LII. §. 5. BURM.

Commisisset] *Admisisset* Codd. Harlem. Periz. Hulf. Exc. Cujac. antiquae omnes, praeter Basil. Gryph. Plant. & sequentes. vid. Ovid. IX. Met. 478. & Muncker. ad Lact. argum. Metam. VI. fab. I. mutaverunt, quia vulgatius est *committere incestum*; sed ideo reducenda antiqua est lectio. BURM.

Actiacas Siculasque] Caussas hujus insectationis commentatores non referunt. At ego existimo, ideo sceleratum Caligulam hasce duas victorias celebrari noluisse, quia Agrippa in iis maximam navaverit operam. non itaque ob Augusti odium, quippe a quo matrem totam prognatam esse voluit, ut ipsius progenies major videretur. Sed quia Agrippae, quem oderat, in eis gloria celebrabatur: exemplo Alexandri Magni, qui maluit Jovis Arenarii spurius videri, quam Philippi eximii Regis legitimus filius. Meminit & Virgilius lib. VIII. Aeneid. in Actiacae victoriae descriptione, Agrippae. Inde & fortitan Caligulae odium in Virgilium. De Augusti incestu non multum dubito. erat enim insignis Sodomita, & in Ovidium plus quam tyrannus: nisi quo non occidisset, non ausus propter turpitudinem. GLAREAN. Facile Beroaldo assentior *Siculasque* legenti. TORR. Secutus sum Beroaldi conjecturam: nam Pall. favent vulgatis, *singulasque*. GRUT. *Singulasque* Codd. Copes. Periz. Hulf. Edd veteres, praeter Bonon. Paris. Basil. poster. Casaub. & recentiores. Sabellicus malebat, *Actiacam Siculamque. Populi Romani* etiam Harlem.

23. *Liviam Augustam proaviam*] Fortasse an *Juliam Augustam proaviam*. vide ad libri superioris caput ultimum. Philo Ἰουλίαν Σεβαστὴν αὐτ-

dam ad senatum epistola arguere ausus est, quasi materno avo Decurione Fundano ortam: quum publicis monumentis certum sit Aufidium Lurconem Romae honoribus functum. Aviae Antoniae secretum petenti denegavit, nisi ut interveniret Macro praefectus. Ac per istiusmodi indignitates & taedia, caussa exstitit mortis: dato tamen, ut quidem putant, & veneno. Nec defunctae ullum honorem habuit: prospexitque e triclinio ardentem rogum. Fratrem Tiberium inopinantem, repente immisso tribuno militum, interemit. Silanum item socerum ad ne-

ϲϲμάμμλν. CASAUB.

Ulyssem stolatum] Quod muliebri specie virum, & quidem astutissimum ac fallacissimum, tegeret. stola enim matronarum est. Non absimile, quod de Zenone Epicureo scribit Cic. lib. I. de Nat. Deorum cap. 34. *Socratem ipsum, parentem philosophiae, Latino verbo utens, scurram Atticum fuisse dicebat.* TORR.

Decurione Fundano] Sueton. Tib. cap. v. natum eum Fundis multos credidisse scribit, quod avia ipsius materna, hoc est, Liviae mater, Fundana fuerit, Aufidii Lingonis, ut ex hoc loco colligimus, filia. Et sane gentem Aufidiam Fundanam fuisse, docet nos ille Horatii ex Sat. v. lib. I. versus:

Fundos Aufidio Lusco praetore libenter
Liquimus. TORR.

Aufidium Lingonem] Sic Gryphii editio, & MSS. duo. Frobenii vero, & meliores MSS. *Lurconem.* Utrumque autem Aufidiorum cognomen fuit, *Lurco*, & *Lingo*, uti & *Orestes*, (Fasti Capitolin. & Varro lib. III. de Re Rustica) & *Luscus* apud Horatium, nisi more suo eum ridens sic vocaverit, cum vere luscus esset. TORR. Legendum *Aufidium Lurconem*, qui notissimus est ex historia. URSIN. Omnino *Lurconem* scribendum: nam in Viterbiensi, Pithoei & Grossotii, *Lyrgonem* offendi. CASAUB. *Lurconem* malui, quam ut aliqui vulgati *Lingonem*, quod esset in Pal. *Lyrgonem*, vel adeo *Lirgonem*. GRUT. *Lirgonem* Copes. Harl. Periz. antiquae vero Edd. pleraeque *Lingonem*. *Lyrgonem* Exc. Cujac. *Lirgonem* Basil. *M. Aufidius Lurco* memoratur a Varrone III. de Re Rust. 6. & Plin. X. 20., qui primus pavones saginare instituit, & vixit circa bellum Piraticum. Unde forte cognomen *Lurconis* adeptus. an ille sit, qui ab Horatio II. Sat. IV. 24. memoratur,

Aufidius forti miscebat mella Falerno,

ut video quosdam credere, nescio. ex eadem gente, ille Aufidius Luscus praetor Fundanus ab Horatio I. Sat. V. 34. per ridiculum dictus, fuisse, ut Torrentius credit, videtur. Glandorpius illum esse putat, quem Cicero pro Flacco cap. IV. & XXXIV. memorat, & Tribunum plebis fuisse dicit I. ad Att. 13. ubi nullum invenio. Sed I. Ep. I. Aufidius quidam memoratur, quem Corrad. diversum a Lurcone facit. sed Ep. 16. Lurco Tribunus Pl. occurrit, quem Manutius avum Liviae credit. & in Orat. pro Flacco memoratur. T. Aufidius Praetor. cap. XIX. qui diversus a Lurcone, qui M. dicitur: quidquid sit, plures Aufidii, qui honores Romae gesserunt, memorantur. BURM.

Secretum petenti] Sic Tib. cap. XXV. & Plin. lib. I. Epist. V. *Illic me persecutus secretum petit.* Horat. lib. II. Sat. I.

Quin ubi se a vulgo, & scena in secreta remorant.

Paulo aliter Sueton. Claud. cap. I. *secretum eo desiderante*, cum omnino solus esse vellet. TORR.

Fratrem Tiberium] Vide sup. cap. XIII. TORR.

Repente immisso tribuno militum interemit] Longe aliter Philo, cujus narratio plane miserabilis. mandatu Caji tribunos & centuriones quosdam venisse ad adolescentulum Tiberium: jussisse, ut se ipse interficeret: neque enim fas esse, ut soboles Imperatoria per alium tolleretur. illum, qui neminem adhuc occidi vidisset, & in summa rerum imperita propter aetatem versaretur, primo ab iis qui venerant petiisse, ut sibi aliquis cervices quas protenderet, amputaret: dein cum irritae ejus preces essent, orasse ut se docerent, qua corporis parte ferrum immitteret, ut quam citissime moreretur. Ita edoctum ab iis se occidisse. CASAUB.

Silanum item socerum] De Silano etiam sup. XII. Sed plura Dion. Cajus eum pecudem

necem, secandasque novacula fauces, compulit: caussatus in utroque, quod hic ingressum se turbatius mare non esset secutus, ac spe occupandi urbem, si quid sibi per tempestates accideret, remansisset: ille antidotum oboluisset, quasi ad praecavenda venena sua sumptum: quum & Silanus impatientiam nauseae vitasset & molestiam navigandi, & Tiberius propter adsiduam & ingravescentem tussim medicamento usus esset. Nam Claudium patruum non nisi in ludibrium reservavit. 24 Cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit: plenoque convivio singulas infra se vicissim collocabat, uxore supra cubante. Ex his Drusillam vitiasse virginem, praetextatus adhuc, creditur. Atque etiam in concubitu ejus quondam deprehensus ab avia Antonia, apud quam simul educabantur. Mox Lucio Cassio Longino con-

auream vocabat. Torr.

Quod hic] *Hic* desideratur in Periz. de locutione *ingredi mare* egimus ad Quinctil. Declam. VI. 21. Burm.

Antidotum oboluisset] Libri duo *obolevisset*, unus *obsolevisset*. Sueton. Vespas. cap. VI. *Maluissem allium oboluisses*. Torr. *Abolevisset* Periz. a m. pr. (in Marg. *obsorbuisset*) Harlem. Copes. Edd. Rom. Venet. tres, Steph. *Obolevisset* Exc. Cujac. Lugd. Junt. Arg. Ald. *aboluisset* Basil. & Gryph. *venena sua* pro *ejus*, a Caligula nimir. dati metuens & praecavens. v. Aug. x. Burm.

Nauseae] *Nausiae* Copes. & a m. sec. Periz. qui a pr. *Musae* habebat.

Nam successorem Imperii Claudium] Tres libri optimi *Nam Claudium*, expuncto *successorem Imperii*. Torr. *Nam successorem imperii Cl.* Periz. Harlem. Edd. omnes antiquae, praeter Steph. Casauboni & recentiores. a Glossatore sine dubio profectum recte ejecerunt viri docti: hoc enim tempore nemo divinare poterat tam fatuum hominem successurum: nec ita designare Suetonius poterat, nisi omnium & ipsius Caji judicio destinatus esset. Burm.

24. *Cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit*] Omisit, quod maxime est horrendum. Eutropius VII. 12. *Stupra tribus sororibus suis intulit: ex una etiam natam filiam cognovit*. Casaub. Quod ex Eutropio addit Casaubonus, quasi & rem habuerit cum filia ex una sorore nata, non verosimile. Nam isti sceleri rationem temporum repugnare recte vidit Barth. lib. XXIII. Adv. 19. qui legit *agnovit*, pro sua habuit, non *cognovit*. *Consuetudinem stupri* Exc. Cujac. Burm.

Infra se] Sorores infra se, id est, in sinu collocabat, quasi justas uxores: legitima consorte loco pulsa. Non aliud Cicero significat in Epistola quadam hilariore IX. ad Fam. 26. *Infra Eutrapelum Cythaeris accubuit*. Lipsius. De sedendi, seu accumbendi ordine in conviviis multa notavi ad Horat. lib. II. Sat. VIII.

Nomentanus erat super ipsum.

Cic. Epist. ad Paetum, *infra Eutrapelum Citharis accubuit*. Torr. Uxori supra se cubandi locum dabat ut digniori digniorem. Sorores suas, quas unice diligebat & plus quam frater sororem debeat, infra se ponebat. Excepto consulari loco, qui infimus ultimusque fuit medii lecti: summus locus in unoquoque lecto semper honoratissimus habitus Romanis. Ideo miratur Plutarchus, cur honor & dignitas praecipua data illi consulari loco apud priscos fuerit, qui nec medius erat, nec summus. Qui soli duo loci videri poterant maxime honorem primatus mereri. Rationes hujus rei plures adfert Salmasius, Ex. Plin. Lipsius ad Tacit. XI. Ann. 2. quia in simili loco Livii pro *infra* reperérat *in terra*, ibi & hic & alibi suspicatur forte *intra* legendum. male. nam & mox *supra cubante*. ubi *supra se cubante* Copes. *singulas* ignorant Exc. Cujac. mox *in concubitu ejus* delebat Lipsius. *ab Antonia avia* Exc. Cujac. Burm.

L. Cassio Longino] An hic ille Cassius Longinus, quem postea, proconsulem Asiae, occidendum delegavit? Porro Cassio huic Longino Drusillam Tiberius desponderat, ut M. Vinicio Livillam, Agrippinam vero Cn. Domitio, quos Tiberii progeneros vocat Tacit. lib. VI. Annal. cap. 45. Ablatam vero a Cassio Cajus, ac tantum non uxoris loco habitam M. Lepido, cum quo mutuam stupri consuetudinem habebat, postea tradidit, in eo-

que

consulari collocatam abduxit, & in modum justae uxoris propalam habuit. Heredem quoque bonorum atque imperii aeger instituit. Eadem defuncta, justitium indixit: in quo risisse, lavisse, coenasse cum parentibus, aut conjuge, liberisve, capital fuit. Ac moeroris impatiens, quum repente noctuque profugisset ab urbe, transcurrissetque Campaniam, Syracusas petiit. Rursusque inde propere rediit, barba capilloque promisso. Nec umquam postea quantiscumque de rebus, ne pro concione quidem populi, aut apud milites, nisi *per numen Drusillae* dejeravit. Reliquas sorores nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit: ut quas saepe exoletis suis prostraverit. Quo facilius eas in caussa Aemilii Lepidi condemnavit, quasi

que matrimonio defunctae publicam sepulturam tribuit. Sic Dion lib. LIX. quem vide, nec non Senecam Consolat. ad Polybium cap. XXXVI. TORR. Vide Bayle Diction. Critiq. p. 785. in Cassio Longino. BROUCKH. *Mox Cassio Longino collocatam* Copes.

Propalam] *Prolatam* Exc. Cujac.

Eadem defuncta justitium indixit] Meminit obiter Philo, τὰ ἐργαστήρια τῶν Ἰουδαίων συγκεκλεισμένα διὰ τὸ ἐπὶ Δρουσίλλῃ πένθος ἀναγκάζοντος. CASAUB.

In quo risisse, lavisse, coenasse cum parentibus aut conjuge liberisve capitale fuit] Eleganter Dio conditionem illorum temporum paucis explicat: alios enim fuisse accusatos, quod eam non lugerent, ὡς ἀνθρώπῳ, quum esset homo: alios, quod lugerent, ὡς θεῷ, quum esset dea. Deinde exemplum subjicit: impietatis arcessitum fuisse, & periisse, qui calidam vendidisset. Scribendum autem *capital*, non *capitale*, ut in codd. Lipsi. & Pithoei. CASAUB. *Rixisse* Hulf.

Capitale fuit] Codex Salmas. *capital fuit*, ut fere semper meliores scriptores. Idem mox: *transcucurrissetque*. GRAEV. *Capital* etiam Exc. Cujac. & *petit* Memm. & Copes.

Noctuque] *Noctu* Exc. Cujac.

Rursusque inde propere rediit, barba capilloque promisso] Seneca consolatione ad Polybium cap. XXXVI. *Idem ille Cajus furiosa inconstantia, modo barbam capillumque submittens, modo Italiae ac Siciliae oras errabundus permetiens, & numquam satis certus, utrum lugeri vellet, an coli sororem.* CASAUB.

Per nomen Drusillae dejeravit.] Non male qui *per numen* legendum putent. nam praeterquam quod divinis eam ubique honoribus coli Cajus jussit, ac Veneri exaequavit, Pantheam vocatam fuisse scribit Dion LIX. pag. 648. imperatumque mulieribus, ut eam, tanquam Junonem scilicet, in posterum jurarent. TORR. Ita Memmianus, Viterb. Pithoei & Groslotii, non *nomen*. CASAUB. Urbes per omnes divinis eam coli honoribus jussit. nec defuit senatorii ordinis vir, qui juraret se eam vidisse in coelum adscendentem: ac hoc juramento, uti prior ille, qui similiter de Augusto jurabat, vel potius pejerabat, decies sestertium meruit, ut auctor Dio in LIX. ex quo etiam cognoscimus, eam habitu Veneris, cognomine Pantheae, consecratam. facile Lipsio assensero, eodem referenti veterem hanc inscriptionem: VENERI. COELESTI. AUGUSTAE. SACR. MUMMIA. C. F. DORCAS. S. P. F. C. VOSSIUS. *Per nomen* Periz. & Edd. veteres fere omnes. *numen* Casaubonus & seq. habent, & hoc ex numis illustrat Patinus. ubi Dea & Diva dicitur. BURM.

Prostraverit] *Prostravit* Memm. & Copes. & Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. tres, Basil. an *prostrarit*, ut alibi saepius peccatum.

In caussa Aemilii Lepidi] Agrippinam *puellaribus annis stuprum cum Lepido spe dominationis admisisse*, dicit Tacitus Ann. XIV. cap. 2. Rutilius in Itinerario, de quatuor Lepidis lib. 1. 305.

Quartus Caesareo dum vult irrepere regno,
Incesti poenam solvit adulterii.

Cur incestum ejus adulterium cum Agrippina & Livia? Ideo quia maritus Drusillae Lepidus, & eum Agrippina etiam sanguine junctus. Credo enim hunc Lepidum natum ex Aemilio Paullo & Julia nepte Augusti. At Julia soror Agrippinae, quae mater Caji, & sororum. Hinc clarum, cur Cajus successorem illum imperii destinaverit, & quinquennio maturius, quam per leges liceret, magistratum capere voluerit: quod Dio tradidit lib. LIX. Erat enim sanguinis gentisque Augustae, pari cum Ca-

quasi adulteras, & insidiarum adversus se conscias. Nec solum chirographa omnium requisita fraude ac stupro divulgavit, sed & tres gladios in necem suam praeparatos Marti ultori, addito elogio, consecravit. Matrimonia contraxerit turpius, an dimiserit, an tenuerit, non est facile discernere. Liviam Orestillam C. Pisoni nubentem, quum ad officium & ipse venisset, ad se deduci imperavit, intraque paucos dies repudiatam biennio post relegavit: quod repetisse usum prioris mariti tempore medio videbatur. Alii tradunt, adhibitum coenae nuptiali mandasse ad Pisonem, contra adcumbentem, *Noli uxorem meam premere:* statimque e convivio abduxisse eam secum, & proximo die edixisse, MATRIMONIUM SIBI REPERTUM EXEMPLO ROMULI ET AUGUSTI. Lolliam Paullinam, C. Memmio con-

25

Caligula gradu. LIPSIUS. Drusillae antea mariti, quem honoribus Cajus extulerit. Vide Dionem lib. LIX. & Josephum Antiquit. XIX. Lepidi vero hujus stemma (quod Suetonium illustrat) recte expositum Lipsio ad XIV. Annal. Tacit. cap. 2. quem suadeo legas. TORR. Faciunt ad hujus loci lucem, quae de hoc Lepido observat Lipsius ad librum Tacit. XIV. CASAUB.

Adulteras] *Ad adulteras* Copes. *adulteras insidiarum*, sine copula. Exc. Cujac.

Ac stupro] Lipsius malebat, *stupra*.

In necem suam] *In nece sua* Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. Bon. Paris. Lugd. Junt. Ald. Arg.

Addito elogio,] *Elogium* frequens etiam Ciceroni verbum, nihil aliud quam certa quaedam vel ad laudem, vel ad vituperationem testificatio est, atque adeo causa ipsa, quare quid fiat. Hoc ergo est, quod *elogium* additum a Cajo narrat Sueton. causam scilicet ob quam sorores damnasset. id enim solenne erat Romae, & quidem ut vel titulus damnatis praeferretur, ut inf. cap. XXXIII. vel praeconis voce pronunciaretur, quare plecterentur. Exempla saepe obvia, ut hic & Domit. cap. X. & apud Spartianum Severo cap. LI. *Fustibus eum sub elogio praeconis cecidit, Legatum P. R. homo plebejus temere amplecti noli.* & Lamprid. Alexandro cap. XXXVI. *In foro transitorio ad stipitem illum ligari praecepit, & fumo apposito, quem ex stipulis, & humidis lignis fieri jusserat, necavit, praecone dicente, Fumo punitur, qui fumum vendidit.* Adde l. XVI. Cod. *Quibus ex causis inf. irrog.* Et sic intellige Horatii locum Epod. VI. *Sectus flagellis hic triumviralibus praeconis ad fastidium*, ut ibi dicemus. Quos vero *gladios* hic Sueton. ξιφίδια vocat Dion. Tres autem ideo consecravit, quod trium hominum, Lepidi scilicet, & duarum sororum suarum, insidias effugerat. TORR. Ex veteri more, quo gladios destinatos insigni alicui facinori, aut per quos aliquid memorabile patratum esset, consecrabant. In Vitellio cap. X. *pugionem, quo se Otho occiderat, in Agrippinensem coloniam misit Marti dedicandum.* Lucianus in Tyrannicida: Οὐκ ἂν τὸ ξίφος ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνέθηκαν; οὐκ ἂν μετὰ τῶν θεῶν ἐκεῖνο προσεκυνήσαμεν; Quod ait de *addito elogio*, intelligit titulum adjectum, ut fere semper fieri solitum in rebus consecrandis. *Elogium* est omnis brevis scriptio, ut πινάκιον, notoria, titulus statuae, aut quicunque alius, & id genus omnia, ut libro primo docuimus. Nec satis recte docti viri, quia *elogium* saepe vocatur titulus puniendorum, propterea in ea significatione hanc vocem isto loco acceperunt. CASAUB.

Discernere] Gronov. III. obs. 13. *decernere* hic, & multis aliis locis, pro *discernere* legendum esse putat. quod est certum statuere, judicare. vid. & ad Liv. XXVII. 20. eumdem Gronovium. BURM.

Ad Officium] Id est ad comitatum & pompam nuptialem. vid. Gonsal. ad Petron. cap. XXV. BROUKH. Vid. Claud. XXV. Neron. XXVIII. & alibi saepe.

Uxorem meam premere:] Plautus Asin. Act. IV. Scen. 1. *Neque illaec ulli pede pedem homini premat.* TORR.

Abduxisse eam secum,] Liber opt. *abduxisse cum hac*. Lego igitur, *abduxisse se cum hac*, aut *abduxisse secum, ac proximo*, &c. TORR. *Abduxisse secum, ac pr.* Memm. *abduxisse eam, ac pr.* Hulf. Edd. Bon. Paris. *ac* Ed. Rom. *eam* ignorant Exc. Cujac.

Romuli & Augusti.] De Romulo res nota, de Augusto cap. LXII. TORR.

Lol-

consulari, exercitus regenti, nuptam, facta mentione aviae ejus, ut quondam pulcherrimae, subito ex provincia evocavit, ac perductam a marito conjunxit sibi, brevique missam fecit, interdicto cujusquam in perpetuum coitu. Caesoniam, neque facie insigni, neque aetate integra, matremque jam ex alio viro trium filiarum, sed luxuriae ac lasciviae perditae, & ardentius & constantius amavit: ut saepe chlamyde peltaque & galea ornatam, & juxta adequitantem, militibus ostenderit: amicis vero etiam nudam. Quam enixam uxorio nomine dignatus est, uno

Lolliam Paullinam] M. Lollii, de quo Tib. cap. XIII. neptem. Vide Plinium lib. IX. cap. XXXV. Suetonium Claud. cap. XXVI. Torr.

C. Memmio] Libb. tres, *C. Memmii, consularis, exercitus regentis nuptam.* De hoc Euseb. Chron. *Cajus Memmii Reguli duxit uxorem, impellens eum, ut uxoris suae patrem esse se scriberet.* Atque hic quidem C. Memmius Regulus, rebus Tiberii impense favens, eo anno consul fuit, quo Sejanus occisus est. Dion. Torr. Quemadmodum Augustus uxorem Liviam a priore viro Nerone abducens eam tanquam a patre traditam accepit, ita etiam Caligula Lolliam Paulinam a Memmio accipiens, coegit eum sese illius patrem profiteri, & dotem dicere. Hinc Eusebius num. MMLVI. *Impellens eum, ut uxoris patrem esse se diceret.* De Nerone Liviam Octaviano tradente Dio: ἐξέδωκε δὲ αὐτὴν αὐτὸς ὁ ἀνὴρ, ὥσπερ τις πατήρ. De Memmio idem: Διαλιπὼν δ' ὀλίγας ἡμέρας ἔγημε Λολλίαν Παυλῖναν, αὐτὸν τὸν ἄνδρα αὐτῆς Μέμμιον Ῥηγοῦλον ἐγγυῆσαί οἱ τὴν γυναῖκα ἀναγκάσας, μὴ καὶ ἀνέγγυον αὐτὴν παρὰ τοὺς νόμους λάβῃ. Non poterat eam ducere nisi desponsatam, desponsare autem patris est. Patrem igitur maritum sese dicere coegit. Jos. Scaliger. Eusebius in Chronico numero MMLVI. *Cajus Memmii Reguli uxorem duxit, impellens eum, ut uxoris suae patrem esse se scriberet.* Ait Eusebius, *scriberet*, nempe in dotali instrumento. nam ut omnia acta legitime viderentur, omnia solennia sunt servata. maritus igitur pro patre fuit, qui eam Cajo desponsavit, dotem dixit, & ad novum maritum perduxit. auctor Dio LXX. p. 646. hinc intelligimus Suetonii sequentia verba, *perductam a marito conjunxit sibi.* Casaub. *C. Memmii Consularis ex. regentis* Harlem. Petiz. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Forte ejus filius P. Memmius Regulus promagistro fratrum Arvalium sub Nerone, in lapide Doniano pag. 350. & forte frater C. Memmii Reguli Consulis A. U. C. 815. de quo Ryck. ad Tacit. XV. Ann. 23. Almel. in Fast. p. 76. & 222. *L. Memmium* Consulem vocat pro *Cajo*, ut in Lapidibus vocatur. Burm.

Caesoniam] Hanc octavo mense natam scribit Plin. lib. VII. cap. V. Torr.

Chlamyde peltaque & glasio comatam] Sic quidem etiam Gryphius, sed Frobenius, & MSS. duo, *armatam*, alii *ornatam*. An *comatam* forte Amazonum ritu dixit? An vero *comptam* legendum? Chlamydem autem intertextam auro etiam Agrippina induerat, quo tempore Claudius celebrem illam naumachiam in veste militari edidit. Dion, & Plin. lib. XXXIII. cap. III. Torr. *Armatam* Edd. Rom. Bonon. Paris. Lugd. *Comatam* Basil. Gryph. Colin. Plantin. Lipsius *comtam*. *Ornatam ac juxta* Exc. Cujac. & deest Steph. *ac* Copes. *pallaque* etiam pro *pelta* Exc. Cujac. *ornatrix Galeae* in lapide apud Gruter. p. M. CXVIII. 2. ubi Galeam pro galero vel galericulo capit Heinsius ad Ovid. II. Amor. VII. 17. vid. & ad Grut. DLXXVIII. 8. Burm.

Amicis vero etiam nudam] Libb. MSS. omnes *amicis nudam etiam*, sine *vero*. Torr. *Amicis nudam etiam* Ed. Rom. *nuda* Ex. Cujac.

Quam enixam uxorio nomine dignatus est.] Palatini hic turbas dant. Nam primus: *Quam omnium uxorio nomine dignatus est enixam.* Secundus: *uxorio nomine dignatus est quam enixam.* nec secus tertius. Suspicor rescribendum: *quam primum uxorio nomine dignatus est enixam.* Gruterus. Salmasianus codex suffragatur secundo & tertio Palatino. Etiam Copes. *Uxoris* Harlem.

Uxorio nomine dignatus est] Verba haec in libro opt. desiderantur. Dion narrat adulterio ei prius fuisse cognitam, gravidamque duxisse, ut trigesimo die pareret. Quare nihil hic muto. Torr.

uno atque eodem die professus, & maritum se ejus, & patrem infantis ex ea natae. Infantem autem, Juliam Drusillam adpellatam, per omnium dearum templa circumferens, Minervae gremio imposuit, alendamque & instituendam commendavit. Nec ullo firmiore indicio sui seminis esse credebat, quam feritatis: quae illi quoque tanta jam tunc erat, ut infestis digitis, ora & oculos simul ludentium in-
26 fantium incesseret. Leve ac frigidum sit his addere, quo propinquos amicosque pacto tractaverit, Ptolemaeum regis Jubae filium, consobrinum suum (erat enim & is M. Antonii ex Selene filia nepos) & in primis ipsum Macronem, ipsam Enniam,

Se ejus] *Secus* Hulf.

Ex ea natae] *Nati* Copef.

Juliam Drusillam] Vid. Spanh. Differt. de usu & praest. num. XI. pag. 279. Ed. ultimae.

Dearum] *Deorum* Lipf.

Minervae gremio] Joseph. scribit, perinde ac sibi cum Jove communem, simulacri ejus genibus imposuisse. TORR.

Nec ullo] *Ullo* deest Copef. *judicio* Harlem. Edd. Rom. Venet. tres.

Quam feritatis] Mallem *feritate*, ut in optimo codice. TORR.

26. *Tractaverit*] *Tractavit* Harlem. Periz. Edd. Bonon. Venet. tres, Bonon. & hic pro *tractarit* scriptum puto.

Ex Selena filia] Sic etiam edit. Germanica, & MSS. duo. Alii *ex Helena*, vel *Helene*, sed male. rex Juba enim, Jubae, quem Caesar dictator vicit, filius, ex Cleopatra Antonii III-viri & Cleopatrae Aegypti reginae filia, hunc de quo Sueton. Ptolemaeum filium genuit. Cleopatram vero Selenam appellat Sueton. indito a matre cognomine. Quae cum se Lunam & Isidem, ut Antonius Bacchum se atque Osirim, nominasset, filio etiam Alexandro & Cleopatrae filiae, Solis ac Lunae nomen dedit. Cleopatram vero vocant Dion lib. LI. & Plutarchus Antonio, ac nummus argenteus Jubae junioris, ejusque

Pag. 650.



uxoris, quem, una cum duobus aliis huc spectantibus allatum ex Africa, & ab Alvaro Nunnio, viro pari comitate ac doctrina, mihi donatum, memoriae causa his commentariis imprimi curavi. Porro quod Ptolemaeum Caji *consobrinum* vocat Sueton. cum Cajus Antonii pronepos fuerit, Ptolemaeus nepos, hic nempe ex ejus filia Cleopatra, ille ex nepote Germanico, Antoniae junioris filio, natus, larga vocabuli ejus significatione accipiendum est, cum ne apud JCtos quidem *consobrini* semper duarum sororum filios significent, sed etiam ulteriore gradu. Simile aliquid ex Tacito inf. Ner. cap. v. Ptolemaei hujus meminit etiam Seneca de Tranquill. vitae cap. XI. TORR. Videtur legendum *ex Se-*

niam, adjutores imperii, quibus omnibus pro necessitudinis jure, proque meritorum gratia cruenta mors persoluta est. Nihilo reverentior leniorve erga senatum: quosdam summis honoribus functos, ad essedum sibi occurrere togatos per aliquot passuum milia, & coenanti, modo ad pluteum, modo ad pedes stare succinctos linteo, passus

Selene, ex historia. Ursin. Vid. Reines. Epist. xxvii. ad Rupert. pag. 107. Broukhus. *Ex Helene* Periz. Harlem. Copes. Edd. Rom. Venet. sec. & ter. Bon. *ex Helenae filia* Venet. pr. Junt. Ald. Arg. Basil. Gryph. *& Helenae filia* Lugd. *ex Selene* Exc. Cujac. De Juba & ejus uxore Cleopatra, Selene, egregie disseruit nuper vir doctissimus Sevinus, quae dissertatio inserta est commentariis Academiae humaniorum literarum tom. 1. pag. 144. Edd. Holland. nummum Jubae cum uxoris nomine & capite profert Morell. specim. rei numm. pag. 225. Ptolemaeus ejus filius successit in regnum Anno xxiv. post Christum natum. Burm.

Leniorve] *Leviorve* Periz. Harlem. Edd. Venet. tres, Lugd. Junt.

Sibi occurrere] Liber opt. *currere*. quod magis placet. Torr. *Ad essedum sibi occurrere* V. C. habet, *ad essedum sibi currere togatos*, non *occurrere*. Ursin. Scribo *accurrere*. Id enim significat, quod Graeci verbo παραθεῖν, ut Plutarchus in Lucullo de Tigrane: Βασιλεῖς δὲ πολλοὶ μὲν ἦσαν οἱ θεραπεύοντες αὐτόν· τέσσαρας δὲ ὡς ἀεὶ περὶ αὐτὸν εἶχεν ὥσπερ ὀπαδοὺς ἢ δορυφόρους, ἱππότῃ ἐλαύνοντι πεζοὶ παραθέοντες ἐν χιτωνίσκοις. Appianus pro eo dixit παρατροχάζειν 111. Bellorum civil. & in Syriacis. Lucianus παρατρέχειν τοῦ φορείου. Eutropius lib. ix. cap. 24. *Pulsus Galerius & ad Diocletianum profectus, quum ei in itinere occurrisset, tanta insolentia a Diocletiano fertur exceptus, ut per aliquot passuum millia purpuratus tradatur ad vehiculum cucurrisse.* Juvenalis eundem morem tangit Satyra x. 44.

> —— *Hinc praecedentia longi*
> *Agminis officia, & niveos ad frena Quirites.*

Vide Suetonium lib. vii. in Galba, cap. vi. erant vero alii, qui praecederent: de quibus alibi notavimus. Casaub. *Occurrere* constanter etiam nostri Pall. praeter sec. in quo *currere*, quod quamvis placeat Torrentio, displicet mihi prae *occurrere*, quod idem notare atque *adcurrere*, ostendi in suspicionibus. Grut. *Currere* Lugd. Junt. Ald. Steph. & ita volebat Lipsius: neque mihi displicet, non quod nolim aliis in locis *occurrere* sumi pro adesse, praesto esse, ut egregie probavit Cl. Graevius, sed quia adjecta illa, *ad essedum*, & *per aliquot millia passuum*, exigere potius videantur *currere*, ut ita quasi cursorum partes imposuerit senatoribus Cajus. Similis maxime id poscit locus in Galba. cap. vi. *ad essedum Imperatoris per* xx. *passuum millia cucurrit*, ubi nulla est varietas lectionis. idem probat Eutropii locus Casaubono laudatus. Crediderunt Scribae, qui *occurrere* nobis dederunt, hos Senatores in itinere Cajo obvios factos, vel venienti in urbe occurrisse, sed puto cum passum esse sibi ex urbe egredienti, vel voluptatis caussa vectanti, ut cursorum instar essedum comitarentur. Addit togatos, quo gravior hac veste oneratis esset hic cursus. Burm.

Ad pluteum] Quod *pluteum* Sueton. *lecti frontem* (ni fallor) appellat Juvenal. Sat. xi. 96.

> *Sed nudo latere, & parvis frons aerea lectis*
> *Vile coronati caput ostendebat aselli.*

Festus generaliter *pluteos* vocari tradit tabulas, quibus aliquid praesepitur. Quo sensu *pluteum lecti cubicularis* accipio apud Martialem lib. iii. Epigr. xlix. Torr. Isidorus: *Sponda exterior pars lecti, pluteus autem interior:* sic lectos in cubiculo collocabant veteres, ut parieti propius admoverentur, nec in medio essent positi, quod etiam hodieque solemus. Illa pars quae parietem spectabat, & pluteo muniebatur, interior sponda vocabatur. ad pluteum mulieres cubabant, viri autem in priore sponda. In lectis tricliniaribus non minus quam in cubicularibus spondae ac plutei dicebantur, sed contrario modo: nam sponda pars interior lecti tricliniaris appellabatur, & quae mensae admovebatur: exterior vero pluteus. ideo puellae & pueri, qui in deliciis, interiores accumbere dicebantur, cum in gremio amatorum suorum jacerent, nec pluteum tan-

passus est: alios quum clam interemisset, citare nihilo minus ut vivos perseveravit, paucos post dies voluntaria morte periisse mentitus. Consulibus oblitis de natali suo edicere, abrogavit magistratum, fuitque per triduum sine summa potestate Respublica. Quaestorem suum in conjuratione nominatum flagellavit veste detracta, subjectaque militum pedibus, quo firme verberaturi insisterent. Simili superbia violentiaque ceteros tractavit ordines. Inquietatus fremitu gratuita in Circo loca de media nocte occupantium, omnes fustibus abegit. Elisi per eum tumultum viginti amplius equites Romani, totidem matronae, super innumeram turbam ceteram. Scenicis ludis, inter plebem & equitem caussam discordiarum serens, decimas maturius

tangerent. Scipio Africanus de Sulpicio Galbo: *Qui in conviviis adolescentulus cum amatore, cum chiridota tunica interior accubuerit.* SALMASIUS.

Ad pedes] Ad pedes stare solitos convivii ministros ostendit Seneca lib. III. de Beneficiis cap. XXVII. *Servus, qui coenanti ad pedes steterat.* Sueton. Galb. cap. XXII. *ad pedes stantibus.* TORR. Et in sacris popae, & in privatis epulis ita ministrabant coqui & alia vilia capita. CASAUB. Vid. Ferrar. de Re Vestiar. lib. III. cap. 4.

Stare succinctos linteo passus est:] In modum scilicet atriensis & ministratoris: falluntur enim, qui ad hunc locum notarunt, coquos & vilia tantum ministeria hoc habitu ministrasse. Graeci σινδόνας ejusmodi lintea vocant, earumque cirrata: ideo δίκροσσα vocabantur. Pollux: Σινδὼν ἐστι Αἰγυπτία μὲν, περιβόλαιον δ' ἂν εἴη τὸ νῦν δίκροσσον καλούμενον. ea plane tunica est linteo Pelusio districta, cirris dependentibus, qua atriensis ille succinctus apud Phaedrum II. fab. 5.

> *Ex altecinctis unus atriensibus,*
> *Cui tunica ab humeris linteo Pelusio*
> *Erat districta, cirris dependentibus.*

Cirri autem sunt fimbriae, κροσσοὶ Graecis: unde κροσσωτοὶ vestes fimbriatae, vel cirratae. SALMASIUS, ad Capitol. Pertin. cap. VIII. in Hulsiano haec verba *modo ad pluteum* deerant.

Ut vivos] Desunt Copes. deinde *perseveraverit* Harlem. Periz. Edd. Venet. tres, Steph.

Consulibus] *Sed consulibus* Exc. Cujac.

Magistratum] *Magistrum* Exc. Cujac.

Fuitque per triduum sine summa potestate Respublica] Notatu dignum, consules etiam sub Imperatoribus vocari *summam potestatem:* etsi certum est, imaginem tantum veteris potentiae eos retinuisse. mansit tamen id decus nomini consulum usque ad ultimos fere Imperatores. Jordanus de Rebus Gothicis: *Factusque est consul ordinarius, quod summum bonum, primumque in mundo decus edicitur.* Similia his apud Cassiodorum. Sed non praetermittendus S. Patris Chrysostomi locus in hanc rem eximius, in X. Homil. super epist. ad Hebr. Τί γὰρ, ait, εἰπέ μοι, μέγα νομίζεις; ποῖον ἀρχὴν μέγα ἀξίωμα εἶναι, τὸ τῆς ὑπατείας; οὐδὲν γὰρ τούτου τοῦ ἀξιώματος μεῖζον νομίζουσιν οἱ πολλοί. dignitatem consularem statuit supra omnes alias privatorum, nulla excepta. Simillimum est, quod apud Procopium legimus Persicorum lib. I. de illo infelici Johanne, quem vocat ἄνδρα ἐς τὸν ὑπάτων ἀναβεβηκότα τὸν δίφρον. οὗ μεῖζον εἶναι οὐδὲν ἔν γε τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ δοκεῖ. Consulatu, inquit, major dignitas in Romana repub. sive imperio nulla esse existimatur. CASAUB.

Quaestorem suum] Bethenum Bassum, seu (ut ego legendum existimo) Baebium Bassum vocat Seneca lib. III. de Ira cap. XVIII. TORR.

Gratuita loca] Vid. Graev. ad Cicer. pro Muraen. cap. XXXII. & in oratione cap. XXXIV. & XXXV. BROUCKH.

Elisique] Duo codd. *Elisi*, sine *que*. TORR. *Elisique* Edd. Veneta una, Bonon. Paris. Juntae, Ald. Steph. Basil. & recentiores pleraeque.

Caussam discordiarum serens] Josephus de missilibus a Cajo sparsis loquens, ὁ Γάϊος ἐδίδου τοῖς περὶ αὐτὸν ὕβριν μάχας καὶ διαρπαγὰς, ἐπικυκλοῦσιν αὐτοῖς τῶν θεωμένων. De his pugnis propter missilia Seneca epistola LXXIV. *Prudentissimus quisque, cum primum induci videt munuscula, a theatro fugit, & scit magno parva constare.* CASAUB. Nihil variant Pall. nisi quod omnes tres habeant *ferant* pro *serant*. tertius vero scribat *decurias*. GRUT. Credo errasse operas, & *ferens* pro *serens* scripsisse Gruterum. *caussa* Harlem. *ferens* Memm. Hulf. Copes. Periz. a m. pr. Edd. Venet. tres.

De-

rius dabat, ut equestria ab infimo quoque occuparentur. Gladiatorio munere, reductis interdum flagrantissimo Sole velis, emitti quemquam vetabat: remotoque ordinario apparatem, *inter plebem & equitem*, *caussam discordiarum ferens*, *tesseras decima maturius dabat*.

Decimas maturius dabat] Videtur autem innuere, inquit Beroaldus, datas esse solis equitibus decimas. Haec ille. quibus mox duplicem sensum explicat, sed quorum neuter auctoris mentem ostendit. Atqui ego puto, si solis equitibus datae essent decimae, & praeterea citius, ut putat Beroaldus, potuissent utique equites etiam citius occupasse loca. Unde potius id credendum est, olim plebejis serius congiaria dari solitum, ut equites interea loca sua occuparent. Caligulam autem tunc maturius dedisse, ut plebs etiam equitum loca occupare facile possent, qui olim non poterant. Quod vero Beroaldus de decima hora conjectat, omnino displicet. Si enim decima primum hora histriones dabantur, sero hercle dabantur. Quomodo igitur *maturius* subnecteret Tranquillus? Hunc certe locum neuter commentatorum, meo quidem judicio, intellexit. GLAREAN. Quid hoc loco sint *decimae*, non satis scio. Ipsa quidem sententia exigit, ut credamus fuisse aliquid, quod plebi tantum, non etiam equiti dabatur, sed vocabuli rationem ignoro. Nisi forte suspicemur certum fuisse tesseratum genus, quod ita appellaretur. nam Dion gymnicis eum ludis sparsisse tesseras in vulgus scribit, quas qui accepissent, multis donis afficerentur. Quae vero Turneb. in hunc locum commentatus est Adversar. XVIII. cap. V. non satis placent, minus quae interpretes, etiam Glareanus. TORR. Quaenam istae decimae sint, & quaesiverunt ante nos eruditissimi viri, & nos quoque ea cura non leviter habuit exercitos. Frustra: nihil enim comminisci possum, quod hunc mihi locum satis explicet. An fuit hoc aliquod tributi nomen, quod Cajus in hos usus soleret vertere, ut propterea vocentur *decimae* missilia, quae ex decimis essent comparata? Sane etiam privati fuit moris, decimas bonorum suorum interdum aut Herculi pollucere, aut in similes alios usus impendere. Cicero de Offic. lib. II. 17. *Oresti nuper prandia in semitis decimae nomine, magno honori fuerunt.* An scenici ludi aliqui ad honorem Herculis pertinuerunt, & ideo datae eo temporae decimae polluctarum haereditatum? Sed verius puto locum esse corruptum. Lego autem, *inter plebem & equitem, caussam discordiarum ferens, tesseras decima maturius dabat.* Videtur vox *tesseras* initio confusa fuisse cum praecedenti voce *ferens*, propter aliquam soni similitudinem: deinde omissa ab iis, qui locum voluerunt emendare: unde postea secuta depravatio vocis *decimas* pro *decima*. Sententia, quam restituimus, appositissima est, ac, ut puto, vera: nam tesserae aliaque missilia non ante finitos ludos spargebantur. Ludis totum diem ad decimam usque fuisse occupatum, & per se probabile in illo tanto furore veterum circa ludos, & insuper probamus auctoritate Sueton. l. VI. c. XXI. *Utque constitit peracto principio, Nioben se cantaturum per Cluvium Rufum consularem pronuntiavit, & in horam fere decimam perseveravit.* Sic Paulus Jurisconsultus tempus, quo res aguntur in foro, ad decimam usque producit. Non collegisse autem sparsa missilia solos plebejos, sed etiam equites ac senatorii ordinis viros, docet Tranq. clare in Domit. cap. IV. qui locus cum isto conferendus. Atque haec quidem nostra est super istis verbis vetus sententia: cujus eur nos poeniteat, ne nunc quidem caussam videmus ullam. etsi non nescimus repertos esse, qui vehemens studium nostrum bene merendi de literis secius interpretarentur, & conjecturam istam nostram ἀπεχθῶς exciperent. At contra reperti sunt alii, qui emendationes a nobis propositas sic probarent, ut eas, leviter solum mutatis signis, pro suis venditarent. CASAUB. *Decima* Edd. Venet. sec. & tert. Bonon. Paris *decurias* unus Regius etiam. De desperato hoc loco aliquid dixi in Dissertat. de Vectigal. P. R. cap. II. quod licet non omnino nunc placeat, quum tamen nihil melius in mentem veniat, quid nunc adderem non habebam. Heinsius etiam tentavit hunc locum, & conjiciebat, vel, *Epulas decima maturius dabat*, vel, *ferens, decima maturius abibat.* sed epulas ludis datas nescio, & si dedisset, quam illae discordiam inter Equites & plebem ferre potuissent; nisi praeterito equite plebem adhibuisset? & quid insoliti, si maturius decima dedisset, quum *nona* esset sollemnis hora coenae? abeundo etiam ante decimam, quas rixas inter plebem & equitem concitasse potest fingi? fateamur potius nobis nondum ⁊ hoc

paratu, rabidis feris vilissimos senio confectos, gladiatores quoque pegmares, pa-

tres

hoc loco aliquid certi constare. BURM.

Equestria] Sic *popularia* Domit. cap. IV. Seneca etiam *Equestre* vocat. de Benef. VII. cap. XII. Vide Ner. cap. XI. TORR. *Equestres* Periz. Copes. Harlem., Regii codices unus & alter, Edd. Rom. Venet. sec. & tert. Lugd. *Equestri* Exc. Cujac. Venet. pr.

Emitti quenquam] Lib. unus *amicti*, & superscriptum *amiciri*. ne quis scilicet adversus solem sese tegeret. umbellis enim uti solebant, quod ex Martiale discimus lib. XIV. Epig. XXVIII. Et tale aliquid facere potuit Cajus, cum totus insaniret. initio vero Principatus (ut Dion tradidit) & discalceatos spectare permisit, & adversus solem usum pileorum Thessalicorum concessit. Quin & senatoribus, qui nudis antea asseribus sedebant, pulvinos subjecit. Quare vulgatam lectionem retineo. TORR.

Rabidis feris] Locus haud dubie mendosus. Quem adjuvantibus optimae fidei exemplaribus, unius tantum voculae transpositione sic puto posse restitui, *tabidas feras, vilissimos, senioque confectos gladiatores, pegmatis quoque patres familias notos, & insignes debilitate aliqua corporis, subjiciebat.* Quorum verborum sententia est, retentis medio aestu spectatoribus, nihil eum quod eximium esset, exhibuisse; sed tabidas in venatione feras, in munere gladiatorio gladiatores vilissimos, aut senio jam confectos: pegmata quoque non, quae a servis publicis ad hoc idoneis gestarentur, sed a notis e populo, iisque infirmis ac debilibus. ut *pegmatis* dandi casu positum sit. nam *pegmares* non video qui Latinum sit, aut a *pegmate* deduci possit, & plures libri *pegmatos* habent, unus *pegmatis*. Possumus etiam sic interpretari, ut ex pegmate non ingenui ac speciosi pueri exsurgerent, quemadmodum fieri consueverat, sed turpes atque informes viri. Juvenal. Sat. IV.

> —— *sic pugnas Cilicis spectabat & ictus,*
> *Et pegma, & pueros inde ad velaria raptos.*

Illud vero, *tabidas feras*, in duobus opt. MSS. repperi. TORR. Legendum *vilissimos senioque confectos*. URSIN. Distinguendum, *vilissimos, senio confectos*, ut in Viterb. pro vilissimos quosque homines, & propter senium inutiles. Quantum fallatur Torrentius in emendando hoc loco, quae mox dicemus, arguent, & clamat Dio, qui ait: τοῖς θηρίοις. Quare neque *rabidas feras* neque *tabidas*, ut illi placet, ferre possumus. CASAUB. Puto lectionem bene se habere, nisi forte adhuc immittenda copula scribendumque *senioque*, quae in Pall. tribus. quorum prior habet, *rapidis feris vilissimos senioque c. gl. quoquo pe. in malis patresf. notos, sed &c.* sec. *tabidis feris vilissimo senioque c. gl. q. peginares. p. notos, sed.* tert. *tabidis feris, vilissimos senioque confectos: Gladiatores q. pigmares patresfamiliarum: notos in optimam partem, sed* &c. Verum ab eadem statim manu ad voces tres *in optimam partem* scriptum, *vacat:* porro quinam hi fuerint *patresfamiliarum* recte explicat Galliae sidus Petrus Faber lib. II. Semestrium cap. 10. GRUT. Hunc locum praeclare Torrentius restituit, nisi quod haesit in vocabulo *pegmares*, de quo Casaubonus audiendus. Cui quod reliquum (uti nec Lipsio) non probarit Torrcutius, in caussa fuit, quod viri summi non considerarunt satis, quid esset τὸ *subjiciebat*. Id enim ita hic accipiendum, ut in Julio cap. 48. *pistorem alium quam sibi panem convivis subjicientem.* Tiberio XXV. *inter pontifices sacrificanti simul pro secespita plumbeum cultrum subjiciendum curavit.* Justinus lib. I. 9. *prostratoque Smerde, eui regnum debebatur, fratrem suum subjecit Oropastem.* Idem lib. XII. 12. *quam rem aegre Macedones tulerunt, jactantes hostes suos in officium suum a rege subjectos.* Quod frustra vexant. Sic etiam hic Suetonius. In patribus familias sane crudelitas est: sed & hanc & totum hoc eo retulit, quod invideret populo voluptatem spectaculi, atque ut eam in cruciatum converteret. Itaque *remoto ordinario apparatu*, in locum ejus *subjiciebat*, id est, exhibebat, *tabidas feras*, oculorum taedia, pro saginatis & bene curatis, quas venarentur confectores: rursus *subjiciebat vilissimos senioque confectos gladiatores*, id est, introducebat in arenam pugnaturos tales pro famosis, vegetis, exspectatis: item *subjiciebat pegmares* pro latronibus, grassatoribus, atrocium scelerum compertis, (ut ille apud Strabonem lib. 6. Selurus Aetnae filius) quorum supplicio populus delectatus fuisset, miseros istos, quos nemo spectare sine lacrimis poterat. GRONOVIUS. Palatinus secundus & tertius: *tabidis feris*. Codex vero Salmasius optime confirmat emendationem Tor-

ren-

tres familiarum notos, sed insignes debilitate aliqua corporis, subjiciebat. Ac nonnum-

sentii. sic enim legit: *apparat ut tabidas feras, vilissimos.* Vides unam tantum litteram abundare vitio scribae. Merito igitur hanc optimorum codicum scripturam sequimur, quam erudite asseruit Gronovius. GRAEV. *Apparat ut tabidas feras vilissimos senio c. gl. q. paegmares patresfamiliarum notos in bonam partem, sed* &c. Memm. & ita fere Codices Regii, nisi quod *peginaris partes fam.* unus. alter *pegmatos*, tertius *pegmates*, quartus *pegmareos*, tres alii *pygmales*, quorum unus, id est *pugnaces*, cum glossa. *pygma* enim Graece, *pugnus* Latine: *pegmaces* suprascripta *i pigmaces tabidas feras vil. senioque gl. q. pegmatos Patr. f. motos* Ed. Rom. *motos* etiam in quibusdam Regiis. *paecmaces* id est *pugnaces* Periz. *rapidis feris v. senioque c. gl. q. pegmaris* Copes. *rabidas feras* Exc. Cujac. Lips. lib. II. Satur. 14. legit *Gladiatoribus quoque pegmares*, ut & in codice suo notaverat, licet id dissimulet Torrentius, quum tamen *pegmatis* ab eo etiam petierit. nam ibi legebat, *Gladiatoribus pegmatis quoque patres* &c. *permares* Exc. Cujac. locus desperatus. nisi vox *pegmares* moraretur, forte posset rescribi, *rabidis feris vilissimas senioque confectas, Gladiatoribus quoque permacros patresf. &c. subjiciebat.* nam in uno regio erat *permareos* per *permacros*, quae vox quidem nova, sed tamen aptissima; & amat noster talia, *percivilis*, *perinfamis*, *peridoneus* &c. *subjicere* vero capiendam eo sensu, quo Gronovius explicuit. pro feris ergo rabidis & feris, subjecit vilia nec generosa animalia, & senio confecta; pro gladiatoribus fortissimis & sagina robustis dedit patresfamilias tenui & macro corpore, ut ita populus taedio & fastidio cruciaretur, nec tamen ex tam ingrato spectaculo exire posset. posset & legi *rabidis feris v. s. conf., gladiatoresque pegmares & patresf.* &c. *objiciebat.* quod loco a Casaubono ex Domit. XI. adducto firmari posset. quidquid sit, locum nondum sanatum puto. BURM.

Gladiatores quoque pegmares, patres familiarum notos, sed insignes debilitate aliqua corporis, subjiciebat] Grande crudelitatis documentum historia continet, quae hic narratur; in qua tamen modus aliquis notatur fuisse servatus. Crudelitas in eo est, quod immerentes cives Romanos aliosve forte oblatos, feris objiciebat: modus in eo, quod vilissima quaeque capita ei exitio destinata. Declarat id Suetonius accurata eorum enumeratione. Subjici enim solitos vilissimos quosque homines ac senio confectos, gladiatores quoque pegmares, nec non patres familiarum notos, sed debiles & ἀνα..ς. In qua enumeratione merito quaerunt docti viri, quinam sint *gladiatores pegmares?* neque ullus locus temere magis Criticos exercuit, quorum tamen sententiis animus noster acquiescere non potest: neque laudamus eos, qui quicquam censent hoc loco mutandum. Quod si faciendum putarem, sequerer Viterb. cod. legeremque *pygmares*. Ita ibi scriptum, & adjectum scholion, eam vocem a Graeca dictione *pygma*, quae pugnum significet, deduci: tum interpretarer *pygmares* τὸς πυγμάχους, vel πυγμῇ μονομάχους. Sic Graeci pugilum certum genus nominant, ut libro secundo notavimus. Hi sunt, de quibus loquitur Scribonius Largus cap. XXIII. tmemate CI. *Praecipue vero ad pectoris & lateris dolores prodest, ex qualibet caussa factos, uti contusione, quae frequenter gladiatoribus accidere solet in luctationibus.* plane exprimit πυγμάχους, qui medium quoddam genus fuerunt inter pugiles Graecorum & Romanorum gladiatores. Verum puto lectionem alteram *pegmares*, quae in plerisque omnibus codd. habetur, esse veriorem. *Gladiatores pegmares* interpretor, *quos de ruina arena dimisit*, ut Petronius cap. IX. loquitur: qui in pegmate populo exhibiti, felici quodam sidere superstites ei spectaculo fuerunt. *Pegmata* in re ludorum dicta ligneae quaedam moles, quae machinamentis occultis attollebantur, deprimebanturque; super iis producti per ludos facinorosi homines, quales gladiatores fere erant, ut vel inibi pugnam inter se committerent, vel spectati a populo, mox solutis compagibus pegmatis, casu suo in foveam, ubi vel ignis vel ferae erant, populum oblectarent. Hoc ex Strabone, Petronio, Apulejo, & Claudiano probare possem, nisi occupassent viri doctissimi, Josephus Scaliger & Justus Lipsius, qui de pegmatis illis ludicris diligenter quaesiverunt. At illud non probamus, quod iisdem illis placet, rescribendum hic esse *pegmatos*. qua enim derivatione, ajunt, quove exemplo a *pegmate pegmares?* enimvero ut χῦμα, γλαῦκωμα, & similia, duobus modis Latini enuntiant, sic &

27 numquam horreis praeclusis, populo famem indixit. Saevitiam ingenii per haec maxime ostendit. Quum ad saginam ferarum muneri praeparatarum carius pecudes

& πῆγμα: tam enim *pegma*, *pegmae*, quam *pegmatis* flectere possis. Inde ergo *pegmaris*, certa analogia, ut a *palma palmaris*, ab *ala alaris*, ab *epistola epistolaris*: quam vocem male quidam mutant apud Martialem in lemmate *de Charta epistolari*. similia his multa Dio, qui libro LVIII. sic scribit: Ὑπὸ δὲ δὴ τ' αὐτὸς ὁμόνοιας, ἐπιλειπόντων ποτὲ τῶν θηρίων ἐν κατακλείσει διαδρόμων, ἐκέλευσεν ἐκ τοῦ ὄχλου ἐκ τῶν ἰκρίων ἀναστηρίσαντας συναρπασθῆναί τινας, καὶ παραβληθῆναι σφίσι. certi eadem de re loquitur cum Suetonio: non eadem dicit. nam assentiri non possum doctissimo viro, qui *ἰκρία* interpretatur *pegmata*. nunquam enim ita usus ea voce Dio, ut diligenter observatum nobis: sed pro theatrorum sedilibus ligneis, ut eo loco, quem notamus libro II. ad caput XLIII. aut pro talibus, quibus aliquis locus consepitur: ut paullo post in lacuum descriptione, quos in usum Naumachiae excavavit Cajus. quare hic quoque *ἰκρία* interpretor *spectacula*, & illum Dionis locum comparo cum altero potius Suetonii in Domit. cap. XI. *patremfamilias detractum e spectaculis in arenam canibus objecit*. nihil igitur de *gladiatoribus pegmaribus* Dio. Addit Suetonius, *patresfamiliarum notos*: quod cur de lanistis interpretentur doctissimi viri, caussam comminisci non queo: imo, ut existimo, nulla est. Quare enim non accipiemus in propria significatione pro cive Romano, aut quocunque alio, qui Romae habitet habens familiam? Sic libro secundo cap. LIX. *Nonnulli patrumfamiliarum testamento caverunt, ut ab heredibus suis praelato victimae titulo in Capitolium ducerentur*. reperio & *familiaris* ἀπλῶς, hoc sensu dici. Festus: *Familiaris Romanus, privatus Romanus*. idem statui debet de simili loco, quem modo protulimus ex capite decimo vitae Domitiani. Non celabo lectorem, in codicibus Memmii & Lisaei fuisse hanc lectionem, *Patresfamiliarum notos in bonam partem*, ex adjecta, ut arbitror, eruditi alicujus interpretatione. Casaub. Romae lanistae gladiatorum, sive servorum, sive libertinorum familias alebant, ludis muneribusque exhibendis destinatas, quamobrem ipsi quoque patrum familias nomine censebantur, ut apud Suetonium hoc loco & Domit. cap. 10. *Patrem familias quod Thracem Mirmilloni parem, munerario imparem dixerat, detractum e spectaculis in arenam canibus objecit, cum hoc titulo: Impie locutus parmularius*. P. Faber Semestr. lib. 2. cap. 10. Sed haec arguta quidem sunt, vera non sunt: & a Casaubono jugulata. Graev. Glossa hic addita in Mem. *in bonam partem*, & in aliis *in optimam partem* sapiunt glossatoris manum, qui, quum *notus* etiam pro infami dicatur (vid. Schol. & Manut. ad Cicer. I. Act. in Verr. 6.) notare voluit etiam in bonam partem dici pro *nobiles*: ita noster Cael. XLVI. *Gladiatores notos* dicit. Petron. cap. CI. *matrona notae pudicitiae*. Horat. II. Od. II. *notus in fratres animi paterni*. & IV. 13. *felix notaque & artium gratarum facies*; & saepe alibi. *Patresfamilias* hi erant cives integrae famae, civibus suis eo nomine noti: glossam vero esse apparet ex Regio uno codice, in quo erat, *notos in bonam partem collocabat*. *Patresfamiliarum* vero dicuntur cives communes, non ex infima plebe quidem, sed neque ulla dignitate insignes. vid. Aug. LIX. sed tamen sui juris, ut in Tib. XV. sic in coloniis etiam dictos docet, familiarum qui essent in conventibus capita, ipsos colonos. Gronov. III. Obs. 22. Burm.

Populo famem indixit.] *Famem induxit* habent duo codd. sine *populo*. Torr. *Induxit* Periz. a m. sec. Edd. Vener. sec. & tert. Lugd. Arg. Junt. sed male. vide quae post magnum Gronovium adnotavimus ad Quinctil. Decl. XIII. 5. & CCCLXXVI. *populo* autem deest Exc. Cujac. Burm.

27. *Saevitiam ingenii*] Liber optimus *ingeniam*. Unde alii duo *ingenitam* fecere. Torr. *Saevitiem* Memm. *ingenitam* Lipsius ex libro MSS. legebat. sed *ingenium* hic naturam notat, ut centies: ita in Domit. III. *super ingenii naturam, inopia rapax, metu saevus*. sic Ovid. I. Met. 126 de tertia aetate, *saevior ingeniis*. supra cap. XI. *naturam saevam* in Caligula agnoscit, quam *ingenium ferum* mox vocat in Neron. 2. *vir ingenio truci*, & sexcenties alibi. Burm.

Praeparatarum] *Praeperata fuit* Exc. Cujac.

Ad-

des compararentur, ex noxiis laniandos adnotavit: & custodiarum seriem recognoscens, nullius inspecto elogio, stans tantummodo intra porticum mediam, a calvo ad calvum duci imperavit. Votum exegit ab eo, qui pro salute sua gladiatoriam operam promiserat: spectavitque ferro dimicantem: nec dimisit nisi victorem, & post multas preces. Alterum, qui se periturum ea de caussa voverat, cunctantem pueris tradidit verbenatum infulatumque, qui votum reposcentes per vicos agerent, quo-

Adnotavit] *Adoptavit* Copes. male. vide de hoc verbo Duaren. Anniv Disp. I. 8. & Robert. sentent. III. 8. Cuper. I. obs. 15. & comm. ad Plin. X. Ep. 97. BURM.

Et custodiarum seriem recognoscens,] Dio LIX. pag. 657. non sine haesitatione narrat, ἰδών ποτε ὄχλον οὔτε δεσμωτῶν, οὔτε ἄλλων τινῶν. CAS.

Inspecto elogio,] De hoc vocabulo ante diximus cap. XXIV. Qui plura volet, Turnebum videat Adversar. XV. cap. XX. & XVIII. cap. XV. & XV. & XXII. & XXXI. Quanquam nontam de poenae causa, aut indice ac titulo loquitur hic Sueton. (nondum enim damnati erant, quos duci jubebat Cajus) sed *elogium* causam ipsam delationis significat, qua demum examinata damnari, vel absolvi debebant. Tertullian. Apologet. *Vestros jam contestamur actus, qui quotidie judicandis custodiis praesidetis, qui sententiis elogia dispungitis. Tot a vobis nocentes variis criminum elogiis recensentur*, &c. TORR. Quid sit *elogium* jam docuimus. *Custodiarum elogia* sunt, quae Graeci jurisconsulti vocant προσυπομνήματα judicum inferiorum, ut pedaneorum atque etiam praetorum. Ita videtur hic accipienda vox *elogium*, ut in l. 6. *D.* De custodiis & exhibit. reorum. At cum scribit Tertullianus in Apologetico: *Vestros contestamur actus, qui quotidie judicandis custodiis praesidetis, qui sententiis elogia dispungitis*, possumus id verbum aliter interpretari: ut sit *elogium*, non sententia inferioris judicis, sed commentariensis pittacium, quo judici breviter exponebat, quicquid de reo comperisset. Ita enim fuit moris. Exstat lex Impp. Gratiani, Valentin. & Theodos. A. A. A. cujus haec sunt verba: l. 5. C. de Cust. reor. *Nisi intra tricesimum diem semper commentariensis ingesserit numerum personarum, varietatem delictorum, clausorum ordinem, aetatemque vinctorum, officium viginti auri libras aerario nostro jubemus inferre.* CASAUB. Amm. M. XV. 5. *qui si eluxissent tempestive, constabat nos omnes sub elogio uno morte multandos.* vid. Vales. ad lib. XIV. 5. BURM.

A calvo ad calvum] Recte Beroaldus, ut, cum duos forte calvos aliquo distantes intervallo conspexisset, medios omnes ad supplicium duci jusserit. sic enim *ducendi* verbo usi sunt. Legendum itaque, *stans intra porticum, medios a. c.* non *intra porticum mediam, a. c.* ut Pulm. edidit. Dion velut in proverbium abiisse narrat, *A calvo ad calvum*. TORR. Hoc est σφαγῆναι. ita recte hic vertunt Graeci, ἀπὸ τοῦ φαλακροῦ μέχρι τοῦ φαλακροῦ πάντας αὐτοὺς σφαγῆναι. CASAUB. *Medios* Lipsius corrigebat eo sensu, quo Beroaldus & Torrentius. sed ita exemti fuissent duo illi calvi exitio, quum ego omnes damnatos supplicio putem. Vox tamen *mediam* suspecta est. nisi enim *medius* legas, ut sit stans medius intra porticum, (ut supr. cap. XXII. *consistens medius*) id est *stans* tantummodo (ut Horatius ait pede in uno, summa celeritate & praecipitantia, quum judices *sedere* & *considere* semper dicantur.) in media porticu, non in tribunali sedens, sollemni & legitimo judicio instituto, jubebat duci; credam latere nomen alicujus porticus proprium, quod nunc non extrico. Hadrianus vero Junius de coma capite ultimo, memoriae, credo, vitio, vel ex Dionis σφαγῆναι, pro *duci*, *trucidari* adfert. sed proprietas verbi *duci* jam satis illustrata a viris doctis. vide praeter alios Barth. VII. Adv. 2. Inepte vero explicat Sabellicus, quasi reduci in carcerem jussisset, a calvo praefecto custodiae ductos, reduci ad eumdem calvum. nihil enim in eo joco saevitiae video, tantum negligentiam in non recognoscendis criminibus ex elogio uniuscujusque. BURM.

Votum exegit ab eo] Imo vero ab eis. plures enim fuere. adi ad Dionem, qui aliquot nominat. CASAUB.

Verbenatum infulatumque] Recte sic Pulmannus ex Turnebo. Quin & exemplar Tornacense, quo Erasmus & Glareanus usi sunt, ita habet. Ut miser ille voti reus, tanquam ho-

quoad praecipitaretur ex aggere. Multos honesti ordinis, deformatos prius stigmatum notis, ad metalla & viarum munitiones, aut ad bestias condemnavit, aut bestiarum more quadrupedes cavea coërcuit, aut medios ferra dissecuit. Nec omnes gra-

hostia quaedam publica, verbenis infulisque ornatus, ad praecipitium ductus sit. Dion eum P. Afranium Potitum vocat: priorem illum, qui depugnaturum se armis voverat, Atanium Secundum. TORR. *Verberatum* omnes Codd. & editi etiam Basil. usque ad Plantinianam Ed.

Infulatumque] Alciatus sic explicat: *Verum has irrisiones, cum quis per ora hominum cum infula defertur, Graeci περιαδωγμένην appellant.* Nos sic: cum quidam pro salute Caligulae periturum se vovisset, ipse tanquam votum ejus reposcens infulatum victimae instar ad supplicium duci jussit. Virg. Georg. III. 486.

Saepe in honore Deum medio stans hostia ad aram

Lanea cum nivea circumdatur infula vitta.

Servius Aen. x. 538. *Infulae fasciae sunt in modum diadematum, a quibus dependent vittae ab utraque parte.* Nemo autem est, qui coronatas victimas priscos Diis immolasse nesciat. Suidas: Ἐστέφθω] ὁ Ἀθηναίοις ἐστεφανωμένος, ὥσπερ ἱερεῖον σφαγιασθησόμενος. BRODAEUS. VIII. Misc. 15.

Qui votum] *Qui* deest Periz. Copes. Harlem. Edd. Rom. Venetis tribus. de *reposcere* vid. ad Aug. XLII.

Ex aggere] Aggerem Tarquinii intelligo, quo ad Orientem (ut lib. III. cap. v. describit Plin.) Urbs claudebatur, opere inter prima mirabili. Celebrem fuisse locum ostendit Juvenal. Sat. VI. 588.

Plebejum in Circo positum est, & in aggere fatum.

Inde ergo, uti & de saxo Tarpejo, damnati dejiciebantur. Quanquam & peculiarem locum Caji caedibus destinatum intelligere possumus, auctore Seneca lib. de Tranquillitate cap. XIV. his verbis: *Nec jam procul erat tumulus, in quo Caesari deo nostro fiebat quotidianum sacrum.* TORR. Qui suppliciorum fuisse locus videtur. Plutarchus in Numa, de supplicio Vestalium: Ἡ δὲ τὴν παρθενίαν καταισχύνασα, ζῶσα κατορύττεται παρὰ τὴν Κολλίναν λεγομένην πύλην, οὗ ἐστί τις ἐντὸς τῆς πόλεως ὀφρὺς γεώδης παρατείνουσα πόῤῥω. καλεῖται δὲ χῶμα διαλέκτῳ τῇ Λατίνων. possumus & ἁπλῶς de quocunque *aggere*, qui in Urbe fuit (multos autem certum fuisse) interpretari. CASAUB. *Praecipitarentur* Codd. Periz. Harlem. Edd. Venet. tres.

Metalla & ad] *Metalla & munitiones viarum* Memm. Periz. Copes. Harlem., & usque ad Casaubonum Edit. omnes. nihil tamen repugno, si codices faveant, ut repetatur praepositio. sic Aug. XCIX. *remississimo ad otium & ad omnem comitatem animo.* & ita alibi. BURM.

Aut bestiarum more quadrupedes cavea coercuit] Confirmat & Dio LIX. p. 647. qui ita refert, exposito equitis cujusdam illustris supplicio, τόν τε πατέρα αὐτοῦ μηδὲν ἀδικοῦντα, ἔς τε γαλεάγραν, ὥσπερ καὶ ἄλλους συχνοὺς κατεῖρξε, κἀνταῦθα διέφθειρεν. Graecorum imitatione videtur hoc factum a Cajo: nam Callisthenis, Lysimachi, Telesphori Rhodii & aliorum Graecorum similes narrantur cruciatus. Praeter historicos lege Senecam de Ira lib. III. cap. XVII. qui etiam libro eodem cap. III. inter saevitiae exempla ponit, *inscriptiones frontis, & bestiarum immanium caveas.* CASAUB. *Quadripedes* Memm.

Aut medios ferra dissecuit] Medietatem accipe non longitudinis & staturae: sed latitudinis corporis. Sic enim medios ducto a capite principio, ferra dissecabant. Vetus poëta apud Clementem Alexandrinum:

> Ἀλλ' ἀπολεῖ με τῆς ἐμῆς χείρονος φρενός,
> Οὐκ ἂν κατάσχοιν, ὅτι κέρας ἐξ ἄκρου,
> Δισσοὺς κεάσσας πρίονας εἰς ἄκρους πόδας,
> Πρῖσαί᾽ ἄν

Familiare olim Orientalibus, etiam Judaeis, supplicium: quod ex sacra historia scimus & extranea quoque. Dio LXVIII. p. 786. de rebellantibus in Africa Judaeis sub Trajano: Πολλοὺς δὲ καὶ μέσους ἀπὸ κορυφῆς διέπριον. Hebraeis *ferra* dicitur מגרה, *megera*. Inde nomen unius Furiarum Μέγαιρα. nam Furiae suppliciorum praesides. CASAUB. An huc pertinent illa Senecae. III. de ira 19. *si tres senatores, quasi nequam mancipia, inter verbera & flammas divisit.* ubi *divisit* est, ut apud Horat. I. Sat. I. 40.

At

gravibus ex caussis, verum male de munere suo opinatos, vel quod numquam per Genium suum dejerassent. Parentes supplicio filiorum interesse cogebat. Quorum uni valetudinem excusanti lecticam misit: alium e spectaculo poenae, epulis statim adhibuit, atqui omni comitate ad hilaritatem & jocos provocavit. Curatorem munerum ac venationum per continuos dies in conspectu suo catenis verberatum non

At hunc liberta securi
Divisit medium fortissima Tyndaridarum.

sed potuit & Seneca ad Senatorem laceratum mox hic cap. seq. respexisse. licet tres ille nominet, noster unum. BURM.

Per genium suum] Per genium Principis Romanos jurare solitos testes sunt JCti nostri, quemadmodum & per salutem Principis & per Principis venerationem, L. XIII. de Jurejurando, l. XLI. Cod. De transactionibus, & l. II. C. de Reb. creditis. Eleganter Tertullian. Apologet. cap. XXVII. *Citius apud vos per omnes Deos, quam per Genium Principis pejeratur.* Nec minus facete Minucius Felix libro qui Octavius inscribitur: *Eorum numen invocant, ad imagines supplicant, Genium, hoc est, Daemonem, implorant, & est eis tutius per Jovis Genium pejerare, quam Regis.* Crebra etiam Imperatorum, & quidem (quod miror) Christianorum quoque, numismata cum inscriptione, GENIO AUG. uti & FORTUN. AUG. nam etiam per fortunam Caesaris jurabant TORR. Adde ab aliis laudatis Comm. ad Marmor. Oxon. pag. 43.

Parentes supplicio filiorum] Ut Capitonem quendam. Cumque interrogaret, an connivere liceret, & ipsum jussit interfici. Dion. lib. LIX. pag. 660. TORR. Notatum & Dioni: sed saevius est, quod narrat Seneca de Ira libro II. cap. XXXIII. CASAUB.

Lecticam misit] Ut in jus vocatis, si morbo aut aetate impediebantur, jumentum sterni ex XII. Tabb. jubebatur. Gellius lib. XX. cap. I. TORR.

E spectaculo] Pall. tres *alium a spectaculo poenae.* nihil pejus. GRUT. *A spectaculo* Copes. Hulf. Edd. Bonon. Paris. & recte Beroaldus explicat statim post. ut *a* centies ponitur, sic *a coena* Aug. LXXVIII. *a funere* Caes. LXXXV. *a commeatu* Tib. XII. & alibi. Similem praepositionum harum variationem vidimus supr. cap. IV. BURM.

Epulis statim adhibuit] Duo codices non habent *adhibuit*, nec male. Crudelissimae hujus comitatis vel idem, vel aliud simile exemplum narrat Seneca lib. II. de Ira cap. XXXIII. de Pastoris, splendidi equitis Romani, filio, quem Cajus, offensus *munditiis* ejus & *cultioribus capillis*, occiderat. sic enim ibi omnino legendum censeo, pro *immunditiis*, & *incultioribus*. nam Cajus pulchros omnes, comatosque oderat. Infr. cap. XXXV. TORR.

Per continuos] *Per Antonios* Exc. Cujac. unde Lipsius *per octonos dies* faciebat. Sed notum est, dies saepe poni pro paucis diebus. ut *post dies, annos, tempus* & similia, de quibus egi ad Quinctil. XII. de Inst. Orat. cap. 3. & Phaedr. IV. 18. & inf. Neron. XXXVII. & Claud. XX. *per continuos menses* Aug. XXIII. BURM.

Catenis verberatum] Sunt qui *habenis* malint, quae servorum, & puerorum castigatio est. Horat. lib. II. Epist. II. *metuens pendentis habenae*, & Ulpian. l. I. de S. C. Silan. *Solet hoc in usu observari, ut impuberes non torqueantur; terreri tantum solent, & habena vel ferula caedi.* Ego receptam lectionem retineo. nam Callistratus inter poenas, quae corporis coërcitionem continent, fustium admonitionem, flagellorum castigationem, vinculorum verberationem enumerat l. VII. de Poenis. TORR. Genus inauditum supplicii esse, *catenis verberari*, dudum constitit inter doctos: quare quidam rescripserunt *habenis*: ut apud Horat. *metuens pendentis habenae*; & Ulpianum *habena vel ferula caedi.* sed hoc facile repudies, quum uterque significet puerorum per lasciviam contumacium hanc castigationem esse, quae proinde ad tantam saevitiam nequeat extendi. Scribendum ajo: *in conspectu suo catomis verberatum.* Gronovius lib. IV. Observ. cap. 13. (quem vide. multis enim doctis rationibus hanc suam adstruit emendationem. Nunc vero & haec addi jussit:) Scripsi olim videri legendum, *catomis verberatum.* Nec poenitet. Sed addo etiam, forsan edidisse Suetonium: *putrefacti tabi odore.* Virgilius III. Aen. 29. *Et terram tabo maculant.* GRON. *Catenas* Exc. Cujac. ut non plane acquiescam emendationi Gronovianae, faciunt primo sequentia, *putrefacti cerebri odore*, & quae ideo

 etiam

non prius occidit, quam offensus putrefacti cerebri odore. Atellanae poëtam, ob ambigui joci versiculum, media Amphitheatri harena igni cremavit. Equitem Romanum objectum feris, quum se innocentem proclamasset, reduxit: abscissaque lingua, rursus induxit. 28 Revocatum quemdam a vetere exsilio sciscitatus, quidnam ibi facere consuesset, respondente eo per adulationem: *Deos semper oravi, ut, quod evenit, periret Tiberius, & tu imperares*: opinans sibi quoque exsules suos mortem imprecari, misit circum insulas, qui universos contrucidarent. Quum discerpi senatorem concupisset, subornavit, qui ingredientem curiam, repente hostem publicum adpellantes, invaderent, graphiisque confossum lacerandum ceteris traderent. Nec ante satiatus est, quam membra & artus & visce-

etiam in *tabi* videtur mutasse vir doctus, quia *catomis verberare*, non convenit verberationi capitis, sed quae infligitur inter collum & scapulas. alia res est apud Petron. cap. CXXII. ubi *catomidiari* passus sum edi: deinde, quod genus inauditum supplicii dicat, nihil est: nam & Torrentius vinculorum verberationem ostendit usitatam, & cogitare deberent viri docti hoc monstrum tot nova & crudelia supplicia excogitasse, ut quum medios ferra dissecuit, & similia. Lipsius *catenas* explicabat *ferreas habenas*. Salmasius vero *vinculorum verberationem* apud JCtum intelligit de loris ad Lamp. Alex. Sever. cap. LI. cujus, ut & aliorum, sententias expendit vir Amplissl. Bynkershoeckius lib. 1. Obs. 21. cujus tamen explicatio an consuetudini loquendi conveniat, nunc non disquiram: certe clariora testimonia etiam desidero. Burm.

Atellanae] Pall. tres *Atellaniae poetam*. sed nihil mutandum, subintelligitur enim *fabulae*. Grut. *Atallaniae* Memm. Exc. Cujac. *Athelaniae Atellaniae* Copes. *Athelanien* Harl. Periz., qui in marg. *Attelaniae* Ed. Venet. pr. *Athelanicae* sec. & tert.

Joci] *Loci* Periz. Copes. Huls. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. tres.

Media Amphitheatri arena] Graecorum more, ut de Polycarpo, atque aliis sanctissimis nostrae religionis assertatoribus, legimus. Quod Juvenali lumen adfert Sat. 1. *taeda lucebis in illa*, &c. Mallem etiam *Atellanarum poetam*. Torr.

Igni] *Igne* Copes. Huls. vid. Heins. ad Vell. Paterc. II. 31. & 78. Gronov. ad Senec. de ira 3. intelligit ad medium corpus fuisse defossum, & circumdata tunc flamma crematum.

Abscissaque lingua rursus induxit.] Dio LIX. p. 647. sic narrat, quasi factum saepius ab eo, sed in iis, quos de spectaculis raptos feris objecerit; καὶ ἵνα, inquit, μήτ᾽ ἐπιβοήσωνται, μήτ᾽ αἰτιάσασθαί τι δυνηθῶσι, τὰς γλώσσας αὐτῶν ἀπέτεμνε. Casaub. *Absissaque* Copes. vid. sup. cap. XXXI. & Caes. LXVIII. sollemnis vero illa variatio, & de qua multi multa critici adnotarant. vid. ad Val. Max. 1. 1. 18. & nuperrime plura congerentem Arntzen. ad Aurel. Vict. Epitom. cap. XXIII. Burm.

28. *Sibi quoque exsules suos*] Meliores libb. *exsules suos sibi quoque*. Torr.

Circum insulas,] Nota apud JCtos poena relegationis in insulam, quales maxime Cyclades. Saepe apud Juvenalem. Torr. Caedem factam a Cajo exsulum suorum, & in legatione ad Cajum, & contra Flaccum narrat Philo: caussam tamen vel occasionem, quam Suetonius ait, apud illum non leges. Casaub.

Contrucidarent] *Trucidarent* Periz. Harl. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Steph. Huc respicere Senecam consol. ad Polyb. cap. XXXII. putat Lipsius. *Clementia tua, Caesar, efficit ut quietiorem sub te agant vitam exsules, quam nuper sub Cajo egere principes. Non trepidant, nec per singulas horas gladium exspectant, nec ad omnem navium conspectum pavent.* Burm.

Discerpi senatorem] Scribonium Proculum appellat Dion, qui rem apertius enarrat. Torr.

Lacerandum ceteris traderent] Dio. ἐσφάγη τε τῷ συμβουλευτῇ καὶ διεσπάσθη. Casaub.

29. Ἀδιατρεψίαν] Quaedam editiones addunt, *hoc est, inverecundiam*, velut interpretamentum scilicet. Quae mihi liquet a mala manu esse, meritoque a Pulmanno sunt expuncta. nam ἀδιατρεψία torvum nescio quid & rigidum potius, quam inverecundum significat. Torr. In vulgatis codd. adjectum est interpre-

viscera hominis tracta per vicos, atque ante se congesta vidisset. Immanissima facta 29 augebat atrocitate verborum. *Nihil magis in natura sua laudare se ac probare dicebat, quam*, ut ipsius verbo utar, ἀδιατρεψίαν. Monenti Antoniae aviae, tamquam parum esset non obedire: *Memento*, ait, *omnia mihi & homini licere.* Trucidaturus fra-

pretamentum, *hoc est, inverecundiam.* quod & in codice Viterbiensi offendimus & Memmiano: estque non adeo ineptum, ut quibusdam videtur. Quid enim aliud ἀδιατρεψία, quam rigidus animus, qui neminem revereatur, & proinde nemini parcat? quod Graeci Athenienses τυγχάνειν αἰδοῦς, & νέμειν αἰδῶ, vel αἰδεῖσθαι dicere solent. ἀδιατρεψία est contrarium τῷ ἐντροπῆς. Appianus de Bellis Punicis: Ἔμελλον οὖν τοὺς ὑπάτους ἐς ἐντροπὴν ἢ ἔλεον ἄξειν. Verum διατρέπειν est adducere aliquem, ut mutet sententiam. Arrianus in Dissertationibus Epicteti libro primo: Οὐδὲ πάντα ἐγὼ κινήσω ποτε, ἐγὼ διατρέψω αὐτὸς τὸ μὴ ἀπολιπεῖν τὸ παχεῖον. Plutarchus: Οὐδὲ τῇ τοῦ Πομπηίου Μάγνου φωνῇ διατραπέντες. inde ἀδιατρεψία pertinacia in exsequendo malo semel cogitato. Similis vox ἀνεπιτρεψία apud Arrianum eundem initio libri secundi. nec dissimile verbum ἀνεπιτρεπτεῖν in sexta Diogenis Laërtii historia. CASAUB. Pall. tres adjectum habent, *id est inverecundiam*, quod item retinent olim vulgati, nec videtur temere abjiciendum. GRUT. Addunt *hoc est, inverecundiam* Periz. Harlem. Copes. & Edd. veteres pleraeque usque ad Casaub. nisi quod Veneta pr. Lugd. Junt. Ald. Arg. ignorent verbum Graecum. manus viri docti in ora Casaub. Ed. vertit *inconniventiam.*

Obedire] *Oboedire* Memm.

Omnia mihi & in omnes] Lib. optimus, quod mirere, *omnia mihi, & heroibus in omnibus lic.* alter *om. m. & herois omnibus lic.* TORR. *Omnia mihi & in omnes licere.* sic mediae aetatis editio; antiquiores *& Hereis.* Pal. pr. & sec. habent, *omnia & hominis.* neque aliter tertius, sed additum eadem manu quod edidi. Novitiae editiones maluerunt, *omnia & homini licere*, quod non adsequor. GRUT. Conclamatus locus. Tentabam tamen: *Memento, ait, omnia mihi & domi licere.* Quasi diceret, etiam te, si molesta esse pergis, occidere possum. GRONOV. Quidam codices habent, *& homines.* Unde exigua immutatione conficio, *ut dominis.* Quod ut faciam, eo inducor magis, quod legam apud Aurelium Victorem, Caligulam vocare se, quod unice vitarunt Augustus & Tiberius, *dominum* voluisse: quodque videam infra cap. XLVII. eum scripsisse procuratoribus, se *in omnium hominum bona jus habere.* Praeterquam quod haec emendatio conveniat isti verborum acerbitati, quam hic Suetonius notat. Quid enim acerbius in Victorem Dominatoremque antea populum dici potuit, quam omnia sibi in eum licere, quae dominis in servos liceant, exercentibus jus vitae & necis. Certe Satyricus in Domitianum nihil acerbius dici potuisse, videtur existimasse, quam ut scriberet:

Cum jam semianimum laceraret Flavius orbem

Ultimus, & calvo serviret Roma Neroni.

GOESIUS. *Omnia & herois* Harlem. *omnia mihi & herois.* Edd. Rom. Venet. sec & tert. *omnia in omnis licere* Venet. pr. *omnia mihi & omnis.* Exc. Cujac. *omnia mihi ut homini* Heinsius. sed reliquae fere, *omnia mihi & in omnes.* Memm. *omnia mihi & hominis.* quod Jac. Gron. sponte eminere, & rem ipsam veram ostendere ait, & tamen ipse edidit *& dominis.* quod jam occupaverat Schildius: Goesius vero *ut dominis.* Sed quinam illi *domini*? an servorum qualescumque, quibuscum sibi communem esse licentiam jactaret scilicet: sed si hoc, cur non *heris*, quot mollius afferunt aliae lectiones, *herois* vel *heroibus*, unde & posset, *mihi ut Hero in omnes*, vel *ut heris omnibus*, sic saltem sensus exiret aliquis. Vir doctus in bibliotheca novissima Halae 1728. edita, Sect. I. Obs. 3. servans vulgatum, *mihi & homini licere*, explicat & per *etiam*, & hunc adfingit sensum: sibi, licet Deus sit, etiam tamquam homini, nec divinae potestatis plenitudine utenti, omnia tamen licere. vel respondisse Aviae objurganti, se nolle ulla omnino re, neque se, neque alterum quemquam, de quo forte sermo fuerat, prohiberi. Quia scil. *homo* saepe pronominis vice fungitur, & designat quemcumque, de quo antea mentio facta fuerit. ut mox cap. seq. int. quod quidem verum esse ad Phaedr. II. 5. & IV. 8. ostendi, sed huic loco vix congruit. Atrocita-

tem

fratrem, quem metu venenorum praemuniri medicamentis suspicabatur: *Antidotum*, inquit, *adversus Caesarem?* Relegatis sororibus, non solum insulas habere se, sed etiam gladios minabatur. Praetorium virum ex secessu Anticyrae, quam valetudinis caussa petierat, propagari sibi commeatum saepius desiderantem, quum mandasset interimi, adjecit, *Necessariam esse sanguinis missionem, cui tam diu non prodesset elleborum.* Decimo quoque die, numerum puniendorum ex custodia subscribens, *Rationem se purgare* dicebat. Gallis Graecisque aliquot uno tempore con-30 demnatis, gloriabatur *Gallograeciam sese subegisse.* Non temere in quemquam, nisi crebris & minutis ictibus animadverti passus est: perpetuo notoque jam praecepto, *Ita feri, ut se mori sentiat.* Punito per errorem nominis alio, quam quem destinaverat, ipsum quoque paria meruisse dixit. Tragicum illud subinde jactabat,

Ode-

tem dicti vero in eo constare, quod non sibi tantum, sed alii etiam, quem participem illius licentiae vellet facere, omnia licere dicat. Quae omnia quam dura & coacta sint, quam non, ex Suetonii more, plana ac perspicua, unusquisque per se videt. Et quis hic, quaeso, ille homo fingi potest, quum de sola avia agatur, cui volebat atrocitate illa responsi ostendere, non sibi solum licere omnia in cives, sed in ipsos parentes, majores & consanguineos, quos nulla reverentia ab ejus injuriis defendere poterat. qui sensus est, & in illa lectione, *mihi omnia & in omnes* (etiam avias, cognatos, &c.) *licere.* Posset & legi, *mihi ut domino*, vel *ut hero in omnes.* nam in illa vitiosa lectione *Herois*, ultimae literae *ōis*, pro *omnis* capienda. Sed praestat ἰσχύειν. BURM.

Ex secessu] Viro docto visum *ex* rejicere. Ego nihil temere mutem. nam ita dictum *ex secessu*, ut *ex praetura*, *ex quaestura*, & similia, id est, post secessum, post praeturam. TORR. Per literas aut per amicos. particulam *ex*, & Memmianus & alii omnes tuentur libri, & sententia ipsa multo magis. neque audiendus vir doctus, qui tolli jubet sine caussa. CASAUB. Lipsius *in secessu* malebat in ora codicis, sed ad Tacit. XII. Ann. 23. ejicit praepositionem. ego *ex secessu desiderantem* conjungo, & illum ex Anticyra, quo secesserat, libellum supplicem adlegasse ad Cajum puto. *desideria* enim passim ita noster ponit, & *desiderare* in Aug. XL. pro petere a principe. sic *ex tuto* Tib. LXIII. pro ex loco tuto. & similia obvia. BURM.

Propagari sibi commeatum] Non soli igitur milites castris abesse sine commeatu non poterant, sed ne ab Urbe quidem & magistratus, & qui magistratum gesserant, ut praetorius iste. Tib. cap. X. & XXXI. TORR. V. C. habet *prorogari sibi.* URSIN. Pars librorum, *prorogari.* CASAUB. Vid. ad Caes. XXIV. Aug. XXIII.

Non prodesset belleborum] Liber opt. *profuisset.* Notum omnibus proverbium, *Naviget Anticyram.* Plin. lib. XXXV. cap. V. Gell. lib. XVII. cap. XV. Horat. lib. II. Sat. III. & epist. ad Pisones, *Si tribus Anticyris*, &c. TORR. *Cum* vel *quum* Periz. Harl. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. tres. *cui non tam diu* Copes.

Rationem se purgare dicebat] Graecum est ἀνακαθᾶραι λογισμόν, quod in Euangelio dicitur συναίρειν λόγον. Plutarchus in libro Quomodo distinguas adulatorem ab amico: Καὶ πρὸς ἑταῖρον ἐξαμαρτάνοντα, καὶ περὶ λόγων τέρψεως ἀπαιδεύτως, καὶ πάντα δυσπειθὴς ἀνακαθᾶραι λογισμὸν οὐκ ἀμελῶς. Sic τὴν ἀμφιλογίαν διακαθᾶραι apud eundem in comment. De amore inter fratres, & ἀνακαθᾶραι καὶ διαλῦσαι τὰς ἀμφιλογίας, in Agesilao. CASAUB. Gifanius ex v. l. legebat, *Rationes.* GOESIUS. Ita & Cicer. ad Att. XII. 12. *de dote tanto magis perpurga.* nescio an huc referenda illa de Sp. Papinio Lucifuga apud Senec. Ep. CXXII. *Audio, circa horam tertiam noctis flagellorum sonos. quaero quid faciat? dicitur rationes accipere.* ubi potest quidem capi de dispensatoribus, qui, rationes quum nescirent reddere, flagellis caedebantur, sed & forte quod ea hora vacabat exquirendis Servorum criminibus & noxiis, & ita acciperet rationes delictorum familiae: eligat lector. BURM.

Minutis ictibus] Vid. Barth. ad Stat. Theb. IV. 615. BROUCKH.

30. *Ita feri*] Turnebo quidem sic legenti as-

Oderint dum metuunt.

Saepe in cunctos pariter senatores, ut Sejani clientes, aut matris ac fratrum suorum delatores, invectus est: prolatis libellis, quos crematos simulaverat, defensaque Tiberii saevitia quasi necessaria, quum tot criminantibus credendum esset. Equestrem ordinem, ut scenae harenaeque devotum, adsidue proscidit. Infensus turbae faventi adversus studium suum exclamavit: *Utinam populus Romanus unam cervicem haberet!* Quumque Tetrinius latro postularetur, *& qui postularent, Tetrinios esse* ait. Retiarii tunicati quinque numero gregatim dimicantes, sine certamine ullo totidem secutoribus succubuerant: quum occidi juberentur, unus resumta fuscina, omnes victores interemit. Hanc ut crudelissimam caedem & deflevit edicto, & eos qui spectare sustinuissent, exsecratus est. Queri etiam palam 31 de

affentior, sed an ita in antiquis exemplaribus scriptum invenerit, iguoro. Libri quos vidi, omnes *ita fieri* legunt. TORR. V. C. habet *ita feri*. & sic legeudum est, postulante sententia, ob ea, quae sequuntur. URSIN. Falluntur, qui putant ex Turnebi conjectura esse hanc lectionem: nam & exarati manu nonnulli sic habent: quod & Ursinus testatur, & nos ita correctum in Memmiano offendimus, manu antiquissima. & ita vetustissima editio Lugdunensis, nec non Parisiensis Rob. Steph. CASAUB. *Ita feri* diserte Pal. sec. nam pr. ac tert. *ita fieri*. ut erat in prius vulgatis. cui jure controversiam statuis movit Turnebus. GRUT. *Fieri* Periz. Harle & Edd. veteres praeter Steph. Plantin. & sequentes. Similiter fere Lucan. IV. 570. *Et mortem sentire juvat*. vid. Barth. ad Stat. Theb. IV. 615. BURM.

Jactabat] *Monebat* Copes. a m. pr.

Aut matris] *Aut* deest Harlem. Periz. Edd. Rom. Ven. tribus, Lugd. Junt. Ald. Steph. *ut matris* Copes. primae editiones etiam *Clientis*.

Prolatis libellis] *Propalatis* Codd. Harlem. Periz. Ed. Venet. pr. quae lectio posterioris aevi manum prodit. Hoc quoque verbum Tacito. III. Ann. 66. obtrudere voluit Jos. Nerius lib. I. Analect. 12. *Obscura initia impudentibus ausis propalabat.* ubi *propolluebat* & *perpolluebat* erat in scriptis inepte alius *provolvebat*. recte alii *propellebat*, ut *cruda studia in forum propellere*. Petron. cap LV. *initia* vero recte de primis actibus, & rudimentis quibus in hominum notitiam veniunt: haec propellebat impudentibus factis Otho. Ita *Initia* Vellej. Pater. I. 9. ubi vide. in Glossis *propalare* vertitur φανερῶ, ἀναχεόνω. BURM.

Quos crematos simulaverat] Sup. cap. XV. TORR.

Infensus turbae &c.] Huc refert Lipsius illa Senecae I. de Clem. ult. *non spectacula secura ineunt, ex quibus materia criminis ac periculi quaeritur.* vid. & ad III. de ira. 14. & respicit hoc dictum Caligulae Tacitus in Agric. cap. XLIV. ubi de Domitiano dicit, *illum continuo & velut uno ictu remp. exhausisse* BURM.

Adversus studium suum] Ipse factione Prasinae favebat, uti & Nero, & Vitellius, & Verus. TORR

Tetrinius Latro postularetur,] Ad arenam scilicet, non ad judicium, ut volunt interpretes. Latro autem cognomen Tetrinii gladiatoris est. TORR. Melius *latro* scriptum puto in MSS. quam ut vulgo *Latro*, quod esse cognomen Porciae gentis scimus, non Tetriniorum. nec est absurdum, istum qui postulatur ad ferrum, insignem aliquem latronem fuisse, damnatum in arenam. CASAUB. *Tretrinius* Ex. Cujac.

Tetrinios esse ait.] Hoc est, dignos qui ad ferrum & ipsi darentur. TORR.

Succubuerant] *Succuberant* Harlem. *juberetur* etiam Periz.

Resumta fuscina] Similis apud Juvenalem locus Sat. II. 143.

Vicit & hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi.

retiarium enim describit. Qua de re multa in Horat. lib. II. Sat. VI. 44.

Thrax est Gallina Syro par?

TORR.

Et deflevit edicto, & eos qui spectare sustinuissent, exsecratus est.] Nihil muto, tamen Viterb. lectio haec est: *Et deflevit, & eos edicto qui spectare sustinuissent. exsecr.* CASAUB. Pal. pr. *deflevit, & eos edicto q. s. s. ex. est*, neque aliter sec. aut tert. ut illa lectio videtur

de conditione temporum suorum solebat: quod nullis calamitatibus publicis insignirentur. Augusti principatum clade Variana: Tiberii, ruina spectaculorum apud Fidenas, memorabilem factum: sui oblivionem imminere prosperitate rerum. Atque identidem exercituum caedes, famem, pestilentiam, incendia, hiatum aliquem terrae optabat. 32 Animum quoque remittenti, ludoque & epulis dedito, eadem dictorum factorumque saevitia aderat. Saepe in conspectu prandentis vel comissantis feriae quaestiones per tormenta habebantur. Miles decollandi artifex quibuscumque e custodia capita amputabat. Puteolis dedicatione pontis, quem excogitatum ab eo significavimus, quum multos e litore invitasset ad se, repente omnes

tur reducenda, praesertim cum & alii eam in suis invenerint MSS. GRUT. Ita & Cod. Hulf. Edd. Bonon. Paris.

31. *Augusti principatum*] Lib. optimus *principium*. Quod ut sequamur, temporum ratio prohibet. Varus enim extremis Augusti temporibus occubuit. Nisi forte *principium* pro principatu dixit. TORR. *Principatum* & Pall. tres, non *principium*, quod dico, ne aliquando vox illa obsoleta junioribus Criticis mel videatur, imo cerebrum Jovis. GRUT. Atqui veterano Critico, & Gruteri magistro placuit Lipsio ad Tacit. I. Ann. I. & Barth. XI. Adv. 17. Usus est & ea voce Sulpic. Severus, veterum sedulus imitator, lib. I. cap. 8. *majorem minori subdendum principio.* & in pluribus codicibus hoc loco fuisse olim lectum, & mutatum in *principatum* hinc patet, quod in Codd. Periz. Copes. Harlem. Edd. Rom. Venet. tribus, Lugd. Junt. Basil. Ald. Arg. Gryph. Plant. & aliis, remanserit *memorabile*, quod *principatui* non congruit, sed *principio*. Davisius ad Cicer. I. de Leg. 9. quum legeretur, *nunc quoniam hominem, quod principium reliquarum rerum esse voluit generavit*, mutat in *cui principatum* nimis temere. ego Codices, nisi plane absurdi quid praeferant, non temere, criminatione archaismi, aut colore alicujus insolentiae, deserendos esse existimo, sed quia hic ambiguum sensum faceret *principium*, ac si de initio imperii ageretur, *principatum* praefero. BURM.

Ruina spectaculorum] *Spectacula* pro loco, unde ludi spectabantur, dixit. theatrum enim ipsum corruit, ut Tib. cap. XL. vidimus. Male igitur in vulgatis libb. *spectatorum*, & *speculatorum* legitur. Juvenal. Sat. VI.

> - - - *cuneis an habent spectacula totis,*
> *Quod securus ames?*

TORR. Ita passim noster. vid. Indic. Berneggeri.

Sui oblivionem] *Suo* Exc. Cujac. scilicet principatui.

Exercituum] *Exercitus* Memm. *exercitum* Harlem.

32. *Animum quoque*] *Animoque* Hulff. deinde *eademque factorum dictorumque* Copes.

Vel comissantis feriae quaestiones per tormenta habebantur] Viterb. *vel comissantis serie, quaestiones*, mendose: neque enim satis Latinum putem, *seriem commiss.* pro agmine & thiaso κωμαζόντων. Doctissimo Petro Fabro *Saevae* visum scribendum, non *feriae*. non etiam displiceat, *serio & per torment. hab.* CASAUB. *Comessantis* Harlem. Copes. & Edd. veteres pleraeque, vel *commessantis*.

Miles decollandi artifex] Militum id ergo, & quidem (quod alibi annotavimus) speculatorum, munus erat. *Decollandi* autem verbo ea significatione saepe utitur Seneca. Plautus, & Varro pro frustrari ac decipere dixerunt, μετεωρίζειν, (ut arbitror) Caecilius pro e collo deponere. Auctores Nonius, & Diomedes, grammatici. TORR. Sub Imperatoribus inventum istud artificium. Lucanus libro VIII. 672. de milite, qui Pompejum decollavit.:

> *Tunc nervos venasque secat, nodosaque frangit*
> *Ossa diu: nondum artis erat caput ense rotare.*

CASAUB. Vide de verbo *decollare* Cl. Wesseling. I. observ. 2.

Repente omnes] Lib. unus *ponte omnes*, & mox *retrusit* pro *detrusit*. TORR. Placet quorundam libb. lectio *e ponte* pro *repente*, quod tamen non rejicio: ac fortasse scribendum, *repente e ponte omnes praecipitavit.* Dio LIX. p. 653.

omnes praecipitavit. Quosdam gubernacula adprehendentes, contis remisque detrusit in mare. Romae publico epulo servum, ob detractam lectis argenteam laminam, carnifici confestim tradidit, ut manibus abscissis, atque ante pectus e collo pendentibus, praecedente titulo, qui caussam poenae indicaret, per coetus epulantium circumduceretur. Mirmillonem e ludo rudibus secum batuentem, & sponte prostratum, confodit ferrea sica, ac more victorum cum palma discucurrit. Admota altaribus victima, succinctus poparum habitu, elato alte malleo, cultrarium

653. *συχνοὺς τῶν ἐπιόντων ἐς τὴν θάλασσαν ἀπὸ τῆς γεφύρας ἔρριψε.* CASAUB. *Repente omnes* Pal. pr. & sec. posita eadem lectio intra lineas tertii. nam is, *ponte omnes*, quod non placet, quamvis videam non abhorrere ab eo alios. GRUT. Displicet quorumdam libb. lectio, *e ponte* pro *repente*. Neque enim hoc addere necesse est, cum in dedicatione pontis ad Caligulam multos evocatos fuisse jam dixerit Suetonius. *Repente* idem est, quod *insperato*, nemine gnaro vel opinante, paullo post. *Ptolemaeum & accersitum e regno, & exceptum honorifice, non alia de caussa repente percussit.* Et caussa non est, cur vulgatam lectionem immutatam velit Casaubonus. BOXHORN. *Ponte* etiam Exc. Cujac. Certe non opus est *pontis* hic meminisse, qui praecessit, & non intelligi nequit. Sed *repente* securos & nihil male metuentes praecipitavit. Sic Domitianum dicit fuisse *inopinatae saevitiae* cap. XI. & ita mox cap. XXXV. *Ptolemaeum repente percussit*, & de Proculo, *repente deductum*. BURM.

Quosdam gubernacula apprehendentes contis remisque detrusit in mare] Dio paullo aliter: *συχνοὺς δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐν πλοίοις ἐμβόλους ἔχουσι, περιπλεύσας κατέδυσεν, ὥς τε καὶ ἀπολέσθαι τινάς.* CAS.

Lectis] Codici Periz. superscriptum erat, *mensis*.

Abscissis] *Abscisis* Hulf. Ed. Rom. sollemni varietate: ut supr. XXVII. Caes. LXVIII.

Ante pectus] Desunt Copes.

Praecedente titulo,] Insolentior locutio videtur, non enim titulus praecedit, sed praeferri solebat. ut in Aug. LIX. *praelato victimae titulo ducerentur.* cogitabam transpositione posse corrigi, *praecedente, qui titulo caussam indicaret.* ut Ner. XXV. *praeeunte pompa cum titulis.* sed non omnia in Suetonio singularia mutare fas est. BURM.

Rudibus secum batuentem] Sic Lamprid. Commodo cap. V. *In arena rudibus inter cubicularios gladiatores pugnavit.* Est autem *rudis* virga impolita, qua donati non amplius ferro decernere cogebantur. Ad rudium differentiam inf. cap. LIV. *batuebat*, inquit Sueton. *pugnatoriis armis.* A *batuere* autem *batualia*, exercitia tam gladiatorum, quam militum, & *batuitores* apud Adamantium grammaticum. TORR. Milites ad palum se exercebant. Qui locus veteribus *Palaria* dicebatur, ut ait Charisius. Nam alioqui cum singulari congressu duo se exercebant, locus *Batualis*, ipsi *Batuatores* dicebantur. *Batuere* enim, ferulis velitari, aut verberare, ut in Vespasiano legimus. Tamen Cicero posuit inter *κακέμφατα* in erudita illa epistola ad Paetum. Quia Syracusane *βατεῖν* dicebatur, cum mas init foeminam. Theocritus,

— *εἶπε λαγῷ τὰς μωμίδας, οἷα βατεύῃς;*

JOS. SCALIGER. Codex Salmas. *battuentem.* Barth. vero lib. XXXIII. Adv. 10. non intelligit baculos aut virgas, sed rudes sicas, id est obtusas, aut tectas. ut apud Ovid. III. Art. 589.

Ponite jam gladios hebetes, pugnetur acutis.

ruderibus Marg. Gryph. *batuentem sponte pr.* Copes. talem mirmillonem cum scuto & rudi, in genu procumbentem exhibet gemma in museo Mediceo a Gorio edita, tom. II. pag. 48. ubi Suetonii locum adducit. BURM.

Confodit] Merebatur adsentator iste poenam forsan aliquam, sed non hercle sectionem venae tam periculosam. Similia tamen exempla alibi protuli ex Plutarcho, ex Herodiano, ex aliis, in suspicionum libris. GRUT.

Discucurrit] *Discucurrit* Steph. Casaub. & recentiores, Graevii & Gronov. Edd. an ex Memm. non monuerunt, sed vero simile. ita & Exc. Cujac.

Poparum habitu] *Popae*, qui & *victimarii* appellantur, ii erant qui mactabant victimas; at *cultrarii*, quanquam & ii *popae*, ut arbitror, non male dicuntur, qui mactatas jugulabant. Bini autem plerumque adsunt, limo tantum

rium mactavit, Lautiore convivio effusus subito in cachinnos, consulibus, qui juxta cubabant, quidnam rideret, blande quaerentibus: *Quid*, inquit, *nisi uno meo nutu* 33 *jugulari utrumque vestrum statim posse?* Inter varios jocos, quum adsistens simulacro Jovis Apellem tragoedum consuluisset, uter illi major videretur, cunctantem flagellis discidit: collaudans subinde vocem deprecantis, quasi etiam in gemitu praedulcem. Quoties uxoris vel amiculae collum exoscularetur, addebat, *Tam bona cervix, simulac jussero, demetur.* Quin & subinde jactabat, *Exquisiturum* 34 *se vel fidiculis de Caesonia sua, cur eam tanto opere diligeret.* Nec minore livore ac malignitate, quam superbia saevitiaque, paene adversus omnis aevi homines grassatus est. Statuas virorum illustrium, ab Augusto ex Capitolina area propter angustias in Martium campum collatas, ita subvertit atque disjecit, ut restitui salvis

pudenda tecti, caetera nudi. Quo habitu Romae in Capitolii area videntur. Unde & Propert. lib. IV. Eleg. III. *Succinctique calent ad nova lucra popae.* Spartian. Geta cap. III. *Hostiam popa, nomine Antoninus, percussit. Limum* vero vocari quo se velabant, auctor est Servius ad illud lib. XII. Aeneid. 120. *Velati limo.* Utitur eo vocabulo Gellius lib. XII. cap. III. quanquam vulgati codices *linum*, & *linium* habent. Vide locum, & Isidorum lib. XV. cap. XIV. Etymol. quaeque notavi ad Horatium lib. III. Oda XXIII. In Servii commentariis mendose *pomparum* pro *poparum* legitur. TORR. Plutarchus in Aemilio Paullo describens apparatum sacrificii: οἱ δ' ἄγοντες τὰς χρυσοκέρως τροφίας βοῦς νεανίσκοι, περιζώμασι δὲ παρύφοις ἐσταλμένοι, παῖς ἱερουργίαν ἰχόμενοι. CASAUB. *Pomparum* Periz. Copes. Edd. Rom. Venet. tres, Junt. Gryph. Basil.

Quid, inquit] *Inquit* deest Periz. Harlem. Edd. Venet. tribus.

33. *Cunctantem flagellis discidit*] Hic est Apelles Ascalonita tragoedus, in quem adeo invehitur Philo in legatione ad Cajum. De ejus caede ibidem habentur haec verba: ὁ μὲν ὑπὸ Γαΐου σιδήρῳ δεθεὶς ἐφ' ἑτέραις αἰτίαις καὶ στρεβλούμενος καὶ τροχιζόμενος ἐν περιαγωγαῖς, ὥσπερ ἐν ταῖς περιοδιζούσαις νόσοις. CASAUB.

Etiam in gemitu] Quinctil. Decl. X. 4. *nisi lacrimis vox mutaretur in gemitu, noctes tuas quanto melius tuo ore lugeres?*

Amiculae] *Amiculi* Hulf.

Tam bona cervix, simul ac jussero, demetur] Dirissimae immanitatis dictum. Sed in historia Turcorum factum legimus hoc etiam dicto crudelius. Capta Constantinopoli, repetita est inter captivas virgo nobilis, exquisitissimae formae, cui nomen Irenae. haec ad Sultanum Muhammed II. adducta, ita illum cepit, ut per aliquot annos cura rerum omissa aut remissa, nihil nisi Irenen cogitaret. quum male audire apud suos eo nomine coepisset, ejusque ignaviam Mustapha liberius increpuisset, tyrannus advocata concione, prodit in medium, Irenen cultu superbissimo adornatam manu tenens: deinde exposita omnium oculis ejus forma, ac verbis etiam dilaudata, ut se virum probaret, adversus omnes affectus fortem, prehensa misellae coma, in ipso vestigio caput illi amputavit. CASAUB. Recte puto Cl. Graevium *demetetur* conjecisse, ut & Gujetum, & in ora Edit. Casaubon. ita vir doctus aliquis emendaverat jam olim; & Broukhusius probabat. Similis diversitas apud Q. Ciceron. de petit. Cons. cap. II. *Qui tum Titiniorum* &c. *capita demebant*, ubi in aliis editionibus *demetebant*. vid. ad Val. Fl. III. 670. BURM.

Exquisiturum se vel fidiculis] Duo libb. *exquis. semel fidiculis*. Ut *semet* fortassis legendum sit, quo ipse tortoris vicem subeat. TORR. *Semel* Periz. Harl. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Basil.

Tantopere diligeret] Juvenal. Sat. VI. 615. ad philtrum amoris causam refert,

> —— *ut avunculus ille Neronis,*
> *Cui totam tremuli frontem Caesonia pulli*
> *Infudit.*

Sueton. quoque inf. cap. L. TORR. *Cur tanto opere*, sine *eam* Codd. Periz. Harl.

34. *Omnis aevi homines*] Libb. MSS. nostri *omne genus hominum*, & *homines*, sed male, ut ex iis quae sequuntur, apparet. TORR. *Omne genus hominum* Periz. Harlem. Hulf. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Steph. *omnis aevi hominum genus* Memm. Edd. Bonon. Paris.

In

ſalvis titulis non valuerint. Vetuitque poſthac viventium cuiquam uſquam ſtatuam aut imaginem, niſi conſulto ſe & auctore, poni. Cogitavit etiam de Homeri carminibus abolendis. *Cur enim ſibi non licere*, dicens, *quod Platoni licuiſſet*, *qui eum e civitate*, *quam conſtituebat*, *ejecerit?* Sed & Virgilii & Titi Livii ſcripta & imagines, paullum afuit, quin ex omnibus bibliothecis amoveret: quorum alterum, ut *nullius ingenii*, *minimaeque doctrinae*: alterum ut *verboſum in hiſtoria negligentemque* carpebat. De juris quoque conſultis, quaſi ſcientiae

In Martium campum collatas] Liber opt. *ſignatas*, hoc eſt, (ut ego interpretor) circumſepto loco poſitas. ut Virgil. lib. I. Georg. 126.

Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum

Fas erat. TORR.

Nec circumſepto loco hae ſtatuae fuere poſitae. neque hoc *ſignare* apud Virgilium indicat, ſed *campum ſignare* eſt fines deſignare, aut arbore, aut foſſa, aut lapide, aut palo, aut quocumque demum ſigno: ſed propter ſpatium campi Martii erant ex area Capitolina in unum ſtatuae collatae. ſi *collocatae*, ut centies haec verba commutantur, codex aliquis haberet, poſſet aliquis id praeferre, ſed nemo, credo, *ſignatas ſtatuas* laudabit. *In Campum Martium* Exc. Cujac. qui ordo verborum eſt & in Claud. cap. I. & alibi. BURM.

Non valuerint] Plures libri *potuerint*, ex gloſſematio aliquo. Virgil.

Si valeo meminiſſe.

Horat. I. Sat. IX. 39.

Si valeo ſtare.

Suis etiam *titulis* pro *ſalvis* mallem. ſenſus enim eſt, diffractas disjectaſque ſtatuas ſic componi nequiviſſe, ut agnitae ſuis quaeque baſibus, quibus inſcripti erant tituli, accommodarentur. TORR. *Suis titulis* Lipſius. *potuerint* etiam Copeſ. Hulſ. & Exc. Cujac. & Marg. Baſil. Nondum decernere licet, quid praeſtet. de homine facultate aliqua agendi praedito occurrit ſaepe illud *valere*. ut Caeſ. LXIX. *Infamiam aiſcutere non valuit*. ſed ut de ſtatua dicatur *reſtitui non valuit*, ſingularem puto, ſi a manu Suetonii eſt, loquendi rationem: nam omnia, in quibus ſunt vires aliquae, poſſunt dici, *valere aliquid facere*, pro *poſſe*; ita *berbae valent* ſanare, *lex valet* &c. ideoque donec exempla video clariora, ego *potuerint* non rejicerem. quae citat Torrentius, huc non pertinent, nec Virgilii locum reperire potui. noſter in Claud. XXVI. *nec durare valuit*. BURM.

Conſulto ſe] Tres MSS. *ſe conſulto*. Tiberius ſibi tantum, niſi permiſſu ſuo, ſtatuas poni vetuit, Cajus omnino cuiquam. Quod deinceps ſervatum eſt. TORR. Cauſam edicti hujus Caji aperit nobis inſignis Dionis lib. LX. pag. 681. locus in vita Claudii, cujus ſimilem conſtitutionem refert: ſic ille, Ἐπειδή τε ἡ πόλις πολλῶν εἰκόνων ἐπληροῦτο (ἐξῆν γὰρ ἀνέδην τοῖς βουλομένοις ἐν γραφῇ καὶ ἐν χαλκῷ λίθῳ τε δημοσιεύεσθαι) τάς τε πλείους αὐτῶν ἑτέρωσέ ποι μετέθηκε, καὶ ἐς τὸ ἔπειτα ἀπηγόρευσε, μηδενὶ ἰδιώτῃ, ᾧ ἂν μὴ ἡ βουλὴ ἐπιτρέψῃ, τοῦτο ποιεῖν ἐξεῖναι, πλὴν εἴ τις ἔργον τι ᾠκοδομηκὼς εἴη, ἢ καὶ κατεσκευακώς. τούτοις γὰρ δὴ τοῖς τε συγγενέσιν αὐτῶν ἱστάναι ἐν τοῖς χωρίοις εἰκόνας ἐφῆκε. id eſt, *Ac quoniam urbs imaginibus replebatur*, (*licebat enim omnibus qui vellent*, *pictura*, *aere*, *lapideque ſuam publicare effigiem*) *pleraſque illarum alio quo tranſtulit*, *ſanxitque in poſterum*, *ne quis privatus ſine permiſſu ſenatus id faceret: niſi ſi quis opus aliquod aut feciſſet aut etiam refeciſſet: his enim cognatiſque eorum monumentum ſui aliquod iis in locis ponere permiſit*. CASAUB. *Vetuit* Periz. Harlem. Edd. Venet. tres Bonon. Lugd. Junt. Ald. Steph. quae & *ſe conſulto*, ut in Roman. & Exc. Cujac. De more, quo privati ſibi ſtatuas ponebant, agit Pancirol. ad Notit. Imperii pag. 18. pro *uſquam* etiam *umquam* Copeſ. BURM.

Platoni licuiſſet] *Licuit* inveni tantum in Cauſauboni, Scriverii & recentioribus quibuſdam Editionibus. *Placuiſſet* Bonon. & Pariſ.

E civitate] *De civitate* Copeſ. Hulſ. Plin. I. Epiſt. 7. *Hamum e* (vel *de*) *cubiculo*, *ac paene etiam e lectulo*, *velut e navicula jacere*. ubi vide Cortii notas, & quae dicemus ad Domit. X. BURM.

Amoveret] *Amoverit* Harl. Periz. Exc. Cujac. & Edd. fere omnes praeter Steph. ex Memmiano, unde & Graevius & Gronov. habent, ſed ita conſtruit cum hoc tempore *τὸ afuit*. Aug. XIV. Ner. XXVIII. & alibi. BURM.

Negligentem] Idem de Livio, omittere ſolito ſaepe quaedam, quae copioſe a Dionyſio

tiae eorum omnem usum aboliturus, saepe jactavit, *Se, me hercle, effecturum, ne*
35 *quid respondere possent praeter eum.* Vetera familiarum insignia nobilissimo cuique
ademit: Torquato torquem: Cincinnato crinem: Cn. Pompejo, stirpis antiquae
Magni

& aliis traduntur, judicabat Glareanus ad Liv. II. 61. BURM.

Se, me hercle, effecturum,] Mallem *semel hercle.* TORR.

Praeter aequum] Omnes MSS. *praeter eum.* quam lectionem fatentur etiam interpretes. Johannes Corasius *praeter eccum* legit, sed eam conjecturam mihi sane non probat. Ego (nescio an probabilius) post verbum *possint* interpungendum censeo, & pro *praeter eum* scribendum *praeterea*, atque id sequenti capiti praeponendum. Notum autem omnibus, responsa prudentum vim juris olim obtinuisse. TORR. Pridem doctissimis hominibus negotium fecit hic locus: de quo cum ad Josephum Scaligerum retulissem, responsum illud tuli: ipsius enim verba ponam. *In Caligula lego indubitate:* Ne quis respondere possit, praeter eum. *Vox Tyrannica, sed satis acuta: se sublaturum Jurisconsultos, ita ut ipsius voluntas sit pro jure: nemo supersit qui consulatur, praeter eum, hoc est, Caligulam. Quemadmodum enim in animo habebat Caligula omnia exemplaria Liviana & Virgiliana abolere, ita etiam omnes Jurisconsultos: ut nemo superesset, qui de jure consuli & respondere posset, praeter eum, nempe Caligulam. Propterea subjicit Suetonius, quasi scientiae eorum omnem usum aboliturus* Haec Scaliger: Memmianus & omnes meliores alii libri firmant editam lectionem. in nonnullis est, *ne qui respondere possint.* CAS. *Praeter eum* quoque Pall. tres, nisi quod ii *possint.* vulgati medio aevo hanc scripturam mutarunt in *praeter aequum.* quae lectio minime inepta. Quippe Jurisconsultorum scientia tota consistit in formulis, in subtilitatibus, in jure illo, quod summam crucem nominabant veteres, nos *strictum* vocamus. de quo nuper elegantem tractatum *Sulpicii* nomine inscriptum nobis dedit vir amicus & eximius, Marquardus Freherus, qui consulatur. Adeatur & Tranquillus cap. Claudii XIV. circa finem. GRUT. Vix ambigo, quin legendum sit *praeter verum.* Ut nullam omnino prudentum responsis relinquere videatur auctoritatem, si a sua sententia discreparent: constaret autem, suae si congrueret. Tum enim non modo eo habenda fore loco, quo prius, sed fore amplectenda pro ipsa veritate. Et hoc dici de Caligula mirum non est, cum & noster de Caesare scribat, propalam jactasse eum, *Debere jam homines consideratius loqui secum, & pro legibus habere, quae dicat.* Ad tantam impotentiam deducit homines, etiam alioquin sagaces, rerum successus & Dis paene aequa potestas. Apponam tamen hic, Samuelem Petitum I. Variar. Lection. 10. legendum putasse, *praeter aequum*, interpretatione longiuscule quaesita. GOESIUS. Ne *qui respondere possint* Harlem. Edd. veteres, *praeter eum.* Venetae duae, Basil. *praeter aequum*, & sequentes hanc vel illam lectionem receperunt. Barth. XXIII. Adv. 10. *praeter Deum*, vel *praeter me*, Janus a Costa ad decret. pag. 270 *praeter eum* positum esse putat pro *praeter se*, ut & Salmas. ad Capitol. Anton. Pii cap. III. ut & II. Vos. qui *praeter rem* antea conjecerat. Heins. legebat *ne qui jus respondere possint praeter se.* sic Plin. VI. Ep. 15. *jus respondere* pro *dicere* habet. *praeter se*, ut inf. cap. XXXIX. *locupletiorem esse quam se.* Jacob. Gronovius ex Memm. *praeter eum*, vellem planam explicationem adjecisset. nam nihil hinc intelligo, nec quid velit alterum, si quis repetat *praeter. Te reum?* alios de hoc loco sollicitos adduxit Pitiscus, sed ego cum Cl. Graevio meliorem adhuc hujus loci medicinam exspecto. in Plant. & Scriveriana erat *possit*, & Lips. legebat, *ne quis respondere possit praeter eum*, ut omnia quae collibuisset illi responderet, ut fere Beroaldus exponit. BURM.

35. *Vetera familiarum insignia nobilissimo cuique stirpis antiquae ademit*] Sic legendum, deletis paullo post verbis, *stirpis antiquae*, quae luxata sunt & loco suo mota. URSIN. *Familiarium* Harlem. mox *arcessitum* Copes.

Torquato torquem:] Atqui Augustus Torquati nomen, quod Manliorum erat, C. Nonium Asprenatem, posterosque ejus ferre permisit, cap. XLIII. TORR.

Magni cognomen.] Liber opt. *nomen.* Huic autem Cn. Pompejo, reddito Magni nomine, Claudius postea filiam despondit, cap. XXVII. TORR. Nullam in ullis codd. varietatem hic annotamus, nec satis scio quam recte doctissimus Ursinus luxata haec esse, & loco suo mota illa verba *stirpis antiquae*, pronuntiarit.

esti

Magni cognomen. Ptolemaeum, de quo retuli, & arcessitum e regno, & exceptum honorifice, non alia de caussa repente percussit, quam quod edente se munus, ingressum spectacula, convertisse hominum oculos fulgore purpureae abollae animadvertit. Pulcros & comatos, quoties sibi occurrerent, occipitio raso deturpabat. Erat Esius Proculus patre primipilari, ob egregiam corporis amplitudinem & speciem *Colosseros* dictus. Hunc e spectaculis detractum, repente & in harenam deductum, Thraci, & mox hoplomacho comparavit: bisque victorem constrin-

etsi diffiteor probabilem esse illius emendationem, scribentis paullo ante, *nobilissimo cuique stirpis antiquae ademit.* Hic autem est Cn. Pompejus Magnus, qui postea gener fuit Claudii, ut libro sequente narratur, & notat Dio in rebus Claudii, ubi hoc quoque commemorat. CASAUB.

Percussit] Lipsius etiam *perculit* legebat, & explicat per *evertit*. probat etiam Cl. Dukerus ad Flor. III. I. 6. *non alia caussa* etiam Harl. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. eadem varietas Tib. LV. BURM.

Purpureae abollae] *Abollam* Nonius vestem fuisse militarem tradit. Ut non male Ptolemaeo huic conveniat, regi nempe Barbaro. Juvenal. Sat. IV. 76. cum inquit,

- - - *rapta properabat abolla*
Pegasus,

honestum vestimenti genus fuisse ostendit, quod Pegasus iturus Albam ad Domitianum Caesarem, praefectus ipse Urbi, sumpserit. Idem tamen Sat. III. ubi ait,

- - - *atque audi facinus majoris*
abollae:

Stoicis *abollam* tribuit, quemadmodum & Martial. nunc Crispinum aulicum, nunc Cynicos *abolla* vestit, lib. VIII. Epigr. XLVIII. & lib. I. Epigr. CXXXIII. TORR.

Deturpabat] *Deturbabat* Periz. Copes.

Esius Proculus] Proculus & Plautiorum, & Juliorum, & Coceejorum, & Liciniorum, & Baebiorum cognomen esse notavi. Adde etiam Esiorum, quae gens tamen mihi ignota est. Libb. duo *Hesius* scribunt. TORR. *Eratesius* Memm. *Erat e suis* Edd. Roman. Venet. sec. & tert. Lugd. Junt. Ald. forte verius quam *Esius*, quod nomen nusquam alibi lectum *E suis* addit, ut augeret crudelitatis invidiam, qui nec suis sive domesticis, sive libertis aut servis parceret. *Caesius* Heinsium habet auctorem. BURM.

Colosseros] Forte *Colossaeos*. ERASM. *Colosseros* nostri MSS. omnes. Invenitur tamen etiam *Colosseos*, & (ut Turneb. testatur) κολοσσαῖος, quo sensu ignoro. Mallem igitur *Colosseus*. sic enim & Plin. lib. XXXV. cap. cap. *Nero Princeps jusserat colosseum se pingi.* & lib. XXXIV. cap. VII. *simulacrum colosseum*, ut *statuam colosseam* ipse Sueton. Vesp. cap. XXIII. & Spartian. L. Aelio cap. VII. Sed & *signum colossicon* Plin. lib. XXIV. cap. VIII. ut *opera colossicotera* lib. X. Vitruvius, quae ingentiora sint. Hinc igitur proverbium, κολοσσαῖος τὸ μέγεθος. TORR. Non male fortasse scripseris, *ob corporis amplitudinem & egregiam speciem.* utrumque voce *Colosseros* eleganter exprimitur: amplitudo corporis, priore parte compositae hujus dictionis: forma venusta & amabilis, posteriore. Miramur igitur non parum, quid moverit viros eruditissimos, ut lectionem adeo manifesto veram & veterum libb. auctoritate confirmatam sollicitarent. CASAUB. *Colosseros* Cod. Periz. Edd. Venet. tres. *Colossus* Rom. Lugd. Arg. Junt *Colosseos* Ald. Steph. *Colossaeus* Marg. Gryph. Marcil. ad Vesp. XXIII. *Colosseros* plebeja concisione pro *Colossoteros*, vel *Colossicoteros* dictum vult. Lipsius *Colosseos* vel *Colosseus* praeferebat. vid. Maffe. de Amphit. I. 6. pag. 28. BURM.

E spectaculis detractum] Praepositio desideratur in Memm. ut in simili loco Domit. cap. X. *detractum spectaculis* habebat Hulf. Cod.

Thraci & mox hoplomacho comparavit:] Pro *Thraci* vetustissima exemplaria *Threci*, & *Treci* habent, ut etiam apud Horat. II. Sat. VI. 44. *Threx (vel Trex?) est Gallina Syro par? Hoplomachi* autem armati vocabantur, ad eorum differentiam, qui inermes ferme, & saepe catervatim, meridiano maxime tempore, depugnabant. Seneca lib. I. Epist. VII. *Casu in meridianum spectaculum incidi.* & mox: *Quicquid ante pugnatum est, misericordia fuit; nunc mera homicidia fiunt. Nihil habent quo tegantur, ad ictum totis corporibus expositi, nunquam*

 fru-

ſtringi ſine mora juſſit, & pannis obſitum vicatim circumduci, ac mulieribus oſtendi, deinde jugulari. Nullus denique tam abjectae conditionis, tamque extremae ſortis fuit, cujus non commodis obtrectaret. Nemorenſi regi, quod multos jam annos potiretur ſacerdotio, validiorem adverſarium ſubornavit. Quum quodam die muneris, eſſedario Porio, ob proſperam pugnam ſervum ſuum manu mittenti ſtudioſius plauſum eſſet, ita ſe proripuit e ſpectaculis, ut calcata lacinia togae, praeceps per gradus iret indignabundus, & clamitans; *Dominum gentium populum ex re leviſſima plus honoris gladiatori tribuentem, quam conſecratis principibus,* 36 *aut praeſenti ſibi.* Pudicitiae neque ſuae neque alienae pepercit. M. Lepidum, Mne-

fruſtra manum mittunt. Hoc plerique ordinariis paribus, & poſtulatitiis, ut in expeditione, praeferunt. Quid ni praeferant? Non galea, non ſcuto repellitur ferrum. Hinc ſatis aperte intelligitur, qui *hoplomachi* fuerint. *Comparare* vero *Thraci* dixit Sueton. ut *committere*, *contendere*, & *componere*, & quidem maxime proprie, cum par pari congreditur. Torr. Melius ſcripſeris *Threci*, & ita in cod. Pithoei. Cas. *Deductum trahi* Harlem. Edd. Venet. Lugd. Junt. Ald. Arg. ſed *Threci* Mem. Copeſ. *Amplomacho* Copeſ. *Aplomacho* Ed. Rom. *Oplomacho* Harl. Venet. Bonon. Lug. Junt.

Abjectae] *Objectae* Periz. Hulſſ.

Nemorenſi regi] Libri MSS. omnes *Nemereſſi*, aut *Nemoreſi*. Recte autem Beroaldus ex Strabone lib. v. & Servio in illud Virgilii lib. VI. 136.

—— *latet arbore opaca*
Aureus & foliis & lento vimine ramus,

quis rex Nemorenſis fuerit, declarat. Quibus adde Pauſaniam Corinthiacis. dicato enim ab Hippolyto poſtquam eum Aeſculapius in vitam reſtituerat, Dianae Aricinae templo, (cui lucus adjacet, & lacus, hodie quoque Nemorenſis dictus, vulgo Speculum Dianae) poſtea barbarico Scytharum more inductum fuit, ut inter ſervos fugitivos is, qui ſingulari certamine victor primus hoſtiam immolaſſet deae ſacerdos fieret, quem & regem appellabant, & ſacerdotii regnum tantiſper obtinebat, dum vertente anno fortior aliquis ſuperveniens eum pugna ſuperaret, qualem Cajus ei, qui jam multos annos ſacerdotio praefuerat, ſubmiſit. Eleganter igitur ingenioſiſſimus poeta Ovid. lib. III. Faſt. 271.

Regna tenent fortes manibus, pedibuſque fugaces,
Et perit exemplo poſtmodo quiſque ſuo.

Plura vide apud Gregorium Gyraldum ſyntagmate XII. Torr. *Nemoreſſi* Mem. Periz. Harl. Copeſ. Exc. Cujac. Ed. Rom. *Nemo Reſſi* Venet. pr. *ſubornatum* Exc. Cujac.

Quodam die] *Quondam die* Harlem. ut alibi ſaepius.

Eſſedario Porio] Lib. unus *Poio*. Mallem *Poro*. *Eſſedarios* vero genus fuiſſe gladiatorum, qui ex eſſedo pugnabant, manifeſtum eſt etiam ex Suetonii Claud. cap. XXI. Torr. Junius Philargyrus in lib. III. Georg. 204. Latini poetae: *Eſſeda vehiculi vel currus genus, quo ſoliti pugnare Galli. Caeſar teſtis eſt libro ad Ciceronem tertio: Multa millia equitum atque eſſedariorum habet. Hinc & gladiatores eſſedarii dicuntur, qui curru certant.* Malim vero ſcribi, *Eſſedario Oporio*, aut *Poro*. Casaub. *Eſedario* Edd. Rom. Venet. pr. Lugd. Junt. *Porio* deeſt Exc. Cujac.

Ob proſperam pugnam] Scribe, *poſt proſperam pugnam*, ex Viterb. Pithoei & Memmii. Casaub. *Poſt proſperam pugnam* etiam Copeſ. in Memmiano nihil varietatis notavit Gronovius, *ſtudioſius* vero deeſt Copeſ.

Ita ſe proripuit e ſpectaculis] *Ita proripuit ſpectaculis* Memm. Hulſ. ita & inf. XLV. *ſe* deerat in Rom. Ed.

Praeceps per gradus iret] Heinſius hic *rueret* malebat, ut ſit pro praecipiti gradu currere, ut Ovid. III. Am. XI. 25. *praeceps amenſque cucurri.* vid. ad Quinctil. Decl. IX. 5. *iret* vero tuetur vir Cl. Dukerus ad Liv. II. 46. & jure, eſt enim idem, quod, *caderet pronus*, vel *in caput*, *volveretur in caput* per gradus, ut ſolent alii loqui. vid. ad Phaedr. v. 7. Catul. XVII.

Quemdam municipem meum de tuo volo ponte
Ire praecipitem in lutum per caputque pedeſque.

ubi Vulpius notat *praeceps* dictum a *praemiſſo* ca-

Mnesterem pantomimum, quosdam obsides dilexisse fertur, commercio mutui stupri. Valerius Catullus consulari familia juvenis, stupratum a se, ac latera sibi contubernio ejus defessa, etiam vociferatus est. Super sororum incesta, & notissimum prostitutae Pyrallidis amorem, non temere ulla illustriore femina abstinuit: quas plerumque cum maritis ad coenam vocatas, praeterque pedes suos transeuntes diligenter, ac lente, mercantium more, considerabat: etiam faciem manu adlevans, si quae pudore submitterent. Quoties deinde libuisset, egressus triclinio, quum maxime placitam sevocasset, paullo post recentibus adhuc lasciviae notis, reversus vel laudabat palam, vel vituperabat: singula enumerans bona malave corporis, atque concubitus. Quibusdam, absentium maritorum nomine, repudium ipse misit, jussitque in Acta referri. Nepotinis sumtibus omnium prodigorum ingenia superavit: commentus novum balnearum usum, portentosissima genera ciborum, 37

capite, quod forte debet Ramiresio ad Mart. Spect. Aug. XI. explicanti *praeceps*, demisso capite. BURM.

Aut praesenti sibi] Desunt haec Ed. Venet. pr. *tribuere* corrigebat Lipsius.

Neque suae] Haec desunt Periz. Copes. Harlem. Edd. Venet. pr.

36. *Mnesterem pantomimum*] Bene sic Pulmannus & hic, & cap. LV. & LVII. quanquam eum magno consensu *M. Nestorem* vocant omnes, quos vidi, codices. Dion verum nomen servat. Exstat etiam haec inscriptio: T. JULIO AUG. L. MNESTERI. De M. Lepido sup. cap. XXIV. TORR. Scribendum est *Mnestorem Pantomimum*, tum hic, tum infra cap. LV. & cap. LVII. ex Tacito & Dione. URSIN. *M. Nestorem* Edd. veteres praeter Ald. & Steph. Plantin. & recentiores. *M Mestorem* Harlem. ita & inf. cap. LV. variant & apud Tacit. XI. Ann. 4. & 36. & alibi eadem varietas. Vide Leopard. Emend. lib. IX. cap. 14. BURM.

Valerius Catulus] Liber opt. *Catullus*. Et sane Catulus Lutatiorum, Catullus Valeriorum est. Vetus nummus, L. VALERIUS CATULLUS III·VIR. AAA FF. TORR. *Catulus* Periz. Harlem. Edd. priscae praeter Bonon. & Casaub. & sequentes. Heins. etiam malebat, *latera sibi defecisse*. Nihil opus. Ovid. III. Amor. XI. 4 *Invalidum referens emeritumque latus*. BURM.

Pyrallidis] *Pirallidis* Copes. Ed. Venet. pr. *Pyralidis* Bon. *Tyrallidis* Steph.

Vocatas] *Vocatis* Edd. Venet. sec. & tert. Lugd. Junt. Basil. Arg. Ald. Plant. Gryph. Colin.

Lasciviae notis] Quales supra Aug. cap. LXIX. II. TORR.

Numerans] *Enumerans* Memm. Copes. & ita Graevius edidit priore editione, & rectius puto. *Bona & mala* corporis illustravimus ad Phaedr. III. 6. *bona* vero *concubitus* sunt, quae laudat in puella lasciva Ovid. XV. Ep. 47. & II. Art. Amat. 689. & seqq. quibus enumeratis addit,

> *Haec bona non primae tribuit natura juventae*. BURM.

Quibusdam absentium maritorum nomine repudium ipse misit, jussitque in acta referri] Horum alterum fuit ex more: repudia enim in acta referebantur: alterum contra leges erat. Adi ad Jurisconsultos, quorum haec propria est cognitio. CASAUB. *Referre* Hulf. *in acta ipse referri* Copes. manus docta in Ed. Steph. *in acta ita referri*.

37. *Nepotinis sumptibus*] Lib. unus *Nepotatus*. quod Beroaldus quoque agnoscit. Et sane *nepotatus* & *nepotari* dixerunt veteres, etiam Plin. Plura in Horat. Epod. I.

> *Discinctus aut perdam ut nepos*.

De Caji vero luxu eleganter admodum Seneca Consolat. ad Helviam (sive Albina est) cap. IX. *Cajus Caesar, quem mihi videtur rerum natura edidisse, ut ostenderet, quid summa vitia in summa fortuna possent, centies* HS. *coenavit uno die, & in hoc omnium adjutus ingenio, vix invenit, quomodo provinciarum tributum una coena fieret*. TORR. Libri quique optimi, *Nepotatus sumtibus*. CASAUB. Si adquiescendum est auctoritati chirographorum Pall. rescribendum est *Nepotatus sumptibus*. sic enim duo, pr. & tert. etiam sec. literula minus *Epotatus*. Videatur de hac voce Torrentius.

rum, atque coenarum: ut calidis frigidisque unguentis lavaretur: pretiosissimas margaritas aceto liquefactas sorberet: convivis ex auro panes & opsonia adponeret: *aut frugi hominem esse oportere dictitans, aut Caesarem.* Quin & nummos non mediocris summae e fastigio basilicae Juliae per aliquot dies sparsit in plebem. Fabricavit &

tius. GRUT. *Nepotatus* Codd. Memm. Copes. Ed. Bonon. & Paris. marg. Basil. apud Plin. IX. 35. MSS. *perdita nepotatu.*

Commentus novum balnearum usum] Beroaldus multis verbis ostendere conatur illud novum balnearum genus, nihil tamen definiti adducit. Ex eo tamen Plinii, quem citat, loco lib. XIII. cap. III. certi aliquid de hoc portentoso balnearum usu adferri posse puto. Id ad lectorum cum oblectamentum, tum utilitatem ita adnotare placuit. Plinius ibidem in unguenti libras ut minimum quadragenos supputat denarios. Si quis igitur solio aut lavacro ingerat 576. sextarios, quos dupondios recte existimat Budaeus, erunt 1152. unguenti librae. Tot sufficerint ad unius solii expletionem, ut quis solus lavet (nam minuere magis libuit omnia, quam adaugere) ea summa per 40. multiplicata, faciet summam denariorum 46080. Rursus ea per 10. divisa, producet summam coronatorum 4608. Tanti una lotio, ut ita dicam, aut unius solii repletio ad lavandum constitit. Haec commentatores explicare debebant, ut ad finem hujus capitis intelligeretur immensa ea summa vicies ac septies millies sestertium. quam non toto vertente anno consumsisse sceleratus hic furcifer praedicatur. Vicies ac septies millies sestertium numeris vulgaribus ita scribuntur 2700000000. LSS. quae integre, non concise, etiam ita, ac non minus Latine, efferuntur, vicies ac septies millies centena millia sestertium. Efficiunt autem coronatorum 67520000. Qui numerus Latine ita effertur, sexcenties septuagies quinquies centena millia. Ad Plinii regulam, qui lib. XXXIII. cap. X. ait: Non erat apud antiquos numerus ultra centum millia. Hanc numerandi formam Latinis frequentissimam, Budaeus primus, quod equidem sciam, velut resuscitasse videtur: quam doctos aliquot non advertisse, admodum miror: ut doctissimum virum Leonardum a Portis, cui haec de asse tractatio plurimum debet. Is tamen libro secundo, quem hac de re diligenter instituerat, utcumque majores summas, raro vero Latine exprimit. Ipse Egnatius, cum Venetos aureos in locum coronatorum Francicorum poneret, ita extulit summam, sexagies sexies millies mille aureos, omissis quingenties mille: si codices non errant, sicut proximo capite LLS. nonagies, 9000000. hoc est, nonagies centena millia sestertium: Veneto numismate est, inquit, duceni vigintiquinque mille aurei Veneti. Ego dixissem, summam pecuniae nostrae ducentorum vigintiquinque millium aureorum Venetorum. Quis enim umquam dixit Latine, ducenti mille? vulgo numerus ita est 225000. GLAREAN.

Unguentis lavaretur] Unguentis etiam solia temperabat, quod unus quoque e Neronis servis fecit. Plin. lib. XIII. cap. III. TORR.

Pretiosissimas margaritas aceto liquefactas] Memmii, Cujacii & Lisl. codd. *pretiosissima margarita aceto liquefacta.* Utrumque dici notum est. CASAUB.

Convivis] *Conviviis* Codd. Periz. Harlem. Edd. priscae praeter Ald. Steph. ita & variatum Caes. XLVIII. & Aug. LXXI.

Basilicae Juliae] Sunt qui Pauli, sunt qui Caji & Lucii basilicam intelligant, quam nepotum nomine Augustus exstruxit. Verum basilicae Juliae, quam Caesar dictator anno imperii sui tertio dedicavit, meminit Euseb. Chronicis. Nec dubium, quin de ea hic loquatur Sueton. uti & Quintilian. lib. XII. 5. & Plin. Epist. ult. v. Errat etiam Beroaldus, cum eam a Vitruvio exstructam dicit. Vitruvius enim basilicae Juliae Fanestri, non Romae, aedificandae praefuit, ut de se ipse testatur lib. v. cap. I. TORR. De hac basilica legant studiosi, quae diligenter adnotavit praestantissimus Scaliger, ad Chronici Eusebiani numerum MDCCCCLXXI. CASAUB. Meminit hujus basilicae Scholion Juvenalis in Sat. IV. Nescio an eadem cum porticu Julia. Glossae Persii: *Feneratores ad Puteal Scribonis Licinii, quod est in porticu Julia, ad arcum Fabianum, convenire solebant.* Eam porticum vetustate collapsam a Vettio Probiano V. C. praefecto Urbis instauratam fuisse, testis inscriptio Romana, apud Gruter CLXXI. 73. Augustus in suo

& deceres Liburnicas, gemmatis puppibus, versicoloribus velis, magna thermarum & porticuum & tricliniorum laxitate, magnaque etiam vitium & pomiferarum arborum varietate: quibus, discumbens de die inter choros ac symphonias, litora Campaniae peragraret. In exstructionibus praetoriorum atque villarum omni ratione posthabita, nihil tam efficere concupiscebat, quam quod posse effici negaretur. Et jactae itaque moles infesto ac profundo mari, excisae rupes durissimi

suo indice: FORUM. JULIUM. ET. BASILICAM. QUAE. FUIT. INTER. AEDEM. CASTORIS. ET. AEDEM. SATURNI. COEPTA. PROFLIGATAQUE. OPERA. A PATRE. MEO. PERFECI. In alia inscriptione: T. FLAVIUS. GENETHLIUS. NUMUL. DE. BASILICA. JULIA. NATIONE. BESS. JOS. SCALIGER. Hujus mentio in Lapide apud Gruter. CCCILI. 1. *Nummularius de Basilica Julia.* praeter loca Quinctiliani & Plinii adscripserat Lipsius Appian. locum, (quem non reperi nisi de basilica Pauli Aemilii pag. 443.) & Stat. v. Silv. II. 101.

Erigeretque forum succinctaque judice multo
Surgeret, & castum vibraret Julia fulmen.

ubi tamen Juliam legem de adulteriis & pudicitia intelligendam credo. & sodalem vel impudicitiae, vel adulterii accusatum fuisse. BURM.

De cedris Liburnicas,] Sic libri omnes, quos videre me contigit, nisi quod unus *Liburnas* pro *Liburnicas* habet, sicut & Horat. Epod. I.

Ibis Liburnis &c.

Turneb. tamen Adversf. XXII. cap. XXX. Graeco vocabulo δεκήρεις legit, ut decemremes ingentis magnitudinis intelligamus. Ego magnitudinem ex his quae sequuntur, satis ostendi existimo. Nec consuevit Sueton. Graece loqui, aut si loquatur, eo modo Graecum epitheton voci Latinae adjungere. Et cur non, ut Aegypti quidam & Syriae reges, Cajus quoque de cedris Liburnicas aedificaverit? sic enim, quod Caji nepotatum decet, amplitudini navium etiam materiae pretium accesserit. TORR. In solo Memmii libro reperi lectionem Turnebo annotatam, *de ceris:* unde ille faciebat *deceres*, id est, δεκήρεις, quod perplacet: etsi alteram lectionem damnare jure non possumus. CASAUB. *De cedris* uterque Pall. nam secundus, *ut de ceteris liburnicas*, deletoque illo *de ceteris*, substitutum *de ceris*, quod ultimum cum & in suis invenisset Turnebus, faciebat inde *deceres*. plane ingeniose. GRUT. *Deceris* ex Memm. junctis syllabis, Gronovius prodit, *decedris* Ex. Cujac. *de cetris* Copesf. reliqui, ut & editi omnes, *de cedris*. in Plantin. Graecis etiam literis δεκήρεις legitur: Erasmus *de cedris* pro *e cedris* dictum volebat.

Etiam vitium] Libri duo non habent *etiam*. Sed & illae duae dictiones, *de die*, in iisdem desiderantur male. nam de die convivantem facit. TORR. *Vitium pomiferarum arb.* Harlem.

Quibus discumbens] Manus docta in ora Plantin. Ed. *sub quibus*, & Lipsius videtur vel *sub* vel *in* notasse. sed *quibus* refer ad Liburnicis, & distingue, *quibus, discumbens &c. litora C. peragraret.* BURM.

Inter choros & symphonias,] Libri MSS. *inter hortos*, sed nihil muto. Idem de L. Vero Antonino scribit Capitolin. cap. VI. TORR. *Inter choros ac in foro.* Harlem. Et a m. pr. in marg. *inter hortos ac symphrolitora*, Periz. & ita Copesf. & Edd. Rom. Venet. pr. Heinsius volebat, *inter exoletos ac symphonias*. sed *cantus* & *saltatio* semper fere jungi solent. Nemesf. III. eclog. 55.

Omnia ludus habet, cantusque chorosque licentes,
Et venerem jam vina movent.

ubi vide quae adnotavi. malebat etiam Heinsius *litora Campaniae perageret:* sed licet haec verba aliquando confusa fuerint, ipse Heinsius illud magis Poëticum credebat ad Petron. cap. CXIX. ubi vide adnotata, & ubi hunc ipsum locum adducit, retento *peragraret*. BURM.

Efficere] *Officere* Hulsf.

Et jactae itaque] *Et jactae tetraque* Exc. Cujac.

Excisae rupes,] Melius in optimo cod. & *excisae*. Horat. III. od. I.

Contracta pisces aequora sentiunt
Jactis in altum molibus.

TORR. *Et excisae* Copesf. Exc. Cujac. Edd. Rom. Bonon. Lugd. Junt. Ald. Steph.

mi filicis, & campi montibus aggere aequati, & complanata fossuris montium juga, incredibili quidem celeritate, quum morae culpa capite lueretur. Ac ne singula enumerem, immensas opes, totumque illud Tiberii Caesaris, vicies ac septies milies HS. non toto vertente anno absumsit. Exhaustus igitur atque egens, ad 38 rapinas convertit animum, vario & exquisitissimo calumniarum, & auctionum, & vectigalium genere. Negabat jure civitatem Romanam usurpare eos, quorum majores sibi posterisque eam impetrassent, nisi filii essent. Neque enim intelligi debere *posteros* ultra hunc gradum. Prolataque Divorum Julii & Augusti diplomata, ut vetera & obsoleta deflebat. Arguebat & perperam editos census, quibus postea qua-

Singula] *Singule numerem* Exc. Cujac.

Vicies ac septies millies HS.] Quanta ea fuerit summa, Budaeum consule lib. IV. De asse. Dion, nisi mendosus est, minorem facit. TORR. Dio & in summae numero, & in temporis spatio, quo hae opes sunt absumptae, dissentit: scribit enim sub initium lib. LVIII. πέντε γὰρ μυριάδας μυριάδων καὶ τριακοσίας καὶ τετράκις χιλίας, ὡς δ' ἕτεροι ἑπτά τε καὶ δισχιλίας καὶ τριακοσίας, τρισκαιεικοσιμυρίας δέον, οὐδὲ ἐς τὸ τρίτον ἔτος μέρος ἀπ' αὐτῶν τι διέσωσεν. Ex quibus verbis apparet, diverse tradi solitum pecuniarum modum, quas Tiberius confiscatas reliquit, aliis scribentibus fuisse vicies ter millies sestertium: aliis tricies & ter millies sestertium. ita namque efferri Latine debent Graeca verba Dionis, non ut interpretes vertunt: qui de summa, quam auctor ait, plurimum sua interpretatione deterunt. De hac autem pecunia a Tiberio cumulata loquitur Auctor oraculorum Sibyllinorum, quo loco de Tiberio & Nerone hos versus fundit:

> Εἷς δὲ τρίτος ἐὼν, σκῆπτρον ἐπὶ πουλὺ κρατήσει,
> Οἰκτίζων βασιλεὺς, ὃς χρήματα κόσμου ἅπαντα
> Δώμασιν ἐγκλείσει τηρῶν, ἵν', ὅταν γ' ἐπανέλθῃ
> Ἐκ περάτων γαίης ὁ φυγὰς μητροκτόνος ἐλθὼν,
> Ταῦτα ἅπασι διδοὺς πλοῦτον μέγαν Ἀσίδι θήσει.

Vides vanum Sibyllae vaticinium: vel potius ἀνεπιστημοσύνην boni illius viri, qui multo post Neroniana tempora zelo propagandae religionis Christianae sub nomine Sibyllarum ea carmina fecit & publicavit. Norat ille ingentem pecuniae vim a Tiberio esse congestam: at ejus non meminerat, quod hoc loco scribit Tranquillus. Ideo imaginario illi Neroni falso tribuit, quae omnes historiae Caligulae. CAS. *Tiberii* deest Copes.

38. *Sibi posterisque*] His verbis JCti minores omnes intelligunt, etiam ultra trinepotes. At Cajus eis tantum filios comprehendit. Vide l. LXXXI. De legatis lib. III. & l. III. De jure immunitatis. TORR.

Nisi filii essent] Manus docta in marg. Steph. Ed. *nisi si filii*. & sane absorberi facile illud *si* a praecedenti *nisi* potuit. & centies illud *nisi si* usurpatum docuit Nic. Heinf. ad Ovid. Ep. VII. vs. III. BURM.

Deflebat.] Sic sup. cap. XXX. *crudelissimam caedem deflevit edicto*. Ut cum mimica quadam commiseratione in diplomatis nimiam vetustatem & nescio quid obsoletum sit caussatus, quo minus secundum ea civitatem addiceret. ita enim (opinor) praestat eapere, quam *deflavit*, aut *difflavit* cum viro docto emendare sine exemplo, ut arbitror. Et alioqui non tam difflatio est in moribus nostris, ubi quid elevamus aut aspernamur, quam sibilus. TORR. Videtur pro *deflebat* scribendum *delebat*. URS. *Deflebat*, haec scriptura est omnium libb. nec probo emendationem scribentium *delebat*: nam vel *deflebat* retineam, & cum Torrentio interpreter de mimico gestu, quo solitus uti Cajus in elevanda auctoritate horum diplomatum: vel cum Lipsio scribam *deflabat*. quam scripturam sciolus aliquis inventam in optimo Memmii libro corruperat: ita tamen ut illius clarissima invenerimus vestigia & certissima. Sic fere καταφυσᾶν positum notabamus apud Epiphanium libro primo κατὰ Μαρκωσίων. Γυναῖκες, ἃς ὁμοίως τοῖς λοιποῖς ἐπιστρέψαντες, προσφέρουσι αὐτοῖς ἀποφυσῶσαι, καὶ καταφυσήσασαι καὶ καταθεματίσασαι αὐτὸν, ἐξωμολογήσαντο τὰ τοιαῦτα. idem enim valet eo loco καταφυσᾶν, quod apud Sophoclem πτύειν, & vulgo καταπτύειν, *aspernari*, *contemnere*. Scholia ejus poetae in Antigonen ad illa verba, vs. 1246. πτύσας προσώπῳ κ' οὐδὲν ἀντειπών. Οὐ κυρίως ἀποπτύσας τῷ πατρὶ, ὡς καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ φαμὲν, κατέπτυσεν αὐτοῦ, ὅ ἐστι καταφρόνησε τῶν λόγων αὐτοῦ. Porro voce qua usus Caligula, exprimitur gestus fastidientis & contem-

quacumque de caussa quidquam incrementi adcessisset. Testamenta primipilarium, qui

temnentis: nam ita erat moris. In Martyrologio veteri id dicitur *exsufflare*, in Januario: *In Achaja sancti Satyri martyris, qui transiens ante quoddam idolum, cum exsufflasset in illud, signans sibi frontem, statim idolum illud corruit.* Sulpicius Severus scriptor politissimus, negat eam vocem satis Latinam. locus est dialogo tertio cap. 8. ubi de Martino loquens: *Vidit*, inquit, *post tergum Avitiani daemonem mirae magnitudinis assidentem: quem eminus (ut verbo, quia ita necesse est, parum Latino loquamur) exsufflans, Avitianus se exsufflari existimans, Quid me, inquit, sancte, sic aspicis?* utitur eo verbo & S. Augustinus saepe. Casaub. *Deflebat* prorsus Pall. tres. Grut. Et ita nostri codices & editi omnes. nisi quod *deflebat* Hul. *deflabat* Memm. Barth. xxxiii. Adv. 10. Obsopoei librum *delebat* habere testatur, ut & alii correxerunt, sed minime congruere videtur hoc huic loco, nisi fingamus Caligulam spongiam aut aliquid aliud delendo aptum instrumentum ad manum habuisse, quod extra veri speciem, praesertim in veteribus diplomatibus & obsoletis. deinde sibi non constans Barthius xl. Adv. 9. *deflabat* praefert, ut in Auson. Prof. xvii. *deflata* tueretur. *deflare munditiarum caussa cibum vetabant* dicit Plin. xxviii. cap. 2. id est flatu pulverem vel sordes, quos prolapsus contraxerat, ejicere. sed hoc huic rei non convenit. nec *deflare*, quod placet viris doctis, multum arridet, & rectius hoc glorioso militi apud Plautum, quam Caligulae convenire puto, neque accommodari appositis *vetera* & *obsoleta* aeque posse, ut *deflere*, quod proprie de mortuis & exstinctis dici solet. vide Bernec. ad Inst. v. 8. sic Virgil. xi. Aen. 59. *haec ubi deflevit*, id est lacrimabundus dixit. vid. supr. cap. xxx. & hoc probat Doctissimus Cannegieterus ad Aviani fab. xx. *flare* vero, *deflare*, & *difflare*, quibus posterioris aevi, ut Prudentius Christianus Poeta, auctores, pro *spernere*, *contemnere* usi sunt, credo ex sacris paginis profluxisse, in quibus similes loquendi modi occurrunt. vide Drusii Quaest. Ebraic. lib. iii. cap. 22. *efflare* eleganter usus Apulejus lib. v. in fabula Psyches. *Zephyro praecepit, ultra terminos me domus ejus efflaret*, id est, quasi spiritu suo expelleret. & ibidem paullo ante, *projecerit, confestimque praesentia nostra* (malim *praesentiam nostram*) *gravata, propelli & efflari & exsibilari nos jusserit.* Nic. Heinsius malebat hic *elevabat*, ut sup. cap. viii. *fidem elevare*, & *facta* Tib. lii. denique *ut & vetera* Copes. Burm.

Arguebat & perperam editos census,] Lego *perperam editi census*. considera: aliter sententia stare non potest. in censum omnia bona erant deferenda: qui fallebant, aut aerarii fiebant, & in Caeritum tabulas referebantur, aut vaenibant ipsi bonaque eorum. eo spectavit Cajus, eo Suetonius. Casaub. Nihil muto. *census* hic ipsum est patrimonium, bona, quae debebant edi censori, ut aetates &c. sic Ovid. iii. Art. 61. *veros editis annos*, ubi vide adnotata, quae tamen non effecerunt, ut non doctissimus Marklandus ad Stat. v. Silv. iii. 92. maluerit *dicitis annos*, nulla gratia sermonis: quum ad censum respici clare doceat similis locus lib. 11. 663.

> *Nec quotus annus erat, nec quo sit nata require*
> *Consule, quae rigidus munera Censor habet.*

denique firmat egregie locus Plinii lib. x. Epist. 22. *sed quum annos ejus & censum sicut praeceperas, ederem.* Burm.

Testamenta primipilarium] Cur non aliorum etiam centurionum, & tribunorum, quos vel ipse, vel Tiberius sui beneficii fecerat? Torr. Imo omnium centurionum. Ait enim Dio lix. p. 651. πάντας ἁπλῶς τ ἐν τοῖς ἑκατονταρχίαις ἐστρατευμένων οὐσίας, ὅσοι μὴ τὰ ἐπινίκια ἃ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐπέμψεν, ἄλλῳ τινὶ αὐτοῖς, καὶ μὴ τῷ αὐτοκράτορι καταλελοίπεσαν. αὐτὸς ἑαυτῷ ἐ ἀνδρῶν ψηφισάμενος διήρπαξε. Similia alia fisci jura aut injurias potius, historici & jurisconsulti referunt. Videtur autem Suetonius primipilarium tantum fecisse mentionem, quia horum potissimum expetitae haereditates: ut eorum ad quos pleraque commoda militiae solita pervenire. Vegetius lib. ii. cap. xxi. *Primipili centurio postquam in orbem omnes cohortes per diversas administraverit scholas, in prima cohorte ad hanc pervenit palmam, in qua ex omni legione infinita commoda consequitur.* Inter alia autem primipilarium commoda ea fuerunt, quae ex militum testamentis consequebantur. Fere enim milites, qui in castris testamenta condebant, amicis

qui ab initio principatus Tiberii, neque illum, neque se heredem reliquissent, ut ingrata rescidit. Item ceterorum, ut irrita & vana, quoscumque quis diceret herede Caesare mori destinasse. Quo metu injecto, quum jam & ab ignotis inter familiares, & a parentibus inter liberos palam heres nuncuparetur, derisores vocabat: quod post nuncupationem vivere perseverarent, & multis venenatas macteas misit.

micis commilitonibus, in primis autem primipilaribus, sua relinquebant. Quintilianus lib. VI. cap. 3. de risu: *Optima est simulatio contra simulationem: qualis illa Domitii Afri fuit. Vetus habebat testamentum: & unus ex amicis recentioribus sperans aliquid ex mutatione tabularum, falsam tabulam intulerat, consulens eum, an primipilaris ei testamento suaderet ordinare suprema judicia.* Est hic locus subobscurus: sed potest *primipilaris testamentum* bifariam accipi, vel pro eo testamento, quo miles haerede primipilari instituto, commilitonibus partem bonorum legavit: vel pro testamento, quo primipilaris Imperatorem scripsit haeredem, amicis legata dedit. utrovis modo accipias, clara mens hujus captatoris. CASAUB.

Principatus Tiberii] *Tiberii principatus* Exc. Cujac. *neque ullum* Copes. *ut integra resc.* Harlem.

Quoscumque quis diceret] Mallem, ut in optimo cod. *quos quis diceret.* Qua de re sic Paulus J. C. l. ult. de Testam. *Ejus bona, qui se Imperatorem facturum heredem esse jactaverat, a fisco occupari non possunt.* TORR. Nihil hic variant Pall. GRUT.

Injecto] *Illecto* Copes. *inlecto* Huls.

Ab ignotis] Atqui nunquam ex ignoti testamento capere aliquid Augustus voluit, cap. LXVI. Spartian. Hadriano cap. XVIII. *Ignotorum hereditates repudiavit, nec notorum accepit, si liberos haberent.* Sed & Antonini duo id observarunt. Pertinax quoque professus est nullius se aditurum hereditatem, quae aut adulatione delata esset, aut lite perplexa, ut legitimi heredes & necessarii privarentur. Horum itaque Principum exemplo recte Paullus J. C. *Imperatorem* (inquit) *litis causa heredem institui invidiosum est, nec calumniae facultatem ex principali facultate capi oportet.* l. XCI. De hered. instit. Ipse etiam Domitianus hac saltem in re bonos Principes secutus est, (Suet. Domit. cap. IX.) Cajum Commodus. TORR.

A parentibus inter liberos palam heres] Laudo sane homines, qui liberis suis dimidium relinquere malebant, quam perdere totum. Ceterum acuta ad hunc locum gnoma Taciti apud Agricolam c. 43. ubi Domitiani mentio, laetantis, quod ab Agricola coheres scriptus uxori ejus & filiae: *Tam caeca & corrupta mens assiduis adulationibus erat, ut nesciret a bono patre non scribi heredem, nisi malum Principem.* GRUTERUS.

Heres nuncuparetur] *Nuncupare heredem* proprie est non scripto quem quis sibi successorem velit nominare, sed verbis palam exprimere. Unde testamentum *per nuncupationem* scripto opponitur l. XXI. & XXV. de Testam. Atque hinc locus Plinii declaratur lib. IX. cap. XXXV. de Lollia Paullina, Caji Principis uxore, onusta (ut inquit) margaritis, *quarum summa quadringenties HS. colligebat, ipsa confestim parata nuncupationem tabulis probare. Nuncupationem* pereleganter appellat Plinius aestimationem nudis tantum verbis expressam, quam ex rationum tabulis ipsa se probaturam offerebat. Male igitur Hadr. Turnebus *mancupationem* ibi substituit. TORR.

Venenatas macteas] Arnobius: *Frustilla haec parvula pro suavibus matteolis sument. Mattya* in Martiale lib. X. Epigr. scribitur Graecorum more. Hoc nomine, ut ait lib. XIV. Athenaeus, omne scitamentum, & omnis cupedia, jucundumque & pretiosum edulium censetur: cum tamen initio esset quaedam maza. TURNEBUS Adv. XXII. 6. Libb. veteres *matteas*, vel *mattheas.* Graeci fere ματτύας vocant, uti & Martial. lib. X. Epigr. LIX. Arnobius alicubi *matteolas*, si recte memini. Vide Turnebum Adversar. XXII. cap. VI. & Rhodiginum lib. IX. cap. XII. ex Athenaei lib. XIV. Meminit & Suidas. TORR. *Mattyas* legendum ex Athenaeo, non *Macteas.* URSIN. *Macteas* prima editio, & nonnulli MSS. Athenaeus lib. IV. & XIV. ματτύην appellat: sed cum a μάττειν vox sit deducta, tam potest *e* in hac dictione terri, quam in aliis ejusdem originis, ut μάκτης, μάκτρα & μάκτρον. Obstat tamen, quod affinem vocem *mattici* scribimus, non *mactici.* Memmianus & multi, *matteas.* CASAUB. *Mattyas* videtur scribendum. GUJET. *Matteas* Harlem. *Matheas* Copes. *in acteas* vi-

misit. Cognoscebat autem de talibus caussis, taxato prius modo summae, ad quem conficiendum consideret, confecto demum excitabatur. Ac ne paullulum quidem morae patiens, super quadraginta reos quondam ex diversis criminibus una sententia condemnavit, gloriatusque est expergefactae somno Caesoniae, *quantum egisset, dum ea meridiaret.* Auctione proposita, reliquias omnium spectaculorum subjecit, & venditavit: exquirens per se pretia, & usque eo extendens, ut quidam immenso coacti quaedam emere, ac bonis exuti venas sibi inciderent. Nota res est, Aponio Saturnino inter subsellia dormitante, monitum a Cajo praeconem, ne praetorium virum crebro capitis motu nutantem sibi praeteriret: nec licendi finem factum, quoad tredecim gladiatores HS. nonagies ignoranti addicerentur. In Gallia quoque, quum damnatarum sororum ornamenta, & suppel- 39 lectilem, & servos, atque etiam libertos, immensis pretiis vendidisset: invitatus lucro, quidquid instrumenti veteris aulae erat, ab urbe repetiit: comprehensis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis, & pistrinensibus jumentis: adeo, ut & panis Romae saepe deficeret, & litigatorum plerique, quod occurrere absentes ad vadimonium

vitiose Venet. pr. In Marg. Gryph. Ed. *Mattyas* legendum notatur, Tertul. de Test. anim. cap. IV. *obsonia & Matteae.* ubi *Mattyae* Priorius corrigit. *Mateas* Exc. Cujac. vid. Dausque. Orthogr. BURM

Ad quem conficiendum] Libri MSS. *ad quam faciendam*, vel *faciendum*, unus *ad quam conficiendam.* quod probo. TORR. *Ad quem conficiendum* omnes scripti & editi. sed tamen accedo Torrentii libro, *ad quam conficiendam*, scilicet summam. & mox *confecta.* Terent. Phor. I. I. 4. *id ut conficerem, confeci.* quamquam & *facere pecuniam* & similia passim occurrant. in pr. Ed. Graevii *ad quam conficiendum* legitur, vitio, credo, operarum. pro *confecto* Exc. Cujac. *Confesto.* BURM.

Una sententia] *Vana* Periz. Harlem. & Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt.

Expergefactae somno Caesoniae] Lib. unus *expergefacta e s. Caesonia.* Arbitror verum *expergefactae a. s. Caesoniae.* TORR. Scribendum videtur, *expergefactae a somno Caesoniae.* URSIN. Propius est *e somno. e* absorpta litera ab ultima *expergefactae.* vid. ad Tib. LXVIII. & supr. cap. VI. BURM.

Dum ea meridiaret] *Dum eam meridiaret. Actione* &c. Exc. Cujac.

Reliquias omnium spectaculorum] Apparatum atque instrumentum omne intelligit, quod peractis spectaculis supererat. Vide locum Plinii de M. Scauri Aedilitate lib. XXXVI. cap. XV. & Suetonium Caes. cap. X. TORR. *Reliquiae spectaculorum* sunt gladiatores, qui spectaculo superstites remanserant. Dio vertit. lib. LIX. p. 656. τοὺς περιγενομένους τῶν μονομάχων. Erant & quaedam reliquiae Circensium, quarum facit idem obscuram mentionem. *Subjicere* ἁπλῶς pro subjicere hastae. CASAUB. Ἐλλειπτικῶς, pro hastae subjecit. GUJET.

Exquirens per se pretia, & usque eo extendens,] Dio ibid. αὐτός τε ἐπὶ τὸ [illegible], καὶ αὐτὸς ὑπερβάλλων. CASAUB.

Aponio Saturnino] Notius Romae *Aproniorum* nomen; sed & *Aponii* fuere, & quidem cognomine *Saturnini.* In iis ille, qui Moesici exercitus legatus militari seditione initio imperii Vespasiani paene oppressus est, hujus (ut puto) filius, de quo Tacit. Hist. lib. III. cap. 5. & II. & seq. TORR. *Monitu a* vitiose Steph.

Nec licendi] *Dicendi* Codd. Periz. Copes. Edd. Rom. Venet. tres Bonon. Lugd. Junt. Ald. *nec praetorium* etiam Venet. pr. deinde pro *addicerentur*, *abdicerentur* Harlem. Ed. Venet. pr. *adicerentur* Copes.

39. *Quum damnatarum*] *Qui damn.* Copes. Scrupulum movet Lipsius, quod haec auctio in Gallia facta fuerit, quum in insulas fuerint relegatae, supr. cap. XXIX. sed potuit Roma in Galliam transferre, quamquam potius ibi sorores aliquamdiu haesisse crederem, quum invitatus hoc lucro, deinde Roma repetierit instrumentum aulae. vel potius *sororum* hic vocem esse mendosam, quum Dio lib. LIX. dicat hanc auctionem ex damnatis provincialibus, civibus foederatis fuisse factam: quare e-

nium non possent, caussa caderent. Cui instrumento distrahendo nihil non fraudis

jecta voce *sororum*, malim, *quum damnatorum ornamenta*, voce *sororum* nata ex ultimis syllabis & *damnatorum*, vel latet alia vox. BURM.

Immensis pretiis] *Precibus* Exc. Cujac.

Atque etiam liberos,] Codex Salmas. *liberios*. Unde legundum Salmasius conjecit, *libertos*. GRAEV. *Libertos* scrib. GUJETUS. Et ita clare Edit. Bonon. & Paris. vid. ad Tib. LXI. ita & Lipsius correxerat.

Quicquid instrumenti veteris aulae erat,] Minus mirandum, quia alii quoque Principes idem fecerunt: etsi non ob eandem causam. Capitolinus in vita M. Antonini Philosophi cap. XVII. *Cum ad hoc bellum omne aerarium exhausisset suum, neque in animum induceret, ut extra ordinem provincialibus aliquid imperaret; in foro divi Trajani auctionem ornamentorum imperialium fecit, vendiditque aurea pocula & crystallina, & myrrhina: vasa etiam regia, & vestem uxoriam sericam & auratam, gemmasque etiam, quas multas in repositorio sanctiore Hadriani repererat: & per duos menses haec venditio celebrata est*. CASAUB.

Pistrinensibus jumentis:] Caes. cap. XXXI. *multis e proximo pistrino* &c. TORR.

Ut & panis] *Et* deest Harl.

Litigatorum] *Legatorum* Ed. Venet. pr. *liguatorum* Exc. Cujac.

Occurrere absentes ad vadimonium] *Absentes* nempe rei: horum quippe fuit vadimonium obire, ut alibi notavimus. Est enim *vadimonium*, ut recte censet Valla 6. Eleg. 31. *Sponsio ad certum diem sistendi se in judicio*. Sponsio nempe ipsius rei. Et tamen idem ille Valla ibidem loci, & Herald. II. Animadvers. I. existimavit: Varroni vadimonium fuisse *fidejussionem*, inductus vitiosa loci scriptura, quo ea de re agitur. Legitur enim ibi vulgo: *Vas appellatus, qui pro altero spondet, qui vadimonium promittebat*. Vadimonium nimirum spondebat vel promittebat ipse reus, dicebatque praefinito die venturum se in judicium. Atque hoc ita futurum item spondebat vas. Sed quia totus ille locus, quo Varro de sponsione agit, plurimo laborat errore, integritati suae illum hic restituere placet, quoniam eo ipso liquidius apparebit, male loco jam indicato extrita in vulgatis esse, verisimile mihi videtur: *Spondet, qui*. Eum sic exhibitum ab auctore esse, verisimile mihi videtur: *Spondere est dicere. Spondeo, a sponte. nam id valet, e voluntate. Ideo Lucilius scribit de Cretea, cum ad se cubitum veniret sua voluntate: Sponte ipsam suapte adductam, ut tunicam & cetera rejiceret. Eandem voluntatem Terentius significat, cum ait, Satius esse sua sponte recte facere, quam alieno metu. Ab eadem sponte, a qua dictum est spondere, declinatum est Despondet & Respondet, Desponsor & Responsa. Item sic alia. Spondet enim, qui dicit sua sponte. Spondet etiam sponsor, qui, idem ut faciat, obligatur. Hinc Sponsus, Consponsus. Hoc Naevius significat, cum ait: Consponsi. . . . Spondebatur pecunia aut filia nuptiarum causa. Appellabatur & pecunia, quae desponsa erat, sponsa. Quum pecunia inter se contra sponsum rogata erat, dicta sponsio. cui desponsa quod erat, sponsus. Quo die sponsum erat, sponsalis. Qui sponderat filiam, Despondisse dicebatur, quod de sponte ejus, id est, voluntate, exierat. Tum enim, etsi nolebat, dabat, quod sponsu erat alligatus. Nam in comoediis vides dici, Sponden' tuam gnatam filio uxorem meo? quo tum & Praetorium jus ad legem, & Censorium judicium ad aequum aestimabatur. Sic despondisse animum quoque dicitur, ut despondisse filiam, quod suae spontis statuerat finem. Aeque sponte dicere, eumque spondere quoque dixerunt, cum ad spontem responderetur, id est, ad voluntatem rogantis. Itaque qui ad id quod rogatur, non dicit, non respondet. Et non spondet ille statim, qui dixit Spondeo, si jocandi causa dixit: neque agi cum eo potest ex sponsu. Ita quisquis dicit in tragoedia, Meministine te despondere mihi gnatam tuam? Quod sine sponte sua dixit, cum eo agi non potest ex sponsu. Etiam spes a sponte potest esse declinata, quod tum sperat, cum quod volt, sic fieri putat. Nam quod non volt, si putat, metuit, non sperat. Ita hic quoque qui dicit in Astraba Plauti, Sequere, Sequere, Polybadisce, meam spem cupio te consequi. Sequor Hercle quidem. Nam libenter, mea sperata, consequor. Ecquid sine sponte dicunt vere? Neque ille sperat, qui dicit, adolescens, neque illa sperata est. Sponsor, & praes, & vas neque iidem, neque res, a quibus ii, sed dissimiles. Itaque praes, qui a magistratu interrogatus, in publicum ut praestet, dicit Praes. Vas appellatus, qui pro altero spondet, qui vadimonium promittebat*. Haec ergo omnia

dis ac lenocinii adhibuit, modo avaritiae fingulos increpans, & *quod non puderet eos locupletiores esse, quam se:* modo poenitentiam simulans, quod principalium rerum privatis copiam faceret. Compererat provincialem locupletem ducenta HS. numeraffe vocatoribus, ut per fallaciam convivio interponeretur, nec tulerat moleste tam magno aestimari honorem coenae suae. Huic poltero die sedenti in auctione misit, qui nescio quid frivoli ducentis milibus traderet: diceretque, *coenaturum apud Caesarem, vocatu ipsius.* Vectigalia nova atque inaudita, primum per publicanos, deinde quia lucrum exuberabat, per centuriones tribunosque praetorianos exercuit: nullo rerum aut hominum genere omisso, cui non tributi aliquid imponeret. Pro eduliis, quae tota urbe venirent, certum statumque exigebatur. Pro litibus atque judiciis ubicumque conceptis, quadragesima summae, de qua litigaretur: nec sine poena, si quis composuisse vel donasse negotium convinceretur. Ex gerulorum diurnis quaestibus pars octava, ex capturis prostitutarum quantum quaeque uno concubi 40

omnia cum ad sponsionem pertineant, manifestum est, postrema in editis codicibus vitiose exstare, qui habent omnes, *Vas appellatur, qui pro altero vadimonium promittit.* Neque enim quisquam pro alio, sed pro se vadimonium promittit, quamvis pro eo, qui promittit, vas spondere soleat, venturum statuto die in judicium reum. Goesius.

Causa caderent] Deserto nempe vadimonio: quod etiam infamia consequebatur. Cic. pro Quinctio. Plinius praefat. operis sui, *inscriptiones, propter quas vadimonium deseri posset.* Torr.

Principalium] id est, βασιλικῶν. Gujetus. Plin. Paneg. L. *Tanta benignitas principis, tanta securitas temporum est, ut ille nos principalibus rebus existimet dignos.* vide praecedentia, quae si non Domitianum, forte Caligulam spectant. Burm.

Vocatoribus] Qui convivas invitabant, Plin. lib. xxxv. cap. x. *vocatores suos ostendenti, ut diceret a quibus invitatus esset.* Catull. Epigr. *mei sodales Quaerunt in triviis vocationes.* Elegans Senecae locus lib. iii. de Ira cap. xxxvii. Torr. Ammianus Marcell. lib. xiii. cap. 6. *Homines enim eruditos & sobrios, ut infaustos & inutiles vitant quoque: accedente quod & nomenclatores assueti haec & talia venditare mercede accepta, coenis quosdam & prandiis inserunt subdititios, ignobiles, & obscuros.* Casaub.

Interponeretur] *Interponerentur* Harlem. de honore coenae Imperatoriae multa habet Barthius ad Stat. Silv. lib. iv. praefat. & initio Sylvae. i.

40. *Tribunosque praetorianos*] Quod Sc. publicani non sufficerent tot negotiis. Gujet. *Tribunosque peregrinos praetorianos* Periz. Ed. Venet. pr.

Nullo] *A nullo* Periz. Ed. Venet. pr.

Pro eduliis] Cujacii lib. & e regiis antiquiss. nec Memm. *edulibus.* non minus Latine. ibidem, *certum statutumque*, non *statum.* at Memm. *statum.* Casaub. Vid. Diss. de Vectigalib. cap. v. ubi & de quadragesima Litium, deinde *tota de urbe* Codd. Periz. Harl. Ed. Venet. & *statutum* Periz Hulf. Edd. Venet. Rom. Bonon. Lugd. Junt. Ald. vid. Claud. cap. i. Burm.

Quadragesima] Vid. Reines. Epist. li. ad Rupert. pag. 491. Brouckh.

Ex gerulorum diurnis quaestibus] *Geruli* sunt οἱ μισθοῦ φέροντες, ut vocat Appianus, iv. Ἐμφυλ. Attici ἀχθοφόρους καὶ σκευοφόρους vocant. Latini etiam *bajulos* & *gerones*, ut Cicero in epistola quadam ad Atticum. Casaub. Vid. de eo Vectigali cap. xii. de Vectigalibus P. R.

Ex capturis prostitutarum] *Capturae* Latinis dicuntur mercedes artium sordidarum & obscoenarum. Seneca pater Controversiarum libro primo 2. *Pretia stupri accepisti, & manus quae diis datura erat sacra, capturas tulit.* Idem lib. x. 4. in ea de debilitato mendicante: *Tibi captura quotidiana non respondet: apparet nondum satis hominibus miserum videri.* Sic apud Valer. Max. libro iii. cap. iv. lib. vi. cap. x. & lib. ix. cap. iv. Graeci μίσθωμα proprie vocant: docent enim Graeci critici ita differre μίσθωμα & μισθὸν, ut illud sit *captura* proprie, vel pretium flagitii aut sceleris. Atque ita distinguit eas voces disertissimus scriptor Philo

cubi mereret. Additumque ad caput legis, ut tenerentur publico, & quae meretricium,

lo contra Flaccum, Ὁ δὲ ἐπιπράσκε τὴν λήθην τῶν δικαστῶν, τοὺς μὲν νικᾶν ὀφείλοντας, γράφων ἐν ὑπερβολαῖς, τοὺς δ' ἡττᾶσθαι, μισθὸν τὸν ἐπιμετροῦντα, ἢ κυριώτερον εἰπεῖν τὸ μίσθωμα, ἐν τοιούτοις. Extat ejusdem magni scriptoris & commentariolus, cujus index περὶ τοῦ μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι. In quo capturas hujusmodi λήμματα αἰσχρὰ nominat. Sic accipienda vox μίσθωμα apud Aelianum Ποικίλης libro IV. cap. XII. ubi si aliter capias quam de captura meretricis, friget tota sententia, aut potius nulla est. alii Graeci ἐμπολάς. Glossar. Graeco-Lat. Ἐμβολὴ, *captura*· scribe ἐμπολὴ, ut in altero Glossario recte scriptum. Dio Chrysostomus sermone de Invidia priore: Πορνοβοσκοῦ δὲ ὁ κερδαλεώτερόν τι καὶ ἄμεινον αὐτὸς τὴν ἐμπολὴν, μόνον ἔχει τοῦτο εἶδος; Artemidorus lib. I. cap. LXXX. Ἀγαθὸν δὲ καὶ ἐπὶ ἐργαστηρίων καθεζόμεναι ἑταῖραι, ἃ πορεύονταί τι καὶ δεχόμεναι ἐμπολάς. Xiphilinus in pseudo Antonino, de quaestu meretricio loquens, quod illud monstrum instituerat in palatio, χρήματά τι παρ' αὐτῶν συνέλεγε, καὶ ἐγαυριᾶτο ταῖς ἐμπολαῖς. Sic interpretor apud Athenaeum titulum comoediae Ephippi Ἐμπολή. Habet & lingua Hebraea propriam huic rei vocem, אתנה *etnah*: unde Graeci suum ἔδνον derivarunt, quod donum amatorium significat, & praemium amoris, sed honesti. non enim est ab ἥδω, ut nugaces grammatici Graecorum somniant. Casaub.

Quantum quaeque] *Quantumcumque* Exc. Cujac.

Additumque ad caput legis,] Ad quod caput? Immo hoc ipsum caput novum legis fuit. Accipimus enim id vocabulum, ut in Julio cap. XXVIII. *eo capite, quo a petitione honorum absentes submovebat*. Cicero secunda Agraria: *Sequitur enim caput, quo capite non permittit quidem, si forte desit pecunia*, &c. Dele igitur τὸ *ad*, aut scribe: *Additumque & caput legis*. Verbum *addere*, ut apud Livium lib. 2. *Conditores partium certe urbis, quas novas ipsi sedes ab se auctae multitudinis addiderunt*. Tacitus annali primo: *Idem annus novas caerimonias accepit, addito sodalium Augustalium sacerdotio*. Noster Claudio 23. *Capiti Poppaeae legis a Tiberio, quasi sexagenarii generare non possent, addito*. Gronov. Puto responderi posse Gronovio ad illud caput, quod de capturis prostitutarum agebat, adjectum, ut hoc vectigali (id enim est *publico*) etiam tenerentur, quae facerent meretriciam; aut quae lenocinium facerent: id est quae lupanaria exercerent, vel qui perductores & lenones essent. & ita non solas meretrices, sed copas & lenones etiam debuisse solvere vectigal: Heinsius legebat, *additumque id capiti*, eodem, quo modo explicui, sensu, quare non opus est mutare verbi hujus cum repetita praepositione constructionem, quae nostro & aliis usitata est, ut vidimus ad Ovid. Epist. XVI. 92.

Addit & ad festos hunc quoque Troja dies.

vid. ad Aug. XXXII. sic & *adjicere* dixit in Caes. LXXIX. vid. & ad Caes. XXXVIII. Burm.

Quae meretricium quaeve lenocinium] Duo libb. mss. *quive lenocinium*, nec displicet. *meretricium* enim solummodo feminarum est, *lenocinium* vero etiam viri exercent. Nove autem *meretricium* pro meretricandi arte. At *lenocinium* ea significatione JCtis passim obvium, atque ita usus Suet. Tib. cap. XXXV. *Capturas* vero *prostitutarum* dixit, *ut sordidissimae mercis capturas*. Val. Max. lib. III. cap. IV. ubi de consulatu Terentii Varronis. Alexander Severus (ut de eo scribit Lamprid.) lenonum vectigal, & meretricum, & exoletorum in sacrum aerarium inferri vetuit, sed sumptibus ad instaurationem theatri, circi, & amphitheatri deputavit. *Capturas* etiam diurnas intelligo, ut & gerulorum quaestus. *Teneri* autem *publico* id est, τῷ πλωτείᾳ, & vectigali pendundo. Torr. Vetus malum & probrum multarum Rerumpubl. pretio vendere honestatem publicam: nam & Athenis πορνικὸν τέλος fuit, ut ex oratione Aeschinis contra Timarchum scimus. Imperatoribus plerisque fuisse id genus lucri non ingratum, ex Lampridio in Alexandro Severo, & Jurisconsultis certum est. Vide l. VII. Cod. de Spectaculis, & scenicis, & lenonibus, & Novellam XIV. de Lenonibus: cui non parum lucis attulerit, qui cum cap. XXXIX. lib. III. Evagrii Scholastici eam contulerit. Similiter aliae quoque artes & sordidae & sceleratae pretio tolerabantur, eratque beneficiariorum Principis & curiosorum inquirere, atque in matriculas suas referre eos, qui tali de caussa publico tenerentur. Tertullianus in libro de Fuga in persecu-

ctum, & qui lenocinium fecissent: nec non & matrimonia obnoxia essent. Hujus-41 modi

cutione: *Nescio dolendum an erubescendum sit, cum in matricibus beneficiariorum & curiosorum, inter tabernarios & lanios, & fures balnearum & aleones & lenones, Christiani quoque vectigales continentur.* Justinus Apologia altera de mangonibus catamitorum & lenonibus loquens: Καὶ τούτων μισθοὺς καὶ εἰσφορὰς καὶ τέλη λαμβάνετε, δέον ἐκκόψαι ἀπὸ τῆς ὑμετέρας οἰκουμένης. Similiter mathematici & planetarii pretium dependebant, ut artem possent vanissimam profiteri. Habes exemplum apud B. Augustinum libro IV. Confessionum, capite tertio, in illo optimo sene, qui dicit se juvenem ita eam artem didicisse, *ut ejus professionem primis annis aetatis suae deferre voluisset, qua vitam degeret.* quid sit *alicujus artis professionem deferre*, explicant superiora Tertulliani verba. Quod autem genethliaci & curiosarum artium professores certum vectigal pensitantes tolerarentur, declarat & Suidas: ex quo discimus, Alexandriae (qua in urbe frequens fuit id genus hominum) βλακεννόμιον proprio nomine esse appellatum tale tributum: qua appellatione stultitia consultoribus astrologorum exprobrabatur. Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, inquit, τέλος τι βλακεννόμιον, ὃ οἱ ἀστρολόγοι τελοῦσι. διὰ τὸ τοὺς μωροὺς ἀπιέναι πρὸς αὐτούς. CASAUB.

Quae meretricium] *Meretricum* Memm. *meretricum, quive len.* Exc. Cujac. nove dictum vult Torrentius, pro quo *quaestum* Terentius & alii dixerunt. apud Calpur. in Declam. XXX. inscriptio *nepos ex meretricio susceptus. teneretur* Memm. sed tunc & *fecisset* legendum. BURM.

Et qui lenocinium fecissent] Pall. sec. ac tert. *quive lenocinium fecissent*, non male. Interim notandum, publico obligare Caligulam, qui desiissent facere artem illam inertem: hoc enim indicare videtur vox *fecissent*. Quod libuit indicare, tacentibus heic commentatoribus ad unum omnibus. esse autem contra rationes, ut lex statuatur in praeteritum, nemini non notum. GRUT. *Quive* Codd. Periz. Harlem. Copes. Edd. Vener. tres, Bonon. Paris. Basil. pr. *Quaeve* Edd. Roman. Basil. poster. Gryph. Plantin. *Et quae* Lugd. Junt. Ald. Steph. *fecissent*, ita ut Gruterus capit, etiam exposuit Lipsius, etiamsi desiissent, sed quibus non accedo. licet & ita explicuerit Beroaldus, unde videmus vanam esse gloriationem Gruteri. BURM.

Nec non & matrimonia obnoxia essent] Hoc ita interpretor, si qui in matrimonio turpiter & incontinenter viverent, aut etiam quoties concumberent conjuges. TORR. Vectigali instituto, quod legitimo matrimonio juncti penderent, quoties liberis operam darent. CASAUB. Apud antiquissimos septentrionales populos ea receptissima invenio. In eorum legibus vocatur, *vectigal marchetae mulierum*, nam *March* iis olim significabat equum, unde *marchiones*, *marcheren*, & ejusmodi alia, quae adhuc in usu sunt, vocabula derivanda videntur: Hinc deducta metaphora ab equitando *Marcheta mulieris* dicitur virginalis pudicitiae prima violatio & delibatio. Haec vetustissimis temporibus principibus omnibus viris & dynastis, qui *domini Capitales* in legibus dicuntur, in suis ditionibus impie permissa in omnibus novis nuptis, prima nuptiarum nocte. At invalescente religione Christiana mos ille paullatim sublatus, isque concubitus certo vaccarum numero, & quasi pretio redemtus est. Inde in vetustis legibus Scotorum, *Quaecunque mulier fuerit, sive nobilis, sive serva, sive mercenaria, marcheta sua erit una juvenca, vel tres solidi, & rectum servientis tres denarii. Et si filia liberi sit, & non Domini villae, marcheta sua erit una vacca, vel sex solidi.* Leguntur haec in collectione legum antiquarum Scotiae, quas nuper edidit nobilissimus Skenaeus. Ejusmodi vectigalia in quibusdam Belgii nostri ditionibus pagorum dominis adhuc hodie penduntur. Non igitur soli Caligulae ea placuere. BOXHORN. Ratio hujus vectigalis obscurior, non tamen placet Torrentii aut Casauboni explicatio, quasi pro singulis concubitibus cum uxore vectigal pendere cogerent. tale enim vix fieri potest, & legi Papiae Poppaeaeque aliisque, quae ad matrimonia & sobolem suscipiendam invitabant cives, nimis adversaretur, nec sine tumultu hoc exigi umquam potuisse credo. nec etiam, si fraudare vellent conjuges, facile publicanis numerus legitimorum concubituum inter conjuges, innotescere aut iniri poterat: nisi pactione redemisse velimus fingere. Alii de nuptis, quae se prostituerent, aut de illis, qui nuptas adulterarent, intelligunt, secuti Beroaldum: sed tum non *matrimonia*, sed *adulteria* dixisset publico obnoxia, quae sub hoc turpi & certo ve-

modi vectigalibus indictis, neque propositis, quum per ignorantiam scripturae multa commissa fierent, tandem flagitante populo proposuit quidem legem: sed & minutissimis literis, & angustissimo loco, uti ne cui describere liceret. Ac ne quod non manubiarum genus experiretur, lupanar in palatio constituit: distinctisque & in-

ctigali impune committi potuissent. Quod quis credat? neque tacuissent rem tam pudendam & inauditam alii scriptores. Boxhornius ad h. l. & Joach. Potgiesserus de conditione & statu servorum apud Germanos lib. II. cap. I. §. 16. putant simile fuisse *juri Marcketae*, sive primi concubitus, quo cogebantur sponsi, praecipue servilis conditionis, primam sponsae suae noctem permittere aliis, quod deinde redemtum certa pecuniae summa, aut vaccarum numero. Sed hoc apud Romanos obtinuisse numquam probari posse putem. Verosimilius videtur, vectigal ab illis, qui primum uxores ducerent, exactum, & semel tantum in conjugii initio, quale & hic in Hollandia nuper matrimoniis impositum fuit, contra omnium rerumpubl. instituta, quibus matrimonia & prolis suscipiendae molestiae, praemiis potius sunt lenienda, ut apud Romanos contrarium fuisse videtur, ubi caelibibus irrogatum *uxorium* dictum, vide Paulum Epitom. Festi in *Uxorium*. in ea opinione video fuisse Franckensteinium a Pitisco citatum. BURM.

41. *Hujusmodi*] *Ejusmodi* Memm. Periz. Harlem. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. pr. Bonon. & aliae veteres.

Indictis neque propositis] Publice scilicet. Sup. Tib. cap. XLVIII. TORR. *Inditis* Harlem. Periz. Edd. Rom. Venet. pr.

Propter ignorantiam scripturae] Duriter hoc dictum, nec capio sententiam verborum. si enim scripta fuisset lex, & populus ignorasset scriptam fuisse, aliquid significarent. Sed nunc tantum indicta fuere, per praeconem forte, non scripta & proposita vectigalia, & hinc multi ignorabant quae ratio, qui modus esset vectigalium. ideoque commissa fiebant ignorantiâ, quia non, potuerant legere scriptam legem. per me liceret delere *scripturae*, & deinde malim, *utque ne cui describere liceret*. BURM.

Multa commissa fierent] Hoc est (ut ego quidem interpretor) cum multa *in commissum*, seu *in causam commissi* caderent. sic enim loquuntur JCti nostri. Et *committi* dicuntur merces, praedia, resque aliae, quae in publicum deferuntur. Aliter tamen interpretes exponunt, pro, eum multa adversus legem committerentur. TORR. *Commissum* & *commissa* proprie dici crimen omissae professionis docuimus in Diss. de Vectig. cap. V.

Populo Romano] *Romano* deest Copes. Harlem. Exc. Cujac. & ignorant Edd. Rom. & priscae omnes usque ad Basil. & Gryph. & sequentes. delendum censuit & Lipsius, cui facile accedo: nullus enim hic alius populus intelligi potest. BURM.

Minutissimis literis, & angustissimo loco,] Atqui in locis celeberrimis, atque ubi de plano ab omnibus legi possent, edicta proponebantur. Ausonius Gratiarum actione ad Imp. Gratianum huc alludit, cum ita scribit: *Has ergo litteras tuas in omnibus pilis atque porticibus, unde de plano legi possunt, instar edicti pendere mandavero.* Adde notas V. D. P. R. L. P. id est, *unde de plano recte legi possit*. TORR.

Manubiarum genus] Haec nimirum praeclari Imperatoris ab hoste spolia. TORR. *Neque non* Harlem.

Experiretur] *Expediretur* Periz. Harlem. Edd. Venetae tres, Lugd. Arg. Junt. Ald. Steph. quae lectio & sensum egregium facit, id est, ut quocumque modo praedaretur, & inde lucrum faceret, ut *expedire pecunias* Caes. IV. vid. & Tib. XLVIII. & ad Phaedr. I. 16. BURM.

Lupanar in palatio constituit] Dio de Messalina Claudii, lib. LX. p. 686. Ἤδη γὰρ καὶ ἐν οἰκήματί τινι ἐν τῷ παλατίῳ αὐτή τε ἐμοιχεύετο, καὶ τὰς ἄλλας τὰς πρώτας ἐπόρνευεν. Xiphilinus in Anno, καὶ πορνεῖον ἐν τῷ παλατίῳ οἰκήματά τινα ἀποδείξας, & quae sequuntur: piget enim talia describere. Est autem in amborum narratione tanta similitudo, ut videatur Avitus Caligulae exemplum per omnia secutus. CASAUB.

Distinctisque & instructis] Pal. pr. *distractisque*. sec. & tert. *destinctisque*, quomodo & editiones veterrimae. an fuit *distractisque*. GRUT. *Distinctisque* Mem. *destinctisque* Codd. Periz. Harl. Copes. Huls. & Exc. Cujac. Edd. veteres

instructis pro loci dignitate compluribus cellis, in quibus matronae ingenuique starent, misit circum fora & basilicas nomenculatores ad invitandos in libidinem juvenes senesque; praebita advenientibus pecunia fenebri, adpositisque qui nomina palam subnotarent, quasi adjuvantium Caesaris reditus. Ac ne ex lusu quidem aleae compendium spernens, plus mendacio atque etiam perjurio lucrabatur. Et quondam proximo collusori demandata vice sua, progressus in atrium domus, quum praetereuntes duos equites Romanos locupletes, sine mora corripi, confiscarique jussisset, exsultans rediit, gloriansque numquam se prosperiore alea usum. Filia 42 vero nata, paupertatem, nec jam imperatoria modo, sed & patria conquerens onera, collationes in alimoniam atque dotem puellae recepit. Edixit & strenas ineunte anno se recepturum: stetitque in vestibulo aedium Kalendis Januariis ad captandas stipes, quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis generis turba fundebat.

teres omnes, praeter Basil. poster. Ant. Gryph. Plant. & recentiores. *distructis*. Seb. Gryph. & Colin. sed quem non offendet *destructis* & *instructis*? tollenda vero major distinctio post *starent*, & continuanda oratio hoc modo; *distinctisque &c. cellis, in q. m. i. starent, misit circum fora* &c. forte autem scripserit, *descriptisque & instructis* cellis, id est, unicuique meretrici distributis, ut alibi noster hoc verbo utitur, pro quo librarii *discriptis* nobis dedisse vidimus ad Tib. cap. XX. Malim etiam *ingenuaeque*, hoc enim lupanari magis convenit tam magnifico, in quo non masculos prostare voluit, sed matronas & ingenuas puellas, quum in aliis lupanaribus essent libertinae fere conditionis & sordidissimae ex plebe meretrices, ut ex Horatio, Ovidio & aliis constat. quo ergo ex *loci* dignitate, id est natalium & ordinum splendore majores capturas faceret, libertinas non exhibuit. BURM.

Compluribus cellis] *Cellae* pauperum, servorumque, ac meretricum mansiunculae. Juvenal. Sat. III. 118.

Et dubitas alta Chionem deducere cella.

Idem Sat. VI. 122.

Et cellam vacuam atque suam.

Iterum 128. —— *ultima cellam*.

Clausit.

Martial. XI. 46.

Intrasti quoties inscriptae limina cellae.

Vid. Tib. cap. XLIII. TORR.

In libidinem] MSS. plures *ad libidinem*. TORR. Sed ita loquitur noster supr. cap. XXII. hic tamen *Invitandos ad libidinem*. Memm. Copes. Edd. Rom. Venet. sec. Bon. Lugd. Junt.

Pecunia fenebris appositique] Melius MSS. duo *fenesque, praebita pecunia fenebri, appositisque*, sicut & edit. Frobeniana. TORR. *Foenebri, appositisque*, sic duo MSS. Torrentii, editionesque medii aevi. neque divertit scriptura Pal. secundi. nisi quod is *foenebris appositisque*. GRUT. *Foenebri appositisque* Edd. Ald. Basil. poster, Steph. & ita Lipsius, rotundiore sententia. *subnotare* vero, ut apud Mart. Capell. lib. I. p. 21. *Haec mox ut facta conspexit, omnia gerebantur in Jovis consistorio, subnotari*. vid. supr. Aug. XXVII. *foeneris* Exc. Cujac. BURM.

Ex lusu] *Ex luxu* Harlem.

Collusori] in Gallia accidisse, & Gallos locupletes occisos, narrat Dio lib. LIX. p. 657.

Prosperiore] *Prosperiori* Harlem. Ed. Bonon.

42. *Nec jam imperatoria modo*] Duo probatissimi codd. *& jam imperatoria, sed & patria*. TORR. *Imperatoriam* Periz. Edd. Venet. sec. & tert. Bonon. & Paris.

In alimoniam] *In alimonium ac dotem* Memm. Eadem diversitas apud Tacit. XI. Ann. 16. *infectum alimonio*, ubi alii *alimonia*. & apud Dict. Cretens. II. 19. *quod ejusdem aetatis atque alimoniae*, ubi Mercerus & alii *alimonii*. BURM.

Kalendis Januariis] Tres libri *a Kal. Januariis*, ut pluribus eum stetisse diebus intelligamus, quamquam Tiberius edixerat, ne strenarum commercium ultra Kal. Jan. exerceretur, cap. XXXIV. Vide Aug. cap. LVII. TORR. *A Kal. Jan.* Edd. Rom. Venet. pr. Lugd. Junt. Arg. *Januarii* Harl. Edd. Venet. tres, Bon. & plures aliae.

Ante eum] Pro *coram eo*. ERASM. Dictum ut

bat. Novissime contrectandae pecuniae cupidine incensus, super immensos aureorum acervos patentissimo diffusos loco, & nudis pedibus spatiatus, & toto corpore aliquamdiu volutatus est. 43 Militiam resque bellicas semel adtigit, neque ex destinato, sed quum ad visendum nemus flumenque Clitumni Mevaniam processisset: admonitus de supplendo numero Batavorum, quos circa se habebat, expeditionis Germanicae impetum cepit: neque distulit, sed legionibus & auxiliis undique excitis, dilectibus ubique acerbissime actis, contracto & omnis generis commeatu, quanto numquam alias, iter ingressus est: confecitque modo tam festinanter & rapide, ut.

ut *ante pedes* & similia obvia. *ante se* Claud. XVIII.

Contrectandae] *Contractandae* Periz.

Saepe super] Dictio *saepe* non est in quibusdam exemplarib. nec male. TORR. *Saepe super immensa*, ita quoque Pall. pr. & tert. nam sec. abest *super*, non *saepe*, uti prodidere de suis exemplaribus alii. GRUT. *Saepe* deest Periz. Harlem. & Edd. Rom. Venetis tribus, Lipsius quoque abjiciendum censet, cui facile accedo: *novissime* enim notat non saepe fecisse, sed semel incensus stulta illa cupidine. forte quum Thesauros Tiberianos recenseret, quos quum intra annum profuderit, non saepe immensos ipsi acervos, exhausto & egenti, ad manum fuisse credo: sed quia post alia hoc narratur, ex rapinis & auctionibus novos aggeratos fuisse fingamus. BURM.

Volutatus] *Voluptatus* Memm. quae sollemnis est in his verbis variatio. vid. ad Petron. cap. LXXIX. & Quinct. Decl. XII. 13. VI. 22. BURM.

43. *Flumenque Clitumni Mevaniam*] Lib. unus *Clitunni*, ut *Autumnus*, *Vertumnus* in antiquiss. codd. Vide Servium in illud Virgilii II. Georg. 146. *Hinc albi Clitumne greges.* Mevania vero Propertii patria est. TORR. *Flumenque dirum in Mevaniam* Harlem. Ed. Venet. pr. *Clitunni* Ed. Rom. *Mevaneam* Hulf. *in Mevaniam* Periz.

Impetum cepit] Nostri MSS. omnes *imp. fecit.* Mallem *coepit*, ut Aug. cap. XLII. *impetum se coepisse scribit.* TORR. *Impetum cepit.*, sic omnino Pal. pr. & sec. solumque tert. *fecit*, quod in suis omnibus tamen testatur esse Torrentius. GRUT. *Imperium cepit*, vitiose Steph. *Fecit* Rom. Ed. *coepit*, ut volebat Torrentius, Lugd. & Junt. sed vitiose, quis enim *incipere impetum* umquam dixit? quum *capere* sit obvium & vulgatum. vid. ad Aug. XLII. *facere impetum* est irruere, ut apud Phaedr. I. 29. Eadem variatio apud Senec. Cons. ad Helv. I. *saepe jam, mater optima, impetum cepi consolandi te.* ubi etiam in MSS. *feci*, sed praeferi jure *cepi* Lipsius. sic *capere consilium*, Cicer. V. ad fam. 19. de quo Gronov. ad Liv. XXII. 5. & ad Cicer. I. de off. 3. *capere conatum* Liv. III. 5. *capere cursum* noster in Oth. VI. *capere fugam* Hirt. bell. Alex. XVI. ubi v. Davis. & infinita talia. eadem diversitas in locutione *conjecturam facere*, & *capere* apud Terent. Heaut. II. III. 25. ubi Bentlejus ex uno codice contra omnes scriptos & editos praefert *conjecturam fecimus*, quae sine dubio a glossatoris manu est, supponentis verbum magis vulgare & obvium. Ciceroni vero, Terentianas locutiones passim imitanti, familiare est. *capere conjecturam.* ut pro S. Rosc. XXXV. pro Muraen. IV. II. de Invent. 5. & alibi. BURM.

Delectibus] Tres libri *dilectibus*, ut fere in vetustissimis exemplaribus. Festus, *Dilectus militum, & is qui significatur amatus, a legendo dicti sunt.* Atque ita in Pand. Florentinis scribitur. Quin & *diligenter*, id est, cum dilectu, interpretamur. *Ubique* etiam pro *undique* legendum. TORR. *Delectibus* Memm. *delectibus undique* etiam pleraeque editiones, praeter Rom. Bonon. Casaubon. & recentiores. in Periz. a m. sec. *ubique*. non male. nam offendit repetita tam brevi eadem vox. praeterea, *&* *auxiliis* deerat Ed. Steph. *dilectus* an *delectus* scribendum, vidimus ad Ovid. X. Met. 325. & supr. ad Aug XXXI. BURM.

Quantum nunquam ante] Libri omnes diverse haec edunt. Lego e duobus probatissimis, *commeatu quanto nunquam alter ante, it. ingr. est.* TORR. *Quantos numquam ante alter ingressus* Mem. notante Gronovio, qui inde *quanto numquam antea iter ing.* faciebat, & ita Heinsius conjecerat. Cum Memm. faciunt. Periz. Harlem. Edd. Venet. tres, Bonon. Basil. pr. *quantum numquam ante alter ingressus* Copes. Ed. Rom.

ut praetorianae cohortes contra morem signa jumentis imponere, & ita subsequi cogerentur: interdum adeo segniter & delicate, ut octophoro veheretur, atque a propinquarum urbium plebe verri sibi vias, & conspergi propter pulverem exigeret. Postquam castra adtigit, ut se acrem & severum ducem ostenderet, legatos, 44 qui auxilia serius ex diversis locis adduxerant, cum ignominia demisit. At in exercitu recensendo, plerisque centurionum maturis jam, & nonnullis ante paucissimos quam consummaturi essent dies, primos pilos ademit, caussatus senium cujusque

Rom. *quantum numquam antea iter ing.* Bonon. & (nisi quod *ante* habent) Lugd. Junt. Ald. Steph. Gryph *quanto numquam ante, iter* Basil. poster. *quantum nunquam alius iter* Casaub. Scriver. & recentiores. Lipsius ex Exc. Cujac. notaverat, *quanto numquam ante aliter ingressus*, ipse legebat, ut Torrentius ex suis qui *quantum* legunt debent supplere per *fecit* vel simile verbum.: *quantos* quo referri possit, non video. quare in hac diversitate puto posse legi, *quanto numquam alias, iter ingressus. quanto* respondet praecedenti *commeatu*, ut solent Latini relativum ponere. Lactantius de mort. Persec. XLV. *collectis, quantis potuit, militibus.* vid. ibi notas. Cicer. V. ad Fam. 14. *aliquid agas eorum, quorum consuesti.* Liv. I. 29. *raptim, quibus quisque poterat, elatis.* vid. Gron. ad Gell. II. 7. cap. mox XLVII. mallim etiam, *quantus numquam alias fuisset*, Burm.

Octophoro] *Octaphoro* Cod. Hulf. Exc. Cujac. Edd. Rom. & Venet. pr. & Marg. Basil.

Atque a propinquarum] *Aque prop.* Memm. similem varietatem saepe in Ovidio notavimus. Vid. VI. Ep. 156. XXI. 180. II. Amor. XIV. 30. & alibi. Burm.

Verri sibi vias] Heins. malebat, *praeverri* vel *everri*, & deinde, *aqua conspergi.* sed nihil movendum. Cicer. Paradox. V. 2. *qui verrunt, qui spargunt.* quem locum adduxi ad Phaed. II. 5. ubi vide. Burm.

44. *Ut se*] *Ut si acrem* Exc. Cujac.

Cum ignominia] *Cum decil* Memm.

At in exercitu] *Ac in* Edit. Rom. vid. ad Caes. XXVI.

Maturis jam] *Maturos* vocat, qui stipendia impleverant. Tiberius (ut ante dictum est) missiones veteranorum rarissimas faciebat, ex senio mortem, ex morte compendium captans. Eadem ratio Cajum movit. Torr. *Maturos* Memm. Lips. corrigebat *abituris jam.*

44. *Quam consummaturi essent, primos pilos ademit*] Sic Frontinus lib. IV. Stratagem. III. XII. *M. Curius, cum victis ab eo Sabinis ex senatusconsulto ampliaretur ei modus agri, quem consummati milites accipiebant, gregalium portione contentus fuit, Malum civem dicens, cui non esset id, quod ceteris, satis.* Quo in loco dum frustra ingeniosus est magnus Turnebus, & totum cap. XXXIII. libri XXX. disperdit. Quid enim simile est inter *consummatos milites*, & *consummatos sumptus aedificiorum*? At ille, *Consummatos*, inquit, intelligo, qui in assignatione agrorum multi (puta viceni aut triceni) in singulas centurias seu ducena jugera agri contribuebantur, & in unam summam colligebantur: dum senatum, quantum multis militibus in unam summam collectis cedebat, dari Curio voluisse. Ergo quia singuli quaterna dena accipiebant jugera, ut tradit Aurelius Victor, & consummatus ille numerus forsan erat tricenorum, Curio destinaverunt quadringenta viginti jugera. Largitio a frugalitate temporum omnino abhorreus. Neque sufficiebat hoc; etiam ampliari oportebat. Valerius Maximus & Plinius septena adsignata scribunt. hic est ille modus, quem *consummati* sive emeriti milites singuli sortiebantur. Valerius addit septuagena Curio decreta: hoc est illud amplius. Quod Suetonio est *consummare*, Modestinus *explere* dicit l. IX. ff. II. D. de Excusationibus: *Qui primum pilum explevit.* Gronov. Recte vir summus. ita Ovid. III. Fast. 166. *dies quae consummatur.* ubi vide adnotata. Hic vero intelligo ante dies quam consummaturi essent stipendia, vel legitimos militiae annos. vid. ad Frontin. IV. III. 12. pro *essent* Memm. *estis.* Burm.

Primos pilos ademit] Nota pro *prima pila*, seu *primum pilum.* Gujetus.

Commoda emeritae militiae] Aug. cap. XXIV. Torr. *Commodum* Hulf. *commodae meritae* Copes. conjunctis literis, quae separandae essent.

Sexcentorum millium] Quis credat tantum mili-

jusque & imbecillitatem: ceterorum increpita cupiditate, commoda emeritae militiae ad sex milium recidit. Nihil autem amplius, quam Adminio Cinobellini Britannorum regis filio, qui pulsus a patre, cum exigua manu transfugerat, in deditionem recepto: qua universa tradita insula, magnificas Romam literas misit: monitis speculatoribus, ut vehiculo ad Forum usque & Curiam pertenderent, nec nisi in

militi datum, cum census equester quadringentorum tantum millium fuerit? Lego igitur *sex millium*, quantum post bella civilia victor Caesar pediti distribuit, cap. XXXVIII. hoc est, CI. coronatos. Eaque summa convenit cum Dione lib. IV. ut notavimus Aug. cap. XLIX. TORR. Omnino certae & indubitatae fidei est haec lectio (*sex milium*) quam auctoritate Dionis ante nos Torrentius & Lipsius, duo rei literariae lumina, stabiliverunt. Mirum sane omnes veteres scribere *sexcentorum*. quae absurda lectio nata sine dubio est e vocis *senum* accentu. CASAUB. Ad *sex millium summam recidit*, ita placuit doctis contra codices authenticos, etiam Pall. nostros, in quibus *ad sexcentorum millium summam*. GRUTER. *Sescentorum* Memm. hanc vero summam omnes veteres habent: sed Lips. ad Tacit. I. Ann. Ex. G. *sex millium* emendavit. quem recentiores secuti. *recidit* vero Edd. Basil. Steph. Gryph. Plantin. Colin. & Graevii prior. vid. ad Tiber. XXXIV. BURM.

Nihil autem amplius,] Emendare non dubito, *ad sexcentorum milium summam recidit. nihil autem amplius cu.quam. Adminio*, &c. Est autem haec clausula *Nihil amplius*, non inicita, cum ultra modum designatum nihil datum factumve indicamus, & tamen vel dari fierive quid praeterea debuisse, significare volumus. Ut hoc loco Suetonius, & Cicero XII. ep. I. *Respublica ulta adhuc suas injurias est per vos, interitu Tyranni. Nihil amplius.* Quem loquendi modum, ut Ciceroni persamiliarem, ad epistolam jam indicatam notat Manutius, ejusque plura exempla producit, quae huc transferre non vacat. Huic vero alia locutio est contraria, quae frequenter in Jure occurrit: *Hoc amplius*. Ut l. XIII. ff. de Leg. III. Si sic locutus est testator: *Heres meus illi fundum dato: Sejo hoc amplius, decem.* l. XXXIII. §. II. eod. ubi Sejus uxori legavit: *Quicquid ad eum, inve stipulatum ejus concessit, & Hoc amplius, vicenos aureos nummos.* & l. seq. *Nomen debitoris in haec verba legavit: Titio hoc amplius, dari volo decem aureos, quos mihi heredes Gaji Seji debent.* Et sic infinitis aliis. GOESIUS. Correctioni Goesianae repugnat mos Suetonii, qui *nihil amplius quam* saepe utitur, ut Aug. II. XVII. Tib. XXVI. XXXII. Vesp. XX. & alibi. BURM.

Adminio Cinobellini Brittanorum regis filio,] Placet haec lectio ex Dione, & Orosio. nam & libri nostri MSS. omnes *Britannorum* habent. Beroaldus ideo *Batavorum* substituit, quod (ut inquit) Cajus contra Batavos expeditionem susceperat. Sed errat. teste enim Suetonio cap. XIX. utrique provinciae huic imminebat. Vide Claud. cap. XVII. TORR. Aliam scripturam Orosius suggerit libro septimo, cap. V. *Cumque ibi Minocynobellinum Britannorum regis filium* &c. sed scribendum ex fide librorum Suetonii, *Cumque Adminium Cinobellini Br. regis filium.* Forte etiam in nomine *Adminius d* pro *r* irrepsit: nam in Germania & Belgio, atque, ut puto, etiam in Britannia usitatum jam olim, ut nunc quoque, nomen fuit *Arminius* vide Tacitum. CASAUB. *Adminio Cinobellini Britannnorum*, sic quoque, Pall. nisi quod pr *Tinobellini*. GRUTER. *Adminio Cynobellini* Memm. *Admimocino Bellini* Periz. Edd. Lugd. Basil. *Admimocino Bellini* Edd. Rom. Venet. sec. & tert. Gryph. Colin. *Adminiocino Bellini* Venet. pr. *Minocynobellino* Bonon. Junt. Ald. Arg. Paris. *Batavorum regis* a Beroaldo in Bonon. Ed. inductum, fluxit ad Edd. Paris. Junt. Ald. Arg. Steph. Gryph. & alias. Simon Leeuwius in Batavia illustr p. 674. volebat *Brittonum*, & Bataviam etiam *Brittiam* dictam censebat. de qua, dum haec scribo, virum doctissimum H. Cannegieterum Dissertatione de Brittenburgo edita, erudite egisse video in cap. VII. qui & cap. sequenti totam hanc Caligulae expeditionem operose illustravit, & de hoc Britanniae regis filio Adminio plura adtexuit. Haemrodii vero Amstelodamii hallucinationes, de Mino, cognomine Bellino, Rege Batavorum, qui Alpheno, sive Alphino successerit, discussit Joh. Isac. Pontan. in disceptationibus Chorographicis cap. XVII. pag. 166. BURM.

Monitis saepe latoribus,] Sic unus tantum e MSS.

in aede Martis, ac frequente senatu, Consulibus traderent. Mox deficiente belli 45 materia, paucos de custodia Germanos trajici, occulique trans Rhenum jussit: ac sibi post prandium, quam tumultuosissime adesse hostem nuntiari. Quo facto, proripuit se cum amicis & parte equitum praetorianorum in proximam silvam, truncatisque arboribus, & in modum tropaeorum adornatis ad lumina reversus, eorum quidem, qui secuti non essent, timiditatem & ignaviam corripuit: comites autem & participes victoriae, novo genere ac nomine coronarum donavit: quas, distinctas Solis ac Lunae siderumque specie, *exploratorias* adpellavit. Rursus obsides quosdam abductos e literario ludo, clamque praemissos, deserto repente convivio cum equitatu

MSS. quos viderim, reliqui *monitis speculatoribus*. Et militum quidem terendis litteris frequens in historia usus, praecipue tamen ex cohorte speculatorum desumpti, ab eaque mente scriptum Tacito Historiar. II. 37. *Vix credibile memoratu est, quantum superbiae Vitellio accesserit, postquam speculatores Syria, Judaeaque adactum in verba ejus Orientem nunciavere.* TORR. *Speculatoribus* codd. Memmii & Pithoei, Cujacii vero *spiculatoribus*: aliter Grosotii, ubi est *saepeculatoribus*. CASAUB. *Speculatoribus*, e suis viri eruditissimi. Pall. tres accedunt editioni veteri, in qua, *saepe latoribus*. GRUTER. *Saepeculatoribus* Exc. Cujac. *saepe latoribus* etiam Periz. Harlem. Hulf. & editi olim, praeter Rom. Casaub. & recentiores. Dubitat Heinf. ad Ovid. I. Trist. X. 126. an apud Ovidium toleret vocem *latori*, ut Latinam & seculi Augustaei, licet hic agnoscat: sed quum *lator legis* saepe occurrat, de ipsa voce dubitari nequit, etsi de eo, qui epistolam fert, non facile reperiatur. Ex Seneca de Tranq. Anim. cap. V. proferunt Lexica, de eo qui onus fert. Ego vero hoc loco vocem ejicere vix audeo, & maxime haereo. quia illud *saepe* vix abesse patiar; quod ineptias Caji ostendit, qui tamquam nuntios rei gravissimae ferret, non semel monuisse contentus fuit. *speculatorious* in Mediceo etiam codice reperisse Ernstium ad Nepot. VII. X. 2. notaverat Broukhusius. posset ex Lissaei codicis vestigiis legi, *saepe speculatoribus*. vide de hoc genere militum Raevard. III. conject. 14. & in lapidibus obvia eorum mentio. vide Reinef. ad Clas. VIII. Inf. I ubi in Gruteriana pag. DXLIX 8. SEP. COH. PRAET. legit *speculator*, ut literae transpositae essent, ut in hoc Suetonii loco factum esse potuit, sed coaluerunt in unam vocem. obloquitur vero Reinesio Gudius. quam litem meam non facio. BURM.

Vehiculo] Vehicularem cursum Augustus instituit. Aug. cap. XLIX.

In aede Martis,] Ubi de bellis, triumphisque senatum consuli debere Augustus sanxit, cap. XXIX. TORR.

45. *Deficiente belli materia*,] Eleganter Philostratus de vita Apollon. V. II. de bellicis rebus Caji, ὁ διονυσομανῶν, καὶ λυδίζων τὴν στολὴν, καὶ πολέμους νικῶν οὐκ ὄντας. CASAUB.

Quam tumultuosissime] Codex Salmas. *quam tumultuosissime*. Eodem modo ut *monstrosus* & *monstruosus* Tib. XLIII. & similia in MSS. varie scribuntur.

Proripuit se] *Se* deest Ed. Rom. vid. sup. XXXV.

Equitum praetorianorum] Fuere ergo & equites inter praetorianos. Sueton. Claud. cap. XXI. Xiphilin. Severo, Zonaras ubi de Diocletiano, vetera marmora. TORR.

Ad lumina] *Ad limina* Copes. & a m. s. Periz. male. vid. Caes. XXXVII.

Secuti non essent] *Secuti essent* Harlem.

Solis ac Lunae siderumque] Forte per *sidera* hic intelligit septem triones, quos in nummis saepe cum Luna conspici vidimus ad Petron. cap. XXX. Solem, Lunam & septem has stellas exhibet lucerna sepulchralis apud Bartol. part. II. Lucern. I 2. ubi Bellorius refert, ad aeternitatem & consecrationem, hanc speciem. BURM.

Abductos] Pall. pr. ac sec. *adductos*. sed eodem recidit utraque lectio. Interim laudanda aequitasne an calliditas Romanorum, quod & obsides imbuerent disciplinis humanioribus, de quo more non pauca diximus in dissertatiunculis nostris, quibus addatur locus Taciti in vita Agricolae cap. XXI. & Ammiani lib. XVIII. cap. 15. p. GRUT. Ludum vero hunc literarium non fuisse in Castris, ut credebat Cl. Perizon. ad Aelian. Var. Hist. III. 21. sed in vicino castris loco, contendit vir doctus in Miscellaneis Observationibus A. 1733. tom.

tatu insecutus, veluti profugos ac reprehensos in catenis reduxit: in hoc quoque mimo praeter modum intemperans. Repetita coena renuntiantes coactum agmen sicut erant, loricatos ad discumbendum adhortatus est. Monuit etiam notissimo Virgilii versu, *Durarent, secundisque se rebus servarent.* Atque inter haec absentem senatum populumque gravissimo objurgavit edicto, quod *Caesare praeliante, & tantis discriminibus objecto, tempestiva convivia, circum & theatra & amoenos secessus celebrarent.* Postremo, quasi perpetraturus bellum, directa acie in litore Oceani, ac ballistis machinisque dispositis, nemine gnaro aut opinante quidnam coepturus esset, repente ut conchas legerent, galeasque & sinus replerent, imperavit, *spolia Oceani* vo-

tom. III. Vol. I. pag. 89. Cannegieterus vero de Brittenburgo cap. XIII. fuisse prope arcem Romburgum, non longe supra Leidam olim exstructam, censet. quem videre erat operae pretium. BURM.

In hoc quoque nimio praeter modum,] Lib. unus *in hoc quoque uno.* Non displicet Turnebi, & ante Turnebum Pithoei conjectura, *in hoc quoque mimo*, ut mimum potius, quam militiam egerit. TORR. Etiam Philo furiosi hujus facta commemorans, ὀρχηστουργίαν, μῖμον & μιμολόγον vocat. CASAUB. *Mimo* quoque Pal. primam sec. ac tert. *nimio*, ut ante cusi. GRUT. *Mimo*, sed superducta lineola, Edd. Venet. sec. & tert. quod *minimo* notat, ut habent Junt. Ald. Steph. Plant. *nimio* Cod. Periz. & reliquae veteres Edd. *mimo* Casaubon. & seq.

Secundisque se] *Seque secundis* Periz. *secundisque rebus serv.* Harlem.

Inter haec] Pro *interea.* vid. Passerat. ad Propert. I. Eleg. XVI. pag. 218.

Senatum populumque gravissimo objurgavit edicto,] Egregium vero facinus & imitatione dignissimum. Atque adeo non defuit, qui imitaretur. Antoninus Caracalla Antiochiae vitam per otium & omnia voluptatum genera traducens, ἀλέγειν, ait Xiphilinus Epit. lib. LXXVIII. p. 875 ὡς ἐν μεγάλοις δή ποι καὶ πόνοις καὶ κινδύνοις ὤν. καὶ τῇ γερουσίᾳ ἐπετίμα, τά τε ἄλλα καὶ ῥᾳθυμεῖν σφᾶς λέγων. CASAUB.

Quod Caesares &c.] Querela, cui & sua ratio, quam examinavimus prolixe ad illud Taciti, *nec defuere, qui ipsum Tuscum & alios, sed criminosius Blaesum incusarent, quod aegro Principe laetos dies ageret.* lib. III. Hist. cap. 38. GRUT.

Tantis criminibus] Tres libri *discriminibus.* quod sequor. TORR. *Discriminibus* scripti & editi omnes, praeter Basil. Plantin. Acidalius ad Dialog. de oratoribus cap. XXXVIII, & hic & Tiber. cap. II. *discriminibus* emendat, Jac. Gron. tentabat *praeliante, etiam discriminibus objecto*, in quo plus esse, quam in primo credit. sed quis, quaeso praeliatur sine discrimine? sed non tantum praeliabatur, sed exploratum, & reprehensum ex fuga exibat, ubi saepe majus discrimen, quam in praelio. & quis credet plus significare *etiam*, quam & *tantis*? BURM.

Intempestiva convivia] Mallem *intempestive.* tempestiva enim poterant esse eorum convivia, sed quoad Principem non suo tempore acta. Quin nec difficulter quis mihi persuaserit *tempestiva* legendum esse. TORR. Praeclare codex Salmasianus: *tempestiva convivia. Tempestiva convivia* sunt, quae de die ante horam solitam & justam inibantur. Male vulgo distinguunt inter convivia *tempestiva* & *intempestiva*, quasi *tempestiva* diurna fuerint, *intempestiva* nocturna. Imo intempestiva convivia nulla exstare in veterum libris, nisi vitio librariorum, pluribus iisque certissimis argumentis docet CLAUD. SALMASIUS ad Vopisci Florian. cap. VI. vide & Freinsh. ad Curt. V. 7. & VI. 2. & de hac lectione nemo hodie eruditus dubitat.

46. *Perpetraturus bellum,*] Sic *patrare bellum* Sallust. Atqui (si Quinctiliano lib. VIII. 7. credimus) *ductare exercitus*, & *patrare bellum* apud Sallustium dicta sancte & antique, tunc ridebantur, & ad obscenum intellectum detorquebantur. TORR. Confer cum Dione, qui copiose narrat. CASAUB. *Praeparaturus* Periz. vid. ad Quinctil. d. l. quae notavimus. pro *directa* erat in Memm. *decreta.*

Ac opinante] Liber opt. *aut opinante.* TORR. Scrib. *aut opin.* ut poscit Latinitas. & MSS. CASAUB. Prius publicati *ac opinante*, quod mutavi in *aut*, fide trium Palatinorum codicum GRUT. *Ignaro aut opinante* Mem. *gnaro aut* opi-

vocans, *Capitolio Palatioque debita.* Et in indicium victoriae altissimam turrem excita-

opinante Copes. Exc. Cujac. Edd. Bon. Paris. & ita Lipsius correxerat, & Graevius in edit. pr. vid. ad Caes. xxvi. Burm.

Ut conchas legerent,] Conchae proprie non sunt pisces, praesertim quae in littore leguntur: exuviae sunt & superficies animalis, non animal ipsum. Victor addidit & *umbilicos*, quos pariter cum conchis junxere Cicero & Val. Max. Sic Ovidius *conchas & teretes lapillos.* Hi teretes lapilli sunt calculi littorales ad instar umbilici, unde & sic appellati. *Veneris umbilicos* quibusdam appellatos notat alicubi Turnebus, sed fallitur. Herba est, quam sic vocavere, quae Graecis Κοτυληδών. Salmas. Exerc. Plin. pag. 496.

Legerent] Titinnius Veliterna. *Hodie hostis fugavit, spolia placide posterius leget*, apud Non. in *legere.* Broukh.

Altissimam turrem] Eam viri docti quidam esse volunt, quam in Normannia **Kirburg** vocant, perinde ac si Caesaris turrim dicas, nam quod Graeci πύργον, nostrate lingua **burg** dicimus. Torr. Fuere inter eruditissimos Batavorum, qui turrim istam Caligulae non aliam existimarent, quam quae postea, ut ipsi volunt, aliis usibus destinata, Britannicae arcis nomen accepit: cujus hodieque ruinas, binis circiter ab urbe Lugdunensi milliaribus, Oceanus abscondit. Verumtamen in tanta vetustate, cum & auctorum luculentiora testimonia desint, & violentia maris locorum faciem confuderit, opinari se quidem hoc doctissimi homines, certum scire minime profitentur. At quod iidem illi magno hactenus assensu tradidere, turrim istam Caligulae in armamentarium conversam videri, id perquam infirma destina niti, nuper adeo comperimus, cum ad clarissimum virum Petrum Scriverium, in praedio suo suavissime rusticantem, inviseremus. Lapidem enim, cujus inscriptio eos in hanc sententiam impulit, quique Septimio Severo Armamentarii restituti gloriam tribuit, non ex arcis istius ruderibus extractum, sed vero Rodanburgi inventum, patriarum antiquitatum callentissimus senex referebat, qui locus ab alia urbis parte situs, plusquam binis milliaribus a turri Britannica distat, & Agrippinae quondam praetorium fuisse perhibetur. Ceterum non plane a vero eorum opinionem diffidere, qui auctorem & conditorem istius pyrgi Caligulam faciunt, illud quoque non minimo indicio fuerit, quod in Bataviae littore concharum spolia stolidissimus Imperator legisse videtur. Tacitus Hist. iv. *Erat in Caninefatibus Brinio, claritate natalium insigni. pater ejus multa hostilia ausus, Cajanarum expeditionum ludibrium impune spreverat.* Plane tum apud Batavos egisse Caligula videtur. Suetonius quoque paullo ante: *Mox deficiente belli materia, paucos de custodia Germanos trajici occulique trans Rhenum jussit: ac sibi post prandium, quam tumultuosissime adesse hostem nuntiari.* Rhenum intelligo proprie dictum (medium Cl. Ptolemaeus ostium appellavit) qui nunc quidem obstructus, olim apud turrim istam Cajanam in Oceanum irrumpebat. Adde quod Britannicam quoque idem Cajus expeditionem minabatur, ut credibile sit ab ejus opposito indidisse eum turri suae denominationem. Suetonius cap. xix. de ponte Puteolano: *ut Germaniam & Britanniam, quibus imminebat, alicujus immensi operis fama territaret.* Tacitus in Agric. *Agitasse C. Caesarem de intranda Britannia satis constat.* Denique nummi etiam, Caligulae nomen praeferentes, heic eruti ostenduntur. Sed nihil affirmamus. Bene qui conjecerit, vatem hunc perhibebo optimum. Schildius. Cluverius ostendit Caligulam non statim postquam a Rheni transgressu recierat, excitasse hanc turrim sive pharum apud Rhenum in Batavorum insula, sed in ulteriori versus occasum Galliae littore. Ubi id factum, ostendit Orosius lib. vii. cap. 5. his verbis de eodem Caligula loquens: *Hic siquidem magno & incredibili apparatu profectus quaerere hostem viribus otiosis, Germaniam Galliamque percurrens, in ora Oceani circa prospectum Brittanniae restitit.* Portum autem ait in hoc littore, ex quo uno Romani in Britanniam transmisissent, solvere jam inde a Julii Caesaris in eam insulam expeditione consueverint, fuisse in Morinis *Icium*, qui postea *Gesoriacus* & *Bononia* dictus sit: ex hoc etiam Caligulam voluisse solvere. Turrim eam etiam nunc hodie, quamvis fastigio imminutam, ibidem exstare, vulgo incolis Franco-Gallis *Tour d'Or-*

citavit: ex qua, ut ex Pharo, noctibus ad regendos navium cursus, ignes emicarent: pronuntiatoque militi donativo, centenis viritim denariis, quasi omne exemplum liberalitatis supergressus: *Abite*, inquit, *laeti*, *abite locupletes*. Conversus hinc
47 ad curam triumphi, praeter captivos & transfugas barbaros, Galliarum quoque procerissimum quemque, & ut ipse dicebat, ἀξιοθριαμβευτον, ac nonnullos ex principibus

d'Ordre, Germanis proximis *d'Oude man*, Anglis *the Old man* dictam. Illam autem turrim fuisse pharum antiquissimam, & postea a Carolo Magno instauratam probat ex Aimonio. Vid. PHIL. CLUVER. Germ. antiq. lib. II. cap. 36. Turrim illam fuisse, quae arcis Britanniae, (vel ut nostratibus dici solet, *T' Huys te Britten*) nomine vulgo jactatur, censentes, adjuvare posset Joh. Antioch. Malala, qui lib. IX. ait Cajum condidisse urbem Britannicam non procul a mari. sed levis ille scriptor & fabularum multarum auctor. alii in litore Flandrico, non Batavico, stultitiae hoc monumentum excitatum putant. denique non arx, non urbs, fuit, sed turris, monumentum victoriae, instar tropaei, quod tamen contra Romanorum mores erat, qui lignea, non lapidea tropaea excitare solebant, ne gentibus victis diu victorias exprobrare viderentur. vid. Flor. III. 2. Non ipsam arcem Britannicam, sive *Brittenburgum*, sed vicinam ipsi, & ostio Rheni & mari propinquiorem, dictam *Cal*, vel *Calitooren*, id est, *Turrim Callae*, quasi *Caligulae*, existimat doctissimus Cannegieterus de Brittenburgo cap. VIII. BURM.

Ex qua, *ut ex Pharo*,] Libri MSS. omnes, *Ex qua*, *ut Pharo*, sine *ex*. TORR. *Ut Pharo* Pall. tres. non male, praesertim quum, sic quoque omnes MSS. Torrentii. GRUTER. *Ut Pharo* Memm. nostri omnes, Edd. Rom. Venet. pr. Graevii pr. Utriusque locutionis, & omissae & repetitae praepositionis, exempla plurima ad manum. Liv. IV. 17. *Major ex civibus amissis dolor*, *quam laetitia fusis hostibus fuit*. ubi alii codices *ex fusis*. sic Cicero Clodio *ex judicio velut ex incendio nudus effugit*; ubi alii omittunt *ex*, apud Quinctil. VIII. de Inst. Orat. 3. pag. 708. & ita alibi saepe. BURM.

47. *Galliarum quoque procerissimum quemque*,] Persius VI. 45.

> —— *missa est a Caesare laurus*
> *Insignem ob cladem Germanae pubis*: *& aris*
> *Frigidus excutitur cinis*, *ac jam postibus arma*.
> *Jam chlamydas regum*, *jam lutea gausapa captis*,
> *Essedaque*, *ingentesque locat Caesonia Rhenos*.

CASAUB. Forte praestet *Gallorum*, nisi regionem positam pro incolis velimus, de quo mox cap. LI. sed an huic loco illud adcommodari possit, dubito. nihil mutandum tamen. nam & Tacit. VI. Ann. 19. *Sex. Marius Hispaniarum ditissimus*. BURM.

Procerissimum quemque,] Ut pro Germanis exhiberet quosdam in triumpho subdititios, & legit procerissimum quemque, & fecit eos rutilare comam. quibus ab aliis gentibus haec olim discriminabatur. Nam Germanis rutilam comam & magna proceraque corpora tribuit Tacitus. Quare & ita legendum apud Calpurnium decl. 2. ex emendatione Petri Scriverii: *Sua cuique genti etiam facies manet. Rutili sunt Germaniae vultus & flava proceritas. Hispani an non eodem omnes colore tinguntur*? Vulgo legitur, *Rutili sunt Germaniae vultus & flava proceritas Hispaniae. Non eodem omnes colore tinguntur*. GOESIUS.

Et ut ipse dicebat, ἀξιοθριαμβευτον.] Scribe, ἀξιοθριαμβεύτου, ut habet cod. Viterb. non enim dicimus θριαμβεύω, ut φαντάζω, unde ἀξιοφαντάστος, apud Dionem libro XIV. CASAUB. Ἀξιοθριαμβεύτου & Pal. tert. nam reliqui videntur stare a vulgatis, qui ἀξιοθριάμβευτον. GRUT. In Periz. manu recentiore adscriptum ἀξιοθριάμβευτον, ut Edd. Basil. Arg. Plant. Gryph. & prior Graevii. ἀξιοθριάμβευτον Memm. sed Salmasius adscripserat, lege ἀξιοθριαμβεύτου. ἀξιοθριαμβεύτου Edd. Rom. Bonon. Sed ἀξιοθριαμβεύτου Copes. Edd. Venet. sec. & tert. Lugd. omissa voce Graeca *dignum triumpho* exhibet. spatium vacuum habet Venet. pr. ut solet in Graecis.

Dicebat] *Ajebat* Copes.

Ex principibus legit] Vide haec illustrantem J. Fabr. II. Semestr. 3.

Rutilare & submittere comam,] *Germanorum* (inquit Tacit.) *rutilae sunt comae*, *& corpora procera*. Juvenal. Sat. XIII. 164.

Cae-

bus legit ac sepofuit ad pompam: coëgitque non tantum rutilare, & submittere comam, sed & sermonem Germanicum addiscere, & nomina barbarica ferre. Praecepit etiam, triremes, quibus introierat Oceanum, magna ex parte itinere terrestri Romam devehi. Scripsit & procuratoribus, *Triumphum adpararent quam minima summa, sed quantus numquam alius fuisset: quando in omnium hominum bona jus haberent.* Priusquam provincia decederet, consilium iniit nefandae atrocitatis, legiones, quae post excessum Augusti seditionem olim moverant, contrucidandi: quod & patrem suum Germanicum ducem, & se infantem tunc obsedissent. Vixque a tam praecipiti cogitatione revocatus inhiberi nullo potuit modo, quin decimare vellet perseveraret. Vocatos itaque ad concionem inermes, atque etiam gladiis depositis, 48

Caerula quis stupuit Germani lumina, flavam
Caesariem, & madido torquentem cornua cirro?

Plin. lib. XXVII. cap. XII. *Sapo Gallorum inventum rutilandis capillis, ex sevo & cinere.* & paullo post, *apud Germanos majore in usu viris quam feminis.* TORR. Tacitus de Domitiano in Julii Agricolae vita cap. XXXIX. *Inerat conscientia, derisui fuisse nuper falsum e Germania triumphum, emtis per commercia, quorum habitus & crines in captivorum speciem formarentur.* CASAUB.

Submittere] Promittere, & proliziorem facere: quod proprium est Germanorum. Namque populi Septentrionales, ut Vitruvius & Plinius tradiderunt, flavos habent crines, & promissos ex humoris copia: sicut e contrario Aethiopes vaporis efficacia capillos habent breves, & adustis similes. BEROALD.

Et sermonem Germanicum addiscere] Ergo sermo Gallicus illo tempore diversus a Germanico? ita videtur, nisi velimus eum loqui de iis Gallis, quibus jam frequentata lingua Romana. GRUTER.

Procuratoribus] Lipsius adscripserat. Gell. V. cap. 6. ubi legitur de corona oleaginea, *qua uti solent, qui in praelio non fuerant, sed triumphum procurant.*

Minima] *Nimia* Copes.

Quantus numquam alius] *Quantum numquam alium fuisse* Hulf. *alius* deerat Harlem. Edd. Venetis tribus. in Petiz. erat margini adscriptum. *numquam fuisset alius* Bonon. dixi ad cap. XLIII. mihi *alias* placere. BURM.

Jus haberent] Lib. unus *haberet*. Non displicet tamen multitudinis numero legi. nam quae a procuratore Caesaris geruntur, sic comprobantur, ut si ab ipso Caesare gesta sint. Lib. I. Pand. De off. proc. Caes. TORR.

48. *Nullo potuit modo*] Libr. opt. *nullo modo potuit*. & mox *vocatas*, nempe legiones, pro *vocatos*, & *depositis* pro *dispositis*. recte. De decumationis autem forma (ut hoc obiter addam) Plutarch. Crasso, Dion lib. XLVIII. ubi de Domitio Calvino, Augusti in Hispania legato, & Cic. pro Cluentio. TORR. *Modo nullo potuit* Exc. Cujac.

Perseveraret] *Persuaderet* Periz. a m. pr. *decimari* volebat Heinsius.

Vocatos] *Vocatas* Exc. Cujac. Edd. Rom. Casaub. Scriv. Graev. pr. & Gronov. credebant nempe viri docti, quia praecessisset *legiones*, genus hic requiri femininum: sed ego cum codicibus Periz. Hulf. & omnibus aliis editionibus *vocatos* satis defendi posse puto; ut intelligantur milites. sic Lucan. III. 428.

Sed fortes tremuere manus, motique verenda Majestate loci.

ita scripti & editi: non *motae*, quod in uno Thuaneo reposuit ferulam metuens Scholasticus. vid. Schol. Claud. Praef. in lib. I. in Rufin.

Convenit ad nostram sacra caterva Lyram,
Qui stabilem servant. eodem modo supr. in Tib. I. recte legitur *Gens in Patricios cooptata.* ita *turba*, sequente *tuti* Ovid. I. Met. 102. ubi plura diximus, nec hic adgerere alia difficile foret. vid. & ad Claud. XXV. & Vitell. cap. X. BURM.

Inermes, atque etiam gladiis depositis,] Viterbiensi nostro codici debetur haec emendatio: nam vulgati omnes *dispositis*, perperam. Memmianus recte, ut Viterb. CASAUB. *Depositis*, haut aliter etiam Pal. sec. & tert. ut & edit. Joan. Frelonii 1548. non ut alii cusi, *dispositis*. GRUT. *Positis* hic omnino scriben-

sitis, equitatu armato circumdedit. Sed quum videret, suspecta re, plerosque dilabi ad resumenda, si qua vis fieret, arma, profugit concionem: confestimque urbem petiit, deflexa omni acerbitate in senatum, cui ad avertendos tantorum dedecorum rumores palam minabatur: querens inter cetera, fraudatum se justo triumpho, quum ipse paullo ante, ne quid de honoribus suis ageretur, etiam sub mortis poena denuntiasset. Aditus ergo in itinere a legatis amplissimi ordinis, ut maturaret, orantibus, quam maxima voce, *Veniam*, inquit, *veniam, & hic mecum:* capulum gladii crebro verberans, quo cinctus erat. Edixit & *reverti se, sed iis tantum,*

49

bendum videtur. GUJET. Roberti etiam Stephani editio *depositis*. Et ita Exc. Cujac. Edd. Rom. Paris. Basil. poster. Casaub. & recentiores. & ita Lipsius correxerat.

Circumsedit] *Circumdedit* omnes scripti mei Edd. Venet. pr. Lugd. Junt. Ald. Basil. poster, Steph. & margo Basil. pr. & rectius puto. eadem varietas apud Amm. Marc. XIV. 11. *qua palatium est extra muros armatis omne circumdedit*. BURM.

Profugit concione] Pall. tres *profugit concionem*. GRUT. Ita Codd. Mem. Harlem Copes. Periz. Exc. Cujac. Edd. antiquae omnes praeter Steph. Basil. (quae tamen in margine habet) & sequentes. quem consensum vix audeo rejicere, praesertim quum & Gronovius ex Mediceo codice restituerit hanc loquendi formam Senecae in Agam. 121.

Mycenaeas domos
Conjuncta socio profuge furtiva rate.

ubi vulgo *Mycenaea domo*. sic & Columel. I: 3: *propter injurias vicinorum sedes suas profugiunt*. Pomp. Mela. III. 9. *Eudoxus, quum Lathurum regem Alexandriae profugeret*, ubi malim *Alexandria*. vide Graevii notas ad Cicer. ad Att. X. Epist. Antonii 8. Similem constructionem quidam adfingunt τῷ *aufugere*. de qua vid. ad Petron. LXXXI. & Val. Fl. I. 42. noster tamen cap. XXIV. *profugere ab urbe*, & cap. LI. *a Messana profugit* dixit. BURM.

Urbem petiit] *Urbem omnem petiit* Memm. & Copes. an *urbem Romam petiit*? an *urbem amens petiit*. BURM.

Cui animadvertendos] Libb. duo *cui ad vertendos*, (quae lectio Sabellici conjecturam confirmat: nam *ad avertendos* legendum putat) quasi a se amoliretur dedecora, si in senatum fureret. Pulmanno quoque notata eadem lectio ex vetusto cod. TORR. *Cui animadvertendos* Periz. & editiones priscae & Torrent. praeter Venet. sec. & tertiam. Sabellici cura editas, ubi *ad avertendos*, ut & in Steph. *ad vertendos* Memm. & Copes., quod retinendum contendit Jac. Gron. *ad evertendos* Erasmus, pro varia lectione aliorum, in margine notavit. Sed unice verum *avertendos*, a se scilicet & deflectendos in Senatum. Sic Stat. VII. Theb. 109. de Pavore Martis equo,

Non alter anhelos
Insinuare metus, animumque avertere veris
Aptior

falsos nimirum & fictos rumores insinuans a veris abducit homines. *avertere suspicionem* Oth. III. Domit. 17: *avertere opinionem* Cicer. pro Muraen. cap. XXI. & similia passim obvia. BURM.

Justo triumpho] Quem ex legionibus caesis, quae numerum legibus definitum confecissent, acturus fuisset.

49. *A legatis*] *Allegatis* Hulss.

Veniam, inquit, veniam, & hic] *Veniam, inquit, & hic* Copes. sed vis est in illa repetitione verbi, quod minaciter pronuntiavit, ut ostenderet se ultorem & vindicem venturum. sic in illis Horatii I. Od 2.

Tandem venias, precamur,
Nube candentes humeros amictus,
Augur Apollo.

hinc vero colorem duxit Statius II. Theb. 424. ubi Eteocles ait,

Nunc omnia quando
Plena minis, nec sceptra fide, nec pace sequestra
Poscitis, & capulo propior manus.

alium ex Statio locum adduxit Beroaldus. BURM.

Capulum gladii crebro verberans,] Non probo γράφειν Viterbiensem, *crebro vibrans*. Sic κόπτων τὴν λαβὴν τοῦ ξίφους in similibus minis apud Appianum Ἐμφυλ. lib. IV. CASAUB.

Edixit & reverti se,] *Edixit* littera majuscula scribendum, ut edicto reditum suum popu-

tum, qui optarent, equestri ordini & populo: nam se neque civem, neque principem senatui amplius fore. Vetuit etiam quemquam senatorum sibi occurrere: atque omisso, vel dilato triumpho, ovans urbem natali suo ingressus est. Intraque quartum mensem periit, ingentia facinora ausus, & aliquanto majora moliens. Siquidem proposuerat, Antium, deinde Alexandream, commigrare, interempto prius utriusque ordinis electissimo quoque. Quod ne cui dubium videatur, in secretis ejus reperti sunt duo libelli, diverso titulo: alteri GLADIUS, alteri PUGIO index erat. Ambo notas & nomina continebant morti destinatorum. Inventa & arca ingens, variorum venenorum plena: quibus mox a Claudio demersis, infecta maria traduntur, non sine piscium exitio, quos enectos aestus in proxima litora ejecit. Statura fuit eminenti, pallido colore, corpore enormi, gracilitate maxima cervicis & crurum, & oculis 50

populo significaverit. TORR. *Edixisse reverti se* Memm. *edixit reverti sese iis* Copes. & Hulf.

Quemque Senatorum] *Quemquam* Codd. nostri, Edd. Rom. Bonon. Steph. Basil. Graev. pr. & Gron.

Intra quartum] *Intra quintum* Ryck. ad Tacit. XII. Ann. 58.

Alexandriam,] Liber opt. *Alexandream*, ut apud Horat. lib. IV. Od. XIV.

Portus Alexandrea supplex, &c.

Et *Antiochea* apud Ausonium de Claris Urbibus, & in nummis veteribus. TORR. De Antio supra, cap. VIII. de profectione Alexandriam Philo: Διέγνωκε μὲν γὰρ, ὡς λόγος, πλεῖν εἰς Ἀλεξάνδρειαν τὴν πρὸς Αἰγύπτῳ. Item: Τούτου δὲ περιέκαιεν ἵμερον ἐν ἐπιθυμίᾳ, καὶ τὴν εἰς Αἴγυπτον ἀποδημίαν· ἄληκτος γάρ τις αὐτὸν ἔρως κατεῖχε τῆς Ἀλεξανδρείας, εἰς ἣν ἐπόθει σπουδῇ πάσῃ παραγενέσθαι, καὶ ἀφικόμενος πλεῖστον χρόνον ἐνδιατρῖψαι. caussam consilii vide in sequentibus. meminit & Josephus. CASAUB. *Proposuerit* Edd. Venet. sec. & tert.

In secretis] An in *scriniis*. vid. ad Tib. LV.

Alteri gladius, alteri pugio] Dio Protogenem, atrocissimum Caji scelerum administrum, duos circumferre libellos solitum commemorat, *gladii*, & *pugionis* titulis insignitos. Tales libelli Sulcii illius, & Caprii apud Horat. lib. I. Sat. IV. TORR. Qui priore libro continebantur, carnifici destinabantur; qui secundo, calumniatoribus, aut magis sicariis objiciendi. GRUT. Ridicula expositio Aurelii ad Tacit. I. Ann. 35. qui hos titulos explicat hoc modo, ut *pugio* sit dictus, quia pugio propinquius ferit, & ideo continebat propinquos ejus caedi destinatos, *Gladius*, quia remotius ferit, remotiores complectebatur. vah! quantae felicitatis sub tam felici coelo, & tam fausto sidere nasci! gladium non carnifici, sed militi decollandi artifici destinatos, notasse puto; pugionem, quos ex insidiis quasi vellet trucidari & clam. BURM.

Nomina & notas] Repraesentavi posituram, quae erat in Pall. triade. Editi enim inverso ordine *notas & nomina*, quod minus satisfaciebat. GRUT. Vulgato ordine & Orosius VII. 3. a Beroaldo adductus ponit, sed omnes nostri & editi, praeter Copesianum, & Exc. Cujac servant *notas & nomina*, quod placet, quia est manifesta imitatio Virgilii, & Valerii Flacci, ad cujus lib. II. 466. videndae adnotationes. vid. & Virg. III. Georg. 158. BURM.

Quos enectos] Lib. unus *evectos*. Non placet. Horat. Epist. I. V. II. 87.

Spem mentita seges, bos est enectus arando.

Cic. Tuscul. I. cap. 5. *siti enectus Tantalus*. TORR. Nihil mutandum. Ovid. IV. Met. 243.

Nec tu jam poteras enectum pondere terrae Tollere, Nympha, caput.

ubi vide. *quis mox* etiam Copes. BURM.

50. *Pallido colore*,] Liber opt. *expallido*, ut *expallere* frequens apud auctores. Sic *exalbidus* apud Plinium XI. 36. Turneb. Adversar. XXIV. cap. XXX. TORR. Scribe, ut in libris Cujacii & Pithoei, *colore expallido*. neque aliter regia exemplaria, & Memmii. CASAUB. *Expallido colore*, aliorum membranae, neque aliter Pal. sec. nam ceterae *pallido colore*. GRUTER. *Pallido* ego in omnibus reperi, sed Lipsius *expallido* in ora notaverat & praeponebat *colore*. Graevius notat in Memm. legi *expallido corpore enormi*, omisso *colore*. Gronovius nihil de hoc monuit. *colore pallido* Exc. Cujac. & Copes.

lis & temporibus concavis, fronte lata & torva, capillo raro, ac circa verticem nullo, hirsutus cetera. Quare transeunte eo, prospicere ex superiore parte, aut omnino quacumque de caussa *capram* nominare, criminosum & exitiale habebatur. Vultum vero natura horridum ac tetrum etiam ex industria efferabat, componens ad speculum in omnem terrorem ac formidinem. Valetudo ei neque corporis neque animi constitit. Puer comitiali morbo vexatus: in adolescentia ita patiens laborum erat, ut tamen nonnumquam subita defectione ingredi, stare, colligere semet ac sufferre vix posset. Mentis valetudinem & ipse senserat: ac subinde de secessu deque purgando cerebro cogitavit. Creditur potionatus a Caesonia uxore, amatorio quidem medicamento, sed quod in furorem vertit. Incitabatur in-

pes. Heinsius malebat *expallido ore. expallere* etiam in quibusdam scriptis apud Ovid. VII. Met. 78. & 209. ubi vide. BURM.

Crurum] *Crurium* Hulf. Periz. vide supr. cap. II. & Domit. XVIII. *crurum*, *oculis* Copes. Harlem. deinde *ad circa* Memm. ut saepe in illo codice pro *at*.

Oculis & temporibus concavis,] Plin. rigentes ei oculos tribuit lib. XI. cap. XXXVII. Seneca sub fronte latentes, lib. In sapientem non cadere injuriam, cap. XVIII. TORR.

Capram nominare] Caussa praecedit, quod hirsuto corpore esset. Juvenal. Sat. V. 156.

Discit ab hirsuta jaculum torquere capella.

Ubi (ut hoc obiter admoneam,) *hirsutam capellam* scrotum caprinum interpretor, quo intectis ad tempora galeis tirones utebantur. Vulgo Centurionem capiunt, ut alibi Centuriones *hircosos* & *varicosos* tum ipse, tum Persius nominant. De Caji autem forma eleganter Seneca ad Serenum, Quod in sapientem non cadit injuria, cap. XVIII. TORR.

Exitiale] Nonnulli codd. etiam typis excusi, *exitiabile*. TORR. *Exitiabile* Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres, Bonon. Paris. ut Aug. XXIII. & ita alibi variant codices. *habebant* etiam Exc. Cujac.

Efferabat] Id est ad feritatem & terrorem omnem componebat. sic *argentum*, in quo belluae expressae erant, *efferatum* eleganter vocat Apulejus. Libet ipsum loquentem audire lib. V. *Minus prorsum magnae artis homo, imo semideus, vel certe Deus, qui magnae artis subtilitate tantum efferavit argentum.* BOXHORN. *Efferebat* nostri codices, & Edd. Venet. sec. & tert. Bon. Junt. Arg.

Neque corporis neque animi] Libri meliores, *neque animi neque corporis*. TORR. *Neque corporis, neque animi* Periz. Copes. Harlem. & Edd. pleraeque omnes usque ad Casauboni. atqui ille ordo *corporis & animi* etiam observatus supr. cap. II. & sequentia, in quibus primo de corporis, mox de mentis valetudine agit, eum postulant. *valetudo ejus* etiam Venet. pr. BURM.

Subita defectione ingredi] Lego, ut in MSS. nostris, *subita defectione gradi, stare, colligere, ac sufferre semet.* Pro *sufferre* tamen duo libri habent *sufficere*. TORR. Mirum, unde illa inepta lectio, quae vulgatas fere omnes editiones obsidet, in quibus *devectione* scriptum pro *defectione*. Nam & prima editio & insecuta longo post intervallo Rob. Steph. & omnes MSS. sic recte legunt. In iisdem constanter *gradi* vel *gredi* corrupte, pro *ingredi*. CAS. *Subita defectione, ingredi, stare, colligere semet ac sufferre posset*, sic & Pall. tres, nisi quod pr. non agnoscat copulam *ac*. GRUT. *Devexione* Ed. Plant. sine dubio vitio operarum. *gredi* Mem. *gradi* Exc. Cujac. MSS. Pulmanni, & Periz. a m. sec. Edd. Rom. Lugd. Junt. Arg. Ald. Steph. sed *ingredi* rectum. vid. ad Phaedr. V. 7. *sufficere* Edd. Rom. *referre* una Veneta perperam. *sufferre* est, ne caderet se sustinere. Terent. Heaut. II. IV. 20. *vix suffero.* Virg. II. Aen. 493. *Neque ipsi custodes sufferre valent*, ita *sustentare* absolute Tib. LXXII. sic & *se ferre* Senec. Ep. CXXI. *Infans qui stare meditatur, & ferre se adsuescit.* & ita Aelian. VIII. Var. 14. de aegro Diogene, ἑαυτὸν φέρειν μόλις [illegible] ut Gesnerus: *vix se sufferens.* BURM.

Potionatus a Caesonia] Idem de eo Juvenal. Sat. VI. quod ante diximus. *Potionari* vero a Suetonio tantum usurpatum memini. *Potionem* quidem pro poculo venenato etiam Cicero

insomnia maxime: neque enim plus quam tribus nocturnis horis quiescebat: ac ne his quidem placida quiete, sed pavida miris rerum imaginibus: ut qui inter ceteras, pelagi quondam speciem colloquentem secum videre visus sit. Ideoque magna parte noctis vigiliae cubandique taedio, nunc toro residens, nunc per longissimas porticus vagus, invocare identidem atque exspectare lucem consueverat.

51 Non immerito mentis valetudini attribuerim diversissima in eodem vitia, summam confidentiam, & contra nimium metum. Nam qui deos tanto opere contemneret, ad minima tonitrua & fulgura connivere, caput obvolvere, ad vero majora proripere

cero dixit pro Cluentio, *Sustulit mulierem prima potione medicus*, Horat. quoque Epod. v. 73.

Non usitatis Vare potionibus, &c. CAS. Nic. Heins. volebat, *potione invitatus a C. u. amatorii quidem medicamenti.*

Incitabatur insomnio] Sic quidem MSS. & libri a Gryphio editi, interpretes vero *insomnia*, uti & Frobenius. Nonius utrumque in usu fuisse ostendit. Caecilius, *Consequitur comes insomnia, ea porro insaniam affert.* Donat. in illud Terentii Eunucho II. I. 13. *Aut mox noctu te adigent horsum insomnia. Legitur* (inquit) *etiam, te adiget h. insomnia.* Graeci ἀϋπνίαν vocant. TORR. Nostri Pall. adhaerescunt iis, in quibus *insomnio*. GRUT. *In somno* Ed. Rom. & Cod. Hulf. *in somnio* Venet. tres, Junt. *in somnia* Steph. reliqui Codd. & Edd. vel *insomnio* vel *insomnia*, utrumque vero dici recte Graevius notat. Amm. Marc. XIX. 3. *Exiguas, quae supererant, vires continuus cum insomnia labor absumsit:* vid. ad Ovid. III. Trist. VIII. 27. vitiose, *in summo* Lugd. BURM.

Plus quam tribus] Et hic posset abesse *quam*; ut Caes. XLIII *plus triennio.* & ita passim alibi. sed codices sequor. BURM.

Placida] *Placita* Hulss.

Qui inter] *Cui inter* Ed. Steph.

Pelagi] Suspecta vox est, sed nihil invenio, quod substituam. nam pro deo Oceano, ut numine, ita in prosa dici, nescio. BURM.

Cubandique] *Cubandi quoque* Copes.

Invocare identidem lucem] Εὔχετο ἡμέραν εἶναι, ut in XXVII. cap. Actorum. CASAUB. *Invocare* desideratur in Ed. Venet. pr. *consueverat* etiam Copes. & Harlem. & Ed. Gronovii.

51. *Diversissima in eodem vitia*] Dio LIX. pag 642. breviter indicat, αὐτὸς αὑτῷ, inquit, ἐναντιώτατος ἐπεφύκει. CASAUB.

Tantopere contemneret] Codex Salmas. *tanto opere.*

Ad minima tonitrua & fulgura connivere] Lisl. cod. *conruere*. Non semper autem ita affectus fuit bonus hic Imperator: ausus enim interdum non solum vultum attollere, sed etiam ταῖς βρονταῖς ἐκ μηχανῆς τινος ἀντεβρόντα, καὶ ταῖς ἀστραπαῖς ἀντεστράπτεν, καὶ ὁπότε κεραυνὸς καταπέσοι, λίθον ἀντηκόντιζεν, auctor Dio LIX. p. 662. Sed omittamus illum ἀπεμπτόν, φρένας ἠλεόν, & notemus potius veterum consuetudinem admodum laudabilem: moris enim fuit cum tonaret, aut fulgeret, aut terra moveret, continuo pro mutua salute diis vota fundere. Didici ex Philostrato, cujus haec sunt de Vita Apollonii libro sexto: loquitur de Antiochensibus Syris, & terrae motu, qui, dum ipsi in concione sunt, factus est, σεισμοῦ δὲ ἐκκλησιάζουσιν ἐμπεσόντος ἔπτηξαν, καὶ ὥσπερ ἐν δυστυχίαις εἰώθεσαν, ὑπὲρ ἀλλήλων ηὔχοντο. CASAUB. Illud *connivere* minus est illis, quae hic vult Suetonius. Quidam MSS. habet *conruere*. sed id ferri non potest, cum sequitur, *caput obvolvere*. lege *contremere*. Contemnere Deos, & contremere ad minima fulgura, optime hic inter se contenduntur. Non solus Caligula, omnes ad fulgura minima connivemus. Non debuissent autem ad vulgatam lectionem, cum palam inepta sit, tam diu connivere eruditi. BOXHORN. De hoc verbo dubitasse Goldastum apparet ex epistolis ad eum Jungermanni & Segethi, n. 180. 181. 185. qui recte retulerunt ad proximum *fulgura*, ad quae oculis apertis manere non sit ausus, aut spectare coelum: Heins. *cernuare* tentabat. *convivere* Copes. & Venet. tert. *conruere* Exc. Cujac. BURM.

Ad vero majora] Dictio *vero* abest a cod. uno MS. Quod autem de Cajo, idem ferme de Tiberio legimus cap. LXIX. Vide quae ante notavimus cap. XXII. TORR. *Ad majora vero* Bonon. Paris. Ant. Gryp. *at vero ad majora* Heinsius volebat. *ad vero memoria* vitiose Edd. Ro-

pere se e strato, sub lectumque condere solebat. Peregrinatione quidem Siciliensi, irrisis multorum locorum miraculis, repente a Messana noctu profugit, Aetnei verticis fumo ac murmure pavefactus. Adversus Barbaros quoque minacissimus, quum trans Rhenum inter angustias densumque agmen iter essedo faceret, dicente quodam, *Non mediocrem fore consternationem, sicunde hostis adpareat*, equum illico conscendit: ac propere versus ad pontes, ut eos calonibus & impedimentis stipatos reperit, impatiens morae, per manus ac super capita hominum translatus est. Mox etiam audita rebellione Germaniae, fugam & subsidia fugae, classes adparabat: uno solatio adquiescens, transmarinas sibi superfuturas provincias, si victo-

Roman.

Prorspere se e strato, sub lectumque condere solebat] Eo solebant se abdere, qui latere vellent. Basilius, ἐὰν τὴν θύραν πατάξῃ τις, ὁ χρυσώνης ὑπὸ τὴν κλίνην. Plautus Casina; III. v. 32. *Insectatur omnes domi per aedes, nec quemquam prope ad se sinit adire: ita omnes sub arcis, sub lectis latentes metu mussitant.* Dignus sane locus, qui Caligulam adeo furiose insolentem reciperet: nam quod hodie fieri videmus, ut sub lectis vetera calceamenta condantur, idem olim quoque fiebat. Lucianus in commentario de Mercede conductis: Νῦν μὲν γὰρ, ὥσπερ τὰ κακὰ τῶν ὑποδημάτων ἐν τρυπῇ τινι καὶ ἀπημελείᾳ ἔκειο, ἐπειδὰν δὲ πατηθῇ πολλάκις καὶ ὑπὸ τοῦ πηλοῦ ἀναπλησθῇ, ὑπὸ τῇ κλίνῃ ἀθλίως ἐρρίψο), ῥίψουσιν ὥσπερ ἡμᾶς ἀνάπηρον. ideo avari Euclionés suas auro refertas ollas in eum locum abdebant, ut ait Basilius in homilia Lazicis habita. eodem & in repentino metu se recipiebant, quod de Caligula ait noster. neque desunt similia in historiis exempla, praeter modo & allata. Sic & Zacharias protospatharius a Justiniano Rhinotmeto missus ut Sergium V. coërceret, resistente clero & populo Romano, *sub lectum Pontificis ingressus se abscondit*, ait Anastasius. CASAUB. *Concedere*, Memm. ut Ner. XLVIII. *in specum concedere*, ubi eadem varietas. sed omnium scriptorum ineditorum consensus *condere* probat, quod majorem metum ostendit. BURM.

Irrisis] *Invisis* Lipsius corrigebat, *irrisus* vitiose Bonon. vitio operarum, ut ex notis apparet, & tamen Parisiensis secuta est. *Multum* vero Cod. Memm. quod ex compendio scripturae natum.

Aetnei verticis] Sic libri omnes, quos quidem videre me contigit. Turneb. tamen *crateris* pro *verticis* reperisse se attestatur. quod potius annotatum ab aliquo, quam scriptum crediderim. TORR. Si est, ut in pervetusto codice repererit Turnebus, ut quidem scribit; *Aetnaei crateris*, id praeferre non dubitem. Non est enim tale, ut ab aliquo, qualia tunc hominum, facile annotatum videri possit. Lucretius lib. VI. 701. *In summo sunt ventigeni crateres.* Ovidius V. Metam. 424.

Et pronos currus medio cratere recepit.

Strabo lib. 5. de Vesuvio: καὶ καῦμα σκέπτεσθαι καὶ ἔχειν κρατῆρας πυρός. Quoties autem libro sequente? Heraclides in Agrigentinis: καὶ τοὺς μὲν εἰς λέβητας ζέοντας, τοὺς δὲ εἰς τοὺς κρατῆρας τοῦ πυρὸς ἀνίεσαν. Ubi legebam aliquando, κρατῆρας τοῦ ὄρους. Sed necesse non est. Lucianus Fugitivis: ὃς ἐς τοὺς κρατῆρας ἥλατο. Gregorius I. in Julianum de eodem: ὁ τοῖς Σικελικοῖς κρατῆρσιν ἑαυτὸν θεώσας, ὡς ᾤετο. Et quis non vel eadem occasione? GRONOV.

Trans Rhenum] *Trans regnum* Harlem. ut & in Claud. I.

Densumque] *Deprehensumque* Periz. a m. pr. in Marg. *densumque. depressumque* Harlem. Edd. Venet. tres. in Rom. Ed. vitio operarum *denumque.*

Propere versus] Cannegieterus cap. VIII. de Brittenburgo malebat *propere reversus*. & certe illud *re* potuit absorberi, ut centies in hoc auctore jam notavimus. BURM.

Rebellione] *Rebellatione* Harlem. nescio an hunc locum respiciat Servius ad Virg. XII. Aen. 185. *Homo* rebellis *dicitur, res ipsa* rebellio, *non* rebellatio, *sic Suetonius.* nam & Vesp. cap. I. *Rebellio* occurrit, sed sine ulla variatione, ubi pro Tyrannide capit Marcilius. ut enim *perduellio*, ita *rebellio*. vid. Voss. lib. I. de Analog. cap. 22. BURM.

Germaniae] Recte Casaubonus eos (intelligit vero Calventum & ipsi adsentientem P. Fabr. III. Sem. 23. fin.) refutat, qui *Germanorum* legunt, quia sequitur, *victores.* nihil

ctores Alpium juga, ut Cimbri, vel etiam urbem, ut Senones quondam, occuparent: unde credo percussoribus ejus postea consilium natum, apud tumultuantes milites ementiendi, ipsum sibi manus intulisse, nuntio malae pugnae perterritum. Vestitu cal- 52 ceatuque, & cetero habitu, neque patrio, neque civili, ac ne virili quidem, ac denique humano, semper usus est. Saepe depictas gemmatasque indutus paenulas, manuleatus & armillatus in publicum processit: aliquando sericatus, & cycladatus: ac

hil enim familiarius scriptoribus, quam nomina regionum ponere, & deinde mutare genus, quasi incolas dixissent. vide quae notavimus ad Vellej. Paterc. II. 15. & Ovid. III. Am. X. 20. & alibi. Davies. etiam ad Cicer. V. de Finib. 6. vindicat vulgatam, hujus ignorantia mox librarii Harlem. Periz. & Edd. Rom. & Venet. pr. omiserant *ut*, & legebant, *si victores Alpium juga Cimbri* &c. BURM.

Uno solatio acquiescens] Verbum hoc auctores saepius cum dandi casu conjungunt. Seneca Epist. *acquiescas spei blandae*. Ipse Sueton. Tib. cap. XXXI. *honori acquiescerent*, & cap. LVI. *Graeculos, quibus vel maxime acquiescebat*. Vel cum ablativo addita praepositione. Cic. de Amicit. cap. XXVII. *Vicissim autem senes in adolescentium caritate acquiescimus*. TORR. *Uno solatio acquiescens* constanter libri, licet alibi Suetonius hoc verbum cum dativo construat. ut Vitel. XIV. sic & apud Valer. Max. VIII. VIII. I. Perizonius ex MSS *ita animi quoque remissione communiter acquiescebant*. BURM.

Transmarinas sibi] Melius MSS. tres *transmarinas certe sibi*. TORR. Scribe, *Transmarinas certe sibi*, ut in codd. Torrentii, & omnibus nostris, etiam Memm. CASAUB. *Transmarinas certe* & omnia nostra exemplaria. male exclus erant illud *certe* retro cusi. GRUT. Deest Copes. Periz. Harle. & Edd. antiquis, praeter Exc. Cujac. Bonon. & Graev. pr. Gronovius cum Casaubono retinet, nec tamen in prima Casauboniana exstat, sed in sequentibus. mihi tuto abesse posse videtur, & intrusa vox a Glossatore, qui *certe* pro *minimum*, *saltem* poni noverat. BURM.

Si victores Alpium juga occuparent] Figura est, ἀπὸ τοῦ σημαινομένου. praecessit enim, *audita rebellione Germaniae*. at viri docti locum censent emendandum, & scribendum *Germanorum*, quibus non assentior. infinita sunt hoc genus apud optimos scriptores. notum apud summum vatem, φίλα τέκνα. & quae variis locis congerit Eustathius. Pausanias Arcadicis; Νικῶσι δὲ συλλαβόντες Ἀχαιῶν σφᾶς, καὶ Ἀρκάδων ἡγεμόνα ἐπ' αὐτῷ. ait ἐπ' αὐτῷ, quasi praecessisset, σφᾶς. CASAUB. *Caperent* Codd. Copes. Hulss. & Ed. Steph. *perterrito* etiam Hulss.

Tumultuantes milites] Dictio *milites* desideratur in melioribus codicibus. & sane abesse eam malim. cur enim non & plebs tumultuari potuisset? Nihil muto tamen. TORR. Desideratur & in Ed. Rom.

52. *Vestitu calceatuque*,] Cod. Salmas. *calciatu*. Quamvis proprie & stricte *calceum* appellarint id calciamenti genus, quod totum pedem & infime & superne tegebat, tamen omne genus calciamentum, & quidquid pedibus inducitur, *calcei* nomine non nunquam venit. Nam & Graeci quoque omne genus calceatus ὑπόδημα appellant: ut ut ὑποδήματα κοῖλα vocant, quo pes totus tegitur & amicitur, ad differentiam sandaliorum sive solearum. Hesychius: Κάλπαι, ὑποδήματα κοῖλα ἐν οἷς ἐπιβαίνουσι. Vox Sicula κάλκος, de cavo & profundo calciamento; unde Latina *calcius*. Plutarchus quoties calcei Romani mentionem facit, fere semper reddit κοῖλον. Caeterum fere semper calcei aurati purpuream vestem sequebantur. Ita qui consulatum capiebant sub Imperatoribus, ut purpura sive Tyrio vestiebantur, ita auro calciabantur. Sic mulieres, quibus purpura familiaris, etiam calceos inauratos habebant. Testis, praeter Epictetum & Lucianum, Apulejus Milesiarum lib. XI. SALMASIUS. *Calciatu* Mem. Periz. Harlem. Huls. Edd. veteres praeter Basil. poster. Gryph. & recentiores. & ita alibi scribunt hanc vocem, & *calciare*. v. Aug. LXXIII. BURM.

Denique non humano] Libri MSS. omnes *denique humano*, sine *non*. TORR. *Non humano* in Bonon. Lugd. Juni. Basil. Ald. Steph. Gryph. Plant. & aliis est. sed in Codd. nostris & priscis aliis Edd. deest negatio.

Depictas gemmatasque indutus paenulas] Imperatores Romani (si Spartiano credimus) nunquam paenulis utebantur, quibus ne civi- bus

ac modo in crepidis vel cothurnis, modo in speculatoria caliga, nonnumquam socco muliebri: plerumque vero aurea barba, fulmen tenens, aut fuscinam, aut caduceum, deorum insignia, atque etiam Veneris cultu conspectus est. Triumphalem

bus quidem in Urbe uti permissum, nisi senibus, idque frigoris causa. qua de re multa Aug cap. XL. At Cajus hic noller depictas etiam, gemmatasque, regum Barbarorum more, gestavit. TORR. An *acu pictas*? GUJET. Gramm. XII. *depictae minio assulae*.

Manuleatus] Id quoque probrosum Romano. Gell lib. VII. cap. XII. TORR. Seneca de Cajo XVIII. *Hace ipse perlucidus, crepidatus, armillatus*. locum vide in libro de Constantia Sapientis. CASAUB.

Cycladatus] *Cyclas* vestis feminea tenuissima, ne matronis quidem honesta, qua impudicae plerumque instar veli corpus circumdabant. Juvenal. Sat. VI. 259.

Hae sunt quae tenui sudant in cyclade.

Utitur & Propert. IV. VII. 36.

—— *aurata cyclade signat humum.*

Ac tale aliquid vult Petronius Arbiter cap. LV. cum *prostare nudam in nebula linea* dicit: & *induere ventum textilem*, pro amiculo tenuissimo. TORR. Pallium & cyclas, habitus matronarum Romae. Servius ad Virg. I. Aen. 281. *Togas autem etiam feminas habuisse, cycladum & recini usus ostendit. recinus autem dicitur, quod post tergum rejicitur.* Recinum togam vel togae genus fuisse, etiam Festus ostendit. Cyclades erant, quas nunc *Zupas* vocamus: sunt enim plane pleneque rotundae, & nullum habent angulum, quia undequaque clausae per extremum ambitum. SALMAS. Ad Tertul. Pall. p. 110. & ad Lamprid. Alex. Sever. cap. XLI. quem & vid. in confut. Animad. Cercoet. p. 47. & seqq.

Speculatoria caliga,] Quid *caliga* sit, dictum est Aug. cap. XXV. *Speculatoriam* autem hoc loco Tranquillus addidit, quo majorem caligae vilitatem ostenderet. inter milites enim alii aliis ornatiore caliga utebantur. Et speculatores quidem militum numero habebantur, verum ob laboris assiduitatem, ac discrimina quae subibant, minus cultos incedere solitos credendum est, & fieri potest, ut peculiari quodam calceamenti genere induerentur. Quae *speculatoria* absolute dicitur a Tertulliano de Corona militis cap. I. cum ait, *speculatoriam, morosissimam pedibus, absolvit*. Non recte autem Turneb. Adversar. XXVII. cap. XX. hunc locum interpretans, *spiculatores* ac *speculatores* multum inter se differre scribit, sed ob vocalium *e* & *i* vicinitatem promiscue efferri, ut *bere* & *beri*. nam & in marmoribus, & in Antonii III-virii nummis, & in vetustissimo cod. magno consensu per *e* scriptum animadverti, & recte quidem. militum enim id genus erat, qui praecipue ad hoc instituti fuere, ut (quod inquit Festus) hostilia silentio perspicerent, (Graeci ὀπτῆρας, & σκοποὺς, & ἡμεροσκόπους appellant) a verbo *specutor*, non a *spiculis* quae gestaverint. *spiculum* enim a recentioribus dictum (si Vegetio credimus) quod olim *pilum* vocabant. Atqui pilum commune legionariorum telum erat, non his peculiare, qui satellitii causa Principibus aderant. Quibus etiam Sueton. Claud. cap. XXV. & Galb. cap. XVIII. lanceas tribuit, spicula daturus potius, si a spiculis nominabantur. Accedit Suidae auctoritas, cum σπεκουλάτωρ δορυφόρος exponit, per jota scripturus, si tunc saltem, cum Principis custodem ac satellitem id nomen significat, a spiculo appellaretur. Neque vero *speculatores* explorandi tantum, aut custodiae causa habebantur, sed & in eos, qui damnati erant lege, agebant. Seneca lib. I. de Ira: *Tum centurio qui supplicio praeerat, condere gladium speculatorem jubet*. & Julius Firmicus lib. VIII. cap. XXVI. *speculatores faciet, qui nudato gladio hominum amputent cervices.* Sed & Ulpian. l. VI. de Bon. damnatorum: *Spolia quibus indutus est qui ad supplicium ducitur, neque speculatores ultro sibi vindicent, neque optiones ea desiderent*; *optiones* speculatorum administros vocans. Atque hinc intelligimus sacrosancti Euangelii de D. Johannis supplicio locum Marci cap. VI. & ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτωρα. Postremo *speculatorum* opera etiam in mittendis ad senatum litteris utitur Cajus, sup. cap. XLIV. TORR.

Socco muliebri:] Et quidem ex margaritis. Plin. lib. XIX. cap. XXXV & lib. XXXVII. cap. II. Elegans etiam de Caji socco locus Senecae lib. de Beneficiis II. cap. XII. & de socco muliebri Suetonii Vitell. cap. II. TORR. Et quod

lem quidem ornatum etiam ante expeditionem adfidue geftavit: interdum & Magni Alexandri thoracem, repetitum e conditorio ejus. E difciplinis liberalibus 53 minimum eruditioni, eloquentiae plurimum adtendit, quantumvis facundus & promtus: utique fi perorandum in aliquem effet, irato & verba & fententiae fuppetebant: pronuntiatio quoque & vox, ut neque eodem loci prae ardore confifteret, & exaudiretur a procul ftantibus. Peroraturus *ftricturum fe lucubrationis fuae telum* minabatur: lenius comtiufque fcribendi genus adeo contemnens, ut Senecam tum maxime placentem, *commiffiones meras* componere, & *baerenam effe fine calce* diceret.

quod erat indignius, non erubuit foccatus maxima negotia tractare, ut cum de capite confulatis viri Pompeji Penni audiret. Seneca de Beneficiis lib. II. cap. XII. CASAUB.

Aurea barba, fulmen tenens] Qui Jovis ornatus eft. Quamquam aurea barba etiam Aefculapio tribuitur. TORR. Philonem fuadeo legas, qui fufe narrat. non alio commentario huic loco eft opus. CASAUB. Vid. ad Petron. cap. LVIII.

Ac fufcinam] Melius MSS. duo *aut fufcinam, aut caduceum*. fufcina enim Neptuni infigne eft, alterum Mercurii. TORR. *Aut fufcinam* eft a MSS. Pall. tribus, melius quam vulgatorum *ac fufcinam*. diftinguit enim tria deorum infignia, & vult nunc prodiiffe habitu Neptuni, nunc Mercurii, nunc Jovis. GRUT. *Aut* etiam Codd. Memm. Periz. Harlem. Copef. Exc. Cujacii & Edd. veteres, praeter Rom. Bafil. Gryph. & pofteriores. in Copefiano erat etiam, *aut Caduceorum infignia*. Unde apparet qua ratione duae voces coaluerint faepe. De infania plurium Deorum infignia ufurpantium vid. Junii Animad. v. I. BURM.

Atque etiam Veneris cultu] Tunc (credo) cum cycladatus prodiit, ut paulo ante eft. nam in omnium deorum, dearumque formam fe formabat, nihil minus quam homo, (ut eleganter ait Dion) atque adeo Panthei nomen potius ipfe meritus, quam Pantheae Drufilla ipfius foror. TORR.

Alexandri thoracem] Quo indutus pontem illum fuum tranfiit. Dion. LIX. pag. 653. TORR.

53. *E difciplinis*] *Ex d.* Mem. Copef. Harlem. Periz. Exc. Cujac. Edd. prifcae praeter Bafil. & deinceps recentiores.

Eloquentiae plurimum adtendit,] Jofephus in elogio Caji Antiq. Jud. XIX. 2. Ἄλλως δὲ ῥήτωρ ἄριστος, καὶ γλώσσῃ τῇ Ἕλλησι καὶ Ῥωμαίοις πατρίῳ σφόδρα ἐμπειρότατος. vide caetera. CASAUB.

In aliquem effet] *vel in al. effet* Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres.

Irato] Sententia hujus loci flagitat, ut pro *irato* fcribatur *imparato*. mens enim Suetonii eft, tam facundum promtumque Caligulam fuiffe, ut fi perorandum effet, imparatus non minore eloquentia, quam gravitate differeret. BOXHORN. Immo fere ira ipfi vehementiorem orationem fuppeditabat, ut faepe folet. *perorare* hoc exigit, quod acrem & vehementem notare orationem notum eft. nam fi imparato fuppetiiffent verba & fententiae, femper promtum fuiffe dicendum foret, aut diftinguendum, ut in Tiberio, qui ex tempore quam a cura praeftantior habebatur, cap. LXX. Tacitus lib. XIIII. 3. *C. Caefaris turbata mens vim dicendi non corrupit*. ubi malebat Heinfius *Cajo Caefari*. *Turbata* vero *mens* licet de omni graviore adfectione animi dicatur, praecipue tamen de turbata per iram: unde Seneca in libris de ira faepe de Cajo irato exempla profert. vide praecipue lib. III. cap. XVIII. & feqq. & ita hic *turbata mens* intelligenda, ut apud Virgil. VIII. Aen. 435. *Aegidaque horriferam turbatae Palladis arma*. ubi Servius explicat *concitatae vel iratae*. Petron. cap. CV. *excanduit Lycas hoc fermone turbatus*. quem cap. feq. *concitatum iracundia* dicit. & ita mare, quod centies *iratum* dicitur, *turbatum* etiam dicitur Ovidio VII. Met. 154. & noftro, fupr. cap. XXIII. Mirum ergo irato fuppetiiffe verba & fententias, *quum ira perturbet artem*, ut de certamine Gymnico ait Seneca de ira II. cap. XIV. idem cap XVII. *Orator iratus aliquando melior eft: immo imitatus iram*. fed haec jam nimia. expugnanda autem fuit libido omnia corrigendi. BURM.

Pronunciatio & vox] Ne quis idem repeti putet, meminerit ejus, quod Fortunatianus & alii tradunt, *pronunciationem* etiam geftum vultumque continere, ut idem ferme fit quod actio. TORR.

ret. Solebat etiam prosperis oratorum actionibus rescribere, & magnorum in senatu reorum accusationes defensionesque meditari: ac, prout stylus cesserat, vel onerare sententia sua quemque, vel sublevare: equestri quoque ordine ad audiendum 54 invitato per edicta. Sed & aliorum generum artes studiosissime, & diversissimas exercuit. Thrax & auriga, idem cantor, atque saltator. Batuebat pugnatoriis armis,

Comitisque] In marg. Steph. *comitius* erat notatum, quasi a *comis*, ut ita *amicitior*, *laetitior*, & similia, sordes aevi sequioris, in scriptis occurrunt. de quibus vide Cl. Drak. ad Liv. II. 15. BURM.

Senecam tum maxime placentem,] Atqui hunc, omnibus suae aetatis hominibus sapientia praestantem, (ut scribit Dion) parum abfuit quin occideret, ideo tantum, quod caussam quandam in senatu praesente Cajo pulcherrime egerat. TORR.

Commissiones meras componere,] Dictio *componere* non erat in vetusto quodam codice, sed ad oram libri adscripta. Quam ego omnino expungendam sentio, ut *commissiones meras* Senecam vocet Cajus, hoc est, sine robore ac nervis scribentem, veluti cum materiae simul quidem congeruntur, sed nec plumbo, nec glutino, nec caemento conjunctae. Alii *commissuras* vocant. Quin & *verborum commissuram* dixit Quinctilian. lib. IV. cap. IV. Aliter tamen Turneb. TORR. Vocem *commissiones* & morem committendi exposuimus ad lib. II. cap. LXXXIX. ea notione accipi hic quoque debet haec dictio, certe potest. Vocantur enim scripta Senecae, *commissiones merae*, ut si Graece dicas cum Isocrate, λόγοι πρὸς τὰς ἐπιδείξεις καὶ ἀγῶνας γεγραμμένοι. Imo vero *commissiones* sunt ἀγωνίσματα, quo sensu dixit Thucydides de opere suo, κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν ξύγκειται. Ita accipit & Philoponus in libro de Poetica, ἀγωνίσματα γὰρ ποιοῦντες καὶ παρὰ τὴν δύναμιν παρατείναντες μῦθον, πολλάκις διαστρέφειν ἀναγκάζονται τὸ ἐφεξῆς. Et Polybius lib. III. in aureo dicto & dignissimo, quod ubique, non ibi tantum legatur: Ἱστορίας γὰρ ἐὰν ἀφέλῃ τις τὸ διὰ τί καὶ πῶς καὶ τίνος χάριν ἐπράχθη· καὶ τὸ πραχθὲν πότερα εὔλογον ἔσχε τὸ τέλος, τὸ καταλειπόμενον αὐτῆς ἀγώνισμα μὲν, μάθημα δ' οὐ γίγνεται. Quod Thucydides voce ponderosa valde κτῆμα dixit, Polybius magis aperte μάθημα. Plinius Epistolarum lib. VII. scribens ad Celerem, & superiorem Thucydidis locum imitans, vocem ἀγώνισμα ita expressit, *Historiam debere recitari, quae non ostentationi, sed fidei veritatique componitur*. Melius sane quam Quintilianus, qui lib. X. eundem locum adumbravit his verbis: *Totum historiae opus non ad initium rei pugnamque praesentem, sed ad memoriam posteritatis, & ingenii famam componitur*. sed nemo felicius Caligula: prorsus enim, ut diximus, ἀγωνίσματα sunt *commissiones*. CASAUB. Vid. Scheffer. de Stilo p. 100. & Barth. ad Stat. VI. Theb. 143. BROUCKH. Vid. & Barth. XXIII. Adv. 28. & quos congessit Pitiscus. *Componere* tollebat etiam Lipsius. BURM.

Et harenam esse sine calce] Credo, quod sententias plerumque loqueretur, breves & nulla admodum connexione inter se cohaerentes. Tale quid voluit & Quintilianus, cum in Seneca reprehendit, *quod rerum pondera minutissimis sententiis fregisset*. de quo genere dicendi vide ejusdem doctoris judicium libro VIII. cap. V. Diversa ratio est, cur dicat Epiphanius, haereticos χοινία ἐξ ἄμμου πλέκειν, *ex harena funiculos nectere* in suis scriptis, dum sacrae scripturae loca male componunt. CASAUB.

Prosperis] An *propere*, vel *properus*.

53. *Ac Prout stylus cesserat*,] Selon que le coeur luy en disoit. GUJET. *At prout* Harlem.

Magnorum reorum] Exemplum insigne Domitii Afri, quem tantopere Seneca & Quinctilian. celebrant, apud Dionem: is enim accusatus Caesaris oratione scripto prolata, non alia ratione periculum evasit, quam quod tanquam auditor potius quam reus, tandem defensionis loco eum se magis ut oratorem, quam ut Caesarem, metuere respondit. TORR.

Et diversissimas] Exemplar Ferrariense *diversissime*, alia vero duo *diversarias*, ut *singularius* apud Plautum, & Gellium. Nisi *diversariam* scriptum fuisse suspicemur, ut *multifariam*, *plurifariam*, *aliquotfariam*. TORR. *Diversarias* Periz. a m. sec. Ed. Rom.

Thrax] Jam ante monuimus *Threx*, aut *Trex* legi in opt. codicibus. TORR. Scribe *Threx*, ut in scriptis fere. Adverte autem quatuor artium Cajo adamatarum nomina, de-

bus, aurigabat exstructo plurifariam circo. Canendi ac saltandi voluptate ita efferebatur, ut ne publicis quidem spectaculis temperaret, quo minus & tragoedo pronuntianti concineret: & gestum histrionis, quasi laudans vel corrigens, palam effingeret. Nec alia de caussa videtur eo die, quo periit, pervigilium indixisse, quam ut initium in scenam prodeundi licentiâ temporis auspicaretur. Saltabat autem nonnumquam etiam noctu: & quondam tres consulares secunda vigilia in palatium adcitos, multaque & extrema metuentes super pulpitum collocavit: deinde repente magno tibiarum & scabellorum crepitu, cum palla tunicaque talari prosiluit, ac desaltato cantico abiit. Atque hic tam docilis ad cetera, natare nesciit. Quorum vero studio teneretur, omnibus ad insaniam favit. Mnesterem pantomimum 55

de quibus eodem ordine, ut semper solet, deinceps agit. CASAUB. *Thrax & auriga*, quidem hoc loco Pall. tres: at iidem cap. LV. praeferunt *Threces*, non *Thraces*. quemadmodum etiam aliis locis supra, ubi horum hominum mentio. GRUTER.

Et idem cantor] Ita Edd. Bonon. Lugd. Junt. Ald. Steph. aliae omittunt *&*. *id est cantator* Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres.

Pugnatoriis armis] Lib. unus *propugnatoriis*, puncto interposito ante verbum *battuebat*. Vide quae ante notavimus cap. XXXII. *rudibus battuentem*. TORR. Et hic *battuebat* Memm. & Ed. Rom. *propugnatoriis* Cod. Periz. Ed. Rom. *decretoria arma* alii dicunt. vid. Gruter. ad Senec. I. de Clem. 14. & quae diximus ad Quinctil. X. de Inst. Orat. 5. BURM.

Plurifariam] Pro, pluribus locis. Sup. cap. XVIII. TORR.

Concineret] *Contineret* Harlem.

Videtur] *Videretur* Harlem. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Basil.

Licentia temporis] An tunc igitur major licentia, cum pervigilium erat? Nox sane & mendas tegit, & pudorem adimit. TORR.

Accitos] *Ascitos* Copes.

Scabellorum crepitu]. Nulli paulo eruditiori dubium, quin musicum aliquod instrumentum significet, quanquam interpretes aliter exponunt. Car. Langius, vir doctissimus, *scamillorum* legebat, ut ea fint, quae nostro idiomate Schalmeyen vocamus. Quod sane probabile esse ostendit vetus inscriptio Spoleti, DIS SYRIIS. M. SEPTIMIO. M. F. HOR. SEPTIMIANO EQUO PUB. C. ALBICIUS. C. L. RESTITUTUS. IIII-VIR. I. D. PRAEF. FABR. ROMAE DEC. IIII. SCAMILLAR. OPERAE VETERES A SCAENA PATRONO OB MERITA EJUS. L. D. D. D. Cicero quidem pro Caelio, *Deinde* (inquit) *scabella concrepant, aulaeum tollitur*. Sed ibi de fine mimi, hic de initio agitur. TORR. Saltatores, & saltatrices cum in scenae pulpito saltabant, praeter ictum pedum varia instrumenta sono edendo apta adhibebant. fere enim jungebantur, ut Lucianus Περὶ ὀρχήσεως indicat, κρούπεζα, κροταλισμός, & ποδῶν κτύπος. Inter alia organa ejus generis & *scabella* fuerunt. Eam vocem non magis Latinam puto esse, quam *barbitus*, *sambuca*, *nabla*, & alia pleraque omnia instrumentorum musicorum nomina: quae simul cum usu rerum, quas significant, in civitatem Romanam sunt admissa. Assentior autem doctissimo amicissimoque Scaligero, qui *scabellos* sive *scabella* esse putat apud Suetonium & Arnobium, quos Hispani & Aquitani *cascabellos* dicunt; quam dictionem Rabbi Jona usurpat in explicatione vocis Hebraicae חח. Augustinus de Musica libro quarto: *Quaero ex te, utrum possint copulati sibi pedes, quos copulari oportet, perpetuum quendam numerum creare, ubi nullus finis certus appareat: veluti cum symphoniaci scabella & cymbala pedibus feriantur, certis quidem numeris, & his qui sibi cum aurium voluptate junguntur, sed tamen tenore perpetuo: ita ut si tibias non audias, nullo modo ibi notare possis, quousque procurrat connexio pedum, & unde rursus ad caput redeatur.* Erat hoc unum e crepitaculorum generibus, quibus vel cum musicis organis, vel inopia eorum, ut notat Scholiastes Aristoph. ad Ranas, utebantur. Talis fuit testarum crepitus, item acetabulorum tinnitus, sive ὀξυβάφων μουσικὴ, & illa Ἀρκάδων μουσικὴ, περὶ Φοινίκων κρέμβαλα, de quibus multa notamus ad Athenaeum, lib. V. 4. propediem, velit modo τὸ κρεῖττον, edendum.

mum etiam inter ſpectacula oſculabatur: ac ſi quis ſaltante eo leviter obſtreperet, detrahi juſſum manu ſua flagellabat. Equiti Romano tumultuanti, per centurionem denuntiavit, abiret ſine mora Hoſtiam, perferretque ad Ptolemaeum regem in Mauritaniam codicillos ſuos. Quorum exemplum erat: *Ei, quem iſtuc miſi, neque boni quidquam neque mali feceris.* Thraces quoſdam Germanis corporis cuſtodibus praepoſuit. Mirmillonum armaturas recidit. Columbo victori, leviter tamen ſaucio, venenum in plagam addidit, quod ex eo *Columbinum* adpellavit. Sic certe inter alia venena ſcriptum ab eo repertum eſt. Praſinae factioni ita addictus & deditus, ut coenaret in ſtabulo adſidue, & maneret. Agitatori Eutycho comiſſatione quadam in apophoretis vicies HS. contulit. Incitato equo, cujus cauſſa pridie Circen-

dum. CASAUB. Scabella erant inſtrumenta muſica, quae pedum agitatione & motu percuſſa ſonitum edebant, quorum formam ex antiquo marmore vide apud ALBERTUM RUBENIUM, lib. 1. de Re Veſtiar. cap. XVI. *Scabillorum* Lipſius correxerat, adde laudatis a commentatoribus, Menag. in Origin. Francic. in *Caſcaveaux*. qui autem *Scamillarii* dicuntur in inſcriptione apud Gruter CCCCLXVII. 7. a Torrentio laudata, *Scambillarii* in altera Gudiana pag. XCIX. 7. dicuntur. ubi *praefectus operum ſcambillariorum Theatri* legitur. ſed in lapide Doniano p. 325. n. 42. legitur DEC. IIII SCABELLARIORUM, quam lectionem propugnat vir Cl. Gorius. BURM.

Cum palla tunicaque talari] Quali etiam Nero citharoedus habitu in vetuſtis nummis cernitur. Plura ad Horat. de Arte, 215.

—— *traxitque vagus per pulpita veſtem.* TORR. Quod ſane mirum videri poteſt, ſaltatores longis ac fluentibus tunica pallaque velatos, quum habiliores ſuccincti & tunicati tantum futuri fuiſſent. FERRARIUS.

55. *Mneſterem*] Eadem hic varietas in hoc nomine, quae ſupr. cap. XXXVI.

Etiam inter ſpectacula] *Etiam inter cetera ſp.* Periz. Edd. Venet. tres.

Si quis] *Si qui* Memm.

Leniter] *Leviter* Periz. Harlem. Edd. omnes, uſque ad Plant. quam ſecutae Caſaub. & aliae recentiores. ego certe *leviter* malo, cui opponitur *graviter*. vide ad Ovid. 1. Epiſt. 80. & 1. Art. 605. ſic *levis ſtridor* eidem IV. Metam. 413. deinde *obſtruperes* Hulſ. vitioſe. BURM.

Ut abiret] Meliores libri *abiret*, ſine *ut*. De Ptolemaeo ſup. cap. XXVI. TORR. *Ut abiret* Harlem. Periz. Edd. priſcae uſque ad Caſaub.

Codicillos] *Codicellos* Hulſ. ita & alibi.

Iſtuc miſi] *Iſtoc* Memm. Copeſ. *Iſtac* Hulſ. & Ed. Rom.

Thraces quoſdam] Hic quoque *Threces*, aut *Treces* habent libri antiquiſſimi, eaque fere in gladiatoribus ſcriptura vetus. Quo magis ex ea factione, ut cui impenſe Cajus faveret, Germanis praefectos fuiſſe intelligo. TORR. Liſtaci cod. *Threcas quoſdam*, Memmii *Threſes*. CASAUB. Et hic *Threces* Codd. Harl. Copeſ. *Threcas* Exc. Cujac. *Germani corporis* Copeſ. & a m. pr. Periz. & Ed. Venet. pr. Hos Germanos hic & cap. 58. & alibi Batavos fuiſſet docent Lapides. ut apud Donium. pag. 255. n. 100. 101. & infiniti alii. BURM.

Mirmillonum armaturas reſcidit.] Lego *recidit*, ut ante cap. XLIV. & Tib. cap. XXXIV. TORR. Et hic *recidit* Hulſ. Copeſ. & Ed. Steph. vid. ad cap. XLIV.

Columbo] Mirmilloni nempe, cum ipſe Thracum factioni faveret, ut in Circo Praſinae. Porro ut hic *Columbus*, ſic & *Palumbus* gladiatoris nomen, Claud. cap. XXXIV. TORR. Mirmilloni. GUJET.

Venenum in plagam addidit] Fieri illud ſolere docuimus haud parce ad Tacit. I. Ann. 10. *Caeſis Hirtio & Panſa, ſive hoſtis illos, ſeu Panſam, venenum vulneri adfuſum, ſui milites Hirtium, & machinator Caeſar, abſtulerant.* GRUT.

Praſinae] *Preſepinae* Exc. Cujac.

Addictus] *Additus* Harlem. & Periz. *& deditus* deſideratur in Hulſ.

In ſtabulo] *Et in ſt.* Harlem. abſorpta fuit vocula ab ultima ſyllaba *coenaret*. cui ſimile vitium detexit in leg. 1. §. 3. ff. de Hered. Inſt. lib. V. Obſerv. cap. 1. Ampliſ. Bynkershoekius. BURM.

Agi-

censes, ne inquietaretur, viciniae silentium per milites indicere solebat, praeter equile marmoreum, & praesepe eburneum, praeterque purpurea tegumenta, ac monile e gemmis, domum etiam, & familiam, & supellectilem dedit, quo lautius nomine ejus invitati adciperentur: consulatum quoque traditur destinasse. Ita 56 bacchantem atque grassantem non defuit plerisque animus adoriri. Sed una alteraque conspiratione detecta, aliis per inopiam occasionis cunctantibus, duo consilium communicaverunt, perfeceruntque: non sine conscientia potentissimorum libertorum praefectorumque praetorii: quod ipsi quoque, etsi falso, in quadam conjuratione, quasi participes nominati, suspectos tamen se & invisos sentiebant. Nam & statim seductis magnam fecit invidiam, destricto gladio adfirmans, *sponte se periturum, si & illis morte dignus videretur:* nec cessavit ex eo criminari alterum alteri, atque inter se omnes committere. Quum placuisset Palatinis ludis spectaculo egres-

Agitatori Eutycho] Nihil muto. faustum enim agitatoris nomen, ut Aug. cap. XCVI. & consentit Joseph. lib. XIX. Libri scripti tamen *Cythico*, & *Scytico*, & *Cycuo* habent. Torr. Ex vestigiis corruptae lectionis in antiquis libris satis certum est *Eutycho* scribi debere. Politiani tamen liber sic: *Agitatori Pythico e.* Casaub. *Cythico* Harlem. Edd. Venet. tres, Bonon. Lugd. Junt. Ald. Basil. Arg. Gryph. Plant. Scriver. & al. *Eutico* Copes. *Scythico* Periz. Ed. Rom. vid. Salmas. ad Solin. pag. XVII. eo nomine & occurrit Asinarius in Aug. XCVI. Burm.

Commissatione] *Comisatione* Mem. alii *comessatione*. vid. supr. XXII. & alibi.

In apophoretis] Aug. cap. LXXV. Torr.

Vicies sestertium contulit. Incitato equo, &c.] Ut in praecedentibus exemplis, magnis illis quidem, & non temere transiliendis, commentatores numeros ne attigere quidem: ita hoc loco Sabellicus prudenter silet. at Beroaldus, ut etiam de his aliquid intellexisse videretur, Vicies sestertium, inquit, non tam XX. sestertia, quam XX. millia significat haec locutio: magnifice satisfactum huic loco opinatur, cum vicies sestertium significet vicies centum millia LLSS. coronatorum 50000. Porro de *Incitato* valde ambigua dictio est. & Sabellicus in genitivo legi putat, quamvis omnes codices reclament. Et mihi placeret si ultimus hujus tituli versus non remoraretur. Quomodo enim equum consulem facturus erat? Ni ad reliquam stultitiam ejus ac impudentiam etiam hoc referamus. Beroaldus exposuit *equo* id est, ob equum. sed sequentia nec omnia quadrant pro *equo*, nec omnia pro *incitato*. Lector judicet. Glarean.

Incitato equo] Sic & L. Verus Antoninus equo, cui *Volucer* nomen erat, aureum viventi simulacrum fecit, & mortuo sepulcrum erexit. Errant vero interpretes, qui equi nomen agitatori hic tribuunt. Quanquam *Incitatus* & egregii agitatoris, & mulionis nomen est apud Martialem lib. XI. Epigr. I. & lib. X. Epig. LXXVI. nisi eundem tamen hominem utroque in epigrammate intelligamus. Torr. *Incitati equo* videtur legendum, non *incitato equo*. nec enim illa dona significat esse aurigae, quod non ita mirum fuisset, homini scilicet, qui illis uti posset; sed equo, cui dare domum, supellectilem, ac demum consulatum, plane ridiculum fuit. Ursin. Magna hominis docti & historiae Romanae callentissimi hallucinatio, non uno loco affirmantis scribendum esse *Incitati equo*. nimirum oblitus erat eorum, quae pridem apud Dionem LIX. p. 650. absque dubio legerat de hoc equo. Casaub. Vide Leopard. IX. Emend. 17. & Baptist. Pium Annot. Poster. c. XXIV. Broukh. *Incitati* etiam Ursinus in appendic. ad Ciaccon. Tricl. p. 380. & est in Periz. Beroaldus etiam *incitatum* aurigam facit, & *Incitato* dativi, *equo* ablativi casus facit, ut *Incitato* dederit, *equo* id est, ob equum, *Incitati equo* etiam Sabellicus idem errans, conjiciebat, & edidit. *Incitato, cujus equi causa* &c. in Venetis Edd. sec. & tert. Lugd. Junt. Arg. & Ald. vid. Rader. ad Martial. X. Ep. 76. Burm.

Equile] *Equum* Hulss. Ed. Rom. & Lugd.

Praesepe eburneum] *Non sepe eburneum* Hulss. *eburneum* etiam Copes.

Monilia e gemmis] *Monilia gemmas* Hulss. & Copes. *monile* omnes editiones ad Graevianam.

Et

egressum meridie adgredi, primas sibi partes Cassius Chaerea tribunus cohortis praetoriae depoposcit: quem Cajus seniorem jam, ut mollem & effeminatum denotare omni probro consuerat: & modo, signum petenti, PRIAPUM aut VENEREM dare: modo, ex aliqua caussa agenti gratias, osculandam manum offerre, formatam com-

Et familiam] *Et* deest Harlem. & Edd. Venetis tribus.

Nomine ejus invitati] Et Incitati equi nomine alii invitari soliti, & ipse Incitatus a Principe. Dio, ἵνα τὸν ἵππον, ὃν Ἰγκιτᾶτον ὠνόμαζεν, καὶ ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλει. CASAUB.

Consulatum quoque dicitur destinasse] Id serio affirmat Dio: prorsus enim facturum eum consulem fuisse, nisi mors occupasset. καὶ [illegible] καὶ ὕπατον αὐτὸν ἀποδεῖξαι· καὶ πάντως ἂν καὶ τοῦτο ἐπεποιήκει, εἰ πλείω χρόνον ἐζήκει. CASAUB.

56. *Ita bacchantem*] *In Bacchantem* Copes. *Baccantem* Periz.

Animus] Libri duo *consilium*, & mox *una alteraque* pro *una & altera*. Nihil muto tamen. TORR. *Una altera* Mem. *una & altera* Harlem. Periz. & Edd. usque ad Casaub.

Detecta] *Detecti* Periz. forte pro *detectis*. BURM.

Duo] *Duae* Memm.

Potentissimorum libertorum] Hoc est, quod suis eum telis confossum dicit Plin. lib. XXXII. cap. II. Adde, si lubet, Josephum Antiquit. lib. XIX. TORR.

Districto] *Destricto* Periz. Huls. Edd. veteres praeter Ald. Basil. Steph. Plant. & recentiores, quae *districto:* male, ut dudum viri docti ostenderunt.

Palatinis ludis] Libri tres *Palatini ludi*, ut ad gladiatorum spectaculum referre possimus. sic enim *ludus matutinus*, & *ludus Gallicus*. Verum receptam lectionem retineo, non tam Josephi, qui rem non satis explicat, auctoritate, quam Dionis, qui extremo lib. LVI. defuncto Augusto, praeter ea quae Augustalia vocata sunt, Liviam ludos etiam in Palatio instituisse scribit, quos caeteri deinde Principes celebrarunt. TORR. Cur ad stabiliendam hujus loci scripturam, quae in plerisque libris corrupta est, uti malit Torrentius Dionis auctoritate quam Josephi, caussam non video. nihil enim dilucidius narrari potest, quam ut facit Josephus. Nos autem Dionis locum de institutione horum ludorum fine libri LVI. eo proferemus, ut nonnihil optimo scriptori lucis demus: ἡ Λιβία ἰδίᾳ δή τινα αὐτῷ πανήγυριν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐν τῷ παλατίῳ ἐποίουν, ἣ καὶ δεῦρο ἀεὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν ἀεὶ αὐτοκρατόρων τελεῖται). editum est ἢ καὶ δεύτερον ἀεί. facilis emendatio: sed quam neque interpretes viderunt, neque viri doctissimi, qui de ludis Palatinis scribentes eum locum descripserunt. at nuperus corrector ne illud quidem scivit, οἱ ἀεὶ αὐτοκράτορες genus dicendi Graecorum perelegans, qui Latine sit vertendum. Mirum vero Beroaldi stuporem, qui verba Josephi de institutione horum ludorum male accipiens, in honorem Caesaris dictatoris fuisse institutos auctore Josepho scribit. atqui de Augusto, qui primus imperium fundavit & munivit, sensisse Josephum declarant quae mox subjicit, ἦν Γάϊος τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος, ᾧ δὲ ἐν τῷ τῆς ἡγεμονίας ἦρχεν. Sed ignoscendum Beroaldo, qui Josephum Graece non legerat. In dierum numero, per quos celebrati in palatio ludi, dissentit aperte a Dione Josephus. verum ille locus est corruptus, ut alia multa in eo nobilissimo scriptore: quae curari non possunt, nisi ab eo qui trium linguarum studio ingenium probe subegerit & excoluerit. CASAUB. *Palatini ludi* Edd. Rom. *Palatinis ludi* Copes. Ed. Venet. pr. *Palatinis & ludi* Huls. *cumque plausisset* etiam Ed. Plant.

Egressum meridie] Ut solebant prandendi causa. Hinc equitis illius dictum apud Quinctilian. lib. VI. cap. III. ad quem in spectaculis bibentem cum misisset Augustus qui ei diceret, *Ego si prandere volo, domum eo*, *Tu enim* (inquit) *non times, ne locum perdas*. Adde Suetonium Claud. cap. XXXIV. *dimisso ad prandium populo*. TORR.

Ut mollem] Pall. tres *& mollem*. GRUTER. Ita & Mem. Periz. Harlem. Huls. & Edd. veteres usque ad Basil. poster. Gryph. Plant. & deinceps novitias.

Priapum] Hinc Claudianum illustrat Barthius lib. I. in Eutrop. 256.

Hellespontiacis legio dignissima signis.

Formatam commotamque] Nihil muto. nam id hodie quoque Italis peculiare est. Liber opt.

commotamque in obscoenum modum. Futurae caedis multa prodigia exstiterunt. 57 Olympiae simulacrum Jovis, quod dissolvi transferrique Romam placuerat, tantum cachinnum repente edidit, ut machinis labefactis opifices diffugerint. Supervenitque illico quidam Cassius quoque nomine, jussum se somnio adfirmans immolare taurum Jovi. Capitolium Capuae Idibus Martiis de coelo tactum est: item Romae cella palatini atriensis. Nec

opt. tamen habet *camatam formatamque*, alter *forcatam commistamque*. Unde Lipsio ad Annalem Taciti XIII. Excurs. A. visum corrigere *formatam gammatamque*, &c. Saltem *gammatam formatamque* dixisset. Quanquam ne ei quidem lectioni subscriptor venerim. quae est enim haec libido in auctorem sane tersum & elegantem voces intrudendi, quae nusquam auditae, nusquam lectae? *Nodum* quoque pro *modum* rescribere, id vero (ut Latine dicam) nimis anxium, ac pene putidum est. Torr. Hanc vulgatam lectionem confirmant omnes nostri codd. etiam Memmii: neque audio virum doctum eam mutantem, & monstra quaedam verborum hoc loco comminiscentem. Nam, quae tanta haec est omnia mutandi prurigo, quum neque in verbis, neque in sententia ulla sit difficultas, & in edita lectione libri omnes consentiant? Inter alios irridendi modos est, quae *sanna* proprie dicitur: cum gestu aliquo mimico exprimitur id, quod volumus objicere ei, quem ridemus. Tria eorum genera notavit eleganter Persius Satyra prima, manu pinsentem ciconiam exprimere, opposito temporibus pollice auriculas asininas effingere, & linguam exsertare instar sitientis canis. Similis hic sanna intelligitur: quod Suetonius elegantissime exprimit per *formatam & commotam manum in obscoenum modum*. Qui meminerit eorum quae de infami digito apud veteres leguntur, & eorum, quae de voce σκιμαλίζειν Graeci scholiastae notant, praesertim ad illa ex Pace Aristophanis, καὶ τὸν δάκτυλον σοι σκιμαλίσαι, facile animo concipiet, quale hoc sannae genus fuerit. neque est operae pluribus ista explicare. obscurius idem Suetonius similem Pyladis sannam refert lib. II. cap. XLV. nam ita locus ille accipi debet. Casaub. *Commotamque* quoque Pall. tert. ac sec. nam pr. certe *commatamque*. haud tamen accesserim ad conjecturas Lipsii. quivis enim modus obscoenus exprimi poterat commota formataque manu. Grut. *Foriatam commistamque* Marg. Gryph. *formam commotamque* Ed. Venet. sec. & tert. Huc refert Bourdelot. de utilitate peregrin. t. 1. pag. 335. speciem manus cujusdam ex Coralio, non admodum absurde; & unde hoc loco posset aliquis cum Lipsio legere, *in obscoenum nodum*. Burm.

57. *Repente edidit*] Cod. Salm. *repente dedit*. *E* repetitum ex *repente*.

Machinis labefactis] Jovis Olympii (ut de eo tradit Strabo lib. VIII.) tanta erat magnitudo, ut paene tectum aequaret. Quare de plano sine machina dissolvi non poterat. *Sic in machina operari* dixit Ulpian. l. v. Commodati. Sed & Dion scribit navem paratam ad avehendum fulmine periisse. Torr.

Quidam Cassius] *Quidam* deest Hulf. *quoque* desideratur in Memm. & Cop. & Exc. Cujac. Edd. Bonon. & Paris. in Hulf. erat, *quoque nomine immolare*, omissis mediis verbis. *affirmas* Exc. Cujac. deinde *visum se* Periz. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Arg.

Capitolium Capuae] Non Romae solum Capitolium fuit, sed & aliis in locis: tandemque ea voce omnes arces promiscue appellatae videntur. Sidonius Apollinaris:

Salve Narbo potens salubritate,
Urbe & rure simul bonus videri
Delubris, capitoliis, monetis.

Idem alibi:

E quibus primum mihi psallat hymnus,
Qui Tholosanam tenuit cathedram,
De gradu summo capitoliorum
Praecipitatum. Casaub.

Idibus Martiis] *Martii* Harl. Edd. Venet. tres. *Mart.* Hulf. *Idus Martii* Copes.

Cella Palatini atriensis] Sic unus e nostris. Alii *cella palatina*, quod minus placet. nam & Vitell. cap. XVI. *cellulam janitoris* vocat, ut hic *atriensis*. Torr. Viterbiensis, *palatini* minore p. recte: cum de atriensi intelligat palatii & domus Imperatoris: non autem Apollinis Palatini. *Cellas* Latini vocant omnia gurgustiola infimae sortis hominum. Tales erant cellae servorum, ut atriensis hujus, & janitorum: quae erant adstructae magnarum domorum aut insularum foribus. Earum men-

Nec defuerunt, qui conjectarent altero oftento periculum a cuftodibus domino portendi: altero, caedem rurfus infignem, qualis eodem die facta quondam fuiffet. Confulenti quoque de genitura fua, Sylla mathematicus *certiffimam necem adpropinquare* adfirmavit. Monuerunt & Fortunae Antiatinae, *ut a Caffio caveret.* Qua cauffa ille Caffium Longinum Afiae tum proconfulem, occidendum delegaverat, immemor Chaeream Caffium nominari. Pridie quam periret, fomniavit confiftere fe in coelo juxta folium Jovis: impulfumque ab eo dextri pedis pollice, & in terras praecipitatum. Prodigiorum loco habita funt etiam, quae forte illo ipfo die paullo prius adciderant. Sacri-

mentio apud Vitruvium, Petronium, Suetonium in Vitellio & alios. Graeci *cellam* vocant οἴκημα. (ita enim vertere debes apud Appianum & Pollucem τὸ τῶν πολλωρῶντος οἴκημα) alii κλίσιον, de quo notat Euftathius ad ultimum lib. Ὀδυσσ. κλίσιον οἰκοδομὴ οἰκός ἐστι ἁπλῶς, ἢ οἷόν τις κλισία, περὶ ἣν δμῶες ἴαυον. Sic quas Romani *cellas meretricias*, Graeci vocant κλίσια, ut Demofthenes pro Ctefiphonte, ἡ μήτηρ σου τοῖς μεθημερινοῖς γάμοις ἐν τῷ κλισίῳ τῷ πρὸς τῷ Καλαμίτῃ ἥρωι χρωμένη. vocant & στέγας, item στέγος, vel τέγος. Quare cum legis apud Graecos πόρνας ἐπὶ τέγους, vel ἐπὶ τέγους ἑστώσας, femper de cellulis meretriciis debes intelligere: quod propterea moneo, quia etiam doctiffimos viros in his errare animadverto. Sic ergo accipe, ut pauca de multis exempla proferam, in epiftola apocrypha Jeremiae, δώσουσι δὲ ἀπ' αὐτῶν καὶ ταῖς ἐπὶ τοῦ τέγους πόρναις, id eft, *dabunt ex illis etiam meretricibus, quae in cellis proftant:* non ut magni viri verterunt, *quae fub tecto ipforum funt.* Clemens Alexandrinus Paedagogi lib. III ἐπὶ τέγους ἑστᾶσι παρ' αὐτοῖς τὴν σάρκα τὴν ἑαυτῶν εἰς ὕβριν ἡδονῆς πιπράσκουσαι γυναῖκες. Idem Stromation lib. III αἱ προεστῶσαι τοῦ τέγους πόρναι ἀναιδῶς ὑποδέχονται τοὺς βδελυροὺς ἄπαντας. Qui locus me movet, ne in hoc loquendi genere τέγος exponam *pergulam:* cum alioqui fciamus ex Plauto, in Pergulis eas folitas ftare more multorum artificum, qui in pergulis fe publicabant, ut in officinis. Quare *pergulas* & *officinas* jungunt Impp. l. IV. Cod. Theod. de Excufationibus artificum fed eas pergulas potius intelligunt Graeci, cum τὰς ἀπὸ τῶν ἐργαστηρίων ἑταίρας memorant, ut Artemidorus non femel, aliique: at τέγος, vel στέγος Graeci grammatici etiam οἴκημα exponunt: & προεστῶσαι τοῦ τέγους ita dictum Clementi, ut προεστῶσαι τοῦ οἰκήματος aliis. Chryfoftomus in homil. de Babyla: τὰς ἀπὸ τέγους γυναῖκας ἀναστήσας ἀπὸ τῶν ἐργαστηρίων εἰς τὰς προστάσεις. Metaphraftes in vita B. Athanafii, ἐκ γυναίου ἐκ δημοσίου τέγους ἀργυρωθεῖν. *seu muliercula e publico lupanari mercede conducta.* apud Chryfoftomum homilia in Matthaeum XXXI. & alibi, αἱ ἀπὸ τέγους funt proftituta fcorta. fed de his hactenus. CASAUB. *Palatina* Periz. Harl. Edd. Rom. Venet. tres, Lug. Junt. Ald. Steph. Bafil. Gryph. & al. vide Scriver. ad Mart. III. 48. & IX. 73.

A cuftodibus] Defunt Copef. forte *a cuftodibus domi.*

Qualis eodem die] Intellige Divi Julii caedem. TORR. *Eadem die* Copef. & Hulf. eadem varietas apud Liv. IV. IX. I. & alibi.

Sylla Mathematicus] Hunc Nigidio Figulo, & Scribonio, Romanis, de quibus ante Aug. & Tib. adjunge. TORR.

Adfirmavit] *Firmavit* Harlem.

Sortes Antiatinae] Liber opt. *Antianae.* Gallici quidam codices, *Fortunae Antiatinae,*

Pag. 706.



quam lectionem agnofcunt & interpretes. Sicque in veteri nummo Q. Ruftii appellantur, ut *Fortunae Antiates* in antiquo marmore. *Fortunae apud Antium* a Macrobio lib. I. Saturnal. cap. XXIII. Qua de re latius ad Horat. notavimus lib. I. Od. XXXV.

O Diva gratum quae regis Antium. TORR. Pall. tres, itemque vetuftiffima quaeque editio, *&* *fortunae Antiatinae*, quod non video cur cedere debeat alteri fcripturae; neque enim una tantum Fortuna Antii, fed plures, certe deae.

Sacrificans respersus est phoenicopteri sanguine. Et pantomimus Mnester tragoediam saltavit, quam olim Neoptolemus tragoedus ludis, quibus rex Macedonum Philippus occisus est, egerat. Et quum in Laureolo mimo, in quo actor proripiens se ruina sanguinem vomit, plures secundarum certatim experimentum artis darent, cruore scena abundavit. Parabatur & in nocte spectaculum, quo argumenta inferorum per

duae. GRUT. Ita & Periz. Harlem. Hulf. Edd. omnes veteres praeter Basil. poster. Ant. Gryph. Colin. & recentiores. quod praefero: erant enim geminae & sorores. vid. Phil. a Turr. Monum. vet. Ant. de insc. Aquilii cap. I. ubi hanc lectionem etiam ex XIII. Vaticanis & IV. aliis Codd. vindicat, nec per sortes edita oracula docet; qui omnino videndus. Apud Gruterum LXXII. 3. & Gudium pag. XLIX. 9. sunt inscriptiones, FORTUNIS ANTIATIBUS; Forte hoc accidit, *cum ab Astura Antium renavigaret* apud Plin. XXXII. I. quod Harduin. refert ad cap. XLIX. supr. sed ibi ex Germania redibat. BURM.

Cassium] *Longinum* Sup. cap. XXIV. TORR.

Phoenicopteri sanguine] Inter hostias, quae Cajo tanquam Jovi Latiali immolabantur, etiam phoenicopterus erat, cap. XXII. Qualem cum ipse sibi (nam sui ipsius sacerdos erat, si Dioni credimus) immolaret, sanguine aspersus est, diem proinde cruentum habiturus. TORR. Non ipsum, sed Asprenatem sanguine respersum, qui cum eo caesus est, narrat Josephus. CASAUB.

Mnester] Nomen id ante corruptum cap. LV. & XXXVI. duo hic optimi codd. nostri integrum servant. Unus etiam *minister* habet. Porro hic Mnester sub Claudio occisus est cum Messalina. Meminit ejusdem Seneca Apotheosi, quanquam & ibi B. Rhenanus nomen corrupit. TORR. Et hic *M. Nestor* quidam scripti & editi, sed *minister* Periz. & Harlem. Edd. Rom. Venet. tres. *trimester* Hulf.

Tragoediam saltavit] Cinyram, (auctor Joseph.) in qua ipse cum filia Myrrha occisus sit. Nota est fabula ex Ovidio, & aliis. TORR.

Neoptolemus tragoedus] Meminit hujus rei Stobaeus Sermone XCVI. Plutarch. Demosthene, Diodor. Sicul. extremo lib. XVI. ubi de Philippi regis morte, quanquam nonnihil a Suetonio dissentiens. Meminit etiam Tertullian. de Anima., & de Neoptolemo histrione ipse Demosthenes de Pace. TORR. Vide Leopard. IX. Emend. 15.

Quam olim] *Quo olim* Periz.

Ludis quibus rex Macedonum Philippus occisus est,] Josephus aliter narrat, sed qui, puto, rem non satis animo conceperat: scribit enim, ὡμολογεῖτο δὲ καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην εἶναι, ἐν ᾗ Φίλιππος ὁ Ἀμύντου Μακεδόνων βασιλεὺς κτείνεται Παυσανίου εἷς τῶν ἑταίρων, εἰς τὸ θέατρον εἰσιών. quanto verisimilius, ut narrat Suetonius. CASAUB.

Laureolo mimo] Sic omnino legendum ex Juvenale Sat. VIII. 187.

> *Laureolum velox etiam bene Lentulus egit,*
> *Judice me vera dignus cruce.*

Sed & Martial. Spect. VI.

> *Non falsa pendens in cruce Laureolus.*

Josephus latronum ducem fuisse vult, qui in crucem actus sit. Male qui *Laureato* legunt. TORR. *In Laureolo mimo*, est haec quidem scriptura Pall. tertii ac sec. sed tamen primus, duobus illis & bonitate & vetustate prior, servat *Laureato mimo*, quomodo & antiquitus cusi. GRUTER. *Cum in Laureolo mimo* Periz. Harlem. Exc. Cujac. Edd. Rom. (nisi quod *in* ignorat) Venet. tres, Steph. *Et in laureato* Lug. *&* *in laureolo* Bonon. *Laureolum Catulli*, forte *Catuli*, laudat Tertul. advers. Valent. cap. XIV. vid. & Petit. ad Leg. Att. p. 248. qui & mox legit, *proripiens cervina*. BURM.

Proripiens se ruina] B. Rhenanus *prorepens e ruina*, mallem *proripiens se e ruina*. Nihil muto tamen. Sueton. enim fere praepositiones omittere consuevit. TORR. Videtur legendum, *in quo auctor prorepens e ruina*. URSIN. Pal. idem, *auctor proripuit*. item *vomit*, quod ultimum restat quoque in sec. GRUT. *Auctor* Memm. Harl. Copes. Hulf. Periz. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. & aliae. Leopard. IX. Em. 14. legit, *in quo actor primarum partium sanguinem vomuit. Vomitu plures* Mem. *vomit.* Periz. *novit ut* Harlem.

Sanguinem vomuit] Tres libri *vomit.* quod melius est. Notandus vero Suetonii locus iste, quo melius quae *primae*, quae *secundae*, intel-

58 per Aegyptios & Aethiopes explicarentur. Nono Kalendas Februarii, hora quasi septima, cunctatus an ad prandium surgeret, marcente adhuc stomacho pridiani cibi onere, tandem suadentibus amicis egressus est. Quum in crypta, per quam transeundum erat, pueri nobiles ex Asia ad edendas in scena operas evocati praepararentur, ut eos inspiceret hortareturque, restitit. Ac nisi princeps gregis algere se diceret, redire ac repraesentare spectaculum voluit. Duplex dehinc fama est: alii tradunt adloquenti pueros a tergo Chaeream cervicem gladio caesim graviter percussisse, praemissa voce: *Hoc age.* Dehinc Cornelium Sabinum, alterum e conju-

intelligamus. Qua de re nostris ad Horat. commentar. Epist. lib. I. XVIII. 14. *aut partes mimum tractare secundas.* TORR.

Ut plures] Delenda *ut* particula. sic enim veteres codd. & manifeste sensum turbat. TORR. Paticula *ut* Pall. omnibus adest, & negligi non potest, quamvis aliter sentiat Torrentius. GRUT. Abest ab Exc. Cujac. & Steph. qui & *vomit.* & ita Lipsius correxerat. Pitiscus & Gronov. *vomuit plures* ediderunt. ego praetuli *vomit, plures*, ut rotundior exeat sententia. BURM.

Aethiopes] *Aethiopas* Copes.

58. *Nono Kalendas Februarii*] Qui erat dies ultimus ludorum Palatinorum. Josephus. At Zonaras longe aliter. CASAUB.

Hora quasi septima,] Libb. duo *hora fere sept.* & mox *marcente*, pro *marcescente.* TORR. Ὥρα ὡσεὶ ἑβδόμη. nam ita Graeci loquuntur. at in MSS. nostris *fere*, non *quasi.* Pro *septima* scribendum *nona*, si sequimur Josephum: nisi contra malit aliquis apud illum reseribere ἑβδόμην ex Suetonio. sed verius est. fruatur uterque sua παραδόσει. CASAUB. *Fere* Copes. sed glossatoris est.

Cunctatus, an ad prandium surgeret,] Josephus paene ad verbum: ἐνδοιάζοντος Γαΐου, εἴτε παραμένοι εἰς τέλος τῇ θεωρίᾳ διὰ τὸ τελευταίαν εἶναι τὴν ἡμέραν, εἴτε λουτρῷ χρησάμενος καὶ σίτῳ, εἶτα ἐπανίοι αὖθις καὶ ἀφίκοιτο. Cum his non consentit Dionis nec Zonarae narratio: qui inter spectandos ludos eo ipso loco eum aliosque edisse ac bibisse tradunt. CASAUB. *Contatus* Ed. Rom.

Marcente adhuc stomacho] Melius sic Viterb. quam *marcescente*, ut vulgati. In Glossario censeo scribas, *Marcidus & marcens*, νωθρός. τοῦτο ἀπὸ κραιπάλης. CASAUB. Ita quoque Pal. tres, non *marcescente*, quod est in vulgatis. GRUT. *Marcescente* Harlem. Edd. veteres usque ad Casaub.

Tandem suadentibus amicis egressus est.] Minucianus & Asprenas auctores & impulsores fuere. Josephus. CASAUB.

In crypta per quam transeundum] *Cryptoporticum* vocat Plin. lib. II. Epist. XVII. TORR. Dio στενωπὸν vocat. Josephus στενωπὸν ἠρεμηκότα. idem στοὰς ὁδοῦ, cum ait, στοῶν οὐσῶν τῆς ὁδοῦ καθ' ἃς ἐπεζεύξατο τὸ ἔργον. At Suetonius paullo post *domum*, non semel. CASAUB. *In Cryptam* Copes.

Pueri nobiles ex Asia ad edendas in scena operas evocati] Libro primo cap. XXXIX. *Pyrricham saltaverunt Asiae Bithyniaeque Principum liberi.* Dio de ludis Claudii LIX. pag. 680. Πυῤῥίχην τε Ἀσιανοὶ παῖδες μεταπεμπτοὶ ὠρχήσαντο. Josephus de istis, lib. XIX. I. ἅμα καὶ παῖδας οἱ εὐπατρίδαι ἐκ τῆς Ἀσίας μετεστάλκεσαν, τερπνῆς αὐτοῖς ἐσομένης χορείας, ἐπὶ ὕμνοις μυστηρίων, ἃ ἐπετέλουν, ἔνιοι δὲ κατὰ πυῤῥιχισμὸν, οἳ ἐν τοῖς θεάτροις ἔσοιντο. Dio evocatos e Graecia & Jonia scribit, ut hymnum de laudibus Caji factum canerent. CASAUB.

Repraesentare spectaculum] Sic *legata repraesentare* sup. cap. XVI. & *mercedem repraesentare* Claud. cap. XVIII. pro sine dilatione solvere. TORR.

Duplex dehinc] Libb. duo *dein*, in uno *neutrum.* quod placet. TORR. Compara cum Josepho: nam Dio rem brevius stringit. neutram famam sequitur Josephus. CASAUB.

Cervicem gladio caesim graviter percussisse]. Josephus, μεταξὺ τῶν ὤμων καὶ τοῦ τραχήλου φερόμενον τὸ ξίφος ἐπέσχεν ἡ κλεὶς ἀποτέμνειν χωρεῖν. CAS.

Hoc age[Quod (teste Plutarcho vita Coriolani) magna praeconis voce in sacris usurpari solet. *Hoc age*, In proverbium ad res alias quoque abiisse videtur, cum attentionem imperamus. Tertullian. lib. IV. Adversus Marcionem, *Ut dici solet, Ad quod venimus, hoc age.* Sueton. Galb. XX. *Hoc agerent, & ferirent.* Seneca lib. I. de Clementia cap. XII. L. Syl-

juratis tribunum, ex adverso trajecisse pectus: alii, Sabinum, submota per conscios centuriones turba, signum more militiae petisse, & Cajo *Jovem* dante, Chaeream exclamasse, *Accipe ratum*; respicientique maxillam ictu discidisse. Jacentem, contractisque membris clamitantem se vivere, ceteri vulneribus triginta confecerunt. Nam signum erat omnibus, *Repete*. Quidam etiam per obscoena ferrum adegerunt. Ad primum tumultum lecticarii cum asseribus in auxilium adcurrerunt:

Syllae verbis, *Hoc agamus (inquit) P.C. seditiosi pauculi meo jussu occidentur*. TORR. Erat haec solemnis formula, qua popa victimam caesurus jubebatur ferire. Is enim quaerebat: *Agon*? Asinius Pollio apud Senec. Controv. II. *Filius cervicem porrigat: carnifex manum tollat, deinde respiciat ad patrem & dicat: Agon? quod fieri solet victimis*. Illi respondebatur a sacrificante, aut sacerdote: *Hoc age*. Inde Chaerea Caligulam caesurus & socios conjurationis, ut & ipsi eum invaderent, tanquam signo dato hortans utebatur hac formula. Sic & Suetonius testatur, Galbam, in ejus vita cap. XX. percussoribus jugulum praebentem dixisse, *Ut hoc agerent, & ferirent*. Quo etiam respexit L. Syllae apud Senecam, cum in vicinia ad aedem Bellonae sedens exaudisset conclamationem tot millium sub gladio gementium, exterrito senatu, jocus: *Hoc agamus P.C. seditiosi pauculi jussu meo occiduntur*. GRAEVIUS.

Cornelium Sabinum alterum e conjuratis tribunum,] Non ita Josephus, ad quem leges parum honestum Sabini hujus elogium. At Dio consentit Suetonio: qui praebet ei abunde testimonium magni viri. CASAUB.

Accipe ratum] Id quoque a militibus, aut gladiatoribus tractum, qui inferendo ictu vulnus καίριον & minime irritum ominantur. Vidi etiam cui placeret, *Accipe iratum*, scilicet Jovem. Sed nescio, cur id vulgatae lectioni praeferamus. TORR. Nempe signum: quasi diceret, Optas, ut Jupiter, cujus nomen das pro tessera, te servet ac protegat (nam omnium semper ea mens est, qui nomina superûm tesserae loco dant) en votum tuum ratum. dictum ἀντιφραστικῶς, vel etiam simpliciter & serio absque ironia: quia Caligulae flagitiis omnibus & sceleribus dedecorato, non nisi morte poterat succurri, ut dictum est de Nerone. vide, quae notamus ad Tiberium capite LXVI. Potest etiam ita accipi: *Accipe ratum*, quod do nempe, hoc est, mortem. Sic *mortem ratam* dixit Livius libro XLV. *Noxa liberati interfectores; exsilium pulsis aeque ratum fuit, ac mors interfectis*. Quod autem viri docti pro *ratum* corrigendum censent *iratum*, in tanto omnium librorum consensu, non temere illis assentiendum putem. CASAUB: *Accipe ratum* Pall. pr. ac tert. nam sec. *reatum*. blanditur mihi aliorum *iratum*. GRUT. Causaubonus tuetur, *ratum*, & varie interpretatur. Alii id mutant in *iratum*. sensu certe multo commodiore. Forte legendum, *aspice iratum*. quod ad exclamantis impetum plus facit, quam, *accipe*, & optime convenit cum iis, quae proxime subjiciuntur, *respicientique maxillam ictu descidisse*. sed nihil affirmo. BOXHORN. Miseret irriti laboris summorum virorum in explicando τὸ *ratum*. Qui legendum vidit, *iratum*, verum vidit. Hoc est aliquid Latine dicere. cum alterum nihil sit. Plautus Amphitr. *Id ego si fallo, tum te, summe Juppiter, quaeso, Amphitruoni ut semper iratus sies*. Horatius I. Sat. I. 20.

—— merito quin illis Juppiter ambas
Iratus buccas inflet.

Tertullianus de Idolol. *Cum illi publico per litem dictum esset, Jupiter tibi sit iratus*. Et alia ἐπὶ κοινῆς de omnibus & singulis diis: quae si bene putes, omnia hujus fundant & ostendunt elegantiam. GRONOVIUS. Scribendum videtur *Accipe iratum*, subintel. Jovem, id est pro signo das nobis Jovem, qui salutaris est hominibus, tu vero, o scelerare, pro salutari accipe iratum. GUJET. Cajus Jovis habitu saepe usus, se deum dici voluerat, unde nunc illi iratus Jupiter hac adficit poena. vid. ad Claudian. III. Rapt. 60. & Petron. cap. XLIV. *iratum* ergo praeferrem. BURM:

Discidisse] *Descidisse* Periz. Harl. Edd. Rom. Venet. tres. Terent. Adel. IV. II. 20. *vide ut discidit labium, jacentemque* etiam Periz. & Edd. Venet. sec. & tert. BURM.

Signum erat omnium, *Repete*] Libb. duo *omnibus*. TORR. Viterb. *Repente*. minus placet. CAS. *Omnibus* Ed. Rom. quod praestare puto, sed pro *repete* habet *repente*, ut & Codd.

 Per-

runt: mox Germani corporis custodes, ac nonnullos ex percussoribus, quosdam 59 etiam senatores innoxios, interemerunt. Vixit annis viginti novem, imperavit triennio & decem mensibus, diebusque octo. Cadaver ejus clam in hortos Lamianos asportatum, & tumultuario rogo semiambustum levi cespite obrutum est: postea per sorores ab exsilio reversas erutum, crematum, sepultumque. Satis constat, prius quam id fieret, hortorum custodes umbris inquietatos: in ea quoque domo, in qua occubuerit, nullam noctem sine aliquo terrore transactam, donec ipsa domus incendio consumpta sit. Periit una & uxor Caesonia, gladio a centurione

Periz. Harlem. simile illud Lucan. IV. 565. *nam pietas ferientibus una, Non repetisse fuit.* BURM.

Lecticarii cum asseribus] Dicti *lecticarii*, qui ad lecticam erant, homines robusti, quales Liburni, Syri, Medi, Germani, Britanni, ut passim apud auctores legimus. *Asseres* vero ligna illa, quibus innixam domini lecticam humeris subibant. Juvenal. Sat. III. 245.

—— *ferit assere duro*
Alter.

& Sat. VII. 132.

—— *longo premit assere Medus.*

Martial. etiam IX. 23.

Ut Canusinatus nostro Syrus assere sudet.

Lecticariorum autem Caesaris stationem alicubi in Palatio fuisse ostendit Tacit. lib. V. Exstant & hae inscriptiones: TI. CLAUDIUS AUG. L. QUADRATUS DEC. LECTICARIORUM BRITANNICORUM. VIX. AN. LX. Et, TI. CLAUDIO AUG. LIB. TIGRANO EX CORPORE LECTICARIORRM CAESARIS VIX. ANNIS. LXXXV. TORR. Hinc apparet, non credendum Achilli Statio ad Catul. carm. X. qui *lecticarios*, non qui lecticam portarent, sed qui fabricarent, vult dictos, ad quos etiam hanc inscriptionem, quae est apud Gruter. DXCIX. 10. refert. nam & in aliis Lapidibus *Lecticarii Aug.* & *Caesarum* occurrunt. vid. & in Oth. VI. & Manut. ad Cicer. IV. ad fam. 12. & Scheffer de re vehic. I. 10. vid. & ad L. 8. §. 2. de Legt. 2°. ubi in Russardi editione *lecticiarii* legitur. BURM

Accurrerunt] Codex Salmas. *accucurrerunt. ad auxilium* Copes. *in aux. occurrerunt* Ed. Rom.

Germani corporis custodes,] Sup. cap. XLV. Aug. cap. XLIX. Galb. cap. XII. Tacit. lib. I. Xiphilin. Severo. His adde Josephum Antiquit. lib. XIX. TORR. *Ac* deest Copes.

59. *Vixit annis* XXIX.] Imo XXVIII. tantum cum mensibus quatuor, & diebus XXIV. CAS.

Imperavit triennio & X. mensibus, diebusque VIII.] Exactissime putata ratio, a die excessus Tiberii. Clemens Alexandrinus Stromat. libro primo: Τιβέριον διαδέχεται Γάϊος Καῖσαρ ἔτη τρία, μῆνας ι, ἡμέρας ὀκτώ. At Josephus, τέταρτον ἐνιαυτὸν ἡγεμονεύσας Ῥωμαίων λείπουσι τεσσάρων μηνῶν. Dione LIX. pag. 663. an ejus exscriptores peccarint in isto numero, haut facile dixerim. imperasse autem ait, triennio & menses novem & dies XXVIII. sed forte tempora aliter putavit Dio: nempe a die, quo de imperio Caji factum fuit decretum senatus. Epiphanius ait *annos* III. *menses* IX. *dies* XXII. vel ut in eodem scriptum alibi, ἡμέρας κθ. CASAUB.

59. *Hortos Lamianos*] Lamia gens clara & illustris haud unius poëtarum testimonio. Juvenalis: IV. Sat. 154.

Hoc nocuit Lamiarum caede madenti.

Horatius III. Od. 27.

Aeli vetusto nobilis ab Lamo.

A Lamo, qui Cajetae regnavit, gens ipsa orta dicitur. Silius Italicus VIII. 530.

Et regnata Lamo Cajeta.

SABELL.

Erutum, crematum] *Et crematum* Memm. Harlem. Edd. Junt. Ald. Steph. *erutum & sepultum crematumque* Periz. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. *Erutum crematum, sepultumque* Basil. Gryph. Plant. & aliae.

Umbris inquietatos] Sic Ner. cap. XXXIV. Oth. cap. VII. Horat. Epod. V.

Nocturnus occurram furor.

Virg. Aeneid. IV. 386.

Omnibus umbra locis adero, dabis improbe poenas.

Plin. lib. VII. Epist. ad Suram 27. TORR.

Gladio a centurione confossa] Lupum, qui Caesoniam occidit, Josephus non centurionem, sed e tribunis unum ait fuisse. CAS.

60. *Etiam*

rione confoſſa: & filia parieti illiſa. Conditionem temporum illorum etiam per 60 haec exiſtimare quivis poſſit. Nam neque caede vulgata ſtatim creditum eſt. Fuitque ſuſpicio, ab ipſo Cajo famam caedis ſimulatam & emiſſam: ut eo pacto erga ſe hominum mentes deprehenderet. Neque conjurati cuiquam imperium deſtinaverunt. Et ſenatus in adſerenda libertate adeo conſenſit, ut Conſules primo non in curiam, quia Julia vocabatur, ſed in Capitolium convocarent. Quidam vero ſententiae loco abolendam Caeſarum memoriam ac diruenda templa cenſuerunt. Obſervatum autem notatumque eſt in primis, Caeſares omnes, quibus Caji praenomen fuit, ferro periiſſe, jam inde ab eo, qui Cinnanis temporibus ſit occiſus.

60. *Etiam per haec*] *Per haec etiam* Exc. Cujac.

Nam neque caede vulgata ſtatim creditum eſt] Non de nihilo iſtud monet Tranquillus. ſaepe enim a Tyrannis ſpargitur mortis ſuae fama, hoc pacto inquiſituris in animos ſuorum: quemadmodum non parce oſtendimus in diſſertationibus noſtris, laudatis Xenophontis, Herodiani, Polyaeni, Joſephi, Philonis Judaei, Zoſimi aliorumque claſſicorum locis. GRUT.

Erga ſe hominum] *Hominum erga ſe* Exc. Cujac.

In curiam] *In curia* Harlem. Periz.

Julia vocabatur] Inter poſtremos, maximosque delatos a ſenatu Caeſari dictatori honores decretum etiam illud, ut nova Curia, quae in locum Hoſtiliae fieret, Julia appellaretur. Quam triumviri poſtea exſtruxerunt, Auguſtus vero poſt bella Actiaca dedicavit. Dion. lib. XLIV. XLVII. & LI. TORR.

Cenſuerunt] *Conſuluerant* Hulſ.

Caji praenomen] At Cajus certe Auguſti filius, Lucii frater, ferro non periit. Ne dictatoris quidem Caeſaris pater, qui, dum calceatur matutino, nulla evidente cauſa, ſubito Piſis exanimatus eſt. Auctor Plin. lib. VII. cap. LIII. TORR. Hoc falſum eſt, nam pater dictatoris non ferro periit, ut Plinius ſcribit, ſed moritur repentino. URSIN.

Praenomen fuit] *Fuerit* Edd. Bon. Pariſ. & manus docta in ora Steph.

Cinnanis temporibus occiſus] De hoc Cic. III. cap. 3. de Oratore, & in Bruto cap. XLVIII. TORR.

C. SUETONII TRANQUILLI
DE
XII. CAESARIBUS
LIBER QUINTUS.

A. V. C. DCCXIV.

TIB. CLAUD. DRUSUS CAESAR.

CAPUT I.

PAtrem Claudii Caesaris Drusum, olim Decimum, mox Neronem praenomine, Livia, quum Augusto gravida nupsisset, intra mensem tertium peperit: fuitque suspicio, ex vitrico per adulterii consuetudinem procreatum. Statim certe vulgatus est versus:

Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία.

Is

TI. CLAUDIUS DRUSUS CAESAR] In titulo hujus libri quinti codex Viterbii olim descriptus, pro DRUSO cognomen NERONIS habet. Sic Dio, ὅτι Τιβέριος Κλαύδιος Νέρων Γερμανικὸς ὁ τοῦ Δρούσου τῆς Λιβίας παιδός. Aliter Sueton. cap. 11. CASAUB.

Neronem praenomine] *Nero* & praenomen, & cognomen esse nemo vel mediocriter in litteris versatus ignorat. Hujus autem Drusi praenomen fuisse, & lapides ostendunt, in quibus NERO CLAUDIUS DRUSUS inscribitur. Germanici vero agnomen sibi posterisque suis bellica virtute peperit. TORR. Vid. Fabret. Inscr. cap. 1. p. 26.

Gravida nupsisset] Aug. cap. LXII. TORR.

Intra mensem tertium peperit] Atque in vita Aug. cap. LXIII. dicit infantem, qui conceptus erat *immaturum* fuisse editum, id est, non fuisse partum vitalem, justo tempore natum. Hic vero non tantum maturus dicitur, nam sex menses utero gesserat, cum abduceretur Livia, sed & res maximas gessisse, & pater Germanici, Claudii & aliorum fuisse: Quae inter se conciliare se posse negat Joh. Is. Pontanus in Append. ad Itinerar. Gall. Narbon. p. 96. Ego vero puto Suetonium per *immaturum* partum, hunc trimestrem, ratione matrimonii cum Augusto initi, dici, ita ut Augustus per leges non posset, ut suum & legitimum filium agnoscere, quare & patri Neroni remisit, sed deinde ex Livia nullos tulit liberos. Si Livia in Augusti matrimonio peperisset Drusum eo tempore, quo species aliqua potuisset ex Jure ordinario, puta septem mensium, fingi, ut ex Augusto novo marito conceptum, agnovisset & sustulisset pro suo; nunc ex adulterino coitu, ut suspicio fuit, conceptum, non ausus fuit Augustus tollere, sed remisit patri. *Immaturus* ergo partus, id est, nimis cito fuerat editus, quam ut posset Augusti & Liviae haberi, sed maturus erat, si conceptionis tempora cum partus momento computes. BURM.

Vitrico] *Victrico* Edd. Venetae, Bonon. Lugd. Junt. Ald. & ita alibi.

Fuitque] *Fuit* Copes.

Is Drusus in quaesturae praeturaeque honore, dux Rhaetici, deinde Germanici belli, Oceanum septemtrionalem primus Romanorum ducum navigavit: transque Rhenum fossas novi & immensi operis effecit, quae nunc adhuc Drusinae vocantur. Hostem etiam frequenter caesum, ac penitus in intimas solitudines actum, non prius destitit insequi, quam species barbarae mulieris humana amplior, victorem tendere ultra sermone Latino prohibuisset. Quas ob res ovandi jus, & triumphalia ornamenta percepit: ac post praeturam confestim inito consulatu, atque expeditione repetita, supremum diem morbo obiit, in aestivis castris, quae ex eo *Scelerata* sunt adpel-

Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία] Quidam codices habent: *τοῖς κωμῳδισχένοις*, ex quibus verbis satis aptus sensus ad rem, de qua sermo, elici potest. Ursin. Viterb. *εὐτυχοῦσι*. an fuit scriptum *εὐτοκοῦσι*? Sed cum vulgatis consentit Dio lib. XLVIII. Casaub. In quibusdam Graeca desunt, in aliis misere deformata. in Lugd. Graeca deerant, sed erat, *felicibus trimestres filii*. vid. ad Tib. v.

Praeturaeque] *Patriaeque* Exc. Cujac.

Dux Rhaetici] Hinc pulcherrima Horatii Oda illa lib. IV. 4.

Qualem ministrum fulminis alitem, &c.

Vide Tib. cap. IX. Torr.

Transque Rhenum] *Regnum* Harlem. ut in Calig. LI. *trans Rhenum* Edd. Rom. Venet. tres, Gryph. Doleti. Plant. Torrent.

Fossas novi & immensi operis effecit] Scriptura Viterb. *foss. magna vi & immensi operis eff.* de quo loquendi genere lib. II. dictum ad caput secundum. Memmianus, *navi & im.* non puto Latine satis posse dici, *navum opus*. Quod autem viri doctissimi & rerum Germanicarum Belgicarumque peritissimi, fossam Drusianam Rheni fluminis alveum illum esse volunt, quem ab amne, cui Rhenus misceretur, *Isselam* hodie nuncupant, esto penes eos hujus assertionis fides: nam ex Suetonii istis verbis aut Taciti in primo Annalium, id non dicas. Casaub. Codex Memm. *navi & immensi:* Viterbiensis *magna vi & immensi operis.* ne dubita quin legendum sit, *navigabilis & immensi operis*. Boxhorn.

Drusinae] Tacit. fossam *Drusianam* appellat, ut *Augustianus*, *Faustianus*, *Lucullianus*. Quin & gladii *Drusiani*, a Druso Tib. F. nominati. Torr. Eae sunt inter *Doesburgum* & *Issel-oort*, quibus Rhenus Isalae committitur: quod multis liquido ostendit Cluverius de Germania vetere. lib. III. 17. *Drusinae* omnes editi praeter Basil. qui *Drusianae*. vid. Manut. ad Cicer. IX. ad famil. Ep. 8. vide & de his fossis Junii Bataviam cap. VIII. Patinus non longe ab Ultrajecto fuisse notat. alias ergo intelligit, quam quibus Isala Rheno commissa fuit. Sed hae non dici possent trans Rhenum fuisse ductae. & hinc etiam, credo, Ever. Otto Dissert. nona, non solum Drusianas fossas vicinas Trajecto fuisse sine ulla auctoritate adfirmat, sed tam lubrico fundamento inaedificat opinionem incertissimam, ex vicina Drusi fossa, Trajectum originem debere Castris Drusi conjicit, cui superstruit aeque fallax argumentum aliud, ex Antonini Itinerario, quia illius meminerit nomine *Trajecti*, neutro genere, ideoque oppidum vel castra fuisse, non locum: quia, si locus trajiciendo flumini aptus designaretur, *Trajectus* dicendus fuisset. omnes vanae & ex longe inter se distantibus veteris aevi monumentis confusae hallucinationes. quasi vero nulla oppida in masculinam exitent formam. An non *Neomagus* aeque frequenter, immo saepius quam *Neomagum* occurrit. aliae urbes *Trajectum* & *Trajectus* promiscue saepe vocatae, & forte rectius olim *Trajectus*, deinde *Trajectum* dictum. ut ita *trajectus fluminis*. Val. Max. III. II. 2. & XVIII. 2. *Trajectus a Brundisio Apolloniam*. & Suet. Aug. XVII. in *Trajectu*. & ita passim alii. sed haec notarum modum excedunt, & alibi forte latius excutienda erant hujus Ὀψιμαθοῦς inconsiderate scripta. Burm.

Actum] *Actus* Petiz.



Species barbarae mulieris] Qualis in Hadriani nummis cernitur, cum inscriptione, GERMANIA. Pulchre historiam narrat Dion. lib. LV. Torr. Videndum, an ad Veledam Deam, peculiare numen Germanorum, de qua meminerunt Tacitus, & Sta-

 tius,

pellata. Corpus ejus per municipiorum coloniarumque primores, fuscipientibus obviis fcribarum decuriis, ad Urbem devectum, fepultumque eft in Martio campo. Ce-

tius, fint referenda. URSIN. Dio, LV. p. 548. γυνή τις μείζων ἢ κατὰ ἄνθρωπον φύσιν. ufam fermone Latino, non notaffe Dionem, miror. CASAUB. *Perbibuiffet* Ed. Plant. errore librariorum.

Poft praeturam confeftim inito confulatu] Anno tantum interjecto: praetor fuit anno DCCLIII. conful DCCXLV. CASAUB.

Morbo obiit] Libb. duo *morbo iniit*. TORR. In Epitome Liviana lib. CXL. fic habetur: *Ex fractura equo fuper crus ejus collapfo, XXX. die quam acciderat, mortuus eft*. GRAEV. Illud *iniit* per compendium fcripturae eft pro *interiit*. BURM.

Scelerata appellata] Ad calamitatem infortuniumque indicandum ex obitu Drufi, *Scelerata* dicta funt caftra: ficut olim porta Romae *Scelerata* eft appellata, qua Fabii egreffi ad amnem Cremeram ad unum omnes caefi funt a Vejentibus. Et campus quoque Romae *Sceleratus* dictus prope portam Collinam, quo virgines Veftales ob inceftum vivae defodiebantur. Fuit & vicus Romae *Sceleratus* dictus a Tulliae impietate. BEROALD. *Scelerato* Memm. an excidit *nomine*, ut apud Flor. I. 12. *& fcelerato fignatur nomine porta.* ubi etiam Freinshemius malebat *fcelerata. appellata funt fcelerata* Harlem. Edd. Antiq. praeter Bafil. Gryph. & fequentes. BURM.

Primores] Hos coloniarum, municipiorumque decuriones vocat Aug. cap. C. TORR. Ab aeftivis caftris ad hiberna geftarunt tribuni & centuriones: deinde fufceperunt οἱ κατ' ἑκάστην πόλιν πρῶτοι. Dio lib. LV. initio. corpus toto itinere pedibus praegrediente Tiberio. lib. tertio, cap. feptimo. CASAUB.

Scribarum decuriis] *Scribae* (ut Feftus tradidit) fic dicti, quod rationes publicas fcribebant in tabulis: non quaeftoribus tantum, fed aliis quoque magiftratibus apparebant, in quorum rationibus monumentifque verfabantur. Ingens itaque eorum numerus Romae. Qui diftincti per decurias, ordinem obtinebant equeftri proximum. De quo multa Cic. Verr. V. Sicut igitur Augufti corpus equites Rom. fic Drufi fcribae a decurionibus exceptum in Urbem detulere. Aug. cap. C. Aliquid inf. Vefpaf. cap. III. & plura ad Horat. lib. I. Sat. V. TORR. Scriptoribus, quos adducit Pitifcus & alii, adde Valef. ad Amm. Marc. XXVIII. 6. & Begeri Spicileg. Antiq. p. 93.

Ad urbem devectum,] *Ad* hoc loco valet *in*: nam urbi fuit illatum, non ad urbem tantum. docco argumento certo funebris laudationis, quam ei de more pro roftris peregit Tiberius. at Auguftus non in urbe, fed ad urbem, eum laudavit in Circo Flaminio. Cauffam docet nos Dio LV. p. 549 Ἐξεστράτευτο γὰρ, inquit. [illegible] *quia res bello gefferat, fas ei non erat ea praetermittere quae poft bella confecta in ipfo pomoerii introitu de more praeftabantur.* quid intelligat Dio, non eft obfcurum, vel utcumque verfatis in hiftoriae Romanae lectione. praecipua fiquidem cura urbem ingredientibus poft victoriam partam fuit, Jovi Capitolino aliifque diis gratias in ipforum templis agere. quod Auguftus, funefta ipfius domo facere non poterat: ideo ad urbem manfit. Dionis mentem parum belle interpretes expreflerunt. Sed infuper non ferendus caftigator nuperus, qui offenfus triplici negatione in fuperioribus verbis, jubet nos locum emendare. At Plato vetat: utri potius obfequemur? vetat Plato cum fcribit in Menone, [illegible]. in epiftola ad Dionyfium, [illegible]. & cum familiaribus Dionis, [illegible]. & paffim Plato. vetat ipfe Dio, cujus ifta funt lib. LVII. [illegible]. Legi etiam apud Jofephum lib. XIX. Originum, [illegible]. & apud Epiphanium, fcriptorem alioqui pium doctumque magis quam elegantem, [illegible]. Poffem alia fexcenta his fimilia Graecorum fcriptorum afferre, nec pauca etiam Latinorum: fed aliud jam agamus. Male enim in eadem hiftoria accipiunt ifta verbis Dionis interpretes, [illegible] ὁ Αὔγουστος ὅτι ὁ Δροῦσος, ὁ γὰρ ἐν [illegible] Τιβέριον [illegible]. Erant Ticini Auguftus & Tiberius, cum ad eos de morbo Drufi nun-

Ceterum exercitus honorarium ei tumulum excitavit: circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret, Galliarumque civitates publice supplicarent. Praeterea sena-

nuncius est allatus: quo accepto, Tiberium statim ad fratrem misit. auctor Valerius Max. lib. quinto. cap. quinto. male igitur illi, *ἐπελθὼν, accersiit*, non solum contra τὸ ἐπελθεῖν, sed etiam contra historiae fidem. CASAUB.

Sepultum est] *Sepultumque est* Memm. Copes. Harlem. & Edd. priscae usque ad Casaub. & recentiores. *in campo Martio* Copes. & Exc. Cujac. vid. Calig. XXXIV.

Honorarium ei tumulum] JCti κενοτάφιον vocant, in quo nempe corpus non sit, l. VI. & l. XLII. de Religios. Lamprid. Alexandro, *Cenotaphium in Gallia, Romae amplissimum sepulcrum meruit.* Quale etiam nobis Virgil. describit Aeneid. III. 304.

> —— *Manesque vocabat,*
> *Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem,*
> *Et geminas, causam lacrymis, sacraverat aras.* TORR.

Druso mortuo cenotaphium decretum ad Rhenum ipsum. Dio LV. & Suetonius. Nescio an huic tumulo adjuncta ara: apparet, quia Suetonius ait, *supplicarent.* Volunt id cenotaphium Moguntiacum fuisse. repugnat Tacitus, qui constituit inter Lupiam & Rhenum. Sed & Ravennae sepulcrum Drusus habuit, a Claudione ejus F. an ab Augusto exstructum? cujus memoria in Lapide prisco ibi (Gruter. CCXXXVII. 5.) TIB CLAUD. DRUSI. F. CAES. AUG. GERM. PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS. DESIG III. IMP. III. P. P. DEDIT. OB. MEMORIAM. PATRIS. SUI. DEC. VII. COLLEGII. FABR. M. A HS. ∞ N. LIBERALITATE. DONAVIT. SUB. CONDICIONE. UT. QUOTANNIS. ROSAS. AD. MONUMETIUM. EJUS. DEFERANT. ET. IBI. EPULENTUR. DUMTAXAT. IN. V. ID. JULIAS. QUOD. SI. NEGLEXERINT. TUNC. AD. VIII. EJUSDEM. COLLEGII. PERTINERE. DEBEBIT. CONDICIONE. SUPRADICTA. LIPSIUS. ad Tacitum. II. 7. Dio, πρὸς δὲ ἐπὶ τῷ αὐτῷ, κενοτάφιόν τι αὐτῷ τοῦ Ῥήνου λαβών. Tacitus Annal. lib. II. cap. 7. de Germanico verba faciens profecto ad liberandum obsidione castellum Lupiae flumini adpositum: *Tumulum nuper Varianis legionibus structum, & veterem aram Druso sitam disjecerant. restituit aram, honorique, patris Princeps ipse cum legionibus decucurrit.* TORR.

Stato die] *Statuto* Periz. Harl. Holf. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Arg. sollemni variatione. vid. Calig. XL. sed infr. XLII. *statutis diebus.* Ceterum de monumento Drusi prope Moguntiam erecto, unde locus adhuc hodie *Drusiloch*, sive *Drusi locus* vocatur, vide Serar. Rer. Mogunt. lib. I. cap. 15. qui olim ibi fuisse triangularem molem tricornem, sed incertum quo tempore dirutam narrat, & cujus figuram exhibet Georg. Christ. Joannis, qui nuper Res Moguntinas edidit tom. III. pag. 338. quam tamen fictam esse credit Tentzelius in colloq. Menst. A. 1698. pag. 670. & seqq. ubi late de loco dicto *Eichelstein*, in quo hoc monumentum fuisse jactant, agit, & Blumbergii, qui de hoc monumento libellum conscripserat, errores erudite refutat. BURM.

Circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret] In funeribus clarorum virorum milites suis instructi armis & tanquam in procinctu, gradu militari & exercitatione quadam ludicra decurrebant. Id Virgil. XII. Aeneid. in funere Pallantis imitatus est:

> *Ter circum accensos, cincti fulgentibus armis,*
> *Decurrere rogos.*

Sed laevos orbes agere, circumque in sinistram decurrere primum solebant: deinde ut expiarent contagionem funeris, in dextram decurrebant. Papinius lib. VI. 215.

> —— *lustrantque ex more sinistro*
> *Orbe rogum.*

Deinde subjicit:

> —— *hic luctus abolere, novique*
> *Funeris auspicium, vates, quamquam omnia sentit*
> *Vera, jubet, dextro gyro & vibrantibus armis*
> *Hac redeunt.*

TURNEBUS. Adv. V. 8. Ut in Heroum funere factum legimus, Patrocli apud Homerum, Pallantis apud Virgilium. Idem Augusto honor habitus, teste Dione lib. LVI. ac Severo Principi, de quo pulchre Herodian. lib. IV. TORR.

Marmoreum arcum] Qualem in vetustis nu-

senatus inter alia complura, marmoreum arcum cum tropaeis via Appia decrevit, & Germanici cognomen ipsi posterisque ejus. Fuisse autem creditur non minus gloriosi, quam civilis animi. Nam ex hoste super victorias, opima quoque spolia captasse, summoque saepius discrimine duces Germanorum tota acie insectatus: nec dissimulasse umquam, pristinum se Reipublicae statum, quandoque posset, restituturum. Unde existimo nonnullos tradere ausos, suspectum eum Augusto; revocatumque ex provincia: & quia cunctaretur, interceptum veneno. Quod equidem magis, ne praetermitterem, retuli, quam quia verum aut verisimile putem: quum Augustus tanto opere & vivum dilexerit, ut coheredem semper filiis instituerit, sicut quondam in senatu professus est: & defunctum ita pro concione laudaverit, ut deos precatus sit, *Similes ei Caesares suos facerent: sibique tam honestum quandoque exitum darent, quam illi dedissent.* Nec contentus elogium tumulo ejus versibus a se compositis exsculpsisse, etiam vitae memoriam prosa oratione composuit.





...mismatibus tam aereis, quam argenteis cernimus, cum titulo GERMANICI, & DE GERMANIS. TORR. Dio simpliciter ἀψῖδα nominat: alibi ἀψῖδα τροπαιοφόρον. CASAUB.

Tropaeis] *Tropeis* Memm. similes arcus cum insignibus Triumphorum in Domit. cap. XIII.

Germanici] *Germani* Memm.

Et Germanici cognomen ipsi posterisque ejus.] Dio Γερμανικὸς μετὰ τῶν παίδων μετονομασθείς CASAUB. *Germani* Memm.

Creditur] *Traditur* Edd. Venet. pr. *autem* deest Roman.

Non minus gloriosi quam civilis animi] Vellejus Paterculus II. 97. *Cujus ingenium utrum bellicis magis operibus, an civilibus suffecerit artibus, in incerto est.* CASAUB.

Opima] *Optima* Ex. Cujac. *insectus* Ed. Rom. *insectatus* vero si repetatur *creditur*, rectum est. quamvis nescio an melius sit, inter *captasse* & *dissimulasse* poni, *insectatum*, scilicet *esse*, quia sequitur *restituturum*. BURM.

Quandocumque posset restituturum] Rectius MSS. duo *quandoque restituturum*. Qua de re aliquando cum fratre Tiberio per litteras egerat. TORR. *Quandoque posset restituturum* Memm. Exc. Cujac. *quandoque si posset restituturum* Copes. sed Memmiani Codicis lectio recte a Graevio & Gronovio probata est. in Rom. Ed. erat *quandoque restituturum*, quod probabat Lipsius.

Interceptum veneno] *Interemptum* Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Steph. sed male. ita enim & noster in Caes. XX. & Nerone. XXXV. Eadem varietas in Aug. XIV. & Tib. VII. sic apud Liv. III. 30. pro *interfecto praesidio* in MSS. est *intercepto*, vel *interemto*. BURM.

Tantopere] *Tanto opere* Mem. mox *& coh.* Copes. *in coh.* Harlem. *semper* respicit crebras testamentorum mutationes. v. Caes. LXXXIII.

Et defunctum] *Et* deest Memm. Copes. *laudavit* etiam Periz. Harlem. Edd. Venet. tres, Lugd. Basil. pro *laudarit*, ut saepe alibi.

Elogium] *Eulogium* Periz. margo. *Eclogium* videtur legisse Gunther. de Jure manium. lib. I. cap. 18. quod pro epitaphio capit. sed inepte *Eclogium* vel *Eulogium* dici docuit summus Graevius ad Cicer. de Senect. cap. XVII. ubi & *elogium* dicitur, *notum carmen incisum sepulchro*. BURM.

Insculpsisse] MSS. omnes *exsculpsisse*. TORR. *Insculpsisse* solum Pal. tert. duo priores *exsculpsisse*: neque aliter Vett. Edd. aut MS. aliorum. GRUT. *Exsculpsisse* etiam Harlem. Periz. Copes. & Edd. Veter. praeter Basil. Steph. & sequentes, quorum lectionem adjuvat Hulsianus,

posuit. Ex Antonia minore complures quidem liberos tulit: verum très omnino reliquit, Germanicum, Livillam, Claudium. Claudius natus est, Julio Antonio, 2 Fabio Africano Consulibus, Kalendis Augustis, Lugduni, eo ipso die, quo primum ara ibi Augusto dedicata est: adpellatusque Tiberius Claudius Drusus. Mox fratre majore in Juliam familiam adoptato, Germanici cognomen adsumsit. Infans autem relictus a patre, ac per omne fere pueritiae atque adolescentiae tempus, variis & tenacibus morbis conflictatus est; adeo ut animo simul & corpore hebetato, ne progressa quidem aetate, ulli publico privatoque muneri habilis existimaretur. Diu, atque etiam

nus, qui, *insculpisse*, *exsculpere* reddidit Heinsius Lactantio de Phoenice,

Protinus exsculpunt sacrato in marmore formam.

vid. ad Ovid. XIV. Epist. 128. ubi de his elogiis videbis, *sculpere*, *insculpere*, *inscribere* passim dici, nondum tamen *exsculpsisse* tot codicibus firmatum damnare audeo. BURM.

Etiam vitae memoriam] *Memoria* pro commentario rerum gestarum, vel vitae ephemeride. Fuit etiam inter officia domus Augustae *memoriae magister*. Et *Memoriales*, qui ad memoriae officium apparebant *οἱ Μνημονάλιοι*. Inde & *memoria* cippus vel columna mortui tumulo imposita, in qua elogium ejus inscriptum videbatur, quod nomen, patriam, parentes, professionem, artem, aetatem, mortis genus contiuebat. SALMAS. Exerc. Plin. p. 859. v. ad Aug. LXXXIX.

Antonia minore] *Juniorem* vocat Calig. cap. I. Ibi vide, & Ner. cap. V. de Livilla vero Aug. cap. XCIX. & Tib. cap. LXII. TORR. Vid. comm. ad Tacit. IV. Ann. 44. *minores* Ed. Rom.

2. *Julo Antonio*] Recte. *Julus* enim Antonii hujus, III. viri filii, praenomen fuit, ad quem scripta est Horatii Oda II. lib. IV. Male autem Sueton. Africani cognomen Fabio dat, quod Julii Antonii fuisse, nostris in Horat. commentariis ostendemus. TORR. Constanter scripti libri *Julio*: ut apud Dionem bis in fronte & fine ipso libri LIV. Ἰούλιος pro Ἴουλος. perperam. Errare vero Suetonium, qui Africani cognomen Fabio tribuat, quod fuit Juli Antonii, ex Dione eodem & Cassiodoro pridem observatum a doctissimo Sigonio; qui etiam fastos Siculos citat, in quibus ita scriptum legimus: λβ. Α. Κ. Ινδ. ζ. ὑπ. Ἀφρικανοῦ καὶ Μαξίμου τὸ β'. In Graecis Excerptis Chronici Eusebiani, quae publicavit Josephus Scaliger, invenio hos consules ita notatos: ΙΟΥΛΙΟΣ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ ΦΑΒΙΟΣ ΑΦΡΙΚΑΝΟΣ: quod equidem vehementer admiror. CASAUB. Suetonium non errare, quasi cognomen Antoniorum tribuerit Fabiis, ut nobis persuasum voluerunt Casaubonus, Sigonius, Lipsius ad Tac. I. Ann. X. non solum Dio ostendit, qui lib. LIV. consules laudat Ἰούλιον Ἀντώνιον Μ. υ. Κ. Φάβιον Κ. υ. Ἀφρικανόν. Nec repugnat in fine libri, ubi eorum coss. rursum fit mentio. Sed & ex Cassiodoro Onuphrius Panvinius Com. in l. II. Fast. A. U. 744. proponit *Julum Antonius* & *Africanum Fabium*, quamvis aliter in Cassiodori editionibus legatur. Fastos Siculos & Cuspiniani parum moror, mutilos passim & depravatos. Suetonio accedunt excerpta Chronici Eusebiani, quae publicavit Scaliger & laudavit Casaubonus. sed & nummus aureus apud Goltzium, omni exceptione major testis, expresse *Africani* cognomen *Q. Maximo* adjecit. In quo legitur ab una parte: JUL. ANTON. M. F. Q. MX. AFRICAN. In altera parte: L. ARRUNTI L. F. II-VIR. Haec ex CHRITOPH. RUPERTI epist. XVII. ad Reinef. Codex Salmas. & Rob. Steph. edit. *Julio Antonio.* GRAEV. *Julo* habent Plant. Casaub. Torr. Scriver. Graev. pr. & recentiores. reliquae omnes *Julio*. vid. Lips. ad Tacit. I. ann. 10. & Jac. Gronov. ibid. & III. 18. an erraverit in cognomine Africano nondum possim decernere. nam & in Gudianis pag. XXII. 9. legitur.

C. IULIO ANTONINO ET. P. FABIO AFRICANO COSS.

Antonino male pro *Antonio*. Gruterus etiam ad Senec. de brevit. vit. cap. V. Suetonium errasse credit. vid. & Gram. XVIII. BURM.

Lugduni] vid. Gruter. XXXIX. I. BROUCH. *Lugduni* Memm.

Eo ipso] *Eo ipse* Harlem. & *ipso* Exc. Cujac.

etiam post tutelam receptam, alieni arbitrii, & sub paedagogo fuit: *quem barbarum & olim superjumentarium, ex industria sibi adpositum, ut se quibuscumque de caussis quam saevissime coërceret*, ipse quodam libello conqueritur. Ob hanc eamdem valetudinem & gladiatorio munere, quod simul cum fratre memoriae patris edebat, palliolatus novo more praesedit: & togae virilis die, circa mediam noctem, sine

Ara ibi Augusto] de hac ara ante diximus, Calig. cap. XX. TORR.

Ulli publico privatoque muneri] Scrib. *privatove*. CASAUB.

Diu etiam atque post tutelam receptam,] Melius in optimo cod. *Diu atque etiam post tutelam receptam*. hoc est, postquam sui juris effectus in tutorum esse potestate desiisset, peculiari Jurisconsultis loquendi formula, apud quos pupillus *suae tutelae effici*, & *in tutelam suam venire* dicitur, cum pubertatis annos attigit. Quibus verbis usus etiam sic Cicero est. Et impuberum quidem cura ad *tutores* spectat, adolescentium vero, uti & aliorum, qui rebus suis superesse non possunt, quales sunt furiosi, prodigi, fatui, ac perpetuo aliquo morbo impediti, proprie *curatores* dicimus, ac *curationem* ipsorum munus. TORR. *Diu etiam atque post* Periz. Harlem. Exc. Cujac. Edd. Veteres, praeter Bonon. Gryph. & recentiores. nescio aliud hujus locutionis *post tutelam receptam*, exemplum, nec satisfacit Torrentius. Beroaldus explicat *a tutela liberatum*, ut apud Virgilium saepe *recipere* capitur. vid. Serv. ad Virg. VI. III. sed tunc *receptam* legendum esset, sc. Claudium. & in Lugd. edit. legebatur, *post tutela receptam*. an ergo *tutela receptum* legi posset, & pro *a tutela liberatum* liceat dicere, nescio. Juris consultorum formulae, *in suam tutelam venire* & similes, plane ab hac Suetonii abhorrent. si post tutelam *exactam*, *finitam* vel simile quid dixisset, intelligerem, nunc haereo. BURM.

Superjumentarium,] Verbum durum, & insolens. *Jumentarium*, ut *armentarium*, dixisse suffecerat. TORR. Falluntur interpretes, qui putant *superjumentarium* & *jumentarium* idem significare: quae sententia a veritate tantum abest, quantum homo distat a brutis. *Jumentarius* dicitur, qui praeest jumentis eaque curat, ut *asinarius*, ὁ ἐπὶ τῶν ὄνων vel ὁ ἀεὶ τῶν ὄνων ἐπιμελής. ut quidam auctores loquuntur: possis & *magistratum jumentorum* dicere, ut apud Victorem, *magister pecoris camelorum*, qui & *camelarius* dicitur apud Victorem Uticensem. at *superjumentarius* est is, qui praefectus est jumentariis. Ut Graeci ἐπὶ usurpant in officiis denotandis, ita Latini *super* aut *supra*: sic qui in Caesarum aulis obvenientes hereditates administrabat, aut vigesimae hereditatum propositus erat, dictus *super* vel *supra hereditates*, ὁ ἐπὶ τῶν κληρονομιῶν. Scribonius Largus cap. XXI. *Hoc Anteros Tiberii libertus supra hereditates remediatus est*. Similiter *supra velarios*, in veteri inscriptione quae Neapoli visitur, (Gruter. DXCIX. 8.) SUPRA VELARIOS. DE DOMV. AUG. qui & *praepositus velariorum* dicebatur. alius lapis, (ibid. 7) TI CL. THALLUS PRAEPOSITUS. VELARIORUM. DOMUS. AUGUSTANAE. FECIT. SIBI. ET. FILIIS. SUIS. L. L. POST. EORUM. Denique ut primicerius jumentariorum dicitur hic *superjumentarius*: sic stationariorum, de quibus multa in Codice, praepositum vocabant *superstationariam*. ejus mentio apud Optatum Milevitanum lib. primo. CASAUB. Sic & *superpositus medicorum* in veteri item inscriptione dicitur, qui *super medicos* poterat dici. SALMAS. ad Spartian. Adrian. cap. 2. *supermentarium* Menm. vid. ad Petron. cap. XXX.

Ob hanc eamdem] *Ob hanc tandem* Bonon. Paris. vitiose.

Palliolatus novo more praesedit] Cinaedi & molles capita semper pileolis aut palliolis tecta gerebant. Trimalcio ille Petronianus: *adrasum pallio incluserat caput*. Palliolum & focalia in oratore solam valitudinem excusare scribit Quintilianus; nam qui aegrotabant, ut hic Claudius, etiam capite tecto solebant esse. Rutilius Lupus de figuris sententiarum in characterismo hominis ebriosi: *tunicatus sine pallio, fulcatus prae lectulo, palliolo frigus a capite defendens*. Ovidius lib. I. Artis amatoriae: 734.

Aegrum te facito ut simules, nec turpe putaris,

Pal-

fine follemni officio lectica in Capitolium latus est. Disciplinis tamen liberalibus ab aetate prima non mediocrem operam dedit, ac saepe experimenta cujusque etiam publicavit. Verum ne sic quidem quidquam dignitatis adsequi, aut spem de se commodiorem in posterum facere potuit. Mater Antonia *portentum eum hominis* dictitabat, *nec absolutum a natura, sed tantum imchoatum:* ac si quem socordiae argueret, *stultiorem* ajebat *filio suo Claudio*. Avia Augusta pro despectissimo semper habuit: non adfari, nisi rarissime: non monere, nisi acerbo & brevi scripto, aut per internuntios solita. Soror Livilla, quum audisset quandoque imperaturum, tam iniquam & tam indignam sortem populi Romani palam & clare detestata est. Nam & avunculus major Augustus quid de eo in utramque partem opinatus sit, quo certius cognoscatur, capita ex ipsius epistolis posui. 3

Collocutus sum cum Tiberio, ut mandasti, mea Livia, quid nepoti tuo Tiberio faciendum esset ludis Martialibus. Consentit autem uterque nostrum, semel esse nobis statuendum, quod 4

Palliolum nitidis impofuisse comis.
Palliola quoque mulierum, & praecipue meretricum, quibus caput tegebant: ut ex Martiale & Juvenale constat. Caeterum mitra, pileus, cucullus, galerus, palliolum, capitis tegmina erant, ut reapse haud multum diversa, sic nomina plerumque ab auctoribus confundi solent. SALMASIUS ad Vopiscum. Aurel. cap. XLV. & ad Tert. Pall. pag. 308. in Ovidii loco, quem libro non inspecto, memoriae fidens Salmasius adducit, legendum, *Arguat & macies animum, nec turpe* &c. ad Vopisc. Bonos. cap. ult. citat *saepe sae aegrotum simules, nec* &c. ubi etiam de *palliolis & pallis* agit. BURM.

Sine solenni officio] Sine ullo honore, ut sup. Calig. cap. X. TORR.

In Capitolium] Cum in forum deduci solerent. TORR.

3. *Disciplinis*] Memoratur Ti. Claudius Lemnius ejus libertus, a *studiis* apud Gruter. DLXXXIV. 3. BROUKH.

Ne sic] *Nec sic* Copes. mox, *assequi spem*, sine *aut* Hulf.

Nec absolutum] Hic finiebat periodum, omissis reliquis, *a natura sed tantum inchoatum*, Hulf. perperam, *inchoata* enim dicuntur nondum polita, exculta. Apulej. de Philos. Plat. *impolitas* dixit, *inchoatas sententias*. respicit enim hoc dicto Antonia ad id genus animalium, quae non perfecta eduntur, sed quae a partu demum perficiuntur. ita Plin. X. 63. *sed superiora omnia perfectos edunt partus, haec inchoatos. in quo genere sunt leaenae, ursae, & vulpes.* &c. & huc, credo, respicit Senec. in Apocol. quum dixit, *nemo eum umquam natum putavit.* & Juven. Sat. II. 33. *Patruo similes effunderet offas.* quae Schol. de Claudio, alii de Domitiano explicant. BURM.

Stultiorem filio] Quasi per parodiam, immutans proverbia Graeca, μωρότερος Μορύχου, vel Μελιτίδου, quae satis nota & illustrata ab Adagiorum collectoribus. BURM.

Populo Romano] Liber opt. *P. R.* Ut *populi Romani* legere malim. TORR. *Et* ante *tam indignam* deest Periz. & Harlem. Edd. Rom. Venetis tribus, Lugd. Junt. Ceterum Edd. multae P. R. vel Po. Ro. unde casus dignosci nequit. sed *Populi Romani* vel *Populi Ro.* Harlem. Edd. Venetae tres, Bon. Basil. poster. Lugd. Junt. & probat Lipsius.

Nam & avunculus major Augustus] Duo libri sine &. Avunculum autem Claudii majorem Augustum vocat, quia Octavia, utriusque Antonia mater, Augusti soror fuit. De Augusti Epistolis Aug. cap. LXXXVI. TORR. *Et* deest Copes. & Hulff.

Augustus quid de eo &c.] Quid igitur sibi voluit Barthius, qui lib. VII. Adv. I. & LIV. 13. Claudium inter sapientes principes locat: bene reprehensus a Reinesio Epist. ad Rupert. pag. 506 BROUKH.

4. *Ludis Martialibus.*] Eos intelligo, qui in Circo Kal. Augusti, quod ea die Martis aedes consecrata fuit, quotannis celebrabantur. De quibus Dion lib. LX. cum etiam sub Claudio celebratos refert, non quod ipso die natus esset, sed ob templi illius consecrationem. Possumus etiam ludos eos intelligere, qui veteri in Calendario, Augusti temporibus pro-

quod consilium in illo sequamur. Nam si est ἄρτιος, *ut ita dicam*, ὁλόκληρος, *quid est quod dubitemus, quin per eosdem articulos & gradus producendus sit, per quos frater ejus productus fuit? Sin autem* ἠλαττῶσθαι *sentimus eum*, καὶ βεβλάφθαι, καὶ εἰς τὴν τοῦ σώματος καὶ εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ἀρτιότητα, *praebenda materia deridendi & illum & nos non est hominibus*, τὰ τοιαῦτα σκώπτειν καὶ μυκτηρίζειν εἰωθόσιν. *Nam semper aestuabimus, si de singulis articulis temporum deliberabimus*, μὴ προϋποκειμένου ἡμῖν, *posse eum gerere honores arbitremur nec ne. In praesentia tamen quibus de rebus consulis, curare eum ludis Martialibus triclinium sacerdotum, non displicet nobis, si est passurus se ab Silani filio,* *bo-*

proposito, IV. EID. MAJI annotantur, Marti Ultori sacri. TORR.

Semel esse nobis] *Nobis esse semel* Exc. Cujac.

Si est ἄρτιος, *ut ita dicam*, ὁλόκληρος.] Haec scriptura nostrorum omnium: nisi quod fere *artius* pro ἄρτιος scriptum est in MSS. Scripserim, *si est* ἄρτιος, *&, ita dicam*, ὁλόκληρος. in hoc loquendi genere τὸ *ut* solet interdum omitti: ut libro priore cap. XIII. *populum Rom. vel dicam, hominum genus, compotem fecit*. In Memm. *artius* & *bolocterus* Latinis characteribus. CASAUB. Sic omnino Pall. nisi quod pr. *artius, ut ita dicam bolodorus*. GRUTER. An καὶ ὁλόκληρος. GUJET. Haec sine copula posse junctim efferri, ut *tota integra mater* censet ad Gell. XII. I. Gronovius, & in antiquis editionibus, aut (*& ut ita dicam*) aut omisso *&*, (*ut ita dicam*) in parenthesi editur. *artius* Latinis literis Copes. & Ed. Venet. pr. *artios*. Periz. Harlem. sed in Periz. erat *artios* (*ut ita dicam*) —— & recenti manu suppletum, ut fere semper in graecis iste codex. *artius* (*ut ita dicam*) *& totus perfectus* Lugd.

Perductus fuit] Libri tres, *perd. sit*. TORR. BURM.

Scripsimus *producendus* & *productus*, cum Viterb. alii *perducendus* & *perductus*. non male. sed illud aptius: sic προάγειν & προηγμένα vocabula Stoicorum Cicero vertit *producere ad dignitatem* & *producta*. *Articulos & gradus* vocat, quae M. Tullius II. Tusc. 26. *puncta*, cum dicit, *omnibus punctis honorem colligere*. CAS. *Producendus* &, *productus fuit* omnino Pall. tres, melius quam ut editi, *perducendus* & *perductus*. est enim *producere* vocabulum proprium, ubi agitur de hominibus suscitandis ex vita domestica ad publicam dignitatem, ut pluribus ostendi in suspicionibus. GRUTER. *Perducendus* & *perductus* Harlem. Periz. & editi olim omnes, nisi quod *perductus sit* habeant codices quidam & editi: sed *producendus* & *productus* videtur in Memmiano fuisse, ita enim ediderе Casaub. Graev. & Gronov. & ita Copes. quoque. centies vero haec verba commutata. sed huic rei proprium *producere*: sic apud Caes. VII. de Bell. Gall. 39. *Quem Caesar ab Divitiaco traditum ex humili loco ad summam dignitatem produxerat*. ut recte correxit Dounaeus ad Orat. Demosthenis de pace pag. 174. & multis exemplis confirmavit, & simul προάγειν Graecis ita poni docuit. in duobus codicibus apud Lucan. III. 572. inveni

Quo potuit civem populus producere liber.

vide Heins. ad Claud. I. in Rufin. 113. major etiam hujus verbi si gratia, translatum ab avibus pullos producentibus capiamus, de quo ad Valer. Fl. VII. 375. & de Canibus catulos producentibus ad Nemes. Cyneg. 187. egimus. BURM.

Sentimus eum καὶ] *Sent. eum &* Exc. Cujac. Memm. Copes. Edd. Basil. Steph. & aliae. *sentimus eum etiam* βεβλ. Junt.

Ἀρτιότητα,] Ἀκεραιότητα Junt.

Μὴ προϋποκειμένου] Recte sic ex Turnebi sententia Pulmannus, nisi quis προκειμένου malit. Vult Augustus semel in universum proponi, quid de Claudio statuendum sit. TORR. Legendum videtur μὴ προϋποκειμένου, & supra ἠλαττῶσθαι, & infra μετεώρως, ut in editionibus vulgatis, quod positum est pro *negligenter*, ut μετεωρία pro ipsa *negligentia*. URSIN. Mutavimus priorem lectionem, secuti codices manu exaratos. qui omnes & nostri & aliorum sic προϋποκειμένου habent elegantior erat & Ἀττικωτέρα vulgata, μὴ προϋποκειμένου ἡμῖν, suple ὄν. CASAUB. προϋποκειμένου etiam videtur scriptum in omnibus Pall. uti placebat Turnebo, non προϋποκείμενον. GRUT. Jac. Gronov. ad Arrian. I. cap. ult. προϋποκείμενον defendit, ut praeferunt Edit. antiquae. nam in quibusdam, ut & MSS. Graeca semper vitiosissima, & vix intelligibilia. προϋποκειμένου vero est in Steph. Basil.

homine sibi adfini, admoneri, ne quid faciat quod conspici & derideri possit. Spectare eum Circenses ex pulvinari non placet nobis. Expositus enim in prima fronte spectaculorum conspicietur. In Albanum montem ire eum non placet nobis, aut esse Romae Latinarum diebus. Cur enim non praeficitur urbi, si potest fratrem suum sequi in montem? Habes nostras, mea Livia, sententias, quibus placet semel de tota re aliquid constitui: ne semper inter spem & metum fluctuemus. Licebit autem, si voles, Antoniae quoque nostrae des hanc partem epistolae hujus legendam. Rursus alteris literis: *Tiberium adolescentem ego vero, dum tu aberis, quotidie invitabo ad coenam, ne solus coenet cum suo Sulpicio & Athenodoro: qui vellem diligentius, & minus μετεώρως, deligeret sibi aliquem, cujus motum & habitum & incessum imitaretur misellus:*

*ATU-

sil. Casaub. & recentioribus; [illegible] Exc. Cujac. BURM.

Gerere honores] *Arbitremur eum gerere honores.* Periz.

Non displicet] *Et non disp.* Copes.

Ab Silani filio,] Libri meliores *Silvani.* Sillvanus gentis Plautiae cognomen est. Sed *Silani* mallem, quod nomen gentis Juniae tribus sub Augusto consulatibus tunc celebrius fuit, ac postea etiam Cajus M. Silani filiam duxit. Calig. cap. XII, & XXIII. TORR. *Silvani* Memm. Copes. Harl. Periz. Cujac. & Edd. Rom. Venet. Lug. Ald. Junt. Steph. *Sillani* Bonon. Paris. *Syllani* Basil. poster. Gryph. & alii.

Conspici] Lib. vetus asscriptum habebat *despici.* Quid si *despui* legamus? TORR. Torrentii conjectura erat in Lipsianis notis. sed ille tamen *conspici* rectius explicuit per notari. nam minime verosimilis, in nepote Liviae & Augusti proximo, haec contumelia: *conspici* notabilem, insignem esse, & in utramque partem poni vidimus ad Ovid. Epist. IX. 123. & Trist. II. 124. vid. & Gronov. ad Liv. IV. 13. sic *conspicuum* fecit Histrio spectatorem in Aug. XLV. Malim vero hic, *quo conspici & derideri possit.* ut mox *conspicietur*, ubi *conspicitur* Hulf. *conspici* praeterea retinendum, quia in theatro omnium oculis, & magistratuum & populi, expositus erat. hinc atrox dicitur injuria, quae *fit ludis & in conspectu*, l. VII. §. 8. ff. de Injuriis: & in *theatro* leg. seq. quod idem est quod *in publico.* unde & *publicare* recte exponit Casaubonus in Aug. XLIII. Plin. II. Ep. 20. *in hac altissima specula conspiciendum se monstrandumque praebere.* BURM.

Ex pulvinari] Ex hoc loco discimus, quid pulvinar fuerit Aug. cap. XLV. TORR. *Spectare eum circa circenses* Periz. Hulf. Edd. Rom. Venet. sec. & tert. Lugd.

Prima fronte] *Fronte prima* Exc. Cujac.

Latinarum] *Latinorum* Memm.

Praeficitur urbi] De praefecto Urbi Latinarum causa Romae relinqui solito praeter alios Gellius lib. XIV. cap. ult. & Pomponius J. C. l. II. De origine juris. Hujus loci autem sententia est. Postquam constitutum jam erat Claudium in montem Albanum ire cum fratre suo non debere, ne Romae quidem eum illis diebus relinquendum videri. si enim idoneus erat, qui fratrem comitaretur, quare non qui praefectus fieret? Moris autem fuit, ut summo loco nati adolescentes utrique huic muneri praeficerentur, sic enim Julius Capitolin. M. Antonino cap. IV. *Virilem togam sumpsit XV. aetatis anno, nec multo post praefectus feriarum Latinarum fuit.* Alterum exemplum est apud Dionem lib. LX. p. 668. cum Claudium Principem permisisse scribit generos suos, L. Junium Silanum, & Cn. Pompejum Magnum, praefectos Urbi feriis fieri: ferias enim Latinas intelligo. His adde locum Suetonii Ner. cap. VII. & quod de quadrigarum certamine in Capitolio Latinis feriis scribit Plin. lib. XXVII. cap. VII. TORR.

Mea Livia] *Mea Julia* Periz. quasi jam tum in nomen Julium transisset.

Fluctuemus] *Fluctuemur* Memm. qua forma saepe Livius, ut lib. XXXVI 10. XL. 32. vid. Gronov. II. Observ. 8. BURM.

Rursus alteris litteris] Duo verba haec, *alteris litteris*, & quae mox sequuntur, *tertiis litteris*, non sunt in optimo cod. TORR. *Aliis* Hulf. desunt *rursus al. literis* Exc. Cujac.

Suo Sulpicio] Forte ille Sulpicius Flavus, qui infra memoratur cap. XLI. inepte vero Babylonius hos duos credit fuisse sordidissimos homines, quorum cap. seq. in contubernio

 fuisse

Ἀτυχῶ πάνυ ἐν τοῖσι σπουδαίοις λίαν.

ubi non aberravit ejus animus, satis apparet ἡ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ εὐγένεια. Item tertiis literis: *Tiberium nepotem tuum placere mihi declamantem potuisse, peream, nisi, mea Livia, admiror. Nam qui tam* ἀσαφῶς *loquatur, qui possit, quum declamat,* σαφῶς *dicere quae dicenda sunt, non video.* Nec dubium est, quid post haec Augustus constituerit, & reliquerit eum nullo praeter Auguralis sacerdotii honore impertitum: ac ne heredem quidem, nisi inter tertios, ac paene extraneos, e parte sexta nun-5cuparit: legatoque non amplius quam octingentorum sestertiorum prosecutus. Tiberius.

fuisse Claudius narratur. Hi enim duo magistri & paedagogi adjuncti ab Augusto, illos, sui juris jam exiitens sub Tiberio, sibi adscivit. BURM.

Deligeret] Malim *deligerent*, ut ad Sulpicium & Athenodorum referatur, qui aliquem eligerent & adsumerent sibi, & proponerent Claudio, quem imitaretur, quod negligenter & μετεώρως faciebant. BURM.

Cujus motum] Idem cod. *modum*, alius *morem*. Nihil muto, quamvis sequitur *incessum* & idem dicere videtur. In versu autem Graeco, qui adjungitur (sive is e vetere quopiam poëta est, sive Augusteus, quales unus & alter referuntur Aug. cap. XCVIII.) dictiones πάνυ & λίαν trajecerim, atque ita legerim Ἀτ λίαν, aut λίαν γ', ἐν τ. σπ. πάνυ. TORR. Λίαν desideratur in codice Salmatiano & Roberti Stephani editione. pro πάνυ tamen λίαν in illo reperitur. Et sic legendum censet Salmasius: Ἀτυχῶ λίαν ἐν τοῖσι σπουδαίοις. GRAEV. In Sabelli Edit. legitur ἀτυχῶ ἐν τοῖς σπουδαίοις Αἴας λίαν. Unde ille de Ajace insano capit. ita & Argent. Edit. & Junt. ἀτυχονταμαλα Exc. Cujac. in quibus & λίαν, & mox, *iterum tertiis literis* desunt.

Placere mihi] Dubito an non *tibi*. nam sequentia *nam qui … non video* ostendunt, Augustum respondisse Liviae, scribenti sibi placuisse declamantem Tiberium; & ideo *nepotem tuum* scribit, ut ita in prima epistola, rescribit Liviae, quid egerit cum Tiberio, ut *mandaverat*, & ibidem, *quibus de rebus consulis*. ex quibus apparet, has fuisse epistolas responsorias. si ipse audivisset Claudium, vidisset eum σαφῶς dixisse, quod nunc sibi scribi admiratur. BURM.

Loquatur] *Locatur* Exc. Cujac.

Quin post haec Augustus constituerit] Libri MSS. omnes *quid* pro *quin* legunt. Non placet. *constituendi* enim verbo sic utitur, ut paulo ante, *placet semel de tota re aliquid constitui*. Atque hic observanda Augusti prudentia. ut enim recte Seneca: *Nemo disponet singula, nisi cui jam vitae suae proposita est summa. Atque ideo fere erramus, quia de partibus vitae omnes deliberamus, de tota autem nemo.* TORR. *Quid* non *quin*. URSIN. *Quid* est lectio omnium MSS. tam Pall. biblioth. quam Torrentii. item olim cusorum. recentiores enim *quin*. non recte. bene habet vulgata. Vult enim eandem semper Augusto fuisse super Claudium opinionem, quae tunc fuerat, idque insuper etiam confirmari testamenti tabulis. GRUT. *Quid* etiam Mem. & Exc. Cujac.

Et reliquerit] *Qui reliquerit*. Ed. Steph.

Honore] Vid. Gron. ad Gell. I. 23.

Inter tertios] Aug. cap. ult. TORR. *In tertios* Mem. Copes.

Nuncuparet] Sic quidem MSS. nostri omnes, sed inclinatam lectionem fulciam; ac sic legam, *ut ne heredem quidem nisi inter tertios, ac paene extraneos, e parte sexta nuncuparet, legato non amplius*, &c. Nisi cum vulgatis *nuncuparit* probamus, ceteris servatis, integra quidem sententia loci. TORR. *Ex parte* scribendum, non ut vulgo legitur, *ne parte*. URSIN. *Ne parte* Cod. Mem. Harlem. Exc. Cujac. Edd. Venet. Lugd. Junt. Ald. Basil. Gryph. & *parte* Bonon. Marg. Basil. & Gryphi. *e parte* Roman. *ne partes extra nuncuparet* Cod. Copes.

Legatoque non amplius quam octingentorum LLS. *prosecutus*] Multi vel apud hunc unum auctorem erant loci, unde admoneri poterant differentiae in numeris, nisi plane conniverent. nam heic octingenta sestertia modicum legatum Augusti principis apparet, plus autem vicies LLS. quod infra a Tiberio legatum dicat: multo autem plus octogies sestertium, quod initu novi sacerdotii coactus est impendere, ex quo ad tantam rei familiaris angustiam decidit, ut in vacuum lege praediatoria venalis diu pependerit. EGNATIUS. Si de minore sestertio, hoc

berius patruus petenti honores consularia ornamenta detulit. Sed instantius legitimos flagitanti, id solum codicillis rescripsit, *Quadraginta aureos in Saturnalia & Sigillaria misisse ei.* Tunc demum abjecta spe dignitatis ad otium concessit, modo in hortis & suburbano, modo in Campaniae secessu delitescens: atque ex contubernio sordidissimorum hominum super veterem segnitiae notam, ebrietatis quoque & aleae infamiam subiit. Quum interim, quamquam hoc modo agenti, numquam 6 aut officium hominum, aut reverentia publica defuit. Equester ordo bis patronum eum perferendae pro se legationis elegit: semel, quum deportandum Romam corpus Augusti humeris suis a Consulibus exposcerent: iterum, quum oppressum Sejanum apud eosdem gratularentur. Quin & spectaculis advenienti adsurgere, & lacernas deponere solebant. Senatus quoque, ut ad numerum sodalium Augustalium forte

hoc est nummo, intelligamus, erit nimis parva summa, nempe XX. coronatorum. Itaque de majore intelligendum, ut 20000. Coron. accipiamus. sequenti mox capite XL. aurei Romani, quando sestertiis nummis aestimabantur, facient centum coronatos Francicos. Sed id nos nunc non agimus, ut omnes summas explicare velimus, expositoris enim hoc, non annotatoris est officium. GLAREAN.

Legatoque non amplius] Tolle particulam copulandi, quae si maneat, requirit verbum *fuerit.* GRONOVIUS.

5. *Saturnalia & Sigillaria se misisse ei*] Particula *se* deest in tribus opt. libb. Nec semel sane sic loquitur Sueton. Porro *Sigillaria*, dies Saturnalibus adjecti, eadem licentia peragebantur. Nec dies tantum, sed & ipsa munuscula eo nomine vocabantur. Seneca Epist. XII. *ego sum Felicio, cui solebas Sigillaria afferre.* Ut ergo filiae suae denarios CCL. Augustus cap. LXXI. sic Tiberius nepoti suo Claudio XL. aureos in Saturnalibus misit. Quem morem Spartian. in Caracalla cap. I. ostendit, cum ait, *Quae a parentibus gratia Sigillariorum acceperat, vel clientibus, vel magistris sponte donavit.* Idem Hadriano cap. XVII. *Saturnalia. & Sigillaria frequenter amicis inopinantibus misit, & ipse ab eis libenter accepit.* Quo loco nove his vocabulis usus. Vide Macrob. lib. I. Saturn. cap. X. & XI. & de vico qui *Sigillaria*, aut *ad Sigillaria* vocabatur, inf. cap. XVI. Ner. cap. XXVIII. apud Gellium lib. II. cap. III. lib. V. cap. IV. TORR. *In Sigillari* Mem. & Copes. *e sigillari* Huls. *se misisse* Basil. Gryph. Plant. & recentiores. *misisset ei* Venet. sec. & tert.

Et suburbana domo] *Et suburbano, modo domo, modo in Camp.* Periz. Harlem. Edd. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Arg. & *suburbano, modo in Camp.* Basil. Steph. Gryph. Plant. & aliae, quod rectum puto. *Suburbanum* enim absolute poni solet nostro, ut Tib. XI. & passim, ut & aliis: vel potest jungi *secessu.* illud *domo* natum ex *modo*, quomodo saepe hae voces etiam alibi confusae. vid. ad Ovid. III. Att. 361. BURM.

Ebrietatis & aleae quoque] Lego, ut in optimo cod. *eb. qu. & aleae.* TORR. *Ebrietatis & aleae quoque* Harlem. Periz. Edd. priscae praeter Bonon. Steph. Casaub. Scriver. & recentiores. *aliae* Rom. *infantiam* Junt.

6. *Cum interim*] *Cui interim* Marg. Ant. Gryph. & *ut officium* Harlem.

Publica defuit] Libb. duo *publice.* TORR.

Exposceretur] *Exposcerent* & *gratularentur* Memm. Copes. Harlem. Periz. & omnes editi praeter Casaubon. Scriverium & sequentes paucos. *exposceret* Huls. quod & admitti posset, si &, *gratularetur*, ut edidit Gronovius, quasi Memm. ita habuerit, praeferatur. BURM.

Lacernas deponere] Aug. cap. XL. Equidem id reverentiae causa advenientibus Principibus fieri consuevisse crediderim. nam & oraturi deos paenulas deponebant, Auctor Tertullian. lib. De oratione. cap. XII. TORR. Birrus sive lacerna communis fuit sub Imperatoribus, & in communi usu versata vestis jam inde a temporibus Augusti, qui, cum in concione lacernis indutum vidisset pop. Romanum, exclamavit: *En Romanos rerum dominos gentemque togatam!* jussitque deinceps omnes politis lacernis togatos consistere. Hoc apud Suetonium legitur, quod tamen vix post illum obtinuit. Rarus exinde togarum apud Romanos

usus:

forte ductorum extra ordinem adjiceretur, censuit: & mox ut domus ei, quam incendio amiserat, publica impensa restitueretur, dicendaeque inter consulares sententiae jus esset. Quod decretum abolitum est, excusante Tiberio imbecillitatem ejus, ac damnum liberalitate sua resarturum pollicente. Qui tamen moriens, & in tertiis heredibus eum ex parte tertia nuncupatum, legato etiam circa sestertium vicies prosecutus, commendavit insuper exercitibus, senatui populoque Romano

usus: in salutationibus matutinis tantum, & officiis ceteris celebrandis sumebantur: omni alio tempore lacernati, hoc est, birris amicti vel paenulati ibant. Senatores omnium ultimi togam retinuere, quam tamen postea in totum abdicarunt, adeo ut Constantini temporibus chlamydes, hoc est, lacernas passim induerent, quod vetitum illis fecit lex Constantini Cod. Theod. *Quo habitu uti oportet intra urbem*; jussitque terrorem chlamydum deponere. Tandem penes solos judices, cum judicarent, & advocatos, cum causas perorarent, toga haesit. Unde *togati Augustorum*, *togati praefectorum*, de causidicis, qui apud Augustum, aut praefecturae sedem causas elatrabant, In antiquis inscriptionibus, & rei Agrimensoriae auctoribus reperiuntur dicti. Advocatos tamen etiam paenulatos aliquando fuisse cum causas agerent, legitur apud Auctorem de causis corruptae eloquentiae. SALMASIUS ad Tertul. Pall. pag. 79. *Lucernas* Memm. Copes. Harlem. & Exc. Cujac. & ita legere quosdam notat Sabellicus. *Solebant* etiam Edd. Venet. Bonon. Basil. Lugd. Ald. Steph. Gryph. & aliae. Ceterum obscurior hic reverentiae modus, si enim, ut Beroaldus, &, ut videtur, alii post eum, capiamus, ut depositis lacernis togas intrante Claudio sumerent, statuendum est, secum habuisse & togas & lacernas, quas in spectaculis mutare possent, adveniente Claudio: quod quum ridiculum sit, putem potius togatos venisse equites, si scirent Claudium adventurum, aut forte si praesideret ludis; ut cap. seq. narratur, vices Caji egisse. & tunc honorem habitum ipsi puto, positis lacernis, non in ipso spectaculo, sed domi mutata veste, quum jam lacerna fere quotidiana esset vestis: & hoc Tertulliani locus videtur etiam indicare, *ut est quorumdam etiam positis paenulis orationem facere. sic enim* ADEUNT *ad idola nationes.* ubi *adeunt*, indicat domi positas paenulas fuisse, quum ad templa irent. sed nondum satis explicitum hunc honorem puto. BURM.

Adjiceretur] Libri aliquot, etiam impressi, *addiceretur*. Quod placeret, si de judice aut arbitro dando loqueretur. Non displicet tamen. Quanquam *adiceretur* veteri more Suetonium scripsisse arbitror. Proprie autem *nominari* ac *cooptari* dicuntur sacerdotes, ut de Galba, & quidem inter sodales Augustanos, suo loco videbimus, cap. VIII. TORR. *Addiceretur* Edd. Venetae tres, Bonon. Lugd. Junt. Ald. Arg. *adjiceretur* Huls.

Imbecillitatem ejus] *Ejus* deest Copes.

Resarturum] *Resarsurum* Memm. Harl. Huls. & a m. pr. Periz. Edd. Venet. pr. Lugd. Junt. Ald. Arg. Steph. *resarcturum* Bonon. Paris. Caper de verbis dubiis pag. 2250. Ed. Putsch. *sartum*, non *sarsum* dici docet. *Sarcte* pro *sarte* editur in Charisii Instit. pag. 195. vide Muncker. ad Hygin. fab. CXXVII. BURM.

Et in tertiis heredibus] *Et* particulam omnino expungendam censeo. TORR. Induxit & Lipsius.

Circa sestertia vicies] Liber opt. *HS. vicies*, alii duo *sestertium vic.* TORR. Vetus C. habet *circiter sestertiûm.* URSIN. Scrib. *circa sestertium vicies*, ut in scriptis nostris: vel *circiter*, ut in aliis. CASAUB. Immo *sestertii vicies:* nam ea vox regitur τῷ *legato*, non a praepositione, quae instar adverbii sine casu nominis ponitur. GRONOV. *Sestertium* Memm. (ut Lipsius jam correxerat, sicut etiam cap. IX. erratum) Periz. Exc. Cujac. Edd. veteres praeter Basil. post Plant. & aliae quae *sestertia vicies*, quod neque Latinum puto. aliae per notas *HS. vicies* ediderunt, ut & alibi & Calig. LV. *vicies HS.* BURM.

Exercitibus, senatui] Libb. omnes MSS. *ac senatui.* TORR. *Ac Senatui populoque.* Copes. Harlem. Periz. Edd. Rom. Venet. pr. Bonon. Lugd. Junt. Ald. Steph.

7. *Secundam*] *Secundum* Periz. Harlem. Ed. Venet. pr.

Consulatum gessit una] De hoc Dion, & Sue-

mano inter ceteras necessitudines nominatim. Sub Cajo demum fratris filio secundam existimationem circa initia imperii omnibus lenociniis colligente, honores auspicatus, consulatum gessit una per duos menses: evenitque ut primitus ingredienti cum fascibus Forum, praetervolans aquila dexteriore humero consideret. Sortitus est & de altero consulatu in quartum annum: praeseditque nonnumquam spectaculis in Caji vicem, adclamante populo, *Feliciter*, partim *patruo Imperatoris*, partim *Germanici fratri*. Nec eo minus contumeliis obnoxius vixit. Nam & si paullo serius ad praedictam coenae horam occurrisset, non nisi aegre, & circuito demum triclinio, recipiebatur. Et quoties post cibum addormisceret, quod ei

7

8

Sueton. Calig. cap. xv. Quod vero sequitur, sortitum esse & de altero in quartum annum, ea quae sortitio fuerit, ignoro, nisi Cajum dicamus in annos aliquot sorte consules designasse, quo tempore etiam equo suo Incitato consulatum destinavit. Torr. *Una* id est, simul cum Cajo. Gujetus. Ingenue Torrentius: est enim locus inexplicabilis, nisi emendetur. Scribe: *Sortitus est & de proconsulatu in sextum annum.* Vetus erat senatusconsultum, certe antiquius lege Pompeja de ambitu, *τὸς ἄρξαντας ἐν τῇ πόλει μὴ πρότερον τὰς ἔξω ἡγεμονίας, πρὶν πέντε ἔτη παρελθεῖν, κληροῦσθαι*, de quo & caput legi suae Pompejus inseruit, teste Dione lib. 40. Idemque Augustus revocasse videtur: nam auctor fuit, *ne magistratus deposito honore statim in provincias mitterentur*, ut noster cap. 36. & consentit Dio lib. 53. cujus verba ibi Casaubonus advocat. Eodem pertinet in Galba cap. 3. *prohibitusque a Tiberio sortiri anno suo proconsulatum:* is ipse, qui Tacito vi. Ann. 40. *Galba tristibus Caesaris litteris provinciam sortiri prohibitus.* Idem in vita Agricolae: *Aderat jam annus, quo proconsulatum Asiae & Africae sortiretur.* Gronovius. *Sortitus est & de altero consulatu in quartum annum.* ita omnes scripti & editi. J. Fred. Gronov. legit *sortitus est & de proconsulatu in sextum annum*, sola conjectura fretus, quam filio suo adprobare non potuit, qui legit, *& de Asiae proconsulatu*, tanta confidentia, ut & in contextum receperit incertissimam conjecturam, nullo argumento aut testimonio probatam; immo, ut credo, falsam. quis vero hoc dissidium inter Patrem & filium tollet? nemo sine dubio, nisi excitetur ex abdito codex alterutri favens. sed vulgatam non esse mutandam arbitror, & Cajum, cum Torrentio puto, ut olim Julius Caesar fecerat cap. lxxvi. in plures annos magistratus ordinasse, & eos jussisse inter se sortiri, quo ordine annorum gererent deinceps. & ideo dixit *sortitos* de *consulatu*, non *consulatum*. Sors autem ita exiit, ut Claudius quarto demum anno consul iterum prodiret. quae sors omen fuit principatus: nam Cajo post triennium & x. menses occiso, quarto anno post primum consulatum Claudius & Consul iterum, & Imperator factus. Excidit ergo Claudius in sortiendo consulatu anni primi, &c. sed in quartum sortitus, omen cepit imperii. Quod non attendisse tot viros doctos demiror. Posset & poni ordinatos singulorum annorum candidatos in quinquennium, ex quibus quotannis sui anni candidati in sortem missi; & hinc Claudii nomen rejectum fuerit inter quarti anni candidatos, & tunc eum sorte ductum fuisse consulem, non vero fuisse relatum inter candidatos trium proximorum annorum, sed demum ejus rationem habitam quarto anno, quo sors ipsi favit. *Sortitus & altero consulatu* erat in una Veneta. Burm.

Praesedit] Aliis mandatas ab editoribus praesidendi vias patet ex vita Aug. xlv. & Plin. vii. Epist. xi. 4. ubi vide notas Cortii. Burm.

Acclamante populo, Feliciter,] Sic Domit. cap. xiii. *Domino, & Dominae Feliciter*. Juvenal. Sat. ii. *Signatae tabulae, dictum Feliciter.* Romani enim (quod & Cic. scribit lib. i. de Divinat.) boni ominis causa omnibus rebus agendis, *quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset*, praefari solebant. Exempla apud Suetonium Calig. xv. Aug. cap. lviii. Torr. *Partim parvo A. patruo Imperatoris, partim* &c. Memm.

8. *Occurrisset*,] Hic rectius explicat vim vocis *occurrere* pro praesto esse, Cl. Graevius, quam fecit ad Calig. cap. xxvi. vid. & eum ad Cicer. viii. ad famil. 8. Burm.

Obdormisceret] Libri aliquot *addormisceret*. Torr. *Addormisceret* Memm. habuisse credibile est, quia nihil monuerunt viri docti, qui

ei fere adcidebat, olearum ac palmularum ossibus incessebatur: interdum ferula flagrove, velut per ludum, excitabatur a copreis. Solebant & manibus stertentis socci 9 induci, ut repente expergefactus faciem sibi confricaret. Sed ne discriminibus quidem caruit: primum in ipso consulatu, quod Neronis & Drusi, fratrum Caesaris, statuas segnius locandas ponendasque curasset, paene honore submotus est: deinde extraneo vel etiam domesticorum aliquo deferente, adsidue varieque inquietatus. Quum vero detecta esset Lepidi & Gaetulici conjuratio, missus in Germaniam inter

eum consuluerunt, certe ita Periz. Harl. & Copes. Exc. Cujac. & Edd. Rom. Venet. tres. & Marg. Basil. quod mihi placeret, quia *obdormiscere* graviorem somnum notat, quam qui super mensam per intervalla saepe senibus & imbecillis incidere solet: sic Cael. Aurel. de Acut. pass. I. cap. XI. §. 83. *Si motus somnum ruperit, rursum addormiunt.* eadem varietas infr. Vesp. cap. IV. vid. Aug. XCIV. cap. tamen XXIIII. *obdormiscere* dicitur, de somno per intervalla repetito. BURM.

Ac palmularum] Pal. pr. ac sec. *aut.* forsan melius. GRUT. *Et* Periz. Ed. Rom.

A tropaeis] Mire hic locus torsit viros doctos, Turnebum maxime Adversar. XXII. cap. cap. XXXI. & XXVII. cap. XIX. Existimant enim aut *a copreis* legi posse, ut stercorarios nescio quos, qui manus dormientis oblinerent, intelligamus, quod mihi nullo modo placet, aut *a crepis*, quo nomine a verberum sonitu etiam Luperci appellantur. Sed & hoc longe petitum est. Et si conjecturas admittimus, rectius sane Beroaldus *tropaeus* substituit, quod illusores ideo sic dicti sint, quoniam illico se avertunt, ne deprehendantur. Ego retenta duorum vetustissimorum exemplarium lectione *a capreis* lego, quemadmodum & interpretes in suis libris legi fatentur, neque Turneb. id negat. Accedit quod Tib. cap. XLI. omnium librorum consensu homines isti ridiculi ex scurrarum genere, divitum mensis adstantes, *capreae* vocantur. Neque absurdam ibi rationem attulisse mihi visus sum, quare sic vocentur. vocabulum enim Latinum esse arbitror. Dionis sane compendium Pertinace κοπρίας appellat scurras ac ridiculos homines, a Commodo Caesare ad ludibrium dicatos, sed Graecorum more vocem ad linguae suae originem deflectens. Lege omnino, quae notavimus Tib. cap. LXI. TORR. Lissaci codd. *int. ferulae flagro velut per lud.* In eodem liquido scriptum *a copreis:* quam veram esse lectionem diximus ad librum tertium cap. LXI. De his copreis sentit Tacitus Annal. l. XII. cap. 49. *Erat Cappadociae procurator Julius Pelignus ignavia animi, & deridiculo corporis juxta despiciendus: sed Claudio perquam familiaris, cum privatus olim conversatione scurrarum iners otium oblectaret.* legimus enim ita cum Lipsio: cujus emendationem habemus pro verissima. Non celabo scripturam quam inveni in codice Viterbiensi, etsi monstrosam plane, *excitabatur a copreis* (recentior manus fecerat *capreis:* sed certa manebant prioris scripturae vestigia) XL. *trophеis.* Memmianus ita prorsus, ut edidimus. CASAUB. *Flagrove* quoque Pall. tres. Pall. tert. ac sec. *capreis.* pr. adhuc alia adtexit, *excitabatur a capreis XL. trophеis.* ubi putarim illud XL. manasse a male expressa vocula *vel*, ut *trophеis* scil. fuerit altera lectio. GRUT. Vide Scalig. ad Festum. BROUKH. *A tropeis* vel *trophеis* Periz. Harle. Edd. Venet. pr. Bonon. Basil. Junt. Ald. Steph. Gryph. Plant. *excitabatur Capreis* Venet. sec. & tert. Lugd. *a Capreis* Copes. Huls. *a torpeis* Arg. unde aliquando cogitabam *a torpore* ut margo Ant. Gryph. sed unice vera est Casauboni lectio *a capreis*, quae Memmiani codicis est & Exc. Cujac. & quam Lipsius probabat. desunt vero *a copreis* Editioni Rom. manus docta in Edit. Steph. ora distinguebat, *excitabatur*; *A Copreis solebant & manibus &c.* & ita Turnebus XXII. Add. 32. ubi saniora profert, quam lib. XXVII. 19. BURM.

9. *Sed ne discriminibus quidem caruit*] Josephus de Claudio lib. XIX. 2. πολλάκις ὑπὸ μετρίως ὑπὸ τῆς Γαΐου ἀρχῆς ἠμελημένος. CAS. *Sed de disc.* Harlem.

Faciem sibi confricaret] Palatini tres: *sibimet confricaret.* GRUT. Ita & Copes. Exc. Cujac. Edd. Junt. Ald. Steph. *induci* etiam pro *indui* Exc. Cujac. vid. ad Aug. XCII.

Neronis & Drusi] Eos Tiberius fame necaverat, cap. LIV. Cajus ipsorum memoriam restituit, cap. XV. TORR.

Primum in ipso consulatu] Codex Salmas. *primo in ipso consulatu.*

Po-

inter legatos ad gratulandum, etiam vitae periculum adiit: indignante ac fremente Cajo, patruum potissimum ad se missum, quasi ad puerum regendum: adeo ut non defuerint, qui traderent, praecipitatum quoque in flumen, sicut vestitus advenerat. Atque ex eo numquam non in senatu novissimus consularium sententiam dixit, ignominiae caussa post omnes interrogatus. Etiam cognitio falsi testamenti recepta est, in quo & ipse signaverat. Postremo etiam sestertium octogies pro introitu novi sacerdotii coactus impendere, ad eas rei familiaris angustias decidit, ut cum obligatam aerario fidem liberare non posset, in vacuum lege praediatoria venalis pe-

Ponendisque] Deest Hulss.

Domesticorum aliquo] Ut cum Pollucis servi sui delatione capitis caussam coram Cajo dicere coactus est. Joseph. Antiq. lib. XIX. TORR.

Lepidi & Gaetuli conjuratio,] Calig. cap. XXIV. Joseph. Antiquit. lib. XIX. TORR. Ad hunc locum pertinet fragmentum lapidis Fratrum Arvalium, in quo est,

. . . . A. D. VI. K. NOVEMB.

. . . . OB DETECTA NEFARIA CO. . . .

. . . VM. CN. LENTULI. GAE. . . .

Apparet autem ex his reliquiis Fratres Arvales, ob detecta nefaria consilia Cn. Lentuli Gaetulici in Claudium, immolasse hostias alicui Deo, cujus nomen in eo lapide incisum erat. URS. Conjuratio non in Claudium sed Cajum fuit inita. ut adparet ex Cal. cap. XXIV. ut in notis Torrentii correxi pro XIV. Cn. Lentulus Gaetulicus memoratur Cal. cap. VIII. Inscriptio ab Ursino adducta legitur apud Gruter. pag. CXVII. 3. BURM.

Etiam vitae periculum adiit] Dio LIX. pag. 658 τὸν Κλαύδιον ἀπέκτεινεν ἄν, εἰ μὴ κατεφρόνησεν αὐτοῦ. τὰ μὲν τῇ φύσει, τὰ δὲ καὶ ἐκ προνοίας πολλὴν μωρίαν προσεποιεῖτο. CASAUB.

Patruum ad se missum] Hinc proverbium, *Ad patruos*. Horat. lib. II. Sat. III.

——— ne sis patruus mihi.

Idem lib. III. Od. XII.

——— Metuentes patruae verbera linguae.

Pers. quoque Sat. I. II.

Cum patruos sapimus. TORR.

Postremo etiam] *Etiam* deest Copes. & Hulf.

Sestertium octogies pro introitu novi sacerdotii coactus impendere] At Dio ait centies sestertium, lib. LVIII. pag. 662. Κλαύδιον ἄλλως τε τοὺς πολυτελεστάτους ἱερέας προσέθηκε, κατηνάγκασε καὶ [illegible] ἐπὶ τούτῳ μυριάδας ἀναλῶσαι. Postquam coepere Imperatoribus tanquam diis templa extrui, redemta statim sunt ab improbissimis adulatoribus sacerdotia ista vi magna pecuniae, non in urbe solum, quod testatur haec historia: sed etiam per provincias. declarat Arriani locus, quem tractamus lib. secundo ad cap. XVII. & vetus ille lapis, quem Capuae descripsisse ajunt viri docti, positus a quodam, qui gratis eum honorem esset consecutus: quod haec verba indicant: HUIC. ORDO. DECURIONUM. OB. MERITA. EJUS. HONOREM. AUGUSTALITATIS. GRATUITO. DECREVIT. CAS. *Octies* Lips. in ora codicis. *sestertia octogies* Edd. Seb. Gryph. Doleti & Colio. quod notatum vidimus jam saepius.

Novi sacerdotii] Male hoc Beroaldus de Augustalium sacerdotio intelligit. id enim Claudius senatu censente extra ordinem adeptus est, ut paulo ante vidimus, cap. VI. *Novum* ergo *Sacerdotium* intelligo, quod Cajus ipse sibi instituit, quod adepti centies HS. pendere cogebantur. In quod & ipse, & uxor Caesonia, & Incitatus equus, & Claudius patruus asscripti fuere. Sic Dion lib. LIX. Meminit ejus etiam Sueton. Calig. cap. XXII. TORR. Plin. lib. X. Ep. 113. *despicias an in omnibus civitatibus certum aliquid omnes, qui deinde buleutae leguntur, debeant pro introitu dare.*

Obligatam aerario fidem] Eorum, qui publico debebant, nec solvendo erant, bona proscripta in tabula apud aerarium per aerarii praefectos suspendi solere demonstrat & alter Suetonii locus Domit. cap. IX. Quod apud Graecos quoque de obaeratorum bonis usurpatum fuisse, ut ea loco publico proponerentur, probat Aristot. lib. II. Rhetor. ad Theodecten, & Demosthenes contra Aristogitonem. *Pependisse* igitur *venalem* dicit Claudium, cujus bona sic exposita fuerint, & quidem *in vacuum*, quod cum neque ipse certa die solveret, neque quisquam pro eo satisdaret, tanquam *vacua*, aut *vacantia*, (ut JCti vo-

pependerit sub edicto praefectorum. Per haec ac talia, maxima aetatis parte trans-

vocant) hoc est, sine domino ac possessore esse videbantur, donec in fiscum cogerentur. Quo sensu Horat. lib. II. Sat. IV. *in vacuum venire* appellat, quando primi heredis morte vacantem hereditatem is, qui substitutus est, apprehendit. Solere autem intervenire amicos, tabulasque seu libellos, quibus suspensa erant bona, dejicere, Cicero non uno in loco in orat. pro Quinctio ostendit, & Seneca lib. IV. de Benef. cum ait: *Suspensis amici bonis, libellum dejicio, pro eo me obligaturus.* Quo facto, *nomen tabulis eximi* dicebatur. At vero *lex praediatoria* erat, quae de *praedibus* cavebat, hoc est, de iis, qui bona sua publico obligassent. Unde & *jus praediatorium* apud Cic. in orat. pro Cornelio Balbo, & lib. XII. ad Atticum epist. XVI. Quo loco etiam *praediatores* appellantur, qui in ea re versabantur. Quin & in Pandectis tit. De jure dotium lex LIV. ex Cajo desumpta est ad edictum Praetoris Urbani de Praediatoribus. Nisi *praediatores* forte pro *praedibus* hic accipimus. *Praes* autem (inquit Festus) *est is, qui populo se obligat, interrogatusque a magistratu si praes sit, respondet, Praes.* Et *compraedes* ejusdem rei populo sponsores. Torr. Aerarii publici praefecti solebant pecuniam ad aerarium pertinentem privatis mutuam sub usuris dare. Eam summam sestertii octogies, quam impenderat Claudius pro introitu sacerdotii, ab aerario sumserat mutuam, *praediis datis*, hoc est, possessionibus hypothecae titulo obligatis. Quam cum non posset dissolvere & fidem liberare, *lege praediatoria*, quae praediati bona, si non solveret, vendi jubebat, pependisse venalis dicitur, id est, bona ejus in tabella proscripta publice pependisse. Ita enim & *pignorari* dicitur, hoc est, ἐνεχυράζεσθαι, qui non ipse, sed cujus bona pignori caperentur. Non igitur ita accipienda verba Suetonii, ut viris placet eruditissimis, quasi ex veteri jure in caussis fiscalibus servato, qui non solverent, ipsi bonaque eorum venum exponerentur edicto praefectorum aerarii. Ad quid enim *praedes* & *praedia* ab his, qui publico deberent, postulata, nisi ut bona quae obligassent, ipsis non solventibus, proscripta penderent, & venderentur? Pendet itaque venalis, cujus bona pendent. Nemo tunc vendebatur pro debito. Sed quid est *in vacuum pendere*? An frustra, cum nulli accedunt emturi? Sic in Glossis *in μάτην*, *frustra*, *in vacuum*, exponitur. Et apud Apostolum *εἰς κενὸν τρέχειν*, *in vacuum currere* quidam ex veteribus vertunt. Apud Senecam *in vacuum* aliquot locis observavi pro *in vanum*. Ut *in vacuum tumultuari*, pro quo vulgo legitur, *in supervacuum*. Cl. Salmas. de Mod. Usur. pag. 739. & sequentibus. Pluribus enim ibi haec persequitur, & docet *praediatos* esse, quorum bona publico sint obligata; *praediatores*, qui eorum, qui publico obligati sunt, bona emunt, id est, praediorum sive hypothecarum emtores; & jus *praediatorium*, & *legem praediatoriam*, quae agebat de praediatis, hoc est, obligatis publico: *praedem* esse fidejussorem, qui fidem suam obliget populo pro redemtore & publicano; *praedia* proprie bona, quae publico sint obligata, quae postea *bona praedia* sint dicta. Haec aliaque huc pertinentia suse ibi docet pro eruditionis & ingenii ubertate Vir summus. Graevius.

Fidem] Id est debitum solvere. vide Gronov. ad Senec. de benef. IV. 35. *possis* etiam Hariem.

Lege praediatoria] Titulus fuit in edicto praetoris urbani *de praediatoribus*, ut discimus ex inscriptione legis 54. ff de Jure dot. Quapropter quae hic lex dicitur, revera pars edicti fuit, quod praetor proponere solebat. Constat praeterea ex eadem illa lege 54. edictum illud non tantum pertinuisse ad praedia, quae publico erant obligata, sed & ad quaevis alia. Ait enim ibidem loci Gajus: *Res, quae ex dotali pecunia comparatae sunt, dotales esse videri.* Quaestio enim haec, An praedia, dotali pecunia comparata, mulieris forent, ad hanc legem pertinuit. At haec quaestio utrimque privatum respiciebat. Sunt autem praediatores, si quid video, qui sua praedia aliis jure pignoris vel hypothecae obligaverunt. Et hinc apud Ciceronem 12. ad Atticum 15. dici mihi videtur *Apulejus praediator liberalis*, qui facilis erat in praediis hypothecae subjiciendis. Ut minime accedam Sebastiano Corrado, cui is *praediator* videtur, *apud quem bona praedia sunt opposita, vel ad quem pertinent ita, ut in his possit esse liberalis.* Neutrum enim cum veritate convenit, mea sententia. Goes.

Vena-

transacta, quinquagesimo anno imperium cepit, quantumvis mirabili casu. Exclusus inter ceteros ab insidiatoribus Caji, quum, quasi secretum eo desiderante, turbam submoverent, in diaetam, cui nomen est Hermaeum, recesserat.

Venalis pependerit sub edicto praefectorum.] Videtur ex veteri jure servatum in caussis fiscalibus, ut qui non solverent, ipsi bonaque ipsorum venum exponerentur edicto praefectorum aerarii. hi sunt, qui pependisse dicuntur: non quorum bona solum in tabula proscripta fuerunt. CASAUB. Sic l. 9. §. 4. ff. de Tutel. & rat. distrah. *Tutor* dicitur *confiscatus*, cujus bona confiscata sunt. GOESTUS. Sic apud Ciceron. II. Agr. 36. *Pompejum proscribere*, hoc est vectigalia virtute Pompeji parta. & III. Ag. 4. *vicinos proscribere*, h. e. vicinorum agros. pro domo cap. VIII. *Ptolemaeum publicare*. i. e. regnum Ptolemaei, Cyprum insulam. & ibid. cap. 20. *Cyprium Regem cum bonis omnibus sub praecone subjicere*. vid. & pro Sextio cap. XXVI. & XXVII. Philip. II. 31. Melius autem Torrentium explicasse putem in *vacuum pendere*, quam Jac. Nic. Loens. IX. Epiph. I. BROUKH. Vide etiam Gronov. ad Plin. XII. 15. & ita rei saepe *pendere* dicuntur, quorum bona vel ipsi etiam venales proscribuntur. Plin. IV. Epist. 9. *diu pependit*. Claud. II de Laud. Stil. 119.

Denique non dives sub te pro rure paterno,
Vel laribus pendet.

ubi Heinsius malebat *pendit*, vulgo *pallet*, sed MSS. *pendet*. totum hunc locum & *jus praediatorium*, doctissima dissertatione pro honoribus Academicis capiendis, olim egregie Ultrajecti explicuerat Magni Graevii filius, Theodorus, amicus a tenera aetate & sodalis carissimus, quem immatura mors paternae famae accrescere prohibuit, & dum in Callimacho edendo operam poneret, in medio opere juvenem rapuit. BURM.

Praefectorum] *Praetorum* legebat Loens. lib. IX. Miscel. Epiphyll. I.

10. *Quinquagesimo anno imperium cepit*] Philostratus in vita Apollonii lib. V. loquens de Claudio. καί τοι πεντηκοντούτης ἐς τὸ ἄρχειν παρελθὼν, ὅτι τῆς μάλιστα ὑγιαίνει ἀνθρώπων. Idem & Dio.

Exclusus] Deest Hulst.

Secretum eo desiderante] *Secretum desiderare* hoc loco est velle omnino solum esse, ut *secretum captare* Oth. cap. X. *secretum sumere* Domit. cap. XIII. At *secretum petere* frequentius dicebant, cum remotis arbitris colloquium poscerent. Calig. cap. XXIII. TORR. *Desideranti* Memm.

In diaetam, cui nomen Hermeum] *Diaeta* Graecum est, unde & διαιτῶμαι. Varro tamen inde dici vult, quod in ea per diem edatur. Frequens apud JCtos pro habitatione, quae amoenitatis caussa in hortis exstructa sit. l. XLIII. De legatis I. l. penult. De donat. inter virum & ux. Quamvis etiam pro quocunque coenaculo accipitur. Quin & *diaetas hypocaustas* dicebant ad aliarum differentiam, quibus hieme utebantur. l. LV. De legatis III. Ceterum quod apud Plinium II. Epist. XVII. ac rursum V. Epist. VI. & Lampridium Elagabalo *Zaeta* pro *Diaeta* scriptum saepius, id Brissonius De verb. signif. IV. factum ait more Graecorum, qui δι in ζα saepe commurent. Sed nescio mehercule an viro docto assentiar, & exemplum desidero. Nam quod apud Ecclesiasticos scriptores, & maxime Paulinum, ζάβολος pro διάβολος tritum confirmat, id equidem vereor, ut sit lubricum. Zabulonem enim, qui unus e XII. Jacobaei generis principibus, habuerint in mente. Isque a Theologis passim exemplum quoddam ac typus (ut loquuntur) Diaboli creditus fuisse, nisi vehementer me memoria fallit. Atque (ut semel dicam) ζα ἐπιτατικὸν μόριον grammaticis dictum, explorata res est; δι in ζα commutati haud pol recordor. Neque ad rem, qua de agimus, pertinet, quod Eustathio notatum Ἰλ. α. ζα ἐπιτατικὸν idiomate quodam in δα commigrasse, ut perspicuum est locum integrum legenti. Atque haec obiter, nunc ad Suetonium revertamur. Igitur *Hermeum* dixit, ut *Iseum*, *Serapeum*, *Museum*, Domit. cap. V. & similia, non pro templo tantum, sed quocunque loco dei nomine insignito recte dici. Hic certe *diaetae* nomen est, quale illud, *coenare in Apolline*. *Servi* quoque *diaetarii*, ut *topiarii*, & *aquarii*, ab Ulpiano vocantur, quibus commissa erat *diaetae* cura. l. XII. De instr. legato. TORR. Frustra est vir doctus, qui ad hunc locum probare nititur falsum esse, quod de δι in ζα mutari solito in nonnullis vocibus erudite Cujacius a-

 ii-

ferat. Neque multo post rumore caedis exterritus, prorepsit ad solarium proximum: interque praetenta foribus vela se abdidit: latentem discurrens forte gregarius miles, animadversis pedibus, e studio sciscitandi quisnam esset, agnovit, extra-

liique observarunt. nam quare negat, quod tot locis & exemplis asserunt grammatici Graeci? Οἱ γὰρ Αἰολεῖς, inquiunt, τὸ δια, ζα φασί. καὶ τὸ διάπλουτον ζάπλουτον. reperies apud eosdem & ζαβάλλω pro διαβάλλω. & ζάβολον ab eadem origine pro calumniatore & insidioso, & id genus plurima. *Hermaeum* vero, cujus hic meminit, illud est, opinor, cujus mentio in inscriptione veteri, quam superiore libro cap. XVIII. descripsimus, cum de Gelotiana domo tractaremus. nam ut domus Gelotiana, sic & Hermaeum videtur inhabitatum a parte familiae Caesarianae. CASAUB. *Indictam* Harlem. Ed. Venet. prior. *In* deest Venet. sec. & tert. deinde *Ermaneum* Hulf. in inscriptione Gruteriana, *ex hermaeo*, nota subjecta explicat *ex lucro*.

Solarium proximum] *Solarium* locum fuisse in aedibus, ubi solem excipere & apricari solebant, non solum Macrobii de Augusti dictis locus ostendit lib. II. Saturn. cap. IV. sed & Ulpian. l. XVII. De servit. urb. praed. ubi *heliocaminum* & *solarium* loca vocat, quibus sol sit necessarius. Nec male hoc loco diaetae proximum solarium describitur. Utitur eo etiam Plautus. TORR. In antiquissimis membranis regiae bibliothecae, Memmii & Cujacii, *scolarium* scribitur. An fuit aliquis in Urbe locus eo nomine? an destinatum habendae scholae locum, cujusmodi fuit domus Catilinae in palatio Augusti, vocabant *scholarium*? eadem analogia *vestiarium* dixerunt & similia. Quidam, *scalarium*. CASAUB. *Scolarium* Memm. Regius & Cujacii, unde non male conjecisse apparet, qui *scalarium* legi voluerunt, quod locis Dionis, qui obscuro se loco abdidisse, ait, & Josephi XIX. 3. ubi latuisse in loco arto, in quem paucis gradibus erat adscensus, quae Beroaldus & alii adduxere, confirmatur. *solarium* enim locus apertus & apricus occultando se minime idoneus, nec ipsi fatuo Claudio, poterat videri, sed tenebrosus & artus. Sic & *Scalarium* in Theatri constructione Vitruvio lib. V. 6. & aliis memoratur. In sepulchris etiam *Scalaria* exhibent lapides antiqui. vid. Fabret. pag. 159. & 165. & Reines. Class. VII. inf. 16. quem & adi in Epist. ad Rupert. pag. 530. De Solariis vero & velis multa dedit Hottomannus. in Amicabil. Resp. II. 30. & Lips. ad Tacit. XIII. Ann. 4. nisi ergo statuamus solario, quod sub divo erat (& quia soli patebat, *solarium* dictum, vid. inf. ad Neron. XVI) adjunctum fuisse cubiculum, ut & in monumentis fieri consueverat (vid. Gorii notas ad Donii insc. pag. 393. n. 4.) ego *scalarium* praeferrem. BURM.

Praetenta foribus vela] Sic Lamprid. Elagabalo, cap. XIV. *objectu veli cubicularis, quod in introitu erat cubiculi, se texit.* Idem Alexandro. Sed & Juvenal. Sat. VI. 227.

—— pendentia liquit
Vela domus.

Et Sat. IV. 122.

—— pueros inde ad velaria raptos.

Et Sat. IX. 105.

Vela tegant rimas, claude ostia.

Hinc *velarii* inter officia domus Augustae in antiquis inscriptionibus, & *velares anuli* apud Plinium lib. XIII. cap. IX. ex Theophrasto, qui κρίκους εἰς τοὺς [illegible] vocat. Quibus adde JCtos l. XII. De instru. legato, l. XVIII. De act. empti, quodque *velo levato causas cognosci* dicunt, quae, cum leviores sint, nec magna disquisitione indigeant, palam admisso populo pertractantur. sic enim Honorius & Theodosius l. V. De naufragiis lib. XI. *De submersis navibus, decernimus, ut levato velo istae causae cognoscantur.* Cujus consuetudinis meminit Clemens Romanus Pontifex Constitut. Apostol. cap. LVI. quem locum vide. TORR.

Latentem discurrens forte gregarius miles] *Gratum* vocat Josephus: nec gregarium, sed praetorianorum unum. CASAUB.

E studio sciscitandi quisnam esset, agnovit] Josephus explicat: Προσιών τε ἐγγύτερον, καὶ ὑποχωρεῖν ἀξιοῦντος ἐπίκειται, καὶ συλλαβὼν ἐπιγνωρίζει. *accedit* Gratus *propius, ac cum illum rogaret* Claudius *ut recederet, instare coepit: ita apprehensum eum agnovit.* CASAUB. *Suscitandi* Exc. Cujac.

Agnovit] *Adcognovit* Memm. & Exc. Cujac. vid. Aug. LXV.

Ac-

extractumque, & prae metu ad genua sibi adcidentem, Imperatorem salutavit. Hinc ad alios commilitones fluctuantes, nec quidquam adhuc quam frementes, perduxit. Ab his lecticae impositus, & quia sui diffugerant, vicissim succollantibus in castra delatus est, tristis ac trepidus, miserante obvia turba, quasi ad poenam raperetur insons. Receptus intra vallum, inter excubias militum pernoctavit, aliquanto minore spe, quam fiducia. Nam consules cum senatu & cohortibus urbanis Forum Capitoliumque occuparant, adserturi communem libertatem: adcitusque & ipse per Tribunum plebis in curiam ad suadenda quae viderentur, *vi se & necessitate teneri* respondit. Verum postero die, & senatu segniore in exsequendis conatibus, per taedium ac dissensionem diversa censentium, & multitudine quae circumstabat, unum rectorem jam & nominatim exposcente, armatos pro concione jurare in nomen suum passus est: promisitque singulis quina dena HS. primus Caesarum fidem militis etiam praemio pigneratus. Imperio stabilito

11

Accidentem] *Accedentem* Ed. Rom.

Et quia servi diffugerant] Omnes nostri, etiam Memmii & Cujacii, *quia sui d.* Josephus: ἐπεὶ καὶ οἱ τὸ φορεῖον αὐτοῦ φέροντες περὶ τὴν ἁρπαγὴν αὐτοῦ προεγκεχειρηκότες φυγῆς, ἔσωζον αὐτούς. *lecticarii ejus, cum ipse rapitur, oblata fugae facultate, se periculo eripuerant.* Quod ait, *vicissim succollantibus*, id eleganter significat, quod pluribus verbis Graeci dicunt, ἀμοιβαίως ἐπὶ τῶν ὤμων φέρειν, *per vices ferre super humeros.* quo modo alicubi loquitur Eusebius. CASAUB. Etiam Pall. omnes, *quia sui.* GRUT. Et Memm. Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Steph. & aliae. *defugerant* Ed. Rom.



In castra delatus est] Nummum servo aureum pulcherrimum, & similem argenteum. Parte una effigies Claudii, altera vero castra Praetoria, cum inscriptione, IMPER. RECEPT. quasi per praetorianos Imperium recepisset. Ut vero hic *succollantibus*, sic *succollatis* dixit Oth. cap. VI. TORR. Errat Josephus, ut videtur, qui in palatium statim fuisse delatum narrat. CASAUB.

Occuparunt] Liber opt. *occupaverant*, & mox *Verum postero die*, pro *Postero vero die*, utrumque melius. TORR. *Occupaverant* Copes. *occuparant* Edd. Venet. sec. & tert.

Communem libertatem] *Omnem lib.* Hulff. sollemni variatione. vid. ad Vell. Pater. II. 30. Heins. ad Ovid. VII. Met. 509. & alibi. BURM.

Accitusque & ipse per tribunum plebis in curiam ad suadenda quae viderentur.] Liber Cujacii, *ad censenda quae jud.* Scribendum etiam *per tribunos populi*, ut liquido scriptum est in Viterbiensi, & docet Josephus, οἱ στρατηγοὶ Οὐεράνιος καὶ Βροῦχος. δήμαρχοι δ' ἦσαν ἀμφότεροι. Dio alios quoque cum tribunis pl. missos refert. CASAUB. Scriptum fuit *Trib.* vid. inf. cap. XII.

Verum postero die & senatu] Expressi quod erat in Pal. pr. ac sec. nam tert. *Postero vero die & senatu*, ut & ante cusi, illud & pendet a repetito infra, *& multitudine.* GRUTER. *Verum postero die, & senatu* Cod. Copes. Exc. Cujac. Edd. Lugd. Arg. Junt. Ald. Steph.

Unum rectorem jam & nominatim exposcente] Malim, *& nominatim eum poscente.* CASAUB.

Armatos pro concione] Duo libb. *armatus.* TORR. Ita & Copes.

Quina dena sestertia] Dion recepti imperii die praetorianis eum XXV. drachmas, hoc est, totidem denarios, viritim distribuisse scribit. Quae summa quidem exigua est, credibilior tamen quam altera. Ut nulli dubium sit, quin notarum errore mendum irrepserit. Nam Josephus summam adhuc majorem facit, quina drachmarum millia viritim distributa affirmans. TORR. Nihil muto: tamen Josephum si audimus, vicena millia dedit. ait enim, δωρεῖται τοὺς σωματοφύλακας πεντακισχιλίαις δραχμαῖς καθ' ἕκαστον ἄνδρα, τοῖς τε ἡγεμόσιν αὐτῶν ἀνάλογον τῷ ἀριθμῷ, καὶ τοῖς ὅποι ποτὲ στρατοπέδοις ὑπισχνεῖται τὰ ὅμοια. Hujus liberalitatis nulla apud Dionem mentio. fallitur enim eruditissimus Torrentius, qui huc refert verba accuratissimi ejus scriptoris, quibus centenos nummos militibus praetorianis ait fuisse donatos. Nam ejus donationis

 alius

bilito nihil antiquius duxit, quam id biduum, quo de mutando Reipublicae statu haesitatum erat, memoriae eximere. Omnium itaque factorum dictorumque in eo veniam & oblivionem in perpetuum sanxit, ac praestitit: tribunis modo ac centurionibus paucis e conjuratorum in Cajum numero interemtis, exempli simul caussa, & quod suam quoque caedem depoposcisse cognoverat. Conversus hinc ad officia pietatis, jusjurandum neque sanctius sibi, neque crebrius instituit, quam PER AUGUSTUM. Aviae Liviae divinos honores, & circensi pompa currum elephantorum Augustino similem decernenda curavit. Parentibus inferias publicas: & hoc amplius, patri circenses annuos natali die: matri carpentum, quo per circum duceretur: & cognomen Augustae, ab avia recusatum. Ad fratris memoriam per

alius fuit titulus, nempe natalis imperii ejus: quem diem soliti Imperatores prosequi aliquo donativo. neque primo die imperii ea summa data, sed anno primo vertente mos ille institutus, & deinceps per singulos annos imperii Claudiani servatus. declarant Dionis verba, ἔν τε τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ αὐτοκράτωρ τῆς ἀρχῆς ἀπεδείχθη, αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἐξαίρετον ἔπραξε, πλὴν ὅτι τοῖς δορυφόροις πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς ἔδωκε, καὶ τοῦτο ὅτι καὶ κατ' ἔτος ἐποίει. hoc vero munus, quod hic narratur & apud Josephum, quasi merces fuit traditi imperii, & proinde statim est persolutum. Casaub. *Quindena* Copes. & marg. Basil.

11. *Veniam & oblivionem in perpetuum sanxit ac praestitit:*] Renovato Atheniensium exemplo induxit omnium ἀμνηστίαν, inquit Dio & Orosius libro VII. cap. IV. Casaub.

Conversus] *Conversus hunc* Memm.

Per Augustum.] More veterum, ut per eos jurarent, quos praecipue diligerent. Qui etiam in obtestando mos fuit. Horat. lib. I. Sat. II.

Si peteret per amicitiam patris, atque suam.

Torr. Sive, ut frequentior formula fuit, per genium Augusti. sic *per genium Caesaris* aut *salutem* jurabant, jam inde ab Augusti temporibus, quando hoc primum fuit institutum, ut notissimus Horatii versus probat II. Epist. 1. 16.

Jurandasque tuum per nomen ponimus aras.

quod autem hic Suetonius de Claudio observat, id Tertullianus in more positum fuisse omnibus affirmat. Ait enim Apologetici cap. XXVIII. *citius apud vos per omnes deos, quam per unum genium Caesaris pejeratur.* Casaub.

Liviae divinos honores] Effigiem ejus in templo Divi Augusti dedicavit, ac rem sacram ei fieri a Vestalibus mandavit, mulieresque per nomen ejus jurare voluit. Auctor Dion LX. pag. 667. Eadem de Drusilla sorore Cajus decrevit. Torr. Vid. Comment. ad illa Ovidii I. Fast 533.

Sic Augusta novum Julia numen erit.

Augusteo] Sic Beroaldus, & editio Germanica. Manuscripti, & nonnulli impressi, *Augustino*, vel *Augusto similem decernenda curavit. Augusto* sane non displicet. sic enim *marmor Augustum*, & *marmor Tiberium* apud Plin. lib. XXXVI. cap. VII. quod, Augusti, ac Tiberii tempore inventum, ab ipsis nomen accepit. Currus vero Augustus in veteri numismate aereo cernitur. Torr.



V. C. habet *Augustino similem.* designatur autem currus Elephantûm, in quo Augustus ramum lauri manu gerens vehitur in argenteo ejus denario. Ursin. *Augustaeo* Edd. Basil. Gryph. Colin. Doleti, Plant. *Augusto* a m. pr. Periz. & in marg. *Augustino.* Ita *seculum Augustum* in cap. CI. *Augustino sim. decernendam* Exc. Cujac. Vir doctus in ora Casaub. Ed. legebat *Augusti.* vide de hoc curru Rupert. epist. ad Reinesf. XXXIV. pag. 220. & Reines. I. Var. lect. 21. ubi refutat Guther. lib. II. de Jure man. cap. 6. & 25. qui haec suspecta habebat, quum in nummis Augusti currus ab elephantis, Liviae carpentum a duobus cervis trahatur. Burm.

Decernendum] *Decernenda* Memm. Copes. Harlem & Periz. Edd. Rom. Venet. pr. Junt. Ald. Arg. Steph. quod vindicavimus ad Quinctil. Decl. CCXLVI. & similia vidimus ad Seren. Samon. cap. XXV. & supra Caes. LXXV. & Aug. LXXIII. & infr. Claud. XXXVIII. Burm.

Natali die] *Natalis die* Harlem. Edd. Venet. tres, Basil. vid. ad Tib. LIII.

Matri

per omnem occasionem celebratam, comoediam quoque Graecam Neapolitano certamine docuit, ac de sententia judicum coronavit. Ne Marcum quidem Antonium inhono-

Matri carpentum,] Quale in vetustis Agrippinae nummis conspicitur, de quo Calig. cap. XV. proprium nempe matronis vehiculum, ut mox cap. XVII. *Currum ejus Messalina uxor carpento secuta est.* TORR.

Quod per] *Quo* Copes. ut conjecerat Lipsius & Brouckhusius; deest Harlein. Ed. Junt. *quod circumduceretur* Edd. Venet. sec. & tert. Bonon. Paris. & Basil.

Ab avia recusatum.] Scribendum, *ab viva recusatum.* Ad matrem Antoniam haec referuntur, non ad aviam: uti docet vel ἀκολουθία sermonis. Quae viva donata Augustae nomine a Caligula (ταύτῃ τε τὸ Αὐγούστῃ εἶναι καὶ ἱέρειαν τοῦ Αὐγούστου ἀποδεῖξαι, ait Dio) id sprevit: & mortua nunc per Claudium recepit. Itaque in lapidibus Claudiani aevi, ANTONIAE. AUG. DRUSI. sculptum hodieque. LIPSIUS ad Tacit. I. Ann. 8. Vide quae notavimus Aug. cap. ult. Quibus quid vehementer addam, non habeo; tantum subiit mirari, quid ita libitum viro docto reponere *ab viva*, seu *ab ea viva*. scilicet Antonia matre, de qua proxime Suetonio sermo: nam Augustae nomenclatura donatam a Caligula Dioni lib. LVIII. fidem habeo, claris desertisque verbis affirmanti, sed quis idoneus auctor recusatam hanc ab ea appellationem? Quae igitur occasio (inquis) Claudio matri decernendi Augustae cognominis? Scilicet quod a Caligula ad mortem taedio & indignitate compulsa, honore, qui initio ei Principatus tributus, ceciderat. TORR. *Ab ea ante recusatum* legit Aurelius ad Tacit. I. Ann. pag. 35. *ab viva* Lipsius etiam in ora codicis correxerat, & tacito ejus nomine Harduinus ad Plin. XV. cap. ult. cujus plagium notavit Ill. Spanhemius Dis. XI. de usu & praest. num. tom. II. pag. 277. Matris & aviae simul meminit inf. cap. XLI. BURM.

Ad Fratris memoriam] *A Fratris memoria* Copes. *Ac Fr. memoriam* Periz. Ed. Rom. sed Basil. haec superioribus jungit, & distinctionem majorem ponit post *memoriam celebratam*.

Neapolitano certamine docuit] De quinquennali Neapolitano certamine (Graeci ἀγῶνα vocant) gymnico, & musico Strabo lib. V. Gymnici meminit Sueton. Aug. cap. XCVIII. musici hic. De quo etiam Papinius in Silvis non uno loco. *Docere* quoque *comoediam* dixit, ut διδάσκειν δρᾶμα Graeci. Unde κωμῳδοδιδάσκαλοι, & τραγῳδοδιδάσκαλοι. Cicero Bruto cap. XVIII. *Livius, qui primus fabulam C. Clodio, & M. Tuditano* coss. *docuit.* Horat. quoque de Arte vs. 288.

Et qui praetextas, & qui docuere togatas.

pro edere, seu publicare. TORR. *De Neapolitano* certamine vide Petr. de La Sena de Antiq. Gymnas. Neap. pag. 41. Pro *docuit*, *dedit* Beroaldus conjecerat, & in Bonon. Ed. exhibuerat, quum lectionem secutae Edd. Paris. Junt. Steph. Basil. Gryph. Dolet. Colin. perperam & sine ulla codicum auctoritate. vid. Torrentii notam, quae tota Lipsio debetur. BURM.

De sententia judicum coronavit.] Hoc est, coronam retulit. Nec scio, an alius quispiam ita locutus sit. Liber opt. habet, *ac de se sent. jud. coronavit.* sed male. simili enim locutione *damnare reum* dicitur accusator, quem sua actione convincit. Tib. cap. VIII. *Fannium Caepionem reum majestatis apud judices fecit, & condemnavit.* Porro haec ad id tempus referenda sunt, quo (ut scribit Dion) Neapoli tanquam privatus vixit, ita ut Graeca etiam victus ratione una cum suis uteretur, atque in musicis ludis pallium, & soleas, gymnicis purpuram, & auream coronam ferret. TORR. Lipsius ex codice suo quum retulisset *ac de se s. j. coronavit*, conjiciebat, *ac se de s. j. coronavit*, ut in Neron. XXIV. *victorem se ipse pronuntiabat.* in Huls. deerant haec verba. Beroaldus & Sabellicus subintelligunt, alium quam se, histrionem, vel actorem, qui maxime placuisset, ut Gallus Caesar Corocis aurigae capiti coronam imponit apud Amm. Marcel. XIV. II. sed rectius alii, licet insolentior sit locutio, pro coronatus ipse Claudius fuit, capiunt. vide Buchner. de Commut. rat. dicendi cap. IV. §. I. ita *pugnavit* Plin. XV. 18. *gladiatorio munere D. Julii, quod novissime pugnavit in foro*, pro *pugnatum est.* Forte tamen illud *se*, quod in Lipsii codice erat, non suo loco intrusum subintelligendum est, ut sit *coronavit* pro *se coronavit.* ut centies fieri solet. vid. Gronov. II. Obs. 7. & Barth. ad

 Claud.

noratum, ac fine grata mentione transmifit: teftatus quondam per edictum, *Tanto impenfius petere fe, ut natalem patris Drufi celebrarent, quod idem effet & avi fui Antonii.* Tiberio marmoreum arcum juxta Pompeji theatrum, decretum quidem olim a fenatu, verum omiffum, peregit: Caji quoque etfi acta omnia refcidit, diem tamen necis, quamvis exordium principatus fui, vetuit inter feftos referri. At in
12 femet augendo parcus atque civilis, praenomine Imperatoris abftinuit, nimios honores recufavit, fponfalia filiae natalemque geniti nepotis filentio, ac tantum domeftica religione, tranfegit. Neminem exfulum, nifi ex fenatus auctoritate, reftituit: ut fibi in curiam praefectum Praetorii, tribunofque militum fecum inducere liceret, utque rata effent, quae procuratores fui in judicando ftatuerent, precario exegit. Jus

Claud. Conf. Maul. 181. Pro *judicum* eft in Copef. *judicium*, ut fimiles genitivos alibi etiam vidimus. vid. ad Cicer. VIII. ad Fam. 8. BURM.

Decretum] Tunc (puto) cum theatrum Pompeji reftituit. Sup. Tib. cap. XLVII. TORR. *Decretum equidem* Periz.

Caji] *Cajo* Memm.

Inter feftos] Sic duo meliores codices. Alii *faftos.* quod non placet. TORR. *Inter faftos* Periz. Edd. veteres omnes ufque ad Cafaubon. licet in Bafil. Gryph. Colin. & aliis in margine, *feftos* vel *fauftos*, exhibeatur.

At in femet] Sic fere Pall. nempe fic tert. nam fec. ac pr. *Et.* vulgati *ac.* minus recte. heic enim oftendere vult, quam fuerit in fe reftrictus, ille in alios largus. itaque requirebatur potius *at*, quam *ac.* GRUT. *Ac* Periz. Edd. Venet. fec. & ter. Bafil. Gryph. & in Memmiano ita fuit, vel erravit Gronovii manus, qui in textu *at*, in notis etiam vulgo *at* fuiffe notat, ut eft in Exc. Cujac. *Et* Copef. Ald. Arg. Junt. Ald. in aliis prima litera, ut folet initiis capitum, deeft, & T. littera fola confpicitur. vid. ad Caef. XXVI. deinde *agendo* Harlem. & *parem atque civilem* Periz. Harlem. *parens & civilis* Copef. BURM.

12. *Silentio, ac tantum domeftica religione tranfegit*] Dio, LX. p. 668. οὐδὲν ἐξαίρετον ἐποίησε. CASAUB. *Silentio*, id eft, fine publica feftivitate, ut explicat Beroaldus. fed magis puto, quod fine edicto celebraverit domi: nam de nuptiis, natali & fimilibus folebant edicto populum monere. vid. Calig. XXVI. & alibi. BURM.

Domeftica religione] Nam fponfaliorum die & jus dixit, & fenatum habuit. Dion. Infr. cap. XIV. TORR.

Ut fibi in curiam praefectum praetorii tribunofque militum] Hoc primus Tiberius petierat & impetraverat poft caedem Sejani. Tacitus lib. VI. cap. 15. *dein redditis abfentiae cauffis admodum vagis, flexit ad graviora & offenfiones ob Rempublicam coeptas: utque Macro praefectus, tribunorumque & centurionum pauci, fecum introirent, quoties curiam ingrederetur, petivit, factumque large & fine praefcriptione generis aut numeri fenatufconfultum.* CASAUB.

Utque rata effent, quae procuratores fui in judicando ftatuerent,] Provinciae quaedam Caefaris minores non legatos aut propraetores, fed procuratores faltem accepere. Quorum praecipuum ac proprium munus, ut reditus ac tributa colligerent, aliaque quae ad fifcum: fed quoniam, nullo alio praefide, res faepe cogebat jus inter provinciales dici, etiam in re criminum, factum, ut jurifdictionem aliquam fibi fumerent, praefidum exemplo. Dico fumerent: revera enim non habebant, equites quia erant aut liberti. Itaque nec judicia nec acta eorum rata, vocarique poterant ad difquifitionem Principis aut fenatus, quoniam lege apud eos agi nefas. Inter equites excipio unum praefectum Aegypti, apud quem, ut Tacitus notat, lege agi permifit Auguftus, decreto quodam fingulari. Attamen procuratores illi provinciis praeerant, & jus faepe in crimine & cauffa capitis dicebant. Exemplum in Pontio, qui Judaeae procurator (non enim illi provinciae proprie praefes) fententiam tulit de capite noftri capitis, Chrifti fervatoris: exempla in Petronio, Cumano, aliifque vulgo apud Jofephum. Idemque in caeteris minutis provinciis factum, quibus regendis folus procurator. Suetonii igitur locum, & comparem Taciti, ad hos procuratores refero. Hinc Tacitus indignatur, quod jurifdictio communicata cum equitibus & libertis: de quo

Jus nundinarum in privata praedia a consulibus petiit: cognitionibus magistratuum, ut unus e consiliariis, frequenter interfuit. Eosdem spectacula edentes, surgens & ipse cum cetera turba, voce ac manu veneratus est. Tribunis plebis adeuntibus se pro tribunali excusavit, quod propter angustias non posset audire eos, nisi stantes. Quare

quo toties inter ordines certatum seditione aut armis erat. Addo, procuratores solius rei familiaris *Rationales* postea dictos, ut a prioribus illis distinguerentur. LIPSIUS ad Tacit. XII. 60. vid. & Reines. Clas. I. Insc. 14.

Precario exegit.] Recte *precario:* nam praefectus praetorio ex equestri ordine sumebatur, ut inf. Tit. cap. VI. notabimus, ac proinde in senatum venire non poterat. Procurator quoque rerum Caesaris judicandi jus non habebat. Cujus post Claudii tempora plurimum crevit auctoritas. Tacit. in vita Agricolae, etiam hunc ex equestri ordine sumi solitum significat. Jurisconsulti, & qui vitas Caesarum scripsere, eundem nunc *Procuratorem fisci*, nunc *Procuratorem privatae rationis*, aut *rei.* nunc *Rationalem* nominant. Graeci fere ἐπιτρόπους vocant. Jus autem solummodo inter fiscum & privatos dicebat. Atque ita Taciti locum intelligo lib. XII. cap. 60. cum scribit, *Eodem anno saepius audita vox Principis, parem vim rerum habendam a procuratoribus suis judicatarum, ac si ipse statuisset.* Quod verum est, nisi cum potestate praesidis in provinciam mittebatur. Quod etiam ante Claudium interdum contigit, sed judicandi jus non ante Claudium accepit, tantum quae Imperatoris nomine gerebat, perinde rata habebantur ac si ab Imperatore gesta essent. Ulpian. lib. 1. de Offic. Proc. Caesaris. Fuit autem (ut hoc quoque obiter addam) & advocatus fisci, quem primus (si Lampridio credimus) Alexander Severus instituit. TORR.

Jus nundinarum] Plin. lib. V. Epist. IV. *Vir praetorius a senatu petiit, ut sibi instituere in agris suis nundinas permitteretur.* Sed & Cicero Philipp. II. cap. 36. conqueritur *domesticis Antonii nundinis non vectigalia solum, sed etiam Imperium P. R. deminutum esse.* TORR.

Petiit] *Petit* Memm. ut alibi saepe.

Cognitionibus magistratuum] Quos magistratus potissimum intelligat, declarat Dionis de eadem re locus lib. LX. pag. 667. Πολλάκις δὲ καὶ τοῖς ὑπάτοις τοῖς τε στρατηγοῖς, καὶ μάλιστα τοῖς τὴν διοίκησιν ἔχουσι συνεξετάζετο, καὶ ὀλίγα παντελῶς τοῖς ἄλλοις δικαστηρίοις ἐπέτρεπε. *Saepe etiam cognitionibus consulum & praetorum, eorum maxime qui aerarii curam gerebant, intererat, ac pauca aliis judiciis committebat.* Miratus sum aliquando praetermissum in hoc albo praetorem urbanum, cujus maxima fuit in urbe jurisdictio: verba tamen Dionis alio trahere non possis. nam στρατηγοὶ οἱ τὴν διοίκησιν ἔχοντες, vel οἱ ἐπὶ τῆς διοικήσεως, semper apud eum scriptorem de praetoribus aerarii intelligendum, ut declarant cum alii loci, tum hic in eodem libro, τοὺς στρατηγοὺς τοὺς ἐπὶ τῆς διοικήσεως καταλύσας, ταμίαις αὐτὴν κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐπέτρεψεν. Id est, *Praetoribus aerarii solutis, quaestoribus eam curam antiquo more tradidit.* Non igitur caussa erat, cur nuperus emendator versionem Xylandri incrustaret. CASAUB.

Unus e consiliariis] Recte. sic enim editio Gryphii, & meliores MSS. Alii *unus e consularibus.* Vide Tib. cap. XXXIII. *se offerebat consiliarium.* TORR. *E consularibus* Edd. Rom. Basil. pr. in marg. poster. in textu *consularius* Harlem.

Surgens & ipse] Vid. Lips. II. Elect. 6. BROUCKH.

Tribunis plebis excusavit, quod propter angustias non posset audire eos nisi stantes.] Atqui hic mos videtur fuisse servatus, ut qui Principem alloquerentur, starent. Quare etiam consules in senatu verba ad illum facturi, de curuli surgebant ac descendebant: quos tamen civiliter admodum solitos excipi a Claudio, notatum Dioni reperio. Τῶν ὑπάτων, inquit, ἐν τῷ συνεδρίῳ χρηματισάντων ποτὲ ἀπὸ τοῦ δίφρου, ἵνα διαλεχθῶσιν αὐτῷ, ἀπανίστατό τε, καὶ ἀντιπαρῆλθεν σφίσιν. Eodem pertinent & quae sequuntur paullo post: ubi notat idem Dio, Claudium, si quando aliquid in curia recitaret, solitum propter corporis imbecillitatem sedere: sed si, qui surgebant in senatu, diutius stetissent, eum quoque assurrexisse. CASAUB. *Tribunum* Periz. Harlem. cui & *se* deest. vitiose, sed tales aberrationes librariorum ortae ex compendiis scripturae. nam in editionibus priscis & codicibus saepe legitur *Tr. P.* hinc indocti librarii saepe in casu exprimendo labebantur, ut supr. cap. X.

re in brevi ſpatio tantum amoris favoriſque collegit, ut quum profectum eum Oſtiam periiſſe ex inſidiis nuntiatum eſſet, magna conſternatione populus, & militem quaſi proditorem, & ſenatum quaſi parricidam, diris exſecrationibus inceſſere non ante deſtiterit, quam unus atque alter, & mox plures a magiſtratibus in Roſtra 13 producti, ſalvum & adpropinquare confirmarent. Nec tamen expers inſidiarum uſquequaque permanſit, ſed & a ſingulis, & per factionem, & denique civili bello infeſtatus eſt. E plebe homo nocte media juxta cubiculum ejus cum pugione deprehenſus eſt: reperti & equeſtris ordinis duo in publico cum dolone ac venatorio cultro praeſtolantes, alter ut egreſſum in theatro, alter ut ſacrificantem apud Martis aedem adoreretur. Conſpiraverant autem ad res novas Gallus Aſinius & Statilius Corvinus, Pollionis ac Meſſallae oratorum nepotes, adſumtis compluribus libertis ipſius atque ſervis. Bellum civile movit Furius Camillus Scribonianus Dalmatiae legatus: verum intra quintum diem oppreſſus eſt, legionibus, quae ſacramentum mutaverant, in poenitentiam religione converſis, poſtquam denuntiato ad novum Imperatorem itinere, caſu quodam, an divinitus, neque aquila

1. In Copeſ. haec tota periodus, uſque ad *ſtantes* deſiderabatur. BURM.

Periiſſe] *Periſſe* Copeſ.

Diris exſecrationibus] Liber opt. *obteſtationibus*, ut Graeci ἀραῖς dicunt. Mallem *deteſtationibus*. Plura ad Horatium Epod. V. *dira deteſtatio*, &c. TORR. Lipſius legebat, *Obteſtationibus* vel *deteſtationibus*, ἀραῖς.

13. *Sed & a*] *Etacta* Memm. *ſed a ſing.* Copeſ. *& a ſingulis* Ed. Bonon.

Per factionem] *Perfectionem* Exc. Cujac.

Infeſtatus] *Infectatus* Periz. ſed a m. ſec. *infeſtatus*.

E plebe] *Et plebe* Hulſ. *noctu* etiam Memm. Copeſ. Hulſ. & Exc. Cujac. credo ex Aug. cap. XIX. repetitum.

Venatorio] *Venenatorio* Periz. vid. ad Petron. cap. XL.

Adoriretur] *Adoreretur* Memm. Ed. Venet. pr. ita & alibi. malim vero *adorerentur*. vid. ad Caeſ. LXIV. mox *conſpiraverunt* Copeſ. & *Gallius* Mem. qui & *Polionis*. *Corvinius* Harlem. Edd. Venet. tres. mox *Scribonius* Venet. pr. *Scribonicus* ſec. & tert.

Gallus Aſinius & Statilius Corvinus,] Libb. veteres *Statinus*, & *Statinius*, unus etiam *Scatinus*. Nihil muto tamen. nam Statilios ad Meſſallas pertinere & hic Corvini cognomen oſtendit, & quod Neronis uxor Statilia Meſſallina vocata fuit. Ner. cap. XXXV. De Aſinio Gallo etiam Dion. Fuit autem ejus Aſinii Galli, qui dimiſſam a Tiberio Vipſaniam, Druſi matrem, uxorem duxerat, filius. Quare Druſi fratrem uterinum vocat Dion. Pater ſub Tiberio miſere periit. Filius, quanquam adverſus Claudium conſpiraſſet, exſilio tantum multatus eſt. TORR. De Aſinio vide Lipſ. ad Tacit. III. Ann. 75.

Furius Camillus Scribonianus] Hic cum Annio Viniciano (ut narrat Dion) bellum movit, ſed a militibus deſertus, morte voluntaria periit. Meminit ejuſdem Sueton. infr. cap. XXXV. & Oth. cap. I. Plura Oroſ. lib. VII. & nonnihil Plin. lib. III. Epiſt. XVI. Idem fortaſſis, de quo Tacit. lib. II. Annal. cap. 32. quod ſub Tiberio proconſul Africae Furio nomini multos poſt annos militiae decus reſtituit, conſul cum Cn. Domitio, Neronis Principis patre ſuffectus in locum A. Vitellii, A. U. DCCXXV. TORR. Lipſius ad Tacit. d. l. filium iſtius Camilli a Tacito memorati fuiſſe credit.

In poenitentiam] *In* deeſt Harlem.

Caſu quodam ac divinitus,] Lego, *an divinitus*, loquendi formula Tacito conſueta, quanquam repugnant omnia, quae viderim, exemplaria. TORR. *Caſu ac divinitus* omnes ſcripti & editi, quos vidi: ſed nihilominus Lipſium recte *an* correxiſſe puto. licet enim ſaepe veteres fortuita Deo adſcripſerint, non minus frequenter caſum, ab illis, quae a Diis deſtinata credebant, diſtinguebant. ſic Ovid. XIII. Ep. 132.

Non ſubiti caſus, numinis iſta mora eſt.

Virg. XII. Aen. 20.

Qui

quila ornari, neque signa convelli moverique potuerunt. Consulatus super pristinum 14 qua-

incertum
Qui tantam Rutilis laudem casusne Deusne
Attulerit.
& Ovidius XIV. Met. 572.
Qui te casusve deusve
Servat, Achaemenide.
Cicer. XVI. ad Fam. 12. *nisi qui deus, vel casus aliquis subvenerit.* & ita centies. vide Heins. ad Claudiani Aponum vs. 26. ubi & vs. 80. & seqq. confirmant diversitatem *casus*, & *divini consilii.* apud Valer. Fl. I. 670.
Seu casus nox illa fuit, seu volvitur axis
Vi superum.
& ita *Deum* & *Fortunam* saepe ut diversa poni docui ad Gratii Cyneg. 350. Vide etiam in diversa abeuntes viros doctos ad Liv. I. 4. Omissa vero particula *an*, in priori membro, (ut saepe, vid. ad Ovid. XII. Ep. 140. & alibi) caussam errandi dedit. nam si dixisset *an casu, an divinitus* nemo *ac* reposuisset. Virgilius distinguit *divinitus & fato*, lib. I. Georg. 414.
Quia sit divinitus illis
Ingenium, aut fato rerum prudentia major.
BURM.

Aquila ornari] Aquila (ut scribit Plin. lib. X. cap. IV.) Romanis legionibus a C. Mario secundo ejus consulatu dicata, magna in veneratione apud milites fuit, & quidem in sacello collocata. Unde eam efferri, nisi movente exercitu, nefas erat. Stabat autem imposita hastae, cujus pars inferior acuta in solum figebatur. Unde si, cum opus esset, aegre avelleretur, ut Crasso Euphratem transituro contigit, pessimi ominis loco habebatur, (Dion lib. XL.) quemadmodum etiam si ornari non posset, ut hoc loco Suetonii. Ad ornatum autem spectat, quod tradit Plin. lib. XIII. cap. III. his verbis: *Aquilae certe ac signa, pulverulenta illa, & custodiis horrida, inunguntur festis diebus. Hac nimirum mercede corruptae terrarum orbem devicere Aquilae.* Spectant huc etiam numismata duo vetera argentea, alterum C. Valerii Flacci, alterum L. Valerii Acisculi, apud me servata, quorum



typum his commentariis addidimus. Quanquam de Acisculi nummo Johannis Viviani, rerum antiquarum studiosissimi, judicium postea intellexi, quod ipsius ea de re epistolae ad me verbis adscribere volui. *In nummo vero hoc L. Valerii Acisculi aquila galeata, clypeata, facie humana, Jovis esse videtur Carii; quem eundem Labradeum vocabant. eadem enim figura in nummis Mylasiorum, qui in Caria erant, conspicitur, in quibus & Jovis caput galeatum, in nonnullis etiam inscriptio*, ΖΕΥΣ ΚΑΡΙΟΣ. *Volunt hoc signum ab Arsali primum rege consecratum, qui cum Gygae adversus Candaulem Lydorum regem suppetias tulisset, securim, eorum regum gestamen, ipsis Labryn dictam, in patriam reportarit. Unde & in hujus nummi parte altera securis expressa cernitur. Ac cognomen Acisculis inde fortasse est, quod Acis insula una esset ex Cycladibus, quas Cares sub Minoë incolebant, antequam continentem occupassent. Hinc & in alio ejusdem gentis nummo Europa tauro insidens conspicitur, cujus scilicet Minos idem esset filius ex Jove in taurum transfigurato. Et haec ad antiquissimam gentis Valeriae nobilitatem faciunt, ut eadem esset quae Trojanis, ac ipsi Romulo origo, de qua Poëta*, Creta Jovis, &c. Mons Idaeus ubi, & gentis cunabula nostrae: *nam & Cures fortassis, qui in Sabinis erant, (unde & Valesius ille, qui sub Tatio rege militavit) a Curetibus, hoc est, Cretensibus, descendisse putabantur.* TORR. *Aquila* in omnibus codd. etiam Turonensi, non *aquilae*, quod apud Orosium hunc locum describentem legitur.

Aaaaa

(a) quatuor geſſit: ex quibus duos primos junctim: ſequentes per intervallum, quarto quemque anno, ſemeſtrem noviſſimum, bimeſtres ceteros, tertium autem, novo circa Principem exemplo in locum demortui ſuffectus. Jus & conſul & extra honorem laborioſiſſime dixit etiam ſuis ſuorumque diebus ſollemnibus, nonnumquam feſtis quoque antiquitus, & religioſis. Nec ſemper praeſcripta legum ſecutus, duritiam lenitatemve multarum, ex bono & aequo, perinde ut adficeretur, moderatus eſt. Nam & iis, qui apud privatos judices plus petendo formula excidiſſent, reſtituit

tur. nec dubium, fuiſſe plures aquilas: ſed an omnes in hoc oſtento conſpiraverunt? CASAUB. De nummis illis Lucii Valerii Aciſculi alia protulit vir eruditus, Eduardus Holthenus, in epiſtola ad Cl. Graevium, quae legitur in Bibliotheca nova librorum a Kuſtero edita A. 1699. pag. 144. BURM.

Signa convelli] Vide Servium in illud Virgilii cap. XI.

——— ubi primum vellere ſigna
Annuerint ſuperi.

Nonnihil Turneb. Adverſ. XXIII. cap. XI. TORR. Melius *convellive pot.* & ita exſcripſit Oroſius. CASAUB. *Moverive*, credo, voluit.

14. *Conſulatus*] Vid. Boiſſard. tom. VI. Ant. 26. Auctus eſt & titulo *Patris Patriae*, ob eamque rem ſacrificium inſtitutum Idib. Januar. Vid. fragmentum ſaxi inſignis apud Gruter. CXVII. I. BROUCKH.

Duos primos junctim] Sic ſup. Calig. cap XVII. *duos noviſſimos conjunxit*, & Aug XXVI. *ſequentes continuavit.* TORR. *Duo pr. junctum* Exc. Cujac.

Quemque anno] Manus docta in ora Ed. Steph. *quoque.* de quo vid. ad Aug. cap. II.

Semeſtrem] Liber opt. *ſemenſtrem*, & mox *bimenſtres*, ut ſemper. TORR. *Semenſtrem* Memm. ſed idem tamen *bimeſtres* videtur habuiſſe. ſic ſaepe codices variant.

Novo exemplo] Vid. ad Calig. XVI.

Feſtis quoque antiquitus, & religioſis.] Lib. unus *antiquis & relig.* Scribendum puto *antiquitus religioſis*, ſine copulatione. Nihil muto tamen. Exemplum retuli paulo ante, cap. XII. ex Dione. TORR. *Antiqui* Ed. Rom.

Jus & conſul & extra honorem laborioſiſſime dixit] Dio LX. p. 667. aſſiduitatem tantam fuiſſe ait in jure dicendo, ut ſingulis ferme diebus, aut cum toto ſenatu, aut ſolus, in foro quidem ut plurimum, ſed & alibi ſedens pro tribunali jus redderet. CASAUB.

Etiam ſuis ſuorumque diebus ſolennibus] Huc pertinet, non ad ſequentia verba, locus Dionis de diebus, quibus ſponſalia filiarum ſuarum Claudius celebravit, καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐδίκαζε, καὶ ἡ βουλὴ ἠθροίσθη. De diebus privatarum ſolennitatum notavimus lib II. ad cap. LIII. CASAUB. *Solemnis* Exc. Cujac.

Praeſcriptam legum ſecutus duritiam] Lego, *Nec ſemper praeſcripta legum ſecutus, duritiam, lenitatemque*, &c. TORR. *Praeſcriptam legum ſecutus duritiam* &c. Edd. Rom. Venet. tres, Lugd. Junt. Ald. Arg. Baſil. Gryph. Plant. & aliae. Sed jam Beroaldus & Lipſius praeiverunt Torrentio. *perſcripta, praeſcripta* & *multorum* Copeſ. Exc. Cujac. *mulctarum* Bonon. Lugd. Arg. Junt. Gryph. Baſil. Colin. & aliae.

Ex bono] *Et bono* Periz. Harlem.

Nam & iis] *Nam & his* Memm. Harl. Hulſ.

Privatos judices] Id eſt, rerum privatarum judices, qualis praetor, & centumviri. TORR.

Plus petendo formula excidiſſent] Juſtinian. lib. IV. Inſtitut. tit. VI. *Si quis agens intentione ſua* (ſic libellum vocat) *plus complexus fuerat, quam ad eum pertinebat, cauſa cadebat: id eſt, rem amittebat, nec facile in integrum reſtituebatur a praetore, niſi minor erat annis* XXV. Et paulo poſt, *Plus autem quatuor modis petitur, tempore, loco, cauſa, re.* Idem ferme Paulus JCtus lib. I. Sententiarum cap. X. Qua de re ſaepe etiam Cicero, maxime lib. I. de Oratore. Eleganter Epiſt. XLIX. Seneca ad eos, qui ſophiſmatum argutiis abutuntur, *Quid enim agitis, cum eum quem interrogatis, ſcientes in fraudem inducitis, quam ut formula cecidiſſe videatur? Sed quemadmodum illum praetor, ſic hos philoſophia in integrum reſtituit.* Atque huc alludit Plautus Moſtellaria Act. III. Sc. I. cum enim expreſſa debiti ſumma dixiſſet creditor, *Nihilo plus peto*, reſpondet ille, *Velim quidem hercle, ut uno nummo plus petas.* Quod ergo *formula excidere* dicit

(a) *A.U.C.* DCCXCV. DCCXVI. DCCC. DCCCIV.

ſtituit actiones: & in majore fraude convictos, legitimam poenam ſupergreſſus, ad beſtias condemnavit. In cognoſcendo autem ac decernendo, mira varietate 15 animi fuit, modo circumſpectus & ſagax, modo inconſultus ac praeceps: non numquam frivolus amentique ſimilis. Quum decurias rerum actu expungeret, eum, qui diſſimulata vacatione, quam beneficio liberorum habebat, reſponderat, ut cupidum judicandi dimiſit: alium interpellatum ab adverſariis de propria lite, negantemque cognitionis rem, ſed ordinarii juris eſſe, agere cauſſam confeſtim apud ſe coegit, proprio negotio documentum daturum, quam aequus judex in alieno negotio futurus eſſet. Feminam nón agnoſcentem filium ſuum, dubia utrimque argumentorum fide, ad confeſſionem compulit, indicto matrimonio juvenis. Abſentibus ſe-

cit. Sueton. id ego ex Juſtiniano interpretor pro cauſa cadere, aut rem amittere. quoniam enim certae ac ſolennes quaedam conſtitutae erant formulae ad agendum, ne quis aberraret, hinc factum eſt, ut *formula* apud optimos quoſque auctores pro actione accipiatur. Sic *formula iniuriarum* Vitell. cap. VII. *cadere formula*, *errare formula*. TORR.

Convictos] *Conjunctos* Harlem. *majori* etiam Copeſ. ſic & Tit. IX. *in affectatione imperii convictus*. l. IV. de praevaricat. *Accuſator in praevaricatione convictus:* ubi male alii *de praevaricatione*. BURM.

Ad beſtias condemnavit] *Ad beſtias damnati* dicebantur, qui ex ſententia beſtiis ſubjiciebantur. l. VI. Ad leg. Jul. peculatus. *Dari* quoque, & *pronunciari ad beſtias* legimus. Plura cap. XXXIV. TORR.

15. *Modo inconſultus*] Libri MSS. omnes *interdum inconſ.* TORR. Ita Harlem. Periz. & Copeſ. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venetae tres, Lugd. Junt. Bon. Arg. Baſil. *inſultus* Harlem. *ac non numquam fr.* Copeſ.

Decurias rerum actu] De *rerum actu* ſup. Aug. cap. XXXII. *Expungere* autem *centurias* dicit, pro diſpungere ſeu ordinare, qui retinendi eſſent in numero judicum, quive non. Verbum in rationibus uſurpatum. Unde eleganti tranſlatione Seneca lib. IV. de Benef. *munus munere expungere* dixit, & *expungere ſtipendiis militem*, Paullus l. penult. de Re Militari. TORR. *Expunget* Memm. *Et vocatione* idem.

Reſponderat] In recognoſcendo judicum albo nominatim ciebantur, uti & equites cum recognoſcebantur. ſup. Calig. cap. XVI. Quoniam ergo is, de quo hoc loco Sueton. vocatus reſponderat, neque cum immunis eſſet, ſeſe excuſaverat, Claudius eum, ut judicandi cupidum, dimiſit atque expunxit. TORR.

Negantemque cognitionis rem,] Recte in hunc locum annotat Turneb. Adverſar. XXVII. cap. XIX. *ordinarii juris* eſſe ea, quae per judices a praetore datos juris ordine deciduntur, *cognitionis* vero quae extra juris ordinem ad Caeſarem deferuntur, aut alioqui non judice ullo dato, ſed ab ipſo qui aditus ſit, ut puta praetore, aut praeſide, cognoſcuntur, qualia fere ſunt quae ad rempublicam ſpectant, aut ad exemplum trahuntur. Verum quo locum hunc Suetonii apertius declaremus, neceſſe eſt ut hunc, qui de propria lite apud Claudium ab adverſariis interpellabatur, e numero judicum fuiſſe, admoneamus, cumque exciperet litem ordinarii juris eſſe, ac proinde judicem dari debere, juſſiſſe Claudium ut ipſemet cauſae ſuae judex eſſet, ac vice Caeſaris rem propriam ageret. Quod ſane duriuſculum eſt, ſed niſi ſic interpretemur, non video, quomodo cohaereant ea quae ſequuntur. De *Principum* vero *cognitione* adde Sueton. Ner. cap. XV. & Tit. cap. VI. Sed & Capitolin. de M. Antonino, *Senatum* (inquit) *multis cognitionibus, & maxime ad ſe pertinentibus, judicem dedit.* Juriſconſulti *ſacras cognitiones* vocant, & ut *ſacrum cognitorem*, qui Caeſaris juſſu de re, quae cognitionis ſit, vice ejus judicet. Eſt & titulus lib. Pandectarum I. ſic inſcriptus, *De extraord. cognitionibus*, ubi prolixe enumerantur ea, quae praetor, aut praeſes provinciae non dato judice, ſed coram ipſi cognoſcunt. Adde l. CLXXVIII. De verb. ſign. Inf. cap. XXIII. TORR. Ordinabat tum decurias judicum Claudius, aliis albo eraſis, aliis in album allectis, aliis retentis. Hoc agenti quidam ex his judicibus, quos retinuerat, aut de novo adlegerat, interpellatus ab adverſario de propria lite, ut nimirum Caeſar de ea cognoſceret, negavit ille rem cognitionis, ſed juris ordinarii. Hac audita ejus exceptione, Claudius agere eum cauſſam ſtatim apud ſe coegit,

 illum

fecundum praefentes facillime dabat, nullo delectu, culpane quis an aliqua neceffitate ceffaffet. Proclamante quodam, praecidendas falfario manus, carnificem ftatim adciri cum machaera menfaque lanionia flagitavit. Peregrinitatis reum, orta inter ad-

illum nempe judicem. Ubi *cognitio* opponitur *juri ordinario*. Illa enim magiftratuum & maximorum judicum, hoc vero ordinariorum, & privatorum, delegatorum, eorumve qui dati fuerant a praetore. Ita femper accipitur in prifcis auctoribus *cognitionis* vox. quod pluribus docet, oftendens etiam Tribonianum in titulo Digeftorum *de extraordinariis cognitionibus*, illud *extraordinariis* de fuo adjeciffe, CL. SALMASIUS de modo Ufurarum. cap. III.

Non adgnofcentem] Vid. Gentil. in Apulej. Apolog. pag. 538. BROUCKH.

Abfentibus fecundum praefentes] Concifa, ac proinde obfcura oratio eft. Sentit Claudium faepe temere, altera parte abfente, cum comperendinare fatius foret, *fecundum praefentem* pronunciaffe, hoc eft, pro eo qui comparuerat. fic enim veteres loquebantur, nec folum *dare litem*, *dare fententiam*, pro litem judicare, ac fententiam dicere, fed *dare*, abfolute. Ulpian. l. XXVII. De liberali caufa, *contra libertatem dabit*. Plin. lib. VII. Epift. VI. *fecundum reos dedit*. Cic. quoque, quod huc propius fpectat, Verr. IV. *Utatur inftituto fuo, nec cogat ante horam decimam de abfente fecundum praefentem judicare*. Atque adeo apertius locutus fuiffet Sueton. fi *de abfentibus* dixiffet. TORR. Nove dictum *abfentibus* [illegible] pro quoties altera partium aberat: fed Dio lib. LX. p. 684. rem pluribus exponens cauffam reddit, cur hoc a Claudio ita factum. [illegible], inquit, [illegible] (malim [illegible]) [illegible] Etiam illud elegans, *dabat*, pro *litem dabat*. nam ita explendum hoc genus loquendi apud Ciceronem, Plinium, & alios. CASAUB. Hoc non nove, non concife dictum, fed bene barbare. *Dare aliquo* ἀντὶ τοῦ *ab aliquo*, aut *de aliquo* non magis cuiquam unquam veterum in mentem venit, quam *dare aliquem*, ἀντὶ τοῦ *fecundum aliquem*. Quod cum fcirent magni viri, mirum eft non aufos pronuntiare, quod & certum eft & facillime fuccurrit rem confideranti, particulam *de* a fronte hujus [illegible] excidiffe: praefertim cum agnofcam illud elegans *dare*, ut loquuntur. Qui hanc potuit fuavitatem captare, fi noverat *dare de abfentibus* neceffario dicendum. Vis enim praepofitionis ea eft, quae, cum legimus, *olet unguenta de meo*, *de tuo largitor*, *de aliquo crefcere*, *de Germanis*, *non de Gallis*, *duo triumphant confules:* ubi damnum, aut calamitas, aut aliquid ademptum alienatumve fignificatur. GRONOVIUS Ego femper cum Beroaldo & Cafaubono cepi abfolute pofitum, pro *fi abeffent*, vel actor, vel reus, fecundum praefentes judicabat. & ita nunc quoque Doctiffimum Cannegieterum expofuiffe contra Gronovium, vidi ad Avian. fab. XXXIV. Jacob. Gronov. temere edidit, fine ulla auctoritate, *ab abfentibus*. inepte etiam Harlem. & Periz. *f. pr. dabat poenas facillime*. vide Cujac. VI. Obferv. 27. Briffon. Select. Antiq. II. 2. BURM.

In alieno negotio] *In al. judicio* Hulf. Copef. ego abeffe *negotio* malim. licet fciam Suetonium faepe repetere eafdem voces, fed fere interpofito relativo pronomine, ut Aug. XXVIII. Tib. XII XXII. & alibi. Nihil tamen muto, quia fingulare hoc Suetonio poteft haberi. vid. ad Caef. LXXX. Horat. II. Sat. III. 19. *aliena negotia curo*. BURM.

Nullo delectu culpae, nifi quis] Libri duo *culpae nequis*. Quare nihil addubito, quin legendum fit cum Sabellico, *nullo delectu culpane quis, an aliqua neceffitate ceffaffet*. Liber unus etiam *neceffitudine* habet. TORR. Videtur legendum, ut eft in V. C. *Nullo delectu, culpane quis an aliq. n. ceffaffet*. URSIN. *Culpae ne quis in aliqua*. Periz. Harlem. Copef. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venetae tres, Bonon. Lugd. Junt. Ald. quaedam vero, *culpaene* conjunctim, alii disjunctim *culpae, ne. culpamne quis in aliqua* Hulf. Non video autem Sabellicum emendaffe, *culpa ne quis*. fed in ejus editione legitur: *Abfentibus fecundum praefentes dabat facillime delatu culpae, ne quis*. vitiofiffime; in notis emendat *fi quis*, & ordinem dicit, fi quis ceffaffet non fponte, fed neceffitate compulfus. Sed jam in Ed. Steph. legitur, *culpane quis an neceffitate*. quae videtur vera effe lectio. ita mox *togatumne an palliatum*, & millies alibi. Lipfius pro *nifi* legebat *culpae*,

advocatos levi contentione, togatumne an palliatum dicere caussam oporteret, quasi aequitatem integram ostentans, mutare habitum saepius, & prout accusaretur defendereturve, jussit. De quodam etiam negotio ita ex tabella pronuntiasse creditur, SECUNDUM EOS SE SENTIRE QUI VERA PROPOSUISSENT. propter quae usque eo eviluit, ut passim ac propalam contemtui esset. Excusans quidam testem e provincia ab eo vocatum, negavit praesto esse posse. Dissimulata

pae, *nec*, sed forte voluit *nec si quis*. *Culpae*, *nisi quis in aliq. nec.* est in Basil. Gryph. Plant. & recentioribus: *necessitudine.* est in Copes. a m. sec. & Ed. Roman. BURM.

Cum machaera mensaque laniona] Lissaei cod. *laniomaria*. Memmii: *laniona*. Graeci ἐλεόν, vel ἐπικόπανον una voce dicunt, item ἐπίξηνον, ut apud Aristophanem in Acharnensibus Act. II sc. II. 38.

Κ' ἂν γε μὴ λέγω δίκαια, μηδὲ τῷ πλήθει δοκῶ,
Ὑπὲρ ἐπιξήνου θελήσω τὴν κεφαλὴν ἔχων λέγειν.

Unde apparet ex more veteri esse, quod mensae lanioniae in hos usus adhibentur. Cassandra apud Aeschylem in Agamemn. 1286. de supplicio loquens:

Βωμῦ πατρῴυ μ' ἀντεπίξηνον μένει.
Θερμῷ κοπείσης φοινίῳ προσφάγματι. CAS.

Lanionaria Exc. Cujac. pro var. lect. *cum machera* Memm.

Peregrinitatis reum] *Peregrini* vocantur, qui cives Romani non sunt. Ulpian. tit. v. Institut. & l. VI. de Heredib. instit. Inde *peregrinitas* dicitur, cum jus civium amittitur, puta deportatione. l. XI. De in jus voc. Sueton. cap. prox. *in peregrinitatem redegit.* TORR. *Reum peregrinitatis* Exc. Cujac.

Orta inter advocatos levi contentione,] Membranae, *levi concertatione.* CASAUB. *Cunctatione* Harlem. *contentatione* Exc. Cujac. *concertatione* Copes. & ita Terent. Adel. II. 2. *audio te nescio quid concertasse cum hero. S. Numquam vidi iniquius certationem comparatam.* supr. in Aug. XXI. *de Regno concertantes.* BURM.

Palliatum] *Pallcatum* Memm. *togatumve* Ed. Rom.

Defendereturve] *Defendereturque* Harlem.

De quodam etiam negotio] Pertinet ad eas tabellas, quae judicibus in ferenda sententia dabantur, de quibus Cicero saepe in orationibus, & Paedianus. F. URSINUS. *De quodam negotio & ita* Harlem. Edd. Rom. Venetae tres, Lugd. Junt. *de quodam & negotio* Ald. *de quodam negotio* (*& ita ex t. p. creditur*) *secundum* Bonon. *d. q. negotio etiam* Ex. Cuj.

Eviluit] *Viluit* Hulf. Copes. *evaluit* Exc. Cujac.

Excusans quidem testem de provincia ab eo vocatum] *Excuso* duo significat: crimen purgo, ut *excusatio peccati* apud Ciceronem: item, *in excusationem affero*, ut qui propter latrones aut tempestates judicio adesse non potuerit. In utro significatu intelligendum, commentatores non explicant. Ceterum hoc magis dubium est, num legendum sit, *quidam* pronomen, quod vetus habet codex, ut de alio loquatur excusante: an *quidem* adverbium, ut de Claudio excusante loqui auctorem intelligamus. Et sane multum momenti fuerit, utrum legas. Quod autem ad finem hujus periodi Beroaldus legit: *Mortuus est, inquit, puto licuit.* in hoc postremo quod dixit, *puto licuit*, fuisse stulte dictum asserit. Sabellicus autem in hoc, quod negarit *praesto esse posse*, intempestivum & lene pronuntiatum ab eo. Deinde omnino nimis stultum, quod adjecerit, *puto licuit.* In veteri codice legitur ad margines pernotatum, *Puteo licuit.* Ex qua lectione quidam pro *puto licuit*, emendarunt *Puteolis*. Et hercle id placet. Ut in hoc intelligamus stultum redargui Claudium, quod diu dissimularit, quod dissimulandum, maxime in judicio, non erat. Debebat enim primum dixisse, *mortuum Puteolis:* nempe, sic facile intellectu fuisse, adesse illum non potuisse. GLAREAN.

Dissimulata diu causa] Scribo *dissimul. d.* minuscula, aut si majusculam retineamus, *Dissimulata deiu causa.* TORR.

Puteolis] Pulmanno, qui e vetustis codicibus hanc lectionem asserit, facile assentior; nostri tamen MSS. omnes habent *puto*, vel *puro*, *licuit*, & quidem omnium castigatissimus *Puto*, *P.* majuscula, ut verba sint testem excusantis, quibus apertius adhuc quam ante Claudium irrideat, licere dicens abesse mortuis. TORR. *Puteolis* scriptum in Viterb. quo-

lata diu caussa, ac post longas demum interrogationes, *mortuus est*, inquit, *puto, licuit*. Alius gratias agens, quod reum defendi pateretur, adjecit; *Et tamen fieri solet*. Illud quoque a majoribus natu audiebam, adeo causidicos patientia ejus solitos abuti, ut descendentem e tribunali non solum voce revocarent, sed & lacinia togae retenta, interdum pede adprehenso detinerent. Ac ne cui haec mira sint, litigatori Graeculo vox in altercatione excidit, καὶ σὺ γέρων εἶ, καὶ μωρός. Equitem

modo & in aliis libris legi testantur viri docti: at Pithoei, Lissaeique codices vulgatam confirmant, *puto, licuit*. Quae scriptura plus aceti atque acuminis videtur habere. Atque hoc regiae bibliothecae antiquissimus codex firmat, ubi sic liquido scriptum, nec multo aliter in regiis aliis duobus, antiquae item manus. In his ita corruptus est locus: *Mortuus est inquit puteoli cui talius gratias ag.* vel ex his constat veram lectionem esse, *puto licuit.* ita prorsus liber amplissimi Memmii. CASAUB. *Mortuus est, inquit, puto licuit* vetustissimae. Edd. sic Torrentii Codd. plures, alludunt Pall. quorum pr. habet *puteolicuit*. sec. *Putoli, cui Talius*. Solum tert. *Puteolis* servat, quod Pulmannus libris passim invexit. minus recte. altera enim lectio ostendit Claudium plane oblitum & sui & aevi sui, tanquam adhuc Cajus aliquis, aut Tiberius imperaret, per quos ne mori quidem hominibus licebat. Consulatur noster cap. Tiberii LXI. ubi invenietur, *mori volentibus vis adhibita vivendi* &c. GRUT. *Puto licuit*, e Ver. Cod. GUJET. *Puteoli, cui Talius* Copes. Huls. *Puteolis* Junt. Ald. Arg unde apparet Pulmannum non primum auctorem hujus lectionis, cum & Glareanus illam probaverit, qui videndus. BURM.

Fieri solet] Formula, qua delicta excusabant, quia, saepe idem ab aliis admittebatur; stultum ergo, quasi deprecari necesse esset ei, qui reum defendebat. vid. ad Petron. cap. XLIX. BURM.

Detinerent] *Detinerent* Memm. Harlem. Periz. Exc. Cujac. Edd. Venetae tres, Bonon Basil. & omnes fere praeter Rom. Graevii & Gronovii: & odiosa certe videtur illa iteratio ejusdem verbi, *retenta retinerent*. per me quidem liceret ejecta priori voce legere, *lacinia togae, interdum pede adprehenso retinerent*. ut *interdum* semel ponatur, licet bis intelligatur, quasi dixisset, *sed & interdum lacinia togae, interdum pede apprehenso*. vide ad Vellej. Paterc. II, 110. ubi Heinsius intrudit *interdum*. posset etiam cum Exc. Cujac. legi *lacinia togae retorta*, ut dicitur *retorto collo* &c. an vero tum *retinerent* an *detinerent* legatur, parum interesse putem, quia *retinere* est quasi retrahere abeuntem, *detinere* est morari, quod utrumque hic locum habere potest, *retinere* hic enim, quia praecessit *descendentem*, posset servari, ut hoc sensu occurrit Caes. VII. LXII. & Aug. XLIII. & alibi. & ita Nemes. Ecl. III. 48. *Jam jamque elapsas hic crine, hic veste retentat*. *detinere* vero pro morari dici vidimus ad Ovid. I. met 682. & apud nostrum occurrit Aug. XCVI. & mox cap. XVIII. & alibi. Apud Flor. III. 13. de Gallis legitur, *postquam retinere amnem manibus frustra tentaverant*. ubi malim *detinere*: nam non retrahere fluvium, sed morari ejus cursum & undas volebant, ut in alia re de Orpheo Prop. III. I. 41.

> *Orphea te duxisse feras, & concita dicunt*
> *Flumina Threicia detinuisse lyra.*

ubi egregia Broukhusius vendicando huic versui attulit; sed apposite magis ad stoliditatem Gallorum Statius IV. Theb. 144. de Hyleo Centauro, *magnumque objectus detinet amnem*. & Achilles apud eumdem Achil. II. 432. violentius etiam,

> *Cum me illi immissum, qua saevior impetus undae*
> *Stare jubet contra, tumidosque repellere fluctus.*

Cicero I. Tusc. 12. ubi quum dixisset mortem esse quamdam migrationem commutationemque vitae, addit, *quae in claris viris & feminis dux in coelum soleret esse, in ceteris humi retineretur & permaneret tamen*. ubi recte a viris doctis animadversum est legendum, *retineret & permaneret tamen*, nisi quod malim *detineret*, ut passim *morari in terris* dicuntur viventes, & *permanere*. quibus *detinere* melius respondet meo judicio, nec opus est etiam *ut tamen* refingere, quum centies & *tamen*, *sed tamen* poni soleat, ubi exceptio quasi quaedam indica-

tem quidem Romanum obſcoenitatis in feminas reum, ſed falſo, & ab impotentibus inimicis confiꝰto crimine, ſatis conſtat, quum ſcorta meritoria citari adverſus ſe, & audiri pro teſtimonio videret, graphium & libellos, quos tenebat in manu, ita cum magna ſtultitiae & ſaevitiae exprobratione jeciſſe in faciem ejus, ut genam non leviter perſtrinxerit. Geſſit & cenſuram intermiſſam diu poſt Paullum Plan- 16 cumque cenſores: ſed hanc quoque inaequaliter, varioque & animo & eventu. Recognitione equitum juvenem probri plenum, ſed quem pater probatiſſimum ſibi adfirmabat, ſine ignominia dimiſit, *habere* dicens *cenſorem ſuum*. Alium corruptelis adulteriiſque famoſum, nihil amplius quam monuit, *ut aut parcius aetatulae indulgeret, aut certe cautius.* Addiditque, *Quare enim ego ſcio, quam amicam habeas?* Et quum orantibus familiaribus demſiſſet cuidam adpoſitam notam, *Litura tamen*, inquit, *exſtet*. Splendidum.

catur. & hic *&* pro *ſed* vel *at* ponatur. BURM.

Καὶ σὺ γέρων εἶ, καὶ μωρός.] Bene Pulmannus quod gloſſematium illud non adjecit, *& tu ſenex & ſtultus es.* abeſt enim ab omnibus MSS. TORR.

Obſcoenitatis in foeminas] Tib. cap. XLV. TORR.

Impotentibus inimicis] Lib. unus *impotentibus*, & mox *pertuderit*, pro *perſtrinxerit*. Sed neutrum placet. TORR.

In manu] Suſpectum hoc clariſſimo Duker. ad Flor. IV. XII. 37. quum uſitatior ſit locutio *tenere manu*. ut Caeſ. LXXXI. *libellos ſiniſtra manu tenebat*. contra codices tamen nihil muto, quum & *manu tenere* aliquando diverſum quid notet. atque *in manu*. vid. notas ad Cicer. III. de offic. 17. & noſter ſaepe praepoſitiones addat, ubi omittunt. BURM.

Jeciſſe] *Feciſſe* Memm.

Ut genam] *Ut in genam* Periz. Harl. Edd. Rom. Venet. tres. *uti g.* Exc. Cujac. an pro *ut inde genam* pro *perſtrinxerit* in marg. Aut. Gryph. *pertinxerit*.

16 *Geſſit & cenſuram intermiſſam diu*] Ad hanc Claudii cenſuram refero verba Euſebii in Chronico num. MMLXI. ex interpretatione Hieronymi: *Deſcriptione Romae facta ſub Claudio inventa ſunt civium Romanorum* LXVIII. *centena*, XLIV. *millia*. Graeca habent XCVII. millia amplius: quod diſcrimen haud exigui momenti eſt. Caeterum hoc geſtum totidem verbis Caſſiodorus conjicit in conſulatum Aſiatici & Cornelii: quamvis ibi numerus mancus eſt, & male Cornelii pro Corvini, id eſt, Meſſallae, numero MMLXII. JOS. SCALIGER. Ad hanc Claudii cenſuram refero cum Joſepho Scaligero verba Euſebii in Chronico ad num. MMLXI. *Deſcriptione Romae facta ſub Claudio, inventa ſunt civium Romanorum* LXVIII. *centena*, XLIV. *millia*. CASAUB.

Poſt Paullum Plancumque] Plures libri *poſt Plancum Paullumque cenſores*. Cenſores autem fuere Paullus Aemilius Lepidus, & L. Munatius Plancus A. U. C. DCCXXXI. At Claudii cenſuram refert Plin. lib. X. cap. II. A. U. DCCC. TORR. Codex Salmaſ. cum aliis MSS. *poſt Plancum Paullumque*. & ita Exc. Cujac.

Inaequaliter] *Inaequabiliter* Hulſ. & Memm. & Copeſ.

Habere cenſorem ſuum] Formulam hanc noſter uſurpavit, ex ſimili, quam profert Probus his literis. V. H. II V. *vos habetis judices veſtros*. ubi vide quae adnotavit Erustius pag. 153. BURM.

Aetatulae indulgeret] Recte explicant viri docti, quos adducit Piiſcus. Gruterus ad illa Plaut. I. Ciſtel. I. 5. I. *ſemper iſtam, quam nunc habes, aetatulam obtinebis*, explicat per formam, & quae circa eam, qualis eſſe ſolet hac aetate. non diſſimile illud in Galb. XX. *cupide fruaris aetate tua*. BURM.

Litura tamen exſtet] Non male, qui *exſtat* legendum monet. nota enim tolli poteſt, ſed facti turpitudo permanet. TORR. Quid adeo ridiculi viſum fuerit Suetonio contineri hoc Claudii dicto, equidem non intelligo: nam mens certe illius paret optima fuiſſe. Cum enim precibus amicorum condonaret iſti cenſoriam notam, ſui tamen judicii cupiit exſtare aliquod teſtimonium: neque dubium eſt idem variis rationibus factum ſaepius a cenſoribus. Simile eſt, quod narrat Dio lib. XL. pag. 150. de Appio cenſore. qui cum nota dignum Curionem cenſeret, ac notae tamen gratiam rogatu

dum virum, Graeciaeque provinciae principem, verum Latini sermones ignarum, non modo albo judicum erasit, sed etiam in peregrinitatem redegit. Nec quemquam, nisi sua voce, utcumque quis posset, ac sine patrono, rationem vitae passus est reddere. Notavitque multos, & quosdam inopinantes, & ex caussa novi generis, quod se inscio ac sine commeatu Italia excessissent: quemdam vero, & quod comes regis in provincia fuisset, referens, majorum temporibus, Rabirio postumo, Ptolemaeum Alexandriam, crediti servandi caussa, secuto, majestatis crimen apud judices motum. Plures notare conatus, magna inquisitorum negligentia, sed suo majore dedecore, innoxios fere reperit, quibuscumque coelibatum, aut orbitatem, aut egestatem objiceret, maritos, patres, opulentos se probantibus: eo quidem, qui sibimet vim ferro intulisse arguebatur, illaesum corpus veste deposita ostentante. Fuerunt & illa in censura ejus notabilia, quod essedum argenteum, sumtuose fabri-

gatu quorundam facturum se promisisset, sententiam de eo suam in senatu prius aperuit. Haec ita Dio narrat, ut nos quidem emendamus: Τὸν μέν τοι Κυρίωνα μεταπέμψας καὶ αὐτὸν ἀπαλλοφήσασθαι, ἐξητάσατο μετὰ τῶν Παύλου, ὅπερ συγγνώμης ἦν· καὶ ὅς ἐ διήλεγξε μὲν αὐτὸν διὰ τοῦτο· τὴν μὲν γνώμην, ἣν περὶ αὐτοῦ εἶχεν, ἐδημοσίευσεν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. Scriptum est in vulgatis libb. καὶ ὃς ἐ διήλεγξε. cujus scripturae mendum non observatum ab interpretibus, traxit eos in errorem. neque enim Dionis mentem assequuntur. CASAUB. Malim: *exstat*. Dictum vere censorium. Cujus sapientiam diduximus in nostris diatribis ad illa Taciti, *Marcellum memoria majorum, & preces Caesaris, poenae magis quam infamiae exemere*, lib. XIV. Ann. c. 40. GRUTERUS. Vlitius ad Gratii Cyneg. 497. legit, *litura tamen exstitisset:* & nescio ubi *exiisset* repererit in hoc loco editum. sed nimis hoc dilutum. non autem hoc dictum ut ridiculum traducit Suetonius: sed quum initio capitis inaequaliter gessisse censuram dixisset, deinde, more suo, tria priora exempla profert levioris animadversionis & facilitatis in Censore: reliqua nimis pro materia & culpa gravis censurae argumenta. *& literam inquit* Exc. Cujac. BURM.

Splendidum virum] Liber opt. *splendidissimum*, & mox *sed in peregrinitatem*, sine *etiam*, & *reddere passus est*, pro *passus est reddere*. TORR. Simillima historia est, quam de legato Lyciorum quodam, oriundo quidem e Lycia, sed nato Romae, narrat Dio LX. p. 676. cui historiae subjungit haec verba: συχνοὺς δὲ δὴ καὶ ἄλλους ἀναξίως (apertior sententia fuerit, si scripseris ἀναξίους) τῆς πολιτείας ἀπήλασε. Id est, *multos quoque alios nullo suo merito, in peregrinitatem redegit*. CASAUB.

Latinae linguae ignarum] Vid. Lips. cap. I. de pronunt. Ling. Latin. p. 13. BROUKH.

Sed etiam] *Etiam* deest Memm. Copes. Harlem Exc. Cujac. ut saepe alibi, vid. ad Caes. XIV.

Ex caussa] *Ex caussis* Copes.

Sine commeatu Italia excessissent:] Id senatoribus, magistratibusque sine libera legatione non licebat. Tib. cap. XXXI. Aliquid Dion. TORR. *Italiae* Memm.

Rabirio Postumo] Quem Cicero defendit. TORR.

Ptolemaeum Alexandriam, crediti servandi caussa, secuto] Cajus Rabirius Posthumus Ptolemaeo regi Alexandrino, cum regno pulsus Romam venisset, egenti, & roganti, grandem pecuniam credidit, cui & regnanti crediderat absens: nec solum suam pecuniam credidit, sed & amicorum. Postquam autem in regnum reductus est Ptolemaeus, Alexandriam profectus est Posthumus, causa pecuniae exigendae, ubi dioecetus fuit regius, hoc est, dispensator. Praetera coactus est suscepta regia dispensatione vestitum, habitumque mutare. Ex hoc accusatus, tanquam majestatem pop. Rom. laesisset, & a Cicerone defensus est. BEROALD.

Sibimet vim ferro] Liber opt. *sibi metu vim ferro*. Hoc igitur est, quod JCti dicunt, neminem esse dominum membrorum suorum, nec civem patriae auferre licere. Vide tit. Pand. lib. XLVIII. De his qui ante sentent. mortem sibi consciverunt. TORR. Forte, *uno quidem*, vel *etiam quodam*. Lipsius, *& quodam*

bricatum, ac vaenale ad Sigillaria, redimi concidique coram imperavit: quodque uno die viginti edicta proposuit, inter quae duo, quorum altero admonebat, *ut uberi vinearum proventu bene dolia picarentur:* altero, *nihil aeque facere ad viperae morsum, quam taxi arboris sucum.* Expeditionem unam omnino suscepit, eamque modicam, 17 quum decretis sibi a senatu ornamentis triumphalibus leviorem majestati principali titulum arbitraretur, velletque justi triumphi decus, unde acquireret, *Britanniam* potissimum elegit: neque tentatam ulli post Divum Julium, & tunc tumultuantem ob non redditos transfugas. Huc quum ab Ostia navigaret, vehementi cir-

dam notaverat. nescio autem quî blandiatur lectio Exc. Cujac. *qui sui metu vim f. intulisse.* sic in Neron. cap. II. *in desperatione rerum mortem timore appetitam ita expavit, ut haustum venenum poenitentia evomuerit.* BURM.

Sigillaria] Ante cap. v. Ner. cap. XXVIII. TORR.

Vinearum] Venet. pr. vitiose *nuicarum.*

Sucum] *Fructum* Periz. *succus* Exc. Cujac. etiam non male. ridiculum vero, arboris fucum praescribere viperae morsui medendo, quam Plinius lib. XV. cap. 10. dicit esse *nullo suco.* qui etiam si esset, venenatus potius esset, quum remedium contra venenum. BURM.

17. *Eamque modicam*] Vel abesse velim haec verba, vel scribi, *eamque hoc modo. Cum.* &c. TORR.

Triumphalibus] *Triumphalis* Harl.

Leviorem majestati principali] Libri omnes MSS. *Principalem.* Ut omnino legendum putem, *leviorem majestate Principis talem titulum arb.* TORR. Plerique antiquorum *principalem.* unde Torrentius, *m. principis talem t.* Duo regii consentiunt, tertius *principali.* CASAUB. *Principalem* Periz. Harl. Exc Cujac. Edd. Rom. Venet. pr. *majestate principali* Steph. Torr. & al.

Velletque justi triumphi decus, unde acquireret] Lego: *velletque justi triumphi decus unde acquirere.* Sic Horatius I. Sat. 3.

Mercedem aut nummos unde unde extricat.

Apulejus lib. 5. extremo: *nec tamen vindictae solatium unde unde unde spernendum est.* id est, undecumque contingat. GRONOVIUS. Non male, nisi malis *velletque j. t. decus inde acquirere. acquirere* Harl. Oros. lib. VII. cap. 6. *bellum utique & victoriam undecumque quaesivit.* quod confirmat Gronovii conjecturam. BURM.

Britanniam] *Bithiniam* Copes.

Tentatam] *Depraedatam* Periz. a m. pr. Harl. Edd. Venet. tres, Lugd. *temperatam* Arg. pro *temptatam*, ut altera Arg. habet, & aliae.

Post D. Julium] Scribo *post Divum Julium*, ex duob. MSS. Et sane etiam in nummis veteribus dictio haec semper integra scribitur. Quod vero tentatam ulli post Julium Caesarem negat Britanniam, id ita intelligo, ut nemo illi bellum intulerit. Inhiavit ei quidem etiam Caligula, cap. XIX. & cap. XLIV. & Augustus ad bellum Britannicum in Galliam usque profectus est, sed neque ille quicquam praeter minas, & hic quoque Dalmatiae tumultu revocatus destitit. Non frustra ergo est, quod Pulmannus *depraedatam* pro *tentatam* se reperisse affirmat. Plura ad Horat. lib. III. Od. v.

— *praesens Divus habebitur*
Augustus, adjectis Britannis
Imperio, gravibusque Persis.

Quam Odam scripsisse arbitror Horatium proficiscente in eam expeditionem Augusto, perinde ac si vicisset eo ipso, quod bellum minabatur. TORR. At exstitit nuper Romae, qui argumento aliquot locorum Horatii & unius e commentariis pseudo-Servii, probare conaretur falsam esse hanc Tranquilli sententiam. De Horatio satisfactum pridem per Torrentium aliosque viros eruditos. Suetonium vero abunde tueatur unius Taciti auctoritas, idem tradentis in libro De vita Julii Agricolae. Sed summe ego inscius & ineptus, qui hominis rationem habendam censeam, cujus scripta praeter insignem otii abundantiam nihil habent quod mireris? o factum male, quod non ante centum quinquaginta annos nati sunt & ille Jurisconsultus, & qui similia scribunt. poterant videri aliquid scisse, aliquid dixisse. CASAUB. Forte intelligit Jos. Castalionem, quem vid. Var. lect. cap. II. *Post D. Julium* hic & aliis locis Edd. quaedam, pro *Divum Julium*: at plene Periz. a m. sec. (qui & a pr. *Divum* Au-

circio bis paene demersus est prope Liguriam, juxtaque Stoechadas insulas. Quare a Massilia Gessoriacum usque pedestri itinere confecto, inde transmisit: ac sine ullo praelio aut sanguine intra paucissimos dies parte insulae in deditionem recepta, sexto quam profectus erat mense Romam rediit, triumphavitque maximo adparatu. Ad cujus spectaculum commeare in urbem non solum praesidibus provinciarum permisit, verum etiam exsulibus quibusdam: atque inter hostilia spolia, navalem coronam fastigio Palatinae domus juxta civicam fixit, trajecti & quasi domiti Oceani insigne. Currum ejus Messallina uxor carpento secuta est. Secuti & trium-

Augustum) & Edd. priscae fere omnes. vid & mox cap. XX. deinde *non ob redditos* Basil. BURM.

Vehementi circio] Is ventus Galliae Narbonensi praecipue infestus est. Seneca lib. IV. Quaest. Natur. *Atabulus Apuliam infestat, Calabriam Japyx, Athenas Sciron, Pamphyliam Cataegis, Galliam Circius. Cui aedificia quassanti tamen incolae gratias agunt, tanquam salubritatem coeli sui debeant ei Divus certe Augustus templum illi, cum in Gallia moraretur, & vovit, & fecit.* Adde Plinium lib. II. cap. XLVII. Gellium lib. II. cap. XXII. TORR.

Stoechadas insulas] Quae ad Rhodani ostia sunt, Stoechade herba nobili insignes: (Plin. lib. III. cap. V. & lib. XXVII. cap. XII.) dictae, quod στίχῳ, sive ordine positae sint, ut volunt Graeci. TORR. *Stocadas* Hulf. Copes. Periz. qui in marg. *Orcades*, & Ed. Rom. *Orchadas*. quod forte ex Orosio fluxit, qui & Orcadas adjecisse imperio scribit. *Stochadas* Exc. Cujac. BURM.

Gessoriacum] Plin. lib. IV. cap. XVI. Turneb. Adversar. VIII. cap. XXI. TORR.

Pedestri itinere confecto] Vel, ut Dio lib. LX. p. 679. ait, partim pedestri itinere, partim fluminibus vectus: sic ille, καταπλεύσας ἐς τὰ Ὤστια, ἐκεῖθεν ἐς Μασσαλίαν παρεκομίσθη· κἀντεῦθεν τὰ μὲν πεζῇ, τὰ δὲ καὶ διὰ τῶν ποταμῶν παρακομισθεὶς πρὸς τὸν ὠκεανὸν ἀφίκετο. CASAUB.

Inter paucissimos dies] MSS. omnes *intra panc. d.* & *sexto quam profectus est mense*, pro *erat*. TORR. Sedecim ait Dio lib. LX. CAS. *Inter* Periz. Harlem. edd. antiquae, praeter Rom. Bonon. Casaub. & recentiores. & Orosius *intra* habet, quod praeferendum. nam differre *inter tot* dies, & *intra* docuerunt Hottom. ad Cicer. Act. I. in Verr. 13. & Gronovius & alii ad Liv. I. 10. Cl. Graevius vero damnat *inter tot annos* ad Cicer. pro Leg. Manil. cap. XXIII. *intra* vero hic legendum patet, quia *sexto quam* pro *postquam* sequitur, ut in Caes. *intra paucos dies.* & XXXV. *intra quintum quam adfuerat diem.* De usu τοῦ *quam* vid. ad Tiber. LX. BURM.

Parte insulae in deditionem recepta] Orosius VII. 6. *Ibique, ut verbis Suetonii Tranquilli loquar, sine ullo praelio ac sanguine intra paucissimos dies plurimam insulae partem in deditionem recepit. Orcadas etiam insulas ultra Britanniam in Oceano positas Romano adjecit imperio.* CAS.

Triumphavitque] Libri duo *triumphavit*, sine *que*. TORR.

Commeare] *Comitare* Periz. quod si admittatur debet legi *comitare se.* ut in reditu per provincias versus Romam permiserit illis se comitare. sed quia ex aliis etiam Provinciis praesides advenisse cum commeatu verosimile est, tutius est, vulgatam sequi. nam si haec Perizoniani codicis scriptura innotuisset Cl. Bentlejo, periculum erat, ne Suetonio obtruderet *commetare*, ut fecit Terentio Heaut. III. I. 35. ubi *commeare* omnes scripti & editi habent. & recte. vis enim verbi est, ut *ire* & *redire* rursus notet, in eumdem & ex eodem loco. sic Hecyr. I. II. 100. *hic raro in urbem commeat.* Cicer. V. Verr. 18. *navis, quae ad ea furta, quae reliquisses, commearet.* Eleganter Lucan. V. 445. *Pontus non commeat aestu.* nostrates dicunt, *heen-en weder gaan.* ut clare noster in Calig. XIX. *per hunc pontem ultro citro commeavit.* Vesp. I. *quotannis ex Umbria ad Sabinos commeant.* Sic ergo Terentio *commeare ad mulierculam*, est, saepe ire domo ad illam, & redire, & nullum intermittere diem, quin semper veniat; ut in Adel. III. I. 6. & hinc *commeatus Alexandrinus* Neron. XX. Mercatores nostri *Retour Vloot* appellarent. BURM.

Hostilia] *Hostialia* Exc. Cujac. unde Lipsius faciebat *usualia.* sed ea voce usum Suetonium non puto, quae est inferioris aevi. BURM.

Currum ejus Messalina uxor carpento secuta est] Emenda Dionem LX. p. 679. in hac senten-

triumphalia ornamenta eodem bello adepti, sed ceteri pedibus & in praetexta: Crassus Frugi equo phalerato, & in veste palmata, quod eum honorem iteraverat. Urbis annonaeque curam sollicitissime semper egit. 18 Quum Aemiliana pertinacius arderent, in diribitorio duabus noctibus mansit: ac deficiente militum ac familiarium

tentia. Narrat ille senatum, accepto nuntio de subacta per Claudium Britannia, inter alios honores Claudio uxorique ejus Messalinae tributos, permisisse Messalinae carpenti usum. Supplendum autem diebus festis & ludorum Circensium, sicut supra scriptum de matre Claudii: *Decernendum curavit matri carpentum, quo per Circum duceretur*, verba Dionis, ἐψηφίσαντο τῇ Μεσσαλίνῃ τὴν προεδρίαν, ἣν καὶ ἡ Λιουία ἐσχήκει, καὶ τῷ καρπέντῳ χρῆσθαι ἔδοσαν. Addendum vero aut certe subintelligendum, ἐν ταῖς πανηγύρεσι χρῆσθαι ἔδοσαν. ex ipso Dione paullo post p. 688 de Paullina Lollia altera Claudii conjuge, καὶ ἡ μὲν ταχὺ καὶ αὐτὴ Μεσσαλίνα ἐγένετο, καὶ μάλιστα ὅτι καὶ τιμὰς ἄλλας τε καὶ τὸ καρπέντῳ ἐν ταῖς πανηγύρεσι χρῆσθαι παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβεν. Tacitus Annal. lib. XII. 42. *Suum quoque fastigium Agrippina extollere altius: carpento Capitolium ingredi: qui mos sacerdotibus & sacris antiquitus concessus, venerationem augebat foeminae.* CAS.

Secuti & triumphalia ornamenta eodem bello adepti] Jam enim invaluerat mos, ut ex eodem bello vel triumphos, vel triumphalia certe ornamenta comites expeditionum consequerentur. non ita olim, ut diximus ad libri secundi cap. XXXVIII. Hic vero notat Dio triumphalia ornamenta adeptos esse per Claudium, non solum consulares viros ex senatoribus, sed alios quoque dignitate longe inferiores. CASAUB. *Secuta &* Ex. Cujac.

Sed ceteri] Quinam illi *ceteri*? forte *sed ut ceteri*, scilicet Senatores, quibus etiam ornamenta triumphalia dedisse ex Dione ostendit Casaubonus. Sed de inferioris ordinis viris non invenio in Dione. Si cui non placet conjectura, alteram dabo, quae incidit. *Secuti equo triumphalia o. e. b. a. sed ceteri pedibus.* ut ita curru triumphantem imperatorem secuti equo sint, quasi ovarent. Repetiit id forte exemplo C. Claudii Neronis, qui Livium, curulem triumphum agentem, equo secutus fuit. vid. Valer. M. IV. 1. 9. & tunc oppositio commoda est, inter triumphalia ornamenta adeptos, & ceteros duces aut senatores, his insignibus carentes, & inter *equo* secutos, & *pedibus*. in Exc. Cujacianis, illa, *ceteri &c.* *palmata*, deficiebant. BURM.

In praetexta] *In praetextam* Memm.

In veste palmata] Aug. cap. XCIV. & Beroaldus hic. TORR.

Quod eum] *Quo eum* Copes. *reiteraverat* Harl. & a. m. sec. Periz. & Ed. Rom. a glossatore seculi pejoris ortum.

18. *Aemiliana*] Locus is fuit Romae, sed extra portam, in continentibus (ut loquuntur JCti) Urbis aedificiis, & quidem (ut ex hoc loco colligitur) non procul a campo Martio. Varro lib. III. de Re Rustica cap. II. *eorum aedificia, qui habitant extra portam Frumentariam, aut in Aemilianis.* Tacit. lib. XV. 40. ubi de Neronis incendio: *Plus infamiae id incendium habuit, quia praediis Tigellini Aemilianis eruperat.* quo loco *in Aemilianis* legendum puto, ut apud Varronem. Erat & vicus Aemilianus regione VII. viae latae. Rufus. TORR. Inepte & imperite Sabellicus volebat legi, *Aequimiliana.* sic & nugatur mox legens in *derivatorio*, nec melius Beroaldus *delibatorio*, ut ille malit legere pro *diribitorio*, quod tamen cognoverat. A Beroaldo & Bonon. Edit. haec labes fluxit in Paris. & Argent. Junt. BURM.

In diribitorio] Adeo jam notum esse poterat, quid *diribitorium* sit, aut unde dictum, ut qui *delibatorio* legant, parum certe vidisse dici jure possint, nam & Dion in historiis Latinum nomen hac appellatione dixit. Jam vero & *diribitores* pro divisoribus pecuniarum Ciceroni, notius est, quam ut explicari latius debeat. Est autem *diribitorium* publicae aedes, in quibus exercitus recenserentur, & stipendia militibus diriberentur, id est, distribuerentur, in quibusdam Italiae locis etiam usitatae. EGNATIUS. *Diribere* idem quod distribuere est. Unde *diribitores* dicti, qui Romanis in suffragia euntibus tabellas ministrabant; uti & *rogatores*, qui cistam deferebant, in quam tabellae mittebantur; & *custodes*, qui observabant, ne quid fraudis admitteretur. Cic. orat. Post reditum in senatu cap. XI. *Quando illa dignitate rogatores, diribitores, custodesque vidisti?* Et in Pisonem: *Hoc certe video, vos ro-*

 ga-

rium turba, auxilio plebem per magiſtratus ex omnibus vicis convocavit: ac poſitis ante ſe cum pecunia fiſcis, ad ſubveniendum hortatus eſt, repraeſentans pro opera dignam cuique mercedem. Artiore autem annona ob adſiduas ſterilitates detentus quondam medio Foro a turba, conviciiſque ac ſimul fragminibus panis ita inſtratus, ut aegre, nec niſi poſtico, evadere in palatium valuerit: nihil non ex

gatores, vos diſtributores, vos cuſtodes fuiſſe. diſtributores vocans eos, qui *diribitores* quoque dicuntur. Nam de *diviſoribus* ante diximus, Aug. cap. III. *Diribitorium* igitur locus fuit ad *diribitorum* munus ſerviens, & quidem apud Septa, regione Circi Flaminii, ut Victor tradidit. De quo ſic Dion lib. LV. pag. 553. *Diribitorium, domum omnium, quae uno culmine fuerunt, maximam, Agrippa imperfectum reliquit.* Atque hoc eſt, quod interdum ob calores aeſtivos munera ludoſque in *diribitorio* edi conſueſſe legimus. Male igitur interpretes, qui neſcio quae *delibatoria*, & *derivatoria* ſomniant. TORR.

Plebem per magiſtratus] Sunt qui *magiſtros* legi velint, ut vicomagiſtros intelligamus, ſed male. ordinarios enim magiſtratus intelligit, praetores nempe, atque aediles, qui ex omnibus vicis plebem auxilio convocarent. Aug. cap. XXX. TORR. Viri ampliſſimi malunt *magiſtros*, & hos profecto intelligit auctor. ſed & eoſdem *magiſtratus* vocari prodidi aliquando in Suſpicionibus. lib. I. cap. 9. GRUTERUS. *Magiſtros* Lipſius emendabat. Sed magiſtratus ordinarii intelligendi. in Copeſ. erat, *omnibus vicis*, pro *ex omnibus*. hoc addit, quia non tantum ex proximis, ut ordinarie fieri ſolebat, ſed per totam urbem convocavit. Alias videntur vigiles tantum vocati, qui ſtationes ſuas & excubitoria habebant, per urbem, & certo ordine, ſi incendium ortum eſſet, accurrebant ad auxilium. vide ad Aug. cap. XXX. BURM.

Repraeſentaturus] Melius duo codices *repraeſentans*. Sic Vitell. cap. X. *vulnera, plagas & necem repraeſentantes*. TORR. Viterb. Liſlaei, & vetus Rob. Steph. *repraeſentans*. CASAUB. *Repraeſentans* Copeſ. Hulſ. Exc. Cujac. Edd. Lugd. Steph. Marg. Baſil. & ita Lipſius correxerat, & veram ſcripturam eſſe credo. ſtatim enim nummos dividebat. *per opera* etiam Harlem. Ed. Venet. pr. *pro opere* Hulſ. BURM.

Arctiore annona] Sic *arctiſſima annona* Tib. cap. VIII. & Galb. cap. VII. *arctioris annonae* Hermogenian. JC. l. L.III. de Judiciis. *Artiore* habent. libb. optimi, & Pand. Florent. recte. TORR. Tacitum vide in anno DCCCIV. Annal. lib. XII. 43. Meminere & ſcriptores eccleſiaſticae hiſtoriae famis hujus: quae ea eſſe videtur, cujus mentio in Actis cap. XI. 28. CASAUB. *Artiore* ſcribendum vidimus ad Tib. VIII.

A turba conviciis fragminibuſque panis inſtratus,] Non deſunt in hiſtoria Auguſtorum exempla ſimilis furoris. Marcellinus Comes Indictione XIV. conſulatu Antiochi & Baſſi: *Hoc tempore dum ad Horrea publica Theodoſius proceſſum celebrat, Imp. tritici in plebem ingruente penuria, ab orientis populo lapidibus impetitus eſt.* CASAUB.

Ac ſimul] *Et ſimul* Memm. Copeſ. Exc. Cujae.

Ita inſtratus] Sic interpretes, & edit. Gallica, tres item MSS. Duo *infeſtatus*, uti & edit. Germanica, & Oroſ. lib. VII. ubi eandem narrat hiſtoriam, *pſeudothyrum* appellans, quod Sueton. *poſticum*, quo vocabulo uſus etiam non uno in loco Cicero, & Horat. I. Epiſt. v. 32.

——— *poſtico falle clientem* TORR. Cujacii cod. & Viterb. Memmii & Rob. Stephani, *infeſtatus*. & ita deſcribunt Oroſius, & Paulus Diaconus, ſive Anaſtaſius. CASAUB. An *impetitus*? ſed mirum eſt a famelicis hominibus fragminibus panis impetitum eſſe. τὸ *inſtratus* hic nullum locum habere videtur. Vide codd. vett. GUJET. *Infeſtatus* eſt in Exc. Cujae. & Copeſ. (qui caret *panis*,) & in Marg. Baſil. pr. unde in textum fluxit poſteriorum, quod ex Oroſio invectum credo, ut Beroaldus jam notavit, & ſimul quia librarii cap. XIII. illud verbum viderant a Suetonio uſurpatum. Neſcio vero cur non Claudius *panibus inſterni* dici potuerit, id eſt totus operiri, eodem modo, ut *lectus veſtimentis inſterni* ſolet, & ſimilia. ita explicuimus illa Valer. Fl. III. 463.

pars

ex eo cogitavit ad invehendos, etiam in tempore hiberno, commeatus. Nam & negotiatoribus certa lucra proposuit, suscepto in se damno, si cui quid per tempestates adcidisset: & naves mercaturae caussa fabricantibus magna commoda consti-

pars ardua celsis
Insternunt tabulata foris.

Sic noster Aug. LXXIII. *instratum torum* dixit, scilicet vestimentis, tapetibus aut similibus; apud Virgil. II. 721.

latos humeros subjectaque colla
Veste super, fulvique insternor pelle leonis.

ubi Servius eleganter, *tamquam onus laturus, ut de animalibus.* & ita hic oneratus quasi fragminibus panis & obrutus fuit. Ex Virgilii Ceiri indicavit mihi locum doctissimus Dorvilius, ubi vs. 33.

Qui prius Ossaeis consternens aethera saxis.

ubi male alii *consternans* volunt. Non temere puto singularia quaedam ex auctoribus, nedum ex Suetonio ejicienda, & vulgatiora substituenda, quae saepe glossatorum manum sapiunt. Burm.

Ut aegre nec nisi postico evadere in Palatium valuerit] Libro octavo, de Othone cap. 6. *proripuitque se postea parte Palatii ad constitutum.* Orosius & Diaconus, *pseudothyrum* vocant. Casaub. *Non nisi* Copes. & *nisi* Hulf.

Nihil non excogitavit] *Nihil non ex eo cogitavit* Periz. Harlem. Edd. priscae omnes, donec Casaub. & recentiores mutaverint, quod cur fecerint nihil caussae video. nam & *cogitare* pro *excogitare* poni jam docui ad Phaedr. III. Prolog. & *ex eo*, pro post illud tempus saepe apud nostrum, Caes. XX. XXII. & passim. & huic loco egregie convenit. Si tamen *excogitavit* velint, potuit *ex eo* excidisse ob similitudinem primarum Syllabarum *exco* & *ex eo.* neque etiam *in tempore*, quod Periz. & omnes editiones, etiam Casauboni praeferunt, mutarem, quum noster centies ita soleat loqui. sic *in omni tempore.* Aug. XIV. *in anno.* Caes. LXXVI. Gel. VI. II. *in eo tempore.* Cicer. de Senect. cap. III. *numquam deserunt, ne in extremo quidem tempore aetatis:* ubi praepositio deest in cod. Acad. Leid. & ita passim. vid. ad Caes. VII. Deest tamen, ne quid dissimulem, praepositio Copes. & Hulf. deinde *ad inveniendos* Copes. Burm.

In tempore hiberno,] Liber opt. *hiberno tempore*, sine *in*, & mox *accideret* pro *accidisset*, utrumque rectius. Torr. *Accideret* Periz.

Constituit pro conditione cujusque civis] Libri MSS. omnes, uti & vulgati, hoc in loco corrupti sunt per eos, qui capita male distinxere. Ego verbum *constituit* praecedenti capiti adjungo, deinde sic lego, *Pro conditione cujusque, civi vacationem legis Papiae Poppeae, Latino* (nam sic habent duo MSS. pro *Latinis*) *jus Quiritium, feminis jus quatuor liberorum.* naves enim fabricantium pro cujusque conditione praemia recenset. Ac proinde etiam cetera longe melius praecedenti capiti anteclerentur. De lege Papia ante, Aug. cap. XXXIV. quantum satis est, diximus. *Civis* appellatione hoc loco intelligo eum, qui jus civitatis Romanae adeptus sit, justa ac plena libertate manumissus. nam qui Latinae tantum conditionis erat, ac proinde cive deterior, is nave non vacationem legis Papiae consequebatur, (neque enim poterat, ut puta necdum civis, aut plene liber) sed Jus Quiritium, quo civis fieret. Idque sufficere videbatur. Dedititii vero (quod tertium fuisse libertorum genus ostendimus) ut nec plenam libertatem unquam consequi poterant, sic neque ulla legum praesidia, quae liberis proponerentur. Scio hunc locum aliter exponi a Car. Sigonio lib. I. De jure Italiae, perinde ac si Latini nomine non libertinus, sed ingenuus, qui jus Latii adeptus sit significaretur. Sed errare eum manifeste ostendit Ulpian. tit. III. navem inter modos enumerans, quibus plenam quis libertatem adipiscitur, si non minorem fabricaverit quam X. M. modiorum. Torr. *Commoda constituit pro conditione cujusque. civi &c. jus Quiritium.* ita videtur legendus hic locus ex V. C. conjunctis postremis verbis hujus capitis cum capite sequenti. Ursin. Corrupisse hunc locum foedissime, qui Suetonium in capita distinxerunt, recte Torrentius monuit: nam ad navium fabricatores, de quibus ante dictum, hae Claudii constitutiones sunt referendae: leget, qui me audiet, quae super his eruditissime observata sunt a clarissimo amplissimoque viro Petro Fabro Semestrium libro I. capite XXV. Totum autem locum sic scribe; & *naves mercaturae caussa fabricantibus, magna commoda constituit pro conditione cujusque: civibus,*

 vaca-

19 stituit : pro conditione cujusque, civi vacationem legis Papiae Poppeae : Latino jus Quiritium : feminis jus quatuor liberorum : quae constituta hodie servantur.

Opera

vacationem legis Papiae Poppeae. ita scriptum paullo minus in cod. Viterb. tantum illud *civibus* e libro Cujacii est : nam in Viterb. est *civis*. possis & *civi* scribere, & mox *Latino jus Quiritium*, sic habet Lissaei cod. & Memmii. CASAUB. Bene monuerunt alii, flagitiosissime corrupisse hunc locum, qui capita invexere Suetonio. Interpungi enim debebat: *Et naves mercaturae caussa fabricantibus , magna commoda constituit , pro conditione cujusque : civibus &c.* GRUT. Ego cum Torrentio & Graevii edit. pr. distinguerem sublato discrimine capitis XVIII. & XIX. *magna commoda constituit. Pro conditione cujusque*, *Civi* &c. *Civis Papiae Poppeae* (vel *Pompejae*) *Latinae* (vel *Latine*) Codices nostri & Edd. priscae. nisi quod *Latino jus Quiritium* Exc. Cujac. & *Latinis* Bonon. Basil. Gryph. & recentiores: distinguunt illae etiam fere omnes post *commoda*, & a *constituit*, novum caput ordiuntur. quae de *Latinis* disputat Torrentius Lipsio accepta fuissent referenda. BURM.

Vacationenem legis Papiae Poppaeae,] Quae lex esset Papia Poppaea, undeve dicta , mox planius. Illud interim admonere lecturos haec volui, corruptam hactenus Tranquilli lectionem uno alterove loco simili, nec legem *Pompejam* legendum, sed *Papiam Poppaeam* junctim, in quo non possum non mirari negligentiam multorum , qui sine testibus in caussa dubia, & incerta in forum descendant. Fuit igitur Poppaeus Sabinus consularis , ac triumphalis vir insigni memoria, avus maternus Sabinae Poppaeae. Unde illa etiam dicta Poppaea: nam partem Ollium honoribus nondum functum, amicitia Sejani sub Tiberio perverterat. Hic igitur sub Augusto principe legem severissimam de maritandis ordinibus tulerat, qua sexagenarii tantum non tenerentur , cui capiti postea à Claudio abrogatum infra Tranquillus asserat. Haec autem junctim *Papia Poppaea* dicta videtur, quod cum Papius legem contra adulteros tulisset, ac de matrimoniis etiam sanxisset , cujus & Ausonius praeter alios meminerit : Sabinus Poppaeus eandem retractarit, gravioribusque poenis additis, sanxerit frequentanda matrimonia. Unde & lex postea a primo auctore Papia dicta , postea de Sabino Poppaeo Papia Poppaea junctim appellata est : quam senior August. post Julias rogationes incitandis caelibum poenis , & augendo aerario sanxerat. Hanc vero legem Tacitus frequenter citat , maxime in tertio. Admoneri etiam poterant, saltem infra legem hanc non de civitate , aut aliquo jure alio , quam de maritandis ordinibus agere, cum Tranquillus dicat capiti legis abrogatum a Tiberio, quasi sexagenarii generare non possent. Ceterum instituti nostri non est acrius aliorum errata castigare, & eorum maxime, qui in Tranquillum scripsere commentaria , quorum alter adeo brevis est , ut etiam intra commentarii leges constiterit , alter adeo redundans , ut tabulari saepe videri possit : ita fit , ut aliud agendo , male interdum agat : verum ipsi viderint. EGNAT. Tot exstant in hunc locum expositiones , tam variae lectiones, tot annotata etiam doctissimorum virorum, ut singularis impudentiae videri queat , quidquam his adjicere. Primum quam multa Beroaldus ad hanc rem nihil attinentia post Sabellicum adducit ? quem tamen aliquando emendare videtur , ipse quoque reprehendens hac de lege in Annotationibus, quas post Suetonii Commentationes edidit in Tacitum. Beatus Rhenanus & Aemylius Ferettus in eundem Tacitum commentati, postremo Baptista Egnatius in hunc item auctorem de eadem hac ipsa lege tam varia prodiderunt, ut cordatus lector vix sciat quid potissimum sequatur. Itaque ego omnino supersedebo hic meas superaddere nugas. Unum hoc tamen lectorem admonuerim, in codice vetusto duobus locis lectione variatum. Nam titulo hoc XIX. *Pompeae* scriptum erat. at paullo post tit. XXIII. *Poppeae*. Itaque *m* literam priore loco rejiciendam putamus, & omnino *Poppaeae* legendum, quemadmodum admonuit Egnatius. Porro titulo XXIII. *vacationem legis Papiae Poppaeae sexagenariis* : hoc vero titulo XIX. *pro conditione cujusque civis* concessam intelligo, atque ita abrogatum legi. GLAREAN.

19. *Foeminis jus quatuor liberorum*] Olim apud Romanos feminae a successione ab intestato sie excludebantur , ut ne inter matrem quidem, & filium, filiamve ultro citrove he-

re-

Opera magna, potiusque necessaria, quam multa perfecit: sed vel praecipua, 20 aquae ductum a Cajo inchoatum: item emissarium Fucini lacus, portumque Ostiensem: quamquam sciret ex his alterum ab Augusto precantibus adsidue Marsis negatum, alterum a Divo Julio saepius destinatum, ac propter difficultatem omissum:

reditatis capiendae jus esset. Primus Divus Claudius matri ad solatium liberorum amissorum legitimam eorum detulit hereditatem. Postea vero Divi Hadriani temporibus S. C. Tertulliano cautum est, ut mater ingenua trium liberorum jus habens, libertina quatuor, etiamsi in potestate esset, ad bona filiorum ab intestato mortuorum admitteretur, ut haec narrat plenissime Justinian. Institut. lib. III. tit. III. ad S. C. Tertullianum. Et ea quidem quae sub Hadriano constituta sunt, ad Claudium referri nequeunt, ex his tamen quae diximus, manifestum est feminis jus trium, quatuorve liberorum habentibus multa quocunque tempore privilegia fuisse, quae omnia Claudius naves fabricantibus competere voluit. De praemiis vero hujusmodi negotiatorum, ac naves annonae causa habentium pulchre Scaevola, ac Callistratus, l. III. De vacatione & excus. munerum, & l. V. De jure immunitatis. Qua in re (ut hoc obiter addam,) notandum est quod addidit Scaevola, senatores eam ob naves vacationem non habuisse, quoniam ne habere quidem navem ex lege Julia repetundarum illis liceret. nam etiam ante leges Julias senatori aedificare navem non licebat, sed veteres leges paene mortuas novae revocarunt. Cicero Verr. v. cap. 18. *Noli metuere, Hortensi, ne quaeram qui licuerit aedificare navem senatori. Antiquae sunt istae leges, & mortuae (quemadmodum tu soles dicere) quae vetant.* Lata autem lex illa de nave Senatoria a Q. Claudio, trib. pl. Ti. Sempronio, P. Cornelio coss. A. U. C. DXXXV. Livius lib. XXI. quem vide. Lego etiam, *hodieque servantur*, pro *hodie serv.* TORR. *Hodieque* Memm. Copef. Edd. Junt. Ald. Steph. Graev. & Gronov. Forte fuit *hodie quoque*, quod centies in *hodieque* transiit. vid. Tit. I. & quae notavimus ad Quinctil. X. de Inst. Orat. I. pag. 910. & ad Declam. XVI. 19. BURM.

20. *Opera magna potius quam necessaria multa perfecit:*] Ita V. C. habet. nam illud *quam*, quod est ante verbum *multa* omnino abundat. URSIN. Haec scriptura *quam multa* cod. Viterb. Memmii, & Pithoei aliorumque. *quam multa* aeque Latinum ac *quam plurima*. Itaque censentibus tollendum τὸ *quam* ante *multa* non assentior, etsi in quibusdam codd. ut Lissaei, non exstat. Vetus Politiani, *perquam multa fecit.* eleganter. CASAUB. Omnes editiones, *quam necessaria quam multa*, quaedam etiam *quammulta* una voce, & explicant pro *multa*: & negari nequit, *quam* ita saepe addi adjectivis, ea vi, ut augeat. ut apud Terentium eadem est interpretum dissensio, Eun. prolog. *placere bonis, quam pluribus*, aut *quampluribus bonis.* sed exemplum desidero, ubi praecedente eadem vocula *quam*, tam prope iterum sequatur eo sensu *quam*, ut hic: deinde ambigua sententia, nec satis vera inde exit, illum perfecisse multa & magna opera potius, quam necessaria. Aquaeductus enim & Portus Ostiensis, certe utilissima & necessaria fuere opera, quum aquaeductus ille Aventini montis incolis aquam necessariam subministraret, nec lacubus illis homines & jumenta carere possent. Portum vero Ostiensem, ex quo omnis commeatus urbi subvehebatur, quis necessarium neget? quare si quid mutandum, turbatum verborum ordinem ex duplici illo *quam*; & ambiguum, ita restitui potius vellem, *Opera magna & necessaria potius, quam multa, perfecit.* nam multi laboris & impensae urbique necessaria, sed non multa fuere. vel etiam, ut in Ed. Rom. est, nulla fere mutatione, legendum; *opera magna, potiusque necessaria, quam multa perfecit.* BURM.

Aquae ductum] *Ductum aquarum* Memm. Copef. Hulf. non male: ex duobus enim fontibus, & Aniene aquas duxit. inscriptio est apud Gruter. CLXXVI. 5. BURM.

A Cajo inchoatum:] Sup. Calig. cap. XXI. TORR.

Item emissarium Fucini lacus,] Negat perfecisse Dio: frustra enim sumptus maximos in eam rem esse factos. De hoc opere, & de portu Ostiae facto consule Plinium libro XXXVI. cap. XV. CASAUB.

A D. Julio] V. C. habet, *ceterum a Divo Julio.* URSIN. *A Divo* scribi mallem. Julium vero de Fucino emittendo cogitasse etiam Sue-

sum: Claudiae aquae gelidos & uberes fontes, quorum alteri Caeruleo, alteri Curtio & Albudino nomen est: simulque rivum Anienis novi lapideo opere in urbem perduxit, divisitque in plurimos & ornatissimos lacus. Fucinum adgressus est, non minus compendii spe, quam gloriae, quum quidam privato sumtu emissuros se repromitterent, si sibi siccati agri concederentur. Per tria autem passuum milia, partim effosso monte, partim exciso, canalem absolvit aegre & post undecim annos, quamvis continuis triginta hominum milibus sine intermissione operantibus. Portum Ostiae exstruxit, circumducto dextra sinistraque brachio, & ad introitum profun-

Sueton. refert Caes. cap. XLIV. de portu Ostiensi non meminit. Sed & Hadrianus (si Spartiano credimus) Fucinum emisit. Quod si verum est, sequitur Claudium inanes (quod etiam testatur Dion) hanc in rem fecisse sumptus. Qui plura velit, Tacitum videat. TORR. Variant hic Editi, ut supr. cap. XVII. mox *obmissum* Hulss.

Gelidos & uberes] Hanc duplicem dotem aquarum celebrat in patria sua Ovidius IV. Trist. 10.

Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis.

Curtio & Albudino] Fontem Curtium binominem fuisse arbitror, ut etiam Albudinus vocaretur. Plin. enim lib. XXXVI. cap. XV. duos tantum, Curtium & Caeruleum, commemorat, sicut & haec Inscriptio: (Gruter. CLXXIII. I.) IMP. CAESAR VESPASIANUS PONT. MAX. TRIB. POT. II. IMP. III. DESIG. IV. P. P. AQUAS CURTIUM ET CAERULEUM PERDUCTAS A DIVO CLAUDIO ET POSTEA INTERMISSAS DILAPSASQUE PER ANNOS NOVEM SUA PECUNIA URBI RESTITUIT. Albudini tamen fontis meminit Frontinus quoque. TORR. Viterb. Memmii, Pithoei & Lissaei, *Alondigno*. vide Frontinum de Aquaeduct. CASAUB. Pall. tres accedunt libris, in quibus est *Albudigno*. GRUTER. *Albudigno* Memm. Copes. Hulss. Exc. Cujac. Ed. Roman.

Anienis novi lapideo opere] Libri omnes nostri *novo lapideo opere*. Quod vero Turneb. lib. XXVII. Adv. 19. de Aniene novo, ac vetere scribit, nihil ad praesentem. TORR. Peccat vir doctus qui lectionem probat, quam & nos reperimus in cod. Viterb. *novo lapideo op.* nam passim apud veteres Claudia aqua & Anio novus conjunguntur. Dicitur & Anio nova, ut in sequenti Inscriptione: TI. CLAUDIUS. DRUSI. F. AUGUSTUS. GERMANICUS. PONTIF. MAXIM. TRIBUNICIA. POTESTATE. XII. COS. V. IMPERATOR. XXVIII. PATER. PATRIAE. AQUAS. CLAUDIAM. EX. FONTIBUS. QUI. VOCABANTUR. CAERULEUS ET. CURTIUS. A. MILLIARIO. XXXXV. ITEM. ANIENEM. NOVAM. A. MILLIARIO. LXII. SUA. IMPENSA. IN. URBEM. PERDUCENDAS. CURAVIT. CASAUB. Pall. tres accedunt libris, in quibus *novo*. GRUTER. *Novo* Copes. Harl. Periz. Hulss. & Edd. veteres praeter Steph. Plantin. Casaub & recentiores. sed *novi* Turnebus, Lipsius & alii praeferunt, & hunc rivum forte dixit *Anienem novum*. *Anionis* Copes. a m. pr. de qua flexione vide Cluver. Ital. Antiq. II. X. pag. 712. BURM.

Fucinum aggressus] Recte, non enim perfecit, ut Casaubonus notavit. nam & tempore Nervae inundatos ex hoc lacu agros docet inscriptio inter Gudianas pag. LXXXVIII. 3.

OB RECUPERATOS AGROS RESTITUTOS POSSESSORIBUSQUE

QUOS LACUS FUCINI VIOLENTIA INUNDAVERAT.

Videndus vero Fabretius de Emissario Fucini lacus post ejus syntagma de columna Trajana. Ceterum vitiose Ed. Venet. pr. *egressus*. BURM.

Tria passuum] *Tria passus millia partim exfossa* Memm. *Exfosso* etiam Exc. Cujac.

Quamvis continuis] Si ita legatur a tautologia excusari nequit Suetonius, nam si sine intermissione operantur, etiam continui sunt. sed nec scio Latine dici, *continua XXX. hominum millia*. scio *continuos homines* dici Tacito VI. Ann. 26. qui adsidue sunt circa principem familiares, sed hoc nihil huc facere puto: quare vel ejicienda vox, a glossatore forte adscripta, vel legendum, *post undecim annos continuos, quamvis triginta* &c. ut *continui menses* Aug. XXIII. *dies* Cal. XXVII. *continuum biduum, biennium* & similia apud nostrum. BURM.

Portum Ostiae] Ita omnes scripti & edit. praeter Harlem. qui *Hostium*. Demsterus tamen in

profundo jam ſalo mole objecta, quam quo ſtabilius fundaret, navem ante demerſit, qua magnus obeliſcus ex Aegypto fuerat advectus, congeſtiſque pilis ſuperpoſuit altiſſimam turrim in exemplum Alexandrinae Phari, ut ad nocturnos ignes curſum navigia dirigerent. Congiaria populo ſaepius deſtribuit. Spectacula quoque complura magnificaque edidit, non uſitata modo, ac ſolitis locis, ſed & commentitia, & ex antiquitate repetita, & ubi praeterea nemo ante eum. Ludos dedicationis Pompejani theatri, quod ambuſtum reſtituerat, e tribunali poſito in orche- 21

in Etruria Regali lib. IV. 22. legit *Oſtii.* cujus rationes excuſſimus ad Rutilii Iter lib. I. 155. Portum Oſtienſem exaedificatum a Claudio, & ſpectaculum editum in Orca ibi viſa, & oppugnata, narrat Plin. IX. 6. BURM.

Ad introitum profundo jam ſolo] An potius *ſalo:* nam portum ἀγχιβαθῆ intelligit, cui proprium eſt profundum ſalum. CASAUB. *Jam ſolo* quoque Pall. tres. GRUT. *Salo* conjecerat jam Sabellicus, & deinde Caſaub., Graevius & Gronovius, qui duo, quaſi ita in Memmiano eſſet, ediderunt. ſed & *ſolo* habet, quo ſe tueatur. nam ita vocari omne cujuſcumque rei fundamentum, ut hic molis objectae, docuimus ad Ovid. I. Faſt. 110. & ita credibile eſt prius ex fundo introitus hujus portus egeſtam terram vel limum, deinde jacta fundamenta, quo ſtabilius fundaret molem, & turrim ſuperpoſitam: hoc *ſolum* jam *profundum* vocat, ubi ad ſolidum venerat, quo pilas congereret, egeſto limo antea. BURM.

Quo ſtabilius fundaret] Scribit Plinius XVI. 40. ex Puteolano pulvere exaedificatas fuiſſe a Claudio turres Oſtienſis portus. De hoc pulvere Vitruvius II. 6. *Eſt genus pulveris admirandum, naſcitur in regionibus Bajanis, quod commiſtum cum calce & caemento, non modo caeteris aedificiis praeſtat firmitates, ſed etiam moles conſtructae in mari ſub aqua ſolideſcunt.* Sidonius Panegyrico II. 59.

Namque Dicarcheae tranſlatus pulvis arenae
Intratis ſolidatur aquis. BEROALD.

Navem, qua magnus obeliſcus] Plin. lib. XXVI. cap. XL. & lib. XXXVI. cap. IX. TORR. *Quam agnus obeliſcus Aegypto* Exc. Cujac.

Congeſtiſque] *Conjectiſque* Hulſ. quae verba apud Ovidium & alios paſſim permutantur. vid. ad Ovid. I. Am. IX. 12. BURM.

Superpoſuit] *Suppoſuit* Periz. Harlem. Edd. Venetae tres, Bonon. ita variant libri in Aug. XXXI.

Turrim] *Turrem* Copeſ. de hac explicuimus locum admodum vexatum Valerii Flacci lib. VII. 583. & forte hanc licet oculis conſpicere in numiſmate Imp. Commodi, in quo legitur VOTIS FELICIBUS, & in eo videtur turris, & naves quaedam iter ingredientes. quod numiſma Vaillantius memorat Tom. I. pag. 219. ſed integrius & magis figuris manifeſtis adfertur ab Hayuio in theſauro Britanniae tom. II. pag. 244. qui explicat de Claſſe Africana ex portu vela dante, & ſacrificio Neptuno facto, ut taurus indicat, quem eundem Vaillantius in exeſo ſuo nummo faciebat. Ceterum in hoc portu fuiſſe corpus Tabulariorum Portuenſium, quorum frequens in lapidibus eſt mentio, a Claudio inſtitutum, ex lapide apud Gruter CCXXXV. 7. (vid. & Gud. LXIII. 8.) ſuſpicatur Reineſ. ad Claſſ. I. 247. BURM.

Alexandrini Phari] *Alexandrinae* Bonon. Pariſ. & Doleti. & certe feminino genere *Pharum* poni docent loca ab Heinſio adducta ad Ovid. XI. Met. 393. & ita hic, Beroaldum ſequens, legendum *Alexandrinae*, cenſet Voſſius de Analog. I. 32. BURM.

21. *Congiaria populo ſaepius deſtribuit.*] Haec melius annectentur capiti ſequenti. TORR.

Magnificaque] *Et magnifica* Copeſ. & Exc. Cujac.

Quod ambuſtum] Sub Tiberio incenſum fuiſſe auctor Euſeb. Chronicis. Atque illud quidem partim Tiberius ipſe, partim Cajus jam ante reſtituerant, ſup. Tib. cap. XLVII. & Calig. cap. XXI. ſed iterum incenſum fuiſſe, & a Claudio reſtitutum indicat hoc loco Sueton. TORR. Dio lib. LX. p. 669. ſic narrat, quaſi ſcenam incendio abſumptam Tiberius refeciſſet, (quod & Vellejus lib. II. cap. 130. ſcribit) Claudius autem dedicaſſet: Ἀπέδωκε τῷ Πομπηΐῳ τὴν τοῦ θεάτρου μνήμην· καὶ αὐτῷ καὶ τὸ τοῦ Τιβερίου ὄνομα ἐν τῇ σκηνῇ ἀποθεὶς ἐνέγραψεν, ἐπειδὴ καυθεῖσαν αὐτὴν ἀνῳκοδομήκει· τὸ γὰρ ἑαυτοῦ ὄνομα οὐχ ὅτι κατεσκευάκει, ἀλλ' ὅτι καὶ καθιέρωσεν αὐτήν· ἄλλο δ' οὐδὲν ἐπεγράψατο. quae tamen verba non ne-

chestra commisit, quum prius apud superiores aedes supplicasset, perque mediam caveam

negant, imo affirmant potius, Claudium & refecisse eandem scenam, quam & Tiberium, & dedicasse. CASAUB. Et hinc Gell. lib. XII. 1. inscriptionem tertii consulatus suo tempore diversam esse ab ea, quam Pompejus inscripserat, ostendit. & hinc hoc *novum Theatrum* dici a Senec. Herc. Furent. vers. 879. notabat magnus Gronovius. BURM.

Tribunali posito in orchestra] Duo codd. *tribunali in orchestra*, sine *posito*. TORR. *Posito* deest Edd. Rom. Bonon. & Paris. & *pro tribunali posito* Copes. Lipsius in ora codicis, aut corrigebat, aut explicabat, *e pulvinari*.

Apud superiores aedes] Prostibula per ludos publicos in scenam introduci solent, & exponi omnium non libidini solum, sed licentiae. Non ergo mirum, si Theatrum, lasciviae illa sedes, Veneri olim sacrum. Tertullianus de Spectac. cap. x. *Et Pompejus Magnus theatro suo solo minor, cum illam arcem omnium turpitudinum exstruxisset, veritus quandoque memoriae suae censoriam animadversionem, Veneris aedem superposuit: & ad dedicationem edicto populum vocans, non theatrum, sed Veneris templum nuncupavit, Cui subjecimus, inquit, gradus spectaculorum.* Ex hoc loco clara lux Suetonio. Intelligit enim supplicasse Claudium apud templum Veneris superpositum theatro: ideo recte, *superiores aedes*. Et quia gradus spectaculorum, id est, cavea & orchestra, subjecta aedi, bene addit: descendisse eum inde per mediam caveam ad orchestram. Interpretibus ante me hic caligo. Si quid mutandum, legerim ipse, *apud superiorem aedem*. At de sententia, quam dixi, non muto. LIPSIUS. I. Elect. II. Templa nescio quae supra theatrum fabricat Beroaldus. Ego *sedes*, quam *aedes* malim, ut cum superiore theatri parte supplicasset, non inde tamen, sed e tribunali in orchestra ludos commiserit. Similis locus Caes. cap. XXXIX. Vide quae notavi Aug. cap. XLIV TORR. Non aliter scriptum in omnibus codd. nostris, neque puto mutandum. *superiores aedes* videtur appellare partem illam theatri, in quam soliti conscendere Imperatores missilia sparsuri. De eo Dio in historia Titi, σφαιρία ξύλινα μικρὰ ἄνωθεν ἐς τὸ θέατρον ἐρρίπτει id est, *ligneos globulos parvos* (tesseras intelligit) *de superiore loco in theatrum jaciebat*. Similiter e basilica sive regia, quae foro imminebat, populo missilia jaciebant. Josephus Originum lib. XIX. cap. I. loquens de conjuratis in Cajum, occasionem captantibus tollendi ejus, καὶ ὑπὲρ τῆς βασιλικῆς ἱστάμενον καὶ δῆμον χρυσίῳ καὶ ἀργυρίῳ χρήμασι διαρριπτοῦντα ἄνωθεν κατὰ κεφαλῆς παρ' αὐτῶν ὑψηλὸν δὲ ὂν τὸ τέγος εἰς τὴν ἀγορὰν φέρον. Illum theatri locum eruditi quidam viri putant κορυφὴν appellari Dioni lib. XLIX. in munificentia Agrippae aedilis describenda: σύμβολά τέ τινα ἐς τὸ θέατρον κατὰ κορυφὴν ἔρριψε· τὰ μὲν (ita recte scriptum, non ut iidem emendant, τὸ μὲν) ἀργύριον, τὰ δὲ ἐσθῆτα, τὰ δὲ, ἄλλο τι φέροντα. sed falluntur, qui ita sentiunt. nam κατὰ κορυφὴν ῥίπτειν est de superiore loco in caput inferiorum jacere. Sic apud Polybium lib. VIII. τοῖς δὲ κατὰ κορυφὴν λίθοις καὶ δοκοῖς ἐμβολαῖς διαφθείρεσθαι. Caeterum quod Suetonius ait, supplicasse Claudium in superioribus aedibus, antequam spectatum in inferiora descenderet, refero eo quod narrat Dio, Claudium iis ludis triumphali veste initio tantum esse usum (nempe dum rem divinam faceret) ludis vero in praetexta veste praefuisse. Verba Dionis ita scribe: ὁ μὲν οὖν τῇ στολῇ τῇ ἐπινικίῳ παρὰ πᾶσαν τὴν πανήγυριν, καίτοι ψηφισθὲν, ἐχρήσατο, ἀλλ' ἐξῆς ἐν ἀρχῇ (perperam libb. editi, ἐν αὐτῇ) μόνον, τὰ δὲ ἄλλα ἐν τῷ περιπορφύρῳ ἱματίῳ διῴκησεν. Haec nos olim ad hunc locum. Nunc vero placet magis Lipsii interpretatio: qui Veneris aedem Pompejano theatro adjunctam putat intelligi. Tertullianus in libro de Spectaculis cap. x. *Pompejus Magnus solo suo theatro minor, cum illam arcem omnium turpitudinum exstruxisset, veritus quandoque memoriae suae censoriam animadversionem, Veneris aedem superposuit.* CASAUB. *Apud superiores aedes* etiam Pall. nostri. neque opus substituere *sedes*; nam intelligit templum Veneris, cui Amphitheatrum ipsum veluti appendix aliqua. quemadmodum ex Tertulliani loco de spectaculis ostendit noster Lipsius, qui videatur lib. I. Elect. II. GRUT. Et *sedes* & missilium spargendorum locum facile aspernere. De Veneris aede constat. Numquid igitur *superiorem aedem*, ut voluit Lipsius? Immo maneat *aedes*: nam & Victoriae ibi aedem invenio. Tiro Tullius apud Gellium lib. I. cap. I. *Quum Pompejus aedem Victoriae dedicaturus foret, cujus gradus vicem theatri essent.* GRONOVIUS.

Nec

caveam ſedentibus ac ſilentibus cunctis, deſcendiſſet. Fecit & ſeculares, quaſi anticipatos ab Auguſto, nec legitimo tempori reſervatos: quamvis ipſe in hiſtoriis ſuis prodat, *intermiſſos eos Auguſtum multo poſt, diligentiſſime annorum ratione ſubducta, in ordinem redegiſſe.* Quare vox praeconis irriſa eſt, invitantis more ſollemni ad ludos, *quos nec ſpectaſſet quiſquam, nec ſpectaturus eſſet:* quum ſupereſſent adhuc, qui ſpectaverant, & quidam hiſtrionum producti olim, tunc quoque producerentur. Circenſes frequenter etiam in Vaticano commiſit, nonnumquam interjecta per quinos miſſus venatione. Circo vero maximo marmoreis carceribus, auratiſque metis, quae utraque & tophina ac lignea antea fuerant, exculto, propria ſenatoribus conſtituit loca, promiſcue ſpectare ſolitis. Ac ſuper quadrigarum certamina, Trojae luſum exhibuit, & Africanas, conficiente turma equitum praetorianorum, du-

Nec legitimo tempori reſervatos:] Lego, ut in duobus optimis exemplaribus, *modo*, pro *nec*, *leg. t. r.* ut anticipatos ab Auguſto ipſe legitimo tempore ediderit, A. U. DCCC. uti poſtea Philippus Caeſar A. U. M. De Saecularibus autem Claudii, praeter Tacitum & Dionem, Cenſorin. de die natali cap. XIV. Plin. lib. VII. cap. XLVIII. & lib. VIII. cap. XLII. TORR. Circenſes ludorum ſecularium Claudii memorat Plinius VIII. 42.

Intermiſſos eos Auguſtum] Locus videtur mendoſus. URSIN.

Quidam hiſtrionum] Id de Stephanione teſtatur Plinius VII. 48. Anni autem ab Auguſti Saecularibus ad eos, quos fecit Claudius, LXIII. fuere. TORR.

Per quinos miſſus] Singulis miſſibus quatuor mittebantur quadrigae, quae ſeptem ſpatiis circum metas evolutis, quae prior metam in ſeptimo curriculo circumflexiſſet, ea palmam adipiſcebatur. Hujuſmodi miſſus una die viginti quatuor exhiberi legitimum ac ſolemne fuit, quibus nonaginta ſex quadrigae currebant. olim vigeſimus quintus miſſus addebatur, qui & *aerarius* vocatur, quia de collatione populi exhibebatur. Viginti quinque miſſus centum curribus conſtabant, quia ſinguli quatuor. SALMASIUS, quem vide Exerc. Plin. pag. 638. & ſeqq. *per quos* Harlem. compendioſe pro *quinos*.

Marmoreis carceribus] Sidonius Apollinaris:

Haec eſt janua conſulumque ſedes,
Ambit quam paries utrumque ſenis
Cryptis porticibuſque fornicatus.

Oſtium Auſonii, quod ad medium Circi ſpatium patet, idem prorſus eſt cum hac janua & conſulum ſede Sidonii, quae utrimque ſenos *carceres* fornicatos habebat, ea ſunt Oſtia Circi, *ἰσοπαρίθμους ψαλιδωτάς*. Sola ſex oſtia, quae a latere dextro illius mediae januae erant, neceſſaria mittendis quadrigis fuere, quia a dextra ad ſiniſtram curricula ſua peragebant. An igitur ad ornatum, atque ut aequalis eſſet architecturae facies, totidem oſtia in alio latere facta, quae ut ipſa eodem machinarum artificio, eodemque tempore pandebantur, quamvis nulli inde currus emitterentur? Ex illis porro ſenis oſtiis, quae ad dextram fuere primarum metarum, ſola quatuor prima quadrigas emittebant quatuor certaturas, ſingula ſingulas. Quod ab eo tempore obtinuit, quo in quatuor colores & greges tota Circi factio diviſa eſt. SALMASIUS. *Aureiſque metis* Copeſ.

Tophina] Ex topho lapide. Vulgaris lapis, & imprimis circa urbem. Juvenal. III. 20.

—— *ingenuum violarent marmora tophum.*

Papinius in IV. Sylvar. III. 53.

Cocto pulvere, ſordid que topho.

SABELLICUS. *Tofina* Exc. Cujac.

Exculto] *Exculpto* Copeſ. *exculta* Edd. Venet. tres.

Promiſcue ſpectare ſolitis.] Vide quae notamus Ner. cap. XI. TORR. Prorſus interpretamenti eget vox illa *promiſcue*, quod non aliunde mutuari debemus, quam ex comparatione verborum Dionis LX. p. 669. hic ipſa de re agentis: Ἐν δὲ τῷ ἱπποδρόμῳ, ἕδρας μὲν που ἀπόρους ἰδίας, καὶ κατὰ σφᾶς ὡς ἔκειντο, τό τε βουλευτικὸν καὶ τὸ ἱππικὸν καὶ ὁ ὅμιλος, ἀφ' οὗπερ τοῦτο ἐνομίσθη, οὐ μέντοι καὶ τεταγμένα σφίσι χωρία ἀπεδέδεικτο· ἀλλὰ τότε ὁ Κλαύδιος τήν τε ἕδραν τὴν νῦν οὖσαν τοῖς βουλευταῖς ἀπένειμε, καὶ συνεῖπε τοῖς ἐθέλουσι σφῶν ἑτέρωθί που καὶ

ducibus tribunis, ipſoque praefecto: praeterea Theſſalos equites, qui feros tauros per ſpatia circi agunt, inſiliuntque defeſſos, & ad terram cornibus detrahunt. Gladiatoria munera pluriſariam ac multiplicia exhibuit. Anniverſarium in caſtris prae-

καὶ ἐν γε ἰδιωτικῇ ἐσθῆτι θεᾶσθαι, ἐπέτρεψεν. Id eſt, *Spectavant quidem jam ante in circo ſeparatim & per ſe ſinguli ordines, ſenatorum, equitum, & plebis, ex quo primum id inſtitutum fuit: non tamen certi loci ſingulis ordinibus aſſignati fuerunt. At tunc ſecrevit Claudius ſenatoribus eas ſedes, quas nunc quoque obtinent; fecitque ipſis poteſtatem, ſi vellent, alio quocunque loco in vulgari veſte ſpectandi.* Hic eſt ſenſus Dionis, cujus verba male accepiſſe videtur eruditiſſimus vir, qui de hac re tota cum cura diſputat ad caput XXI. libri ſequentis. Casaub. Vid Aug. XLIV.

Trojae luſum] Ita edi conſtanter video, quum alibi *ludum* vocet, ut & alii ſcriptores. vid. ad Aug. XLIII. Burm.

Africanas] Vid. ad Calig. cap. XVIII. in Exc. Cujac. erat, *luſum exhibuit. Exhibuit & Africanas.* & ita ex regio codice Walker. ad Cicer. III. de Nat. Deor. 24. Burm.

Conficiente turma equitum] *Conficere* verbum arenae proprium. Unde *confectores ferarum* Aug. cap. XLIII. Torr.

Qui feros tauros per ſpatia Circi agant,] In altera parte vetuſti denarii Julii Caeſaris caput impreſſum eſt: in altera taurus concitatus ac furens, quo id ſpectaculi genus indicatur, cum his litteris, L. Liveneius: qui fortaſſis iis ludis praefuit. F. Ursinus. *Theſſalorum gentis inventum eſt, equo juxta quadrupedante, cornu intorta cervice tauros necare. Primus id ſpectaculum dedit Romae Caeſar dictator.* Plinius VIII. 45. Verba haec Plinii abſque dubio mendoſa ſunt, nam quid eſt, *cornu intorta cervice tauros necare*? nos ſcimus moris fuiſſe Theſſalis illis equitibus in hac taurorum venatione, ut tauris adequitantes, injecto in cornua vinculo, eos cernuare, & humi procumbere magna vi cogerent. Legendum igitur apud Plinium: *cornu intorto reſtibus*, vel *retibus*. πλέγματι & ἅμματι dixit in eadem re Philippus, qui hanc taurorum venationem Theſſalis familiarem ita deſcribit hoc epigrammate nondum edito.

> Θεσσαλίης εὔιππος ὁ ταυρελάτης χορὸς ἀνδρῶν
> Χερσὶν ἀτευχήτοις θηρσὶν ὁπλιζόμενος,
> Ἀνδρονομῆ πάλης ζεῦξαι σκιρτήμασι ταύρων,
> Ἀμφιβαλὼν τένοντι πλέγμα μετωπίδιον.
> Ἀκρόπετον δ᾽ ἐς γῆν κλίνας ἅμμα κ᾽ ἄκροτον ἅμμα,
> Θηρὸς τὴν τόσσην ἐξεκύλισσε βίαν.

Artemidorus quoque oſtendit, in Theſſalia, qui generoſiſſimi eſſent & nobiliſſimi, taurorum venationi operam dediſſe. Salmasius ad Poll. Gallien. cap. XII. *ſerotauros* Cod. Memm. Quae Cl. Graevius hic obſervavit de hoc cum tauris certamine, illuſtravit Cl. Liebe in Gotha nummar. pag. 27. An tamen nummus ille Livinei, quem & Urſinus hic laudat, huc referri poſſit, vehementer dubito, quum ibi ſolus taurus, ſublatis prioribus pedibus currens, exhibeatur, nullo equite eum agitante, aut inſiliente. Meliori ſpecie eo poſſet referri nummus Pheraeorum, quem idem vir doctus profert p. 206. ubi vir quidam tauro incumbens, adprehenſis cornubus, cum ad terram dare nititur; qui quidem pedes eſt, ſed in altera nummi parte equus nudus fluctuantibus loris conſpicitur, quaſi modo deſiluiſſet rector ejus. non enim inſilire defeſſos tauros equites poſſunt, niſi equo deſcenderint. Vir doctiſſimus Herculem cum tauro pugnantem eſſe credidit, cujus tamen nullum indicium video. an huc pertineant *Taurocentae* vel *Taurarii ſuccurſores*, qui in inſcriptione apud Gud. pag. CVI. I. memorantur, neſcio: & nondum ſatis haec mihi liquere fateor, nec an *taurocentae ſuccurſores* ſunt conjungendi, an ſeparandi, dijudico; ſed ſimiles his Theſſalicis ludis indicari puto. Alius ab his ludis eſt ille, quem memorat Martialis lib. V. Epig. 31. ubi videndus Scriverius, qui ſimiles deſultoribus juvenes in tergis taurorum ludentes, ut illi in equorum, fuiſſe docet. *detrahant* Ed. Baſil. in loco Plinii a Salmaſio adducto, N. Heinſius legebat, *cernuos intorta cervice tauros necare*, ut apud Virgil. lib. X. 894. de equo in faciem cadente, *ejectoque incumbit cernuus armo*. & ita in Pheraeorum nummo conſpicitur taurus cernuus. & quia hi ludi referebant veram domandi tauros feros rationem, huc referre poſſumus illa Valer. Flac. IV. 684.

> *Ut valido qui robore tauros*
> *Sub juga, & invito detorquet in ilia cornu.*

Burm.

Pluriſariam] Pro, pluribus locis. Calig. cap.

praetorianis, fine venatione adparatuque, justum atque legitimum in Septis, ibidem extraordinarium & breve, dierumque paucorum, quodque adpellare coepit *Sportulam*: quia primum daturus edixerat, *velut ad subitam condictamque coenulam invitare se populum*. Nec ullo spectaculi genere communior aut remissior erat, adeo ut oblatos victoribus aureos prolata sinistra pariter cum vulgo, voce digitisque numeraret:

cap. LIV. TORR. *Plurifaria* Memm. Harlem. Copes. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. pr. Junt. Ald. Arg.

Anniversarium in castris praetorianis,] In memoriam recepti illic Imperii. TORR.

Quodque appellare] *Quodquod* Mem. Lipsius corrigebat, *quodque appellari coepit sportula*. quod forte non placebit illis, qui cum verbo passivo semper *coeptum est*, non *coepit* conjungendum esse contendunt. sed & noster Caes. XXVI. *quandoque tempus expleri coepisset*. vid. Gron. ad Liv. XXVI. 46. & Drakenb. ad lib. II. 4. sic variant codices apud Cicer. II. de divin. 2. *quoniam de republica consuli coepimus*, ubi alii *coepti sumus*. an vero *coepi* an *caepi* scribendum, vide Pier. ad Virgil. Ecl. VIII. 14. BURM.

Primum daturum se dixerat,] Sic libri omnes, quos ego viderim, Frobenii editione excepta, quae sic habet, *quia primum daturus edixerat, velut*, &c. & recte. TORR. *Primum daturum se dixerat* Periz. Harlem. Edd. omnes praeter Basil. poster. Steph. Casaub. & recentiores. *& quia* Copes. *quia praemium* Lugd.

Ad subitam condictamque coenulam] *Condicere* apud JCtos est denunciare. Hinc *condicere coenam*, cum quis alteri denunciat se cum eo coenaturum. Ut convivae, non convivatoris sit. Tib. cap. XLII. *coenam ea lege condixit*. Cic. lib. I. Famil. epist. IX. absolute dixit, *cum mihi condixisset, coenavit apud me*. Plautus Sticho III. I. 28. *condicere ad coenam*. *Condicta* igitur *coenula* hic pro subita ac sine apparatu, qualis amicis, qui seipsos invitant, apponitur. Quam non illepide *sportulam* vocabat Claudius. TORR. *Conditam coenulam* Periz. Harlem. Edd. Venet. sec. & tert. Basil. *conditamque* Edd. Rom. Lugd. *dictamque* Exc. Cujac. & Venet. pr. *subita* vero est ante horam sollemnem, statim ineunda. ita eleganter Senec. Thyest. 800. de subitis, sole fugiente scelus Atrei, tenebris

Stupet ad subitae tempora coenae,
Nondum fessis bubus, arator. BURM.

Communior aut remissior] *Communem* vocat, qui effusa quadam civilitate omnibus obvius atque expositus sit. TORR. Hoc est, μᾶλλον κοινὸς καὶ ἐπιεικὴς ἦν, ut de eodem Claudio loquitur Dio LX. p. 672. magis tamen explicat hunc locum, quod paullo post de eodem Principe scribit συγγραφεὺς ille diligentissimus, ἐφίει κοινοῦς τε τῇ θέᾳ αὐτῶν, καὶ παρεῖχεν ὅσα ἐβούλετο. Quorum locorum comparatione confirmatur vulgata lectio hujus loci, quae in omnibus quoque scriptis exstat, *communior*, non *comior*: ut videri queat, atque adeo visum quibusdam legendum esse; sicut in Vespasiano cap. XXII. *& super coenam autem & semper alias comissimus multa joco transigebat*. Verum ibi quoque Viterb. cod. praefert *communissimus*. Servius ad Virg. VIII. Aen. 275. COMMUNEMQUE VOCATE DEUM, *humanum, beneficum*, φιλάνθρωπον. *unde & communes homines dicimus*. CASAUB. *Communior aut remissior*; haec etiam est scriptura Pall. neque mutanda in *comior*, ut exemplis pluribus ostendi in Suspicionibus. GRUTER. In omnibus reperi *communior*; altera vox ex compendio nata, ut saepe alias. vid. Graev. ad Cicer. de Senect. cap. XVII. Heins. ad Ovid. IV. Trist. IV. 13. & plures, qui in his cumulandis luxuriant. *& remissior* una Venet. BURM.

Oblatos victoribus aureos] Huc refer illum Juvenalis versum e Sat. VII. 243.

Accipe victori populus quod postulat aurum.

TORR. Moris fuit victoribus aurigis aurum postulare: quod postea etiam equis victoribus coeptum postulari. Capitolinus in Vero Imperatore cap. VI. *Volucri equo prasino mortuo sepulcrum in Vaticano fecit. In hujus equi gratiam primum coeperunt equis* (ita omnino legendum, non *equi*) *aurei vel bravia postulari. In tanto autem equus ille honore fuit, ut ei & a populo prasinianorum saepe modius aureorum postularetur*. CASAUB.

Prolata sinistra] Alii libb. *sinistraque*, forte, *sinistra quoque*: ut in eo sit Claudii ἀγχινοίαν, quod non solum dextram extra togam proferret, sed etiam sinistram. CASAUB. *Prolataque sinistra* Edd. Ald. Gryph. Plant. Dolet. Colin.

Voce digitisque numeraret:] De computandi

raret: ac saepe hortando rogandoque ad hilaritatem homines provocaret, *dominos* idemtidem appellans, immixtis interdum frigidis & arcessitis jocis: Qualis est, ut quum Palumbum postulantibus, *daturum* se, promisit, *si captus esset*. Illud quoque plane, quantumvis salubriter & in tempore; quum essedario, pro quo quatuor filii deprecabantur, magno omnium favore indulsisset rudem, tabulam illico misit, admonens populum, *quanto opere liberos suscipere deberet, quos videret & gladiatori praesidio gratiaeque esse*. Edidit & in Martio campo expugnationem direptionemque oppidi ad imaginem bellicam, & deditionem Britanniae regum, praeseditque paludatus. Quin & emissurus Fucinum lacum, naumachiam ante commisit. Sed quum proclamantibus naumachiariis, *Ave Imperator, morituri te salutant*, respondisset,

di per digitos ratione Beda libellum scripsit. Quod admonitum volui, ne quis hic erret cum Sabellico in re notissima. TORR.

Dominos] Aug. cap. LII. TORR.

Accersitis jocis] Id est, frigidis, longe petitis, ἀναικείοις, οὐκ ἐπιτετηδευμένοις. Memmii & Pithoei codd. *arcessitis*. CASAUB. *Locis* Hulss.

Qualis est, ut cum Palumbum] Sic Viterb. & Pithoei: magis tamen vulgata placet, sine *ut*, vel ut in aliis libris, *qualis est hic*, c. CASAUB. *Ut* deest Periz. Harlem. *qualis est hic, cum* Steph. & illud *ut* hic odiose insertum fuit. an *est ut* forte natum ex *fertur: qualis fertur, quum*. sic saepe noster auctor, ut Aug. XXXI. Caes. XXIX. & alibi. BURM.

Palumbum postulantibus,] Jocus est in nomine. Nam palumbus nomen est avis notissimae: & eodem nomine gladiator famosus nuncupabatur. Populus Romanus petebat exhiberi gladiatorem nomine Palumbum: Claudius alludens ad nomen alitis, *Dabo*, inquit, *si captus fuerit*. BEROALDUS. Sic *Columbus* quoque gladiatoris nomen Calig. LV. TORR.

Illud quoque] *Quoque* deest Mem. Copes. & Hulss. deesse hic aliquid videtur, & locus laborat. nam *illud quodque plane*, nihil habet, quo referatur, sed *ridiculum*, *frigidum* aut *arcessitum*, aut simile quid subaudiri videtur, vel in *plane* latet menda, quam non exigo. BURM.

Essedario] Sunt qui *retiario* legendum censeant, sed male. inter gladiatores enim fuisse qui *essedarii* vocabantur, alter Suetonii locus ostendit. Calig. cap. XXX. *Essedum* quidem Belgarum inventum fuit, ex quo Galli, ac Britanni pugnare soliti. Unde etiam *essedarii* tam apud Caesarem lib. V. De bello Gall. quam apud Ciceronem epistolis ad Trebatium. Qui igitur apud Romanos horum exemplo inter gladiatores depugnabant, *essedarii* & ipsi vocabantur. TORR.

Quantopere] *Quanto opere* Memm.

Tabulam illico misit,] Sunt qui *fabulam* legant. inepte. Alii tabulam pictam intelligunt. Quasi vero illa Claudii monitio pictura exprimi potuerit. Dionem igitur audiamus. is enim de Claudio lib. LX. pag. 672. *Quoniam* (inquit) *in spectaculis populo benigne aderat, & quae vellent, praebebat, nec praeconibus utebatur, sed pleraque omnia inscripta tabulis divulgabat*. ἐς σανίδας γράφων. Sic nimirum etiam libellis utebantur. Vide Aug. cap. XLII. TORR. Distinguunt, *indulsisset*, *rudem tabulam* &c. Edd. Rom. Lugd. Junt. Arg. Gryph. Basil. (ubi in marg. ex Erasini sententia, sed perperam, *indulsisset* pro *annuisset*.) Tabulam vero hanc adripuit ex more Theatrali. nam populo sedenti, quia procul remoti nec audire poterant, nec plane videre quid in area theatri exhiberetur, saepe circumlata tabula significabatur quid esset. ut docet ad Gell. V. 14. J. Fr. Gronovius, ubi opportune hunc Suetonii locum adduxit. & hinc dicit *misisse* illam tabulam, ut propius inspicerent & legerent spectatores, etiam in superioribus locis. BURM.

Ad imaginem bellicam,] *Belli simulacra* vocat Lucret. lib. II. Sed & Livius lib. XXIX. *classem in portu simulacrum edentem navalis pugnae*, &c. TORR. Ovid. I. Art. 171.

Quid modo quum belli navalis imagine Caesar
Persidas induxit Cecropidasque rates?

sic *ad simulacrum* dixit Caes. LXXXIV. ubi vide. BURM.

Praeseditque paludatus.] Lissaci cod. *paludamentatus*. Memmii *paludatus*. CASAUB. *Paludamentatus* Periz. & Exc. Cujac. pro var. lect.

Naumachiam ante commisit.] In lacu ipso Fucino. Tacit. lib. XII. TORR. *Emissurum* Exc.

dixisset, *Avete vos*: neque post hanc vocem, quasi venia data, quisquam dimicare vellet, diu cunctatus, an omnes igni ferroque absumeret, tandem e sede sua prosiluit: ac per ambitum lacus, non sine foeda vacillatione, discurrens, partim minando, partim adhortando ad pugnam compulit. Hoc spectaculo classis Sicula & Rhodia concurrerunt, duodenarum triremium singulae, exciente buccina Tritone argenteo, qui

Exc. Cujac. & *sed & cum* Hulf.

Ave Imperator, morituri te salutant,] Dio LX. p. 687. legit, *salutamus*: χαῖρε αὐτοκράτορ. οἱ ἀπολούμενοί σε ἀσπαζόμεθα. CASAUB. *Imperator* deest Copes. & Hulss.

Avete vos] Nimirum *Ave*, & *salve* & *vale* saepe proferuntur nobis sine ullo adfectu, aut voto bono; lingua ea promit tantum, non etiam cor aut mens. Ex quo intelligimus illud Ausonii XXV. ad Paullinum.

Hostis ab hoste tamen per barbara verba salutem
Accipit, & salve mediis intervenit armis.

GRUT. Codex Salmas. *aut non*: subintellige, *morituri*. quasi dubium foret, an omnes isto praelio essent consumendi. Id aliter a naumachiariis acceptum. Atque adeo haec lectio magis, quam vulgata, caussam hallucinationis ostendit. SCHILDIUS. *Aut non* Memm. Harl. Copes. sed, *autem non* Edd. Venet. tres. *an non* vel *ac non* Exc. Cujac. Fateor me in hoc loco haerere, sed vulgatam puto posse capi, quasi missionem dedisset. Beroaldus quum in codice reperisset *anton*, id est, *illud*, *ipsum*. illos intellexisse quasi mori juberet, & hinc legit, *quasi nenia data*, quasi haec vox esset funebris naenia. nugae sane. nec melioris notae Schildii. praestat silere. sine dubio vulgata refert sollemnem in titulis sepulchralibus formulam, *Ave & vale*, Graecis χαῖρε & ὑγίαινε. quam nuper Vir illustris nobis exposuit in Explicatione quorumdam marmorum antiquorum, edita Aquis Sextiis A. 1734. pag. 22. BURM.

An omnes] *An homines* Copes.

An omnes igni ferroque absumeret] Sic omnes membranae, etiam Memmianae; non ut viro docto placitum emendare, *vi ferroque*. CASAUB. Viri docti substituunt *vi ferroque* & contra MSS. & contra rationes; quae cum res proclivior, quam hos naumachiarios exscindere igne, navibus inclusos. millies legimus classes perditas non magis ferro, quam igne. GRUTER. Lipsius *vi* in ora codicis, & ad Tacit. XI. Ann. 23. sed & qui ferro perit, vi perit. quare sollemnem & centies obviam formulam *igne ferroque*, de omni hostili perdendi modo, recte a Grutero explicatam, retinemus. sic Curtius IV. 1. *per ignes ferrumque petere*. quod notat omne periculum, ex quo mors violenta solet sequi, ut Ovid. VIII. met. 76. *ire per ignes, per gladios ausim*. & II. Art. 379. *in ferrum flammasque ruunt*. & I. Amor. VI. 57. *Aut ego jam ferroque ignique paratior ipso*. Vellej. Paterc. II. 110. *igni ferroque vastata omnia*. & ita passim. vid. ad Rutil. lib. I. 40. rectius vero *igni*, quam *igne*. vid. Heins. ad Vell. Paterc. II. 31. & 78. BURM.

Foeda vacillatione] *Bacillatione* Memm. Copes. Harl. Ed. Venet pr. *foede & bacillatione* Hulf. *faeda nabacillatione* Ex. Cujac.

Duodenarum triremium] Dioni scriptum diserte *quinquaginta* utrimque naves depugnasse, idemque Xiphilino traditum. Liberem erroris scripturam? Non ego. nam ecce citra mendi suspicionem Tacit. XII. 56. undeviginti hominum millia armasse Claudium refert. An censemus scilicet centenarum triremium classem non plus Corneliana summa cepisse? Nugae, &, si nautas consulimus, satis singulae quingenis capitibus, quod notari mihi volo ad sequentia. Enimvero haec ipsa Corneliana hominum multitudo, ut in triremes utrimque duodenas sit imposita, quod dictum auctori nostro, non a me impetro, ut vel verisimile videatur. Igitur (quod unum reliquum est) Tacitum ad Suetonii partes traxerim, & capiendo illi numero triremes duodevicenas hinc inde fabricer, id est, quae utrimvis duodevigesies quingena capita, seu novem hominum millia conduxerint. Non est ergo quod vir doctus audiatur, qui & *quinquagenum* hic rescripsit. immani quanto discrimine, & in Tacito explet centenas. Supra *igni ferroque* nescio quid ita mendosum eidem visum, pro *vi ferroque*. Ego nihil temere immutem. TORR. Numerus est aperte corruptus: Dio LX. pag. 687. Οἱ δὲ ναυμαχήσαντες [illegible] καὶ πεντήκοντα ναῦς ἑκάτεροι εἶχον, οἱ μὲν Ῥόδιοι, οἱ δὲ Σικελοὶ ὀνομασθέντες. ita fuerit legendum *quinquagenarum*. Firmat Taciti narratio. CASAUB. Numerus quidem corruptus, sed quomodo emendandus non video, minime suffragantibus.

22 qui e medio lacu per machinam emerserat. Quaedam circa cerimonias, civilemque & militarem morem, item circa omnium ordinum statum, domi forisque, aut correxit, aut exoleta revocavit, aut etiam nova instituit. In cooptandis per collegia sacerdotibus, neminem nisi juratus nominavit: observavitque sedulo, ut, quoties terra in urbe movisset, ferias advocata concione praetor indiceret: utque dira avi in urbe aut in Capitolio visa, obsecratio haberetur, eamque ipse jure Maximi Pontificis, com-

bus MSS. GRUTER. *Duodenanum triremium & quadriremium* legit Marcel. Donat. ad Tacit. XII. Ann. 56. hanc naumachiam respicit Martial. Spect. Epig. XXVIII.

Fucinus & pigri taceantur stagna Neronis,
Hanc norint unam secula naumachiam.

ubi male Nero intelligitur. Piger Nero est, fatuus Claudius, cui *segnitiae notam* dat Sueton. cap. VI. BURM.

Exciente buccina Tritone argenteo, qui e medio lacu per machinam emerserat] Duplex hic artificium: quod repente e medio lacu excitatur Triton: & quod prodit iste non mutus, sed canorus, ac buccina sonans. Illud per machinam factum adnotat Suetonius: hoc vero rationibus artis hidraulicae organarii effecerunt, quos scimus aquae vi & impulsu omnis generis voces atque organa suavissima imitatione exprimere, sicut ex Herone novimus & Vitruvio. Atque hoc spectaculum transtulit Claudius in naumachiam suam e theatris. Nam ibi soliti produci Tritones buccina mugientes. Cornelius Severus in Aetna 291.

Nam veluti resonante diu Tritone canoro,
Pellit opus collectus aquae, victusque movere,
Spiritus, & longas emugit buccina voces,
Carmineque irriguo magni cortina theatri
Imparibus numerosa modis canit arte regentis,
Quae tenuem impellens animam subremigat undam.

Non igitur necesse est, quod olim suspicati sumus, legere, *exciente buccina Tritone argentea.* quasi fuerit hic Triton homo Tritonis ornamenta gestans: cujus [illegible] docet nos luculenter Nonnus Dionysiacorum lib. XXXVI.

Τρίτων δ' ἀργυρέοισιν [illegible],
Ἀνδροφυὴς ἀτέλεστος ἀπ' ἰξύος ἔγχελυς ἰχθύς.

CASAUB. *Exciente buccina Tritone argenteo.* sic Pal. tert. nam sec. *ejiciente buccinam T. ar.* pr. *eiiente buccina.* vulgata lectio placet, neque novum videri debet, Tritonem argenteum, corpus licet exanime, cecinisse buccinam, cum ei vivus aliquis includeretur, qui eidem suum accommodaret spirituum. GRUTER. *Ejiciente* Memm. *Eiciente* Copes. & Hulf. sed hic *buccinam. Exciente buccinam* Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. sec. tert. Bonon. Paris.

22. *Civilemque & militarem morem*] Dictio *morem* abest a duob. libris, nec male. sequitur enim *statum.* TORR. Abest & ab Harlemensi.

Nominavit] Vid. Spanhem. de usu & praest. numism. diss. XII. pag. 367. *nisi juratos* Exc. Cujac.

Terra in urbe movisset] Vide Gellium lib. II. cap. XXVIII. & lib. IV, cap. VI. TORR.

Ferias advocata concione praetor indiceret:] De hac quoque re Gellius lib. X. cap. XXIV. & Macrob. lib. I. Saturn. cap. IV. & XVI. Obiter interim admonendus lector, praetorem urbanum, aut etiam consules pro arbitrio potestatis ferias indicere solitos, eas maxime quas *imperativas* vocat Macrobius, idque ut a forensibus negotiis vacandum esse populus intelligeret. Sacrorum peragendorum gratia a Rege sacrificulo indicebantur. Auctor Varro de Lingua Latina lib. V. Quin etiam Dictatorem feriarum constituendarum causa dictum aliquando fuisse auctor est Livius lib. VII. TORR.

Ob dira aut in urbe aut in Capitolio visa] Lib. unus, *dira aut in Capitolio visa*, alter, *atque dira avi in Capit. visa.* quam lectionem Turnebus sequitur Adversar. XXII. cap. XXXI. Gifanii liber, ut audio, *atque dira avi in Urbe, aut Cap.* Verum cum in urbe, & quidem summo loco, Capitolium fuerit, Turnebum sequor. *Diram* vero *avem* incendiariam intelligo, de qua Plin. lib. X. cap. XIII. Sed & ob bubonem, quod Capitolii cellam ipsam intrasset, lustratam fuisse urbem, refert Plin. lib. X. cap. XII. Lamprid. Commodo cap. XVI. *Ante lucem fuerant etiam incendiariae aves ac dirae.* Vide quae notavi in Horat. lib. III. Od. I. TORR. *Atque dira aut in urbe* Periz. Hulff.

commonito pro Rostris populo praeiret, submotaque operarum servorumque turba. Rerum actum, divisum antea in hibernos aestivosque menses, conjunxit. Jurisdictio- 23

Hulss. Harl. Copes. Edd. Venet. tres, Basil. pr. *utque cum dira aut* Roman. *atque ob dira aut in* Bonon. Parif. Lugd. Junt. Ald. Basil. poster. Steph. Gryph. Doteri & aliae. Per *diram avem* intelligit Bubonem Cerda ad Virg. IV. Aen. 462. *diram* absolute dici pro *ave dira*, non observavi. BURM.

Jure Maximi Pontificis] Melius MSS. *jure Pont. Max.* Valer. Max. lib. I. cap. I. Plin. lib. XXVIII. cap. II. TORR.

Commonito] Deest Memm. & commeatum voci indulget Jac. Gronovius. *commonente* est in Copes. & Hulss. *commonito* retineo, ut cap. praeced. *per tabellam admonuit*, ita hic per edictum de prodigio commonuit. an vero non trajecta sint verba, & legendum *commonito populo pro rostris praeiret*, dubito: nam edicta talia multis urbis locis proponebantur. Ipse vero prae rostris praeivit formulam obsecrationis: sin ordo vulgatus servandus, debet, ut in praecedenti casu, de concione intelligi, quam pro rostris ante habuit Claudius. si autem *commonito* ejiciendum sit, ea specie, quia nusquam nisi hoc loco occurrit hoc verbum apud Suetonium, infinitae aliae voces semel occurrentes, ablegandae forent, etiam Latinissimae. ita & *submonere* abeat in malam rem, quo verbo semel modo usus in Aug. LIII. & ita plura, quorum indicem contexere non vacat. BURM.

Praeiret] Vid. Tacit. IV. Hist. 53. Plin. XXXVII. 2. Gruter insc. p. XXIII. 12. BROUCKH.

Submotaque operariorum] Lib. unus, *praeiret, summota operarum servorumque turba. Rerum*, &c. Et placet quidem exstingui *que*, sed *operariorum* retineo. Atque ita Plin. lib. VIII. cap. VI. TORR. Nihil cunctatus rescribe, *populo praeivit, submota operarum servorumque turba:* ex uno libro Torrentii, cui placet quidem exstingui τὸ *que*, sed *operariorum*, inquit, retineo. Quae cum sibi [illegible] jubere suus poterat Horatius lib. 2. Sat. VII. 117. — *ocius hinc te*

Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino.

suus Tranquillus Vesp. I. *mancipem operarum, quae ex Umbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare solerent.* Petronius cap. CXIII. *mercedibus emptae ac viles operae.* Ad quem locum vide, si tanti est, quae disputavimus III. Observationum cap. 2. GRONOV. *Submota* Periz. *commotaque* Copes. Pleraeque veteres Edd. & recentiores aliquae continuant periodum, *turba rerum &c. conjunxit.* & inde novum caput ordiuntur. aliae quidem distinguunt post *turba*. sed caput novum a *Jurisdictionem* inchoant. *operariorum* scripti, & Edd. plurimae. BURM.

Operariorum servorumque turba] Auctor est Halicarnasseus libro II. Antiquit. opificum multitudinem vili in pretio apud veteres Romanos fuisse, qui artes cellularias & ignavas a peregrinis ac servis excoli malebant, quam ut natos in bella animos iis exercendis hebetarent. Idem lib. VI. ubi de septimo lustro disserit, aliquot post regifugium annis, numerum servorum, & sordidas artes exercentium, disertim a civili turba dirimit. Nec abit a Dionysio Polybius Hist. X. Nihilo minus crescente libertate & ἰσομοιρίᾳ Reipublicae, civium eos loco fuisse, id est, in tribus receptos, & ad honores ac suffragia admissos, Romani juris scientissimis viris est probatum. At vero sub Imperatoribus ad idem rursus vilipendium decidisse videntur, quod sub regibus olim & ambitiosis patriciis toleraverant, ut ex hoc Suetonii loco intelligere licet. Sane etiam Aristoteles in Politicis, servire eos servitutem quandam, sed limitatam ait, propterea quod manibus eorum atque opera, non ut mancipiorum ad res omnes, sed ad unam quandam, utimur: ut haud frustra cum servis eos composuerit Tranquillus. Idem l. III. c. V. τὸ βάναυσον vetustis temporibus apud quosdam fuisse δοῦλον, ἢ ξενικόν, & suo etiam aevo plerosque tales inveniri, testatur. Cujus & illa ibidem vox est: Ἡ δὲ βελτίστη πόλις οὐ ποιήσει βάναυσον πολίτην. SCHILDIUS.

23. *Rerum actum*] Melius, ni fallor, haec sequenti cap. adjungentur, ut Frobenii habet editio. TORR.

Divisum antea] Observatum fuisse videtur ante Claudium, ut alia aestivis, alia hibernis mensibus agerentur. Ipse instituit, ut prout res inciderent, promiscue & indifferenter tractarentur. Atque huc fortassis spectat beneficium Claudii, de quo Galb. cap. XIV. ne judices

dictionem de fidei commissis quotannis, & tantum in urbe delegari magistratibus solitam, in perpetuum, atque etiam per provincias potestatibus demandavit. Capiti Papiae Poppaeae legis, a Tiberio Caesare, quasi sexagenarii generare non possent, addito, obrogavit. Sanxit ut pupillis extra ordinem tutores a Consulibus darentur, ut-

dices hieme, initioque anni ad judicandum evocarentur. Spectat & alter Suetonii locus Aug. cap. XXXII. TORR.

Jurisdictionem de fidei commissis] Hac de re Pomponius l. II. de Orig. juris, *Divus* (inquit) *Augustus* XVI. *praetores constituit, post deinde Divus Claudius duos adjecit, qui de fideicommissis jus dicerent. Ex quibus unum Divus Titus detraxit.* Multa Justinian. Institut. II. tit. XXIII. Sed libet adscribere Ulpiani verba Institut. tit. XXV. *Fideicommissa non per formulam petuntur, ut legata, sed cognitio est Romae quidem consulum, aut praetoris, qui fideicommissarius vocatur, in provinciis vero praesidum provinciarum.* Et merito quidem Claudius fideicommissorum, quae sola fide niterentur, peculiarem cognitionem extra ordinem esse voluit. Vide l. CLXXVIII. de Verborum signif. TORR.

Et tantum in urbe delegari magistratibus solitam] Scribendum fortasse: *Et tantum in urbe delegari solitam magistratibus in perpetuum, atque etiam per provincias potestatibus demandavit.* GUJET.

Capiti Papiae Poppaeae legis] Relatum fuisse sub Tiberio de moderanda Papia Poppaea, atque adeo exsolutos tum aliquot ejus legis nodos auctor est Tacit. lib. III. Annal. 28. Verum id quod hic refert Sueton. legis acerbitatem auget magis quam imminuit. Et alioqui satis aperte ex Jurisconsultis nostris constat, ipsa lege Papia cautum fuisse, ne mulier quinquaginta annis minor sexagenario nuberet, aut vir LX. annis minor quinquagenariam uxorem duceret. Ac proinde legis ipsius interpretatione sexagenarii generare non possunt. Cui capiti Claudius obrogavit edicto, permittens ut etiam sexagenario quinquagenaria minor nuberet. Verba igitur *a Tiberio Caesare* ab imperito aliquo adjecta sunt, qui cum *edito* pro *edicto* scriptum reperisset, Tiberium auctorem fecit. Quam nostram conjecturam confirmant verba Senecae relata a Lactantio lib. I. Divinar. institut. cap. XVI. *Quid ergo est, quare apud poëtas salacissimus Jupiter desierit liberos tollere? Utrum sexagenarius factus est, & illi lex Papia fibulam imposuit? an impetravit jus trium liberorum?* Scio probatum viro docto *edito* vel *addito*. Sed non me docet, cur editum aut additum ab Tiberio hoc de sexagenariis credam. Itaque non decedo de sententia. TORR. Vid. Nic. Loen. lib. IX. Epiph. 5. Muret. ad Tacit. p. 439. BROUKH. *Poppaeae* deest Periz. Ed. Rom. *Pompejae* Harlem. Copes. Edd. Venetae, Bon. & aliae, sollemni aberratione. vid. supr. cap. XIX. sic & apud Mart. Capel. in fin. lib. II. *tunc tabulas ac Papiam Pompeamque legem finerent recitari*, pro, *Papiam Poppaeam. Popejae.* Basil. BURM.

Edito abrogavit] Sic Pulmannus, Gallicam secutus editionem, & Beroaldum, quem verba illa *a Tiberio Caesare* deceperant. *edicto* enim habent MSS. nostri omnes, & quidem *obrogavit*, quod huic loco magis convenit. Ulpian. Institut. tit. I. *Lex aut rogatur, id est, fertur, aut abrogatur, id est, posteriore lege tollitur, aut derogatur, id est, pars tollitur, aut subrogatur, id est, adjicitur aliquid primae legi, aut obrogatur, id est, mutatur aliquid ex prima lege.* Adde l. CI. de Verb. signif. & Cic. ad Attic. lib. III. epist. XXIII. TORR. V. C. habet *obrogavit*, quod magis placet, & fortasse illud *edicto* mutandum est in *addito*, ut sit, *capiti* &c. *a Tiberio Caesare* &c. *addito obrogavit.* URSIN. Plane scriptum in Memmii, Lisiaci codd. & veteri Rob. Stephani edit. *addito*, non *edito*; aut *edicto*, ut in libb. aliis fere reperitur. In iisdem *obrogavit* offendimus, non *abrogavit*. Utrumque manifesto rectum. Jacobus vero Cujacius profundissimae vir eruditionis, ausus hic facinus [illegible], hujusmodi lectionem sibi fabricabat: *Capiti Papiae Poppaeae legis, quasi sexagenarii generare non possent, edicto abrogavit.* Mirari hunc Alexandrum liceat nobis: imitari non lubet. de re ipsa vide Ulpianum tit. de solidi capacitate, & recentiores Jurisconsultos. CASAUB. *Addito obrogavit* quoque fere Pal. pr. in quo, *edicto obrogavit.* nam alii duo *edicto abrogavit*, ut vulgati. GRUT. *Edicto obrogavit* Copes. Edd. Basil. poster. *edito abrogavit* Edd. Venet. tres, Bonon. *addito* ob-

utque hi, quibus a magiſtratibus provinciae interdicerentur, urbe quoque & Italia ſubmoverentur. Ipſe quoſdam novo exemplo relegavit, ut ultra lapidem tertium vetaret egredi ab urbe. De majore negotio acturus in curia, medius inter conſulum ſellas, tribunitio ſubſellio ſedebat. Commeatus a ſenatu peti ſolitos beneficii

abrogavit Except. Cujac. Baſil. pr. & Steph. reliquae fere vulgatam habent. Vide Periz. Diſſert. II. pag. 154. & Cl. Heinecc. ad L. Jul. & Pap. lib. II. cap. 3. Burm.

Tutores a Conſulibus darentur] Ante Claudii tempora, ſi pupillus neque ex patris teſtamento, neque ex lege XII. tabularum tutorem accepiſſet, quem vel teſtamentarium appellabant, vel legitimum, illum pro patris arbitrio, hunc agnatum proximum, tunc lege Atilia jus dandi tutoris habebat Romae praetor cum majore parte tribunorum plebis, in provincia vero praeſes lege Julia Titia. Qua de re praeter JCtos etiam Livius lib. XXXIX. de Hiſpala liberta, quam poſt patroni mortem, quia in nullius manu erat, tutore a tribunis, & praetore petito, feciſſe ſcribit teſtamentum. Sed & Cicero vocem illam Verris praetoris commemorat, *pupillos, & pupillas certiſſimam eſſe praedam praetoribus*. Claudius igitur, quo tutore indigentibus melius proſpiceretur, curam illam conſulum eſſe voluit. Idque Trajani quoque temporibus obtinuiſſe docet nos Plin. lib. IX. Epiſt. ad Quadratum, ubi tutoris a conſulibus dati meminit. Poſtea vero M. Antoninus, ut diligentius de tutoribus tractaretur, praetorem tutelarem primus inſtituit, a quo loco conſulum tutores poſcerentur. Auctor Julius Capitolinus. Quod igitur ante diximus, de praetore urbano intelligendum eſt. Torr. Vid. Huberi digreſſ. lib. III. cap. 4.

Hi quibus a magiſtratibus] Locum hunc illuſtrat quod a Calliſtrato traditur libris *βασιλικῶν*, relegatum, ſive interdictum patria ſua a praeſide provinciae, etiam Roma, quae communis ſit patria, abſtinere debere, tametſi id ſententiae adjectum non fuerit; nec ſolum Roma, ſed & ea civitate, in qua Princeps agit, qui pater patriae eſt. Cui non abſimile, quod prodit Macer. l. XIII. De re militari, *eos qui ignominioſe miſſi ſunt, neque Romae, neque in ſacro com tatu agere poſſe*. Torr.

Egredi ab urbe] Vid. Abram. ad Cicer. in Vatin. cap. IX. Broukh. Vid. ad Tib. XL. Simile quid eſt in l. IX. ff. de Interd. & releg. Burm.

Acturus in curia] Legendum cum Edd. Rom. Baſil. poſter. & aliis *acturus in curia, medius &c.* vid. ad Tiber. cap. L. Aliae editiones nulla diſtinctione, totam periodum exhibent. *medio inter* Copeſ. & Hulſ. male. v. Tib. XVII. & Cal. XXII. Burm.

Inter conſulum ſellas tribunitio ſubſellio] Aſcon. Divinat. in Verrem cap. XV. *Subſellia ſunt tribunorum, triumvirorum, quaeſtorum, & hujuſmodi minora judicia exercentium. Qui non in ſellis curulibus, nec tribunalibus, ſed in ſubſelliis conſidebant.* Varro lib. IV. *A ſedendo appellantur ſedes, ſedile, ſedum, ſellae, ſeliquaſtrum, deinde ab his ſubſellium. Ut ſubſipere quod non plane ſapit, ſic quod non plane erat ſella, ſubſellium dictum.* Hinc ergo *imi ſubſellii virum* dixit Plautus Sticho III. II. 33. nam in Curia quo quiſque functione ſua illuſtrior, eo ſublimius conſidebat. Poſt ſellam ergo Imperatoriam excelſiores ceteris conſulum ſellae, & curules aliae. Lucan. lib. V. 16. *Lentulus* (is autem conſul) *e celſa ſublimis ſede profatur*. Tacit. Annal. IV. cap. 8. de funere Druſi, Ti. F. *Conſuleſque, ſede vulgari per ſpeciem moeſtitiae ſedentes, honoris locique admonuit.* Neque recte Dion, eadem de re agens, lib. LVI. alterum conſulum in praetorum, alterum in tribunorum ſubſelliis ſediſſe ait. nam horum ſedes non vulgares erant, uti ex hoc Suetonii de Tribunis loco conſtat. Torr. Dabunt & accipient magnam lucem collata cum hoc loco Dionis LX. pag. 675. verba, loquentis de ſupplicio affectis a Claudio: Ἐκολάσθη δὲ ἐν τῇ συνωμοσίᾳ, ὥς γε Κλαύδιος, τῶν ὑπάρχων τε καὶ τῶν ἐξελασθέντων αὐτοῦ παρόντων. τὴν μὲν γὰρ ἐσήγησιν ἐν μέσῳ τῶν ὑπάτων ἐπὶ δίφρου ἀρχικοῦ ἢ ἐπὶ βάθρα (tribunicium ſubſellium intellige ex Suetonio) καθιζόμενος ἐποιεῖτο· μετὰ δὲ τοῦτο αὐτός τε ἐπὶ τὴν συνήθη ἕδραν μετῄει· καὶ ἐκείνοις οἱ δίφροι ἐτίθεντο. καὶ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν μειζόνων (Suetonius *de majore negotio acturus*) ὁμοίως ἐγίγνετο. Ex ejuſdem auctoris lib. XLII. didicimus, Caeſari dictatori ſummi honoris loco decretum fuiſſe a ſenatu, ut in ſubſelliis tribuniciis ſedere ei liceret: qui honos poſtea etiam aliis eſt delatus. Casaub.

Commeatus a ſenatu peti ſolitos beneficii ſui fecit] Senatus enim conſultum curavit Clau-

 dius

24 ficii sui fecit. Ornamenta consularia etiam procuratoribus ducenariis indulsit. Senatoriam dignitatem recusantibus, equestrem quoque ademit. Latum clavum, quamvis initio adfirmasset non lecturum se senatorem, nisi civis Romani abnepotem, etiam libertini filio tribuit: sed sub conditione, si prius ab equite Romano adoptatus esset. Ac sic quoque reprehensionem verens, etiam Appium Caecum Censorem, gene-

dius faciendum, quo ea sibi potestas concederetur. Auctor Dio. Elegans est dicendi genus, quo utitur hic Tranquillus. sic apud Justinum libro XLII. *& ut munus imperii beneficii sui faceret.* lib. XXIV. *non quoniam eripere his regnum, sed quod id facere muneris sui vellet.* & alibi non semel. CASAUB.

24. *Procuratoribus ducenariis*] Ne in confutandis aliorum erroribus sim prolixior, meam tantum sententiam referam, *Procuratores ducenarios* fuisse eos, qui per provincias colligendis publicis reditibus constituti ducentena millia nummum, seu (quod idem est) ducena sestertia pro stipendio accipiebant. Quos (si Dioni credimus lib. LIII.) primus Augustus instituit, atque a stipendio nomen habuerunt, quemadmodum, & quarta illa judicum, qui de levioribus summis judicarent, adjecta prioribus ab Augusto centuria, a censu quoque nomen accepit. *Ducenarii* enim & illi appellabantur, (Aug. cap. XXXII.) quod nempe ducentena millia possidebant, ut & *liberi centenarii*, qui centena millia. l. XVI. De jure patronatus. Plura Justinian. tit. De success. libert. Hinc *ducena*, & *centena* ipsa eorum, qui publica colligebant, dignitas & functio est. Sed & *sexagenarios* legimus. Qui omnes *Agentium in rebus* numero comprehensi, inter primos habebantur, ut ex Codice tam Theodosii, quam Justiniani, non uno in loco discere est, praesertim tit. De Agentibus in rebus. *Ducenariorum* vero mentio etiam apud Cyprianum Epist. LXVIII. *cum actis publice habitis apud Procuratorem ducenarium*, &c. & Nicephorum lib. VI. cap. XXX. ubi de Paulo Samosateno loquens, *Sublatus* (inquit) *mundanis dignitatibus, Ducenarius quam Episcopus vocari voluit.* Est autem *Ducenarius* etiam militiae nomen, pro eo qui duas centurias, seu ducenos milites ducebat in acie secunda. Vegetius de Re militari lib. II. cap. VIII. Sed hic de civili administratione loquitur Sueton. Atque in hoc ipso hominum genere collocandum puto eum, qui *Actor summae rei* dicebatur, τῷ μεγίστου πράγματος προεστῶτι. Sic enim Euseb. Eccl. histor. lib. VII. cap. XIII. Qui (ut opinor) etiam *Ducenarios* honore praecedebat. De quo l. III. *Cod. Si propter publicas pensitationes*, & l. VII. *Ubi causae fiscales*, quae Rationali summae rei inscribitur. TORR. Cum institutum est ab Augusto, ut mutato veteri more salaria certa euntibus in provincias darentur, simul etiam hoc institutum, ut procuratores Caesaris a numero pecuniarum, quas acciperent stipendii nomine, appellationem sortirentur. Hoc ita clare Dio libro LIII. pag. 506. declarat, ut mirer tam prolixe quaesisse quosdam, qui illi sint *ducenarii procuratores*. CASAUB. Vid. Reines. ad Insc. Class. VIII. Insc. 39.

Senatoriam dignitatem recusantibus] Vel oblatam, quoties senatum legeret Claudius; vel jure acquisitam, quando aliquis tribunatum gesserat: vide lib. II. cap. XL. CASAUB.

Lecturum senatorem] *Se senatorem* Harlem. Copes. Periz. & Edd. fere omnes, sed Gryph. Plant. Casaub. & recentiores ejecerunt *se*: absorptam credo voculam ab sequentis vocis *senatores* syllaba prima, ut millies factum. vid. supr. Tiber. cap. 11. & centum locis in pronominibus addendis aut abjiciendis variant codices. deinde *abnepotem* Periz. Harlem. Ed. Venet. pr. BURM.

Appium Caecum Censorem,] Duo libb. *Ap. Caecum, generis sui proanctorem, Censorem.* Quae positura placet, ut in censura eum fecisse id dicat. sic enim Auctor libri de Viris illustribus cap. XXXIV. *Ap. Claudius Caecus in censura libertinos quoque in senatum legit.* Quam ob causam (ut puto) Livius lib. IX. cap. 29. lectionem ejus in senatum infamem & ignominiosam vocat. Ceterum cum libertinos ille, Sueton. vero libertinorum filios ab Appio in senatum lectos scribit, *libertinos* illic pro his, qui libertini generis fuerunt, accipio, ut *libertinitas & ingenuitas* pro libertini & ingenui statu ponitur apud Sabinum l. II. *Si libertus ingenuus esse dicatur.* Alioqui sequeretur Appium

generis sui proauctorem, libertinorum filios in senatum adlegisse docuit: ignarus, temporibus Appii & deinceps aliquamdiu *libertinos* dictos, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. Collegio quaestorum pro stratura viarum gladiatorum munus injunxit: detractaque Ostiensi & Gallica provincia, curam

pium libertorum filios allegisse, quod Sueton. negat, & recte sane. hinc enim Horatii locum intelligo lib. I. Sat. VI. 20.

— *Censorque moveret*
Appius, ingenuo si non essem patre natus.

quasi dicat, ne Appium quidem, qui viles ac libertini generis homines in senatum legerit, laturum eum, qui non esset ingenui filius, atque liberti nepos saltem, qualis erat Horatius. Adde his Ciceronis locum pro Cluentio: *Negat hoc Lentulus, nam Popillium, quod erat libertini filius, in senatum non legit.* Quanquam affirmare non ausim, an etiam Ciceronis tempore in usu fuerit, ut *libertini* dicerentur ii quoque, qui ex servitute manumissi essent. Horat. sane cum ait, Epod. XIV. 15.

— *me libertina, neque uno*
Contenta Phryne macerat,

& iterum, IV. Od. XI. 24 *Grata detinuit compede Myrtale Libertina*, libertam (ni fallor) intelligit. liberti enim tantum servitutis cognomen retinebant, quo ab ingenuis distinguerentur, non etiam eorum liberi. Et sane *libertum* cum diximus, patronum; cum *libertinum*, generis magis conditionem respicimus. Unde (ut diximus) *libertinitas*. Atque ita Cicero usus est, neque obscure ipse Tranquillus indicat non ita multo post Ap. Claudii aetatem Romanos aliter uti coepisse. TORR. Vid. ad Cicer. pro Rosc. Amer. cap. 7. BROUKH. Jac. Gron. testatur in Memm. fuisse, *& Appium Caecum censorem, generis sui proauctorem*, aliter ac Graevius notavit, qui *etiam* exhibet. *& Appium* Copes. quoque. Ordinem mutatum reperio in Casauboni & recentioribus editionibus. *per auctorem* Exc. Cujac.

Qui manumitterentur,] Liber opt. *manu emitterentur*. TORR. Ita & Petiz. Copes. Hult. Longolius ad Plin. X. Ep. 66 in uno suorum codicum reperit, *non modo ipsos qui manumitterentur*. sed recte rejecit. vid ad Phaedr. praefat. & alibi in his ad Sueton. notis. BURM.

Collegio quaestorum] Graviter queritur Tacit. lib. 11. 22. venumdatum quaesturae honorem, ut qui eum adepti essent, spectaculum gladiatorium sua pecunia quotannis celebrarent, ante vias sternere soliti, ut & ostendit Sueton. hic. Id autem quaestorum munus Nero initio Principatus sui liberum fecit. Qua occasione intermissum Domitianus revocavit, cap. IV. Atque ita Capitolin. vita M. Antonini cap. VI. *gladiatorium, quasi privatus, quaestor edidit munus* TORR.

Ostiensi & Gallica provincia,] Legendum omnino *& callium provincia*, & repetenda quae notavimus cap. XIX. *silvae, callesque*. Neque est quod viro docto assensionem sustineat Plutarchi locus, cui scriptum diserte Circumpadanae provinciae quaestorem designatum Sertorium. Audio, & sit sane hoc exemplo, postquam aliud non occurrit, Circumpadana quaestoria, eique Ariminum sedes, quid? tota Gallia quaestoria? nam qui Gallicam provinciam nominat, nullam definite & circumscripte, omnem quam longa est, Galliam sentit. Itaque non muto sententiam. TORR. Hae sunt provinciae, in quas solitus mittere quaestores Augustus. Docuit me Dio lib. LV. pag. 551. ταμίας δέ τι τῇ παραλίᾳ τῇ πρὸς τῇ πόλει καὶ ἐν ἑτέροις τισὶ τῆς Ἰταλίας χωρίοις ἄρχειν ἐποίησε. καὶ τοῦτο καὶ ἐπὶ πλείω ἔτη ἐποίησε. Id est, *Quaestores praefecit orae maritimae ad urbem* (haec est Ostiensis provincia) *& quibusdam aliis Italiae locis, idque in plures annos ab eo servatum*. Inter ista Italiae loca pars aliqua Galliae Cisalpinae fuit. Atque haec est Gallica provincia quaestoria, quam Suetonius hoc loco intelligit. Torrentii conjectura emendantis *callium provincia*, etsi erudita est & acuta, non placet tamen nobis, repugnantibus omnibus scriptis libris: a quorum scriptura nunquam, nisi plane necessariis de caussis recedendum esse, scio mihi assensurum ea eruditione virum: nam quod ait ille, qui *Gallicam provinciam* nominat ἀπεριορίστως, eum omnem Galliam intelligere: id vero, pace illius dixerim, inane prorsus est. nam ex verbis ipsis Suetonii apparet, non de quavis Gallica provincia eum loqui, sed de Quaestoria. Quare nihil in ejus verbis obscuri esse potuit attendentibus. CASAUB. *Detractaque Ostiensi & Gallica provincia*, ita omnino etiam tres Pall. quare nihil mutandum.

 GRU-

ram aerarii Saturni reddidit, quam medio tempore praetores, aut utique praetura functi, sustinuerant. Triumphalia ornamenta Silano filiae suae sponso nondum puberi dedit. Majoribus vero natu, tam multis, tamque facile, ut epistola communi

GRUTER. *Decretaque* Periz. Edd. Rom. & Venet. pr. *Gallia* etiam Periz. & Venet. vid. Lipf. ad Tacit. IV. Ant. 27. fed accuratiffime de provinciis Quaeftoriis in Italia egit Pighius in Annal. t. 1. p. 463. & feqq. BURM.

Praetores aut utique nunc praetura functi,] Tranquillum noftrum brevitas faepe obfcurum facit, ut hoc loco. Quem ut explicemus, in memoriam revocabimus quam varie cura aerarii habita fuerit. nam cum antea quaeftores, ab anquirenda, fervandaque pecunia publica dicti, ufquead Caefaris dictatoris tempora huic fuo muneri praefuiffent, quarto ejus confulatu, ipfo in Hifpania agente, forte contigit, ut, nullis eo anno creatis quaeftoribus, aerarii cura ad aediles transferretur. Dion lib. XLIII. Neque poftea ad quaeftores rediit, fed penes praefectos quofdam manfit. Quos Auguftus fenatui primum permifit eligere, mox ad evitandum ambitum forte ducti funt ex praetorum numero. Quae fortaffis caufa exftitit, ut Auguftus praetorum numerum augeret. nam (fi Pomponio JCto credimus) XVI. fub eo praetores fuere. Quia vero fors faepius deerrabat apud parum idoneos, (ut Taciti verbis utar lib. XIII. 29.) tandem Claudius quaeftores rurfus impofuit. Sed quia deerat robur aetatis eum primum magiftratum capeffentibus, Nero praetura perfunctos, & experientia probatos, delegit. Sic Tacit. apud quem corrupte *Praefectura*, pro *Praetura perfunctos* legitur. Quod fic effe, ipfe Tacit. lib. IV. Hiftor. cap. 9. oftendit, quo loco etiam fub Vefpafiano adminiftratum a praetoribus aerarium fcribit. Quod ergo apud Gellium lib. XIII. cap. XXIII. legimus, curam aerarii a quaeftoribus ad praefectum tranflatum fuiffe, id ita intelligemus, ut praefectus ex praetoribus fuerit. Et hoc eft, quod *praetores aerarios* vocat Frontin. lib. II. de Aquaeductibus, quos praefectos alii, uti & Tacit. lib. I. Annal. 75. *refiftentibus aerarii praetoribus* dixit, quod fub Augufto, quemadmodum & poft Claudium, ex Praetorum numero fumebantur. Claudius autem non annuos, ut ante, quaeftores hos aerarii effe voluit, fed duos in triennium praefecit, quo, finito praetores illico crearentur, dato etiam pro meritis ftipendio. Sic Dion. Et hinc nimirum Tacit. ne offenfionum metu fegnius confulerent, Claudium fcribit extra ordinem honorem eis permififfe. Supereft ut Suetonium nonnihil emendemus. plures enim libri tam MSS quam vulgati habent, *aut utique tunc Praetura functi*, alii, *aut utique Praetura f.* quae lectio vera eft. Turneb. *aut uti nunc* legit, ut ad fua tempora refpexerit Sueton. Sed qui Suetonii hac ipfa de re verba expenderit Aug. cap. XXXVI. hic haud dubie mecum fentiet. TORR. Non fub Augufto, fed Tiberio Praetores aerario praefectos docet Gronovius Pecun. veter. IV. 3. vid. Lipf. ad Tacit. XIII. Ann. Exc. B.

Aut utique praetura functi] *Aut utique nunc pr.* Periz. Harl. Edd. Venet. pr. Plant. & fic conjecerat Turnebus. *aut utique tunc* Edd. Venet. fec. & tert. Bon. Bafil. Gryph. & recentiores.

Triumphalia ornamenta] Facilitatem hanc Claudii in dandis triumphalibus ornamentis breviter notat etiam Dio: ἔνεμε τὰς ἐπινικίους τιμὰς ἀφειδῶς καὶ ἐπὶ στεφάνοις τοῖς ἐλαχίστοις. CASAUB.

Epiftola communis legionum nomine] Rectius *communi* legas, ut Frobenius, & MSS. praeferunt. TORR. V. C. habet *communi* &c. quod videtur melius. URSIN. *Communis* Mem. Periz. Copef. Harlem. & omnes editi praeter Bafil. pofter. Cafaub. & recentiores. Crediderunt enim, Latinius dici *communi nomine*, quam epiftolam *communem*. fed puto, utrumque fatis probum effe; Cicer. IX. ad Fam. 9. *pofteaquam literas communes cum Oppio ad te dedi. communi* vero *nomine* dicit nofter in Caef. XIX. & alii: quare eligat lector. BURM.

Communi] V. C. Salmaf. *communis*. & mox pro *Chaucis*, idem *Cauchis*, & pro *Chaucius*, *Cauchius*, Sic & Ptolem Καῦχοι. Strab. Καῦχοι. GRAEV.

Simul cum exercitu & triumphalia] Tacit. lib. XI. *ut quibus permiffurus effet exercitus, triumphalia ante tribueret*. TORR. *Cum exercitu fimul* Exc. Cujac.

A. Plautio] Hic eft ille Aulus Plautius, qui confularium primus Britanniae praepofitus eft, bello egregius. & reducta paullatim in

muni legionum nomine exstiterit, petentium, *ut legatis consularibus simul cum exercitu & triumphalia darentur, ne caussam belli quoquo modo quaererent.* Aulo Plautio etiam ovationem decrevit: ingressoque urbem obvium progressus, & in Capitolium eunti, & inde rursus revertenti latus texit. Gabinio Secundo, Chaucis, gente Germanica, superatis, Chaucius cognomen usurpare concessit. Equestres militias ita 25 ordi-

in provinciae formam proxima insulae parte, Ostorio Scapulae imperium decedens reliquit. cujus & Tacitus meminit, sed & Tranquillus in Vespasiano cap. iv. Egnat. Vid. Glandorpius in Onomastico, ubi posteaquam de hoc egisset, subjicit inscriptionem, quae & apud Gruter. pag ccccliii. legitur, in qua *T. Plautium* Glandorp. scribit, Gruterus vero *Ti. Plautium* dat: hic inter alios titulos dicitur Legatus & comes Claudii Caesaris in Britannia, sed hic diversus fuisse videtur ab hoc A. Plautio, ut recte observat Torrentius. Martius in Histor. Tiburt. lib. v. p. 63. ubi inscriptionem hanc refert, non modo hos duos confundit, sed & eum Augusto & Tiberio jam familiarem facit, & eumdem a Vespasiano multis honoribus, qui ibi recensentur, scribit ornatum. quod ratio temporis non videtur ferre. nam hic A. Plautius consularis erat, v. Vesp. iv. & Tacit. Agric. xiv. & fuerat suffectus consul cum Nonio Asprenate A. U. C. 782. ut ex lapide apud Gruter. mlxxxvii. 1. & ex tessera Gladiatoria Fabretti probavit Noris. in Epist. Consul. t. xi. Ant. Rom. p. 403. Anno Tib. xv. memoratur & *A. Plautius*, qui Praetor fuit A. U. C. dcclxxvii. a Tacito lib. iv. Ann. 22. ubi Lipsius etiam hanc inscriptionem Gruteri ad eum refert, sine ulla veri specie. nam ab anno Tiberii x. sive U. C. dcclxxvii. quo praetor fuit, ad A. U. C. dcccxxx. quo iterum consul a Vespasiano creatus est, sunt anni liii. & Praetor ante annum xxxvi. fieri non debuit, ita ut fere nonagenarius esse debuerit, quum iterum consul fieret: sed confodit Lipsium ipse Tacitus, qui eum conjugis in praeceps jactae reum venas exsolvendas praebuisse dicit: quare Lipsius non videtur totum lapidem legisse, cujus priorem partem tantum refert, neque attendisse ad praenomen Ti. Ille vero A. Plautius, qui memoratur in Neron. xxxv. an hujus fuerit filius non adfirmo, licet vero simile Torrentio videatur. Burm.

Latus texit] Loco ergo honoratiore incedebat Plautius. sic enim de Claudio Eutropius: *In amicos tam civilis, ut etiam Plautium, nobilem virum, qui in expeditione Britannica multa egregie fecerat, triumphantem ipse prosequeretur, & conscendenti Capitolium laevus incederet.* Juvenal. Sat. iii. 131.

Divitis hic servi claudit latus, ingenuorum Filius.

Horat. lib. ii. Sat. v. 18.

Utne tegam spurco Damae latus?

Ubi plura annotavimus. Hujus autem A. Plautii mentio Vespas. cap. iv. atque ejus (ni fallor) filii Ner. cap. xxxv. Nec dubium, quin his omnibus locis *Plautius*, non *Plancius*, aut *Plancus*, legendum sit. Fuit & Ti. Plautius Silvanus Aelianus, Claudii in Britannia comes, ut ex vetusto marmore discimus. De Aulo vero, qui exercitum in Britanniam duxit, vide Dionem. Torr.

Caucius cognomen] Libri veteres *Caucicus*, vel *Caucici*, uti & edit. Germanica, haud dubie melius De Gabinio Secundo magis dubito. nam quae contra Caucos, seu Chaucos, ut eos vocat Tacit. (Dion Chauchos) gesta sunt sub Claudio, Cn. Domitio Corbuloni attribuuntur. Torr. Variant admodum scripti & editi, *Thaucis* & mox *Thauchius* Periz. *Chaucis* & *Cauchius* Exc. Cujac. Ed. Rom. *Caucis & cognomen Cauchius* Copes. *Caucis* & *Caucius* Venet. pr. Lugd. Arg. Junt. Gryph. Plant. & Basil. pr. licet corrupte *Cancius* sit editum. *Caucis* & *Caucium* Venet. sec. & tert. Ald *Caucis* & *Cautium* Bonon. *Caucis* & *Cauchici* Basil. poster. quae variationes a Grammaticis orti, qui *cognomen Caucius*, vel *Caucicus* non aeque ferebant, ac *Cauchici*, vel *Caucium*. sed & nominativo in hac locutione usos ostendimus ad Ovid. v. Fast. 595. & i. Met. 95. Liv. xxxv. 24. *Utrique eorum Salinator cognomen erat.* Unde & lib. i. 1. potest defendi, *pagoque inde Troja nomen est*, & mox *Troja & huic loco nomen est*, licet in diversa abeant viri docti ex variis scriptorum codicum lectionibus: Tacitus xi. Ann. 4. *Equites, quibus Petra cognomentum.* xiii. Ann 12. *liberr-*

liberta, cui vocabulum Acte erat. Hist. iv. 28. *Gens Germanicae originis ejurata patria, Romanum nomen Agrippinenses vocarentur.* ubi vide notas. Ovid. Ep. viii. 115. ex Farnesiano codice.

Saepe Neoptolemi pro nomine nomen Orestes
Exit.

& ita Graevius in Galb. 4. legebat, *Liviam nomen, & Ocellam cognomen.* ita apud Virgil. iii. Aen. 614. legendum: *Nomen Achaemenides.* De Caucis vero non ineptum libellum, licet nimis putide saepe eruditae & antiquariae dictionis elegantiam adfectet, scripsit Joannes Schildius, qui cap. vii. p. 166. de hoc loco etiam agit, & ostendit etiam non Gabinio, sed Domitio Corbuloni Dionem & Tacitum haec adscribere bella cum Caucis. Burm.

25. *Equestres militias*] Loci hujus sententia esse videtur, Claudium veluti per gradus neminem fecisse tribunum, nisi qui alae praefectus fuisset, neque praefectum alae, qui non cohortem centurio duxisset. ala enim, uti & turma, equitum; cohors peditum est. Cicero pro Marcello: *Nihil sibi ex ista laude centurio, nihil praefectus, nihil cohors, nihil turma decerpit.* Ut praefectus ad turmam, ad cohortem centurio refertur. Sed quare hoc magis ad equestrem quam pedestrem militiam Tranquillus referat, ignoro. Cohortem itaque hic non peditum, sed equitum accipiamus. Quanquam ne sic quidem scrupulum amovebimus. Torr. Hunc quoque locum ad tractatum Polybii de Militia Romanorum explicamus. *Equestres militias* interpretor, quas obire soliti equestri loco orti juvenes, quo sibi aditum ad dignitatem senatoriam facerent. Dio Nicaeus diceret, οἱ χιλιαρχοῦντες ἐς βουλείας ἐλπίδα. sic accipio libro ii. cap. 10. & in Plinii vita ejusdem auctoris. neque aliter apud Vellej. Paterculum. Haec alibi pluribus explicamus, simul viri doctissimi sententiam refellimus, qui serio nuper reposuit isto loco, *semestres militias.* Casaub. *Equestres militias,* haud aliter Pall. omnes, neque video, cur istud displicuerit viro doctissimo, ideoque mutaverit in *semestres militias.* vulgatum tueor, explicoque libellis Suspicionum. Grut.

Alam] ala, eo tempore, quo Suetonius scripsit, non nisi equitum fuit. Unde & alarii equites, ut plurimum auxiliares, eoque nomine distincti a legionariis. Inter equestres milites, alae & cohortis praefecturam posuit, ut & tribunatum legionis, quia tribuni legionum equites, & equo merebant, item praefecti cohortium & alarum. *Alae,* ut dixi, proprie de equitibus auxiliariis, & *cohortes* de auxiliariis peditibus. Ideo hic a legione distinguuntur, id est, a legionariis militibus. Hoc ordine igitur promotionem equestris militibus faciebat Claudius, ut post cohortis auxiliariorum praefecturam daret praefecturam alariorum equitum, sive alae equitum auxiliariorum, & post alae praefecturam *tribunatum* legionis, id est, praefecturam unius cohortis in legione. Haec pluribus ita esse in nostro de Militia Commentario docemus. *Militiae* autem *equestres,* quia, ut dixi, equo merebant omnes hi praefecti. Salmasius. Sed in his nihil sani. Ala tum temporis non dicebatur de equitibus auxiliariis; sed de equitibus, qui ex provincialibus collecto numero legionariarum turmarum erant. vide notata superius ad Aug. 38. *Equestres militiae* sunt gradus militiae, qui equestris ordinis hominibus dabantur, quos obibant equestri loco orti juvenes, ut tribunatus cohortis, praefectura alae, tribunatus legionis. Plin. vii. ep. 25. *Terentius junior equestribus militiis, atque etiam procuratione Narbonensis provinciae integerrime functus.* vid. & Sueton. vit. Plin. Sub Imperatoribus equites Romani non amplius scribebantur in turmas; sed illarum loco alae conficiebantur ex provincialibus hominibus, quibus raro ac vix unquam intererant equestris ordinis viri. Erat enim in tanto imperio major tum dignitas equitum Romanorum, quam ut gregarios inter mererent, minor vero numerus, quam ut legionum equitatum explerent, imminuta per bella civilia & admodum recisa equestris ordinis stirpe, adeo ut Cajus, quo paucitati eorum subveniret, primores ex omni imperio, etiam extra Italiam, qui genere & opibus excellebant, in eum ordinem adlegerit, quibusdam eorum in spem dignitatis senatoriam vestem dederit, priusquam ullum magistratum gessissent, ut tradit Suetonius. Equites itaque Romani, qui e digniori illa stirpe militabant in singularibus aut praetorianis equitibus, qui a Tacito opponuntur gregariis equitibus, forsan & nonnulli tenuiores in alis, sed digniores statim ad praefecturas admovebantur. Hinc male hic Lipsius legit *semestres militias.* Nihil sincerius vulgata lectione. Equites enim Romani merebant praefecti cohortium exterarum & alarum, ut & tribuni legionum; inde *equestres militiae* vocantur. quod pluribus ostendit Vir Illustrissimus,

&

ordinavit, ut post cohortem, alam: post alam, tribunatum legionis daret: stipendiaque instituit, & imaginariae militiae genus, quod vocatur *Supra numerum*, quo absentes, & titulo tenus fungerentur. Milites domos senatorias salutandi caussa ingredi, etiam patrum decreto prohibuit. Libertinos, qui se pro equitibus Romanis agerent, publicavit. Ingratos, & de quibus patroni quererentur, revocavit in ser-

& primis nostrae aetatis accensendus, RHABODUS SCHELIUS ad Hyginum de Castrametatione Romanorum. In lapide fracto, quem dedit Donius Insc. p. 253. n. 107. legitur, MILITIIS EQUESTRIBUS. ita in l. XLIII. de testam milit. *Filius familias equestri militia exornatus, & in comitatu Principis retentus.* Et Valer. Max. IV. VII. 5. de L. Petronio. *humili loco natus ad equestrem ordinem & splendidae militiae stipendia P. Coelii beneficio pervenit.* ubi non audiendi codices, qui *splendida* habent. nam *splendida militia* est eadem quae *equestris*. *splendidos* enim equites proprie dici vulgo notum. *Semestres* Lipsius in ora codicis conjecerat: in alio codice *Equestres pedestresque*. vid. Buchn. ad Plin. VII. 25. BURM.

Imaginariae militiae] Vid. Lael. Taurell. de militiis pag. 347.

Super numerum] Malim, ut in duobus libris, *supra numerum*. sic enim in nummo ve-



teri: NERO. CLAUD. CAES. DRUSUS. GERM. PRINC. JUVENT. SACERD. COOPT. IN. OMN. CONL. SUPRA. NUM. EX. S. C. id est, Sacerdos cooptatus in omnia conlegia supra numerum ex S. C. TORR. Ita MSS. vulgo *supra numerum*. Diversi ab his sunt supernumerarii illi equites peditesque, quorum meminit Vegetius: item illi ὑπεράριθμοι χολάριοι, quos instituisse Justinianum in ordinanda militia Palatina, refert Procopius. Mentio habetur supernumerariorum in Cod. Theodosiano, de Palatinis sacrarum largitionum & rerum privat. l. XV. & XVII. CASAUB. *Supra* Pal. pr. & sec. nam tert. *super numerum*. GRUT. *Super*, omnes scripti nostri & editi usque ad Casaubonum, qui *supra* in vulgatis esse ait, quod ego nusquam reperi, nisi in Exc. Cujac. sed in Neron. cap. XV. *supra numerum* legitur constanter. Credo utrumque posse dici. De *supra numerum* aliis etiam adlectis, vide Spanh. de usu & Praest. num. Diss. XII. cap. IV. §. 3. pag. 368. BURM.

Et titulo] *Ex titulo* Periz. a m. pr.

Domos] *Domus* Harlem. Copes. Edd. Rom. Venetae tres, Bonon. Basil. & reliquae usque ad Steph. Basil. poster. Plant. Gryph. & recentiores. *Salutandi gratia* Huls. *decreto* vero abest Exc. Cujac.

Libertinos, qui se pro equitibus Romanis agerent, publicavit] Id est, bona eorum proscripsit, atque in fiscum cogi jussit, quemadmodum sup. cap. VIII. *venalem pependisse* dicit Claudium, cujus bona sic exposita fuerant. Lamprid. Alexandro cap. XXXIV. *Mulieres infames, quarum infinitum numerum deprehenderat, publicari jussit.* Tertullian. de Fuga cap. IX. *Publicaris? Bonum tibi est. qui enim non publicatur in hominibus, publicatur in Deo.* Non repugnaverim tamen, si quis de personarum etiam proscriptione haec intelligat, praecipue Tertulliani locum. nam libertinorum pro equitibus se gerentium, ac mulierum infamium satis equidem gravis est poena, si bonis exuantur, aut his salvis in exsilium agantur, ut sup. Tib. cap. XXIV. TORR.

Se agerent] Vid. ad Tiber. XXVI. & inf. cap. XXIX.

Ingratos & de quibus] Mallem *ingratos, de quibus*, sine &. quanquam enim plures querendi causae, de quibus praefectus Urbi cognoscere poterat, quod lib. 1. Pandectar. Ulpian. nos docuit, non illico tamen libertus in servitutem asserendus. Severior itaque hac in re Claudius. De ingrato autem sic Paullus l. XIX. De jure patr. *Ingratus libertus est, qui patrono obsequium non praestat, vel res ejus, filiorumve tutelam administrare detrectat.* Hinc ingrati actio, patronis competens, l. IV. De

 ob-

servitutem: advocatisque eorum negavit, se adversus libertos ipsorum jus dicturum. Quum quidam aegra & adfecta mancipia in insula Aesculapii taedio medendi exponerent, omnes qui exponerentur, liberos esse sanxit, nec redire in ditionem domini, si convaluissent: quod si quis necare quem mallet quam exponere, caedis cri-

obseq. lib. l. 1. & III. Cod. De libert. & eorum lib. TORR. Ergo ex constitutione Claudii omnes ingrati potuerunt in servitutem revocari? cave putes, neve temere assentiaris Suetonio, qui rem certa conditione concessam laxe & ἀπεριορίστως enunciat. Unus enim tantum est casus, quo libertus redigitur in servitutem patroni ex hac constitutione Claudii: si delatores submiserit, qui patrono libertatis facerent quaestionem. vide l. v. Dig. De jure patr. CASAUB. Vide de hac constitutione Connan. comment. Jur. II. VII. 4. Cujac. ad L. ult. ff. pro derelicto, & P. Fabr. I. Semest. 25. Lipsius vero ad Tacit. XIII. 4. censet, fuisse tantum ita judicatum in cognitione a Claudio, sed non constitutionem fuisse publicam: Nam postea haec res acta fuit sub Nerone. vid. etiam Otton. praefat in tom. IV. Thes. Juris. p. 2. & 3. nihil novi adferentem, nisi multa nomina doctorum virorum, adnumerantem. BURM.

Adversus libertos] Scribendum omnino videtur, *liberatores*, id est, manumissores, qui manumiserunt. GUJET. Male. Sensus est, negavit, si similis ipsis casus accideret, & ipsi ingratos vellent in jus vocare, se jus dicturum adversus libertos ipsorum. BURM.

Affecta mancipia] Sic alii quoque, & ipse Cicero, locuti sunt. TORR.

In insulam Aesculapis taedio medendi exponerent] Antiquorum haec fuit dira immanitas, ut & recens natos infantes liceret vel tollere vel exponere ad caedem: & liberos aut servos aegrotos exponere taedio curandi. Atque hoc jus tam Barbarum non statim sustulerunt Christiani Impp. sed cum progressu temporis. vide in Cod. Theodosiano titulum *De expositis*. CASAUB. *In insula* Harl. Periz. Edd. veteres omnes, quod mutarunt Basil. Seb. Gryph. & recentiores. praeterea, *omnes qui exponerentur* absunt in eisdem scriptis & editis. & puto posse nos iis carere ne ter *exponere* verbum odiose repetatur, & recte suspicatur Torrentius fortasse a timido quodam intrusa, ne contra Grammaticorum canonas peccaret, si *mancipia liberas* conjungi videret lector: quare interposuit, *omnes qui exp.* sed ita & Ovidius XIII. Met. 821.

Hoc pecus omne meum est. multae quoque vallibus errant.
Multas silva tegit &c.

vid Oudend. ad Front. III. XV. 5. sic *legiones, vocati*, Cal XLVIII. ubi vide. Praeterea *libertos esse* Ed. Rom. de ipsa vero re vide l. 1. §. 4. Codd. de Latin. Libert. toll. & Connan. Comment. II. VI. 7. BURM.

Omnes qui exponerentur] Verba haec non sunt in duobus probatae fidei exemplaribus, adjecta (ut arbitror) a grammatico aliquo: qui credebat Suetonium non satis Latine loqui, nisi adderentur. Porro de hac re, praeter Dionem, & Zonaram, sic Modestinus l. II. Qui sine manumiss. ad libertatem perv. *Servo quem pro derelicto dominus ob gravem infirmitatem habuit, ex edicto Divi Claudii competit libertas. Aesculapii* vero *insulam* Tiberinam appellat Sueton. In qua non minus Romae, quam Epidauri in templo Aesculapii, aegri ad captandum somnia exponebantur. Strabo lib. VIII. Plaut. Curgul. Act. II. Sc. 1. & tabellae marmoreae Romae apud Mafaeos, quibus etiam miracula quaedam enarrantur. TORR.

Si quis necare mallet quem quam exponere,] Liber opt. *si quis nec. quem mallet.* Recte vero Claudius. sic enim lex Cornelia de sicariis eum punit, qui hominem occiderit, etiamsi servus sit. Quem ne domino quidem occidere, neque ad bestias dare, sine judice licuit. Quod etiam Hadrianum sanxisse auctor est Spartian. TORR. *Necare mallet quem* Periz. Harlem. & Edd. veteres praeter Steph. quem Casaub. & recentiores secuti. *quemquam quam* Ald. Lipsius ejiciebat *quem*. cum quo & ego facerem. *Vellet* etiam Hulss. BURM.

Viatores] Hujus edicti causam fuisse puto, ne viae corrumperentur. Spartian. Hadriano, cap. XXII. *Vehicula cum ingentibus sarcinis Urbem ingredi prohibuit, sederi in equis in civitatibus non sivit.* Et Capitolin. M. Antonino: cap. XXIII. *Sederi in civitatibus vetuit in equis, sive vehiculis.* TORR.

Ne per] *Nec per* Periz. Harlem. Edd. Venet. tres, Lugd. ut esset pro *ne quidem*. de quo ad

crimine teneri. Viatores, ne per Italiae oppida, nisi aut pedibus, aut sella, aut lectica transirent, monuit edicto. Puteolis & Ostiae singulas cohortes ad arcendos incendiorum casus collocavit. Peregrinae conditionis homines vetuit usurpare Romana nomina, dumtaxat gentilitia. Civitatem Romanam usurpantes in campo Esquilino securi percussit. Provincias Achaiam & Macedoniam, quas Tiberius ad curam suam transtulerat, senatui reddidit. Lyciis ob exitiabiles inter se discordias libertatem ademit: Rhodiis ob poenitentiam veterum delictorum reddidit. Iliensibus, quasi Romanae gentis auctoribus, tributa in perpetuum remisit: recitata vetere epistola Graeca senatus populique Romani, Seleuco regi amicitiam, & societatem ita

ad Aug. XXXV. quum enim Romae non liceret, hoc sibi in oppidis permitti credebant; sed nec per oppida quidem Italiae concedere voluit Claudius. BURM.

Puteolis & Ostiae singulas cohortes ad arcendos incendiorum casus collocavit.] Sub Othone stationem habebat Ostiae cohors septima decima. Tacitus histor. lib. I. cap. 80. *Septimam decimam cohortem, e colonia Ostiensi in urbem acciri Otho jusserat.* CASAUB. Forte ut granaria, & horrea publica & privata ab incendiis servarent. nam Puteolis ea fuisse docuit Gronov. II. obs. 2. vid. & Aug. XCVIII. & Vesp. VIII. BURM.

Dumtaxat gentilia] Quum nulla sint nomina, nisi gentilia, suspicari posses haec a sciolo adscripta, ne scilicet aliquis praenomina vel cognomina intelligeret: *dumtaxat* enim, explicationis gratia, adscriptum, idem est, quod scilicet. vid. Gifan. Ind. Lucret. Fecit autem gradum a minori ad majus. in Provinciis hoc tempore infinita vis hominum nomina gentium Romanarum gerebat, unde tot *Julios*, *Antonios*, *Claudios* &c. in Gallia, Germania Asia & alibi reperimus, qui aut beneficiis insignibus, aut jure civitatis ab imperatoribus & magistratibus Romanis erant ornati: sed multi etiam se inserebant gentibus Romanis. hos vetuit illa nomina usurpare: qui vero praeterea falso se pro civibus gererent, & jura civitatis vellent usurpare, securi percussit. *Romana* deest in Juni. Arg. Ald. Steph. sed male. nam & peregrinis erant nomina, quibus, ex qua essent gente, significabatur. BURM.

Civitatem Romanam usurpantes] Arrianus Dissertationum Epicteti libro tertio cap. XXII. οἱ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας καταψευδόμενοι κολάζονται πικρῶς. CASAUB.

In Campo Esquilino] Interpretatur hunc locum Tacit. lib. II. cap. 32. *L. Pituanius saxo dejectus est, in P. Marcium consules extra portam Esquilinam, cum classicum canere jussisset, animadvertere.* & iterum, *Sumptum est more prisco extra Esquilinam de nocentibus supplicium.* Plura ad Horat. Epod. V. 99.

Et Esquilinae alites.

TORRENT. Vid. Lips. ad d. l. Tacit. Excurs. H.

Provincias Achaiam & Macedoniam, quas Tiberius ad curam suam transtulerat,] De Achaia in rebus Tiberii dubitanter narrat Dio lib. LVII. pag. 637. Καὶ γὰρ ἡ Μακεδονία, ὥς δέ τινές φασι, καὶ ἡ Ἀχαΐα, κληρωτοῖς ἀρχόντων ἐστερημένοι. Semper autem Dioni ἄρχοντες κληρωτοὶ dicuntur, quos populus ad regendas provincias suas mittebat: αἱρετοὶ ἄρχοντες, quos Princeps suis praeficiebat. Caussam earum appellationum explicat ipse diligenter lib. LIII. Sic igitur in Claudio lib. LX. pag. 680. constitutionem hanc illius exponit: Τήν τε Ἀχαΐαν καὶ τὴν Μακεδονίαν αἱρετοῖς ἄρχουσιν, ἐξ οὗπερ ὁ Τιβέριος ἦρξε διδομένας, ἀπέδωκεν ὁ Κλαύδιος τότε τῷ κλήρῳ. factum anno DCCXCVII. CASAUB.

Senatui reddidit] Aug. cap. XLVII. TORR.

Lyciis libertatem ademit, Rhodiis reddidit.] Dion & Lyciis, & Rhodiis ademptam sub Claudio, quanquam diversis temporibus, libertatem refert, idque ob cives in tumultu occisos. Sueton. redditam quidem Rhodiis scribit, sed quomodo adempta fuerit omittit. Tacitum ergo audiamus lib. XII. cap. 58. qui *nunc ademptam, nunc firmatam* ipsi saepius narrat, *prout bellis externis meruerant, aut domi seditione deliquerant.* TORR.

Iliensibus quasi Romanae gentis auctoribus,] Sic Virgil. III. Georg. 36. *& Trojae Cynthius auctor.* Roma itaque Trojanorum colonia habita est. Atque adeo Romani Ilienses, tanquam consanguineos suos, magna semper benevolentia prosecuti sunt. Horat. lib. III. Od. III.

ita demum pollicentis, si consanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes praestitisset. Judaeos impulsore CHRESTO adsidue tumultuantes Roma expulit. Germanorum legatis in orchestra sedere permisit: simplicitate eorum & fiducia motus,

Sed bellicosis fata Quiritibus
Hac lege dico, ne nimium pii,
Rebusque fidentes, avitae
Tecta velint reparare Trojae.

Iliensium vero causam actam a Nerone narrat Tacit. lib. XII. 58. & Sueton. Ner. cap. VII. TORR.

Pollicentis] *Pollicenti* Periz. Harl. Edd. Rom. Venet. tres, Bonon. Junt. quod pro *pollicente* deberet capi, ut ita ipsa epistola *pollicens* diceretur. quod multis, credo, magis Poëticum, quam stilo Suetonii conveniens, videbitur. ita Ovid. Ep. XVII. 65.

Munera tanta quidem promittit epistola dives. BURM.

Judaeos impulsore CHRESTO] Sic unus e nostris MSS. Alii omnes aut *Cheresto*, aut *Cherestro*, aut *Chiresto* etiam. Sed *Chresto* legendum esse Tertullianus & Lactantius docent, quod CHRISTUM Servatorem nostrum, mutato I in E *Chrestum* per contumeliam homines impii appellare sint soliti, quemadmodum & de Pertinace Capitolin. tradit, *Chrestologum* vocatum fuisse, qui bene loqueretur, & male faceret. Quod vero Judaeos cum Christo adjungit Sueton hoc seculi illius more factum est. Judaeorum enim nomine cum Graeci, tum Latini Christianos complectebantur, quod alibi docuimus latius. Dion toleratos quidem Romae Judaeos scribit, sed non permissum eis ut convenirent. TORR. Qui Romae hoc tempore Christo nomen dederant, Judaeos praecipue fuisse verisimile est, atque per hoc a potiori parte omnes Christianos eapropter hic Judaeorum nomine designari. Non enim ignorasse Suetonium, Judaeorum & Christianorum fuisse differentiam, ex eo liquet, quod in vita Neronis dicat cap. XVI. *Afflicti suppliciis Christiani, genus hominum superstitionis novae & maleficae.* Qui enim hoc tempore Judaeos diceret genus hominum superstitionis novae, inveniri posse puto neminem. GOES. Veteres gentiles per contumeliam *Chrestum* & *Chrestianos* pro *Christum* & *Christianos* dixerunt. vid. P. Pithoei II. Advers. cap. 3. GRAEV. *Cherestro* Periz. Ed. Rom. *Chestro* Harl. Exc. Cujac. Venet. pr. *Christo* Bonon. Lugd. Junt. Ald. Arg. quod ex Orosii lib. VII. 6. adtipuerunt, qui dubitat, an de Christianis, Judaeorum nomine etiam intellectis, sit capiendum. male vero Dilher. in Disput. Academ. tom. II. pag. 388. Suetonium accusat, quasi Christum sub Claudio etiam superstitem credidisset. quum Christianae sectae, cujus ille auctor, potuerit hic tumultus adscribi. sed de Christo, ut plurimi censent, haec accipi vix posse credo, quum ejus secta sub Claudio vix nota fuerit Romae inter Judaeos ibi viventes: namquum Paullus sub Nerone Romam venisset, Judaei eum adeunt, & edoceri cupiunt de Christianorum secta Actor. XXVIII. 21. & infra sub Nerone suo nomine *Christiani* appellantur cap. XVI. Opinio vero vulgaris maxime nititur persuasione illa de permutatione literae H. quam Graecos ut I pronuntiasse perperam crediderunt quidam docti, inducti hodiernorum Graconum vitiosa elocutione. hoc jam olim egregie refutavit Mekerkius de recta L. G. pronuntiatione cap. XIX. ubi H. ut duplex *ee* vel *é* longum expressisse probavit. de hac re & nomine *Chresti* egit nuper peculiari dissertatione vir Cl. Rossallus. alius ergo quidam fuit hic *Chrestus*, quod nomen vulgatum & obviam, non tamen Romanum, ut Pitiscus, sed Graecum fuit, & libertis vel Graeculis usitatum. hoc impulsore Judaeos inter se discordes tumultum excitasse verosimile est. praesertim, quia Dio lib. LX. nullam mentionem *Christi* facit. vidi post notas has scriptas & jam praelo committi coeptas idem sentire doctissimum Wolfium, in curis Philologicis ad Act. Apost. XVIII. 2. laboris & judicii notas singulares prae se ferentibus. BURM.

Germanorum legatis] Tacit. lib. XIII. Neronis temporibus hoc tribuit, cum dicerent nullos mortalium armis, aut fide ante Germanos esse. TORR. Quod vetuerat Augustus. v. Aug. XLIV.

Sedere] *Sedem permisit* Hulf. & mox *commotus* idem & Memm.

Armenios] *Armenos* Periz. Harlem. Edd. Venet. tres.

In senatu] Non erret fortassis, qui *in senatoriis* legendum esse existimet. cur enim non *senatoria* dicamus, uti & *equestria*, & *popularia*? Sed tamen *in equite*, pro *inter equites* spectare

tus, quod in popularia deducti, quum animadvertissent Parthos & Armenios sedentes in senatu, ad eadem loca sponte transierant, nihilo deteriorem virtutem aut conditionem suam praedicantes. Dryadarum religionem apud Gallos dirae immanitatis, & tantum civibus sub Augusto interdictam, penitus abolevit. Contra, sacra Eleusina etiam transferre ex Attica Romam conatus est. Templum quoque in Sicilia Veneris Erycinae vetustate collapsum, ut ex aerario populi Romani refice-

ctare dixit Sueton. Domit. cap. VIII. ut hic *sedere in senatu*, pro *in senatorum sedibus*, &, quod magis receptam lectionem firmat, inf. Ner. cap. XII. *In orchestram senatumque descendit*. Torr. Notum loquendi genus, quod observamus etiam apud Graecos. Lucianus Περὶ ὀρχήσεως· Κατιὼν γὰρ εἰς τὸ μέσον, ἐν τῇ βουλῇ δύο ὑπατικῶν μέσος ἐκαθίζετο. Aristophanes pro eo dixit ἐν βουλευτικῷ, isto versu in Avibus:

κᾆθ᾽ ὁρῶ ἄνδρας τε γυναικὸς ἐν βουλευτικῷ.

Sic alibi *in equite spectare*, pro sedere in equestribus. Casaub.

Druidarum] *Driadarum* Mem. Huls. Copes. *Dryadorum* :Exc. Cujac. Ed. Rom. *Dryidarum* Venet. pr. *Dryudarum* duae aliae. & Basil. *Druydarum* Bon. Lugd. Junt. Ald. & al. Semper scribendum *Dryades* censet Salmas. ad Lampr. Alex. cap. LX. ubi & de hoc loco agit. *Drusidae* vocantur apud Amm. Marc. XV. 9. ubi Vales. δρυΐδας vocari ab origine docuit. Burm.

Penitus abolevit] Atqui Plin. lib. II. cap. I. Druidas Tiberii Principatu sublatos scribit. Ego neque Tiberium, neque Claudium ita Druidas abolevisse crediderim, ut non in Gallia saltem permanserint. Probat hoc Tacit. lib. XIV. cap. 30. sub Nerone: probat Lampridius Alexandro cap. LX. Aurelianus quoque (si Vopisco cap LXIV. credimus) Druidas consuluit. Denique mulier illa, quae apud Tungros Diocletianum futurum Imperatorem, cum aprum occidisset, praedixit, ex hoc genere fuit. Auctor idem Vopiscus Numeriano, cap. XIV. Torr. Hoc est, edicto jussit aboleri exercerique vetuit. Sed non obtinuit Claudius. Nam multo post scribit Tertullianus Apologetico: *Major aetas apud Gallos Mercurio prosecatur*. Sic in Africa aliisque locis vetitae a Romanis ἀνθρωποθυσίαι, nihilominus tamen longum tempus in occulto perseverarunt, ut praeter Cypriani magistrum alii Patres scripserunt, nec silet Porphyrius. Casaub. permanserunt tamen vestigia v. Pith. adv. I. 3. & Pomp. Melam. III. 2. Broukh.

Sacra Eleusina] Aug. cap. XCIII. Torr. *Eleusinia* Casaub. Videtur innuere Aurelius Victor, *Eleusina sacra* per Hadrianum Romam fuisse translata, sed id prorsus falsum est. Cereris quidem sacra jam olim de Graecia assumpta longe ante Hadrianum Roma percoluit: sed illa, quae *Eleusina* dicebantur, nunquam Romae recepta sunt, sed in Attica. confundit igitur Aurelius sacra Cereris cum Eleusinis initiis. Eleusina autem sacra usque ad Valentinianum & Theodosium mansere: sub quibus Imperatoribus penitus deserta sunt & abolita. Salmasius ad Spart. Hadr. cap. XXII. *Eleusina* Periz. Harlem. Edd. veteres, etiam Basil. Gryph. Plant. Casaub. & aliae, praeter Ald. Steph. Basil. poster. & recentiores. *Eleusina mater* Virg. I. Georg. 163. sed hoc Poëtis concedetur forte. Stephanus de Urb. Ἐλευσίνιος tantum nobis tradit. Sed contra censet Salmasius. Burm.

Templum quoque] *Templumque* Mem. Copes. Exc. Cujac. *Eryciniae* Harlem. Edd. Venet. tres, Lugd. Junt.

In Sicilia Veneris Erycinae] Eryx Veneris filius. Unde monti in Sicilia nomen, in quo Veneris Erycinae templum, singulari olim religione cultum, ac mulierum Veneri dicatarum frequentia notum. De quo Strabo lib. VI. Polyb. I. saepe Cicero in Verrinis, & Cluentiana, non feminas tantum, (ut Strabo) sed & viros, quos inde Venereos appellat, deae Veneris Erycinae ministerio addictos ostendens. Est & nummus apud me Considii Noniani, cum Veneris imagine parte una, altera vero ipsius templi in monte positi. Adscriptum, ERYC.



ficeretur, auctor fuit. Cum regibus foedus in foro icit, porca caesa, ac vetere fecialium praefatione adhibita. Sed & haec & cetera, totumque adeo ex parte magna principatum, non tam suo, quam uxorum libertorumque arbitrio administravit: talis utique plerumque, qualem esse eum aut expediret illis aut liberet. 26 Sponsas admodum adolescens duas habuit: Aemiliam Lepidam, Augusti proneptem; item Liviam Medullinam, cui cognomen & Camillae erat, e genere antiquo Dictatoris Camilli. Priorem, quod parentes ejus Augustum offenderant, virginem adhuc repudiavit: posteriorem, ipso die, qui erat nuptiis destinatus, ex valetudine amisit. Uxores deinde duxit Plautiam Urgulanillam, triumphali, & mox Aeliam Petinam, con-

Virgil. Aeneid. v. 759. *Tum vicina astris Erycino in vertice sedes Fundatur Veneri Idaliae.* Mirum est autem Suetonium in Claudii Principatum templi hujus Veneris in Sicilia, vetustate collapsi, instaurationem conferre, postquam Tacito scriptum definite Annal. iv. cap. 43. reficiendi ejus curam Tiberium, postulantibus Segestanis, libentem suscepisse, ut consanguineum. Nisi fortasse hoc probamus, inchoatum id opus, ac desitum & intermissum, tandem auctore Claudio ex aerario pop. R. consummatum. Fuit vero ejusdem Veneris etiam Romae templum apud portam Collinam, de quo non uno in loco Livius, & Ovid. iv. Fastor. Bene ergo additum a Suetonio, *in Sicilia.* Torr.

Ut ex aerario] *In ex aer.* Exc. Cujac.

Icit] *Jecit* Memm. Copes. Harlem. Periz. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. pr.

Porca caesa] De hac re, praeter Livium, & Varronem, sic Festus: *Porci effigies inter militaria signa locum obtinebat, quia confecto bello inter quos pax fieret, caesa porca foedus firmare solebat.* Virgil. & in eum Servius lib. viii. 641. *caesa jungebant foedera porca.* Atque ita quidem Virgil. & Sueton. hoc loco; *porcum* tamen, non *porcam*, caedi solere & Livius aperte demonstrat, & Quinctilian. indicat lib. viii. Torr.

Fecialium] *Fetialium* Memm. *Facilium* Hulf.

Administravit] *Ministravit* Copes. Hulf.

Talis ubique] Vel ad provincias respexerit, quae hoc Principe fere per libertos, aut iis caros administratae, vel *utique*, blandiente animo meo & verisimili conjectura equidem scripserim. Torr. In V. C. est *talis utique plerumque* &c. quod non displicet. Ursin. Hoc ex conjectura Torrentius nobis offert, quum jam in Stephani editione legatur. *ubi* una Veneta. *aut liberaret* Exc. Cujac. Burm.

26. *Aemiliam Lepidam, Augusti proneptem;*] Julia, Augusti neptis, L. Aemilio Paullo, Censoris filio, nupsit, unde haec Aemilia, Claudii uxor. Aug. cap. lxiv. Torr.

Cui & cognomen Camillae erat,] *Cui cognomen & Camillae erat*, Memm. Periz. Harle. & omnes veteres Edd. Casaubonus mutavit ordinem. forte & hic litera *e* adhaesit ex sequenti *erat*, & legendum *Camilla*, de quo cap. praecedenti actum. *Leviam* etiam Exc. Cujac. Burm.

Quod parentes] *Quodquos* Memm. forte *quod quondam.*

Parentes ejus Augustum offenderant] Mater Julia ob vitae turpitudinem, pater ob conspirationem in Augustum. Aug. cap. xix. & lxv. Torr.

Deinde] *Diu* Periz.

Plautiam Herculanillam] Liber opt. *Urgulanillam* & hic & in sequentibus. Placet. nam Herculanos in gente Plautia non reperio. Via vero Tiburtina ad pontem Lucanum ex Plautiorum sepulcro eruta exstat haec inscriptio: M. PLAUTIUS. M. F. A. N. SILVANUS COS. VII. VIR EPULON. HUIC SENATUS TRIUMPHALIA ORNAMENTA DECREVIT OB RES IN ILYRICO BENE GESTAS. LARTIA CN. F. UXOR. A. PLAUTIUS M. F. URGULANIUS. VIXIT ANN. IX. Adde locum Taciti lib. iv. Annal. 22. ubi Urgulaniam, Plautii Silvani, tunc praetoris, aviam, commemorat. A. Plautius, ut ante diximus, ovans Urbem ingressus est. Torr. Amplexi sumus lectionem, quam ex libro veteri profert Torrentius: cujus clara vestigia in codd. Pithoei, in quibus scriptum vacillante manu, hic quidem *Urgulanillam*, mox vero *Ergulanillam.* in Viterb. scriptum liquido *Herculanillam:* sed, quod manifesto apparet, ἐκ δευτέρας φροντίδος: nam prius aliter exaratum fuerat principium ejus dictionis, & quidem utro-

consulari patre. Cum utraque divortium fecit: sed cum Petina, ex levibus offensis: cum Urgulanilla, ob libidinum probra & homicidii suspicionem. Post has Valeriam Messallinam, Barbati Messallae, consobrini sui, filiam in matrimonium adcepit. Quam, quum comperisset super cetera flagitia atque dedecora, C. Silio etiam nupsisse, dote inter auspices consignata, supplicio adfecit: confirmavitque pro

utroque loco. In regiis exemplaribus duobus *Ergulanilla*; in tertio *Herculanilla*. CASAUB. *Plautiam Urgulanillam* fere etiam Pal. pr. ac sec. nempe *Ergulanillam*. nam tert. *Herculanillam*. GRUTER. *Urgulanillam* Memmi. & ita jam Lipsius correxerat. *Ergulanillam* utrobique Copes. *Herculanillam* reliqui scripti & editi. Merula vero ad Enn. I. Annal. p. 508. legit, *Plautiam Urgulanillam triumphali patre, & mox Aeliam Poetam consulari avo.* male autem ex inscriptione (quum debuisset ex alia pag. CXCVI. ubi *Plautius Lucanus* memoratur hoc adfirmare) *Pontem Lucanum* vocare Torrentium & alios, pro *Lucani* docet Rupertus ad Reinesf. Epist. XXXIV. pag. 198. Reinesius in responsione p. 235. parum referre arbitratur. Brouckhusius etiam ad Pighii Herc. Prod. p. 391. nos mittebat. vid. Grut. Inf. CCCCLII. 6. Qua ratione vero hoc cognomen Urgulanillae habuerit vix exputo. quum A. Plautius ille Urgulanius mortuus anno IX. non potuerit ejus pater fuisse, & unde nec a matre, quae Lartia vocetur, assumere potuerat. forte haec Lartia M. Plautii Silvani secunda uxor fuerit, quae cum filio A. Plautio Urgulanio monumentum hoc posuit. hic vero ex priore M. Plautii uxore Urgulania, quae forte divortio dimissa fuit, cognomen traxerit, & habuerit sororem Urgulanillam, quae ita triumphali patre M. Plautio Silano fuerit nata. illa vero Urgulania fuisse amica illa potentissima Liviae, a Tacito memorata lib. II. Ann. 34. videtur. & ita haec Urgulanilla potuit esse Amita A. Plautii Praetoris apud Tacit. IV. Ann. 22. sed in his omnibus non ita certi quid statuo, ut non meliora doceri velim. BURM.

Valeriam Messallinam Barbati Messallae] Dissimulant interpretes, quomodo hic Messalla Claudio consobrinus. Dicam ego. Ex L. Domitio & Antonia majore natus est Cn. Domitius pater Neronis Principis, & item Lepida amita ejusdem. Haec Lepida est illa ipsa, quae nupta Valerio Messallae, & quae Messallinae mater. At Claudius natus ex Druso & minore Antonia, uti clarum. Vides ergo Claudium & Lepidam Domitiam (id enim duplex illi nomen) vere consobrinos. Atque hac ratione fortean maritum ipsum Lepidae Suetonius dixerit Claudii consobrinum. Tamen tutius putarim legi, *Barbati Messallae & consobrinae suae filiam*. LIPSIUS ad Tacit. XI. Ann. 37. Duo postrema verba absunt a duobus exemplaribus. Quae tamen retineo. Consul enim fuit M. Valerius M. F. Messalla Barbatus cum P. Sulpicio P. F. Quirino A. U. DCCXLI. Qui quemadmodum consobrinus Claudio, notatum Lipsio ad Annalem Taciti undecimum, quem suadeo legas. TORR. *Barbati Messallae* in Petiz. lineâ subductâ erant. sed deerant Ed. Rom. *Barbari* Edd. Venet. sec. & tert. Lugd. Junt. Arg. *Consobrini sui* non habebat Copes. *Messalae* Copes. & multi editi. vid. ad Aug. LVIII. BURM.

Dote inter auspices] Liber unus *aruspices*. sed *auspices* habet Tacit. lib. XII. ubi de his cum Silio nuptiis, & Juvenal. Sat. X. egregie nuptiarum officium describens:

> ——— *dudum sedet illa parato*
> *Flammeolo, Tyriusque palam genialis in hortis*
> *Sternitur, & ritu decies centena dabuntur*
> *Antiquo, veniet cum signatoribus auspex.*

Adde inf. cap. XXIX. TORR. *Et dote* Exc. Cujac. De auspiciis in nuptiis vid. Val. M. II. I. & ibi Comment.

Quatenus sibi matrimonia] Liber unus, *quod matr. sibi*, alter *quia matr. sibi*. sed legendum *quatinus sibi matr.* ut in optimo cod. quod alii interpretantes, & *quia*, & *quod* substituere. Horat. lib. I. Sat. III.

> *Denique quatinus excidi penitus vitium irae,*
> *Cetera item nequeunt.*

Id est, quoniam. TORR. *Quatenus* scriptum in MSS. non *quatinus*, ut praecepit Festus, & scribi observavimus in antiquis Juvenalis membranis, quarum copiam nobis fecit V. CL. & amicissimus Dionysius Gothofredus Jurisconsultus. eandem scripturam constanter servatam in

pro concione apud praetorianos, *Quatenus sibi matrimonia male cederent, permansurum se in coelibatu: ac nisi permansisset, non recusaturum confodi manibus ipsorum.* Nec durare valuit, quin de conditionibus continuo tractaret, etiam de Petinae, quam olim exegerat, deque Lolliae Paullinae, quae C. Caesari nupta fuerat. Verum illecebris Agrippinae, Germanici fratris sui filiae, per jus osculi & blanditiarum occasiones pellectus in amorem, subornavit proximo senatu, qui censerent cogendum se ad ducendum eam uxorem, quasi Reipublicae maxime interesset: dandamque ceteris veniam talium conjugiorum, quae ad id tempus incesta habebantur. Ac vix

in veteribus libris Pauli Diaconi De gestis Longobardorum, & aliis nonnullis notare inter legendum meminimus. At apud Florum & alios non paucos non minore constantia *quatenus* pro quoniam, exaratum reperias. CASAUB. *Quatinus* Periz. Hulf. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres, Bonon. Lugd. & ita Lipsius adducto loco Horatii, quem Torrentius habet, qui & ad lib. I. Sat. I 63. videndus. Litigant admodum Grammatici an *quatenus*, an *quatinus*, ut & *protenus* & *protinus* scribendum, & an pro diversa scriptura diversum quid notet. vide Comm. ad Lucret. II. 926. & Cortium de usu Orthogr. Latin. dissert. I. cap. III. §. 6. pag. 34. Freinsh. Indice in Florum in *quatenus. quod* vero in libro Torrentii est ab explicatione, & erat in marg. Basil. BURM.

Confodi] *Se confodi* Copes.

Exegerat] *Egerat* Harl. nescio vero unde Berneggerus in indice hanc Lolliam uxorem Claudii dicat. nam ipsi nuptam fuisse non legi. vid. Tacit. XII. Ann. I. & ibi Lips. BURM.

Lolliae Paullinae] Calig. cap. XXV. Eam Agrippina occidit. Dion & Zonaras. TORR.

Per jus osculi] Quo saepius & aperte, ut fratris filia, in Claudii complexus, & oscula sese effundebat. Vetus praeterea est, nec a Romanis, ut Cato & Plinius docent, tantum, sed a peregrinis quoque gentibus servatum, ut necessitudine conjunctas osculo viri exciperent. Ovidius:

> *Oscula aperta dabis, oscula aperta dabo.*

SABELLICUS. Tib. cap. LXXIV. Torrent. *per ejus* Marg. Gryph., quod nusquam reperi.

Pellectus] *Praeallectus* Harlem. Edd. Venetae tres, Lugd. *occasionem* etiam Copes.

Subornavit proximo senatu,] Plane istum Claudii mimum multis post seculis retulit Michael Imperator: qui uxore mortua coelibatum initio professus, mox in Euphrosynae virginis Christo devotae amorem pellectus, ne levitatis notam subiret, subornavit qui cogendum Imperatorem censeret ad ducendum uxorem. Urgere igitur senatus; ille recusare, abominari. quid multa? vix tandem multis senatus precibus exorari se passus Imperator est. Lege Cedrenum. CASAUB.

Qui censerent] Id Vitellium fecisse volunt. Vide Tacitum XII. 5. & Zonaram. II. Ann. p. 185. TORR. *Qui censerent* Edd. Rom. Junt. Ald. Steph. Basil. Gryph. Plant. Colin. Doleti & Gronov. & recte. Non enim voluisse invidiam tam turpis sententiae unum subire, vero est similius: licet Vitellius suis artibus id perpetrandum sumserit, quem secuta est multa patrum adsentatio. *cogendum ad d.* sine *se* Exc. Cujac. quod abesse potest, nisi pro *eum* capiatur. BURM.

Incesta habebantur.] Ut contracta contra publicam honestatem. Justinian. tit. De nuptiis. Alia vero Athenis lex, de qua Terent. Phormione I. II. 75.

> *Lex est ut orbae qui sunt genere proximi*
> *Eis nubant, & illos ducere eadem haec lex*
> *jubet.*

Nec tamen Corn. Nepoti (sive Aemilius Probus est) assentior, cum praefatione operis sui, *Non fuit*, inquit, *turpe Cimoni, Atheniensium summo viro, sororem germanam habere in matrimonio, quippe cum cives ejus eodem uterentur instituto. At id quidem nostris moribus nefas habetur.* nam & Plutarch. & Athenaeus, & Suidas in eo graviter id reprehendunt, ut contra leges admissum. TORR. Non est dubium, ante hanc constitutionem Claudianam incesta Romae esse habita conjugia, sive patrui cum fratris filia, sive avunculi cum fratris sorore. utriusque conjunctionis eadem est & par ratio. neque sunt audiendi, qui tradunt illa quidem fuisse permissa, at non ista. haec quoque Claudii constitutio non diu obtinuit, hoc est, non

vix uno interpoſito die, confecit nuptias: non repertis, qui ſequerentur exemplum, excepto libertino quodam, & altero primipilari, cujus officium nuptiarum & ipſe cum Agrippina celebravit. Liberos ex tribus uxoribus tulit: ex Urgulanilla Dru- 27 ſum & Claudiam: ex Petina Antoniam: ex Meſſallina Octaviam, & quem primo Ger-

non ultra Nervam. de quo ſcribit Xiphilinus e Dione: ἐνομοθέτησε δὲ ἄλλα τε, καὶ οὐδὲ τὸ μὴ ἐ-κτομίζεσθαί τινα, μήτε ἀδελφιδῆν γαμεῖν. *conſtitutiones cum aliis de rebus fecit, tum de non caſtrandis maribus, & ne fratris filiam ducere uxorem liceret.* Atque hunc Dionis locum opportune ſuggeſſit mihi Fridericus Oueni Guntherus, adoleſcens Germanus: quem praeſtantiſſimi viri Joannis Caſelii commendatio quum mihi primum conciliaſſet, ſua mox virtus & eruditio chariſſimum reddiderunt CASAUB. Apud Romanos quidem. Ideo Tacitus XII. 6. *Nova*, inquit, *nobis in fratrum filias conjugia: at aliis gentibus ſolennia, nec lege ulla prohibita.* Athenis id licuiſſe oſtendit Iſaeus & Lyſiae vita Plutarchus. Imo ejus facti apud Hebraeos exſtant exempla. Talem namque Abrahamo Saram fuiſſe Joſephus putat. Idem poſt datam legem exempla nobis dat in Herode, qui fratris filiam duxerat, & ſuam filiam fratri Pherotae deſponderat. Vide eum Antiquae hiſtoriae lib. XII. & XVI. Phineo patruo promiſſa Andromede, Ovid. Metamorphoſeon v. Id igitur apud Romanos vetitum permiſit Claudius: vetuit Nerva: permiſit Heraclitus. HUGO GROTIUS in Flor. Sparſ. p. 242. *Inceſtum* Bonon. credo vitio operarum, quia in notis Beroaldus *inceſta* explicat. ſecutus tamen Pariſienſis editor. vide de his inceſtis egregie diſputantem virum Illuſt. Ez. Spanhem. ad Julian. Orat. I. pag. 91. Licuiſſe tamen videtur uxoris ſororis filiam ducere. vid. Val. Max. I. v. 4. BURM.

Primipilar.] Talledium Severum, equitem Romanum, vocat Tacit. lib. XII. cap. 7. Quanquam *T. Aledius* ibi lego. ſic enim Juvenal. Sat. v. 117.

> —— *tibi habe frumentum Aledius inquit,*
> *O Libye, disjunge boves, dum tubera mittas.* TORR.

Officium] Vid. ad Calig. XXV.

27. *Druſum Pompejum puberem*] Quare Pompejum cognominavit? An forte ob cognationem aliquam? quod ſane Tacit. innuit lib. IV. cap. 7. quo loco, deſponſa ei Sejani filia, conqueritur Druſus Tiberii Caeſaris filius, cerni jam Sejani effigiem in monumentis Cn. Pompeji, & communes cum Druſorum familia fore nepotes. Magis tamen placet Juſti Lipſii conjectura, ut *Pompejis* legatur, quae urbs Campaniae eſt. Qua lectione recepta, lego etiam *impuberem*. nam ex *Pompejis impuberem*, *Pompejum puberem* fecit quiſpiam, ignarus ſponſalia etiam inter impuberes contrahi poſſe. Similis error Domit. cap. X. TORR. Manifeſtum mendum, fortaſſe legendum: *Druſum propemodum puberem* &c. URSIN. *Pompejum puberem* Memm. Voſſ. Periz. Harlem. & Edd. omnes uſque ad Caſaub. qui Lipſii emendationem lib. II. Antiq. Lect. 6. & ad Tacit. III. Ann. 29. *Pompejis* recepit. ſed haec placere non potuit Jac. Gronovio, qui *Pomptiae impuberem*, pro *Pomptiae* ſcriptum fuiſſe conjicit. utinam addidiſſet argumenta, quibus urbem mihi hoc nomine ignotam illuſtraſſet. an *Pometiam* intellexerit, quia *Pometinae* & *Pomptinae* Paludes dicuntur ſupr. Caeſ. XLIV. & Cluverius quidem Ital. Ant. lib. II. p. 1024. profert exempla in hujus urbis appellatione contracta *Pontia*, ſed nullum, ubi *Pomptia*, de ipſa urbe dicitur. quis credat ergo Suetonium ſolum ita vocaſſe? & facilius *Pompejum puberem* potuit depravari ex *Pompejis impuberem*, quam *Pomptiae*. Denique cur non potius *Pompejae impuberem* fecit, quum haec urbs Πύμπαια a Strabone vocetur, & ſeceſſibus celebrata, & villis Romanorum frequentata fuerit, in qua veroſimilius infantem ruſticantem, tempore, quo pyra & alii fructus maturi eſſent, obiiſſe, quam inter paludoſa Pometiae rura: quo an ita libenter & frequenter Romani, animi cauſſa, ſeceſſerint, quam ad Pompejani otia Sarni, dubito vehementer. Copeſ. cod. habebat *Pompejum impuberem*, proxime ad verum. niſi quis velit *in Pompejano.* ſed acquieſco Lipſii emendationi. *puberem* & *impuberem* confuderunt & infr. Domit. cap. X. de Filia Sejani ipſi deſponſata vid. Lipſ. ad Tacit. IV. Ann. 7. BURM.

Pyro] *Piro* Memm. Periz. & Edd. veteres fere omnes. Hic etiam dubitatio oriri poſſit,

Ffff f quum

Germanicum, mox Britannicum cognominavit. Drusum Pompejis impuberem a-
a. misit, pyro per lusum in sublime jactato, & hiatu oris excepto strangulatum: cui & ante paucos dies filiam Sejani despondisset. Quo magis miror fuisse qui traderent, fraude a Sejano necatum. Claudiam ex liberto suo Botere conceptam, quamvis ante quintum mensem divortii natam, alique coeptam, exponi tamen ad
b. matris januam, & nudam jussit abjici. Antoniam Cn. Pompejo Magno, deinde Fausto Syllae, nobilissimis juvenibus, Octaviam Neroni privigno suo collocavit, Silano ante desponsatam. Britannicum vigesimo imperii die, inque secundo consulatu natum sibi, parvulum etiam tum, & militibus pro concione manibus suis gestans, & plebi per spectacula gremio, aut ante se retinens, adsidue commendabat, faustisque ominibus cum adclamantium turba prosequebatur. E generis
c. Neronem adoptavit: Pompejum atque Silanum non recusavit modo, sed & in-
28 teremit. Libertorum praecipue suspexit Posiden spadonem, quem etiam Britannico

quum pyra vulgo fere grandiora sint, quam ut ore impuberis hiantis possint excipi, & inde in fauces descendere, ut strangulent, an non vox corrupta sit. Scio minutum etiam pyrum, & in primis non maturum posse intelligi. Sed mihi olim incidebat *pruno* forte scriptum fuisse, sed nihil adfirmo. *jacto* citat Lipsius d. l. ad Tacit. *strangulatum* vero omittit. & in editionis primae margine legitur *excepto*, *cum ei ante*, pro conjectura, quae & in ora codicis Lipsiani exstat. & hanc quoque Graevius probat correctionem: sic mox *eum* & *cum* permutatur. vid. & cap. XV. XXXV. & *cui* & *cum* commutatum in Aug. XLV. BURM.

Strangulatum] Cod. Salmas. *Strangylatum*, ob affinem ✱ U & Y pronunciationem. Vide supra ad LIV. Tib.

Cui & ante paucos dies filiam Sejani] Scribe: *cum ei ante paucos dies filiam Sejani despondisset*. GRONOVIUS.

Claudiam ex liberto] Fortasse, *Claudiam, ut liberto suo Botere conceptam*. URSIN. Pro *alique*, *aliquo* Exc. Cujac.

Tamen] *Tandem* Exc. Cujac. pro var. lect.

Silano ante desponsatam] Duos Claudii generos, Cn. Pompejum Magnum, & L. Junium Silanum, sup. etiam cap. IV. ex Dione commemoravimus. L. Silani meminit etiam Tacit. cujus fratrem, M. Silanum, Augusti abnepotem vocat initio lib. XIII. Aliquid Plin. lib. VII. cap. XIII. TORR. Codex Salmas. *desponsam*. & Exc. Cujac.

Militibus] *Militi* Memm. Copes. & Exc. Cujac. & ita saepe noster, ut supr. cap. I. & XII. & alibi. BURM.

Per spectacula] *Spectaculo* Exc. Cujac.

Faustisque ominibus cum adclamantium turba] Melius MSS. tres, *faustisque ominibus cum acclam. turba*. TORR. *Hominibus* Harlem. Edd. Venet. sec. & tert. *omnibus* Plant. *Cum* jam editum in Rom. Bon. Casaub. & aliis. *Cum* & *eum* confusa, ut modo vidimus.

Pompejum atque Silanum non recusavit modo, sed & interemit] Quia Tacitus lib. XII. non ita longe ab initio scribit, Silanum sibi consciſſe mortem: Suetonius vero in hoc adeo titulo adserit, Octaviam primum Pompejo, deinde Sullae locatam. Unde hoc item loco legendum puto: *Pompejum atque Sullam non recusavit modo, sed & interemit*. non autem *Pompejum ac Silanum*. GLAREANUS. Memoriae vitium. non enim Octaviam, sed Antoniam Pompejo & deinde Syllae collocatam dicit noster. BURM.

28. *Posidem spadonem*] Sic Juvenal. Sat. XIV. 91.

Ut spado vincebat Capitolia nostra Posides.

Alii *Posidium* vocant. Unde aquae *Posidianae* in Bajano appellatae fuerunt. Plin. lib. XXX. cap. 2. TORR. Vide Schol. Juven. Sat. XIV. 91. ubi huic quaedam tribuuntur, quae noster Harprocrae & Felici adscribit. emendavit vero Scholiastem recte Schurtzfleischius. BURM.

Feli-

(a) A.U.C. DCCLXXIII. (b) A.U.C. DCCCVI. (c) A.U.C. DCCCIII.

nico triumpho inter militares viros hasta pura donavit. Nec minus Felicem, quem cohortibus & alis provinciaeque Judaeae praeposuit, trium reginarum maritum. Et Harpocram, cui lectica per urbem vehendi, spectaculaque publice edendi

Felicem] Vide de hoc Felice Tacitum lib. XII. post splendida illa de Judaeis mendacia, & Hierosolymae descriptionem, ac templi Dei a Pompejo profanati captivitatem: ubi Antonius Felix dicitur, M. Antonii progener, cum Claudius nepos esset. Drusilla enim uxor ejus, Cleopatrae & Antonii neptis erat, ex Helene ac Juba procreata. Divus Lucas eam Judaeam appellat, cap. XXIIII. in Actis. Illud autem, *Trium reginarum*, nemo explicat, fortassis quia ignoratur. Mihi porro eadem caussa fuit. GLAREAN. Hic etiam in Actis Apostolorum commemoratur. Tacitus & Joseph. eum Pallantis fratrem faciunt. Quod vero trium reginarum maritum vocat Sueton. id ad stupra referendum puto. Drusillam vero, Judaeam natione, quam sacrae etiam litterae ei uxorem tribuunt, Azyzo, Emesenorum regi, ante nuptam fuisse, auctor idem Josephus. TORR. Claudium Felicem, qui & Antonius Felix in quinto Historiarum cap. 9. Tacito dictus. notus homo e sacra Actorum histo:ia, Josepho, aliis. CASAUB.

Trium reginarum maritum] Ad amores vagos Felicis eruditi homines referunt. ita simile fuerit illi de Julio Caesare, *omnium mulierum virum fuisse*. At *maritum* heic Suetonius ait, non *virum*. hoc igitur sine dubio significare voluit, pullo huic Veneris tres diversis temporibus nupsisse regio sanguine prognatas mulieres. Drusillam Judaeam Agrippae regis sororem ductam in uxorem a Felice, Josephus narrat lib. XX. Antiquit. Sunt qui existiment de altera ejusdem uxore loqui Tacitum, in quinto Historiarum cap. 9. sic scribentem: *Antonius Felix, per omnem saevitiam ac libidinem, jus regium servili ingenio in Judaea provincia exercuit, Drusilla Cleopatrae & Antonii nepte in matrimonium accepta: ut ejusdem Antonii Felix progener, Claudius nepos esset.* Neque potest dubitari, quin vera sit haec sententia: nisi probetur Agrippa Magnus praeter Cypron Phaseli filiam, alteram quandam uxorem habuisse, Cleopatrae & Antonii filiam: quod nemo veterum, opinor, scriptum reliquit. CASAUB. E quibus duae fuerunt Drusillae, altera M. Antonii triumviri & Cleopatrae neptis, altera Judaea soror Agrippae. Antonius, qui post Ti. Claudius Felix, potens in aula Claudii, e liberto Antoniae minoris matris hujus, Drusillam Antonii & Cleopatrae neptem, Cleopatrae cognomento Selenae, Suet. Cal. 26. & Jubae Mauritaniae regis, de quorum conjugio vid. Dion lib. LI. filiam Ptolemaei, quem Cajus regni paterni haeredem occidit, Dion l. 59. sororem duxit: quod matrimonium de imparitate nemo accusare potuit, quod Felix, etsi servili antea conditione, e regibus Arcadiae ortus ferretur; Cleopatra autem regis bello capti filia esset. & hoc tanquam sibi de Felice compertum narrat Tacit. v. Hist. Post cum aucta potentia a Claudio Judaeae imponeretur Felix, in Agrippae majoris genus domumque irrepsit artibus alicujus Simonis, Judaei Cyprii, magi, qui istius filiam pariter Drusillam, e Cypro Phaseli Herodis M. filia natam, dimissam ab Azizo Emesenorum rege, ei conciliavit: & hoc in patria sua gestum de homine extero scire potuit Josephus. In eo fortasse lapsum esse Tacitum suspicari possimus, quod Drusillae Antonianae neptis matrimonium Felici Judaeam pro Caesare curanti tribuit, quod is, cum in aula adhuc versaretur, fortasse sub Cajo, vel initiis tamen Claudii contraxerat. THOMAS REINESIUS. ep. XXVII. ad Rupertum. Adde & Rupert. Epist. XLVII. pag. 608. Pontanus in Sylloge Epistolarum a Matthaeo editarum pag. 382. legit, *etiam reginarum maritum.* & esse enallagen numeri, pro *Reginae.* Dion. Vossius in eadem Sylloge p. 384. *tertium reginae maritum.* vid. & Glandorp. Onomast. pag. 92. BROUKH.

Harpocram] Hujus (quod sciam) solus meminit Sueton. At Callistum, quem alii omnes celebrant, solus omisit. Ut non abs re Callistum binominem fuisse, Beroaldus crediderit. At notandum, jus lectica per Urbem vehendi, atque edendi spectacula, beneficii Principis fuisse, quemadmodum & jus anulorum aureorum, de quo JCti. TORR. Ἁρπόκρας ex Ἁρποκράτης contractum fuisse videtur: sic [illegible] pro τῷ [illegible]. GUJET. *Arpocram* legit

 Ca-

dendi jus tribuit. Ac ſuper hos Polybium a ſtudiis, qui ſaepe inter duos Conſules ambulabat. Sed ante omnes, Narciſſum ab epiſtolis, & Pallantem a rationi-

Caſtalio Decur. VII. Obſerv. I. ubi Beroaldum & Torrentium reprehendit, & docte diſputat de nominibus ſervorum & libertorum. BROUKH.

Lectica] *Lecticam* Periz. *per orbem* Ed. Rom.

Cui ſpectacula publice edendi jus tribuit] Id enim juris promiſcui non fuit, ſed ratio cenſus habita: exſtat namque apud Tacitum ſenatuſconſultum, quo cautum, *Ne quis gladiatorium munus ederet, cui minor quadringentorum millium res eſſet*, lib. IV. Annalium cap. 63. Spectata etiam perſona: neque enim id fuit libertini generis hominibus permiſſum, ſaltem in Urbe, ut declarat hic locus: neque alias vilibus hominibus, unde illa indignatio duorum aequalium poëtarum Juvenalis Satyra III. 34.

Quondam hi cornicines, & municipalis arenae
Perpetui comites, notaeque per oppida buccae,
Munera nunc edunt. & Martialis, III. Ep. II.
Das gladiatores, ſutorum regule cerdo:
Quodque tibi tribuit ſubula, ſica rapit.

CASAUB.

Polybium a ſtudiis] Ad hunc exſtat Senecae conſolatio in morte fratris ejus. Meminit ejuſdem Dion. Reperitur & de altero Claudii liberto a ſtudiis haec inſcriptio: TI. CLAUDIUS LEMNIUS. D. CLAUDI. AUG. LIB A STUDIIS. TORR. Seneca conſolatione ad hunc ipſum, cap. XXIV. *cum animum eſſe tu credis fratris tui, ut te velit abducere ab occupationibus tuis, id eſt, a ſtudio & Caeſare?* Sed de hujus miniſterio in aula Claudii vide ibidem cap. XXVI. CASAUB. In lapide a Torrentio laudato apud Grut. DLXXXIV. 3. legitur *Ti. Claudius Lemnus*, non *Lemnius*: & vel idem, vel alius eodem nomine, ſub Veſpaſiano, inter nomina eorum, qui in Baſi ſtatuae leguntur, memoratur apud Gruter. pag. CCXLI. *Tib. Claudius Lemnus*. BURM.

Inter duos conſules] Spartian. Hadriano: *Cum quodam tempore ſervum ſuum inter duos ſenatores e conſpectu ambulare vidiſſet, miſit qui ei colaphum daret, & diceret, Noli inter eos ambulare, quorum adhuc potes eſſe ſervus.* TORR.

Narciſſum ab epiſtolis, Pallantem a rationibus] Utriuſque horum divitiae in proverbium abierunt. Narciſſi ab epiſtolis factum egregium narrat Dion. immiſſo enim poſt Claudii mortem ſibi percuſſore, omnes Claudii litteras, quae in ſua erant poteſtate, quibuſque ſecreta adverſus Agrippinam continebantur, cremavit. Hujus potiſſimum opera Meſſallina periit. Qua de re etiam Juvenal. Sat. XIV. 329.

—— divitias Narciſſi,
Indulſit Caeſar cui Claudius omnia, cujus
Paruit imperiis, uxorem occidere juſſus.

De Pallante inſignes duae Plinii epiſtolae XXIX. lib. VII. & VI. lib. VIII. TORR. Spon. in Miſcel. Erud. Antiq. p. 103. lapidem profert, in quo *Q Caecilius Narciſſus* memoratur, & addit, *nihil eſt, quod me moveat, ut hunc Q. Caecilium Narciſſum eumdem eſſe putem, cum celebri illo Claudii Liberto.* quae verba accepit Fabrettus cap. IV. Inſc. p. 322. quaſi Sponſus eumdem putaverit: quum mihi hoc plane negare & diverſos facere videatur. Quaſi duo fuerint Narciſſi, Claudius Narciſſus, & Caecilius Narciſſus. Nam ſine dubio praenomine & nomine Patroni, ut omnes ejus liberti, dictus fuiſſet, *Tib. Claudius Narciſſus*, non *A. Caecilius*. Communicavit mecum olim inſcriptionem Cl. Graevius, ſed quae vitiata, & male deſcripta videtur.

D. M.
CLAUDIAE.
DICAEOSYNE
TI. CLAUDIUS
NARCISSUS
LIB. AELD. COIV
PIENTISSIMA
ET FRUGALISSIMA.
B M.

Neſcio an alibi legatur. BURM.

Quaeſtoriis praetoriiſque ornamentis ornari libenter paſſus eſt:] Scribe e Memmiano & pluribus aliis, *honorari libens paſſus eſt*. CASAUB. Haud aliter quoque Pall. pr. ac ſec. non *ornari*, ut hactenus editi. GRUTER. Gronov. de Memm. nihil monet, licet Caſaubonus in eo fuiſſe dicat *honorari*, ut etiam in Exc. Cujac. Voſ. & Ed. Baſil. & ſane moleſtia repetitio *ornamentis ornari*. licet ita & quidam codices exhibeant in Tiber. IX. & in Vitel. III. varientur haec verba & alibi. ita apud Valer. M. II. 1. 3. *quae uno con-*

tionibus: quos decreto quoque senatus non praemiis modo ingentibus, sed & quaestoriis praetoriisque ornamentis honorari libenter passus est: tantum praeterea adquirere & rapere, ut querente eo quondam de fisci exiguitate, non absurde sit dictum, *abundaturum, si a duobus libertis in consortium reciperetur.* His, ut dixi, 29 uxoribusque addictus, non Principem se, sed ministrum egit. Compendio cujusque horum, vel etiam studio ac libidine, honores, exercitus, impunitates, supplicia largitus est: & quidem insciens plerumque & ignarus. Ac ne singulatim minima quaeque enumerem, revocatas liberalitates ejus, judicia rescissa, suppositos aut

contentae matrimonio fuerant, corona pudicitiae honorabantur, ubi quidem codices, *coronabantur.* unde apparet talia librariis deberi. Apud eumdem lib. II. II. 7. *quo talium rerum usu auctoritas magistratuum esset ornatior.* MSS. *honoratior.* sed ibi *ornatior* retinendum: respicit enim ad communem loquendi formulam, qua & *provinciae* & ipsi magistratus *ornari* dicebantur, ut supr. Caes. XVIII. & paullo antea Valerius *instrui imperio* dixerat eodem sensu. *libens* etiam Copes. & Hulss. *praetoriis* non *praetoriisque* Copes. Burm.

A duobus] *A* deest Harlem. & Periz.

29. *His (ut dixi) uxoribusque*] Libri duo *His, (ut dictum est) ux.* Ego utrumque rejecerim. Torr. Non placet quod quidam existimant, rejiciendas esse voces, *ut dixi:* respicit enim sine dubio, quae scripsit ante capite vicesimo quinto. huc pertinet quod elegantissime Philostratus ait, de Claudio loquens in vita Tyanei libro quinto: Ἀλλὰ κλαύδιος φιλολόγος ὢν πολλὰ μειρακιώδη ἔπαθε καὶ μηλόβοτον γυναίοις τὴν ἀρχὴν ἀνῆκεν. Et iterum paullo post, ἐννοῶ τὸν χρηστὸν Κλαύδιον ὡς ὑπὸ γυναίων ἐμβροντηθεὶς, ἐπιλάθοιτο οὐ τοῦ ἄρχειν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ζῆν. venustissime etiam Julianus, qui Claudium absque uxore & libertis suis ait esse instar earum personarum, quae in fabulis mutae introducuntur. id enim δορυφόρημα Graeci vocant in hoc proverbio: ὅτι γὰρ, ait, ἐκεῖνον δίχα τούτων τῆς τραγῳδίας τὸ δορυφόρημα μικροῦ δεῖν φάναι καὶ ἄψυχον. simillime Plutarchus in extremo Alexandro, Arridaeum, qui mortuo illo aliquandiu aliis, sibi nunquam rex fuit, δορυφόρημα regiae majestatis vocat, quasi dicas simulacrum & mutam imaginem. ὁ γὰρ, inquit, de Perdicca loquens, ὄντος ἐν δυνάμει μεγίστῃ, τὸν Ἀρριδαῖον ὥσπερ δορυφόρημα τῆς βασιλείας ἐφελκόμενος. Apud Athenaeum & Lucianum δορυφόρημα idem valet ac κωφὸν πρόσωπον. Casaub. *Ut dictum est* Basil.

Principem se] Ita omnes scripti & editi. & aliis in locis illud *se* additur, in quibusdam vero codicibus omittitur. vid. ad Tiber. cap. XII. & supr. cap. XXV. Burm.

Ac libidine] *Ut libidine* Copes. pro *aut*, ut est in Exc. Cujac. & ut alibi quoque observatum est.

Impunitates] *Immunitates* malebat Lipsius. & ita alibi, ut Aug. XIV. Galb. XV. ubi utraque vox jungitur. sed quia sequitur *supplicia*, nihil hic mutandum. Burm.

Minima quaeque] MSS. Omnes, & plures impressi, *minora quaeque*, vel *quoque.* Torr. *Minora quoque* Memm. Exc. Cujac. *minora quaeque* Ed. Venet. pr. marg. Basil. & ita edidit Graev. olim, quem miror ex Aldina & Romana eam lectionem preferre, quum in iis *minima quaeque* sit; duas autem Aldinas consului, utramque Egnatii praefatione instructam An. MDXVI. & MDXXI. alias non vidi. parum vero interesse putem. *non minora quaeque* Hulss. Burm.

Liberalitates ejus,] Sic quidem ex Turnebo Pulmannus, nostri tamen codices omnes *libertates* habent. quae sane lectio non inidonea est, quandoquidem de ingratis libertis ante dixit. Quibus saepe non pro merito, sed pro suorum libidine libertatem ademerit Claudius. Dictio tamen *ejus* effecit, ut *liberalitates* malim. Torr. *Libertates* etiam notaverat Lipsius & Exc. Cujac. sed ut accedam Torrentio facit adjecta vox *ejus*, quae melius liberalitatibus convenit: nisi distinguas *libertates, ejus judicia* &c. sed vulgata sola vera est. licet & *libertates*, sit in Periz. Harlem. & veteribus editionibus fere omnibus, praeter Plantin. & sequentes. & ita a librariis confundi *liberalitates* & *libertates* ostendit ad Cicer. II. de Finibus 26. Davisius. Beroal. & Sabell. vero non servis, sed populis & civitatibus datas intelligunt: qualem Lyciis ademtam supr. cap. XXV. narravit. sed

aut etiam palam immutatos datorum officiorum codicillos, Appium Silanum consocerum suum, Juliasque, alteram Drusi, alteram Germanici filiam, crimine incerto,

si pluribus hoc accidisset, ibi sine dubio retulisset auctor. *revocare* vero hic de liberalitatibus dicitur, ut *praemia* Neron. XXXXI. XLIV. & expresse Galb. XV. *liberalitates revocandas.* BURM.

Datorum officiorum codicillos] Principes enim officia deferebant, missis traditisve codicillis. Postea adjecta sunt codicillis etiam insignia, de quibus multis locis Justinianis in Novellis, & affatim in Notitia utriusque Imperii, & in eorum temporum historicis persaepe. Graeci interdum Latina voce utuntur, & κωδικίλλους vocant, ut Arrianus in Dissertationibus Epicteti libro tertio capite nono: interdum πινακίδας. Sic accipi ea vox debuit apud eundem Arrianum libro primo cap. X. ubi de quodam loquens qui ab exsilio revocatus, & Romam tendens, in itinere Epicteto affirmaverat, se pedem nunquam in aula positurum: Νῦν δὲ, inquit, τί ἐποίησε; πρὶν ἐλθεῖν εἰς τὴν Ῥώμην, ἀπήντησαν αὐτῷ παρὰ Καίσαρος πινακίδες· ὁ δὲ λαβὼν πάντων ἐκείνων ἐξελάθετο, καὶ λοιπὸν ἐν ἐξ ἑνὸς ἐπισεσώρευκεν. Synesius epistola quadam ad fratrem, μετὰ τὸν ἱερώτατον καὶ φιλοσοφώτατον Πεντάπολιν τὰς πινακίδας, ἃς ἡ πολιτεία σύνθημα ποιεῖται τῆς Αἰγυπτίας ἀρχῆς, Εὐβάλιος ὁ Ἀνδικάς ἔχει λαβών. Sozomenus libro VII. cap. XXIV. δέλτους vocat. Et libro IX. cap. VII. cum ait, ὡς δέον δέλτους αὐτὸν πέμψαι στρατηγοῦ δυνάμεως ἐπιτρέψας. Cassiodorus non semel *chartas*. Suetonius in Vespasiano cap. VIII. *litteras*. Symmachus epistolarum libro secundo, *sacras litteras*. Ita accipienda vox γράμματα apud Herodianum libro primo cap. 6. hoc loco: ἐγκειμένων δὲ τῶν περὶ αὐτὸν θεραπόντων, οὐκ ἔτι μὲν τοῖς φίλοις οὐδὲν ἀνεκοινοῦτο, ἐκπέμψας δὲ γράμματα, καὶ διανείμας οἷς ἐδοκίμαζε τὴν ὄχθην τοῦ Ἴστρου τὴν φρουρὰν, προστάξας τε αὐτοῖς ἀνέχειν τὰς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομὰς, ἐπαγγέλλει τὴν ἔξοδον. Doctissimus Politianus interpretatur, *litteras Romam missas a Commodo:* nos putamus *codicillos* intelligi, quibus varia variis officia mandavit Commodus, cum exercitus suos ordinaret, quos erat mox relicturus. Ad hujusmodi codicillos dignitatum alludens Basilius in homilia de hominis fabrica, Σὺ μέντοι, inquit, παρὰ θεοῦ ἔλαβες οὐκ ἐν ξύλοις γεγραμμένην, οὐδὲ ἐν πυξὶ φθαρτοῖς σημείοις περιγραφομένην (ἀρχῆς ἐξουσίαν) ἀλλ' ἀνάγραπτον ἡ φύσις ἔχει τὴν θείαν φωνὴν, Ἀρχέτωσαν. Sic litteris missis traditisve dignitatem adimebant, ut apud Zosimum lib. IV. de Valentiniano Arbogastem exauctorante, δίδωσιν αὐτῷ γράμματα τῆς ἀρχῆς παραλύοντα. Unde est, *epistolam vel codicillos ab aliquo auferre*, pro exauctorare & dignitate spoliare, ut in l. XX. Cod. Theodos. De decurionibus. in historia veteris Ecclesiae ἀφαιρέματα καθαιρετικὰ hoc sensu non raro legere memini. CASAUB. *Codicellos* Hulf. ut & alibi.

Appium Silanum consocerum suum] Is ergo M. & L. pater fuit, de quibus ante. De Appii vero hujus morte inf. cap. XXXVII. Addit Dion, matrem Messalinae ei nupsisse, atque inde natum odium, quod cum nuru concumbere noluerit. Fuit ergo & consocer Claudii ob conjunctos matrimonio utriusque liberos, & socer ratione conjugis Messallinae. TORR.

Juliasque] Codices quidam, ac nominatim vetustus ille, habent *Julias*, non *Livias*. Ceterum Beroaldus exponit de Livia, quae fuit uxor Drusi, Tiberii Imperatoris filii, quae postea Sejani meretrix facta: de qua Plin. lib. XXIX. cap. I. At contra ego *Julias* legendum, ut habet vetustus codex, contendo: ac Suetonium de Druso, Tiberii filii, filia, non de uxore loqui existimo. Nec obstat varia alibi denominatio. Tacitus enim Drusi filiam vocat Juliam, lib. III. ad anni VI. Tiberii finem. Idem Tacitus etiam Germanici filiam, Juliam vocat, anni XIX. Tiberii, lib. V. Vinitio junctam. Commentatores decepti videntur, quod mulieres istae saepe binomines fuerint. GLAREAN. Recte. sic enim MSS. omnes. Quam lectionem fatetur & Sabellicus, sed *Livias* substituit, neutras sibi cognitas ostendens. Dion lib. LX. p. 677. rem explicabit, de Messallina loquens, his verbis: *Juliam, filiam Drusi, Tiberii filii, quae uxor Neronis, Germanici filii, fuerat, aemulatione ducta, & alteram Juliam, Germanici filiam, interemit.*



Hoc tantum monendus est lector, Juliam hanc Germanici filiam etiam Livillam vocatam fuisse, & quidem a Suetonio Caligul. cap. VII. cum eandem hic Juliam vocet, ut semper Dion, & hic Caji nummus aereus. TORR. *Liviasque* Edd.

certo, nec defensione ulla data, occidit. Item Cn. Pompejum, majoris filiae virum, & L. Silanum minoris sponsum. Ex quibus Pompejus in concubitu dilecti adolescentuli confossus est. Silanus abdicare se praetura ante quartum Kal. Januarias, morique initio anni coactus, die ipso Claudii & Agrippinae nuptiarum. In quinque & triginta senatores, trecentosque amplius equites Romanos tanta facilitate animadvertit, ut de nece consularis viri renuntiante centurione, *Factum esse quod imperasset*, negaret, *quidquam se imperasse*, *nihilo minus rem comprobaret*; adfirmantibus libertis, officio milites functos, quod ad ultionem Imperatoris ultro procurrissent. Nam illud omnem fidem excesserit, quod nuptiis, quas Messallina cum adultero Silio fecerat, tabellas dotis & ipse consignaverit: inductus, quasi de industria simularentur, ad avertendum transferendumque periculum, quod imminere ipsi per quaedam ostenta portenderetur. Auctoritas dignitasque formae non 30 defuit

Edd. Venet. sec. & tert. Bonon. Basil. Gryph. & aliae.

Kal. Januarias] *Januarii* Copes. Harl. *Kal. Jan.* Periz. ut etiam edd. quaedam. *praeturam* Voss.

Die ipso Claudii, &c.] Bene animadversum Lipsio ex Annali Taciti duodecimo cap. 8. Silani caedem in nuptiarum Claudii & Agrippinae diem incidisse. Itaque locum hunc omnem vera interpunctione sic emendat, *morique initio anni coactus*, *die ipso Claud. & Agr. nuptiarum. In quinque*, &c. Equidem redeo in viam, & hanc ei observationem lubens imputo. Torr. *Die ipso.* ante haec verba distinguunt, & referunt continuo ordine haec ad supplicium senatorum & equitum Edd. veteres, praeter Steph. Casaub. & recentiores, quae Lipsio obtemperarunt.

Facilitate] *Felicitate* Harlem. ita apud Tacit. VI. Ann. 15. Pichena corrigebat. sed Freinshemius recte ibi hanc vocem exposuit. & ita Drusus *incallidus & facilis juventa* apud eumdem lib. III. Annal. 8. Burm.

Ut de nece] *Ut cum de nece* Copes. Voss. Exc. Ed. Basil. Steph.

Renunciante centurione] Similis locus Tib. cap. XXII. Torr.

Negaret] *Negare* Harlem. Periz. dein *cum tamen nihilominus* Exc. Cujac. & Voss.

Ultro procurrissent.] Codex Salmas. *procucurrissent*. & Harlem. Huls. Ed. Venet. pr. *excurrissent* Periz. Ed. Rom. *quod adulationem* Copes.

Tabellas dotis,] Juvenal. de nuptiarum officio loquens, *Signatae tabulae*, *dictum Feliciter*, *ingens Coena sedet*, *gremio jacuit nova nupta mariti*. Sat. II. 119. His adde quae paulo ante notavimus cap. XXVI. & Ner. cap. XXIV. Apud JCtos quoque *tabulae nuptiales*, & *tabulae dotales*, l. XXXI. De donationibus l. XII. De dote relegata, l. penult. De donat. int. vir. & uxorem. Torr.

Inductus] *Indictus* Exc. Cujac. quae & *simularetur*.

Ad transferendum periculum] Sensus est: Ex quibusdam portentis harioli praedixerant periculum imminere Imperatori: quod ut Claudius propulsaret, in alterumque transferret, permisit ut Messallino nuberet Silio, ut ita in Silium, tanquam in Imperatorem periculum ipsi imminens transferretur. Nam quemadmodum licebat apud antiquos consuli, & praetori pro se alium civem devovere, ita periculum transferri posse putabatur ab uno ad alterum. Beroaldus. Neron. capite XXXVI. *Ex Babilo astrologo didicit*, *solere reges talia ostenta caede aliqua illustri expiare*, *atque a semet in capita procerum depellere*.

30. *Auctoritas dignitasque formae non defuit vel stanti vel sedenti*] Eginhartus de Carolo Magno: *Unde formae auctoritas ac dignitas tam stanti*, *quam sedenti plurima inerat*. Radevicus de Friderico I. Imperatore: *Tali corporis forma & dignitas & auctoritas tam stanti quam sedenti acquiritur*. Porro *dignitas formae* in viro idem quod pulchritudo in foemina, ut observat Agraetius e Cicerone pro Coelio: atque ita Jacobus Cujacius interpretatur *dignitas certa* apud Papirium Justum l. pen. D. de Decurionib. Vellejus Paterculus de Pompejo: *Fuit hic forma excellens*, *non ea qua flos commendatur aetatis*, *sed ex dignitate constanti*. Casaub.

Vel

defuit vel ftanti, vel fedenti, ac praecipue quiefcenti. Nam & prolixo, nec exili, corpore erat: & fpecie canitieque pulcra, opimis cervicibus. Ceterum & ingredientem deftituebant poplites minus firmi, & remiffe quid vel ferio agentem multa dehoneftabant. Rifus indecens: ira turpior, fpumante rictu, humentibus naribus: praeterea linguae titubantia, caputque, cum femper, tum in quantulocumque actu
31 vel maxime tremulum. Valetudine ficut olim gravi, ita princeps perprofpera ufus eft, excepto ftomachi dolore: quo fe correptum etiam de confcifcenda morte co-
32 gitaffe dixit. Convivia agitavit & ampla & adfidua, ac fere patentiffimis locis, ut plerumque fexcenteni fimul difcumberent. Convivatus eft & fuper emiffarium Fucini

Vel ftanti vel fedenti] Recte opt. codex, *verum ftanti vel fed.* Torr. *Defuit & veterum ftanti* Mem. *defuit ftanti vel* Copef. *verum ftanti* eft a Lipfio. *defuit caeterum ftanti* Exc. Cujac. Heinfius tentabat, *defuit ei, utrum ftanti.* &c.

Et fpecie] Dubitavi, an quia *corpore* praeceffit, *fpecie* non abundaret. nam, nifi de corpore, *fpecies* abfolute pofita, intelligi non poteft, ut ita *fpecies corporis* vel *fpecies* fimpliciter pro varia lectione apud Ovid. II. Amor. IV. 46. & apud Curt. VII. 9. *Specie corporis aequaret Hephaeftionem.* fed & feparavit nofter in Calig. XXXV. *ob egregiam corporis amplitudinem ac fpeciem*: tentabam olim *oris fpecie*; vel *corpore erat, & facie canitieque pulcbra.* fed tutius duxi nihil movere, ut prolixitati & bene habito corpori non defuerit pulchra fpecies, quae oculos fpectantium adficeret. Burm.

Opimis cervicibus] Quod fignum effe hominis ἀναισθήτου confentiunt omnes τῆς φυσιογνωμονικῆς auctores, & confirmat unice hoc exemplum. Casaub.

Spumante rictu] Hinc de Agrippinae boleto loquens Juvenal. Sat. VI. 621.

> —— *Siquidem unius praecordia preffit*
> *Ille fenis, tremulumque caput defcendere juffit*
> *In coelum, & longam manantia labra falivam.* Torr.

Praeterea linguae titubantia] Bene Pulmannus, ut in tribus noftris MSS. non *plectra linguae titub.* Sic Vitel. cap. VI. *titubantia oris.* Torr. Videtur legendum *praeterea linguae titubantia* &c. Nam illud *plectra* nullo modo placet. Ursin. Adde & *manus* ex Dione: qui linguae titubantiam ex tremore capitis profectam fcribit: τὸ δὲ σῶμα inquit, νοσώδης, ὥς τε καὶ τῇ κεφαλῇ καὶ ταῖς χερσὶν ὑποτρέμειν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῇ φωνῇ ἐσφάλλετο. Casaub. *Plectra* Periz. Harl. Edd. prifcae. quod defendit ridicule Beroaldus. Sed Plant. Cafaub. & recentiores *praeterea* reduxerunt ex fcriptis. Pitifcus tamen maluit *plectra* retinere.

Tum femper, tum] Melius *cum femper, tum,* ut in vetufto codice. Torr. *Tum femper* Periz. & Edd. prifcae praeter Rom. Steph. Cafaub. & recentiores.

31. *Perprofpera*] *Profpera* Memm. Exc. Cujac. & Ed. Steph. *praeprofpera* Bonon. Parif.

Stomachi dolore] Graeci καρδιαλγίαν vocant. Unde & *cardiaci*, qui eo morbo laborant. Quo vocabulo Latini quoque ufi funt, Juvenal. Sat. V. Plin. XXIII. cap. I. Celf. lib. III. cap. XIX. Torr.

Correptum] *Correctum* Hulff. ita & inf. XXXVIII. & alibi. forte etiam fcripferit Suetonius, *quo faepe correptum.*

32. *Et ampla*] *Et* deeft Copef.

Plerumque fexcenteni] Liber opt. *fexceni.* Neque emendationem fuam temere mihi probaverit vir doctus, cui placitum *fexageni.* quid enim agimus patentiffimis locis, fi convivae duntaxat fexageni? At fexceni epulum publicum, non convivium. Mane. Qui id credam? nam ecce, mitto jam equites, mitto populum, quid? epulum publicum fuerit, in quo non integer fenatus, ne magno intervallo quidem? Torr. Memmianus corrupte *fefceni.* mihi non difplicet Jufti Lipfii conjectura *fexageni,* maxime propter vocem *plerumque.* neque enim fit mihi verifimile Claudianis plerifque conviviis tantam interfuiffe turbam. Casaub. Incredibilis mihi etiam videtur numerus; nec hic de epulis publicis agi puto, qualia in Capitolio & in urbe folebant dari, quibus Senatus & alii e primoribus aderant: fed de Claudii fere ordinariis & quotidianis conviviis, quibus

cini lacus, ac paene submersus, quum emissa impetu aqua redundasset. Adhibebat omni coenae & liberos suos cum pueris puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes vescerentur. Convivae, qui pridie scyphum aureum surripuisse existimabatur, revocato in diem posterum, calicem fictilem adposuit. Dicitur etiam meditatus edictum, *quo veniam daret flatum crepitumque ventris in convivio emittendi:* quum periclitatum quemdam prae pudore ex continentia repperisset.

bus pascebat amicos, domesticos & alios vocatos, quod mox vocat *convivari*, ut & in Caes. XLVIII. Aug LXXIV. ubi de principalibus, ut hodie & in aulis solet fieri, conviviis quotidianis egit. ut ergo Caesar duobus tricliniis, Augustus magno cum delectu, ita noster magna cum turba convivabatur, cui triclinia ordinaria non sufficiebant. nec dubito quin in coena Trimalchionis, ubi etiam ingens convivarum numerus, haec convivia Claudii nobis exhibeantur. BURM.

Convivatus est &] *Est* deest Periz. Harlem. & Edd. fere omnibus, praeter Steph. Basil. Graev. & Gronov. in quibus ex Memmiano *est* additum fuit.

Adhibebat omni] *Et omni* Copes.

Ad fulcra lectorum sedentes vescerentur] Sic Aug. cap. LXIV. *nec coenavit una, nisi ut imo lecto assiderent.* De Augusti liberis loquitur. *Imum* igitur *lectum* illic, quod hic *fulcra lectorum* vocat. nam fulcrum lecti pars esse videtur. Itaque Ulpian. *Legato* (inquit) *lecto fulcra quoque continentur.* Ut ad imam fulcri partem sedisse pueri videantur. Quem morem etiam Tacit. XIII. Ann. 16. ostendit, ut Principum liberi cum ejusdem aetatis nobilibus sedentes vescerentur in aspectu propinquorum propria & parciore mensa. Sed & Dionis locus de Cajo Principe huc spectat, cum ait: *Ibi Pomponius Secundus Cos. ad pedes ejus assidens, cibum capiebat, ac subinde demisso capite eos deosculabatur.* De fulcro lecti, sed cubitorii, notandus etiam Gellii locus lib. x. cap. XV. *neque apud ejus lecti fulcrum capsulam esse.* Loquitur de Flamine Diali. TORR. Quem & vid. ad Horat. I. od. 27.

Convivae] Is fuit T. Vinius, (si Tacito credimus lib. I. Histor.) de quo Galb. cap. XIV. TORR. *T. Junium* vocat Crinitus XII. de Honest. disc. 9. BROUKH.

Revocato] Hic alio sensu hoc verbum ponitur, quam ad Phaedr. I. Fab. 26. & Cicer. pro Rosc. Amer. cap. XVIII. hic enim est, eumdem iterum ad coenam convivam vocare. BURM.

Flatum crepitumque ventris] Sic ex Turnebo Pulmannus. Libri nostri *efflatum* habent. Male autem Beroaldus, qui huc refert locum Plinii de mensarum auguriis lib. XXVIII. cap. II. cum inquit, *Cibus a manu prolapsus reddebatur, vetabantque munditiarum causa deflare.* hoc est, si quid sordidum erat, flando tollere. TORR. Ita Viterbiens. non *efflatum*, ut vulgo: cod. Lipsiei, *& flatum.* Vere autem docuit ad Catullum Scaliger Carm. LV. ex Cicerone & optimo Glossario, *flatum* hunc proprio nomine *visionem* Latinis dici, & τὸ βδεῖν, *visire*, vel *vissire.* probat hoc ipsum veteris commentatoris elegans & acuta nota ad Horatii ista verba in Arte vs. 355. *Quamvis est monitus.* hic scribit ille: *Quamvis est, pro quamvis sit, propter cacemphaton: ut Maro, quamvis sit rustica Musa.* Plane cacemphaton, quod intelligit vetus hic magister, est ejusmodi quale Cicero notat (lib. V. ad fam. epist. 22.) in voce *divisio.* quorum neutrum assequetur, qui veterem hanc vocem ignoraverit. CASAUB. *Flatum* quoque Palatini tres. & vero periclitari homines hujusmodi continentia, liquet item ex illo Nicandri, Antholog. lib. II. c. 44.

Πορδὴ ἀποκτείνει πολλοὺς ἀδιέξοδος οὖσα·
Πορδὴ καὶ σώζει τραυλὸν ἱεῖσα μέλος.
Οὐκοῦν εἰ σώζει, καὶ ἀποκτείνει πάλι πορδή,
Τοῖς βασιλεῦσιν ἴσην πορδὴ ἔχει δύναμιν.

Crepitus occidit multos, cum exire nequeat: Crepitus & servat, blaesum emittens cantum. Quare si servat & occidit rursus crepitus, regibus aequalem crepitus habet vim. J. GRUTERUS. *Et flatum crepitumque* Harlem. Periz. Edd. Veneti tres, Lugd. *efflatum* Bonon. Basil. Gryph. Dolct. Colin. utramque lectionem habent Exc. Cujac. vid. ad Petron. XLVII. *Strepitum ventris emittere* dixit in vita Lucani, ubi Heinsius etiam *crepitum* malebat. BURM.

33. *Tempore & loco*] *Loco & tempore* Periz.

33 set. Cibi vinique quocumque & tempore & loco adpetentissimus. Cognoscens quondam in Augusti foro, ictusque nidore prandii, quod in proxima Martis aede Saliis adparabatur, deserto tribunali, adscendit ad sacerdotes, unaque discubuit. Nec temere umquam triclinio abscessit, nisi distentus ac madens: & ut statim supino, ac per somnum hianti, pinna in os inderetur ad exonerandum stomachum. Somni brevissimi erat. Nam ante mediam noctem plerumque evigilabat, ut tamen interdiu nonnumquam in jure dicendo obdormisceret, vixque ab advocatis de industria vocem augentibus excitaretur. Libidinis in feminas profusissimae, marium omnino expers. Aleam studiosissime lusit: de cujus arte librum quoque emisit: solitus etiam in gestatione ludere, ita essedo alveoque adaptatis, ne lusus confun-

Ictusque nidore] Sic quoque optimus e nostris, & edit. Gallica. Germanica vero, & plures MSS. *victusque*. Horat. lib. IV. Od. V.

Sic desideriis icta fidelibus
Quaerit patria Caesarem. TORR.

Victusque Periz. Harlem. Hulf. & Edd priscae praeter Basil. pr. Gryph. Plantin. & recentiores.

Proxima Martis aede] Sic praeter Turnebum etiam interpretes, & tres nostri codices, nec male. siquidem in Augusti foro cognoscenti proxima erat Martis Ultoris aedes. Aug. cap. XXIX. Ubi tamen alterum etiam Martis Ultoris templum in Capitolio fuisse ostendimus. Ad cujus differentiam ea, quae cum Augusti foro exstructa erat, Martis aedes *Maxima* vocari poterat, ut hic habent vulgata exemplaria, & nonnulla MSS. pro *proxima*. TORR. *Maxima* Periz. Harlem. Edd. Vet. praeter Bonon. Plantin. Torr. Casaub. & recentiores. Solent vero haec vocabula a librariis confundi. vid. ad Vell. Paterc. II. 36. & ius. Vitell. cap. II. sic quoque dubito, an non Taciti locus vitio sit inquinatus, apud quem lib. I. Ann. cap. 77. legitur, *At Theatri licentia proximo priore anno coepta*. ubi vel alterutrum est ex interpretatione, vel legendum, *licentia maxime priore anno coepta*. BURM.

Saliis apparabatur] Huc spectat quod ante de Claudia legimus cap. IV. ludis Martialibus curasse eum triclinium Sacerdotum. Porro Pontificum coenae, & Saliares epulae etiam in proverbium abierunt. Nota quoque illa Lentuli Auguris coena apud Macrobium. Plura ad Horatium lib. I. Od. XXXVII. TORR.

Adscendit] In Marg. Gryph. *abscessit* alios legere notatur, & ita est in Ed. Rom. *abcessit* Marg. Basil.

Discubuit] *Decubuit* Memm. Voss. Copes. Hulf. cap. XXXVI. *decubuit* legitur.

Pinna in os inderetur] Qua consuetudine freta Agrippina; cum boleto parum proficere videretur, medici opera, tanquam vomitum provocatura, pinnam rapido veneno illitam faucibus demisit. qua de re Tacit. extremo lib. XII. de Pinnae usu Martial. lib. III. 82.

Stat exoletus, suggeritque ructanti
Pinnas rubentes, cuspidesque lentisci. TORR.

Fit hodie, & factum olim. Apud Suidam scriptum ex Aristophanis scholiis, εἰώθασιν οἱ ἀνεμοῦντες πτερῷ χρῆσθαι εἰς τὸ ἐξεμέσαι ἐμέσαι. Galenus & alii Graeci medici, πτερῶν καθιέναι εἰς ἔμετον παροξύνειν τὴν γαστέρα. vide ad Athenaeum lib. XI. cap. X. CASAUB. Multa collegimus de usu pinnae ad Taciti Annales lib. XII. cap. 67. f. GRUT. *Penna* Copes. Hulf. *in os videretur* Hulf. Ed. Venet. pr. Lugd. (quae & *bos*) Junt.

Evigilabat] *Vigilabat* Memm. Copes. Harl. Edd. veteres praeter Casaub. quam recentiores secutae, & jure. vid. ad Aug. LXXVIII. *e* absorptum ab ultima litera *T plerumque*. BURM.

Interdiu] *Interdum* Memm. Voss. Periz. Copes. Harlem. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. tres.

Marium] *Marum* Memm. Copes. quod a Grammaticis credo ortum, ut distinguerent a *marium*, a *mare*; Sed & Pacuvius dixit *regnator marum*, pro aequorum. vid. & Aug. cap. XXI. BURM.

Aleam] *Alea* Periz. Harl. Hulf. & Edd. praeter Steph. Basil. & recentiores. vid. Aug. LXX.

In gestatione ludere] Gestatio veteribus Romanis crebro vel assiduo potius in usu, exercitii & valetudinis gratia: idque fere sub balnei aut coenae tempus. Quia, inquam, exercitii causa, ideo Glossae veteres explicant *Gestationem*, γυμνασία: itemque *Gestatorem*, γυμναστής. Pressius meliusque eaedem alibi: Αἰώρα,

funderetur. Saevum & sanguinarium natura fuisse, magnis minimisque adparuit 34 rebus. Tormenta quaestionum, poenasque parricidarum repraesentabat, exigebatque

Αἰώρα, *Gestatio*, & Αἰωρεῖται, *Gestatur*. Quia autem crebra, imo assidua haec gestatio, curae fuit, ut locus esset in urbe aut villis duplex, apertus & tectus. Et apertae quidem gestationes arboribus claudebantur ad latera: tectae vero porticibus, opere & manu factis. Utrumque genus Juvenalis tetigit Sat. IV.

Quid refert igitur, quantis jumenta fatiget
Porticibus? quanto nemorum vectetur in umbra?

Atque eae porticus, fortasse & viridaria, plerumque rotundae, & in orbem ibant. Inscriptio marmoris. GESTATIO. CIRCINI. EXTERIOR. A. DIAETA. APOLLINIS. AD. DIAETAM. EANDEM. IN. CIRCUITU. P. ∞. CC. LXXVII. Has tales ditiores etiam in ipsa urbe habebant, suisque domibus. nec Martialem aliter exaudio lib. XII.

Et rus in urbe est, vinitorque Romanus,
Intraque limen clausus essedo cursus.

LIPSIUS. Cent. III. Epist. II. *Gestari* dicebantur olim divites, cum succollantibus servis aut valetudinis, aut voluptatis causa ferebantur. Inde *gestatio* & pro re ipsa, & pro loco in quo fieret, saepe utrique Plinio in usu, & Jurisconsultis quoque l. XII. de Usu & habitat. l. XIII. de Usufr. & l. VII. de Manumiss. vind. Male ergo qui *in gestatorio* hic legunt. Sueton. Galb. cap. VIII. *ne ad gestandum quidem umquam iter ingressus*. & Domit. cap. XI. *simul gestanti inquit*. Hinc *sella gestatoria* Ner. cap. X. Vitell. cap. XVI. TORR. Falluntur qui occasione loci cujusdam e Prosperi Chronico legendum suspicantur, *gestatione ludere*, non *in gest*. Nam auctoris hic nostri non minus scriptura liquida & certa, quam mens plana & aperta. *In gestatione* est, interea dum gestaretur, vel in ipso gestamine. Ludere autem in gestatione nihil vetabat. Seneca epist. XV. *Gestatio & corpus concutit, & studio non officit: possis legere, possis dictare, possis loqui, possis audire*. idem epist. XXIX. *ostendit mihi lepidum philosophum Aristonem, qui in gestatione disserebat*. Pessime hic codices nonnulli, *in gestatorio*. CASAUB. Vid. Lips. I. Elect. 19. BROUKH. *In Gestatorio* Periz. Harl. Edd. veteres, praeter Roman. Basil. poster. Gryph. & recentiores, vid. & ad Vitell. XVI. de triplici gestatione.

Ne lusus] *Ut lusus* Copes. forte, pro *ut ne*.

34. *Poenasque parricidarum*] Auctor est Seneca lib. I. de Clementia 23. Claudium intra quinquennium plures insuisse culleo, quam omnibus ante saeculis insuti fuerant. TORR.

Repraesentabat] Hoc est, sine dilatione exigebat. Valerius Max. lib VI. cap. V. *Cum liceret culpam vel dissimulare vel errore defendere: poenam tamen repraesentare maluit, ne qua fraus fieret justitiae*. Ab hac mente interpretor in Apologetico Tertulliani cap. XXVIII. *potestatem repraesentaneam*, potestatem repraesentandi poenas contemtorum Imperatoriae majestatis. Verba doctoris Afri sunt: *Majore formidine & callidiore timiditate Caesarem observatis, quam ipsum de Olympo Jovem. Et merito, si sciatis. Quis enim ex viventibus non cuilibet mortuo potior? Sed nec hoc vos ratione facitis, potius quam respectu repraesentaneae potestatis*. Idem libro de Patientia cap. III. *Non illi saltem civitati, quae eum recipere noluerat, iratus est: quum etiam discipuli tam contumelioso oppido coelestem ignem repraesentari voluissent*, CASAUB. Male Sabellicus explicat *repraesentabat*, omnium oculis subjiciebat. rectius Casaubonus *repraesentabat* explicat, *sine dilatione exigebat. repraesentare* certe est sine mora jubere sumi poenas, non dato illo spatio decem dierum, de quo Tib. LXXV. & Cal. XXIX. sed *exigebat* insuper notat ipsum praesentem, non modo spectatorem, sed & custodem & arbitrium adfuisse, ne carnifices vel ministri crudelitatis ejus, misericordia forte moti languidius agerent, sed ita ferirent, ut sentirent, & ita ejus saevitiae satisfacerent. Ovid. Ep. XI. 8.

Ipse necis cuperem nostrae spectator adesset,
Auctorisque oculis exigeretur opus.

Liv. II. 5. *Qui spectator erat amovendus, eum ipsa fortuna exactorem supplicii dedit*. & ita *exactores* aliorum operum dicuntur, qui operariis praepositi adsunt & urgent. ut Plinius utitur Paneg. cap. XIX. vide plenius Lips. ad Tacit. III. Ann. 14. BURM

Cum & spectare] *Et* deest Periz. Harlem. Edd.

que coram. Quum & ſpectare antiqui moris ſupplicium Tiburi concupiſſet, & deligatis ad palum noxiis carnifex deeſſet, adcitum ab urbe veſperam uſque operiri perſeveravit. Quocumque gladiatorio munere, vel ſuo, vel alieno, etiam forte prolapſos jugulari jubebat: maxime retiarios, ut exſpirantium faciem videret. Quum par quoddam mutuis ictibus concidiſſet, cultellos ſibi parvulos ex utroque ferro in uſum fieri ſine mora juſſit. Beſtiariis meridianiſque adeo delectabatur, ut

Edd. priſcis, praeter Caſaub. & ſequentes. *cum expectare* Menm.

Antiqui moris ſupplicium] Ner. cap. XLIX. Domit. cap. XI. TORR.

Accitum] *Accitus* Copſ.

Veſperam uſque] Vet. C. addidit, *ad veſperam uſque*. URSIN. Vid. Cal. XVII.

Forte] *Fortaſſe* Harlem. & a m. pr. Periz. Edd. Venet. tres.

Jugulari jubebat] Caeſ. cap. XXXVI. De Claudii vero in ſpectaculis saevitia Dion. TORR.

Facies] *Faciem* Periz. Harlem. & Edd. veteres omnes. primum mutaſſe Caſaubonum puto, nimis Grammaticorum ſuperſtitioni attendentem, qui pluribus *faciem* unam dari non tolerabant. vid. ad Aug. XXXIV. ubi notatis adde l. II. ff. de injuriis. *Quod ſi viro injuria facta ſit, uxor non agit, quia defendi uxores a viris, non viros ab uxore aequum eſt.* ubi in margine quarumdam editionum notatur, *ab uxoribus:* non ferebant enim ſcioli hanc numerorum enallagen. ſic & ſupra in Calig. XX. *comitante in eſſedo cohorte amicorum*, mutaverunt in *eſſedis*, quia ſcil. tota cohors uno eſſedo ferri non poterat. ſed notat modo Suetonius genus vehiculi, non numerum. ſic & Claudiano II. de Laud. Stil. 446. Heinſius reſtituit,

Hic habitant vario faciem diſtincta metallo
Secula.

Frontin. II. V. 18. *quoſdam ex militibus ſuis ſub ſpecie perfugae miſit.* ubi nihil eſt, quod dubitet, num Latinum ſit, Oudendorpius noſter: notat enim non unum hominem, ſed genus illud hominum, qui perſugae habentur. ita & lib. II. III. I. *in dextro cornu Hiſpani, robuſtus quidem miles*, id eſt, ex illo militum numero, qui robuſti cenſentur. vid. Tennull. Livius XXIV. 3. *proceris abietis arboribus ſeptus*. Cicer, I. de Nat. Deor. 56. *mortales ex immortali creatos.* quod cur mutaret Daviſius ex uno codice nulla erat ratio, quum ipſe ad cap. XIX. Jac. Gronov. caſtiget, qui mutationem numeri ibi non ferebat. & cap. XXXVIII. pluribus adſtruat ſimilem loquendi rationem. ſic idem Daviſius contra omnes ſcriptos & editos, pro illis lib. V. de Finib. cap. 10 *ſi nonnulli reperiantur, qui aut laqueos aut alia exitia quaerant &c. inimicus ipſe ſibi putandus eſt*, reponere voluit, *inimici ipſi ſibi putandi*, quatuor vocibus in *i* exeuntibus. nec tolerare potuit lib. II. de Finib. 19. *de voluptatibus ſuis cogitabat. nam ubi eam caperet*, quum *eas* debuiſſet ſcribere ex ejus ſententia Cicero. lib. II. in Verr. 32. Cl. Graevius reſtituit: *Hunc hominem judicis numero habebimus*, pro *judicum*. & infinita loca vulgo corrupta eſſe in hoc genere facile eſſet demonſtrare, ſi ratio notarum id permitteret. BURM.

Beſtiariis meridianiſque] *Beſtiarios* vocabant eos, qui cum beſtiis pugnabant, ſive judicis ſententia beſtiis objicerentur, ſive ad id conducti, aut alioqui confiſi viribus, & (ut Ulpiani utar verbis) virtutis oſtentandae cauſa ultro in arenam deſcenderent, ſive etiam ſervi a dominis ad beſtias darentur. Qua in re tamen advertendum eſt, non omnibus noxiis permiſſum fuiſſe ut pugnando ſe defenderent, ſed pro delicti modo nunc ad ludum tantum beſtiarium damnari ſolere, ut ibi exercerentur, nunc illico ad beſtias dari, idque ut vel pugnam committerent, vel alligati palis, interdum etiam plures ſimul innexi, ab atrociſſimis beſtiis diſcerperentur, ut ex Vopiſci Aureliano manifeſtum eſt. Et haec peculiaris erat Chriſtianorum poena, tunc mitiſſima, cum tantum ad arenae miniſteria, ſeu ad beſtiarum curam damnabantur. Quod etiam de ſervis addidi, id ante legem Petroniam, & ſenatuſconſulta ad eandem rem ſpectantia obtinuit. his enim vetabantur domini ſervos pro arbitrio ad beſtias tradere. Oblati vero ante judicem, ſi juſta erat domini querela, tunc demum poenae nomine tradebantur, ut eleganter Modeſtin. JC. l. XI. de Sicariis. Et inſigne Androcli illius exemplum exſtat apud Gellium lib. V. cap. XIV. Quoſdam etiam operam

ut etiam prima luce ad spectaculum descenderet; & meridie, dimisso ad prandium populo, persederet: praeterque destinatos, etiam levi subitaque de caussa, quosdam committeret, de fabrorum quoque ac ministrorum, atque id genus numero, si αὐτόματον, vel pegma, vel quid tale aliud parum cessisset. Induxit & unum ex no-

peram suam locare ad id solere, cum ex aliis auctoribus discimus, tum ex Ulpiano l. 1. de Postulando, & l. 1. ad S. C. Tertullianum. Hi ergo omnes *bestiarii* appellabantur, non alio inter ipsos ac *gladiatores* discrimine, quam quod hi inter sese, illi cum belluis decertabant. Cic. pro P. Sestio: *Praeclara Aedilitas, unus leo, ducenti bestiarii.* & ad Q. fratrem lib II. *Bestiarios emerat, nec sine iis armatis unquam in publico fuerat.* In Vatinium quoque, *Milonem dicas bestiariis, & gladiatoribus obsedisse remp.* Sic *ludus bestiariorum* apud Senecam Ep. 1. lib. x. ut *ludus gladiatorum.* Utitur eo vocabulo etiam Tertullian. Apologet. Graeci vim ejus optime exprimunt, cum quos nos *bestiarios*, ipsi θηριομάχους appellant. Porro quod sanguinarium fuisse Claudium ex eo probat, quod *bestiariis, meridianisque* potissimum delectabatur, ad Romanorum consuetudinem referemus. cum enim munera edebantur, matutinis fere horis bestiarii producebantur, inde gladiatores venationesque circa meridiem edebantur, postea vero jucundiora quaeque spectacula, ut populus a sanguine recrearetur, atque inde laeti omnes discederent. De matutinis igitur Martial. lib. v. Epigr. LXVI.

Dat majora novus praelia mane dies.

loquitur enim de ferarum confectoribus. Idem Lib. x. Epigr. xxv.

In matutina nuper spectatus arena, &c.

& Xeniis Epigr. XCVI.

Matutinarum non ultima praeda ferarum
Saevus Oryx.

& Seneca ea, quam paulo ante citavimus Epistola: *Nuper in ludo bestiariorum unus e Germanis, cum ad matutina spectacula pararetur*, &c. Et mox, *Cum adveheretur nuper inter custodias quidam ad matutinum spectaculum missus.* Sed & lib. IV. de Ira: *Inter matutina arenae spectacula.* Paulatim vero ad mitiora procedi solere idem Seneca ostendit Epist. VII. *Cum in meridianum incidi, lusus exspectans, & sales, & aliquid levamenti, quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant, contra est.* & post pauca, *Mane leonibus & ursis homines, meridie spectatoribus suis objiciuntur.* Sed & Tertullian. Apolog. cap. XV. *Risimus inter ludicras meridianorum crudelitates Mercurium mortuos cauterio examinantem. Vidimus & Jovis fratrem gladiatorum cadavera cum malleo deducentem.* Quo etiam spectat Suetonii locus Aug. cap. XLIV. & quod Augustin. lib. VIII. Confess. spectaculum Circensium pomeridianum appellat. Et haec quidem ut plurimum sic fiebant, interdum vero aliter observatum. nam & Circensibus post missus aliquot saepe venationes, aut gladiatorum paria interponebatur, & Curio ligneo illo amphitheatro suo, de quo Plin. lib. XXXV. cap. XIII. gladiatores postremos produxit. TORR. De meridianis gladiatoribus videndus Seneca lib. I. Epist. URSIN. *Bestiaris* Memm.

Ut etiam prima luce] *Ut & prima* Memm. Exc. Cujac. Copes. *ut a prima* Periz. Harlem. Edd. Rom. Venet. tres. *ut a patria luce* Lugd. quod a compendio scripturae, quo saepe *primus, privus, patrius*, & *proprius* & similia fuerunt confusa, profluxisse reor, ut ad Ovid. IX. met. 20. & saepe alibi vidimus. sed forte in *etiam* latet *cum*; ut sit *& cum prima luce*, ut suspicati sumus olim ad Ovid. III. Amor. XIV. 7. & illustravimus. BURM.

Dimisso ad prandium populo,] Sup. Calig. cap. LVI. TORR. Dio LX. pag. 673. τὰς μὲν ... CASAUB. *Praesederet* Basil.

Praeterque destinatos,] *Praeterque destinatus* Exc. Cujac. & Voss.

Si αὐτόματον,] Cum Suetonius Latinis litteris scripsisset *automatum*, perperam librarii plerique ex eo *aut ornatum* fecere. Automata vero appellari solita, quae ita mechanici fabricabantur, ut sua sponte efficere quippiam, velut ignara caussa, viderentur. Qualia nunc aut horologia sunt, aut versatiles quaepiam machinae, in quibus imagunculas occulta vi cursitantes, ludibundasque miramur. Quales etiam vel fontes, vel ignes ipsi quodam artificioso temperamento, specieque nova, certis intervallis aquas, flammasve jaculantes. Homerus in III. Rhapsodia, venisse ad dapes Menelaum dicit αὐτόματον. id est, ut Eusta-

 thius

35 nomenculatoribus suis, sicut erat togatus. Sed nihil aeque quam timidus ac diffidens fuit. Primis imperii diebus, quamquam, ut diximus, jactator civilitatis, neque convivia inire ausus est, nisi ut spiculatores cum lanceis circumstarent, milites

thius exponit, non cujuspiam vocatu, quasi a semet impulsum. Philosophus Heron in Pneumaticis, aquam exprimi ait in sublime αὐτόματον, id est, spontalem, de sphaera concava, quam describit: sicuti cornicem quoque confingit, quae se ad aviculas itidem factas convertat αὐτομάτως. Ut omnia quo diximus intellectu sint audienda. POLITIANUS. cap. XCVII. Miscell. Lib. vetustissimus *automatum*. & sane ita scripsisse credo Suetonium, cum non minus quam *pegma* in usu fuerit. Unde *automatarii* pro αὐτοματουργοί, in veteri quodam lapide Romae sub monte Quirinali: SATURNINO FABRO AUTOMATARIO P. DOMITIUS MAXIMUS AMICO. Sed & Ulpian. l. XLI. de Legatis I. *automataria* vocat ea, quae per se moveantur. Graeci νευρόσπαστα appellant. quod Horat. exprimit lib. II. Sat. VII. 82.

Duceris ut nervis alienis mobile lignum.

Ubi plura scripsimus TORR. Sup. cap. XXI *exciente buccina Tritone argenteo, qui medio lacu per machinam emerserat*. Codex Salmas. *automatum* Latinis litteris. GRAEV. *Si automatum* Mem. *si aut automatum pegma* Venet. sec. & tert. *si automatum, paegma, vel* Junt. Arg. *si automaton aut pegma* Bonon. Paris. *si aut ornatum* (in Marg. *ornatus*) *aut pegma* Periz. Harl. Ed. Venet. pr. *si aut ornatus, aut*, Ed. Rom. *si ariomatum vel* Hulf. *si aut ornatus paegma* Lugd. *si aut* αὐτόματον *vel* Dolet. Gryph. Colin. Basil. *si aut ornatum, aut* Voss. in antiquo lapide apud Donium p. 317. p. 7. AUTOMATARIUS CLEPSYDARIUS, ubi vide notas doctissimi Gorii. & ita debet legi in lapide apud Gruter DCXXXVI. 7. ubi male *Autornatarius*, ut patet ex DCXLII. 5. BURM.

Vel pegma] Pegmata appellarunt machinas quasdam e ligno, quibus usus in Theatris aut Arenis. Glossae priscae πῆγμα interpretantur *confixum*: & docte Apulejus *confixilem machinam* dixit, allusione ad vim ipsam verbi. In his pegmatis varia inventa, & stupendi lusus ingeniorum, de quibus Augustinum loqui sentio: *Ad quam stupenda opera industria humana pervenit: quae in Theatris mirabilia spectantibus, audientibus incredibilia, facienda & exhibenda molita est*: LIPSIUS. De Amphit. cap. XIII. & Saturn. II. 14 Vide & Casauboni notam ad cap. XXVI. Calig.

Vel quid tale aliud parum cessisset] Petro Fabro placet *alicui* pro *aliud*. quid si ita? *tale aliquid alicui*. CASAUB. Nihil opus *alicui* addere. sic, *ut res prospere cessit* Aug. XCI. *cedit venenum* Ner. XXXIII. Utriusque locutionis, & cum dativo & sine, videbis in notis Heins. ad Ovid. II. Fast. 380. BURM.

Nomenculatoribus] *Nomenculatoribus* Ex. Cujac

Sicut erat togatus.] Lego, *sicut erat, togatum*. CASAUB. Exstat & haec γραφὴ in Palatinis omnibus, & ferri potest. Minus tamen scrupuli fuerit, si cum viris doctissimis legamus *sicut erat, togatum*. GRUT. *Togatus* in omnibus reperi scriptis & editis, & licet parum referre arbitrer, an *togatum* an *togatus* legatur, codices tamen sequi placet. sic Oth. VIII. *accisis, sicut erant cruenti*. & Ovid. VI. Met. 246. *sicut erant juncti, trajecit utrumque sagitta*. contra in Calig. XLIV. *sicut erant, loricatos adhortatus*. Ceterum Lipsius Saturn. IV. 17. hic scrupulum movet de *toga*, quasi & gladiatores aliquando togati inducti. Sed Marcilius ad Tert. Pall. p. 133. notat hoc insolens non fuisse, quod togatus fuerit inductus, sed quod nomenclator gladiatoris partes obire sit coactus. & illum non in toga Gladiatoria, sed Civica & urbana fuisse ostendit. de toga tamen gladiatorum notat, illam a communi civium fuisse diversam. Ego nusquam togam gladiatoriam legi, & in Tertulliani fine libri de Pallio frustra illam quaeri puto, ubi dicit, *& Cerdones & omnes Gladiatorum ignominia togata producitur*. ubi puto innuere ipsos cives auctoratos, non ut olim vilissimos homines, servos. Hos vero auctoratos, qui erant cives, productos in toga, non tamen, ut recte Salmasius, in toga pugnasse. & Ferrar. de Re vest. I. I. cap. 35. idem censet. *ut erat* in Rom. Ed. legitur, & hoc parum refert. BURM.

35. *Fuit. Primis*] Ed. Romana *fuit primis imperii diebus. Quamquam* &c. & Basiliensis, quae post *fuit* minorem habet distinctionem.

Jactator civilitatis] Caes. cap. LXIV. Aug. c. LI. TORR. Vid. sup. c. XII.

Spiculatores cum lanceis] Lib. probatissimus *speculatores*, atque ita legendum esse docuimus Ca-

litesque vice ministrorum fungerentur: neque aegrum quemquam visitavit, nisi explorato prius cubiculo, culcitisque, & stragulis praetentatis & excussis: reliquo autem tempore salutatoribus scrutatores semper adposuit, & quidem omnibus, & acerbissimos. Sero enim, ac vix remisit, ne feminae praetextatique pueri & puellae contrectarentur, & ne cujus comiti aut librario calamariae aut graphiariae thecae adimerentur. Motu civili quum eum Camillus non dubitans etiam citra bellum posse terreri, contumeliosa & minaci & contumaci epistola cedere imperio juberet, vitamque otiosam in privata re agere: dubitavit, adhibitis principibus viris, an obtemperaret. Quasdam insidias temere delatas adeo expavit, ut deponere imperium tentaverit. 36 Quodam, ut supra retuli, cum ferro circa sacrificantem se deprehenso, senatum per praecones propere convocavit, lacrimisque & vociferatione miseratus est conditionem suam, cui nihil tuti usquam esset: ac diu pu-

Calig. cap. LII. Exstant enim hae inscriptiones: P. AELIO MUCIANO SPEC. LEG. II. ADJUT, VITALIANUS ET VITALIS AVUNCULI. Altera: SCHOLA SPECULATORUM LEG. I. ET. II. ADJUTRICUM PIARUM FIDELIUM. Additum *cum lanceis*, quo δορυφόρους eos speculatores fuisse intelligamus. TORR. V. C. *nisi ubi spiculatores*. Addit autem *cum lanceis*, ut δορυφόροι, Graecum nomen, expressius significaret. F. URSINUS. Codex Salmas. *speculatores* Et ita Basil. Plantin. & recentiores quaedam Edd. *ut* deest Copes. *Eum cum lanceis* Periz. *cum lanceis circ.* Edd. Rom. & Venet. pr. Forte una vox absorpsit aliam, & commutatas vidimus supr. cap. XXVII. & Cal. IV. sic mox hae duae voculae *Cum eum Camillus* junctae. ejectum vero τὸ *eum*, quia *circumstare* absolute, quam cum accusativo, malebant ponere. Sed & Caes. LXXII. *adsidentem conspirati circumsteterunt*. Aug. XXXV. *decem valentissimis sellam circumstantibus*. & ita passim alii. BURM.

Aegrum] *Agrum* Copes. vid. ad Tib. XI.

Nisi explorato prius cubiculo] Viterb. *scrutato pr. cub.* CASAUB. Pal. pr. *nisi ut perscrutato prius*. Restat tamen alterum in duobus reliquis. GRUT. *Explorato ipsius Cub.* Voss.

Culcitisque] *Culcitrisque* Copes. Harlem. Periz. Edd. primae. praeter Ald. Plant. & recentiores. vid. ad Tib. LIV. BURM.

Stragulis pertentatis] Scribendum videtur *praetentatis*, supra Aug. 35. *praetentato sinu*. GUJET. Ego in nullo vidi *pertentatis*.

Scrutatores] Plura Vesp. cap. XII. *Consuetudinem salutantes scrutandi*, &c. TORR.

Contrectarentur] *Contractarentur* Ed. Steph.

Comiti aut librario] Ner. cap. XXXVI. *Cujus* etiam, non *cuivis*, cum Frobenio lego. TORR. *Ne cujus comiti* vetus C. habet, & *ne cujus comiti*. URSIN. Et Pall. tres. non *cuivis*, ut praeferunt vulgati. GRUT. *Cujus* etiam Periz. Copes. Harlem. Edd. Rom. Venet. pr. Basil. poster. Steph. & aliae.

Graphiariae thecae] Ne graphiis peteretur. nam & Caesar Cascae brachium graphio trajecit, & Cajus senatorem graphiis in Curia confodi curavit. Seneca etiam lib. I. de Clementia, quendam graphiis in foro paene occisum scribit. Denique & Prudentius Cassianum martyrem puerorum graphiis interfectum narrat. TORR. *Et graphiariae* Harlem. Edd. Venet. tres, Bonon. Lugd. Junt. Ald. Steph. & *Graphiariae & thecae* Exc. Cujac. & Voss.

Cum eum Camillus] Sup. cap. XIII. TORR. Pro *terreri* habet Harlem. *teneri*.

Dubitavit adhibitis principibus, an obtemperaret] Sic & apud Ammianum, audito Valens Procopium arripuisse imperium lib. XXVI. c. 7. *Repentino pavore vias providendi turbante, eousque desponderat animum, ut augustos amictus abjicere, tanquam gravem sarcinam, cogitaret.* qui ipsi profecto tunc minime meminerant saepe usurpatae Dionysii tyranni vocis, quae pedibus tractum, non insidentem equo relinquere tyrannidem dixerit debere. facile esse momento; quo quis velit cedere possessione magnae fortunae: facere & parare eam difficile ac arduum esse. De qua re nos ad Liv. lib. XXIV. cap. 22. plura. GRUT.

36. *Ut supra retuli*] Cap. XIII. TORR. *Cum ferro* deest Hulss. paullo ante *temere delectas* Basil.

Miseratus est conditionem suam] *Miseratur is* (in-

publico abstinuit. Messallinae quoque amorem flagrantissimum, non tam indignitate contumeliarum, quam periculi metu abjecit, quum adultero Silo adquiri imperium credidisset: quo tempore foedum in modum trepidus ad castra confugit, nihil tota via, quam, *esset ne sibi salvum imperium*, requirens. Nulla adeo suspi-37 cio, nullus auctor tam levis exstitit, a quo non mediocri scrupulo injecto ad cavendum ulciscendumque compelleretur. Unus ex litigatoribus, seducto in salutatione adfirmavit se vidisse per quietem, occidi eum a quodam: deinde paullo post, quasi percussorem agnosceret, libellum tradentem adversarium suum demonstravit; confestimque is pro deprehenso ad poenam raptus est. Pari modo oppressum ferunt Appium Silanum: quem quum Messallina & Narcissus conspirassent perdere, divisis partibus, alter ante lucem similis attonito, patroni cubiculum irrupit, adfirmans somniasse se, vim ei ab Appio illatam: altera, in admirationem formata, sibi quoque eamdem speciem aliquot jam noctibus observari retulit. Nec multo post ex composito irrumpere Appius nuntiatus, cui pridie ad id temporis ut adesset praeceptum erat, quasi plane repraesentaretur somnii fides, arcessi statim

(inquit Festus) *qui conqueritur aliena incommoda.* Claudius etiam sua hic miseratur. Et sic eo verbo usus etiam Cicero est. TORR.

Foedum in modum trepidus ad castra confugit] Tacitus, XI. A. 33. *Trepidabatur nihilominus a Caesare: quippe Getae praetorii perfecto haud satis fidebat, ad honesta seu prava juxta levi.* CASAUB.

37. *Ad cavendum*] N. Heinsius conjecerat *ad pavendum.*

Seducto] *Seductus* Periz. Harlem. Ed. Venet. pr. *Seductam* Venet. sec. & tert. Lugd. Junt. Ald. deest vero hoc verbum Ed. Rom. *seductum* autem irrepsit, quia *seductom* scribebant. vid. ad Aug XIV. BURM.

Se vidisse] *Vidisse se* Exc. Cujac. & Voss.

Tradentem] *Tradente* Harlem.

Appium Silanum] Consocerum suum, de quo ante cap. XXXIX. TORR.

In admirationem formata] Recte, ut admirantis formam induerit. Duo tamen MSS. *firmata.* quod damnare nolim. TORR. *In admiratione* Harlem. Edd. Rom. Venet. tres, Bonon. Lugd. Junt. Ald. & itidem *firmata*, praeter Bonon. quae *formata*, de quo dubitasse miror Torrentium, quum *in admirationem firmata* quid significet non videam. sed *formata* est ante educta, instructa, ut speciem admirantis hoc somnium suo congruens praeferret, & simularet admirationem. Ovid. III. Met. 287.

Talibus ignaram dictis Calmeida Juno
Formarat.

Justinus II. cap. II. de Leonida, *ita suos formaverat, ut ire se parato ad moriendum animo scirent.* ubi *firmaverat* alii. XVIII. 3 *ab eo formatas* &c. *solus occidentis regionem intuebatur.* Joseph. Iscan. III. de Bell. Troj. 196. *sic format iturum*, Beroaldus recte explicat per *composita*, ita haec duo verba conjungit Val. Max. VII. III. Ext. 7. *Qaemdam ex amicis compositum & formatum Carthaginem mittit.* Noster Tib. LIII. in simili & sollemni aulae scelere *praestruere* dicit. ceterum *firmare* & *formare* passim confundi videbis ad Vellej. Paterc. II. 110. & ad Frontin. II. V. 33 *alter in adm.* etiam Copes. BURM.

Ex composito] Desunt Periz. sed in margine alia manu adscripta.

Accersi statim] Libri duo optimi *arcessi*, alius *accersiri.* Sed *arcessi* legendum est. *arcessere* enim etiam accusare significat. *Arcessere aliquem capitis*, *arcessere crimine*, apud Cic. Jam ante vero Appius vocatus fuerat. Voluitque Princeps, minime malus (absuisset modo libertis, & uxoribus obsequendi ignavia) instar aliquid judicii, aut cognitionis intercedere, ut videretur scilicet specie tenus saltem & accusatus, & condemnatus Silanus. id enim praestat, opinor, quam cum viro docto *arceri*, *ac statim mori* rescribere. TORR. *Arcessiri* Huls. *Arceri ac statim mori* Lips. ad Tacit. XI. Ann. 29. non male, nam jam aderat, pridie jussus; non opus ergo arcessi, sed quum in cubiculum irrumperet, a militibus arceri. BURM.

Etiam

ftatim ac mori juffus eft. Nec dubitavit poftero die Claudius ordinem rei gestae perferre ad fenatum, ac liberto gratias agere, quod pro falute fua etiam dormiens excubaret. Irae atque iracundiae confcius fibi, utrumque excufavit edicto: 38 diftinxitque, pollicitus *alteram quidem brevem & innoxiam*, *alteram non injuftam fore*. Oftienfibus, quia fibi fubeunti Tiberim fcaphas obviam non miferint, graviter correptis, eaque cum invidia, *ut in ordinem fe coactum* confcriberet, repente tantum non

Etiam dormiens excubaret] E contrario infomnium attulit perniciem illuftri equiti Romano, tanquam fecundum quietem vidiffet Claudium pampinea corona, vel, ut alii prodidere, fpicea corona evinctum, fpicis retro converfis: adeo illo tempore non folum vigiliae, fed etiam fomnia erant peftifera, & exitialia, tam fua, quam aliena, tam vera, quam commentitia. BEROALDUS.

38. *Utrumque excufavit*] Liber opt. *utramque*. TORR. *Utrumque* Harlem. Periz. & Edd. veteres, praeter Lugd. Junt. Ald. Steph. Arg. Quum vero nec Cafaubonus, nec Lipfius, nec alii hic haefitaverint, videntur librarii metuiffe Orbilii ferulam, quia duo feminini generis vocabula praeceffferant. fed ut fupra cap. XI. duobus mafculinis fubjectum neutrum vidimus, cur non & duobus femininis idem ufitatum fuiffe dicamus? cujus exempla dedimus ad Quinctil. VII. de Inft. Orat. 4. pag. 632. & deinde alia diligentiffimus Cortius ad Salluft. Catil. cap. v. Sic apud Valer. Max. v. II. §. 2. quum varient codices inter *facienda* & *faciendam*, & *aedem & aram facienda curavit*. hoc fortaffe praeftat. Cicer. I. Tufc. 24. *Tam putarem vitam hominis fuftentari, quam vitis, quam arboris. Haec enim diutius vivere*, non *has*. Alia duo exempla videbit lector in Vellej. Paterc. I. 76. & II. 85. ubi notae noftrae confulendae. Apud Tacitum etiam poft tres feminei generis voces neutrum fequitur lib. XII. I. *nobilitatem, formam, opes contendere, ac digna matrimonio oftentare:* ubi nec *dignas* nec *dignam* fupponere operae eft. peculiare vero id in *utrumque*, quod cujufcumque generis nominibus fubjici folere docuimus ad Ovid. I. Met. 50. & alibi: quae exemplorum copia MSS. firmata, expugnabit, fpero, Grammaticorum pertinaciam, ut fi fine fide codicum fibi talia obtrudi indignantur, faltem admittant, ubi membranarum auctoritas acceflerit. fic ne repudient apud Juftin. XLIV. I. *media inter utrumque*. Simile obfervare licet in Graecis apud Lucam Actor. XXIV. 18. ubi quum praeceffferant ἀπαρχὴν καὶ προσφορὰν, fequitur ἐν οἷς εὗρόν με, ubi & alii αἷς obtrudere malunt. BURM.

Nonmiferint] Ita V.C. habet, non *miferant*. URSIN. *Sibi* deeft Copef. deinde *correctis* Hulf. ita & fupr. XXXI. & inf. XLI.

In ordinem fe coactum] Lib. unus *coactorum*. Quam lectionem funt qui defendere nitantur, fed male. conquerebatur enim Claudius fe, Principem, privati loco ab Oftienfibus habitum. Sic Vefpaf. cap. cap. XV. *altercationibus infolentiffimis paene in ordinem redactus*. TORR.

Confcriberet] *Afcriberet* Harlem. Edd. Venet. tres, & ita Neron. IX. *adfcribere* a m. pr. Periz. fufpectus mihi locus. nam nec Oftienfibus fcripfiffe, nec aliis, fed praefentem graviter eos corripuiffe, in hanc formulam puto. neque *confcribere* ita uti folent veteres, fi de epiftola intelligendum; forte *adjiceret*, vel *objiceret*. BURM.

Tantum non fatisfacientibus] Beroaldus putat vetuftum illum dicendi modum per *tantum non* pro *fere*, *propemodum*, etiam heic expreffum. Verum ego non video, ut hoc loco quadret. Quare haec verba ita legerim, *repente tanquam fatisfacientibus*. In vetufto codice duae lectiones erant, neutra fatis fincera. Claudius hoc exemplo oftendit, fe quidem ira moveri, fed brevi. Plurimum enim Oftienfibus favebat. GLAREAN. Sic edit. Gallica, MSS. duo, & Beroald. Alii *fatisfaciens* legunt, ut etiam Germanica edit. Alii pro *tantum non*, *tantummodo fatisfacientibus*. Optimus omnium *tantum non fatisfacientis modo veniam dedit*. Quae tres poftremae lectiones non eandem quidem fententiam reddunt, fed tamen vim verbi *fatisfacere*, de quo Caef. cap. LXXIII. aperte indicant. Ut fenfus fit, Claudium, tam vehementer irafcentem, ita mox fe repreffiffe, ut tantummodo fatisfacientibus, hoc eft, dicentibus nolle effe factum, ignofceret, vel, quod amplius eft, ipfe inter ignofcendum fatisfacere quodammodo, ac factum de-

non ſatisfacientis modo veniam dedit. Quoſdam in publico parum tempeſtive adeuntes manu ſua repulit. Item ſcribam quaeſtorium, itemque praetura functum ſenatorem, inauditos & innoxios, relegavit: quod ille adverſus privatum ſe intemperantius adſuiſſet: hic, in aedilitate inquilinos praediorum ſuorum contra vetitum cocta vendentes multaſſet, villicumque intervenientem flagellaſſet. Qua de cauſſa

precari videretur. Pulmanni ſane lectio omnino rejicienda eſt, & ex aliis ea potius retinenda, quae optimi cod. auctoritate nititur. Quanquam Germanica etiam valde placet. Torr. Magnam & nos librorum varietatem hic offendimus. Viterb. & Liſlaei *ſatisfacientes mo. v. d.* Pithoei, *rep. tantum non ſatisf. v. m. d.* Alii, *tantummodo ſatisf. veniam dedit.* ego probem cum Torrentio *tantum non ſatisfacientis modo veniam dedit.* non diſſimilis illa ad eoſdem Oſtienſes oratio, quae cap. xl. refertur, *nihil habere ſe vociferatus eſt, quare eos demereatur: ſi quem alium & ſe liberum eſſe.* neutrum Principi conveniebat, neque haec oratio, neque ſuperius factum. *Satisfacere* eſt vultu geſtuque ad humilitatem compoſito delicti veniam petere. ita hic Suetonius accipit: ita alii, & ita etiam in his libris alio loco. Sic accipe in iſto Martialis argutiſſimo diſticho xii. 80.

> *Nil in te ſcripſi, Bithynice: credere non vis,*
> *Et jurare jubes: malo ſatisfacere.*

Luſit elegantiſſime in ancipiti ſignificatu vocis *ſatisfacere.* Amici offenſa tollitur duobus modis: vel ſi feciſſe negemus: vel ſi factum excuſemus, & peccatum nobis condonari ſupplici prece petamus. Bithynicus Martialem jurare voluit non eſſe factum a ſe, quod ille arguebat: recuſat poëta jurare, & ait *malo ſatisfacere.* poteſt intelligi malle illum, ut hominem religioſum, deprecari culpam quam jurare. at ille ſenſit, paratum ſe potius fateri id, cujus arguebatur. Casaub. *Tantum non ſatisfacientis modo, veniam dedit.* ita inſ. opt. Torrentii, neque aliter Pal ſec. niſi quod is verbo uno tranſpoſito, *ſatisfacientis veniam modo.* quomodo etiam duo alii Pall. praeterquam quod praeferant, *ſatisfacientes.* Gruter. *Tantum non ſatisfacientis veniam modo dedit* Memm. Exc. Cujac. Harlem. Hulſ. Edd. Venet. & Baſil. niſi quod haec *ſatisfacientibus* habeat. *tantum non ſatisfacientibus veniam dedit* Bonon. Parſ. Plantin. & aliae. *tantum non ſatisfacientis veniam dedit* Baſil. Poſter. *tantum non* puto in Periz. fuiſſe, ſed alia manu turbata erat ſcriptura. *tantum modo ſatisfacientibus veniam dedit* Junt. Steph. Nic. Heinſius malebat, *tantum non ſatisfacientis modo veniam petiit.* Burm.

Tempeſtive] *Reſpective* Periz. a m. pr. unde labes ſeculi apparet. credidit enim librarius, id notare cum reſpectu, id eſt, reverentia, & hoc eſſe magis decorum. Burm.

Manu ſua repulit] Id in Principe indecorum. Torr.

Item ſcribam] *Id eſt ſcr.* Copeſ.

Adſuiſſet] *Adeſſe*, pro patrocinari & advocationem praebere, frequens JCtis verbum. De quo Gell. lib. i. cap. xxii. Torr.

Praediorum] Hinc apparet etiam praedia dicta fuiſſe in urbe, quae JCti, ut & noſter in Neron. xxx. *Urbana* vocare ſolent. Frontin. de Aquaed. n. xcvii. *Aediles curules jubebantur per vicos ſingulos, ex iis, qui in unoquoque vico habitarent, praediave haberent, binos praeficere.* ubi vir doctiſſimus Polenus ignoratione horum praediorum urbanorum miſere a ſcopo ſcriptoris aberravit. vid. Manut. ad Cicer. viii. ad fam. 9. ubi docet hortos, areas, tabernas & ſimilia *praedia* dici. niſi forte quis ſuburbanum hic malit intelligere, in quod Aedilibus etiam Juriſdictio eſſet, ut aliis magiſtratibus inter certum & definitum ſpatium, quod *Villicus*, qui hic memoratur, poſſet perſuadere; ſed & hos in praediis Urbanis fuiſſe aeque atque in ruſticis conſtat, qui eſſent cuſtodes. ut ita dicitur Juvenali *Villicus* urbis, pro praefecto & cuſtode: quod Voſſius ad Catull. Carm. lxii. pag. 141. pro diſpenſatore & oeconomo ſumi docet. vide & Salmaſ. ad Lamprid. Alex. Sever. cap. xv. & ita *Villicos hortorum* & plures in inſcriptionibus veterum illuſtravit Fabret. cap. i. Inſ. pag. 38. Burm.

Inquilinos praediorum] Id eſt, ad ipſa praedia pertinentes, ut ab iis avelli non poſſint. Quae ratio eſt, quare l. 112. de Legat. i. definitur, *ſi quis inquilinos ſine praediis, quibus adhaerent, legaverit, inutile eſſe legatum.* Vide He-

caussa etiam coërcitionem popinarum aedilibus ademit. Ac ne stultitiam quidem suam reticuit, simulatamque a se ex industria sub Cajo, quod aliter evasurus perventurusque ad susceptam stationem non fuerit, quibusdam oratiunculis testatus est. Nec tamen persuasit, quum intra breve tempus liber editus sit, cui index erat *μωρῶν ἀνάστασις*, argumentum autem, *stultitiam neminem fingere.* Inter cetera in eo 39 mi-

Herald. 2. de Auctor. rer. jud. 24. §. 17. GOES.

Cocta vendentes] Libri MSS. omnes *coacta vendentes*, & adscriptum uni, *id est, collecta.* Sed *cocta* legendum. quod enim de Claudio scribit Dion LX. pag. 669. tabernas eum, quo potantes commeabant, demolitum fuisse, atque edixisse, ne quis carnem elixam aut aquam calidam venderet, id & ante imperium Claudii, praesertim sub Tiberio, cautum fuisse, credendum est. nam & Nero interdixit, ne quid in popina cocti praeter legumina & olera vaeniret, (Sueton. Ner. cap. XVI.) & idem fecisse Vespasianum, Xiphilinus tradit. Neque abs re est, quod de Pescennio Nigro Spartian. narrat commanipulationi militum, quod raptum gallinaceum una comedissent, inter alias poenas interdixisse, ne unquam focum facerent, aut coctum sumerent, sed pane ac frigidis vescerentur. TORR. Caussa, quare id vetuerint aediles, haec potest videri, ne res dominis interversas sibi distraherent: atque item, ne ministerio, cui addicti, se subducerent, dum isti invigilant mercimonio. GOESIUS. *Coacta* Harl. Copes. & a m. pr. Periz. Exc. Cujac. Edd. Rom. Venet. pr. Basil. Lugd. Ald. sollemne hoc librariis esse *cocta* & *coacta* permutare docebunt notae doctissimi Drakenborchii ad Liv. III. 23. *coctam carnem vendere* dixit Amm. Marcel. XXVIII. 4. ubi vide etiam de his edictum Praefecti urbis. vid. Ner. XVI. flagellare vero licuisse aedilibus docet l. XII. ff. de Decurion. BURM.

In aedilitate multasset] Officium erat aedilium, hoc in primis, punire eos, qui venderent cibaria cocta contra legem. Graeci *ἀγορανόμους* appellant. BEROALDUS.

Coërtionem popinarum aedilibus ademit] Libri MSS. *coërcitionem*, ut fere in Pandectis Florent. Ulpian. l. 1. de Off. Praef. Urb. carnis curam, forumque suarium, & aliorum pecorum, armentorumque ad praefecturae curam spectare tradit. Id a Claudio fortassis institutum. TORR. *Coërtionem* Exc. Cujac. Mem. Harl. Copes. & Edd. veteres pleraeque praeter Steph. vid. Aug. XLV. & Cl. Drak. ad Liv. IV. 53.

Stationem] *Rationem* Copes.

Nec tamen persuasit] V. C. habet *nec tamen ante persuasit.* URSIN. Fulvius ex v. c. annotat: *Nec tamen ante persuasit.* Utramque, & veram scilicet & corruptam, lectionem collegit hic codex. Scribendum enim: *Nec tamen persuasit, quum intra breve tempus liber editus sit.* GRONOVIUS. Confirmat hanc lectionem codex Salmasianus, in quo pro *quam* legitur *quum.* GRAEV. *Nec ante persuasit quam* nostri codd. omnes. & Edd. priscae & recentiores. *nec tamen persuasit* edidere Graevius & Gronovius. hic etiam ex Memm. & Exc. Cujac. *cum* pro *quam.*

Μωρῶν ἀνάστασις] Lib. unus e nostris *ἐπανάστασις.* Sed minus placet. alterum enim salsius atque urbanius. Tota autem oratio ironica est. TORR. Multi codd. quibus consentit Viterb. *ἐπανάστασις.* At interpretamentum eidem codici manu veteri appictum ad oram, *stultorum exultatio* indicio est, lectum fuisse in quibusdam libb. *ἀγαλλίασις*: sed fortasse verius, scriptum fuisse *exaltatio*, qua voce imperitus aliquis linguae Graecae vocem *ἐπισύστασις* voluerit exprimere, quae conspirationem significat. CASAUB. Pall. sec. & tert. satis clare habent *μωρῶν ἐπισύστασις.* pr. etiam adhuc tertiam habet literam *μωρῶν ἀπανάστασις*, ad oram vero *stultorum exultatio.* GRUTER. *Ἐπισύστασις* Memm. & omnes nostri. In Edd. primis vel omissa Graeca, vel depravata. *ἐπισύστασις* Edd. Rom. Bonon. Junt. Ald. Steph. & aliae praeter Basil. Gryph. Plantin. & recentiores. *ἐπίστασις* Exc. Cujac. in Lugd. omissis Graecis & aliis erat, *cui index erat stultorum insolentia, contrarietas.* quod non intelligo, sed ex Sabellici interpretatione videtur sumtum. BURM.

Argumentum autem, stultitiam neminem fingere] Puto legendum, *stultitiam stultum neminem fing.*

mirati sunt homines & oblivionem & inconsiderantiam: vel, ut Graece dicam; μετεωρίαν & ἀβλεψίαν. Occisa Messallina, paullo post quam in triclinio decubuit, *cur domina non veniret*, requisivit. Multos ex iis, quos capite damnaverat, postero statim die, & in convivium, & ad aleae lusum admoneri jussit: & quasi moraren-

fing. Casaub. *Nem. fingere* recte. sed tamen Pal. Pr. habet *stultitiam venientem fingere.* Gruter. An *effingere* scribendum? id est, omnes esse stultos. ἐπέχω. vid. C. vett. & edd. O. Gujet. Lips. volebat *nonneminem.*

39. *Inconsiderantiam*] Liber Gifanii *inconsiderationem.* Sed illo altero usus etiam Cicero lib. III. ad Q. fratrem. Torr. Pal. pr. *inconsiderationem.* Neque aliter sec. Gruter. Ita & Copes.

Μετεωρίαν καὶ ἀβλεψίαν] Theophrastus ἀναισθησίαν vocat. nam plane ἀναισθησίας Theophrasteae exempla sunt, quae hoc loco commemorantur. quare merito irrisa illa olim sive Senecae sive Neronis orationis pars, qua laudabatur *providentia sapientiaque Claudii*, ut refert Tacitus initio libri XIII. Idem magnus scriptor *oblivionem* vocat in fine XI. quam Suetonius μετεωρίαν καὶ ἀβλεψίαν. vocem ἀβλεψία usurpat & Servius: apud quem sic lego, ad libri septimi Aeneid. versum 647. *Primus init bellum.* Notat ibi Servius: *& sciendum est poëtae affectatio: nam ablepsiam nefas est dicere.* Non multum differt ἀπὸ τῆς μετεωρίας, quam vocant iidem Graeci ἐμβροντησίαν: cujus datur hoc exemplum ab Athanasio: medicus ad aegrotum ex vulnere vocatus ubi venit, ὁ μὲν χάριν ἐπιτηδὲς σιωπᾷ, ὁ δὲ ἄλλον, ὃν οὐκ ἔτι χρεία αὐτοῦ, ἀμελεῖ.) In Suetonio scribe cum Memm. & aliis μετεωρίαν & ἀβλεψ. non καί. Casaub. Ἐμβλεψίαν Venet. sec. & tert.

Occisa Messallina, paullo post quam in triclinio decubuit, cur domina non veniret, requisivit] Scribo, *paullo post, cum in triclinio decubuit*, aut, *decubuisset.* paullo aliter narrat Tacitus XI. A. 38. *Nuntiatumque*, inquit, *Claudio epulanti periisse Messallinam, non distincto, sua an aliena manu: nec ille quaesivit, poposcitque poculum, & solita convivio celebravit.* prorsus contraria videtur dicere Suetonio, qui requisitam Messallinam a Claudio scribit: cujus rei caussam ipse assignat stuporem hominis mirum: sed videamus, ne verior caussa sit, amoris, nondum penitus exstincti, impatientia: nam idem plane accidit Herodi Magno, Principi nihil minus quam μετεώρῳ καὶ ἀναισθήτῳ, cum uxorem suam Mariamnem occidisset. Josephus Originum lib. XV. cap. XI. τοσοῦτον, inquit, ἐπῆλθε τὸ πάθος, ὥστε αὐτὸν ἤδη καὶ καλεῖν τὴν Μαριάμμην προστάξαι τοῖς ὑπηρέταις, ὡς ζώσαν ἔτι καὶ δυναμένην ὑπακούειν. Casaub. *In triclinium* Hulf.

Cur domina non veniret requisivit] Proprie *dominus* dicitur, qui domui praeest. Recte ergo sese mutuo hoc nomine vocabant conjuges, ut saepe apud JCtos est cernere. Sed & eo respexit Virgil. cum ait IV. 214.

> —— *dominum Aenean in tecta recepit.*

Iterum VI. 379.

> *Et dominam Ditis thalamo deducere adorti.* Torr.

Cod. Salmas. *requisiit.* vid. Neron. VI. pro *ex iis* idem *ex his.* Malim etiam *discubuit*, ut supr. c. XXXIII.

Admoneri jussit] Bene ex Turnebo Pulmannus. (nostri tamen MSS. uno demto, *admoveri* habent) sententia enim est, monitos ut tum seria, tum ludicra capesserent, prout eis antea uti consueverat. Lego etiam *consilium* &c. non *concilium.* Torr. V. C. habet *in convivium* &c. quod magis placet. Ursin. Probamus hanc lectionem quorundam MSS. ut testatur etiam Ursinus. Tamen in plerisque est *concilium.* Dio simpliciter verbo ἐπιζητεῖν hoc ipsum significavit, & caussam simul adjecit: nam hoc illi solitum evenire, quoties metu perculsus, aliquem repente in illa subita animi perturbatione duci jussisset: Πολλάκις, inquit, ἐξαπιναίως ἐκπλαγείς, καὶ μετακαλῶν τινα ὡς ἐκ τῆς ἀναγκαίας ἀπολωλότα, ἐπειτα ἀπογνοὺς καὶ ἀναφρονήσας ἐπεζήτει τε αὐτόν, καὶ μαθὼν τὸ γεγονός, ἐλυπεῖτο τε καὶ μετεγίνωσκεν. Est & apud Tacitum similis ex parte historia initio libri XI. *Messallina*, inquit, *ad perniciem Poppaeae festinat, subditis qui terrore carceris ad voluntariam mortem propellerent: adeo ignaro Caesare, ut paucos post dies epulantem apud se maritum ejus Scipionem percontaretur, cur sine uxore discubuisset.* Casaub. Pall. tres *& in consilium.* alterum exstabat in Ursini MSS. iidem Pall. malebant *admoneri.* quod posthabuerim tamen alteri. Grut. *In consilium* Harl. Copes. & Edd. omnes usque ad Casaub. nisi quod Basil. poster, Gryph. Colin. Doleti, Plant. *in conci-*

rarentur, ut somniculosos per nuntium increpuit. Ducturus contra fas Agrippinam uxorem, non cessavit omni oratione *filiam*, *& alumnam*, *& in gremio suo natam*, *atque educatam* praedicare. Adsciturus in nomen familiae Neronem, quasi parum reprehenderetur, quod adulto jam filio privignum adoptaret, idemtidem divulgavit, *neminem umquam per adoptionem familiae Claudiae insertum*. Sermonis vero re- 40 rumque tantam saepe negligentiam ostendit, ut nec quis, nec inter quos, quove tempore, ac loco verba faceret, scire ac cogitare existimaretur. Quum de laniis

concilium. *admoneri* etiam Periz. Edd. Venetae tres. quod ego praeferrem. nam licet forte *admoveri ad lusum* possit tolerari, *in consilium*, vel *convivium admoveri* certe non eleganter dici puto. Solitos autem veteres, etiam antea invitatos, instante hora coenae per servos monitores, iterum admonere, clarum ex Apulej. 151. Met. *famulus*, *rogat te*, *ait*, *Byrrhaena*, *& convivii*, *cui te sero despondera*s, *jam appropinquantis admonet*. & ita Chremes Terentianus in Heaut. I. 1. in fin. Phaniam vicinum suum monet. sed haec jam aliis observata. si codex aliquis addiceret, malim hic legi *advocaret*, quod utrique, *consilio* sive *convivio*, & *aleae* conveniret. & haec verba commutata apparet ex Var. lect. apud Ovid. VII. Met. 138. BURM.

Filiam & alumnam] Ut puta cujus patruus esset. Atque ideo ob publicam honestatem abstinere debebat tali matrimonio. TORR. Quid hoc stultius, aut magis absurde poterat dici? nam qui nuptias appetunt personarum sibi conjunctarum, id potius agunt, ut cognationem dissimulent, aut penitus negent. at Claudius tam fatuus fuit, ut Agrippinam subinde filiam & alumnam appellitans, suae ἀνοίας & flagitii circumstantes sedulo admoneret. Filiae nuptias appetere, nefas est omnium maximum: proximum huic, alumnae, quae quidem filiae γνησίας loco fuerit habita. Imperatoris Justiniani sunt verba: *Nec enim homo sic impius invenitur*, *ut quam ab initio loco filiae habuit*, *eam postea in suo collocet matrimonio*. vide l. XXIV. Cod. de Nuptiis. Legendum vero est *in omni oratione* cum Memmiano codice, & optimo quoque, non *ratione* CASAUB. *Oratione* etiam Harlem. Periz. Edd. omnes usque ad Casaubonum, qui tamen ipse legebat *in omni oratione* ex Memmiano. *in* vero non agnoscit Gronov. nec opus. sic Aug. III. *Epistolae*, *quibus hortatus*, ubi & *in quibus* Periz. nescio vero cur Cl. Graevius in postremis editionibus *ratione* expresserit. BURM.

Et in gremio] V. C. habet, *& in gremio suo natam & aducatam*. URSIN. *Alumnam in gr.* Harlem.

Adsciturus in nomen familiae] Lib. optimus *asserturus*. Vide Tacitum. TORR. *Familiae suae* absunt Memm. *suae* deest Periz. Harlem. & Edd. omnibus usque ad Casaub. credo sufficere *adsciscere in nomen*, vel *in familiam*. vid. Caes. LXXXIII. Gal. XVII. BURM.

Divulgavit] *Divulgatum* Hulss.

Ac cogitare] *Aut cog.* Copes.

40. *De laniis*, *aut vinariis*] Graece κρεωπώλαις & οἰνοπώλαις. Sed *vinarii* nomen apud Latinos rarius, quo tamen etiam Plautus est usus. Apud Lampridium quoque Alexandro XXXIII. lego *corpus vinariorum*. Eademque ratione in vetustis marmoribus *pomarios* & *olearios* memini legere, pro his qui poma, aut oleum vendunt. Ulpian. De Aedilit. edicto *vinarios* vocat *servos* vino deditos. TORR. *Aut vinariis* Periz. & Edd. priscae, usque ad Casaub. *ac vin.* Exc. Cujac. Lipsius volebat *laniariis & vinariis*, & subintelligebat *tabernas*, quae mox sequuntur. Sed *vinarios* dici, qui vinum vendunt satis constat. & *lanios* & *vinarios* etiam conjungit Aurel. Victor. Caes. cap. XXXIII. ubi vid. doctissimi Arntzenii adnotata. *aut* vero legendum, quia sensus est, quoties de laniis, aut vinariis ageretur: non enim semel & simul de iis actum, sed aliquoties. BURM.

Descripsit] Mallem *descripsitque*, ut quod de offula dixit ad lanios, quod nunc sequitur, ad vinarios referatur. Quare *de laniis ac vinariis*, pro *aut vinar.* legi debere existimo. TORR. *Descripsit* Mem. & omnes nostri & editi olim, usque ad Torrentii sequaces.

Unde solitus esset vinum olim & ipse petere.] Nihil dici potuit ineptius aut indecentius. nam imprudens existimationi suae hac oratione plurimum detrahebat Caesar. Quippe apud veteres vilissimorum tantum hominum fuit e-

niis aut vinariis ageretur, exclamavit in curia: *Rogo vos, quis potest sine offula vivere?* descripsitque abundantiam veterum tabernarum, unde solitus esset vinum olim & ipse petere. De quaestore quodam candidato inter caussas suffragationis suae posuit, *quod pater ejus frigidam aegro sibi tempestive dedisset*. Inducta teste in senatu, *Haec*, inquit, *matris meae liberta & ornatrix fuit: sed me patronum semper existimavit. Hoc ideo dixi, quod quidam sunt adhuc in domo mea, qui me patronum non putant.* Sed & pro tribunali, Ostiensibus quiddam publice orantibus, quum excanduisset, *Nihil habere se*, vociferatus est, *quare eos demereatur: si quem alium, & se liberum esse.* Nam illa ejus quotidiana, & plane omnium horarum & momentorum erant, *Quid, ego tibi Theogonius videor?* & λάλει καὶ μὴ θίγγανε. multaque talia

è taberna vinum petere, non e cella sua. Cicero in L. Pisonem cap. XXVII. *pistor domi nullus, nulla cella: panis & vinum a propola atque de cupa.* Plutarchus in Timoleonte pag. 242. loquens de Dionysio juniore Corinthi in summa tenuitate post amissam tyrannidem degente: οὐδὲν γὰρ οὕτω φύσεως ὁ τότε καιρὸς, οὕτω τύχης. ὅσον ἐκεῖνο τύχης ἔργον ἐπεδείξατο, τὸν Σικελίας ὀλίγον ἔμπροσθεν τύραννον, ἐν Κορίνθῳ διατρίβοντα περὶ τὸν ὀψοπώλιον, ἢ καθήμενον ἐν μυροπωλίῳ πίνοντα κεκραμένον ἀπὸ τῶν καπηλείων. Hic locus Plutarchi, & quid sit *vinum de cupa* apud Ciceronem, explicat; & quam insulse Claudius Princeps haec de se verba apud senatum fecerit. Aliud est *petere vinum de cuppa* apud beatum Augustinum libro nono Confessionum, capite octavo. Vide locum. CASAUB. *Unum petere* Venet. sec. & tert. inepte. & ita in Periz. fuisse videtur, sed emendatum in marg. *vinum: petere* vero hic est emere. vid. ad Phaedr. lib. IV. fab. 4. Quod vero Casaub. ex Cicer. Pisonian. cap. XXVII. *vinum de cupa* explicet ex Plutarcho, rectum est, si non de dolio aut vase aliquo capiatur: nam, ibi *cupa* est pro *copa*, ut post Scaligerum Cl. Graevius ostendit. panis enim a propola, vinum a copa, sive ex taberna petebatur. *De cupa* etiam, ut de *dolio* interpretatur Lipsius ad Senec. Epist. XXXVI. BURM.

De quaestore quodam candidato] De candidato Principis (puto) loquitur, de quo officio Ulpian. l. 1. de Off. Quaest. Alioqui *de quaesturae quodam candidato* dixisset Sueton. Lector cogitet. TORR. *Quaesturae candidato* Bonon. & Paris. ex Beroaldi correctione. sed credo perperam: nam hoc tempore *Candidati Caesaris*, & *Candidati*, *Quaestores* dicebantur, qui ab ipso imperatore commendarentur, qualis fuit Vellej. Paterculus & frater ejus. vid. lib. II. cap. 124. & ibi notas, & ad Quinct. de Inst. Orat. VI. 3. p. 547. ita in lapidibus Gruteri p. 354. 5. & 421. 3. *Quaestores*, *Candidati* dicuntur, & passim alibi. BURM.

Ornatrix] Differunt ornamenta muliebria, qualia sunt inaures, armillae, viriolae, a vestimentis, ut JCti nostri tradunt l. XXVI. & XXXVIII. de Aur. arg. Quae ergo ornamenta servabant, aut ornandi officium praestabant, *ornatrices* vocabantur. Quo vocabulo usus Marcian. l. LXV. de Legatis III. & Festus in *Acus*. Sed & in marmoribus antiquis *ornatrix*, *tonstrix*, *sarcinatrix*, *ab ornamentis*, *a veste*, *a mundo muliebri*, inter muliebria officia invenias. Juvenal. Sat. VI. 456. *ornatrices* Graeco vocabulo *cosmetas* appellare maluit, *periit libraria*, *ponunt Cosmetae tunicas*. TORR.

Nihil habere se, qua re] Liber opt. *nihil habere vociter. est quare eos dem.* nec male. TORR.

Se liberum esse] Vide ad Petron. cap. CXVII. simili modo Juvenal. IX. 121. de domino obnoxio.

> *Deterior tamen hic, qui liber non erit illis,*
> *Quorum animas & farre suo custodit &*
> *aere.*

Immo Senec. in Apocol. de Claudio, *nemo illum natum putavit.* ut notavi supra cap. III. & ad Petron. cap. LVIII. non plane vero dicti hujus sensum perspicio, nec video quid eo dicto Claudius orantibus incongrue & inepte responderit. an quasi illum servorum numero habere voluerint? nam *publice orantibus*, est pro communi Ostiensium aliquid petentibus, forte tam impudenter, ut quasi servis suis imperare viderentur. BURM.

Illa ejus] *Illius quotid.* Copes.

Theogonius] Libri omnes inter se discrepant. nam & *Theogonius*, & *Telegonius*, & *Thelogonus*, & *Telegenius* scriptum reperias. Turneb. etiam nescio quem *telae genium* nobis somniat, Ad-

lia etiam privatis deformia, nedum Principi, neque infacundo, neque indocto, immo etiam pertinaciter liberalibus studiis dedito. Historiam in adolescentia, 41 hortante T. Livio, Sulpicio vero Flavo etiam adjuvante, scribere adgressus est. Et quum primum frequenti auditorio commisisset, aegre perlegit, refrigeratus saepe

Adversar. XXII. cap. XXXI. Idemque XXVII. cap. XIX. *Togonius* ex Tacito asserit. Verum quocumque is tandem nomine fuerit, vilem aliquem atque abjectum, omnibus tunc Romae notum, significari arbitror, cui Claudius comparari nollet. Id vero quod sequitur, Graecum esse vel ex eo apparet, quod in libris nostris omnibus omissum est, uno demto, in quo lectionis quam Turneb. affirmat, λάλει καὶ μὴ θίγγανε, id est, *loquere & ne attinge*, vestigia apparent. Sed Turneb. sibi non constat. TORR. Scribe cum Pithoei libris *Telegennius*. Inter gentes Romanas fuit & isto nomine una. Lapis vetus, cujus mihi testis & index Josephus Scaliger (Gruter. DCXXVII. 7.) DIS MANIBUS C. TELEGENNI OPTATI. *Non dubito*, inquiebat idem Scaliger (Epist. XXXVII. & XL.) *quin haec vera apud Suetonium lectio.* Fuit autem *Telegennius* hic notae aliquis fatuitatis homo per illa tempora. Graeca vox in Viterbiensi non erat, sed adscripta est in margine haec interpretatio, *dic & loquere :* unde pronum divinare lectum sic olim fuisse λέγε καὶ εἰπέ, quod huic loco optime videtur convenire. Quid enim ineptius quam habere semper in ore λέγε καὶ εἰπέ. sic in Aeschylo ridet Aristophanes ἥκω καὶ κατέρχομαι, & κλύειν καὶ ἀκοῦσαι. At Memmii, Pithoei, & Grossotii libb. expressissima servant vestigia ejus lectionis, quam pridem vulgavit Turnebus, λάλει καὶ μὴ θίγγανε, *loquere & noli tangere.* Non praetermittam lectionem veterum quarundam editionum, in his Rob. Stephani longissime a superioribus omnibus recedentem, *&* ἄλλο τι ἀληθῆ θαυμά. forte pro ἀληθῆ θ' ἅμα. CASAUB. *Telegenius* ita fere Pal. pr. ac sec. nempe *Telegenius.* nam tert. *Telegonius*, vulgati *Teogonius.* Turnebo placet *Togonius.* vide eum lib. XXVII. Add. 19. GRUT. Et hoc conclamatum est. Cogitabam aliquando : τεττίγιον ἢ τεττιγόνιον. Eustathius in tertium Iliados · τὸ μὲν μεῖζον τέττιγα ἀχέτην καλοῦσιν οἱ παλαιοί· κερκώπη δὲ τὸ ἐλάσσον τεττίγιον, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ τιτιγόνιον· τὸ δὲ μεταξὺ τούτω τεττιγόνιον, ἕως τῷ ... δὲ τετίζειν Aristoteles Histor. animalium 5. 30 καλοῦσι δὲ τοὺς μὲν μεγάλους καὶ ᾄδοντας, τοὺς δὲ μικροὺς τεττιγόνια. Nec aliter Plinius lib. XI. cap. 16. *Quae canunt, vocantur achetae, & quae minores ex eis sunt, tettigonia.* Proverbium fuerit, quale Ἀττικὸς τέττιξ. sed cujus assidua repetitio, & vocabulum in eo insecti rusticis quam urbanis notius, offenderet. Diceres de Claudio, quod Seneca Marcus de Albutio praefat. lib. III. *contra inaequalitatem in illo mirari licebat : splendidissimus erat : idem res dicebat omnium sordidissimas, acetum, pulejum & laternas & spongias : nihil putabat esse, quod dici in declamatione non posset.* GRONOV. *Telegennius* ex libb. Pithoei scribendum. Videtur fuisse autem Telegennius hic per illa tempora notae fatuitatis homo. GUJ. *Telegenius* Mem. *Theologonius* Periz. *Thelogonius* Harlem. Edd. Rom. Venet. tres. *Quid aegra tibi legemus* Hulf. *Telegonus* Steph. *Theogonius* Lugd. Basil. Junt. Ald. & aliae plures. *Quid ergo tibi telegenius* Copes. *Thelogonius videor &* πληγείμην σοφία Exc. Cujac. Lipsius volebat *Theognius*, a *Theognis.*

λάλει καὶ μὴ θίγγανε] Ita fere Pal. pr. ac sec. nam tert. vacuum reliquit spatium. Consulatur Turnebus, qui tamen alia promit de loco hoc lib. XXII. cap. 32. alia lib. XXVII. 19. GRUT. Lego, λάλει καὶ μὴ θίγγανε. GUJET. Λογιζόμενος in Periz. vacuo spatio adscriptum, ut in Edd. Bonon. Basil. Ald. Arg. Gryph. Plant. & al. vel, λογιώτατος *videor & eloquentissimus* Lugd. Vossius conjiciebat, λάλει καὶ μηδὲν ἄγαν.

Pertinaciter liberalibus studiis dedito] Philostratus libro quinto loquens de Claudio, παιδείας δὲ ξυμπάσης ἰδέαν ἰσχύε. CASAUB.

41. *Historiam*] Historiarum Claudii meminit Plin. lib. XII. cap. XVII. Sueton sup. XXI. Sed & quod scripsisse Claudium refert Plin. lib. VII. cap. III. hippocentaurum Thessaliae natum eodem die interiisse, ex historiis ejus sumptum arbitror. TORR.

Aggressus est] Liber opt. *adortus est.* TORR.

Auditorio commisisset] Hoc est, veluti in certamen ac contentionem variae judicantium conjecisset. hoc enim est *committere.* De quo Aug. cap. LXXXIX. TORR.

Refrigeratus saepe a semetipso.] Id est, sibi ipse in causa, cur minore studio audiretur, ob ca-

pe a femetipfo. Nam quum initio recitationis defractis compluribus fubfelliis, obefitate cujufdam, rifus exortus effet: ne fedato quidem tumultu temperare potuit, quin ex intervallo fubinde facti reminifceretur, cachinnofque revocaret. In principatu quoque & fcripfit plurimum, & adfidue recitavit per lectorem. Initium autem fumfit hiftoriae poft caedem Caefaris Dictatoris. Sed & tranfiit ad inferiora tempora, coepitque a pace civili: quum fentiret neque libere neque vere fibi de fuperioribus tradendi poteftatem relictam, correptus faepe & a matre & ab avia. Prioris materiae duo volumina, pofterioris unum & quadraginta reliquit. Compofuit & *De vita fua* octo volumina, magis inepte, quam ineleganter. Item *Ciceronis*

cachinnos fcilicet, qui inter recitandum fubinde ei recurrerent. Ab eadem mente fcriptum Plinio lib. VI. Epift. XV. *Interim Paullo* (de recitante loquitur) *aliena deliratio aliquantum frigoris attulit.* Adi quae notamus Aug. cap. LXVI. ad illa, *rigoris fufpicione.* TORR. *Frigus* & *favor* contraria funt: ut favore excitatur ftudium, ita frigore minuitur. Inde *refrigerari* καταφυχρῶς dictum Suetonio pro frigore & parum fecundis acclamationibus excipi. In vita Lucani legitur: *Lucanus aegre ferens recitante fe fubito ac nulla nifi refrigerandi fui cauffa indicto fenatu Neronem receffiffe, neque verbis adverfus Principem neque factis exftantibus temperavit.* Vocem *frigus* ita ufurpat Seneca pater, Controverfiarum fecundo: *In hac controverfia Triarius dixerat: Non fcies an exores, nifi ultimus dies venerit: quoad is lucebit, perfeverabo. Deinde cum fcholafticorum fummo frigore: Et tu quifquis es, carnifex, cum frictam fuftuleris fecurim, ante quam ferias patrem, refpice.* In omnibus, quas videre licuit, editionibus fcriptum eft *fragore:* fed *frigore* afferimus nos ex vett. codd. Quid autem appellet Seneca *frigus*, declarant quae ftatim fequuntur, *belle deridebat hoc Afinius Pollio.* Nec alienum eft ab hoc loco, quod notant Graeci grammatici: οἱ ἀρχαῖοι, inquiunt, τὸ μὲν ἀντὶ τοῦ λυπηροῦ ἀπὸ τῶν ψυχρῶν ὠνόμαζον, τὸ δὲ ἡδὺ καὶ τερπνὸν ἀπὸ τῶν θερμῶν. Et apud Patres & fcriptores alios Ecclefiafticos voces *refrigerium* & *refrigerari* contra, in bonam partem aliquando accipiuntur: imitatione videlicet Euangeliftarum. Apud Jofephum Ἀλωσ. lib. II. ψύχειν valet tardare alicujus ftudium & impetum. τῶν ἔψυξε τὴν Φλώρου πλεονεξίαν, *hoc modo refrigerata eft Flori avaritia.* CASAUB.

Recitationis] *oris* (id eft *orationis*) a m. pr. Periz.

Defractis compluribus fubfelliis] Sufpectus locus: qui enim obefitate unius, qui unum tantum fubfellium premebat, potuerint complura *defringi*, non capio. nihil tamen, quum nulla fit varietas lectionis, excogitare poffum. an, *defractis compagibus fubfellii*, liceat conjicere nefcio. videant acutiores. de verbo *defringere* vid. ad Caef. XXXVII. BURM.

In principatu] *In primatu* Copef.

Adfidue recitavit] Quemadmodum & aliorum recitationibus libenter interfuit. Plin. lib. I. Epift. XIII. TORR.

Poft caedem Caefaris] *Poft Caefaris* Hulf.

Sed & tranfiit] Abeffe mallem particulam &. fignificat enim mutaffe fententiam Claudium, ut cum ante a Caefaris nece hiftoriam fcribere coepiffet, eo abrupto opere alterum a pace Urbi reddita aggreffus fit. Quare dictio *fed* cum *f* minufcula fcribenda eft, & praecedentibus annectenda. mutati enim inftituti caufa redditur. TORR. Corrumpunt hunc locum docti viri fuis emendationibus: quibus nullum locum effe, itaque legi debere, ut eft in omnibus libris, ftatim intelligent, ubi ad illa verba, quae mox fequuntur, oculos mentemque adjecerint, *Prioris materiae duo volumina, pofterioris unum & XL. reliquit.* Ad pofteriores hiftorias pertinet hic corruptiffimus apud Prifcianum locus, libro fexto: *Cancer neutrum etiam invenitur, fed quando morbum fignificat. Claudius IV. Hiftoriarum: Ut videret ne refpueret, verminaret litteris addivalis, quod verminatione ad cancer provenerit.* divinabam, *lateris ulcus in alis.* CAS.

Correptus] *Correctus* Codd. Periz. Hulf. Edd. Venet. tres, Lugd. Junt. Arg. & Ald. vid. fupr. XXXI. XXXVIII. & alibi.

A matre & ab avia] De matre Antonia, III-viri filia, fatis conftat. Aviam quoque, maternam intelligo, Octaviam, Antonii uxorem

nis defensionem adversus Asinii Galli libros, satis eruditam. Novas etiam commentus est

rem, de cujus erga maritum affectu praeclare Plutarch. Quanquam ne Livia quidem fortassis scribentem aequo animo tulerit, cujus ante Augustum maritus & ipse Antonii partes secutus sit. Torr.

De vita sua] Ut alii multi Principes, de quib. Aug. cap. LXXXIII. Torr.

Ciceronis defensionem] Asinius Pollio ille luculentus orator filium habuit Asinium Gallum: quem, ut auctor est Seneca in Declamationibus, reliquit magnum oratorem. Is libros scripsit de comparatione patris, & Ciceroni longe anteponit: quod significat Plinius, sic scribens in VII. Epistolarum: *Cum libros Galli legerem, quibus ipse parenti ausus de Cicerone dare palmam decusque.* Claudius adversus hos Asinii Galli libros condidit instar Apologetici defensionem Ciceronis. Beroaldus. De Asinio Pollione, & Asinio Gallo, qui Ciceronem insectati ambo, inde eruditionis & eloquentiae gloriam captarunt, saepe Quinctilian. Gell. quoque lib. XVII. cap. I. & passim Seneca Declamat. & Controvers. libris. Sed & Plin. lib. VII. Epist. IV. *Legebantur* (inquit) *in Laurentino mihi libri Asinii Galli de comparatione patris & Ciceronis.* Plura ad Horat. lib. II. Od. I. Torr.

Novas etiam commentus est litteras tres] Totidem etiam Tacitus ait. Planissime tres Claudius repperit. Aeolicum digamma, cujus facies litterae Ⅎ. inversae. Quintilianus: *Nec inutiliter Claudius Aeolicam illam Ⅎ ad hos usus literarum adjecerat.* Hanc tamen non Claudius solus inter litteras habendam censuit, sed & Varro: si credimus Annaeo Cornuto. Hoc digamma etiam hodie in lapidibus: TERMINAⅎIT. AMPLIAⅎITQUE. &, DIⅎI. AUGUSTI. De hac ergo clarum. Secundum eruo e Prisciano lib. I. pag. 558. *S. & P. loco Graecae ψ fungitur. Pro quo Claudius Caesar antisigma hac figura ⅭⅭ scribi voluit: sed nulli ausi sunt antiquam scripturam mutare.* Antisigma ideo, quia duo sigmata obverso dorso ⅭⅭ. Hac enim semilunae figura prisci Graeci sigma formabant. In tertia littera haeremus, nec auxilio est grammaticorum manus. Lipsius ad Tacit. XI. Ann. 14. Melius Tacit. lib. XI. 14. *Novas litterarum formas addidit, vulgavitque.* & Quinctilian. lib. I. cap. XIII. *Neque inutiliter Claudius Aeolicam illam ad usus F. litteram adjecerat.* Quo tamen loco non *F*, sed Ⅎ scribendum. illud enim est digamma Claudii, in vetustis ejus saeculi marmoribus passim occurrens. Ut, (Gruter. CXCVI. 4.) POMOERIUM TERMINAⅎIT AMPLIAⅎITQUE. pro TERMINAVIT AMPLIAVITQUE. Sic OCTAⅎIA, XⅤⅎIR, VIIⅎIR scriptum reperi, pro *Octavia*, XVvir, VIIvir. Sunt qui AI diphthongum adjiciant. Quod tamen si recipimus, non inventam a Claudio, sed jussam observari dicemus. AIMILIUS enim in antiquis denariis semper scribitur, pro AEMILIUS. Sed disputatum Lipsio erudite, & accurate ad Annalem Taciti undecimum cap. 14. quae reliquae duae Claudianae litterae. Eum sequor. Torr. Pete lucem isti Suetonii loco ex Lipsii commentariis ad librum XI. Annalium Taciti, ubi auctor ille hoc ipsum narrat. Sed labitur ille vir eruditissimus vehementer, cum eodem loci verba haec Taciti contendit tantopere esse corrupta: *Quippe fama est Cadmum classe Phoenicum vectum, rudibus adhuc Graecorum populis artis ejus auctorem fuisse. Quidam Cecropem Atheniensem, vel Linum, & temporibus Trojanis Palamedem Argivum memorant sexdecim litterarum formas, mox alios, ac praecipuum Simonidem, caeteras repperisse.* Negat vir doctus verum esse, Palamedem sexdecim litteras invenisse, quare locum varie instituit emendare. nos scimus, numerum litterarum a Palemede inventarum varie tradi a veteribus: neque in verbis Taciti quicquam omnino esse mutandum. Exstat Gorgiae veteris rhetoris pro Palamede oratio, in qua litterarum inventor ἁπλῶς praedicatur Palamedes: obsecro, an propter litterarum trium aut quatuor, ut ajunt quidam, formas excogitatas? non sane: sed sequitur declamator ille auctores, qui maximam litterarum partem ab eo inventam memoriae prodiderant: eosdem dubio procul & Tacitus est secutus, & cum Tacito alii multi, atque adeo fere omnes. Cedrenus: ὁ Παλαμήδης εὗρε ἐν τοῖς ις' γράμμασι τοῦ ἀλφαβήτου, α, β, γ, δ, ε, ι, κ, λ, μ, ν, ο, π, ρ, σ, τ, υ. Johannes Tzetzes chiliade quinta Histor. ὁ Παλαμήδης ὁ υἱὸς Ναυπλίου καὶ Κλυμένης λέγεται πασῶν εὑρετὴς γραμμάτων· γραμμάτων δὲ ἑκκαίδεκα. Idem chilade duodecima: Λέγουσι γὰρ οἱ σύμπαντες εὑρεῖν τὸν Παλαμήδην, ὁ τὰ εἴκοσι τέσσαρα γράμματα

est litteras tres, ac numero veterum quasi maxime necessarias addidit. De quarum ratione quum privatus adhuc volumen edidisset, mox Princeps non difficulter obtinuit, ut in usu quoque promiscuo essent. Exstat talis scriptura in plerisque libris, ac 42 diurnis titulisque operum. Nec minore cura Graeca studia secutus est, amorem praestantiamque linguae occasione omni professus. Cuidam barbaro Graece & Latine differenti, *Quum utroque*, inquit, *sermone nostro sis paratus.* Et in commendanda patribus conscriptis Achaia, *gratam sibi provinciam*, ait, *communium studiorum commercio.* Ac saepe in senatu legatis perpetua oratione respondit. Multum vero pro tribunali etiam Homericis locutus est versibus. Quoties quidem ho-

καὶ στοιχεῖα, μόνα δ' ἐκ πάντων ἀνεῦρε. Ecce constanter ait sexdecim litteras invenisse Palamedi, itaque omnes tradere. Reperi & qui septemdecim illi tribueret: vetus Euripidis scholiastes ad Orestem vs. 432. *ὅτι ὁ Παλαμήδης λέγεται εὑρηκέναι ιζ γράμματα μόνα τότε ὄντα.* nisi scribendum eo loco *ις'*. CASAUB. Videndus Castalio Dec. v. obs. 6. Palearius IV. Epist. 9. & Langius apud Eobanum lib. XII. Ep. 4. BROUCKH. Invenisse se credit tres has literas Robbigius in codice Critico lib. I. cap. 6. & fuisse *Digamma*, *Jota* & *Vau*, pro consonantibus. sed cum digamma fuerit ab eo institutum loco *vau* consonantis, ut in exemplis a Torrentio & aliis adductis, videtur alia quaerenda. de *Digammo*, ut vocat Servius ad Virg. I. Aen. 451. *Quartae conjugationis tempus praeteritum perfectum vel in* vi *junctum exit, vel sublato digammo in* ii, *pro nostro arbitrio, ut*, leniVi audiVi, *lenii, audii &c.* unde apparet scripsisse *leniϝi, audiϝi*: & hoc ex alia inscriptione apud Pigh. in Ann. A. U. C. 770. apparet. Merkerkius vero de Ling. Graec. pronunt. pag. 103. putat *vau* pro vocali & consonante fuisse antea in usu, sed quia F. in *ph* adspirati sonum successisset, revocasse Digamma in *V* consonantis sonum. ego me hic parum videre fateor. tertia forte in Martiano Capella posset erui. ille enim lib. III. pag. 55. de Litera *S. Huic literae D. Claudius P. adjecit, aut C. propter ψ. & ξ. Graecas*, PSALTERIUM, SAXA. ubi prima antisigma esse Lipsio videtur in *Psalterium*, altera in ξ Graeca, ut *saxa*, sed scribendum forte *sacsa*, & illud antisigma non in ψ Graeca quaerendum, sed *in* ξ. nam exempla, quae Priscianus adducit, ubi *s* & *p* sunt, *Arabs*, *caelebs*, *Pelops*, nullum dant locum antisigmati, quod est in *saxa*, si scribatur Claudii more *sacsa*. quare vel Prisciani locus corruptus est, vel ille non recte cepisse videtur. qualis vero fuerit, quae Graecam literam ψ expresserit, nescio; & videntur olim scripsisse, *Pelops*, *Araps* &c. deinde pro duabus literis *ps*, unam literam, a Claudio excogitatam, dedisse, cujus formam ignoro. BURM.

In plerisque libris ac diurnis] Tacit. sic: *Aspiciuntur etiam nunc in aere publicandis plebisscitis* (seu legendum est *scitis*, quod non absre visum Lipsio) *per fora, ac templa fixo.* Quod ergo Sueton. dicit *in libris ac diurnis*, de libris actorum intelligo, non de privata scriptura. Ut fortassis *in libris actorum diurnorum* legendum sit, quod Sueton. veterum more dimidiatis dictionibus ACT. DIUR. exaraverit. De quo lector cogitet. Sic nimirum & apud Tacitum Annal. III. 3. *scriptura actorum diurna*, & *acta Urbis diurna* lib. XIII. 31. Sed & absolute *populi Romani diurna* dixit lib. XVI. 22. Saepe etiam Plin. *invenitur in actis*, *legitur in actis*. TORR. Forte, *libris*, *actis diurnis*, *titulisque*. Muret. ad Tacit. III. Ann. 3. legebat *libris*, *actorum diurnis*, *titulisque*. BURM.

42. *Cum utroque, inquit, sermone nostro sis peritus*] Memmii, Pithoei & Lislaei *paratus*. CASAUB. *Peritus* omnes fere scripti & Edd. veteres, praeter Exc. Cujac. & marg. Basil. in quibus est *paratus*, quod probo. sic apud Just. XXXI. 2. *virum ad prospicienda cavendaque pericula paratum.* ubi alii *peritum*. male. vid. Gron. ad Gell. IV. 8. & adde quae adnotavimus ad Gratii Cyneg. 158. *peritum* tamen etiam jungi sexto casu docuit Gronov. d. l. ita & l. XIX. §. I. ff. de Inst. & Inst. leg. *servus arte fabrica peritus.* vid. & ad Valer. M. I. I. I. Comm. & Davis. ad Caes. de Bell. Civ. III. 93. & Hirt. De bell. Afric. cap. 31. nihilominus *paratum* praefero. Non capio Is. Vossii conjecturam, quam in ora codicis sui adscripsit. lege, *Quam utroque sermone monstrosi partus*? BURM.

Oratione] Scilicet Graeca, & hoc contra institutum antiquorum, qui perseveranter custo-

hoſtem vel inſidiatorem ultus eſſet, excubitori tribuno ſignum de more poſcenti, non temere aliud dedit quam,

Ἄνδρ' ἐπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπαίνῃ.

Denique & Graecas ſcripſit hiſtorias, Τυῤῥηνικῶν XX. Καρχηδονιακῶν VIII. Quarum cauſſa veteri Alexandriae Muſeo alterum additum ex ipſius nomine: inſtitutumque ut

ſtodiebant, ne Graecis unquam niſi Latine reſponſa darent: quin etiam ipſos Graecos per interpretem Latine loqui cogebant, nulla in re togam pallio ſubjiciendam arbitrantes. BEROALDUS. Graece nempe, ac fortaſſe ita ſcribendum, *legatis Graece perpet. or. reſp.* CASAUB.

Homericis] *Heroicis* Periz. Harlem. Edd. veteres fere omnes, praeter Baſil. & recentiores. ſic *Heroicis verſibus* fortia virorum illuſtrium facta cantitaſſe Bardos ſcribit Amm. Marc. XV. 9. ſed nihil novandum, docet verſus ex Homero ſequens. ita & *Homericus verſus* in Tib. XXI. & Plin. I. Ep. 7. *Cur enim mox uſquequaque Homericis verſibus agam tecum?* & ita alii ſaepe. BURM.

Excubitori tribuno ſignum] Sic Calig. cap. LVI. &c. *Praetoriae cohortis tribuno ſignum poſcenti* &c. *Excubitor* igitur *tribunus* eſt, qui cohorti excubitorum praeeſt. Tacit. extremo lib. XII. *Nero progreditur ad cohortem, quae more militiae excubiis adeſt. Ibi monente praefecto*, &c. Sueton. Ner. cap. VIII. *proceſſit ad excubitores.* & cap. IX. *Primo Imperii die ſignum excubanti tribuno dedit*, &c & cap. XXI: *ſtatio militum, quae tunc excubabat.* quocunque enim loco Imperator eſſet, aderat & militum ſtatio. Mirum autem, integrum Homeri verſum pro ſigno ab Imperatore Rom. datum. nam plerumque uno aut altero verbo ſignum dabant. qualia: *Victoria*, *Palma*, *Triumphus*, *Virtus*, *Jupiter*, *Mars*, *Venus*, *Cupido*, *Priapus*, *Aequanimitas*, *Optima mater*, & ſimilia. Idem tamen refert Dion, & teſſera huic non diſſimilis apud Sueton. Galb. cap. VI. TORR.

Graecas] *Graecis* Exc. Cujac.

Tyrrhenicon] Sic libri noſtri, & *Tyrrheniacon*. Interpretes *Cyrenicon* legunt, id eſt, Rerum Cyrenaicarum. Quae ſane illuſtres fuere, ſed quarum gloriae Tyrrheni non cedant. Et alioqui res Carchedoniorum (quos Carthaginienſes Romani vocant) ſcribere non potuit Claudius, quin multa Cyrenaica complecteretur. bellum enim magnum atque diuturnum Cyrenenſes & Carthaginienſes de agrorum finibus geſſere. Auctor Salluſt. TORR. Latinis literis *Tyrrhenicon* vel *Thyrenicon* multi veterum. *Cyrenicon* etiam Venetae tres, Bonon. *Thyrenicon* Harlem. Lugd. Junt. *Cyreniacon* Baſil. poſter. & aliae.

Καρχηδονιακῶν octo] Reperio in Graecorum commentariis, ut apud Stephanum in Urbibus, & in Etymologico magno, laudatum Julium Claudium, qui ſcripſit Φοινικικά. quae licet interpretari *Punica*, id eſt, Καρχηδονιακά. an igitur hic eſt Claudius Imperator? in aliquis potius, qui per manumiſſionem id nomen ſit nactus? CASAUB. *Carchedoniacon* Harlem. Baſil.

Veteri Alexandriae Muſeo additum ex ipſius] Mallem *additum & ipſius nomine*. ſic enim rectius intelligemus priori Muſeo alterum Claudii nomine acceſſiſſe. De Alexandriae vero Muſeo Strab. lib. ult. Meminit ejus etiam Spartian. Hadriano. TORR. *Alterum additum* eſt in V. C. cum in vulgatis deſit verbum *alterum*. URSIN. *Veteri Alexandriae Muſeo alterum additum ex ipſius nomine*, omnino ita ſcribendus hic locus & ex libris, & ex hiſtoria. *Muſeum* (vel *Muſium*, ut ſcribitur in antiquis libb. & hic & apud alios) Alexandriae appellatum eſt collegium doctorum virorum, qui publico ſumptu ibi alebantur, ut litterarum ſtudiis vacarent. Philoſtratus in vita Dionyſii Mileſii Sophiſt. Ἀνδριάντος ἐτιμήθη μὲν αὐτὸν ἀπὸ φησιν οὐκ ὀλίγων ἐθνῶν· κατέλεξε δὲ τοῖς δημοσίᾳ ἐπιδέιξεσι, καὶ τοῖς ἐν τῷ Μουσείῳ σιτουμένοις. τὸ δὲ Μουσεῖον τράπεζα Αἰγυπτία ξυγκαλοῦσα τοὺς ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐλλογίμους. Idem in Polemone, κατέλεξε δὲ αὐτὸν, Hadrianus, καὶ τῷ τοῦ Μουσείου κύκλῳ ἐς τὴν Αἰγυπτίαν σίτησιν. Dio Chryſoſtomus in Oratione Alexandriae habita: Ἀλλὰ μᾶλλον Εὐελπίδην μιμεῖσθε οὕτω λέγοντα, μὴ παυσαίμην τὰς Χάριτας Μούσαις ἀναμιγνύς, ἡδίστην συζυγίαν, ἵνα μὴ τὸ Μουσεῖον ὁρᾶτε ἄλλως εἶναι δηλῇ, τόπος ἐν τῇ πόλει, καθάπερ οἶμαι καὶ ἄλλοι τόποι μάτην ἐξωκοδομημένοι, τὸ πρᾶγμα μὴ ἔχοντες μόνον δὲ ὀνόματος. Muſei hujus inſtitutio antiquiſſima eſt: ac videtur a Ptolemaeo Philadelpho, qui Biblia Graece vertenda curavit, & bibliothecam illam admirabilem comparavit, in-

ut quotannis in altero Τυῤῥηνικῶν libro, altero Καρχηδονιακῶν, diebus statutis, velut in auditorio, recitarentur toti a singulis per vices. Sub exitu vitae, signa quaedam nec obscura poenitentis de matrimonio Agrippinae, deque Neronis adoptione dederat. Siquidem commemorantibus libertis, ac laudantibus cognitionem, qua pridie quamdam adulterii ream condemnaverat: *sibi quoque in fatis esse*, jactavit, *omnia impudica, sed non impunita matrimonia.* Et subinde obvium sibi Britannicum artius complexus, hortatus est, *ut cresceret, rationemque a se omnium factorum adciperet*, Graeca insuper voce prosecutus, ὁ ἴρως δ' ἰπείγεται. Quumque

43

institutum: redacta vero Aegypto in provinciaeformam, non minore liberalitate doctos ibi Augustus, Tiberius, caeterique Principes foverunt. Strabo: τῶν δὲ βασιλείων μέρος ἐστὶ καὶ τὸ Μουσεῖον ἔχον περίπατον καὶ ἐξέδραν καὶ οἶκον μέγαν, ἐν ᾧ τὸ συσσίτιον τῶν μετεχόντων τοῦ Μουσείου φιλολόγων ἀνδρῶν· ἔστι δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ καὶ χρήματα κοινὰ καὶ ἱερεὺς ὁ ἐπὶ τῷ Μουσείῳ τεταγμένος, τότε μὲν ὑπὸ τῶν βασιλέων, νῦν δ' ὑπὸ τοῦ Καίσαρος. Exstat & Tyanei Apollonii epistola missa τοῖς ἐν τῷ Μουσείῳ σοφοῖς. Huic Museo alterum a Claudio adjectum *Claudium* est appellatum. Meminit ejus, quod sciam, praeter Sueton. unus Athenaeus libro sexto cap. IX. his verbis: Ἀντίδοτος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ πρωτοχόρῳ προάγων τινὰ παραπλήσιον τοῖς ἐν τῷ Κλαυδίῳ νῦν σοφιστεύουσιν, ὧν οὐδὲ μεμνῆσθαι καλόν. CASAUB. *Musio* Mem. Copes. Exc. Cujac. & a m. pr. Periz. Edd. Rom. & Venet. pr. *Alexandriae Musae* Lugd. *Alterum* deest in veteribus usque ad Casaub. Hinc vero ipsam Alexandriam *Claudiam* vocatam suspicatur Berkelius ad Steph. in *Alexandria.* Torrentius omisso τῷ *alterum*, volebat, *additum & ipsius nomine.* sed non placet mutari loquendi formulam consuetam. Just. XLIII. 5. *ex nomine uxoris urbem condidit.* & ita saepe Ovidius *ex re nomen habet*, I. Am. VIII. 3. XIII. Met. 569. & alibi. II. Fast. 859. *Ex vero positum nomen.* BURM.

In altero] *In alterum* Harlem. *in* deest Exc. Cujac.

Statutis] Fortasse legendum, *diebus statis.* URSIN. Nullam hic varietatem reperi, ut aliis locis. vid. supr. cap. I.

43. *Quandam adulterii ream*] Quidam putant Domitiam Neronis amitam heic innui a Claudio damnatam, ex verbis Taciti lib. XII. ad finem. ubi eandem Claudii querelam prosequitur de suis nuptiis, metuente sibi Agrippina, ac prius de Domitia perdenda cogitante. Atqui Domitiae post apud eundem mentio, lib. XIII. & post Claudii interitum. Quidam putant eandem esse Domitiam ac Lepidam, quum Cornelius ad libri XII. finem, postquam Domitiam nominavit, mox Lepidam subjungit, ubi Domitiam minore Antonia natam asserit, quam ego majore Antonia natam autumo. Nisi Tacitus copia aut licentia, eandem nunc Domitiam, deinde proximo versu Lepidam dixerit: & mori quidem jussam, sed jussum non expletum. Lector ipse tres aut quatuor Suetonii locos de Neronis amita, & Cornelii item plureis de eadem diligenter perpendat, videbit nos non temere heic haesitasse. GLAREAN.

Condemnaverat] *Condemnavit* Periz. Edd. veteres, praeter Basil. Gryph. & sequentes. *condemnarat* Copes.

Britannicum arctius complexus, hortatus est, ut cresceret,] De Narcisso idem Tacitus XII. A. 65. narrat: *Haec atque talia dictans amplecti Britannicum, robur aetatis quam maturrimum precari, modo ad deos, modo ad ipsum tendere manus, adolesceret, patris inimicos depelleret, matris etiam interfectores ulcisceretur.* CAS.

Ὁ ἴρως δ' ἰπείγεται.] Varie haec leguntur. Interpretes ὀρθῶς ποιῶν. Sed neutrum placet. Petr. Victorius, vir emendandis veterum scriptis rara religione ac fide, Variar. lect. XXIV. cap. XIV. ex vetusti codicis vestigiis reponit, ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται, ut significet se quem Nerone adoptando laeserit, sanaturum quoque. quod aliquanto elegantius est quam Turnebi illud, ὁ τρώσας τίσεται id est, *qui te laesit; poenas dabit.* Nostri codices aut non habent Graeca, aut ita habent, ut legi commode nequeant. Nota autem Telephi ab Achille laesi, ab eodemque restituti, reddito ab Apolline oraculo, ὁ τρώσας ἰάσεται, historia. TORR. Ὁ ἴρως δ' ἰπείγεται scriptura est cod. Viterbiensis, & veteris Romanae editionis. Memmii, Pithoei, & Lislaei praeferunt, quod Turnebus vulgavit, ὁ τρώσας τίσεται. Placet vero unice quod Petrus Victorius divinavit, ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται. proverbium est ex oraculo natum, quod olim Telepho

est

que impubi teneroque adhuc, quando ſtatura permitteret, togam dare deſtinaſſet, adjecit: *ut tandem populus Romanus verum Caeſarem habeat.* Non multoque poſt te- 44 ſtamentum etiam conſcripſit, ac ſignis omnium magiſtratuum obſignavit. Prius igitur quam ultra progrederetur, praeventus eſt ab Agrippina, quam praeter haec, conſcientia quoque, nec minus delatores multorum criminum arguebant. Et veneno quidem occiſum convenit: ubi autem & per quem dato, diſcrepat. Quidam tradunt, epulanti in arce cum ſacerdotibus, per Halotum ſpadonem praeguſtatorem: alii, domeſtico convivio, per ipſam Agrippinam, quae boletum medicatum

eſt editum. Euſtathius: ὡς δὲ ὁ Τάλαφος τὸ τραῦμα εἶχεν ἀθεράπευτον, χρῆται. καὶ ὁ χρησμὸς ἀνεῖται τὸ θρυλλούμενον, ὡς ἄρα ὁ τρώσας ἰάσεται. eadem verba apud Lycophronis Graecum interpretem. CASAUB. Ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται videtur legendum ex iis, quae leguntur in Pall. literis Latinis, *rectas facite*, aut, *en rectas facite*, ut librarii Graeca illa expreſſerint pronuntiatione Latina. Primus Graeca etiam expreſſit, ſed quae non adſequor. codicis ſecundi characteres accedunt plane ad vulgatum ὁ ἴερως δ' ἐπείγεται. videatur Victorius l. XXIV. var. lect. 14. item Turnebus locis ſupra laudatis. GRUTER. In Edd. primis corrupta haec ſunt vel omiſſa. in Venet. ſec. & tert ὀρθαστησοῦντε. in Rom. ὁ ἴερως δ' ἐπείγεται. in Lugd. ὄρθος ποιῆτε. in Junt. ὀρθῶς ποιῆτε. Ald. ὁ ἴερος δ' ἐπείγεται. & ita Seb. Gryph. Colin. Dolet. ὁ τρώσας πέσονται Exc. Cujac. ὄρθος δ' ἐπείγεται Baſil. contrahens ὁ ἴερως. Jacob. Gron. abſurdam conſpirationem in Victorii emendationem vocans, legit ὁ τρώσας, ἀκέσεται. in Copeſ. erat. *praeſtat facite* . . . in Hulſ. vulgatum ὁ ἴερως &c. Pontanus adſcripſerat codici ſuo D. Heinſium legere, ὁ Νέρων δ' ἐπείγεται, id eſt *Nero enim feſtinat.*

Impubi] *Impuberi* Ed. Rom.

Quando ſtatura permitteret,] Nam ut teſtatur ex Dione Xiphilinus, Britannicus τῷ τε σώματι ἀκμῇ καὶ ὑπὲρ τὴν τῆς ἡλικίας ἀναλογίαν ἦσαν. CAS.

44. *Non multoque*] *Non multo poſt* Hulſ.

Quam praeter haec conſciam quoque,] Libri MSS. quatuor *conſcientia quoque.* Nec ſane diſplicet. In Frobenio eſt *conſcii quoque.* De morte vero Claudii qui plura velit, Tacitum adeat & Dionem. TORR. Placeret magis, *conſcientia quoque* &c. videtur autem illud *conſciam* factum ex *conſcientia.* quod verbum fortaſſe fuit ſuperpoſita linea ſcriptum *conicia.* URSIN. Editi aliquot: *conſciam quoque.* ſed poſteriores omnes: *conſcientia.* Solum Frobenii & Torrentii editio praeferunt: *conſcii quoque.* quamvis ipſe non neget manuſcriptos ſuos exhibere noſtrum, idque ei haud etiam diſplicere. recte. Nam cum conſcientia aliquem arguit, urget etiam ſimul ad omne nefas. Salluſtius init. Catil. cap. 5. & 14, & rurſus cap. 15. denique oratione Philippi in ſenatu: *Ad eum concurrere homines omnium ordinum corruptiſſimi flagrantes inopia & cupiditatibus, ſcelerum conſcientia exagitati: quibus quies in ſeditionibus, in pace turbae ſunt; hi tumultum ex tumultu, bellum ex bello ſerunt.* Nimirum quicunque improbus eſt, arbitratur prius admiſſa facinora majore aliquo ſcelere tegi poſſe. de qua re diximus non protrita ad illa Tacit. Ann. XI. c. 26. de Silio: *Imminentium periculorum remedium, ipſa pericula ratus.* GRUTERUS. Mihi placet Baſil. poſter. & Torrentii *conſcii*, ut conveniat ſequenti τῷ *delatores.* *conſcientia* Ex. Cujac. & Edd. Rom. Baſil. BURM.

Ubi autem, & per quem dato, diſcrepat] Locum mortis Claudii nuſquam reperio notatum. Ut Taciti narratio eſt, non Romae, ſed vel Sinueſſae, vel in itinere quo Sinueſſam pergebat, occiſus prima fronte videatur: ſed attendenti quae de Agrippina narrantur ibidem, mortuum Claudium in palatio non eſt dubium. CASAUB.

Diſcrepat] Ita neutra fere ſignificatione poni ſolere docuit Cl. Drakenb. ad Liv. III. XXXIV. 8.

Halotum ſpadonem praeguſtatorem:] De quo Tacit. *Is* (inquit) *inferre epulas, & guſtu explorare ſolebat.* Exſtat & haec Romae in hortis Julii III. Pont. Max. inſcriptio: (Gruter. DLXXXI. 13.) DIS MANIBUS TI. CLAUDI AUG. LIB. ZOZIMI PROCURAT. PRAEGUSTATORUM CLAUDIA ENTOLE CONIUX VIRO BENEMERENTI ET CLAUDIA EUSTACHYS FILIA PATRI PIENTISSIMO. Haloti autem hujus mentio inf. Galb. cap. XIII. TORR. *Collegium* etiam *praeguſtatorum*, & *Eridanus Aug. Lib. procurator* memorantur in lapide Doniano pag. 347. n. 24. quod collegium Gorius nunc primum inno-

catum avidiſſimo ciborum talium obtulerat. Etiam de ſubſequentibus diverſa fama eſt. Multi ſtatim hauſto veneno obmutuiſſe ajunt, excruciatumque doloribus nocte tota, defeciſſe prope lucem. Nonnulli inter initia conſopitum, deinde cibo adfluente evomuiſſe omnia, repetitumque toxico, incertum pultine addito, quum velut exhauſtum refici cibo oporteret, an immiſſo per clyſterem: ut quaſi abundantia laboranti etiam hoc genere egeſtionis ſubveniretur. Mors ejus celata eſt, donec circa ſucceſſorem omnia ordinarentur. Itaque & quaſi pro aegro adhuc vota ſuſcepta ſunt, & inducti per ſimulationem comoedi, qui velut deſiderantem oblectarent. Exceſſit III. Idus Octobris, Aſinio Marcello, Acilio Aviola Conſulibus, LXIIII. aetatis, imperii XIIII. anno. Funeratus eſt ſollemni Principum pompa, & in numerum deorum relatus. Quem honorem a Nerone deſtitutum aboli-

45

innoteſcere notat. *Ti. Claudii Orontis Aug. Lib. praeguſtatoris* memoria ſervata in lapide apud Fabret. 718. qui forte ad haec tempora referri poſſet. *decurio Praeguſtatorum* Donii Inſ. p. 451. 1. BURM.

Boletum medicatum] Hinc titulus libelli Senecae ἀποκολοκύντωσις, & quod boletos deorum cibum appellabat Nero. Sed & Juvenal. Sat. v. 148.

Boletus domino, ſed qualem Claudius edit
Ante illum uxoris, poſt quem nil amplius edit.

Cui ſimile illud Martialis I. Epig. 21.

Boletum, qualem Claudius edit, edas.

Vide Plinium XXII. cap. XX. TORR. Boleti per ſe non occidunt. οὐδεὶς τῶν βολητῶν μόνον, innuit Galenus, οὐδεὶς ἀπέθανε τελείως. at Claudii boletus medicatus fuit, ut omnes ſcribunt. De hoc ſcribit Ptolemaeus Hephaeſtionis F. lib. III. ὡς Κλαύδιον κύνας ὁ μάγος, βολητῶν τὰς μάκας ἐπιθυμήσαντα φάγοι, ἢ Κλαύδιος μόνος πεφαρμακευμένος φαγὼν, ἀπέθανε. CASAUB.

Adfluente] *Afluente* Memm. quod vix recipiendum cenſeo, quum hoc verbum careat auctoritate, & potius profluxerit ex conſuetudine ſcribendi perverſa, ut *aſcribere* ſupr. XXXVIII. Neron. IX. & ſimilia paſſim in ſcriptis & praecipue Memmiano obvia. *adfluere* vero neſcio cur cibus nondum concoctus, ex ſtomacho nimis onerato redundans in os, non poſſit dici: quod Claudio, ſtomachi dolori obnoxio, cap. XXXI. atque conſopito, aeque ac ſtatim poſt ingeſtum cibum, immo aptius accidiſſe potuit, veneno tumultum in ſtomacho movente. *Effluere* vero cibum rectius dici puto, ubi per inferiora excernitur, quam ſi per vomitum reddatur. ſimilis varietas in his verbis eſt apud Quinctil. de Inſt. Orat. X. 2. ubi *figurae Epicuri e corporibus ſummis effluere*, non *affluere* dicuntur, quae varietas & apud Gell. V. 16. de eadem re notatur. ſic & variant codices apud Cicer. I. de Nat. Deor. cap. 18. & 41. BURM.

Per clyſterem] *Per clyſteren* Periz. per *Clyſtera* Copeſ. per *Clyſtere* Edd. Venet. tres, Bonon. Lugd. Junt. Arg. Ald.

45. *Comoedi*] Huc reſpicit Senec. in ludo de Mort. Claud. *Exſpiravit autem dum comoedos audit.*

Velut deſiderantem] Sunt qui *deſidentem* legant, ſed ſine auctoritate. TORR. *Deſidentem* legere quoſdam ait Torrentius, quod non niſi in marg. Gryph. vidi. an *delirantem*, ut aegris aliena loquentibus accidere ſolet, & ſeni Claudio familiare erat. ſed praeſtat nil movere. BURM.

Exceſſit III Idus Octobris,] Dio, μετήλλαξε τῇ τρίτῃ καὶ δεκάτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου. CASAUB. Ita & Senec. in Lud. de mort. Claud. pr.

Acilio Aviola,] An ad hunc facit *M'. Acilius Quaeſtor Divi Claudii Provinciae Aſturiae*, in lapide Doniano p. 174. n. 54. id eſt, Aſturiae in Hiſpania, ut in aliis lapidibus ſcribitur, & ſaepe Gallaeciae jungitur. BURM.

LXIV. *aetatis, imperii* XIV. *anno.*] Utrumque tempus diligentius notatum eſt Dioni: Ζήσας ἑξήκοντα καὶ τρία ἔτη, αὐταρχήσας δὲ ἔτη δέκα καὶ τρία, καὶ μῆνας ὀκτὼ καὶ ἡμέρας εἴκοσι. Joſephus ſimillime: Τελευτᾷ Κλαύδιος Καῖσαρ, βασιλεύσας ἔτη δεκατρία, μῆνας ὀκτὼ, πρὸς ἡμέραις εἴκοσι. Peccatum eſt ab Alexandrino Clemente in poſtremo dierum imperii Claudiani numero. Ἐβασίλευσε, ait, Κλαύδιος ἔτη ιγ', μῆνας ή, ἡμέρας κά. nam ſcribendum fuerat κ' tantum. non enim plures invenies a die caedis Caligulae ad necis Claudii diem. ne mutemus tamen eam γραφὴν,

facit

litumque, recepit mox per Vespasianum. Praesagia mortis ejus praecipua fuerunt: exortus crinitae stellae, quem cometen vocant: tactumque de coelo monumentum Drusi patris: & quod eodem anno ex omnium magistratuum genere plerique mortem obierant. Sed ipse nec ignorasse, aut dissimulasse ultima vitae suae tempora videtur, aliquot quidem argumentis. Nam quum Consules designaret, neminem ultra mensem, quo obiit, designavit: & in senatu, cui novissime interfuit, **46**

facit aliorum Graecorum in eo numero consensus, ut Eusebii, apud quem etiam *novem* menses falso pro *octo* scribitur, & Epiphanii, cujus verba Κλαύδιος ἔτη ιγ', μῆνας ἐννέα (ita scribendum) καὶ ἡμέρας δύο. at Theophilus. ἡμέρας κδ'. alii chronologi etiam longius a vero abeunt: quos missos facio. Tempus vitae nec Dio nec Suetonius exacte notarunt: quippe cum ambo ἀπαρηλογῶσι, ambo veritatem deserunt. Sed hic fere Suetonii mos est, ut annum inchoatum pro pleno numeret. quare male ariolantur, qui ex Dione volunt scribi in nostro LXIII. *aetatis*. nam praeter omnes veteres codices tuentur vulgatam Eutropius, Paeanius, & alii, qui e Suetonio acceptum eum numerum servant. Vixit autem Claudius κατὰ τὸν ἀκριβῆ λογισμὸν annos LXIII. menses duos, dies XIII. CASAUB.

Imperii XIV.] Liber opt. *quartodecimo*. De consecratione autem Claudii Vespas. cap. IX. TORR.

Funeratus est] *Funeratusque est* Memm. Periz. Copes. & Edd. priscae usque ad Casaub.

Sollemni pompa] Tacit. XIII. Ann. 2. *Censorium funus* decretum ait. vid. Guther. de jure Man. II. 2. tale vocat Pertinacis Spart. in Sever. cap. VII.

Et in numerum deorum relatus.] Plinius in Pan. *Dicavit coelo Tiberius Augustum, sed ut majestatis numen induceret; Claudium Nero, sed ut irrideret; Vespasianum Titus, Titum Domitianus; sed ille, ut dei filius, hic frater ut videretur. tu sideribus patrem* (Nervam) *intulisti, non ad metum civium, non in contumeliam numinum, non in honorem tuum: sed quia deum credis.* Quibus vero ritibus deorum ordinibus inserere Caesares soleant, ex parte dicet Dio in consecratione Augusti lib. LVI. Sed accurate imprimis, atque eleganter, rem omnem describit Herodianus lib. IV. Quod vero miremur, in numismate veteri habemus & consecrationem Constantini M. licet Christiani. In eo anima ejus linteo velata, caetera nuda, in coelum vehitur quadrigis, brachioque exserto excipitur a brachio coelitus porrecto.

Subscriptum vero, CONS. hoc est, CONSECRATIO. Sed hanc, Christiano sensu accipere malo, non de immortalitate in terris a mortalibus collata, sed de coelorum gloria donata divinitus. VOSSIUS. Lepidissime de Claudii consecratione Dio: Ἀγέλαστα μὲν δὴ καὶ ὁ Νέρων πολλὰ ἀπεφθέγξατο ἐν ἀπεικόνισμα, ἐς τε τὸν οὐρανὸν ἀνήχθη, ἐν ᾧ τὸ συμπόσιον φαγὼν ἐξεκομίσθη. Templum illi in Britannia dicatum, ex Senecae Ludo discimus. *Parum est*, inquit, *quod templum in Britannia habet, quod hunc barbari colunt, & ut deum orant.* De eo sic Tacitus Annal. XIV. 31. *Ad hoc templum divo Claudio constitutum, quasi ara aeternae dominationis adspiciebatur; delectique sacerdotes specie religionis omnes fortunas effundebant.* Quod autem divinitatis honorem, a successore destitutum, recepisse per Vespasianum dicitur, eo pertinet, quod is templum Claudii Coelio monte, coeptum quidem ab Agrippina, sed a Nerone prope funditus destructum, excitavit. Vesp. cap. IX. SCHILDIUS.

Quem honorem a Nerone destitutum abolitumque recepit per Vespasianum.] Scribendum videtur: *Quem honorem in Nerone destitutum, a. q. recepit mox Roma per Vesp.* GUJET. Defendit vulgatam scripturam doctissimus Kannegieterus ad Aviani fab. XXXI. huc vero refer *templum Claudii* in Coelio monte, Vespas. IX. ubi vide Marsil.

Abolitumque] *Abolitum* Mem. Hulf. *aboletumque* Edd. Venet. tres.

46. *Crinitae stellae, quam cometem*] Libri duo *quem*. Plin. Lib. II. cap. XXV. *Cometas Graeci vocant, nostri crinitas, horrentes crine sanguineo, & comarum modo in vertice hispidas.* Quo loco & hujus cometae meminit, uti & Seneca lib. VII. Quaestionum Natural. TORR. *Cometem* Periz. & editi olim usque ad Basil. poster.

Tactumque de coelo monumentum Drusi patris:] Aliter longe Dio, qui inter varia portenta quae excessum Claudii praecesserunt, ita hujus meminit, ὅ, τε κομήτης ὁ ἐπὶ πολὺ ὁρώμενος, ὑετός τε αἱματώδης, *& fulmen, quo tacta sunt mili-*

tum

fuit, multum ad concordiam liberos ſuos cohortatus, utriuſque aetatem ſuppliciter patribus commendavit. Et in ultima cognitione pro tribunali, *adceſſiſſe ſe ad finem mortalitatis*, quamquam abominantibus qui audiebant, ſemel atque iterum pronuntiavit.

tum praetorianorum ſigna. CASAUB.

De coelo] Neſcio quî exciderit in Graevianis poſterioribus praepoſitio, quam omnes habent. niſi quod Venet. pr. *a coelo*.

Ex omnium magiſtratuum genere] Tacit. extremo lib. XII. ſigillatim enumerans, Quaeſtorem, Aedilem, Tribunum, Praetorem, & Conſulem, defunctos narrat. Unde qui Magiſtratus tum dicerentur, intelligimus. Sunt tamen qui Tribunos pl. Magiſtratuum in numero fuiſſe negent, praeſertim Plutarch. Quaeſtione LXXXI. Rerum Romau. ſed male. Cenſorum quoque neque continuus erat magiſtratus, & multo ante creari deſierant. Ceterorum ὑδὲις λόγος. TORR. Haec verba deſunt Hulſ. ſic ſupra cap. XLV. *teſtamentum ſignis omnium Magiſtratuum obſignavit.*

Sed ipſe nec ignoraſſe, aut diſſimulaſſe] Lege, *Sed nec ipſe quidem ign.* CASAUB. *Sed nec ipſe* Hulſl. Copeſ. Exc. Cujac. Edd. Lugd. Junt. Ald. Steph. Baſil. poſt. *ſed nec ignoraſſe* Edd. Rom. Venet. tres.

Cohortatus] *Hortatus* Edd. veteres uſque ad Baſileenſes & ſeqq. per liberos intelligit Britannicum naturalem, & Neronem adoptatum.

Acceſſiſſe ſe] *Se* ejecit Caſaubonus, eumque ſecuti.

C. SUE-